Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 9.

40,4
5-5-7

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERVM,

Tomus decimus,

Continens reliqua tractata apud Populum.

BIBLIOTECA COLLEGII LOJOLAEI SOCIETATIS JESU IHS

In quo, præter locorum multorum restitutionem, secundum collationem vetustiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate possent inficere, aut a catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impressus, recognitus, & emendatus.



No tiene q̃ expurgar este tomo, porq̃ el tratado de Vanitate sæculi q̃ el Expurg.º de 1707 cita aqui, se halla expurgado en el tomo nono de esta impressiòn. Y assi, conforme con dho Expurg.

VENETIIS, Apud Iuntas.
M D L X X.

Por comission del S.to Off.º
Ihs
Fran.co de Olague.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS SERMONVM,

De verbis domini,	Euangelium audiuimus,	fo.2.
De verbis Apostoli,	Sancta & diuina eloquia,	55.
Homiliæ I.	Vocans genus humanum,	90.
Homiliæ de tempore,	Appropinquante iam,	125.
Homiliæ de Sanctis,	Fratres charissimi,	255.
Ad fratres in eremo,	Fratres mei & lætitia,	278.
Decem & septem Sermones & nonnulli alij.		316.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Liber de verbis Domini Saluatoris.

DE VERBIS DOMINI IN EVANgelio secundum Matthæum.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum: Tractatus ac Sermo primus. Matt. 4.

EVANGELIVM audiuimus, & in eo dominum eos arguentẽ qui facie cœli volunt † probare, & tẽpus fidei regnũ cœlorum appropinquãtis nesciunt inuenire. Iudæis autem hoc dicebat, sed etiam ad nos sermo peruenit. Dominus aũt ipse Iesus Christus Euangelij sui prædicationem ita cœpit, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnũ cœlorũ.) Et Ioannes Euãgelista Apostolus eius, similiter & Ioannes Baptista præcursor ipsius ita cœpit, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorũ. Et modo corripit eos dominus qui nolunt agere pœnitentiam, appropinquante regno cœlorum. Regnum cęlorum, sicut ipse ait, non veniet cum obseruatione: & iterum ipse ait, Regnum cœlorum, intra vos est. Prudenter ergo accipiat vnusquisque monita præceptoris, vt non perdat tempus misericordiæ saluatoris, quę modo impenditur quandiu genus humano parcitur. Ad hoc enim parcitur homini vt conuertatur, & non sit qui damnetur. Viderit deus quando veniet finis seculi: Est tamen modo tempus fidei: Finis seculi vtrum hic aliquem nostrũ inueniat nescio, & fortasse non inueniet. Tẽpus enim cuique nostrum proximũ est, quia mortales sumus. Inter casus ambulamus. Si vitrei essemus, minus casus timeremus. Quid fragilius vase vitreo, & tũ seruatur & durat per secula? Et si enim casus vitreo vasi timentur, senectus ei & febris non timetur. Nos ergo fragiliores & infirmiores sumus, quia & casus omnes qui non cessantin rebus humanis, fragilitate vtiq. nostra quotidie formidamus: & si ipsi casus nõ accedant, tempus ambulat, vitat homo ictum, nunquid vitat exitũ? Vitat quæ extrinsecus eueniũt, nunquid quod intus nascitur pellitur? Deniq. nunc lũbricos gignunt interiora, nunc morbus quilibet subito occupat: Postremo quantum vis homini parcatur, nouissime senectus cum venerit, nõ est quo differatur. Proinde audiamus dominum in nobissis, agamus quod præcepit. Videamus quis est ille aduersarius, de quo nos terruit, dicens, Si vadis cũ aduersario tuo ad principem, da operam in via liberari abillo, ne forte tradat te principi, & princeps ministro, & mitteris in carcerem, vnde non exies donec soluas nouissimũ quadrantem. Quis est iste aduersarius nisi diabolus? Iam † liberati sumus ab illo. Quale pretium pro nobis datũ est, vt ab illo redimeremur? De quo dicit Apostolus de ipsa redemptione, nostra, Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ, Redempti sumus, diabolo renunciauimus: Quomodo dabimus operam liberari ab illo, ne nos iterum captiuos faciat peccatores? Sed non est ipse aduersarius de quo nos dominus commonet. Alio enim loco, alius Euangelista sic illud posuit, vt si vtraque verba iungamus, & vtraque verba sibi Euangeliorum duorum comparemus, aduersarium istum cito intelligamus: Ecce enim hic quid dixit? Cum vadis ad principem cum aduersario tuo, da operam in via liberari ab eo. Alius autem Euangelista hoc ipsum sic posuit, Esto consentiens

Luc. 17. Luc. 12. Aduersarius noster diabolus. † alias, aduersarius. Si diabolus iã &c. Colo. 2. Matt. 5.

tiens aduersario tuo cito cū es cū illo in via. Cætera similia sunt: ne forte aduersarius tradat te iudici, iudex ministro, minister in carcerem. Ambo euangelistæ similiter hoc explicauerunt: vnus dixit, Da operam in via liberari ab illo: alter dixit, Consenti illi. Non enim poteris liberari ab illo? consenti illi. Nunquid diabolus est cui debet consentire Christianus? Quæramus ergo istum aduersarium cui debemus consentire, ne tradat nos iudici, & iudex ministro. Quæramus illum, & consentiamus illi. Si peccas aduersarius tuus sermo dei est: verbi causa, Forsitan delectat te inebriari, dicit tibi, Noli. Delectat te spectare & nugari, ille dicit tibi, Noli. Delectat te adulterari, dicit tibi sermo dei, Noli. In quibuscunque peccatis volueris facere voluntatem tuā, dicit tibi, Noli. Aduersarius est voluntatis tuæ, O quàm bonus aduersarius, quàm vtilis aduersarius, non quærit nostram voluntatem sed vtilitatem. Aduersarius est nobis, quandiu sumus & ipsi nobis. Quandiu tu tibi inimicus es, inimicum habes sermonem dei. Esto tibi amicus & concordas cum illo. Non homicidium feceris, audi & concordasti. Non furtum facias, audi & concordasti. Non falsum testimonium dicas, audi & concordasti. Non concupisces vxorem proximi tui, audi & concordasti. Non concupisces res proximi tui, audi & concordasti. In his omnibus cum tuo isto aduersario concordasti, dic mihi quid perdidisti? Non solum nihil perdidisti, sed & teipsum qui perieras inueneristi. Via, vita ista est. Si cōcordauerimus cū illo, si cōsenserimus illi, finita est via, non timebimus iudicem, ministrum, carcerem. Quando finitur via, non omnibus vna hora finitur. Vnusquisque habet horam, quando finiat viam. Via, vita ista dicta est: finisti istam vitam, finisti viam. Ambulamus, & ipsum viuere accedere est. Nisi forte putatis, quia tempus accedit & nos stamus. Non potest fieri. Quomodo accedit tempus, accedimus & nos. Et non anni nobis accedunt, sed magis decedūt. Valde errant homines, quando dicunt, Puer iste adhuc minus sapit, accedunt illi anni, & prudens erit. Attende quid dixisti. Accedunt dixisti, Ego ostendo quia decedunt, cum tu dicis, accedunt: & audi quod facile probo, Putemus nos scisse annos ipsius ex quo natus est: verbi gratia, vt bene illi optemus, octoginta annos victurus est, peruenturus est ad senectutem. Scribe octoginta annos. Vixit vnum annum: Quot habes in summa? Quot tenes? Octoginta. Deduc vnum. Vixit decem, septuaginta restiterunt. Vixit viginti, sexaginta restiterunt. Certe accedebant. Quid est hoc? Veniunt vt abeant. Anni nostri veniunt, inquam, vt eant. Non enim veniunt vt stent nobiscum, sed cum transeunt per nos, terunt nos & minus minusque valere nos faciunt. Talis est via in qua venimus. Quid facturi sumus cum aduersario illo, id est, cum sermone dei? Concorda cum illo: Nescitis enim quando via finiatur. Cum via finita fuerit, iudex restat & minister & carcer, vt si seruaueris aduersario tuo bonam voluntatem, & cum eo consenseris, pro iudice inuenias patrem, pro ministro sæuo angelum tollentem in sinu Abrahæ, pro carcere paradisum, quam cito in via cuncta mutasti, quia tuo aduersario consensisti.

Aduersarius noster sermo dei ē cum peccamus.

Mat. 19

De eo quod scriptum est in euāgelio secundum eundem, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est: & contra, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis.

Matt. 5:

Sermo. II.

SOlet multos mouere, fratres charissimi, ꝙ dominus noster Iesus Christus in sermone euangelio, cum prius dixisset, Luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est: postea dixit, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis.) Turbatur enim mens parum intelligentis, & præcepto vtrique obedire cupientis, & per diuersa & aduersa distenditur. Tam nemo enim potest quanuis vni domino obtemperare repugnantia iubenti, quàm nemo potest etiam duobus dominis seruire: quod eodem sermone saluator ipse testatus est. Quid ergo faciet animus nutans, cum se obtēperare non posse existimat, & non obtēperare formidat? Si n. bona opera sua in luce posuerit hominibus intuēda, vt faciat qđ ꝓceptū est, Sic luceat lumē vestrū corā hominibus vt videāt opera vra bona, & glorificent patrē vestrū qui in cēlis est, reum se teneri arbitrabitur, quia contra præceptum fecit, vbi dicitur. Attendite

Matt. 6.

Vbi sup.

dite nē iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Rursumq; si hoc timens & cauens, ea quæ bene facit absconderit, non se putabit seruire imperanti & dicenti, Luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra. Qui autem recte intelligit, vtrunque implet & seruiet vniuersissimo domino, qui seruum pigrum non damnaret, si ea quę fieri nullo modo poterant imperaret. Audite enim Paulum seruum Ghristi Iesu vocatum Apostolum, segregatum in Euā gelium dei, vtrunque & facientem & dicentem, Videte quemadmodum luceat lumē eius coram hominibus, vt videant bona opera eius. Commendamus, inquit, nosmet ipsos ad omnem conscientiam hominum in conspectu dei: & iterum, Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus: & iterum, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Videte rursus quàm attendat ne faciat iustitiam suam coram hominibus vt videatur ab eis: Opus autem suum probet, inquit, vnusquisque, & tunc in semetipso habebit gloriam & non in altero: & iterum, Nam gloria nostra hęc est, testimonium conscientiæ nostræ: & illud quo nihil manifestius, Si adhuc, inquit, hominibus placerem, Christi seruus non essem. Sed ne quisquam eorum qui de præceptis quasi repugnantibus ipsius domini moueatur, multo magis Apostolo eius ingerat quęstionem & dicat, Quomodo tu dicis Placete omnibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo: & tu idem dicis, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem? adsit ipse dominus, qui etiam in suo seruo & Apostolo loquebatur, & aperiat nobis voluntatem suam, & tribuat obediendi facultatem. Ipsa quippe verba euangelica secum portant expositiones suas, nec intercludunt ora esurientium, quia pascunt concordia † pulsantium. Intentio quippe cordis humani quo dirigatur, & quo spectet intuendum est. Si enim qui vult videri ab hominibus bona opera sua, gloriam & vtilitatem suam ponit ante homines, & hanc in conspectu hominum quærit, nihil eorum quæ de hac re dominus præcepit implebit, quia & attendit facere iustitiam suam coram hominibus vt videretur ab eis, & non sic eluxit lumen eius coram hominibus, vt ad hoc viderent bona opera eius, ut glorificarent patrem qui in cœlis est. Se quippe voluit glorificare, non deum, & suam quæsiuit vtilitatem, non dilexit domini voluntatem, de quibus dicit Apostolus, Omnes enim quę sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Itaque non illic sententia terminata est, vbi ait, Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant bona opera vestra: sed continuo subiunxit cur faciendum sit, Vt glorificent patrem, inqt, vestrum qui in cœlis est: vt homo cum bene faciens uidetur ab hominibus intentionem boni facti habeat in conscientia sua, intentionem vero innotescendi non habeat nisi in laudibus dei, propter eorum quibus innotescit vtilitatem: quibus hoc prodest vt deus placeat qui hoc præstitit homini, atque ita non desperent etiam sibi si voluerint hoc posse præstari: itaque aliam sententiam, vbi ait, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus: non alibi terminauit, quàm vbi dixit, vt videamini ab eis: nec addidit, Et glorificent patrem vestrum qui in cœlis est sed potius addidit, Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Hinc enim ostendit eos qui tales sunt, quales suos fideles esse non vult, in eoipso mercedem quærere, quod videntur ab hominibus, ibi cōstituere bonum suum, ibi oblectare vanitatem cordis sui, ibi exinaniri & inflari, ibi tumescere. Cur enim non sufficit, vt diceret, Attendite ne faciatis iustitiam vestram coram hominibus: sed addidit, Vt videamini ab eis: nisi quia sunt quidam qui sic faciunt iustitiam suam coram hominibus, non ut uideantur ab eis, sed ut ipsa opera uideantur, & glorificetur pater qui in cœlis est, qui eam iustificatis impijs donare dignatus est? Qui tales sunt, nec suam iustitiam deputant, sed eius ex cuius fide uiuunt: vnde & Apostolus dicit, Vt Christum lucrifaciam & inueniar in illo non habens meā iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ per fidē Christi quæ est ex deo iustitiam ex fide: & in alio loco, Vt nos simus iustitia dei in illo: vnde & Iudæos ita reprehendit, ignorantes, inquit, dei iustitiam & suam volentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Quisquis ergo ita vult videri ab hominibus opera sua, ut ille glorificetur a quo ea quæ in illo uidentur accepit, & sic ad imitandum bonum idem ipsi qui uident pietate fidei prouocentur, vere lumen eius lucet coram hominibus: quia lux de illo lumine charitatis radiatur,

Iustitia corā hoibus qūo faciēda est.

Philip. 2. Mat. 5.

Mat. 6.

Philip. 3. 2 Cor 5. Rom. 12.

non superbiæ sumus euomitur: & in eo ipso cauet ne iustitiam suam faciat corã hominibus vt videatur ab eis, quia nec suam deputat illam iustitiam, nec ideo facit ut ipse uideatur, sed ut intelligatur quia laudatur in homine iustificato, vt faciat & in laudante quod laudatur in altero, id est, vt laudantem faciat esse laudabilem. Attendite & Apostolũ cum dixisset, Placete omnibus per omnia sicut & ego omnibus per omnia placeo, quomodo non ibi remansit quasi ibi constituerit finem intentionis suæ ut placeret hominibus: alioquin falsum dixisset, Si adhuc hominibus placerem Christi seruus non essem: sed statim subiunxit quare hominibus placeret, Non quærens, inquit, quod mihi vtile est, sed quod multis ut salui fiant. Ita & non placebat hominibus propter suam vtilitatem, ne Christi seruus non esset, & placebat hominibus propter illorum salutem, vt Christi esset dispensator idoneus: quia & illi coram deo conscientia sufficiebat, & de illo coram hominibus quod imitarentur elucebat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui fecerit & docuerit sic, maximus vocabitur in regno cœlorum, Sermo III.

CVM nobis pro officio competat dicere, vobis autem conueniat pro deuotione audire, quid tam necessarium tamq; pertinens poterit vtrisque contingere, quàm vt quod religiose dicitur & deuote auditur, obsequiis cõpetẽtibus teneatur? Nam si religiosa non tacere lucrum est, tacere dispendium, quanto itaque potiora lucra potuerint prouenire, cũ operationis effectu monstratur quicquid magisteriis cœlestibus & discitur & tenetur? Par etenim causa & docentem & audientem constringit, ut utriusque professio sanctorum testificatione signetur. Et quãuis dissimile sit doctoris discentisq; officium, tamen vtriusque debet sanctarum legum obsequium: ut iungantur factis qui separantur officijs, copulentur opere qui diuersi sunt nomine, & quos vocabula abinuicem separant, eos obseruantia præceptorũ fideliter ac deuote coniungat. Quare sic fit ut vtriusque diuersus sit actus, sed obseruãtiæ par sit necessarius in utrisque effectus, ut factorum in ambobus conspiret assensus, quibus diuersus est in uocabulis sonus. In doctore enim molesta est causa[dicere,]nec facere, præcipere, nec obseruare: in discente vero audire velle quod nolit implere, aures auditui accommodare, & ab opere voluntatem auertere. Cæterum qui facit quod docet, & qui quicquid imperat complet, maximus in cœlestibus sentẽtia domini declaratur. At uero qui quod dicit negligit, & qui quod audit contemnit, salutis reus existit, qui obseruanda contempsit, & pericula non vitiauit. Amat enim mortem, qui uitę præcepta non seruat, & horret vitam qui peccata morti debita desperata morte frequentat. Vt enim per obseruantiam legis vita acquiritur, ita per cõtemptum mors cõtumacibus inuenitur: dicente domino, Si vis vitam inuenire, ✠ seua mandatum. Ita enim perfectus doctor liber est a discente quem docuit, & discipulus contemptor inexcusatus erit, qui facienda didicit & contempsit. Nam & doctor econtrario grauius affligitur, & obsequentis discipuli exemplo plectitur, qui facienda aliis tradidit, quæ ipse non fecit: ut nec a discipulis quos docuit potuisset edisce re, vt quibus doctrinę tradidit magisterium, ab iisdem factorum imitaretur exemplum. Neque enim perfectio in legum est notitia constituta, cum sit scriptum, Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Neque enim inquam, is religiosus & sanctus est, qui nouit legem cessantibus factis, cum expediat facere magis quàm docere, quia molestum est docere & non facere. Vos amici mei estis, inquit, si feceritis ea quæ mando vobis. O magna bonitas dei: Cui cum pro cõditione reddere debeamus obsequia, vtpote serui domino, famuli deo, subiecti potẽti, mancipia redemptori, amicitiarum nobis præmia repromittit, vt a nobis obseqa debitæ seruitutis extorqueat: ut quos nolle seruire cospicit sponte, suorum beneficiorum possit promissionibus inuitare, & quorum voluntates a se compescit alienas, eorum mentes p̃miorũ liberalitatibus constituat suas. Nã vnde frequenter aut inuitat p̃mio aut terret supplicio, nisi ut benignitatis consilio a se formato homini consulat, redẽpto prouideat, vt qui non terretur supplicio inuitetur præmio: & quẽ metus a factis reuocare non possit, p̃missionũ benignitas prosit? Cupit enim etiam nolentibus subuenire, desiderat misereri peccanti, qui se peccauerit, dignos fructus exhibeat pniæ. Inuitus einm in reos vindicat, si rei indulgentiam miserantis non contẽ-

Mat. 7.

1 Cor. 10.

Galat. 1.

Mat. 5.

1. Retr. 18.

Mat. 19.

Talias, uis in vitã uenire.

Rom. 2.

Ioan. 15.

nant. Amat. n. corrigi peccatores, qui in vitam non in mortem a principio cõstituit hoies. Ipse. n. sibi infert interitum, qui medentis domini contẽnit consiliũ, Reuertimini, inquit, ad me, & reuertar ad uos: & iterum, Nolo mortem morientis, tm̃ reuertatur & viuat. Non vult dominus in quẽquã dominari mortẽ, non vult in pœnã deduci hoiem, quem in vita constituit. Cæterũ homo ipse se dignũ efficit morte, qui non paruerit legi. Odit vitã, qui diuinã contẽpserit disciplinã Nã cũ dominus vellet homini demonstrare, quæ obseruanti vitam contẽnenti afferunt mortẽ, inuitauit præmio, terruit supplicio. Ita enim de contẽptu vita non poterit puenire, vt de obseruantia mors euenire non poterit, vt iam homo quod uoluerit mereatur, & eo quod meruerit iudicetur, & hoc totum in ptãte hois consistit, qui sibi ex qualitate vitæ meritũ quod haberet inuenit. Quare his solicite pèrpensis. i. vnde salus & vnde periculũ enascatur, salutis cõmodũ diligenti obseruantia teneamus, & periculorũ incõmoda de legis contemptu & puidi caueamus, & contemnentes prospera & repellentes aduersa in conspectu domini inueniamur ab ipso cum omnibus sanctis in æterna secula seculorum, Amen.

Malac. 3. Ezec. 18.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennę ignis et cætera, Sermo III.

SAncti Euangelij capitulũ quod modo cũ legeretur audiuimus, valde nos terruit si fidem habemus: Eos aũt non terruit qui fidẽ non habent. Et quia non terret eos, volunt esse peruerse securi nescientes distribuere & distinguere tempora timoris & securitatis. Timeat ergo qui ducit modo vitã cũ fine quo possit in illa uita habere securitatem sine fine Si ergo timuimus, quis. n. non timeat loquentẽ veritatẽ & dicentem, Qui n dixerit fratri suo fatue, reus erit gehẽnæ ignis? Linguã aũt nullus hominũ domare põt Et hõ domat ferã: non domat linguã. Domat Leonẽ, & non refrænat sermonẽ. Domat ipse, & non domat seipsum. Domat quod timebat, & ut se domet non timet quod timere debebat. Sed quid insit snĩa vera? & ista ꝓcessit de oraculo veritatis, Linguã aũt nullus hoium domare põt Quid ergo faciemus fratres mei? Video me quidem ad multitudinem loqui, sed quia vnum sumus oẽs in Christo, tãquã in secreto cõsiliũ capiamus. Nullus nos audit extraneus, vnũ sumus, quia invnũ sumus. Quid faciemus? Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis linguã aũt nullus hoium domare põt. Ibunt ergo oẽs in gehennã ignis? Absit. Dñe refugiũ tu factus es nobis, a gnatione in gnonẽ. Ira tua iusta est neminẽ in gehẽnã mittis iniustẽ. Quò ibo a spiritu tuo, & a te quò fugiã nisi ad te? Ergo intelligam⁹ charissimi, quia si linguam nullus hoium domare põt ad deũ confugiendũ est, qui domet linguã nostrã. Si. n. tu eã domare volueris, non potes, quia hõ es: linguã nullus hoium domare põt. Attendite similitudinẽ ab ipsis bestijs quas domamus. Equus nõ se domat: Camelus non se domat: Elephãtus nõ se domãt: Aspis nõ se domat: Leo non se domat: sic & hõ nõ se domat. Sed vt dometur equ⁹, bos, camelus, elephãtus, leo, aspis, q̃ritur hõ: Ergo deus quæratur vt dometur hõ. Ergo, Dñe refugiũ tu factus es nobis. Cõferimus nos ad te, & bñ nobis erit de te. Malũ est n. nobis, de nobis, qa dimisimus te, dimisisti nos nobis. Inueniamur ergo in te, qa perieramus in nobis. Dñe refugiũ factus es nobis Quid ergo frẽs mei? Dubitare debemus qa mãsuetos nos faciet dñs, si nos domãdos ei pbeamus? Domuisti leonẽ quem nõ feci sti, nõ domat te q fecit te? Vñ. n. bestias tã ĩmanes domare potuisti? Nunqd eis æq̃ris viribus corporis? Qua ergo virtute ingẽtes bestias domare potuisti? Ipsa iumẽta quæ dñr bestiæ sunt. Non. n. indomita tolerãtur, sed qa nõ eas nouit cõsuetudo nisi in manibus hoium & sub frẽnis hoium & sub ptãte hoium, putas eas mãsuetas nasci potuisse? Certe feras ĩmanes attẽde Fremit leo, qs nõ timeat? Et tñ vñ te intelligis fortiorẽ? Nõ corpis virtute, sed mẽtis rõne interiore. Fortior es leone, vñ factus es ad imaginẽ dei. Imago dei domat ferã, & nõ domat deus imaginẽ suã. In illo spes ẽ, ei nos subdamur, & miam p̃cemur. In illo spẽ nostrã ponamus, & donec domemur & pdomemur. i. perficiamur, domitorem feramus. Plerunque enim profert domitor noster etiam flagella. Si enim tu ad domanda iumenta tua profers virgam, profers flagellum, deus nõ profert ad domanda iumenta sua quod sumus nos, qui de iumentis suis faciet filios suos? Domas equum tuum, quid da turus es equo tuo cum te cœperit portare, mansuetus ferre

disciplinam tuam, obedire imperio tuo, esse iumentum, hoc est, adiumentum infirmitatis tuæ? Quid ei retribuis quem nec saltem sepelis cum mortuus fuerit, sed discerpendum volatilibus proicis? Domito tibi deus hæreditatem seruat, quod est ipse deus: & ad tempus mortuum resuscitat te, carnem tuam vsq; ad numerum capillorũ reddet tibi: & constituet te cum angelis in æternum, vbi iam non indigeas domari,
1. cor. 15. sed tantummodo a piissimo possideri. Erit.n. tunc deus omnia in omnibus, nec erit vlla infœlicitas quæ nos exerceat, sed fœlicitas sola quę pascat. Ipse autem pastor noster, deus noster est. Ipse opilio noster, deus noster. Honor noster, deus noster Diuitiæ nostræ, deus. Quæcunque hic varia quæris, ipse tibi vnus omnia erit. Ad hanc
Heb. 12. spẽ homo domatur, & domitor intolerabilis habetur? Ad hanc spem homo domatur, & contra istum vtilem domitorem, si forte flagellum proferat murmuratur? Audistis exhortantem Apostolum, Si separetis vos a disciplina ergo nothi & non estis filii.
* alias uerebamur. Nothi sunt adulteri. Quis.n. est filius, cui non det disciplinam pater eius? Et carnis quidem nostræ, inquit, patres habebamus correptores, & ferebamus, †non multomagis subiiciemur patri spirituum & viuemus? Quid.n tibi potuit præstare pater tuus, quia corripuit te, quia verberauit te, quia flagellum protulit & cæcidit te? Nunquid præstare potuit vt viueres in æternum? Quod non potuit præstare sibi, quomodo præstaret tibi? Propter pecuniam suam quantulamcunq; quam de vsuris & labore collegit erudiebat te flagellis, ne tibi dimissus labor eius te male viuente disperderetur. Et
3 cędit filium timens perire labores suos, quoniam reliquit tibi quod nec tenere hic poterat, nec auferre. Non.n. hic aliquid tibi dimisit quod ipsius esse posset: Cessit vt sic K
cederes. Deus autem tuus, redemptor tuus, domitor tuus, castigator tuus, pater tuus, erudit te. Quò? Vt accipias hæreditatem, vbi non efferas patrem, sed hereditatem habeas ipsum patrem. Ad hanc spẽ erudiris, & murmuras, & siquid triste acciderit, fortasse blasphemias? Quò ibis a spiritu eius? Ecce dimittit te & non flagellat, deserit blasphemantem, non sentes iudicantem? Nonne melius est vt flagellet te & recipiat te,
Psal. 89. quàm parcat tibi & deserat te? Dicamus ergo domino deo nostro, Domine refugium tu factus es nobis, in generatione & generationem. In prima generatione & altera generatione, refugium factus es nobis. Tu refugium, vt nasceremur qui non eramus: Tu refugium, vt renasceremur qui mali eramus: Tu refugium, vt pasceres desertores tuos: Tu refugium, vt erigas & dirigas filios tuos: Tu refugium factus es nobis: A te non recedemus cũ liberaueris nos ab omnibus malis nostris, & impleueris nos bonis tuis. Bona das, blandiris ne fatigemur in via. Corripis, cædis, percutis, dirigis, ne aberremus a via. Siue ergo blandiris ne fatigemur in via, siue castiges ne aberremus a via. Domine refugium tu factuses nobis. 3
De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Petite & dabitur vobis, L
quærite & inuenietis, & cætera, Sermo V.

IN lectione sancti Euangelii hortatus est nos dominus ad orandum. Petite, inquit, & dabitur vobis, quęrite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis.n. qui petit accipit, & quærens inuenit, & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo a
Matth. 7. quo petit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Aut cum petit ouum, nunquid scorpionem porriget ei?
1. Reg. 18. Si ergo vos, inquit, cum sitis mali nostis bona data dare filii vestris, quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se. Cum sitis, inquit, mali, nostis bona data dare filiis vestris. Miranda res, fratres, mali sumus, & bonum patrem habemus. Quid euidentius? Audiuimus nomen nostrum, Cum sitis, inquit, mali, bona data nostis dare filiis vestris. Et quos dixit malos, videte qualem patrem illis ostendit, Quantomagis pater vester. Quorum pater? Certe malorum. Et quis pater? Nemo
Pater noster deus est. bonus, nisi solus deus. Ergo, fratres, ideo mali bonum patrem habemus, ne semper mali remaneamus. Nemo malus facit bonum. Si nemo malus facit bonum, homo malus quomodo se facit bonum? Facit de malo bonum, qui semper est bonus: Sana me
Luc. 18. domine, inquit, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero. Quid mihi dicunt vani vana, tu te saluum facis si volueris? Sana me domine, & sanabor. Nos boni conditi su- 3
Iere. 17. mus a bono, Fecit.n. deus hominem rectum, arbitrio aũt nostro facti sumus mali. M
Eccl. 7. Potuimus esse ex bonis mali, & poterimus esse ex malis boni. Sed qui semper est bo-

nus, ipse facit ex malo bonum, quia ipse homo voluntate sua se sanare non potuit. Non quæris medicum vt vulneres te, sed cum vulnerauerit te, quæris qui sanet te.
4 Bona ergo secundum tempus bona temporalia, corporalia, carnalia nouimus dare
A filiis nostris etiam cum simus mali. Bona sunt.n. & ista, quis dubitet? Piscis, ouum, panis, pomum, frumentum, lux ista, aer iste quem ducimus. Bona sunt hęc, ipsæ diuitię in quibus homines extolluntur, & pares suos homines alios non agnoscunt. In qui- In mun-
bus, inquam, homines extolluntur, magis amantes vestem fulgentem, quã cogitan- danos.
tes cõem cutẽ. Ipse ergo diuitiæ bonæ sunt, sed ista oĩa bona, quę commemoraui, a bonis & malis operari possunt, & cum bonæ sint bonos tamen facere non possunt. Est ergo bonum quod faciat bonum, & est bonum vnde facias bonum. Bonum quod facit bonum, deus est. Non enim facit homiuem bonum, nisi ille qui semper est bonus, Ergo vt sis bonus, deum inuoca, Aliud autem bonum est vnde facias bonum, id est quicquid habueris. Aurum est, argentum est, bonum est, non quod te faciat bonũ, sed vnde facias bonum, habes aurũ, habes argentum, & concupiscis aurum, & concupiscis argentum. Et habes & cõcupiscis, & plenus es & sitis, morbus est non oppulentia, Sunt homines in morbo, humore pleni sunt, & semper sitiunt. [Humore pleni sunt, & humorẽ sitiunt] Quo ergo delectas opulentiam, qui habes hydropem conscientiam? Habes ergo aurum, bonum est: Habes non vnde sis bonus, sed vn
4 de facias bonum. Quod bonũ, inquis, facturus sum de auro? Non audisti Psalmum, Psal. 111.
B Dispersit, inquit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Hoc est bonũ, hoc est bonũ vnde sis iustitia bonus: si habes bonũ vnde sis bonus fac bonũ de de bono vnde non es bon⁹. Habes pecuniam, eroga. Erogando pecuniã, auges iustitiam. Dispersit.n. distribuit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum seculi. Vide quid minuantur, & quid augeatur. Minuitur pecunia augetur iustitia Illud minuitur quod eras dimissurus, illud minuitur quod eras relicturus. Illud augetur qđ in æternum es possessurus. Consilium do lucrorum, disce mercari. Laudas.n. mercatorem qui vendit plumbum & acquirit aurum, & non laudas mercatorẽ qui erogat pecuniam & acquirit iustitiam? Sed ego, inquis, non erogo pecuniam, quia non habeo iustitiam. Eroget pecuniam, qui habet iustitiã. Ego non habeo iustitiam, habeã vel pecuniam. Ergo quia non habes iustitiã, ideo nõ vis erogare pecuniã? Magis eroga pecuniam, vt habeas iustitiam. A quo.n. habebis iustitiam, nisi a deo fonte iustitię? Ergo si vis habere iustitiam, esto mẽdicus dei, qui pauloante te ex Euãgelio vt peteres, quereres, pulsares, monebat. Mendicum suũ sciebat, & ecce paterfamilias & magnus diues, diuitiarũ, s. spiritalium & æternarũ, hortatur, & dicit tibi, Pete, quære, pulsa. Qui petit accipit, quęrens inueniet, pulsanti aperietur. Hortatur vt petas, negabit Mat. 7.
4 quod petis? Attende a contrario similitudinem vel comparationẽ, de illo diuite iniC quo, hortantem nos ad ad orationem, quando ait dominus, Erat quidam iudex in ciuitate, nec deum timebat, nec hominem reuerebatur. Quædam vidua interpellabat Luc. 18.
eum quotidie, & dicebat, Vindica me. Nolebat ille per tempus. Illa interpellare nõ desinebat, & fecit tędio quod nolebat beneficio. Sic.n. a contrario nos admonuit vt petamus. Venit, inquit, ad amicum suum cui hospes venerat, & cœpit pulsare & dicere, Hospes mihi venit, commoda mihi tres panes: respondit ille, Iam requiesco & mecũ serui mei requiescunt, Ille non cessat, astat, istat, pulsat, & tanquam amicus ab amico Luc. 11.
mendicat. Et quid ait? Dico vobis, quia surgit, & non propter amicitiam eius, sed propter improbitatem dat illi quantos voluerit Non propter amicitiã, quia amicus eius sit, sed propter improbitatem. Quid est propter improbitatem? Quia pulsare non destitit, quia & cum esset negatum, non se auertit. Ille qui nolebat dare, quod petebatur fecit, quia ille in petendo non defecit. Quanto magis dabit deus bonus qui nos hortatur vt petamus, cui displicet si non petamus? Sed cum aliquando tardius dat, commendat dona nõ negat. Diu desiderata dulcius obtinentur, cito autem data vilescũt, Pete, quære, insta. Petẽdo & quærẽdo crescis vt capias. Serua tibi deus qđ nõ vult ci Luc. 18.
4 to dare vt & tu discas magna desiderare. Inde oportet sp orare, & nõ deficere. Si ergo,
D fratres mei, mendicos suos nos fecit deus, monendo nos, hortando & iubendo vt petamus quæramus, pulsemus, attendamus & nos qui a nobis petunt. Petimus nos. A quo petimus? Quid petimus? A quo, vel qui, vel quid petimus? Petimus a deo bono

petimus homines mali. Petimus autem iustitiam, unde simus boni. Hoc ergo petim⁹, quod in æternum habeamus: Quo cum saturati fuerimus, ulterius nō egeamus. Sed ut saturemur, esuriamus & sitiamus. Esuriendo & sitiendo petamus, quæramus, pulsemus. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quare beati? Esuriunt & sitiunt & beati sunt? Aliquando enim egestas beata est. Non inde beati sunt, quia esuriunt & sitiunt, sed quia ipsi saturabuntur. Ibi erit beatitudo in saturitate, non in fame. Sed precedat saturitatem fames, ne fastidium non perueniat ad panes. Ergo diximus a quo petamus, qui petamus, quid petamus. Sed petitur & a nobis: Mendici enim dei sumus: Vt agnoscat ille mendicos suos, agnoscamus nos nostros. Sed & ibi etiam cogitemus quando petitur a nobis: qui petunt a quibus petunt, quid petunt: Qui petunt? Homines. A quibus petunt? Ab hominibus. Qui petunt? Mortales. A quibus petunt? A mortalibus. Qui petunt? Fragiles. A quibus petunt? A fragilibus. Qui petūt? Miseri. A quibus petunt? A miseris. Excepta substantia facultatum, tales sunt qui petunt, quales sunt a quibus petunt. Quam frontem habes petendo ad dominum deū tuum, qui non agnoscis parem tuum? Non sum, inquit, talis, absit a me ut talis sim. Inflatus obsericatus ista loquitur de pannoso. Sed ego nudos interrogo. Non interrogo in uestibus, quales sitis, sed quales nati fueritis. Ambo nudi, ambo infirmi, ambo miseram uitam inchoantes, ideo ambo plorantes, Ecce recole dies primordia tua, uide utrum huc aliquid attuleris. Iam uenisti, & tanta inuenisti: dic ergo rogo, te quid attulisti? Dic quid attuleris: aut si dicere erubescis, Apostolum audi, Nihil intulimus in hunc mundum. Nihil, inquit, intulimus in hunc mundum. Sed fortè qui nihil attulisti, & hic multa inuenisti, aliquid hinc tecum ablaturus es? Et hoc fortasse amore diuitiarum trepidas confiteri: audi & hoc, & hoc Apostolus dicat, qui te non palpat, Nihil intulimus in hunc mundum, utiq; quando nati sumus. Sed nec auferre aliquid possumus, utiq; quando de mundo eximus. Nihil attulisti, nihil hinc auferes, quid te inflas contra pauperem? Quando nascuntur infantes, recedant de medio parentes, serui clientes, recedant de medio turbæ obsequentes, & agnoscantur pueri diuites flentes. Pariant simul dies & pauper, pariant simul mulier dies & mulier pauper, non attendant quod pariunt, discedant paululum, redeant & agnoscant. Ecce dies nihil intulisti in hunc mundum, sed nec auferre hinc aliquid potes. Quod dixi de natis, hoc dico de mortuis. Certè quando casu aliquo uetera sepulcra frangun tur, ossa diuitis agnoscantur. Ergo dies audi Apostolum, nihil intulimus in hunc mundum: Agnosce, uerum est. Sed nec auferre aliquid possumus: Agnosce, & hoc uerum est. Quid ergo sequitur? Victum & tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quæ mergunt hominem in interitum & perditionem. Radix est enim omnium malorum auaritia, quam quidam sequentes, a fide pererrauerunt. Attende quid dimiserunt. Doles q̄ hoc dimiserunt, uide quo se inseruerunt. Audi, A fide pererrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Sed qui? Qui uolunt diuites fieri. Aliud est esse diuitem, aliud uelle diuitem fieri. Dies est qui a diuitibus natus est, non quia uoluit dies est, sed quia multi hæreditates dimiserunt. Video facultates, non interrogo voluptates. Hic cupiditas accusatur, non aurum, non argentum, non diuitiæ, sed cupiditas. Nam qui nolunt diuites fieri, uel qui non curant, uel qui non ardent cupiditatibus, non auaritiæ facibus accenduntur, sed diuites sunt, audiant Apostolum, hodie lectum est, Præcipe diuitibus huius mundi. Præcipe, Quid? præcipe ante omnia, non superbè sapere. Nihil est enim quod sic generent diuitiæ, quomodo superbiam. Omne pomum, omne granum, omne frumentum, omne lignum habet uermem suum. Et alius est vermis mali, alius piri, alius fabæ, alius tritici: vermis diuitiarum superbia. Ergo præcipe diuitibus huius mundi, non superbe sapere. Excluſit vitium, non superbe sapere. Doceat vsum de eo quod sequitur: Neque sperare in incerto diuitiarū. Qui non sperant in incerto diuitiarum, non superbè sapiunt. Qui altum sapiunt, timeant. Si timent, non altum sapiunt. Quam multi heri diuites, hodie pauperes. Quā multi dormiunt diuites, & venientibus latronibus & cuncta auferentibus euigilant pauperes. Ergo non sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo qui præstat nobis omnia abundanter temporalia & ęterna, sed magis ad fruendum æterna, ad vtendum

Matth. 5. 4 E

1. Tim. 6. 4 F

Vbi sup.

1. Timo. 6.

4 G

Aliud est esse diuitem, aliud uelle diuitem fieri. aliàs uoluntates.

1. Timo. 6. Diuitię superbiā generant.

Diuites mali taxantur.

4 H

temporalia. Temporalia tanquam viatoribus, æterna tanquam habitatoribus. Temporalia, vnde bona faciamus: æterna, vnde boni efficiamur. Ergo hoc faciant diuites, non superbè sapiant, neque sperent in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum. Hoc faciant. Ex eo autem quod habent quid faciant? Audi quid: Diuites sunt in operibus bonis, facilè tribuant. Facilè tribuant, habent enim vnde. Quare non faciunt? Paupertas, difficultas est, Facilè tribuant, habent vnde. Communicent, id est, pares suos mortales agnoscant. Communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum. Non enim quia dico, inquit, facile tribuant, communicent, expoliare illos volo, nudare illos volo, inanes relinquere volo, Doceo lucrum, cum ostendo quod thesaurizent sibi. Non enim volo vt pauperes remaneant. Thesaurizent sibi, non vt perdant dico, sed quo migrent ostendo. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Hæc ergo falsa vita est, apprehendant veram vitam. Vanitas. n. vanitatum & omnia vanitas. Quæ abundantia tanta hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? Apprehendenda est ergo vera vita, migrandę sunt facultates nostræ ad locum verę vitæ, vt hoc ibi inuenamus quod hic damus. Mutat illa, qui mutat & nos. Date ergo pauperibus, fratres mei, Victum & tegumentum habentes his contenti simus. Nihil diues habet de diuitijs suis, nisi quod ab illo postulat pauper, victum & tegumentum. Hinc tu quid plus habes ex omnibus quę habes? Accepisti victum, accepisti necessarium tegumentum. Necessarium dico, non inane, non superfluum. Quid plus de diuitijs tuis capis? Dic mihi, Certè omnia tua superflua erunt. Quæ sunt tua superflua, sint pauperibus necessaria. Sed ego, inquit, prætiosas epulas accipio, prætiosis cibis vescor. Pauper quid? Vilibus. Vilibus cibis vescitur pauper, ego, inquit, pretiosis. Interrogo vos quando fueritis ambo satiari, pretiosus cibus ad te intrat: quid fit cum intrauerit? Nonne si specularia in ventre haberemus, de omnibus cibis pretiosis erubesceremus, quibus saturatus es? Esurit pauper, esurit diues. Saturari quærit pauper, saturari quærit diues. Saturatur pauper de vilibus cibis, saturatur diues de pretiosis cibis. Saturitas æqualis est, possessio vna est, quo ambo volunt, peruenere. Sed ille per compendium peruenit, ille multum circuit. Sed melius, inquit, mihi sapiunt apparata pretiosa. Vix fastidiosus satiaris. Nescis quomodo sapit, quod fames accendit. Neque ita hoc dixi, vt diuites cogam epulis & cibis pauperum vesci. Vtantur diuites consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant aliter se non posse. Melius enim possent, si aliter possent. Si ergo non extollitur pauper de mendicitate, tu quare extolleris de infirmitate? Vtere cibis electis pretiosis, quia sic consuesti, quia non aliter potes, quia si consuetudinem mutas, ægrotas. Conceditur tibi, vtere superfluis, da pauperibus necessaria. Vtere pretiosis, da pauperibus vilia. Expectat a te, expectas a deo. Expectat ille manum quæ facta est secum, expectas tu manum quæ fecit te. Sed non solum te fecit, sed & pauperem tecum. Dedit vobis vnam viam istam vitam. Inuenistis vos comites, vnam viam ambulatis. Ille nihil portat, tu nimium oneratus es. Ille nihil secum portat, tu interim plus portas quam opus est. Oneratus es, da illi de eo quod habes, & illum pascis, & pondus minuis. Date ergo pauperibus, rogo, moneo, præcipio, iubeo. Quicquid vultis date pauperibus. Non enim occultabo charitati vestræ, quare hunc sermonem necesse habui vobis promere. Ex quo hic sumus euntes ad ecclesiam & redeuntes, pauperes interpellant nos, & dicunt vt dicamus vobis vt aliquid accipiant a vobis. Nos monuerunt loqui vobis, & cum se vident non accipere a vobis, inaniter arbitrantur nos laborare in vobis. Expectant & aliquid a nobis. Damus quantum habemus, damus sicut possumus. Nunquid tamen ad eorum necessitatem implendam idonei sumus? Quia ergo ad eorum necessitatem implendam idonei non sumus, vel ad vos legati ipsorum sumus. Audistis, laudastis, deo gratias. Semen accepistis, verba reddidistis, Laudes istæ uestræ grauant nos potius & in periculum mittunt. Toleramus illas & tremimus inter illas. Tamen, fratres mei, istę laudes vestrę folia sunt arborum, fructus quæritur.

4 I

Eccle. 1.

1. Timo. 6.

4 K

In gloriosos.

4 L

41. dist. nō regantur.

4 M

De puero Centurionis & uerbis eius indignum se præsentia domini iudicantis, in Euangelio secundum eundem, Sermo VI.

Matth. AVdiuimus cum Euangelium legeretur, fidem nostram in humilitate laudari. Ad
§ A domum quippe Centurionis cum se permitteret dñs Iesus iturum ut puerum
eius sanaret, ille respondit, Non sum dignus ut sub tectum meum intres, sed tantum
dic uerbo & sanabitur.) Dicendo se indignum, præstitit dignum, non in cuius parie-
tes, sed in cuius cor Christus intraret. Neq; hoc diceret cum tanta fide & humilitate,
nisi iam illum quem timebat intrare domum suam corde gestaret. Nam non erat ma
Luc.7. gna fœlicitas, si dñs Iesus intraret in parietes eius, & non esset in pectore eius. Magi-
ster quippe humilitatis & uerbo & exemplo, discubuit & in domo cuiusdam Pharisęi
Matth.8. superbi, nomine Simonis. Et cum in domo recumberet, non erat in corde eius ubi ca
Lucę.9. put filius hominis reclinaret. Ita.n. quendam superbum quantum intelligitur ex ver
bis ipsius domini, ultro secum ire cupientem a suo discipulatu reuocauit, Sequar te
domine quocunq; ieris. Et dominus in corde eius inuisibilia uidens, Vulpes, inquit,
foueas hint, & uolatilia cœli nidos, filius autem hominis non habet ubi caput suum
reclinet: hoc est, habitant in te insidiæ sicut vulpes, habitat superbia sicut cœli uola-
tilia, filius autem hominis simplex contra insidias, humilis contra superbiam, non ha
bet ubi caput suum reclinet. Et ipsa reclinatio capitis non erectio, sed humilitatis ma
gistra est. Reuocat ergo istum ire cupiętem, trahit alterum recusantem. Eodem quip-
§ Matth.8. pe loco ait cuidam, Sequere me. Et ille, Sequar domine, sed sine me primo ire & sepeli
B re patrem meum. Piè quidé excusauit, & ideo dignior cuius excusatio remoueretur,
uocatio firmaretur. Pium erat quod uolebat facere, sed docuit magister quid debuis
set præponere. Volebat enim eum esse uiui uerbi prædicatorem, ad faciendos victu-
vbi supr. ros. Erant autem alij per quos illa necessitas impleret. Sine, inquit, mortuos sepelire
mortuos suos. Infideles cadauer quando sepeliunt, mortui mortuum sepeliunt. Illius
corpus animam perdidit, illorum anima deum. Sicut enim anima est uita corporis,
sic uita animæ deus. Sicut expirat corpus cum animam emittit, ita expirat anima cũ
deum amittit. Deus amissus, mors animæ, anima emissa, mors corporis. Mors corpo-
Lucæ.7. ris necessaria, mors animæ uoluntaria. Discũbebat ergo dominus in domo cuiusdam
Lucæ. 19. Pharisæi superbi. In domo eius erat, ut dixi, & in pectore eius non erat. In huius ue-
ro Centurionis domum non intrauit, & pectus possedit. Zachæus uero dominum &
domo suscepit & animo. Huius tamen fides in humilitate laudatur. Dixit.n. Nõ sum
dignus ut sub tectum meum intres. Et dominus, Amen dico uobis, non inueni tantã
fidẽ in Israel,) scdm carnẽ. Nã & iste iã Israelites erat scdm spiritũ. Venerat dñs ad Is
raelẽ carnalẽ, i. ad Iudæos, ibi primũ q̃rere oues pditas, in quo populo & de quo popu
§ lo ẽt corpus assumpserat, nõ ibi inuenit tãtã fidẽ, ipse dicit. Possumus nos metiri fidẽ
C hominum sicut homines? Ille qui interiora cernebat, ille quem nemo fallebat perhi-
buit testimonium cordis hominis, audiens uerba humilitatis, pronuncians sententiã
sanitatis. Vnde autem hoc pręsumpsit? Et ego, inquit, homo sum sub potestate con-
stitutus, habens sub me milites, & dico huic uade & uadit, & alio ueni & uenit, & ser-
uo meo fac hoc & facit. Potestas ium quibusdam sub me positis, sub potestate quadã
super me. Si ergo ego, inquit, homo sub potestate, iubendi habeo potestatem, quid tu
posis cui omnes seruiunt potestates: Erat autem iste de gentibus, erat quippe centu
rio. Iam Iudæa gens habebat militem, habebat Romanum imperium. Ibi iste militẽ
aiebat, quantum agere Centurio poterat. Et habens potestatem, & sub potestate, sub
ditus obediens, subditos regens, Dominus autem quod intendat pręcipue necessario
charitas uestra, quamuis in populo Iudaico esset, iam pronunciabat ecclesiam toto
orbe terrarum futuram, in qua erat missurus Apostolus, Ipse a gentibus non uisus &
creditus, a Iudeis uisus & occisus. Quomodo enim domum huius dominus corpore
non intrauit, & eius tamen fidem, atq; ipsam domum absens corpore, præsens maie-
state sanauit: sic & idem dominus in solo Iudaico populo corpore fuit, apud alias gẽ-
tes nec de virgine natus est, nec passus est, nec pedibus ambulauit, nec humana per-
§ tulit, nec diuina mirabilia fecit. Nihil horum in cæteris gentibus, & tamen de illo im
D Psal.17. pletum est, quod dictum erat, Populus quem non cognoui seruiuit mihi. Quomodo
si non cognouit, In auditu auris obediuit mihi? Iudæa gens cognouit & crucifixit,

orbis terrarum audiuit & credidit. Hanc quodammodo absentiam corporis sui præ-
sentiã uirtutis suæ in omnibus gentibus, & in illa muliere significauit quæ fimbriã ve
stimenti eius tetigerat, cũ requirit dicens, Quis me tetigit? Tanquam absens requirit, Luc.8.
tanquã præsens sanat. Turbæ te, inquiunt discipuli, comprimunt, & dicis, quis me teti-
§ E git? Quasi enim sic ambularet vt a nullo prorsus corpore tãgeretur, ita dixit, Quis me
tetigit? Et illi, Turbæ cõprimunt: Et tanquam diceret dominus, tangentem quæro nõ
prementem. Sic etiã nunc est corpus eius, id est, ecclesia eius. Tangit eam fides pauco-
rum, premit eã turba multorũ. Corpus.n. Christi esse ecclesiã tanq̃ filii eius audistis,
& si vultis ipsi estis. Apostolus multis locis hoc dicit, Pro corpore, inq̃t, eius qđ est ec
clesia. Et iterũ, Vos aũt estis corpus Christi, & mẽbra. Si ergo eius corpus sumus, qđ
tũc corpus eius in turba patiebatur, hoc patitur ecclesia ipsius. A turbis premit, à pau- 1.Co.12.
cis tãgitur. Caro eã premit, fides tãgit, erigite q̃ppe oculos obsecro vos, q̃ habetis vñ vi
deatis. Habetis.n. qđ videatis. Erigite oculos fidei, tanq̃ extremã fimbriã vestimenti,
sufficiat ad salutẽ. Videte qđ audistis ex Euangelio tunc futurũ, nũc præsens est. Ideo,
inquit, dico vobis propter laudatã Centurionis fidem, tanquam alienigenæ carne, do
mestici corde. Propterea, inquit, multi ab Oriente & Occidẽte venient. Non omnes,
sed multi, tamẽ ipsi ab Oriente & Occidente, istis partibus duabus, totus orbis designa
tur. Multi ab Oriente & Occidente veniẽt, & recumbent cum Abraã & Isaac, & Ia-
§ cob in regno cœlorũ, filii autem regni eiicientur in tenebras exteriores. Filii regni,
F Iudæi scilicet. Vnde filii regni? Quia legem acceperũt, ad quos prophetæ missi sunt,
apud quos templũ & sacerdotium fuit, qui celebrant figuras omnium futurorũ. Qua-
rum enim rerum figuras celebrauerunt, præsentiam non agnouerunt, Filij ergo regni
ibunt, inq̃t, in tenebras exteriores, ibi erit ploratus & stridor dentiũ.) Videmus Iudęos
reprobatos, videmus Christianos ab Oriente & Occidẽte vocatos ad quoddam conui Iudæi
uium cœleste, vt recumbãt cum Abraam, Isaac, & Iacob, vbi panis iustitia, vbi potus quare fi-
sapientia. Attẽdite ergo fratres, Hoc enim vos estis, ex hoc populo estis, iã tũc prædi- li regni.
cato, nunc presentato. De his vtique estis qui vocati sunt ab Oriẽte & Occidente re-
cũbere in regno cœlorum, non in templis idolorum. Estote ergo corpus Christi, non
pressura corporis Christi. Habetis vestimenti fimbriã, quam tangatis, vt a profluuio
sanguinis, id est, a carnaliũ voluptatũ fluxu sanemini. Habetis, inquam, vestimẽti fim-
briã quam tangatis, Vestem putate Apostolos, sub textura vnitatis adhærentes lateri-
bus Christi. In his Apostolis erat tanquã fimbria minimus & nouissimus Paulus, ip-
so dicẽte, Ego sum minimus Apostolorum. In veste nouissimũ & minimum fimbria
cũ contemptu aspicitur: sed cum salute tangitur. Vsque ad hanc horam, & esurimus, &
§ sitimus, & nudi sumus, & colaphizamur. Quid tã extremum, quid tam contemptibi- 1.Co.4.
G le? Tange si fluxum sanguinis pateris, exiet virtus de illo cuius vestis est, & sanabit te.
Fimbria mõ tangenda proponebatur, quãdo ex eodem Apostolo legebatur, Si enim q̃ 1.Co.8.
viderit eũ qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius cum sit
infirma, ædificabitur ad mãducandũ idolothyta? Et peribit infirmus in tua scietia fra-
ter, propter quẽ Christus mortuus est? Quo putatis decipi posse simulacris homines,
quæ a Christianis honorari putãtur? Nouit, inquit, deus cor meum, sed frater tuus nõ
nouit cor tuum. Si infirmus es, caue maiorẽ ægritudinem. Si firmus es, cura infirmita
tem fratris. Qui vident ista ædificantur ad idolia, vt non tantum tibi manducare, sed
& sacrificare desiderent. Ecce perit infirmus, in tua scientia frater, Audi frater, Si con
tẽnebas infirmum, etiam fratrem contemnis. Expergiscere. Quid in ipsum Christum
peccas? Attende enim quod nullo pacto possis contemnere. Sic autem peccantes, in-
quit, in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam in Christum pecca-
tis. Eant nunc qui ista contemnunt, & recumbant in idolio, nonne erunt prementes
non tangentes? Et cum recubuerint in idolio, veniant & impleant ecclesiam non salu-
§ tẽ accepturi, sed pressurã facturi. Sed timeo, inq̃es, ne offendã maiorẽ, Times prorsus
H ne offendas maiorẽ, & non times ne offendas deum? Quid.n. times, ne offendas ma-
iorem, Vide ne forte maior sit isto quem times offendere. Maiorẽ certe noli offendere.
Hæc tibi regula proponitur. Nonne manifestum est eum minime offendendum,
qui maior est cæteris? Discute nunc maiores tuos. Primi tibi sunt pater, & mater,

Si

Si recte educantes, si in Christum nutrientes, audiendi in omnibus obtemperandum 4
eis in omni iussione contra maiorem si nihil iubeant, & seruiatur illis. Quis est, in- I
quis, maior eo qui me genuit? An ille qui teipsum creauit? Generat enim homo, crea
uit deus. Vnde generat homo nescit, quid generaturus sit nescit. Ille qui te vidit vt fa
ceret antequam esset quem fecit, certe maior est patre tuo. Maior sit patria & ipsis pa
rentibus tuis, vt quicquid iusserint parentes contra patriam non audiantur, & quic-
quid iusserit patria contra deum, non audiatur. Si enim sanari vis, si post fluxum san-
guinis, si post xij annos in illo morbo, si post consummata omnia in medicis, & non re
cepta sanitate aliquando vis sana fieri o mulier, quam alloquor in typo ecclesiæ, iubet
illud pater tuus, & illud iubet populus tuus. Sed dicit tibi dominus tuus, Obliuiscere
Psal.44. populum tuum, & domum patris tui. Quo bono, quo fructu, qua mercede? Quoniam
concupiuit, inquit, rex decorem tuum. Concupiuit quod fecit, quoniam vt pulcram fa
deret fœdam amauit. Pro infideli & fœda sanguinem fudit, fidelem ac plucram reddi-
pit, dona sua in te amauit. Quid enim sponso tuo contulisti? Quid in dotem a priore
1.Co.8. catre & priore populo accepisti? Nonne luxurias & pannos peccatorum? Abiecit pan-
nos tuos, discidit cilicium tuum, misertus est vt ornaret, ornauit vt amaret. Quid plu
ra fratres christiani? Audistis quia peccantes in fratres, & percutientes conscientiam 4
eorũ infirmam, in Christum peccatis. Nolite contemnere, si non vultis deseri de libro K
vitæ, Quandiu conamur luculente & delectabiliter vobis dicere, quod dolor noster
cogit quomodocunq. dicere & tacere nõ permittit? Quicunque voluerint ista cõtem-
nere, in Christum peccant, videant quid agant. Paganos reliquos colligi volumus. La-
pides estis in via, venire volentes offendunt & redeunt. Dicũt enim in cordibus suis,
Quare nos relinquamus deos, quos christiani ipsi nobiscum colunt? Absit à me, in-
quis, vt ego deos gentiũ colam. Noui, intelligo, credo. Quid facis de conscientia infir-
mi quam percutis? Quid facis de pretio? Si contemnis quod emptum est, vide quanti
1.Co.8. emptum est. Peribit, inquit, infirmus in tua scientia q̃ te dicis habere, vt sciat quia ni-
hil est idolum, & animo cogites deum, & sic recumbas in idolio. In hac sciẽtia perit in
firmus. Et ne contemnas infirmũ addidit, Propter quẽ Christus mortuus est. Quem
vis comtemnere, pretium eius attende, & cũ morte Christi totum mundum appende.
Et ne adhuc te putares in infirmum peccare, & leue duceres peccatũ ac paruipẽderes,
In Christum, inquit, peccatis. Solent. n. homines dicere, In hominem pecco, nunquid
in deum? Negas deum Christum. Audeas negare Christũ deum? An aliquid in idolio
cum recumberes didicisti? Non admittit istam doctrinam Christi doctrina. Quæro
vbi didiceris Christum nõ esse deum. Pagani hoc solent dicere. Vides qd faciunt men 4
1.Co.15 tes malæ? Vides quo corrumpunt mores bonos colloquia mala? Tu ibi de Euãgelio lo L
qui non potes, & de idolis loquentes audis. Amittis ibi q̃ Christus deus est. Et quod
ibi bibis, in ecclesia vomes. Forte hic audes loqui, forte inter turbas audes murmurare.
Nunquid Christus nõ homo fuit? Nonne crucifixus est? A Paganis hoc didicisti, salu
1.Co.8. tẽ perdidisti, fimbriam non tetigisti. Tange & in hoc fimbriam, recipe salutem, sicut
Rom.9. eã te tangere docuimus in eo quod scriptũ est, Qui viderit fratrem in idolio recumbẽ
tem. Tange illã de diuinitate Christi. Et de Iudæis dicebat eadem fimbria, Quorum
patres, & ex quibus Christus secundũ carnem, qui est super omnia deus benedictus in
secula. Ecce in quẽ verum deum peccas, dũ discumbis apud deos falsos. Non est, inqt,
deus, quia genium est Carthaginis, quasi si Mars aut Mercurius esset, deus esset. Sed
qũo ab ipsis habeatur attende, non quid sit. Nam & ego tecum scio, quia lapis est. Si
genium ornamentũ est aliquod, ciues Carthaginis bene viuant, & ipsi erunt genium
Carthaginis. Si autẽ genium dæmoniũ est, audisti & ibi, Quæ immolant gentes, dæ- 4
1.Co.10 monibus immolant, & nõ deo. Nolo vos socios fieri dæmoniorum. Nouimus quia nõ M
est deus, vtinã & illi sic norint. Sed ꝓpter eos q̃ hoc nõ norũt infirmos, nõ debet pcu-
ti conscientia ipsorũ. Hoc monet Apostolus. Nam & illi q̃ numen habeant & pro nu
mine accipiant illã statuam, ara testatur. Quid illic faciat ara, si illud nõ habetur ꝓ nu
mine? Nemo mihi dicat, Non est numen, nõ est deus. Iam dixi, vtinam sic ipsi norint
hoc, qũo nouimus omnes nos. Sed quid habeant, pro qua re habeant, quid ibi faciant,
ara illa testatur, Conuincit omnium colentium mentes, non conuincat recumben-

tes,

tes, sed non premãtur Christiani, si ꝑmantur pagani. Corpus Christi est. Nonne hoc
6 dicebamus, quia corpus Christi ꝑmebatur & non tangebatur? Tolerabat ꝑmentes, q-
A rebat tangentes, atque vtinã, fratres, a Paganis ꝑmatur corpus Christi, a qbus præmi
solet, Christiani nõ ꝑmant corpus Christi. Fratres, ad nos pertinet verbum vobis dice
re, ad nos pertinet Christianis loqui. Quid. n. mihi de his qui foris sunt iudicare? ipse 1.Co.5.
Apostolus ait. Illos alloquimur aliter, tanquã infirmos. Blandiendum est illis vt audiãt
veritatem, in vobis secanda putredo est. Si quæritis vnde vincantur pagani, vnde illu-
minentur, vnde ad salutem vocentur, deserite oĉs solennitates eorum deserite nugas
ipsorum, & si non consentiunt veritati nostræ, erubescant paucitati suæ. Bonus si fue-
rit qui tibi pest, nutritor tuus est. Malus si fuerit, tẽtator tuus est, & nutrimentã liben-
ter accipe, & in tentatione approbare. Esto aurum, attende mundũ istũ tanquã fornaĉ
aurificis. In vno angusto loco tria sunt, aurum, palea, ignis. Ad illa duo & ignis apponi
tur, palea vritur, aurum purgatur. Cessit nescio quis minis & adductus est ad idolium,
Væ mihi quia paleam plango, cinerẽ video. Non cessit minis, non cessit terroribus, ad-
ductus ad iudicem stetit in confessione sua, non est flexus ad idolum, quid facit flam-
ma? Nonne aurum purgatur? State in domino fratres, potentior est qui vocauit vos,
6 minas impiorum ne timueritis, inimicos patimini. Habetis pro quibus oretis. Prorsus
B non vos terreant. Hæc sanitas, haurite hinc in isto cõuuio, hic bibite vnde satiemini, Sapiẽ.3.
non illic, vnde insanatis. State in domino. Aurum eritis, argenti estis. Ista similitudo
non a nobis est, de diuina scriptura est. Legistis, audistis, Sicut in fornace aurum pro-
bauit illos, & sicut holocausti hostiam accepit illos. Ecce quid eritis ad thesauros dei?
Estote diuites de deo, non eum facturi diuitem, sed de illo futuri diuites. Impleat vos,
aliud non admittatis ad cor vestrum. Nunquid in superbiam vos erigimus, aut dici-
mus vobis vt aduersus potestates ordinatas contemptores sitis. Nõ hoc dicimus. Qui
& hinc ægrotatis, tangite, & hinc fimbriam illam vestimẽti, Ipse dicit Apostolus, Om-
nis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas nisi a deo. Quę Ro.13.
autem sunt, a deo ordinata sunt. Qui enim resistit potestati, dei ordinationi resistit. 11.q.3.
Sed si illud iubeat quod non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem: Timendo Qui re-
potestatem, ipsos humanarum rerum gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator, nõ- sistit.
ne faciendum est? Tamen si contra proconsul iubeat, non vtique cõtemnis potestatẽ,
sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior plata est. Rursum si ali-
quid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contẽpto
illi esse seruiendum? Ergo si aliud imperator, & aliud deus, quid iudicatis? Solue tribu-
tum, esto mihi in obsequium. Recte, sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohi-
6 bet? Maior potestas. Da veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi as- Ephe.6.
C sumenda est fides tua, tanquã scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extin-
guere. Sed insidiatur contra te potens, acuit nouaculam vnde capillos radat, non vnde Psal.51.
caput incidat. Quod dixi modo, audistis in Psalmo, Sicut nouacula acuta fecisti dolũ.
Quare dolum potentis malæ nouaculæ comparauit? Quia non admittitur nisi ad sup Dolus
flua nostra, Sicut capilli in corpore nostro tanquam superflui videntur, & sine detri- potentis
mento carnis raduntur, sic quicquid potest tibi facere iratus potens, inter superflua tua malę no
numera. Tollit paupertatem tuam, nunquid tollit diuitias tuas? Paupertas tua, diuitiæ uaculæ
tuæ in corde tuo. Superflua tua potuit tollere, damno potuit afficere, permissus & vs- compa-
que ad lædendum corpus. Etiam ista vita cogitantibus aliam vitam, ista, inquam, vita ratur.
inter superflua deputanda est. Nam & martyres contempserunt illam, Non vitam per
diderunt, sed vitam acquisierunt. Certi estote fratres, inimicos non amitti aduersus in
fideles, nisi quantum prodest tentandis & probandis fidelibus. Certi estote fratres, ne-
mo aliud dicat, Omnem curam vestram super dominum mittite, prorsus vosipsos to-
tos proijcite in illum. Non se subducit vt cadatis, ille qui nos creauit, & de ipsis capil-
lis nostris securitatem nobis dedit, Amen dico vobis, inquit, & capilli capitis vestri nu Mat.10
merati sunt. Capilli nostri numerati sunt deo, quanto magis mores nostri, cui sic noti
6 sunt capilli nostri? Videte, quia minima nostra nõ cõtemnit deus. N ãsi contemneret,
D nec crearet. Nam & capillos nostros ipse vtique creauit, & numeratos habet. Sed mõ
cũ sunt, inquit, forte peribũt, & hinc audi vocem eius, Amen dico vobis, capillus capi- Luc.21.
tis

tis vestri non peribit. Quid times hominem, hō in sinu dei positus: Tu de illius sinu noli cadere, quicquid ibi passus fueris, ad salutem valebit, non ad perniciem. Laniatus membrorum martyres pertulerunt, & timent Christiani iniurias temporum Christianorum? Qui tibi facit iniuriam mō, timens facit, Non dicit aperte, veni ad idoliū, nō dicit aperte, veni ad aras meas, ibi conuiuare. Et si dixerit, & nolueris, hoc conqueraf, hoc in postulationem, hoc in querimoniam deponat, Noluit venire ad aras meas, noluit venire ad templū quod veneror. Hoc dicat. Non audet dicere, sed alia machinatur dolose. Para capillos, nouaculam acuit, ablaturus est superflua tua, rasurus quicquid relicturus es. Tollat quicquid permanebit si potest. Quid tulit potens nocens? Quid magnum tulit? Quod fur, quod effractor, vt multum sæuiat quod latro. Si & ad ipsum corpus occidendum permissus fuerit, quid tollit nisi quod latro? Honoraui cum dixi latro. Nam qualiscunque latro, hō est. Quod febris, quod scorpius, quod fungus malus. Ista tota potentia sæuientium est, facere quod fungus. Manducant homines fungū malum, & moriuntur. Ecce in qua fragilitate est vita humana, quam quandoque relicturus es, noli pro illa sic pugnare vt tu relinquaris. Via nostra Christus est, Christum attende. Pati venit, sed & glorificari. Contemni, sed etiam exaltari. Mori, sed etiam resurgere. Opus te terret, mercedem vide. Quare vis peruenire delicatus ad eam rem, ad quam non perducit nisi labor? Sed times ne perdas argentum tuum, quia ad argentum tuum cum magno labore peruenisti. Si ad argentum tuum, quod quandoque vel moriens amissurus es, non peruenisti sine labore, ad vitam æternam sine labore vis peruenire: Charior sit tibi illa ad quam post omnes labores sic peruenies vt nunquam amittas. Si hoc tibi charum est, ad quod post omnes labores sic pueniſti, vt aliquādo amissurus sis, quanto magis illa perpetua desiderare debemus? Verbis ipsorum ne credatis nec timeatis, hostes nos dicunt idolorum suorum. Sic præstet deus & det omnia potestate, quomodo dedit quod fractum est. Hoc enim dicimus charitati vestræ, ne faciatis ista, quando in potestate vestra non est vt faciatis illud. Prauorum hominum est, furiosorum circumcellionum, & vbi potestatem nō habent sæuire, & velle mori, Properāt sine causa. Audistis quæ vobis legimus, omnes qui nuper in mapalibus affuistis. Cum data vobis fuerit terra in potestatem. Prius ait in potestatem, & sic dixit quæ facienda sunt. Aras eorum, inquit, destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis potestatem hoc facite, vbi nobis non est data potestas non facimus, vbi data est non prætermittimus. Multi pagani habent istas abominationes in fundis suis, nunquid accedimus & cōfringimus? Prius. n. agimus, vt idola in eorum cordibus confringamus. Quando Christiani & ipsi facti fuerint, aut inuitant nos ad tam bonum opus, aut præueniunt nos. Modo orandum est pro illis, non irascendum illis. Si mouet dolor magnus, aduersus Christianos mouet, aduersus fratres nostros mouet, qui sic volunt intrare in ecclesiam vt hic corpus habeant, alibi cor. Totus intus esse debet. Si intus est quod videt homo, quare foris est quod videt deus? Sciatis autem, charissimi, murmura eorum coniungere se cum hæreticis, cum Iudæis. Hæretici, Iudæi, & Pagani vnitatem fecerunt contra vnitatem, quia contingit vt quibusdam locis disciplinam acciperent Iudæi propter improbitates suas, criminantur & suspicantur, aut fingunt quia talia de illis semper quæramus, quia contingit vt alicubi hæretici pœnas darent legibus pro impietate & furore violentiarum suarum, iā nos dicunt per omnia quærere aliquam incommoditatem ipsorum ad perniciem. Rursus qa contra Paganos placuit vt leges ferrentur, immo pro Paganis si sapiāt. Sicut enim pueris insensatis ad lutum ludentibus, & manus coinquinantibus pædagogus cum venit seuerus, lutum de manu excutit, codicem porrigit, ita voluit deus per principes subditos sibi terrere corda insensata puerilia, vt abijciant lutum de manibus, & aliquid vtile faciant. Quid est vtile de manibus? Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Et tamen pueri euadunt ab oculis pædagogi, & redeunt ad lutum furtim, & quando inueniuntur abscondunt manus suas ne videantur. Qui ergo voluit deus, putant nos vbicunque quærere idola, quæ cum inuenerimus in omnibus locis frangere. Quare? Non ante nos sunt loca in quibus sunt? Aut vere ignoramus vbi sint ista? Et tamen non facimus, quia non dedit in potestatem deus? Quando

Deut. 7. & 12.

Esai. 58.

do dat deus in potestatem: quando Christianus erit cuius res est, modo fractum voluit cuius res est. Si nollet ipsum locum dare ecclesiæ, & tantum iuberet in re sua, nō esse idola puto, quia debuit summa deuotione fieri a xpianis, vt aduuaretur absens Christiana anima quę de terra vnde vult deo gratias agere, non vult ibi aliquid esse in contumeliam dei. Huc accedit, quia ecclesia dedit ipsa loca, & in re ecclesię idola futura erant. Fratres, ecce quod displicet paganis? Parum est illis, quia de villis ipsorū non illa tollimus, non illa frangimns, & in nostris volunt ea seruari. Cōtra idola præ dicamus, de cordibus illa tollimus, sumus persecutores idolorum Profitemur. Nunquid seruatores? Non facio vbi non possum, non facio vbi cōquæritur dominus rei. Vbi autem vult fieri & gratias agit, reus ero si non fecero.

De tribus quorum vnus dixit, Domine sequar te quocunq; ieris, & reprobatus est. Alius non audebat, & excitatus est, Tertius differebat, & culpatus est.

Sermo. VII.

DE hoc capitulo Euangelii quod dñs donauit, audite. Lectum est dominum Iesum differenter egisse, cum obtulit se vnus vt eū sequeretur, & reprobatus est, alius non audebat, & excitatus est; tertius differebat, culpatus est. Quod. n. dixit, Domine sequar te quocunque ieris:) Quid tam prompti ū, quid tam impigrū, quid tam paratum, & quid ad tantū bonū aptius simum, sequi dñm quocunq; ierit? Miraris hoc, quid est hoc, quod magis magistro bono domino Iesu Christo inuitante discipulos, quibus daret regnum cœlorum, displicuit tam paratus? Sed quia talis magister erat qui futuram præuideret, intelligimus fratres, istum hoiem si sequeretur Christum, sua quæsiturum fuisse, non quę Iesu Christi. Ipse enim dixit, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorum. Et iste de ipsis fuit, nec ipse sic nouerat quomodo medicus inspiciebat. Nam si iam se fictum esse sperabat, si iam dolosum & insidiosum se nouerat, cui loqueretur non nouerat. Ipse est. n. de quo Euangelista ait, Non opus habebat vt quisquam ei testimonium perhiberet de homine. Ipse enim sciebat quid esset in homine. Quid ergo respondit? Vulpes foueas habent, & volatilia cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput reclinet? Sed vbi non habet? In fide tua. Vulpes enim foueas habent in corde tuo, quia dolosus es volatilia cœli habent nidos in corde tuo, elatus es. Dolosus & elatus, non me sequeris. Quō dolosus sequitur simplicitatem? Et ad alterū continuo tacentē, & nihil dicentem, nihil promittentem dicit, Sequere me.) Quantum mali in illo tantū boni videbat in isto. Sequere me dicis nolenti. Ecce habes hominem paratum, Sequor te quocunq; ieris, & tu dicis nolenti, Sequere me? Istum, inquit, declino, quia video ibi foueas, video nidos. Quid ergo molestus es huic, quem prouocas, & excusat? Ecce iam cōpellis & nō venit, hortaris nō sequitur. Quid n. dicit? Ibo prius sepelire patrē meū) Fides cordis eius domino se ostendebat, sed pietas differebat. Dominus aūt xps quando parat homines Euangelio, nullam excusationē vult interponi carnalis huius temporalisq; pietatis. Equidē, & lex dei habet, & ipse dñs arguit Iudæos, quia destruebant ipsum mandatum dei. Et Paulus Apostolus in epistola sua posuit & dixit, Hoc est mandatū primum in repromissione, Honora patrem tuum & matrē tuā, deus vtiq; dixit. Volebat ergo iste iuuenis obtemperare deo, & sepelire patrē suū; sed est locus, & est tempus, & est res, qui huic rei, huic tēpori, huic loco seruiat. Honorādus est pater, sed obediendum est deo. Amādus est generator, sed præponēdus est creator. Ego, inquit, ad Euāgeliū te voco, ad aliud opus mihi necessarius es. Maius est hoc quā quod vis facere. Sine mortuos sepelire mortuos suos.) Pater tuus mortuus est, sunt alii mortui qui sepeliant mortuos. Mortui sepelientes mortuos qui sunt? Potestne mortuus a mortuis sepeliri? Quō inuoluūt, si mortui sunt? Quō plangunt, si mortui sunt? Et inuoluunt, & plangunt, & mortui sunt, quia infideles sunt. Docuit nos qđ scriptum est in Cantico canticorum, dicente ecclesia, Ordinate in me charitatē. Quid est, ordinate in me charitatē? Facite gradus, & cuiq; quod debetur restituite. Nolite anteriora posterioribus subdere. Amate parētes, sed prēponite deum parentibus. Attendite matrē Machabæorum, Filii, inquit, nescio quomodo apparuistis in vtero meo, Concipere vos potui, parere vos potui, formare vos non potui. Illum ergo audite, illū mihi præponite. Nolite attendere, ne sine vobis remaneam, Præcipit, & secuti sunt. Quod do-

Mat. 8. Luc. 9.

Philip. 2. Mat. 7.

Euangelio quō homines parat xps.

Parentes quō honorandi.

Mortui mortuos sepelientes. Cant. 2. Charit. tē ordinare. 2. Mac. 7.

cuit mater filios hoc docebat dominus Iesus Christus istũ cui dicebat, sequere me.
Luc.9. Quia nunc alius discipulus misit se in medio, cui nemo aliquid dixit, Prosequar te
domine, ait, sed vado primũ renũciare his qui in domo sunt.) Credo hic sensus est, 7
Nunciem meis, ne forte quomodo fieri solet, quærant me. Et dominus, Nemo ponẽs A
manum super aratrum, & respiciens retro, aptus est regno cœlorũ.) Vocat te Oriẽs,
& tu attendis Occidentem? In hoc capitulo hoc discimus, qm̃ quos voluit dominus,
hos elegit. Elegit autem, sicut dicit Apostolus, & secundum suam gratiam, & secun-
dum illorũ iustitiã. Talia.n. sunt verba Apostoli. Attendite, inquit, quid dicit Elias,
Ro.10.& Dñe, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua euerterunt, & ego relictus sum solus, &
3.Ro.19. quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septẽ
milia virorum, qui non curauerunt genu ante Baal. Solum te putas esse seruũ bene
laborentem, sicur & alii me timentes, & non pauci. Nã septem milia habeo. Et adiun-
xit, Sic ergo & in hoc tempore. Crediderunt ergo aliqui Iudæi, & multi fuerũt repro-
bati, sicut & ille qui vulpium foueas gestabat in animo. Sic ergo, inquit, & in hoc tem
pore, reliquię per electionẽ saluæ factæ sunt, id est, idem Christus est nunc qui tunc,
& modo qui & illic tunc Eliæ dixit, Reliqui mihi. Quid est reliqui mihi? Ego illos ele
gi, quia vidi mentes eorum de me pręsumentes non de se, nec de Baal. Non sunt mu-
tati, sic sunt vt a me facti sunt, & tu qui loqueris nisi de me præsumeres, vbi esses? Ni
si gratia mea plenus esses, nõne ante Baal etiam ipse genu flecteres? Gratia autẽ mea 7
plenus es, quia nihil de tua virtute, sed totum de mea gratia præsumpsisti. Noli ergo B
in hoc gloriari, vt putes te in seruitio tuo non habere conseruos, sunt quos elegi sic-
ut & de te, de me, scilicet præsumentes. Sicut ait Apostolus, Et nũc reliquiæ per ele-
ctionem gratiæ saluæ factæ sunt. Caue o Christiane, caue superbiam. Licet enim imi
tator sanctorum sis, totum gratiæ semper reputa, quia vt esset aliquid reliquum, gra
tia in te dei, non tuũ meritum fecit. De ipsis deniq; reliquiis, dixerat Propheta Esa.
Esa.1. cõmemorans, Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti esse
mus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquię
Rom.11. per electionem gratię saluæ factæ sunt. Si autem gratia, inquit, iam non ex operibus
Gratia nõ ex opibus ideſt, iam non de tuo merito extollaris. Alioquin gratia iam non est gratia. Si.n.de
de tuo opere præsumis, ergo merces tibi redditur, non gratia condonatur. Si aũt gra
tia est, gratis datur. Interrogo nunc, Credis, o peccator, Christo? Dicis, Credo. Quid
credis? Gratis vniuersa peccata per ipsum tibi posse remitti? Habes quod credidisti.
O gratia gratis data. Quid tu iuste credis? Te sine deo non posse seruare iustitiam ip
sius: Ergo totum reputa, quod iustus es, pietati. Quod autem peccator es, tuæ iniqui
tati ascribe. Esto accusator tuus, & ille erit indultor tuus. Omne enim crimẽ facinus
vel peccatum nostræ est negligentiæ, & omnis virtus & sanctitas dei est indulgen- 7
tiæ. Conuersi ad dominum. C

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Confiteor tibi pater
domine cœli & terræ, Et cætera quę sequuntur. Sermo. VIII.

Mat.11. SAnctum Euangelium cum legeretur, audiuimus exultasse dominũ Iesum in spi-
ritu, & dixisse, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a
sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.) Hucusq; interim verba domini
si digne, si diligenter, si quod primum est pie consideremus, inueniemus primitus
non semper cum in scripturis legimus confessionem debere nos intelligere vocem
pecatoris. Maxime aũt hoc dicendum fuit, & hinc admonenda charitas vestra, quia
mox vt hoc verbum sonuit lectoris, secutus est etiam sonus tũsionis pectoris vestri,
audito scilicet quod dominus ait, Cõfiteor tibi pater. In hoc ipso quod sonuit, Con
Tundere pectus. fiteor, pectora vestra tutudistis. Tũdere autem pectus quid est, nisi arguere quod la
tet in pectore, & euidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare hoc feciſtis?
nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor audistis, qui confitetur non at-
tendistis. Nunc ergo aduertite. Si confiteor Christus dixit, a quo est longe omne
peccatum, non solius est peccatoris, sed etiam laudatoris. Confitemur ergo, siue lau- 7
dantes deum, siue accusantes nosipsos. Pia est vtraq; confessio, siue cum te reprehen- D
dis qui non es sine peccato, siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum.
Si aũt bene cogitemus, reprehensio tua laus ipsius est. Quare enim iam confiteris in

accusatione tui? Quare confiteris, nisi quia ex mortuo viuus factus es? Scriptura
quippe ait, A mortuo quasi qui non sit perit confessio. Si perit a mortuo confessio, Eccli.17.
7 qui confitetur viuit. Et si peccatum confitetur, vtique a morte reuixit. Si peccati con-
D fessor reuixit a morte, quis eum suscitauit? Nullus mortuus est suiipsius suscitator.
Ille se potuit suscitare, qui mortua carne non mortuus est, Etenim hoc suscitauit qđ
mortuum fuerat. Ille se suscitauit qui viuebat in se, in carne autem suscitanda mor
tuus erat. Non enim pater solus filium suscitauit, de quo dictum est ab Apostolo,
Propter quod eum deus exaltauit: sed etiam dominus seipsum, id est, corpus suum, Philip.2.
Vnde dicit, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Mortuus autem est pec Ioan.2.
cator, maxime ille quem moles consuetudinis premit, quasi sepultus est Lazarus. Lazarus.
Parum enim erat quia mortuus, etiam sepultus. Quisquis igitur malæ consuetu-
dinis, malæ vitæ, terrenarum. s. cupiditatum mole premitur, ita vt in illo iam factum
sit, quod in quodam Psalmo miserabiliter dicitur, Dixit stultus in corde suo, non est Psal. 13.&
deus. Fit talis de quali dictum est, A mortuo velut qui non sit perit confessio. Quis 52.
eum resuscitabit, nisi qui remoto lapide clamauit dicens, Lazare prodi foras? Quid 4.sen.d.17
est autem foras prodire, nisi quod occultum erat foras prodere? Qui confitetur, fo- cap.1.
ras prodit. Foras prodire non posset nisi viueret, Viuere non posset nisi resuscitatus Eccli.17.
esset. Ergo in confessione sui accusatio, dei laudatio est. Dicit ergo aliquis, Quid pro Foras pro
7 dest ecclesiæ si iam confessor voce dominica resuscitatus prodit? Quid prodest ec- dire.
E clesia confitenti, cui dominus ait, Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo?
Ipsum Lazarum attende, Cum vinculis prodit, Iam viuebat confitendo, sed nõdum
liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia cui dictum est, Quę sol Matt.16.
ueritis soluta erunt, nisi quod ait dominus continuo ad discipulos, Soluite illum & Ioan.11.
sinite abire? Siue ergo nos accusemus, siue deum laudemus, bis deum laudamus:
si pie nos accusamus, deum vtique laudamus. Quando deum laudamus, tanquam Laudare
eum qui sine peccato est, prædicamus. Quando autẽ nosipsos accusamus, ei per quẽ deum
resurreximus gloriã damus. Hoc si feceris, nullam occasionem inuenit inimicus qua Accusare
te circumueniat ante iudicem. Cum n. tuipse fueris accusator, & dñs liberator, quid nosipsos.
erit ille nisi calumniator? Merito ille hinc sibi tutelam prouidit aduersus inimicos
non conspicuos, carnem & sanguinẽ miserandã potius quã cauendã, sed aduersus il-
los inimicos contra quos Apostolus nos hortatur vt armemur, Non est nobis collu- Ephẽ.6.
ctatio aduersus carnem & sangulnem, id est, aduersus homines quos videtis seuire in
vos. Vasa sunt, alius vtitur. Organa sunt, alius tangit. Immisit se, inqt, diabolus in Ioan.13.
cor Iudæ, vt traderet dñm. Ait aliquis, Quid ergo ego feci? Audi Apostolum, Neq; de
7 tis locum diabolo. Tu mala voluntate locum dedisti, intrauit, possedit, vtitur. Si locũ Ephe. 4.
F non dares, non posideret. Ergo nos admonens ait, Non est nobis colluctatio aduer-
sus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates. Posit quisq; putare ad- Ephe.6.
uersus reges terrę, aduersus potentes seculi. Quare? Ipsi non caro & sanguis? Semel
dictum est, non aduersus carnẽ & sanguinẽ, Auertere ab omni homine. Qui ergo re-
stant inimici? Aduersus priucipes & potestate spiritalis nequitię, rectores mũdi, Qua
si plus dedit diabolo & angelis etu:. Plus dedit, rectores mundi appellauit. Sed ne ma
le intelligas, exponit quid sit mundus, cuius sint illi rectores. Rectores mundi tene-
brarũ harum. Quid est mundi tenebrarum harum quibus est rector? Dilectoribus
suis & infidelibus plenus est mũdus. Hos appellat Apostolus tenebras, Harum rector
est diabolus & angeli eius. Hæ tenebræ non naturales sunt, non incõmutabiles sunt,
mutãtur & lumẽ efficiũtur, credũt, & credẽdo illuminãtur. Quod cum in eis factum Ephe.5.
fuerit, audient, Fuistis enim aliquãdo tenebræ, nũc autẽ lux in dño. Nam quãdo tene
bræ, non in dño. Iterũ quãdo lux, non in te, sed in dño. Quid.n habes quod non acce 1.Cor.4.
pisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter sunt expugnãdi. Quippe hostẽ
visibile vincis feriẽdo, inuisibilẽ vincis credẽdo. Visibilis est hostis homo, visibile est
& ferire. Inuisibilis est hostis diabolus, inuisibile est credere Est ergo pugna inuisibi-
7 lis aduersus inuisibiles inimicos Ab his inimicis qũo se tutũ dicit quidã? Hoc.n. cœ-
G perã dicere, & necesse habui de his inimicis aliquãdo cũ mora tractare. Iam ergo co-
gnitis inimicis, videamus tutelam. Laudãs inuocabo dñm, & ab inimicis meis saluus Psal.17.
ero. Habes qd agas, Laudãs inuoca, sed dñm laudãs inuoca. Si.n. te laudaueris, ab inimi

cis tuis saluus non eris. Laudans inuoca dominum, & ab inimicis tuis saluus eris.
Psal. 49. Quia quod ait ipse dominus, Sacrificium laudis glorificabit me, & ibi via est ubi ostendam illi salutare meum, Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc viam 7
mittere. In via esto, noli a uia recedere. A laude domini nec vnguem, nedum pedē. I
Psal. 139. Si enim volueris ab hac via deuiare, & pro domino te laudare, non eris saluus ab illis inimicis, quia de illis dictum est, Iuxta semitam scandala posuerunt mihi. Quicquid
Gala. 6. ergo putaueris boni te habere abs te, deuiasti a laude dei. Quid iā miraris te seducit inimicus, quando tuiipsius seductor es? Audi Apostolum, Qui enim putat se aliquid esse cum nihil sit, seipsum seducit. Dominum ergo attende confitentem, Confiteor tibi domine pater cœli & terræ. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accuso me. Quantum autem pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia, singularis gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui Christus est, si tollas gratiam? Et tantam gratiam, quam vnum oportebat esse Christum, & ipsum esse quem nouimus. Tolle gratiam istam quid est Christus nisi homo? Quid nisi quod tu? Suscepit animam, suscepit corpus, suscepit plenum hominem, Coaptat sibi, vnam facit dominus cum seruo personam. Quanta ista gratia, Christus in cœlo, Christus in terra. Simul Christus & in cœlo & in terra, nec duo Christi, sed idem Christus in cœlo & in terra. Christus apud patrem, Christus in vtero virginis, Christus in cruce, Christus apud inferos subueniens quibusdam. Eo autem ipso die Christus in paradiso cum la- 7
trone confitente. Et ibi latro quid meruit, nisi quia illam viam tenuit, vbi ostendit K
salutare suum? A qua tibi pes non exeat. In eo enim quod se accusauit, deum laudauit, & vitam suam beatam fecit. Præsumpsit quidem a domino, & ait illi, Domine me
Luc. 23. mento mei dum veneris in regnum tuum. Considerabat enim facinora sua, & pro magno habebat si ei vel in fine parceretur. Dominus autem continuo cum ille diceret, memento mei: sed quando, cum veneris in regnum tuum, Amen, inquit, dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit, quod miseria distulit. Audi
Matt. 11. ergo dominum confitentem, Confiteor tibi domine pater cœli & terræ. Quid est confiteor? In quo te laudo. Hęc enim confessio, vt dixi, laudem habet. Quia abscondisti
Sapientes. hęc a prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc fratres? A con
Prudētes. trario sensu intellige, Abscondisti hæc, inquit, a sapientibus & prudentibus: & non dixit, reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed ait, Abscondisti quidem a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus & prudentibus irridendis, arro
Paruuli. gantibus falso grandibus, vere autem tumentibus, opposuit non sapientes, non prudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus. Nomine sapientium & prudentium, superbus intelligi potest, ip- 7
se exposuit cum ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscondisti non paruulis. Quid est L
non paruulis? Non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis? O uia domini, aut non erat, aut latebat vt reuelaretur nobis. Vnde dominus exultauit, nisi quia reuelatum est paruulis? Debemus esse paruuli, nam si voluerimus esse magni, quasi sa-
Rom. 1. pientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudentes, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Habes remedium a contrario. Si dicendo te esse sapientem stultus factus es, dic te stultum, & sapiens eris. Sic dic. Dic, & intus dic, quia sic est vt dicis. Si dicis, coram hominibus noli dicere, & coram deo nō dicere. Prorsus quod ad teipsum pertinet, quod ad tua, tenebrosus es. Quid est enim aliud esse stultum, nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait, Dicentes se
Stultus te nebrosus in corde. esse sapientes, stulti facti sunt. Anteq̄ hoc dicerent quid rursum? Et obscuratū est insi
Rom. 1. piens cor eorū. Dic quia tu tibi lumen non es. Vt multum, oculus es, lumen non es.
Psal. 17. Quid prodest patens & sanus oculus, si lumē desit? Ergo dica te tibi lumē non esse, &
Ioan. 1. clama quod scriptum est, Tu illuminabis lucernam meam dñe. Lumine tuo dñe illuminabis tenebras meas. A me. n. nihil nisi tenebrę, tu aūt lumē fugans tenebras illuminās me, nō a me mihi lumē existēs, sed lumē nō participās nisi i te. Sic & Ioānes amicus spōsi, Christus putabatur, lumē putabatur. Nō erat ille lumen, sed vt testimoniū perhiberet de lumine. Q̄d aūt erat lumē, erat lumē verū. Quid ē verū? Qd illuminat 7
oēm hoiem. Si verū lumē qd̄ illuminat oēm hoiem, ergo & Ioānē recte dicētē, recte M
cōfitētē, Nos autem de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit q̄ tu illumina-

bis

bis lucernam meam domine. Deniq; iam illuminatus testimonium perhibebat. Propter cęcos, lucerna diei testimonium perhibebat. Vide quia lucerna est, Vos, inquit, Ioannes lu-
8 misistis ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna men puta-
A ardens & lucens. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt luceret. Quę accendi batur, sed
potest, potest & extingui. Sed vt non extinguatur, ventum superbiæ non patiatur. Er non tamē
go confiteor tibi domine pater cœli & terræ, qui abscondisti hęc a sapientibus, & pru erat lumē
dentibus, lumen se putantibus, & tenebrę erant. Et eo quod tenebræ erant, & lumen Ioan. 1.
se putabant, nec illuminari potuerunt. Illi autem qui tenebræ erant, & tenebras se Ioan. 5.
esse confitebantur, paruuli erant non magni, humiles erant, non superbi. Recte ergo dicebant: tu illuminabis lucernam meam domine. Se agnoscebant, dominum laudabant, a via salutari non recedebant. Laudantes dominum inuocabant, & ab inimicis suis salui erant.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Venite ad omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos &c. Sermo. IX.

MIrum quibusdam videtur fratres charissimi, cum audiunt dominum dicentem, Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tol- Mat. 11.
lite iugū meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim meum suaue est, & onus meum
8 leue.)Et considerant eos qui iugum ipsum intrepida ceruice subierunt, & illam sar-
B cinam mansuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, vt non a laboribus ad quietem, sed a quiete ad laborem vocati videantur, cum & Apostolus dicat, Omnes qui volunt pie viuere, persecutionem patientur. ait ergo aliquis. Quomodo iugum leue est, & sarcina leuis, quandoquidem illud iugum & sarcinam ferre, nihil est aliud quam pie viuere in Christo? Et quomodo dicitur, Venite ad me qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, ac non potius dicitur: Venite quia vacatis vt laboretis? Nam & vacantes inuenit quos conduxit in vi- 2. Tim. 3.
neam, vt ferrent æstum diei. Et sub illo iugo leni & sarcina leui, audiamus Apostolū dicere. In omnibus commendantes nosmetipsos tanquam dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis &c. Et alio loco in Iugū & sar-
eadem epistola, A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi. Ter virgis cæ- cinam do-
sus sum, semel lapidatus, suni ter naufragiū feci, nocte & die in profundo maris fui. mini ferre
Et cętera quæ numerari quidem pericula possunt, sed tolerari nisi spiritu sancto iu- quid sit.
uante non possunt. Omnia ergo illa quę commemorauit aspera & grauia, frequētius Mat, 20.
& abundantius sustinebat, sed profecto aderat ei spiritus sanctus, qui in exterioris corruptione interiorē renouaret de die in diem, & gustata requie spiritali in affluen
tia delitiarū dei, in spe beatitudinis futuræ omnia prę sentia deliniret aspera, & om-
C nia grauia releuaret. Ecce quam suaue iugum Christi portabat, & q̄ leuem sarcinam & omnia illa quę superius enumerata dura, & immania omnis auditor horrescit, leuem tribulationē diceret intuens interioribus & fidelibus oculis, quanto pretio temporalium emenda sit futura vita, non pati æternos labores impiorum, & sine vlla solicitudine perfrui æterna fœlicitate iustorum. Secari & vri se homines patiuntur, vt dolores non ęterni, sed aliquanto diuturnioris vlceris acriorum dolorum prætio redimantur, in languida & incerta vacationis breuissimę atque vltimæ vitę. Immanissimis bellis miles atteritur, pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, quam in orion quieturus. Quibus tempestatibus & procellis, quam horribili & tremendę sæ-
uitiæ cœli & maris importun i sunt mercatores * vt diuitias ventosas acquirant, Ioan. 1.
maioribus quam quibus acquisituri sunt periculis, & tempestatibus plenas. Quos æstus, quę frigora, quę pericula, ab equis, a fossis, a prę cipitiis, a fluminibus, a feris perferunt venatores, quem laborem esuriendi & sitiendi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias, vt bestiam capiant, & interdum nec ipsius bestiæ carnes, propter quam hæc tanta sustinent, epulis necessarias. Quamquam & si aper
8 ceruus ue capiatur, magis suaue sit venātis animo quia captus est, quam comeden-
D tis palato quia coctus est. Quātis cruciatibus prope quotidianarū plagarum tenera puerorū ætas subditur? Quantis etiā in scholis vtgiliarū & abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discendam sapientiam, sed pp opes honores q̄ vanitatis, vt nu-

meros,& literas,& disertas fallacias eloqui discant? Sed in his oĩbus q hæc nõ amãt, eadem grauia patiuntur. Qui vero amant,eadem quidem,sed non grauia pati videntur Omnia.n seua & immania,prorsus facilia & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit. Quam facile tolleratur quælibet aduersitas temporalis,vt æterna pœna vitetur,æterna requies comparetur. Non immerito ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit,Non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis. Eccce vnde illud iugũ suaue est, & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus,facilis tamen oĩbus diligẽtibus. Dicit Psalmista, Propter verba labiorum tuorum,ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus,eisdem ipsis miteſcunt amantibus. Propter quod ita diuinę pietatis dispensatione actum est,vt interior homo qui renouatur de die in diem,non adhuc sub lege positus,sed iam sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium obseruationum quod erat reuera graue iugum sed duræ ceruici conuenienter impositum, facilitate simplicis fidei,& bonæ spei,& sanctæ charitatis,quicquid molestiarum exteriori homini forinsecus intulisset ille princeps qui missus est foras, interiori gaudio leue fieret. Nihil enim tam facile bonæ volũtati est,quam ipsa sibi,& hæc sufficit deo. Quantumlibet ergo sæuiat iste mundus, verisime angeli nato in carne domino clamauerunt,Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonę voluntatis,quia qui natus erat suaue iugũ est & sarcina leuis. Et sicut dicit Apostolus. Fidelis deus qui nos non sinit tentari supra quod possumus ferre,sed facit cum tentatione etiam exitum vt possimus sustinere.

Roma 8.

Obseruationũ sarcinæ graue iugũ.

Luc2. 1.Co.10.

De eo quod supra,Venite ad me omnes,&c. Sermo. X.

AVdiuimus in Euangelio dominum exhilaratum spiritu dixisse deo patri, Confiteor tibi domine pater cœli & terrę,qui abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis. Ita pater,quia sic placitum est ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo agnoscit filium nisi pater, neq; patrem quis agnoscit nisi filius,& cui voluerit filius reuelare.) In clamando laboramus, in audiendo laboratis. Audiamus ergo eum qui sequitur & dicit, Venite ad me omnes qui laboratis.) Quare enim omnes laboramus,nisi quia sumus mortales,fragiles,infirmi,lutea vasa portantes quæ faciunt inuicem angustias? Sed si angustiãtur vasa carnis,dilatentur spatia charitatis. Quid ergo dicit,Venite omnes qui laboratis, nisi vt non laboretis? Demque promisio eius in promptu est,qm laborantes vocauit, Quærent forte qua mercede vocati sunt,Ecce ego vos,inquit,reficiam. Tollite iugum meum super vos,& discite a me,)non mundum fabricare,non cuncta visibilia & inuisibilia creare,non in ipso mũdo mirabilia facere,& mortuos suscitare: sed, Qm mitis sum, & humilis corde.) Magnus esse vis,a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis,de fundamento prius cogita humilitatis. Et quantã quisq; vult & disponit superimponere molem ędificii,quanto erit maius ædificium, tanto altius fodit fundamentũ. Et fabrica quidẽ cũ construitur,in superna consurgit, Qui aũt fodit fundamentum,ad ima deprimitur. Ergo & fabrica ante celsitudinem humiliatur & fastigiũ post humiliationem erigitur. Quod est fastigiũ construendę fabricæ quã molimur? Quo per ventutum est cacumen ędificij? Cito dico,vsq; ad conspectũ dei. Videtis q excelsum est,quanta res est conspicere deum. Quid desiderat,& quod dico & quod audit intelligit. Promittitur nobis conspectus dei,veri dei,summi dei. Hoc n. bonum est,videntẽ videre. Nã qui colunt falsos deos, facile illos vident, sed eos vident qui oculos habent & non vident. Nobis autem promittitur visio dei viuentis & videntis,vt illũ deũ videre cõcupiscamus,de quo dicit scriptura, Qui plãtauit aurẽ nõne audiet? Qui finxit oculũ nõne cõsiderat? Nõne ergo audit q fecit tibi vnde audias? Et uõ videt q creauit vñ videas? Bene aũt proloqtur in ipso Psalmo, & dicit, Intelligite ergo q insipiẽtes estis in populo,& stulti aliqn sapite. Multi n.ppea mala faciunt,dũ putãt qd nõ videantur a deo,& difficile est quidẽ vt eũ credãt videre non posse sed putãt nolle. Pauci inueniũtur tãtæ impietatis, vt impleatur in eis qd scriptũ est,Dixit stultus in corde suo,nõ est deus Insania ista paucorũ est. Sicut.n. magna pietas paucorũ est,ita & magna impietas nihilominus paucorũ est. Hoc aũt qd

Mat.11.

Laborandi necessitas.

Psal.13. & 21.

dico,turba dicit,Ecce mõ inde cogitat deus vt sciat qd faciam in domo mea, & curat deus qd velim agere in lecto meo? Quis dicit? Intelligite q insipiẽtes estis in populo, stulti aliqn sapite. Tu hõ cũ sis,q laboras,si oĩa domus tuæ noueris, & ptineãt ad te eũ verba,oĩa facta seruorũ tuorũ,putas & deũ sic laborare,vt attẽdat ad te,q nõ laborauit vt crearet te? Oculũ in te nõ intẽdit suũ qui fecit tuũ? Nõ eras,& creauit te vt esses. Nõ te curat cũ iã sis,q vocat ea q nõ sunt tanq̃ sint? Nõ ergo tibi hoc ꝓmittas,velis,nolis,videt te,& ab eius oculis nõ est vbi abscõdas te. Si.n. cœlũ ascenderis, ibi est: si descẽderis in infernũ,adest. Laboras,nolẽs recedere a factis malis, & volens nõ videri a deo. Magnus labor. Facere vis mala quotidie,suspicaris te nõ videri,audi scripturã dicẽtẽ. Qui plãtauit aurem,nõne audiet? Qui finxit oculum, nonne considerat? Vbi mala facta tua abscondis ab oculis dei? Si vis recedere ab ipsis,multum laboras. Audi dicentem, Venite ad me oẽs qui laboratis. Non finis laborem fugiẽdo. Ab illo eligis fugere,nõ ad illum. Inueni quo, & fuge. Si autem propterea nõ potes ab illo fugere,quia vbiq; ꝓsens est,de proximo fuge ad deũ, qa præsens est vbi stas, Fuge. Ecce fugiẽdo excelsisti cœlos,ibi est. Descendisti ad inferos, ibi est: quascunq; terrarũ solitudines elegeris,ibi est qui dixit, Cœlũ & terrã ego impleo. Ergo si cœlũ & terrã ipse impler,& quo fugere possis ab illo nõ est,noli laborare. Fuge ad prẽsentem,ne sentias veniẽtẽ. Prẽsume te visurũ bene viuẽdo, a quo videris & male viuendo. Male.n. viuẽdo videri potes,videre nõ potes. Bene aũt viuẽdo & videris & vides. Quãto.n. te familiarius videbit qui coronat dignũ,qui misericorditer vidit vt vocaret indignũ. Nathanael ait dño quẽ nondũ sciebat, Vnde me nosti? Ait ei dñs. Cum esses sub arbore fici vidi te. Videt te xps in vmbra tua,nõ te videbit i luce sua? Quid est.n. cũ esses sub arbore fici vidi te? Quid sibi hoc vult? Quid significat? Recordare originale peccatũ Adæ,in quo oẽs morimur. Qn primo peccauit, de foliis ficulneis succinctoria sibi fecit. Significãs in illis foliis pruritũ libidinis, quo peccãdo peruenit. Inde nascimur,sic nascimur,in carne pcti nascimur, q̃ sola sanat similitudo carnis pcti. Ideo misit deus filiũ suũ in similitudine carnis pcti. Inde venit, sed sic nõ venit. Nõ.n. eũ virgo libidine, sed fide cõcepit. Venit in virginẽ, qui erat ante virginem. Qup creauit elegit, quã eligeret, creauit. Attulit virgini fœcunditatẽ, nõ abstulit integritatẽ Qui ergo sine pruritu foliorũ ficus venit ad te, cũ esses sub arbore fici vidi te. Para te videre sublimiter, a quo visus es misericorditer. Sed quia magnũ est, de fundamento cogita Quo, inquis, fundamẽto? Disce ab illo, qm mitis est, & humilis corde. Hoc in te fode fundamentum humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis.

Mat. 12.

Ioan. 1.

Gene. 3.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo, neque in futuro. Sermo. XI.

MAgna qnæstio est de recenti euãgelica lectione proposita, Cui soluendæ quantum ad nos attinet,impares sumus,sed sufficientia nostra ex deo est, quantum eius adiutoriũ vel accipere vel capere possumus. Prius ergo magnitudinẽ aduertite quęstionis,vt cũ eius molẽ humeris nostris impositã videretis, oretis pro laboribus nostris,atq; in auxilio quod nobis ꝓbetur inueniatis ædificationẽ mentibus vestris. Cũ dño fuisset oblatus demonium habẽs,cæcus & mutus,& curasset eũ ita vt loqueretur & videret,& stupẽrẽt oẽs turbæ dicentes,nũquid hic est filius Dauid? Pharisæi audiẽtes dixerũt, Hic non eiicit dæmones, nisi in Belezebub principe dæmoniorũ. Iesus aũt sciens cogitationes eorũ dixit eis, Omne regnũ in seipsum diuisum desolabitur,& oĩs ciuitas vel domus diuisa contra se non stabit. Et si Satanas Satanã eiicit aduersum se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius?) Hoc dicens ex ipsorum confessione uolebat intelligi,ꝙ in eum non credendo in regno diaboli esse delegissent,dd vtiq; aduersum se diuisum starr nõ posit. Eligãt ergo Pharisęi quod voluerint. Si Satanas Satanam non potest eiicere, nihil cõtra dñm quod dicerent inuenire potuerunt. Si autẽ potest,multo magis sibi prospiciant, & recedant de regno eius,quod aduersum se diuisum stare non potest. In quo autem dominus Christus eiciat dæmones,ne dæmoniorũ principem existiment, attendãt quod sequitur, Et si ego,inquit,in Beelzebub eiicio dæmones,filii vestri in quo eiciũt? Ideo ipsi iudices vestri erũt.) Dixit hoc vtiq; de discipulis suis,illius populi filius, q certe discipuli dñi

Iesu Christi bene sibi conscij fuerant, nihil se malarum artium a bono magistro didi-
† aliàs, vt cisse ne † in principe dæmoniorum eijcerent dæmones. Ideo, inquit, ipsi iudices ve-
strierunt, ipsi, inquit, ipsi ignobilia & contemptibilia huius mundi, in quibus non 9
artificiosa malignitas, sed sancta simplicitas meæ virtutis apparet, ipsi testes mei, iu- A
Matt. 12. dices vestri erunt. Deinde subiungit, Si autem ego in spiritu deo eijcio dæmones, igi-
tur peruenit in vos regnum dei. Quid est hoc? si ego, inquit, in spiritu dei dæmones
eijcio, non aliter possunt filij vestri eijcere, quibus non malignam doctrinam, sed fi-
dem simplicem dedi, proculdubio peruenit in uos regnum dei, quo subuertitur re-
gnum diaboli, cum quo & vos subuertemini. Et quoniam dixerat, Filii vestri in quo
Vbi supra. eiciunt, vt ostenderet in eis gratiam suam, non meritum illorum: Aut quomodo po-
test quisq;, inquit, intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligaue-
rit fortem, & sic domum eius diripere? Filii, inquit, vestri, vel qui crediderunt in me,
uel adhuc credituri sunt & eiecturi dæmones, non in dæmonum principe, sed in sim-
plici sanctitate, qui certe vel fuerunt, vel hoc sunt quod etiam vos estis, id est, pecca-
tores atq; impij, & ideo in domo diaboli, & vasa diaboli, quomodo ab illo possent e-
rui, quos præualente iniquitate fortiter obtinebat, nisi alligaretur iustitię meæ vin-
culis, & vasa eius diriperem quæ fuerant vasa irę, & ea facerem mea vasa misericor-
diæ? Hoc est quod etiam beatus Apostolus superbis, & quasi de suis meritis glorian-
1. Cor. 4. tibus increpans dicit, Quis enim te discernit? Hoc est, a massa perditionis ex Adam, &
Vbi supra. a vasis iræ quis te discernit? Et ne quisquam diceret iustitia mea, Quid enim habes, 9
Ephes. 2. inquit, quod non accepisti? Vnde & de seipso dicit, Fuimus enim & nos aliquando na B
turaliter filii iræ sicut & cæteri. Ergo & ipse vas erat in domo illius male fortis, cum
esset Ecclesiæ persecutor, blasphemus, iniuriosus, in malitia & inuidia, sicut fatetur
agens. Sed ille qui alligauit fortem, ab eo vasa perditionis eripuit, & vasa electionis
effecit. Deniq; putarent increduli & impij aduersantes nomini Christiano, propter
diuersas hæreses & schismata eorum, qui sub nomine Christiano greges colligunt
perditorum, etiam Christi regnum aduersum se esse diuisum, consequenter adiun-
Matth. 12. git, Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Nec
ait, qui non est sub voce nominis mei: aut, sub specie sacramenti mei: sed, qui non est
mecum, contra me est. Nec ait, qui non congregat sub inuocatione nominis mei: sed,
qui non congregat mecum, spargit. Non est ergo aduersum se diuisum regnum Chri-
2. Tim. 2. sti, & si homines conantur diuidere, quod emptum est pretioso sanguine Christi. No
uit enim dominus qui sunt eius. Et recedat, inquit, ab iniquitate omnis qui nomi-
nat nomen domini. Nam si ab iniquitate non recedit, non pertinet ad regnum Chri-
sti, etiam nominans nomen Christi. Vt ergo aliqua, exempli gratia, commemorem, 9
spiritus auaritiæ, & spiritus luxuriæ, quia ille contrahit, ille profundit, diuisi sunt ad C
uersum se, & ambo pertinent ad regnum diaboli. Apud illorum cultores spiritus lu-
nonis, & spiritus Herculis diuisi sunt aduersum se, & ambo pertinent ad regnum dia-
boli. Paganus & Iudęus hostes Christi, diuisi sunt aduersum se, & ambo pertinent
ad regnum diaboli. Arrhianus & Photinianus ambo hęretici, & aduersum se ambo
diuisi. Donatista & Maximinianista ambo hæretici, & aduersum se ambo diuisi. Om
nia vitia errorescp mortalium inter se contrarii, diuisi sunt aduersum se, & omnes per
tinent ad regnum diaboli, ideo non stabit regnum eius: iustus autem & impius, fi-
delis & incredulus, catholicus & hæreticus, diuisi quidem sunt aduersum se, sed non
Ibidem. ambo pertinent ad regnum Christi. Nouit dominus qui sunt eius. Nemo sibi de uo
cabulo blandiatur. Si vult sibi prodesse nomen domini recedat ab iniquitate qui in-
uocat nomen domini: Sed ista verba euangelica & si habebant aliquid obscuritatis,
Matt. 12. quod domino arbitror adiuuante explanatum, non erant tamen tantæ difficultatis,
quantę apparet esse quod sequitur. Ideo dico vobis, Omne peccatum & blasphemia
remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Et quicunq; di-
xerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiri-
tum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Quid ergo fiet de 9
his quos lucrari cupit Ecclesia? Nunquid nam correctis & ad eam ex quocunq; erro- D
re venientibus spes falsa promittitur in remissione omnium peccatorum? Quis enim
non conuincitur dixisse verbum contra spiritum sanctum, antequam Christianus

vel catholicus fieret? Primo ipsi qui pagani appellantur multorũ deorum falsorumcp
cultores & idolorum adoratores, cũ dicunt dominũ Christum magicis artibus feciſ-
9 se miracula, nonne istis sunt similes eis qui eum dixerunt in principe dęmoniorum
E eiecisse dęmonia? Deinde cum quotidie nostram sanctificationem blasphemant, qd
aliud blasphemant q̃ qui spiritum sanctum? Quid Iudęi qui dixerunt de domino vn
de iste ortus est sermo? Nonne adhucusq; verbum contra spiritum sanctum loquũ-
tur, sic negantes eum esse in Christianis, sicut illi in Christo esse negauerunt? Neque
enim & illi spiritui sancto non maledixerunt, aut non eum dicentes esse: aut esse qui-
dem, sed deum non esse, sed esse creaturam; aut ad dæmones eiiciendos nihil valere:
non ista indigna, non aliquid simile de spiritu sancto locuti sunt? Sadducęi enim spi
ritum sanctum negabant, Pharisæi vero eum esse contra Sadducęorum hæresim de-
fendebant, sed esse in domino Iesu Christo negabant, quem dæmones eiicere in prin
cipe dæmoniorum putabant, cum eiiceret ille in spiritu sancto. Ac per hoc & Iudæi
& quicunque hæretici spiritum sanctum confitentur sed eum negant esse in Christi
corpore, quod est vnica eius Ecclesia non vtiq; nisi vna catholica, proculdubio simi
les sunt Pharisęis qui tunc etiam si esse spiritum sanctum fatebantur, negabant tamẽ
eum esse in Christo, cuius opera in dæmonibus eijciendis dæmoniorum principi tri
buebant. Omitto cp quidam hęretici ipsum omnino spiritum sanctum vel non crea-
F torem sed creaturam esse contendunt, sicut Arrhiani & Eunomiani & Macedoniani:
9 vel eum prorsus ita negant, vt ipsum deum negeut esse trinitatem, sed tantummodo
esse deum patrem asseuerant, & ipsum aliquando vocari filium, aliquando vocari spi
ritum sanctum: sicut Sabelliani, quos quidam Patripassianos vocant, ideo quia pa-
trem perhibent passum, cuius negant esse aliquem filium, sine dubio negant esse spiri
tum sanctum. Photiniani quocp patrem solum esse dicentes deum, filium vero non ni
si hominem dicunt, negantes omnino tertiam personam spiritum sanctum. Manife-
stum est igitur & a Paganis, & a Iudęis & ab hæreticis blasphemari spiritum sanctũ.
Nunquidnam ergo deserendi sunt & sine vlla spe deputandi, quoniam fixa sententia
est, Qui verbum dixerit contra spiritum sanctum non ei dimittetur neq; in hoc secu De pecca-
lo neq; in futuro; & illi soli estimandi sunt ab huius grauissimi peccati reatu liberi, to in spiri-
qui ex infantia sunt catholici? Nam quicunq; verbo dei crediderunt vt catholici fie- tum sctm.
rent, vtiq; aut ex Paganis, aut ex Iudęis, aut ex hęreticis in gratiam Christi pacemcp
venerunt: quibus si non est dimissum quod dixerunt verbum contra spiritum san-
ctum, inaniter promittitur & prædicatur hominibus vt conuertantur ad deum & si-
ue in baptismo siue in Ecclesia pacem remissionemcp accipiant peccatorum. Neq; n.
dictum est, Non remittetur ei nisi in baptismo: sed, nõ remittetur, inquit, neq; in hoc
seculo, neq; in futuro. Nonnullis videtur eos tantummodo peccare in spiritum san-
9 ctum, qui lauacro regenerationis abluti in Ecclesia, & accepto spiritu sancto, velut
G tanto postea dono Saluatoris ingrati, mortifero aliquo peccato se immerserint, qua-
lia sunt adulteria vel homicidia, vel ipsa discessio, siue onimodo a nomine christia-
no siue a catholica ecclesia. Sed iste sensus vnde probari possit ignoro, cum & pœni-
tentię quorumq; criminum locus in Ecclesia non negetur, & ipsos hæreticos ad hoc
vtiq; corripiendos dicat Apostolus, Ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognosce- 2. Tim. 2.
dam veritatem, & resipiscant de diaboli laqueis a quo captiui tenentur secundum ip
sius voluntatem. Quis enim est fructus correctionis sine vlla spe remissionis? Postre
mo non ait, qui fidelis catholicus dixerit verbum contra spiritum sanctum: sed, qui di
xerit: hoc est, quilibet dixerit, quicunq; dixerit, non remittetur ei, neq; in hoc seculo
neq; in futuro. Siue ergo sit ille paganus, siue Iudæus, siue Christianus, siue hæreti-
cus, siue quodlibet aliud habet nomen erroris, non dictum est ille aut ille, sed qui di-
xerit verbum contra spiritum sanctum. i. blasphemauerit spiritum sanctum, nõ remit
tetur ei, neq; in hoc seculo neq; in futuro. Porrò autem si omnis error contrarius ue
ritati & inimicus catholicæ paci, sicut supra ostendimus, dicit verbum contra spiritũ
9 sanctum, nec tamen cessat Ecclesia ex omni errore corrigere atq; colligere, qui remis
H sionem peccatorum & ipsum quem blasphemauerãt accipiant spiritum sanctum: pu-
to cp grande secretum tam magnæ huius quæstionis ostendimus. Lumen ergo expo-
sitionis a domino requiramus. Erigite itaq; fratres, erigite ad me aures, ad dominum

mentes. Dico charitati vestræ, Forte in omnibus sanctis scripturis nulla maior quæstio, nulla difficilior inuenitur. Vnde ut vobis aliquid de meipso fatear, semper in sermonibus quos ad populum habui, huius quæstionis difficultatem molestiamq; vitaui: non quia nihil haberem quod inde vtcunq; cogitarem, neq; enim in re tanta pete re, quærere, pulsare negligerem: sed quia ipsi intelligentiæ quę mihi aliquantum apriebatur, verbis ad horam occurrentibus me posse sufficere nō putarem. Hodie autē lectiones audiens de quibus vobis esset sermo reddendus cum Euangelium legeretur, ira pulsatum est cor meum, vt crederem deum velle aliquid hinc per meum ministerium vos audire. Prius ergo vt aduertatis & intelligatis admoneo, non dixisse dominum, Omnis blasphemia spiritus non remittetur ei: [neque dixisse, Quodcunque verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei:] sed, qui dixerit verbum. Illud enim si dixisset, nihil nobis omnino remaneret vnde disputare possemus: quoniam si omnis blasphemia & omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum nō remittetur hominibus, ex nullo genere impietatis eorum qui dono Christi & sanctificatio ni Ecclesiæ contradicunt, vel Paganorum vel Iudæorum vel quorumlibet hæreticorum, nonnullorum etiam in ipsa catholica imperitorum quemquam in ecclesia lucra retur. Sed absit ut hoc dominus diceret: absit, inquam, vt veritas diceret omnem blasphemiam & omne verbum quod contra spiritum sanctum diceretur, non habere remissionem, neque in hoc seculo neque in futuro. Exercere quippe nos voluit difficultate quæstionis, non decipere sententiæ falsitate. Quapropter non est necesse vt omnem blasphemiam & omne verbum quod dicitur contra spiritum sanctum, remissionem quisquam existimet non habere: sed necesse est planè vt sit aliqua blasphemia, & aliquod verbum: quod si dicatur contra spiritum sanctum, nullam unquam veniā remissionemq; mereatur: quia si omne acceperimus, quisnam poterit saluari? Si autē rursus nullum putauerimus, contradicimus Saluatori. Est ergo sine dubio aliqua blasphemia & aliquod verbum: quod si dictum fuerit contra spiritum sanctum, non remittetur. Quid sit autem hoc verbum, quæri a nobis dominus voluit, ideo nō expressit. Quæri, inquā, voluit, non negari. Solent enim scripturę ita loqui, vt quando aliquid hic dicitur, vt neq; ex toto neque ex parte dictum finiatur, non sit necesse vt ex toto fieri possit, ut ex parte non intelligatur. Ista ergo sententia ex toto. i. vniuersaliter pronunciaretur, si diceretur, Omnis blasphemia spiritus non remittetur: [aut q dixerit] qualecunque verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro. Ex parte autem. i. particulariter pronunciaretur si diceretur, Quædam blasphemia spiritus non remittetur. Quia ergo nec vniuersaliter nec particulariter enunciata sententia est. Non enim dictum est, Omnis blasphemia spiritus: aut, quędam blasphemia, sed tantummodo indefinite dictum est, spiritus blasphemia non remittetur. Nec dictum est, Quicunque dixerit quodcunque verbum: aut, qui dixerit quoddam verbum: sed indefinite, qui dixerit verbum: non est necesse vt omnem blasphemiam vel omne verbum intelligamus, sed necesse est planè vt quādam blasphemiam & quoddam verbum voluerit intelligi dominus: quamuis id exprimere noluerit, vt petendo, quęrendo, pulsando siquid recti intellectus acceperimus non viliter habeamus. Hoc vt manifestius videatis, illud attendite quod ait idem Ipse Iudæis, Si non venissem & locutus fuissem eis, peccatum non haberent. Ne que enim ita dictum est, ut sine ullo peccato omnino vellet intelligi futuros fuisse Iudæos si non venisset & locutus eis fuisset. Plenos quippe inuenit, oneratosq; peccatis. Propter quod dicit, Venite ad meomnes qui laboratis & onerati estis. Vnde, nisi sarcinis peccatorum & transgressionibus legis? Quoniam lex subintrauit, vt abundaret delictum. Cum ergo etiam ipse alibi dicat: Non veni vocare iustos, sed peccatores: quomodo si non venisset peccatum non haberent, nisi quia sententia ista nec vniuersaliter nec particulariter, sed indefinite pronunciata non omne peccatum cogit intelligi? Sed planè nisi aliquod peccatum intellexerimus, quod non haberent nisi Christus venisset & locutus eis fuisset, falsam, quod absit, sententiam diceremus. Non ergo ait, Si non venissem & locutus fuissem eis, nullum peccatum haberent: ne veritas metiretur: nec rursus definite dixit, Si non venissem & locutus fuissem eis, quoddam peccatum non haberent: ne pium studium parum exerceretur. In omni quippe copia

Ioan. 15.
De gratia & libero arbi. cap. 2.
Matt. 11.
Roma. 5.
Matt. 9.
Ioan. 15.

scripturarum sanctarum pascimur apertis, exercemur, obscuris. Illic fames pellitur, hic fastidium. Quia ergo non est dictum, peccatum nullum haberent non perturbemur cum peccatores Iudæos etiam si dominus non venisset agnoscimus. Sed tamen quia dictum est, Si non venissem, peccatum non haberent: vnde necesse est etiam si non omne, aliquod tamen eos ex aduentu domini quod non habebant contraxisse peccatum: illud ipsum profecto est, quod in præsentem sibiq; loquentem non crediderunt, eumq; inimicum deputantes quoniam vera dicebat, insuper occiderunt. Hoc peccatum tam magnum & tam horrendum, si non venisset & locutus eis fuisset, utique non haberent. Sicut ergo ibi cum audimus, Peccatum non haberent: non omne, sed aliquod peccatum intelligimus: ita in hodierna lectione cum audimus, Spiritus blasphemia non remittetur: non omnem blasphemiam, sed quādam, Et cum audiuimus, Qui dicit verbum contra spiritum sanctum, non remittetur ei: non omne verbum, sed quoddam verbum intelligere debemus. Nam & hoc ipsum quod ait, Spiritus autem blasphemia non remittetur: vtique non omnis spiritus, sed spiritus blasphemia necesse est intelligamus. Quod & si planius alibi non diceret, quis tam vecors esset vt aliquid aliud intelligeret? Secundum hanc regulam locutionis, & illud accipitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Non enim & ibi ait, spiritu sancto, hoc tamen intelligitur. Nec quoniam dixit, ex aqua & spiritu, omnem spiritum quisque intelligit. Quocirca cum audis, spiritus autem blasphemia non remittetur, sicut non omnem spiritum, ita non omnis spiritus blasphemia oportet accipias. Audire iam velle vos video, quoniam non est omnis, quęnam sit illa blasphemia spiritus quæ non remittetur: & quod sit verbum, quoniam non est omne, quod si dictum fuerit contra spiritum sanctum non remittetur, neque in hoc seculo neque in futuro. Iam & ego vellem dicere quod, intentissime expectatis audire, sed tolerate aliquantas maioris diligentiæ moras, donec adiuuante domino, totum quod occurrit expediam. Alij quippe duo Euangelistæ Marcus & Lucas, cum de hac re loquerentur, non dixerunt blasphemiam seu verbum, vt intelligeremus non omnem blasphemiam, sed quandam; nec verbum omne, sed quoddam. Quid ergo dixerunt? Apud Marcum ita scriptum est, Amen dico vobis, quoniam omnia dimittuntur filijs hominum peccata & blasphemiæ quibus blasphemauerunt: qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum non habet remissionem in ęternum, sed reus erit æterni delicti. Apud Lucam ita, Omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ei: ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur. Nunquid propter nonnullā verborum diuersitatem receditur ab eiusdem ueritate sententiæ? Nā neque alia causa est cum Euangelistæ eadem non eodem modo dicant, nisi vt inde discamus res verbis, non rebus verba præponere, nihilq; aliud in loquente quærere nisi voluntatem, propter quam insinuandam verba promuntur. Quid enim ad rem interest, vtrum dicatur, spiritus blasphemia non remittetur: an dicatur, qui blasphemauerit in spiritum sanctum non ei remittetur: nisi forte quod eadem apertius isto modo quam illo dicuntur, & alium Euangelistam non destruit alius, sed exponit? Spiritus autem blasphemia, clause dictum est, quia non expressum est, cuius spiritus. Non enim quicunque spiritus, spiritus sanctus est. Item potest dici spiritus blasphemia, cum spiritu quisque blasphemat, quomodo potest dici spiritus oratio cum spiritu quisque orat. Vnde dicit Apostolus, Orabo spiritu, orabo & mente. Cum vero dictum est, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum: illæ ambiguitates solutæ sunt. Item quod scriptum est, Non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti: quid est aliud quam id quod secundum Matthæum legitur, Non remittetur ei, neque in hoc seculo neque in futuro? Alijs quippe verbis, & alio loquendi modo eadem ipsa est expressa sententia. Et quod est apud Matthęum, Qui dixerit verbum contra spiritum sanctum, ne aliud aliquid quam blasphemiam intelligeremus, planius alij dixerunt, Qui blasphemauerit in spiritum sanctum. Eadem tamen res ab oibus dicta est, nec aliquis eorum a loquentis voluntate discessit, propter quā intelligendam verba dicuntur, scribuntur, leguntur, audiuntur. Sed non ait aliquis, Ecce accepi & intellexi, quia cum dicitur blasphemia, nec exprimitur omnis aut quædam, potest quędam intelligi, aut omnis. Sed non necesse est vt ois. Nisi autem quæ-

Marci. 3.
Lucę. 12.
Non qcunque spūs, spirituſſanctus est.
1. Cor. 14.
Marci. 3.
Matth. 12.
Vbi sup.

dam intelligatur, falsum est quod dicitur. Ita & verbum si non dicatur omne seu quoddam, non est necesse vt omne intelligatur: sed nisi vel quoddam fuerit intellectum, nullo modo potest verum esse quod dicitur. Sed vbi legitur, qui blasphemaue 10
rit, quomō intelligo quandam blasphemiam vbi non legitur nisi blasphemia, vel E
quoddam verbum vbi non legitur nisi verbum: sed tanquam generaliter dici videtur, qui blasphemauerit? Huic contradictioni sic respondemus, qui etiam hic si diceretur, qui blasphemauerit quācunque blasphemiam in spiritumsanctum, nihil esse cur aliquam blasphemiam quærendam esse putaremus, quando omnem intelligere deberemus. Sed quia omnis non potest intelligi, ne Paganis, Iudæis hæreticis omnīq; hominum generi, qui diuersis erroribus & contradictionibus suis blasphemant in spiritumsanctum, spes remissionis si se correxerint auferatur: restat vtique vt in eo quod scriptum est, qui blasphemauerit in spiritumsanctum non habere remissionē in æternum, ille intelligatur qui non omnimodo, sed eo modo blasphemauerit vt ei nunquam possit ignosci. Sicut in eo quod dictum est, Deus neminem tentat, nō omni, sed quodam tentationis modo deus neminem tentare intelligendus est, ne falsum sit illud quod scriptum est, Tentat vos dominus deus vester: & ne Christum negemus deum, vel dicamus falsum Euangelium vbi legimus, Quia interrogabat discipulum tentans, ipse autem sciebat quid esset facturus. Est enim tentatio adducēs peccatum, qua deus neminem tentat, & est tentatio probans fidem, qua & deus tentare dignatur. Ita cum audimus, Qui blasphemauerit in spiritumsanctum: non omne blasphemandi genus debemus accipere, sicut nec ibi omne tentandi. Item cū audimus, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit: non vtique intelligimus eo modo credentem quo & dæmones credunt & contremiscunt, nec in eo numero baptizatos, in quo Simon magus baptizari potuit, sed saluus esse non potuit. Sicut ergo cum diceret, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: non omnes credentes & baptizatos, sed quosdam intuebatur, in ea. f fide constitutos quæ Apostolo distinguente per dilectionem operatur. Ita cum dixit, Qui blasphemauerit in spiritumsanctum non habet remissionem in æternum: non omnem, sed quendam blasphemantis in spiritumsanctum intendebat reatum, quo quisquis fuerit obligatus, nulla vnquam remissione soluetur. Illud etiam quod ait, Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo: quomodo intellecturi sumus? Nunquid etiam illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apostolus, ꝙ iudicium sibi manducent & bibant, cum ipsam carnem manducent & ipsum sanguinem bibant? Nunquid & Iudas magistri venditor & traditor impius, quāuis primum ipsum manibus eius confectum sacramentum, carnis & sanguinis eius cum cæteris discipulis sicut apertius Lucas Euangelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, aut Christus 10
in eo? Multi denique qui vel corde ficto carnem illam manducant & sanguinem bi- G
bunt, vel cum manducauerint & biberint apostatæ fiunt, nunquid manent in Christo, aut Christus in eis? Sed profecto est quidam modus manducandi illam carnem & bibendi illum sanguinem, quo modo qui manducauerit & biberit, in Christo manet & Christus in eo. Non ergo quocunque modo quisque manducauerit carnem xpi, & biberit sanginē xpi manet in xpo & in illo xps: sed certo quodā mō, quē modū vtique ipse videbat quando ista dicebat. Sic igitur & in eo quod ait, Qui blasphemauerit in spiritumsanctum non habet remissionem in æternum, non quocunque modo blasphemauerit reus est huius irremissibilis delicti, sed modo quodam quem nos quærere atque intelligere voluit, qui hāc sententiam veram terribilemq; deprōpsit. Quisnam sit autem iste blasphemandi modus, vel potius immoderatio, quænam sit ista blasphemia, & quod sit verbum contra spiritumsanctum: iam, quantum existimo, ipse ordo expostulat vt dicamus, vestramq; expectationem tādiu, sed necessario detentam non vlterius differamus. Nostis charissimi, in illa inuisibili & incorruptibili trinitate, quam fides vestra & chatholica ecclesia tenet & prædicat, deum patrē non spiritussancti patrem esse, sed filii, & deum filium non spiritussancti filium esse, 10
sed patris: deum autem spiritumsanctum non solius patris aut solius esse filii spiri- H
tum, sed patris & filii. Et hanc trinitatem quāuis seruata singularium proprietate & subsistentia personarum: tamen propter ipsam indiuiduam & inseparabilem æternitatis,

Ioan. 1.
Deute. 13.
Iacobi. 6.
Tentatio adducens peccatum.
Tentatio pbās fidē.
Marci. 16.
Iacobi. 2.
Acto. 8.
Galat. 5.
Marci. 3.
Ioan. 6.
2. Cor. 11.
Luc. 22.
4. sent. dist. 9. c. 1.
Quidam modus mā ducādi carnē & bibēdi sanguinē Christi

nitatis, veritatis, bonitatis, essentiam vel naturam, non esse tres deos, sed, vnum deū. ac per hoc pro captu nostro quantum ista per speculum & in ænigmate, præsertim
10 talibus, quales adhuc sumus, videre cōceditur, insinuatur nobis in patre authoritas,
I in filio natiuitas, in spiritusancto patris filiiq; communitas, in tribus æqualitas. Qd ergo commune est patri & filio, per hoc nos voluerunt habere cōionem, & inter nos & iecum: & per illud donum nos colligere in vnum quod ambo habent vnum, hoc est, per spiritumsanctum deum & donum dei. In hoc enim reconciliamur diuinitati, eaq; delectamur. Nam quid nobis prodesset quicquid boni nossemus, nisi etiam diligeremus? Sicut autem veritate discimus, ita charitate diligimus, vt & plenius cognoscamus, & beati cognito perfruamur. Charitas porro diffusa est in cordibus nostris, per spiritumsanctum qui datus est nobis. Et quia peccatis alienamur a possessione verorum bonorum, Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Est ergo pater filio veritati origo verax, & filius de veraci patre orta veritas, & spiritussanctus a patre bono & filio bono effusa bonitas: omnium est autem non impar bonitas † nec separabilis vnitas. Primum ergo in nos, ad accipiendam vitam æternam quę in nouissimo dabitur, de bonitate dei munus venit ab initio fidei, remissio peccatorum: illis enim manentibus manent quodammodo inimicitiæ aduersus deum, & ab illo alienatio quæ a nostro malo est, quoniam non mentitur scriptura dicens, Peccata ve-
10 stra separant inter vos & deum. Non ita que nobis insert bona sua, nisi auferat mala
K nostra. Et in tantum illa crescunt, in quantum ista minuuntur: nec illa proficientur nisi ista finiantur. Iam vero ꝙ dominus Iesus sic in spiritusancto peccata dimittit, quemadmodum in spiritusancto dæmones eicit: hinc intelligi potest, ꝙ posteaquā resurrexit a mortuis, cum dixisset discipulis suis. Accipite spiritumsanctum; cōtinuo subiecit, Si cui dimiseritis peccata dimittentur ei: si cui tenueritis, tenebuntur. Nam & illa regeneratio vbi sit omnium præteritorum remissio peccatorum, in spiritusancto fit, dicente domino, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei. Sed aliud est nasci de spiritu, aliud pasci de spiritu: sicut aliud est nasci de carne, quod sit cum parit mater, aliud pasci de carne, quod fit cum lactat infantem, ad hoc conuersum cum voluptate biberet, vnde natus est vt viueret: vt inde accipiat viuendi alimentum, vnde accepit nascendi initium. Primum itaque credentium beneficium est benignitatis dei, in spiritusancto remissio peccatorum. Vnde ita cœpit & prædicatio Ioannis Baptistæ, qui præcursor domini missus est. Sic. n. scriptum est, In diebus illis venit Ioannes Bap. prædicans in deserto Iudeæ & dicens,
10 Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, [Hinc & ipsius domini,
L quod ita legitur, Exinde cœpit Iesus prędicare & dicere, Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum celorum.] Ait autem Ioannes inter cætera quæ locutus est ad eos qui venerunt vt ab illo baptizarentur, Ego quidem vos baptizo aqua in pœnitentiam, qui autem venturus est post me fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritusancto & igni. Ait & dominus, Ioānes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritusancto non post multos hos dies, quem accepturi estis vsque ad Pentecosten. Quod autem dicit Ioannes, Et igni, quāuis possit intelligi & tribulatio quam pro nomine Christi credentes fuerāt perpessuri, tamen non ab re est eundem spiritumsanctum etiam nomine ignis significatum videri. Propter quod & in aduentu eius dictum est, Visæ sunt illis linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquenque eorum. Hinc & ipse dominus ait, Ignem veni mittere in mundum. Hinc & Apostolus dicit, Spiritu feruentes: quoniam hinc feruet charitas. Diffunditur quippe in cordibus nostris per spiritumsanctum qui datus est nobis. Cui feruori contrarium est quod dominus ait, Refrigescet charitas multorum. Sed perfectum donum est spiritussancti. Prius est autem illud quod ad remissionem pertinet peccatorum, per quod beneficium eruimur de potestate tenebrarum, & princeps huius mundi mittitur foras fide nostra, qui operatur in
10 filijs infidelitatis, nulla alia re nisi societate & obligatione peccati. In spiritu enim
M sancto quo in vnum dei populus congregatur eiicitur spiritus immundus, qui in seipsum diuisus est. Contra hoc donum gratuitum, contra istam dei gratiam loquitur cor impœnitens. Ipsa ergo impœnitentia est spiritus blasphemia, quæ non remitte-

Rom. 5.
1. Pet. 4.
† aliás diuinitas.
Esaiæ. 59.
Ioan. 20.
Ioan. 3.
Aliud ē nasci de spū & pasci de spiritu:
Aliud ē nasci de carne & pasci de carne.
Ioan. 3.
Vbi sup.
Act. 1.
Ignis tribulatio.
Ignis, spiritussanct.
Act. 2.
Luc. 12.
Rom. 12.
Rom. 5
Mat. 24.
Colos. 1.
Ioan. 12.
Ephe. 2.
In spiritu

Universidad de Deusto

sancto eij- tur neque in hoc seculo neque in futuro. Contra spiritum enim sanctum quo bapti
eitur spūs zantur quorum peccata omnia dimittuntur,& quem accepit Ecclesia, ut cui dimise-
īmundus. rit peccata,dimittantur ei: verbum valde malum & nimis impium, siue cogitatione, II
2. sen. dist. siue etiam lingua sua dicit,quem patientia dei cum ad pœnitentiam adducat, ipse se- A
43. c. Sed cundum duritiam cordis sui & cor impœnitens thesaurizat sibi iram in die iræ & re
quæritur uelationis iusti iudicij dei,qui reddet vnicuique iuxta opera eius. Hæc ergo impœni
Impœnitē tentia: sic enim vno aliquo nomine possumus vtcunque appellare & blasphemiam &
tia ē spūs verbum contra spiritumsanctum quod remissionem non habet in æternum: hęc, in-
blasphe- quam,impœnitentia contra quam clamabat & præco & iudex dicentes, Pœnitentiā
mia quę agite,appropinquabit enim regnum cœlorum: contra quam dominus os Euangeli-
nō remit- cæ prædicationis aperuit,& contra quam ipsum Euangelium in toto orbe prædican
tetur. dum esse prędixit: vbi posteaquàm resurrexit a mortuis, ait discipulis, Oportebat
Roma. 20. pati Christum,& resurgere a mortuis tertio die & prædicari in nomine eius pœnitē-
Mat. 3. &. 4 tiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem.
Luc. 24. Hęc omnino impœnitentia non habet remissionem, neque in hoc seculo neque in
futuro,quia pœnitentia impetrat remissionem in hoc seculo, quæ valeat in futuro.
2. sē. dis. 43 Sed ista impœnitentia vel cor impœnitens quādiu quisque in hac carne viuit,nō po-
c. Est ēt dę testiudicari. De nullo enim desperandum est quādiu patientia dei ad pœnitentiam 13
nullo de- adducit,nec de hac vita rapit impium,qui non mortem vult impij,quantumvt reuer B
sperādū ē tatur & uiuat. Paganus est hodie, vndè scis vtrum sit futurus crastino Christianus?
in pūti vi- Iudæus infidelis est hodie,quid si cras credit in Christo? Hæreticus est hodie, quid si
ta. cras sequatur catholicam veritatem? Schismaticus est hodie, quid si cras ample&ta-
Rom. 2. tur catholicam pacem? Quid si isti quos in quocunque genere erroris notas, & tanq̄
Ezec. 33. desperatissimos damnas,antequam finiant istam vitam agant pœnitentiam,& inue-
niant veram uitam in futuro? Proinde,fratres, etiam ad hoc uos admoneat quod ait
1. Cor 4. Apostolus,Nolite ante tempus quicquam iudicare. Hęc enim blasphemia spiritus
cui nunquam est ulla remissio (quoniam non omnem, sed quandam intelleximus,
eamq; perseuerantem duritiam cordis impœnitentis vel diximus vel inuenimus,vel
etiam quantum existimauimus ostendimus) non potest in quoquam, vt diximus,
dum in hac adhuc vita est,deprehendi. Quod non ideo videatur absurdum,quia cū
homo usque in finem huius vitæ in dura impœnitentia perseuerans,diu multumq;
loquatur aduersus hanc gratiam spirituſſancti,Euangelium tamen tam longam con
tradictionem cordis impœnitentis, quasi breue aliquod uerbum appellauit dicens,
Matt. 12. Quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit
contra spiritumsanctum, non remittetur ei,neque in hoc seculo, neque in futuro. II
Hæc enim quamuis prolixa sit & pluribus uerbis contexta & producta blasphemia, C
solet tamen scriptura etiam multa uerba uerbum appellare. Neque enim vnū ver-
1. Tim. 5. bum locutus est quicunque propheta,& tamen sic legitur, Verbum quod factum est
ad illum vel ad illum prophetam. Et Apostolus,Præsbyteri, inquit, duplici honore
honorentur,maxime qui laborant in verbo & doctrina. Non ait in verbis,sed in ver-
Iacobi. 1. bo. Et sanctus Iacobus, Estote,inquit,factores verbi & non auditores tantum. Non
ait & ipse uerborum, sed verbi: quāuis tam multa verba de scripturis sanctis in Ec-
clesia celebriter & solenniter legantur,dicantur,audiantur,. Sicut ergo quantocunq;
tempore quisq; nostrum in prædicando Euangelio laborauerit, non uerborum sed
verbi dicitur prædicator: & quantocunque tempore quisque uestrum nostrā prædi
cationem diligenter atq; instanter audierit, non verborum sed verbi audiendi stu-
diosissimus nuncupatur, Ita eo more quo scripturę loquuntur,& quem nouit eccle-
siastica consuetudo,quisquis vniuersa sua vita, qua istam gerit carnem,quantalibet
longitudine protendatur,quæcunq; verba vel ore vel sola cogitatione locutus fue-
Verbū di- rit corde impœnitenti,contra remissionem peccatorum quę fit in Ecclesia verbum
cere cōtra dicit contra spiritumsanctum, Ideo autem non solum verbum quod dictum fuerit
spiritū san contra filium hominis,sed omne prorsus peccatum & blasphemia remittetur homi-
ctū quid. nibus,quia vbi hoc peccatum non fuerit cordis impœnitentis contra spiritumsan- II
ctum, quo in ecclesia peccata soluuntur,cuncta alia dimittuntur. Quo aūt hoc dimit D
titur,quod etiam remissionē impedit aliorū? Oia ergo dimittuntur eis,in quibus nō

est quod nunq̄ dimittetur. In quibus est autem, quo hoc nunq̄ dimittitur, nec alia
II dimittuntur,quia omnū remissio vinculo istius impeditur. Non ergo ꝓpterea qui-
E cunq; dixerit[verbū contra filium hominis, remittetur ei: qui aūt] contra spm̄sanc-
tū,non remittetur ei, quia in trinitate maior est filio spirituſſanctus,quod nullus
vnquam vel hæreticus dixit: sed quoniam quisquis restiterit ueritati, & blasphe-
mauerit veritatem. quod est Christus, etiam post tantam sui prædicationem apud Ioan. 1.
homines, vt verbum caro fieret, & habitaret in nobis: quod est filius hominis, id
est, ipse Christus, si non dixerit verbum illud cordis impœnitentis contra spiri-
tumsanctum,de quo dictum est, Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu: & de Ioan. 3.
quo item dictum est, Accipite spiritumsanctum, si cui dimiseritis peccata, dimit- Ioan. 20.
tuntur ei.ideest si pœnituerit eum, accipiet per hoc donum remissionem omnium
pēccatorum: simul & huius, quod verbum dixit contra filium hominis: quia pec-
cato ignorantiæ siue contumaciæ vel cuiuscunque blasphemiæ, non addit peccа-
tum impœnitentiæ contra donum dei & gratiam regenerationis uel reconciliatio-
nis quæ fit in Ecclesia spiritusancto. Proinde nec illud sentiendum est, quod qui-
dam putant ideo remitti verbum quod dicitur contra filium hominis, non remitti
autem quod dicitur contra spiritumsanctum,quia pp susceptam carnē factus est fi-
II lius hois xps,qua carne vtiq; maior est spirituſſanctus, qui substantia, ꝓpria æqua-
F lis est patri & vnigenito filio secūdum eius diuinitatē, secudū quā & ipse vnigenitus
filius ęqualis est patri & spiritui sancto. Nā si hoc, ꝓpterea dictū esset, ꝓfecto de oi bla-
sphemia taceretur,hæc sola irremissibilis videretur,quæ contra filium hois dicitur,
quasi cū hō solus putatur. Cū vero prēmissum sit oē pctm̄,& blasphemia remittetur
hoibus: quod ēt apud aliū Euāgelistā ita positū est,Oia dimittentur filiis hoium pec Marci. 3.
cata & blasphemiæ,qui blasphemauerint: ꝓculdubio & illa blasphemia quę cōtra pa
trem dicitur,ista generalitate concluditur,& tn̄ hæc sola irremissibilis definitur quę
dicitur contra spm̄sanctū. Nunquidnam & pater formā serui accepit, qua sit maior
spirituſſanctus? Novtiq;, sed ideo postvniuersalē cōmemorationē oium pcōrū oisq̄
blasphemiæ,eminentius uoluit exprimere blasphemiā quæ fit contra filium homi-
nis,quia etiāsi in illo pctō fuerint homines obligati, quod cōmemorauit, vbi ait, Si Ioan. 15.
non venissem & loeutus eis fuissem, peccatum non haberent: quod ēt in Euangelio Ioan. 16.
secundū Ioannem valde graue ostendit esse peccatū, vbi ait de spū sancto, cū eum se
missurū esse promitteret: ille arguet mūdū de pctō & de iustitia & de iudicio, de pctō
quidem quia non crediderunt in me: tn̄ si non dixerit illa cordis impœnitentis duri-
II tia uerbū contra spiritum sanctū, ēt hoc quod dictū est contra filiū hois remittetur.
G Hic fortasis aliquis quærat, vtrum tm̄modo spirituſſanctus peccata dimittat, an pa-
ter & filius? Rndemus q; & pater & filius. Ipse.n. filius de patre dicit, Si dimiseritis pec Matt. 6.
cata hoibus, dimittet vobis & pater vester pctā vestra. Cui nos quoq; dicimus in ora Ibidem.
tione dnica, Pater noster, qui es in cœlis. Atq; inter cætera & hoc petimus, dicentes,
Dimitte nobis debita nostra. De seipso autem ait, Vt sciatis quod habeat filius
hominis potestatem in terra dimittendi peccata. Si ergo inquis & pater & filius & Mat. 9.
spirituſſanctus dimittunt peccata, cur illa impœnitentia quæ nunquam dimittetur,
tantummodo ad spiritus blasphemiam dicitur pertinere: tanquam ille qui hoc im-
pœnitentiæ peccato fuerit obligatus, dono spirituſſancti resistere uideatur, quod
eo dono fiat remissio peccatorum? Vbi & ego quęro, utrum Christus eiecerit dæ-
monia, an & pater & spirituſſanctus? Si enim tantum modo Christus, quid est Ioan. 14.
quod ipse dicit, Pater autem in me manens, ipse facit opera? Ita enim dictum
est, Ipse facit opera, tanquam filius non faciat, sed pater manens in filio. Cur
ergo alio loco dicit, Pater meus vsquemodo operatur, & ego operor? Et paulo- Ioan. 5.
post, Quæcunque enim ille fecerit, hæc & filius eius similiter facit. Quod alio Ibidem.
loco dicit, Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, ita dicit quasi solus fa- Ioan. 15.
ciat. Si autem hæc ita dicuntur vt tamen inseparabilia sint opera patris & filii, quid
II credendum est de spiritusancto, nisi quia & ipse pariter operatur? Nam in eo ip-
H so loco unde exorta est ista quæstio quā discutimus, cū filius eiiceret dęmonia, ipse
tn̄ ait, Si ego in spūsctō eiicio dæmonia, igitur puenit in uos regnū dei. Hic forte qs
dicat, spiritumsanctum dari potius a patre & filio, q̄ sua uolūtate aliqd operari: & ad

hoc pertinere quod dictum est, in spiritusancto eiicio dæmonia, ꝙ non ipse spiritus-
sanctus, sed Christus id faceret spiritu: vt sic intelligatur ꝙ dictum est in spiritusan- 11 12
Iosue.3. cto eiicio, tanquam diceretur, spiritu eiicio. Solent quippe ita loqui scripturæ, Inter- A
fecerunt in gladio. i. gladio. Succenderunt in igne i. igni. Et accepit Iesus cultros pe- I
trinos in quibus circunciderat filios Israel: [id est, quibus circũciderat filios Israel.]
Sed qui propterea demunt in spiritusancto propriam potestatem, illud attendant qđ
a domino dictum legitur, Spiritus ubi vult spirat. Illud vero quod Apostolus ait,
Ioan.3. Omnia autem hæc operatur vnus atque idē spiritus: verendum est ne quisquã arbi-
3.Cor.12. tretur ꝙ ea non operetur pater & filius, cum in eis operibus commemorauerit dona
Vbi sup. tiones curationum & operationes virtutum, vbi est vtique & expulsio dæmoniorũ.
cum vero adiungit & dicit, Diuidens propria vnicuique prout vult: nonne manife-
stat etiam sancti spiritus potestatem, sed a patre & filio planè indiuiduam? Si ergo hęc
ita dicuntur, vt tamen inseparabilis intelligatur operatio trinitatis, ita vt cum ope-
ratio patris dicitur, non eam sine filio & spiritusancto intelligatur operari: vt cũ ope
ratio filii non sine patre & spiritusancto: & cum operatio spiritusancti non sine pa-
tre & filio: satis notum est recte credentibus, vel etiam vt possunt intelligentibus, &
illud ideo dictum esse de patre, Ipse facit opera, ꝙ ab illo sit etiam origo operũ, a quo
Ioan.14. est existentia cooperantium personarum: quia & filius de illo natus est, & spiritussan- 12
ctus principaliter de illo procedit de quo natus est filius, & cum quo illi communis 11
Ioan.15. est idem spiritus. Et illud quod ait dominus, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo B
alius fecit: non ad patrem vel spiritum retulisse, ꝙ ei non sint in illis operibus coope- K
1.Cor.12. rati: sed ad homines, a quibus leguntur, multa facta miracula, & tamen a nullo quæ
filius fecit. Et quod ait Apostolus de spiritusancto, Omnia aũt hæc operatur vnus
atque idem spiritus: non ideo dictum, quia non ei cooperatur pater & filius: sed quia
in his operibus non sunt multi, sed vnus spiritus, & in diuersis suis operationibus
non est a se ipse diuersus. Nec tamen inaniter, sed rationabiliter & veraciter dicitur
Luc.3. patrem dixisse, non filium & spiritumsanctum, Tu es filius meus dilectus, in quo
mihi complacui. Sed hoc miraculum de cœlo sonabilis verbi, quãuis ad personam
patris tantummodo noscamus pertinere, cooperatores esse tamen filium & spiritum
sanctum non negamus: neque enim quia tunc filius carnem portans cũ hominibus
conuersabatur in terra, ideo non erat etiam in sinu patris tanquam vnigenitũ ver-
bum, quando illa de nube vox facta est: aut sapienter aut spiritaliter credi potest, deũ
patrem operationem verborum suorum sonantium atque transeuntium a suæ sa-
Mat.14. pientiæ suiq; spiritus cooperatione separasse. Eodem modo cum rectissime dicamus,
non patrem nec spiritumsanctum, sed filium super mare ambulasse, cuius vnius ca- 12
ro erat illa & plantæ fluctibus innitentes, illud tamen opus tanti miraculi patrem & 11
spiritumsanctum cooperatos esse quis abnuat? Sic enim & solum filium verissime di- L
cimus, ipsam suscepisse carnem, non patrem aut spiritumsanctum & tamen hanc in-
carnationem ad solum filium pertinentem, quisquis negat cooperatum patrem aut
Mat.3. spiritumsanctum, non recte sapit. Item dicimus, nec patrem nec filium, sed solum spi-
Act.2. ritumsanctum, & in columbæ specie, & in linguis velut igneis apparuisse & sedisse,
pronunciare illis in quos venerat, multis & variis linguis magnalia dei: a quo tũ mi-
raculo ad solum spiritumsanctum pertinente, cooperationem patris & verbi vnige-
niti separare non possumus. Ita quoque singulorum in trinitate opera trinitas ope-
ratur, vnicuique operanti, cooperantibus duobus, conueniente in tribus agendi con
cordia, non in vno deficiente efficacia peragendi. Quæ cum ita sint, hinc est ꝙ domi
Christus in spũ scõ nus Iesus in spiritu sancto dæmones eiicit. Neque enim & solus hoc implere nõ po
dæmones terat, atque illud adiutorium tanquam huic operi non sufficiens assumebat: sed spiri
eiiciebat. tum diuisum in semetipsum, eo spiritu congruebat expelli, quem pater & filius indi-
uisi in semetipsis communiter habent. Sic & peccata quia præter Ecclesiam non di-
mittuntur, in eo spiritu dimitti oportebat, quo in vnum Ecclesia congregatur. Deni-
que si quenquam extra Ecclesiam suorum pœniteat peccatorum, & huius tanti pec- 11 12
cati, quo alienus est ab Ecclesia dei, cor impœnitens habeat, quid ei prodest illa pœ- M
nitentia, cum isto solo peccato verbum dicat cõtra spiritumsanctum, quo extraneus D
est ab ecclesia, quæ accepit hoc donum, vt in ea in spiritusancto fiat remissio pecca-
torum?

torum? Quam remissionem cum trinitas faciat, proprie tamen ad spiritumsanctum 3 sen. dist.
intelligitur pertinere. Ipse enim est spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus, 37. cap.
abba pater, vt ei possimus dicere, Dimitte nobis debita nostra. Et in hoc cognosci- Tertiũ ve
mus, licut dicit Apostolus Ioannes, quoniam Christus manet in nobis de spiritu suo ro.
quem dedit nobis, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij Rom.8.
dei. Ad ipsum enim pertinet societas, qua efficimur in vnum corpus vnici filij dei. Matt.6.
Vnde scriptum est, Si qua igitur exhortatio in Christo, si quod solatium charitatis, 1.Ioan.3.
si qua societas spiritus. Propter hanc societatem illi in quos primitus venit, linguis Roma.8.
omnium gentium sunt locuti, quia per linguas consociatio est societas generis hu- Philip.2.
mani. Sic oportebat per linguas omnium gentium significari istam societatem filio-
rum dei & membrorum Christi futuram in omnibus gentibus: vt quemadmodum
tunc illē apparebat accepisse spiritumsanctum qui loquebatur linguis omnium gen
tium: ita se nunc ille agnoscat accepisse spiritumsanctum, qui tenetur vinculo pacis
Ecclesiæ, quæ diffunditur in omnibus gentibus. Vnde dicit Apostolus, Studentes Ephē.4.
seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Quòd autem sit ipse spiritus patris, ipse Ioan.15.
filius dicit, De patre procedit. Et alio loco, Non enim vos estis qui loquimini, sed spi- Matt.12.
ritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quòd vero ipse sit & spiritus filij, Apostolus Galat.4.
dicit, Misit deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem abba pater, hoc est, 12
clamare facientem. Nos enim clamamus, sed in illo id est, ipso diffundente charita- 11
tem in cordibus nostris, sine qua inaniter clamat quicunque clamat. Vnde item di- B
cit, Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ad quem ergo in Roma.8.
trinitate proprie pertineret huius communio societatis, nisi ad eum spiritum qui est
patri filioq; communis? Hunc spiritum ꝙ illi non habeant qui sunt ab ecclesia segre
gati, Iudas apostolus apertissime declarauit dicens, Qui seipsos segregant animales, Iudæ.1.
spiritum non habentes. Vnde in ipsa Ecclesia etiam illos qui per nomina hominum
quãuis in vnitate eius constitutorum quædam schismata moliebantur, Paulus Apo-
stolus arguens inter cætera ait, Animalis autem homo non percipit quæ sunt spiri- 1.Cor.2.
tus dei: stultitia enim est illi & non potest intelligere, quoniam spiritaliter diiudica-
tur. Ostendit quid dixerit, Non percipit: id est, scientiam non capit verbi. Hos in Ec-
clesia constitutos paruulos dicit, nondum spirituales, sed adhuc carnales & lacte alen-
dos non esca, Quasi paruulis, inquit, in Christo lac vobis potum dedi non escam, non 1.Cor.3.
dum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Vbi dicitur, Nondum vel non
adhuc, profecto non desperatur, sed eo tenditur vt sit aliquando quod nondum est.
Adhuc enim estis, inquit, carnales. Et ostendens vnde sint carnales, Cum enim sit, 12
inquit, inter vos æmulatio, nonne carnales estis & secundum carnem † ambulatis? At † aliàs, ho
que idipsum planius aperiens, cum enim quis dicat, Ego, inquit, sum Pauli, alius au- C 11 minem.
tem Apollo, nonne homines estis? Quid ergo est Apollo? quid aũt Paulus? Ministri 1.Cor.3.
Christi per quos credidistis. Hi ergo, id est, Paulus & Apollo, concordes erant in vni-
tate spiritus, & vinculo pacis, & tamen quia eos isti inter se diuidere & pro altero in-
flari aduersus alterum cœperant, dicuntur & homines carnales & animales, non va- Hoĩes car-
lentes: percipere quæ sunt spiritus dei: & tamen quia non sunt ab Ecclesia segregati, nales & a-
paruuli appellantur in Christo, quos vtique vel angelos vel deos esse cupiebat, quos animales q?
arguebat, quia homines erant, id est, in his contentionibus non quę dei sunt, sed quæ
hominum sunt sapiebant. De illis vero qui sunt ab Ecclesia segregati, nõ dictum est,
ea quæ sunt spiritus non percipientes, ne ad scientiæ perceptionem referrentur: sed
dictum est, spiritum non habentes. Non est autem consequens, vt qui habet, etiam
sciendo percipiat quod habet, Habent ergo istum spiritum in Ecclesia constituti par
uuli in Christo, adhuc animales, adhuc carnales: quid habeant percipere non valen-
tes, id est, intelligere & nosse. Nam quomodo essent paruuli in Christo, nisi renati ex
spiritu sancto? Nec mirum videri debet ꝙ quisq; aliquid habeat, & quod habeat igno-
rat. Vt.n. taceam de omnipotentis diuinitate atq; incommutabilis trinitatis vnitate,
quis facile scientia percipit quid sit anima, & quis non habet animã? Postremo vt cer-
tissime nouerimus ꝙ paruuli in Christo non percipientes quæ sunt spiritus dei, ha-
bent tamen spiritũ dei: paulopost intueamur quemadmodũ eosipsos increpans ait,
Nescitis qa tẽplũ dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Hoc vtiq; nullo modo dice- Cor.1.3.

ret ab Ecclesia segregatis, qui dicti sunt spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in Ecclesia, & ad istam societatem spūs pertinere, q ouibus Christi corporali
Sapien. 1. tm cōmixtione ficto corde miscetur. Sanctus.n. spūs disciplinæ fugiet fictum. Quapropter quicunq; in schismaticis vel hæreticis congregationibus vel potius segregationibus baptizantur, quāuis non sint renati spū, tanquam Ismaeli similes, qui secūdum carnem natus est abrahę, non secundum Isaac, qui secundum spm, quia per repromissionem: tn cum ad catholicam fidem veniunt, & societati spūs aggregantur, quem foris proculdubio nō habebant, non eis repetitur lauacrum carnis. Non enim defuit etiam foris posita ista forma pietatis, sed accedit eis quę nisi intus non pōt dari vnitas spūs in vinculo pacis. Tales quippe erant antequā catholici essent: de qualibus dicit Apostolus, Habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Potest enim esse visibilis forma palmitis etiam pter vitem, sed inuisibilis vita radicis haberi non pōt nisi in vite. Proinde corporalia sacramenta quæ portant & celebrant ēt segregati ab vnitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis. Virtus enim pietatis inuisibilis & spiritalis, ita in eis non pōt esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum qn amputatur a corpore. Quæ cum ita sint, remissio peccatorum, qm non datur nisi in spiritusancto, in illa Ecclesia tātummodo dari potest, quæ habet spiritum sanctum. Hoc enim fit remissione peccatorum, ne princeps peccati spūs qui in seipsum diuisus est regnet in nobis, vt eruti a potestate spūs imundi, templum deinceps efficiamur sancti spiritus: & a quo mundamur accipiendo indulgentiam, ipsum accipiamus habitatorem ad faciendam, augendam, perficiēdamq; iustitiam. Nam & in primo eius aduentu cum hi qui eum acceperant linguis oīum gētium loquerentur, & stupentes eos qui aderant alloqueretur apostolus Petrus, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad Apostolos, Quid ergo faciemus f. atres, monstrate nobis? Et dixit Petrus ad eos, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; vestrum in noīe Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spirituſſancti. Vtiq; in Ecclesia vtrunq; factum est, id est, & peccatorum remissio, & doni huius acceptio in qua erat spirituſſanctus. Ideo autem in noīe Iesu Christi, quia cum eundem spiritum sanctum ꝓmitteret, quem mittit, inquit, pater in noīe meo. Neque.n habitat in quoq; spirituſſanctus sine patre & filio, sicut nec filius sine patre & spiritusancto, nec sine illis pater inseparabilis quippe est habitatio, quorum inseparabilis operatio, sed singillatim plerunq; per creaturę significationes non per suam substantiam demonstratur: sicut sua temporum spatia syllabis occupantibus separatim voce pronunciantur, nec tn a seipsis vllis interuallis momentisq; temporum separantur. Non enim vnquam dici possunt simul, cum esse non possint nisi semper simul. Sed, vt iam non semel diximus, ideo remissio peccatorum qua in se diuisi spūs euertitur & expellitur regnum, ideo societas vnitatis Ecclesiæ dei, extra quam non fit ipsa remissio peccatorum, tanquam proprium est opus spirituſſancti, patre sanē & filio cooperantibus, quia societas est quodammodo patris & filij ipse spirituſſanctus. Nā pater non communiter habetur pater a filio & spiritusancto, quia non est pater amborum. Et filius non communiter habetur filius a patre & spiritusancto, quia non est filius amborum. Spiritus autem sanctus communiter habetur a patre, & filio, quia spiritus est vnus amborum. Quisquis igitur reus fuerit impœnitentiæ contra spm in quo vnitas & societas cōmunionis congregatur Ecclesiæ, nunquā illi remittetur, quia hoc sibi clausit vbi remittitur: & merito dānabitur cum spiritu qui in seipsum diuisus est, diuisus & ipse contra spiritum sanctum qui in seipsum diuisus nō est. Hoc ipsum & Euangelica testimonia nos admonēt, si ea perscrutemur attētius. Nam & secundum Lucam quidē nō ibi hæc dicit dominus, vbi respōdet eis qui dixerunt ꝓ in principe dæmoniorum eicit dæmones, non ei remitti qui blasphemauerit in spiritū sanctum. Vnde apparet non semel a domino dictū hoc: sed ibi quoq; non negligenter prætereundum quo loco dictum sit. Loquebatur.n. de his qui eum confessi essent vel
Lucę. 12. negarēt corā hominibus, vbi ait, Dico autem vobis, quicunq; cōfessus fuerit me corā hoibus, & filius hois confitebitur illum corā angelis dei. Qui autē negauerit eū corā hoibus, denegabitur corā angelis. Et ne ex hoc Apostoli Petri desperaretur salus, q eū corā hoibus ter negauit, cōtinuo subiecit, Et ois q dicit verbū i filiū hominis remit-

tetur ei, ei autem qui in spiritum sanctum blasphemauerit non remittetur: illa. s. blasphemia cordis impœnitentis qua resistitur remissioni peccatorum quæ fit in Ecclesia per spiritum sanctum. Quam blasphemiam Petrus non habuit quem mox pœnituit quādo amare fleuit, victoq; spiritu qui in seipsum diuisus est, & qui eum uexandū popposcerat, contra quem pro illo dominus rogauit ne deficeret fides eius, accepit etiam ipsum cui non restitit spiritum sanctū, vt non solū ei remitteretur peccatū, sed per eū prædicaretur & daretur remissio peccatorū. Apud duos aūt alios Euangelistas quod narratur, ut de blasphemia spiritus hęc sententia diceretur, causa extitit ex cōmemoratione spiritus immundi, qui in seipsum diuisus est. Dictū.n. erat de domino, ꝓ in principe dæmoniorū eiceret dęmones. Ipse se dominus ait in spiritusancto eicere dæmones, ut spiritus qui non est in se diuisus, eum qui in se diuisus est vincat atque eiiciat. Ille aūt homo in eius perditione maneat, qui in huius qui in se diuisus non est pacem per impœnitentiam transire detractat. Hoc enim Marcus ita narrat, Amen dico uobis, quia omnia dimittūtur hominibus peccata & blasphemia quibus blasphemauerit, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum non habet remissionem in ęternum, sed reus erit æterni delicti. Hæc uerba domini cum dixisset, sua deinde coniunxit dicens, quoniam dicebant spiritum immundum habet: vt ostenderet hinc fuisse exortam causam, ut hoc diceret, eo ꝓ dixissent eum in Belzebub principe dæmoniorum dæmones pellere: non quia esset blasphemia quæ nō remittitur, cū & hæc remittatur si recta pœnitentia consequatur: sed ꝓ hinc, ut dixi, cā extitit, vt a domino illa sententia proferretur, facta mentione spiritus immundi: quē aduersum seipsum diuisum dominus ostendit propter spiritum sanctum, qui non solum aduersum se diuisus nō est, sed etiam quos colligit efficit indiuisos, peccata quæ aduersum se diuisa sunt dimittendo, eosq; mundatos inhabitando, vt sit, quemadmodum scriptum est in Actibus Apostolorum, multitudinis credentium cor vnū & aīa vna. Cui dono remissionis non resistit, nisi qui duritiam cordis impœnitētis habuerit. Nam & alio loco dixerunt Iudæi de domino, ꝓ dęmonium haberet, nec tamen ibi aliquid dixit de blasphemia spirituſſancti: quoniam non ita obiecerunt spiritū immundum, vt in se diuisus ex ore ipsorum posit ostendi, sicut Belzebub a quo eiici dęmones posse dixerunt. In hac vero lectione secundum Matthæum multo manifestius aperuit dominus ꝓ hic vellet intelligi: id est, ꝓ ipse dicat verbum contra spiritumsanctum, qui vnitati Ecclesiæ corde im Pœnitenti resistit, vbi in spiritusancto fit remissio peccatorum. Hunc enim spiritum non habent, vt iam dictum est, qui etiā Christi sacramenta portantes atque tractantes, ab eius congregatione seiuncti sunt. Nam vbi dixit de diuisione satanę aduersus satanam, ꝓ ipse in spiritusancto eiiceret dęmones, utique in spiritu qui non aduersus seipsum, sicut ille, diuisus: ibi continuo ne per illos qui sub nomine Christi extra eius ouile conuenticula sua congregant, quisque putaret etiam regnū Christi aduersum se esse diuisum, Qui non est mecū, inquit, contra me est, & qui non congregat mecum, spargit: vt illos ostenderet ad se non pertinere, qui extra congregando nollent congregare sed spargere. Deinde subiunxit, Ideo dico vobis, omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemia non remittetur. Quid est hoc? Ideo sola spiritus blasphemia non remittetur, quoniam qui non est cum Christo, contra id sum est, & qui cum illo nō congregat, spargit? Ideo utique. Qui.n. non cū illo congregat, quomodolibet sub eius nomine congreget non habet spiritū sanctum, Hic omnino, hic cōpulit nos non alibi intelligere fieri remissionē ois peccati, oisq; blasphemiæ, nisi in Christi congregatione quæ non spargit. Congregatur quippe in spiritusancto qui non est contra seipsum diuisus, sicut ille immūdus spiritus. Et propterea omnes cōgregationes, vel potius dispersiones, quæ se Christi ecclesias appellant, & sunt inter se diuisę atque cōtrariæ, & vnitatis congregationi, quæ vera est Ecclesia eius, inimicę, non quia uidentur eius habere nomen, idcirco pertinent ad eius congregationem. Pertinerent autem si spirituſſanctus, in quo sociatur hæc congregatio, aduersus seipsum diuisus esset. Hoc autem quia non est: qui enim non est cum Christo contra ipsum est, & qui cum illo non congregat, spargit: ideo peccatum omne atq; omnis blasphemia dimittetur hominibus in hac congregatione, quam in spiritusancto, & nō aduersus

Mat. 22. Luc. 22. Mar. 3. Act. 4. Ioan. 8. Mat. 12.

seipsum diuiso, congregat Christus. Ipsius autem spiritus blasphemia illa, quæ fit ut corde impœnitenti huic tanto dei dono vsque in finem uitę istius resistatur, non remittetur, Nam & si quispiam ita sit contrarius veritati, vt deo loquenti, nō in prophetis sed in vnico filio, cum propter nos eum vt nobis in eo loqueretur filium hominis esse voluit, reluctetur, remittetur ei, cum pœnitendo conuersus fuerit ad dei

Ezec. 33. benignitatem: qui cum mortem impii nollet quantum ut reuertatur & viuat, dedit Ecclesiæ suæ spiritum sanctum, vt cuicunque in eo peccata dimitteret, dimitterentur ei. Qui vero huic dono extiterit inimicus, ut non illud per pœnitentiam petat, sed

Quo pcm sit irremis sibile. q. 1. cap. Ita fit. contempta vel oppugnata ipsa remissio peccatorum: atque ita dicitur verbum contra spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem nūquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit spiritum sanctum. Ad quam congregationem etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum ministrum, reprobum & fictum, aliquis

1. q. 1. c. spiritussanct⁹ accesserit corde non ficto, in ipso sancto spiritu remissionem accepit peccatorum: qui spiritus in sancta Ecclesia, etiam isto tempore quo uelut area cum palea trituratur, sic operatur ut nullius ueram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos fugiat, vt etiam per eorum ministerium probos colligat. Vnū ergo suffugium est, ne sit irremissibilis blasphemia, vt cor impœnitens caueatur: nec aliter pœnitentia prodesse credatur, nisi vt teneatur Ecclesia, vbi remissio peccatorum datur, & societas spiritus in pacis vinculo custoditur. Vt potui difficilimam quæstionem, si tamen aliquatenus potui domino miserante atque adiuuante tractaui: quicquid tamen in eius difficultate apprehendere non potui, non imputetur ipsi veritati quę salubriter pios etiam cum occultatur exercet: sed infirmitati meæ, qua vel intelligenda conspicere, vel intellecta explicare non potui. De his autem quæ forte potuimus & cogitando inuestigare & dicendo expedire, illi sunt agendæ gratię a quo quę siuimus, a quo petiuimus, ad quem pulsauimus, vt haberemus vnde nos meditando aleremur, & vobis loquendo ministraremus.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, aut facite arborem bonā, & fructum eius bonum &c. Sermo XII.

bMat. 12. ADmonuit nos dominus noster Iesus Christus vt bonæ arbores simus, & fructus bonos habere possimus. Ait enim. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. De fructu enim arbor cognoscitur.) Vbi ait, Facite arborem bonam, & fructum eius bonum, hoc vtique non est admonitio, sed prœceptum salubre, cui obedientia necessaria est. Quod autem dicit, Facite arborem malam, & fructum eius malū, non præceptum est vt facias, sed admonitio ne facias. Contra hos enim dixit, qui putabant se, cum mali essent, loqui bona posse, vel bona opera habere. Hoc dominus Iesus dicit non posse. Prius est enim mutandus homo, vt opera mutentur. Si enim manet homo in eo quod malus est, bona opera habere non potest. Si manet in eo quod bonus est mala opera habere non potest. Quis autem a domino bonus inuentus est,

Roma. 5. cum Christus pro impiis mortuus sit? Omnes ergo malas arbores inuenit, sed dedit

Ioan. 1. potestatem filios dei fieri, credentibus in nomine eius. Quisquis igitur homo hodie bonus est, id est, arbor bona, mala inuenta est, & bona facta est. Et si quando uenit malas arbores eradicare, uellet vtique remanere quę non digna esset eradicari, sed venit prærogare misericordiam, vt postea exerceret iudicium, cui dicitur, Misericordiā

Psal. 100. & iudicium cantabo tibi domine. Dedit ergo credentibus remissionem peccatorum, noluit cū eis & pieritis chartis rōnē here. Remissio. n. pcōrū facit arbores bonas. Distulit securim, dedit securitatē. De hac securi Ioānes loquitur, dicēs, Iā securis ad radicē arborū posita est. Ois arbor quæ nō facit fructū bonū, excidetur, & in ignē mittetur. De hac securi cōminatur pater familias in Euāgelio, dicēs, Ecce triēniū est qđ

Mat. 3. Luc. 13. uenio ad hāc arborē, & fructū in ea nō inuenio. Nō debeo locū euacuare? vnde amputetur. Et intercedit colonus, dicēs, Dñe dimitte eā & hoc anno, circūfodiā eā, & adhibebo cophinū stercoris, si fecerit fructū, bn̄, sin minus uenies & amputabis eā. Tāquā per triēniū dns visitauit genus humanū, hoc est, tribus tpibus. Quibus? Primū tps ante legem, secūdum tempus in lege, tertium, quod modo est, tempus est gratię.

Nam

Nam si non visitauit genus humanum ante legem, vnde Abel, vnde Enoc, vnde Noe, vnde Abraham vnde Isaac, vnde Iacob, quorū dñm se dici voluit? & cuius omnes gē tes erant, quasi triuni hominum deus esset, Et ego sum, inquit, deus Abrahā, & Isaac, & Iacob. In lege autem si non visitaret, ipsam legē non daret. Post legem venit & ipse paterfamilias, passus est, mortuus est, & resurrexit, spiritum sanctum dedit, Euangelium per totum orbem terrarum prædicari fecit, & adhuc quædam arbor infructuosa permansit. Est quædam adhuc pars generis humani, quæ adhuc se non corrigit, Intercedit colonus, pro plebe orabat Apostolus, Flecto, inquit, genua mea pro uobis ad patrem, vt in charitate radicati & fundati, valeatis apprehendere cum omnibus sanctis quę sit latitudo, longitudo, altitudo, & profundum. Cognoscere etiam supereminentem scientiam charitatis Christi, vt impleamini in omnem plenitudinē dei. Flectendo genua pro nobis intercedit apud paterfamilias, ne eradicetur. Ergo quia necesse est vt veniat, agamus vt fructuosos nos inueniat. Circūfossio arboris est humilitas pœnitentis. Omnis. n. fossa humilis. Cophinū stercoris, sordes pœnitentiæ. Quid. n. stercore sordidius, [& tamen si bene vtaris quid fructuosius?] Sit ergo vnusquisq; arbor bona, non se arbitretur habere fructus bonos, si manet arbor mala. Nō erit fructus bonus, nisi arboris bonę. Muta cor, & mutabitur opus. Extirpa cupiditatem, planta charitatem. Sicut. n. radix est omnium malorum cupiditas, sic est radix

1. Tim. 6. Quid est bonum. ōium bonorū charitas. Quid ergo musitant homines inter se vel contendunt, dicētes, Quid est bonū? O si scires, quid sit bonū. Quod habere vis, non est valde bonū, quod esse non uis, hoc est bonum. Vis. n. habere sanitatē corporis, hoc est bonū, nec tamen putes magnum bonum esse quod habet & malus Aurum & argentum habere uis, ecce & hoc dico bonum est, sed si bene vsus fueris. Bene autem non vteris si malus fueris, ac per hoc aurum & argentum malis malum est, bonis bonum est: nō quia eos bonos aurum & argentum facit, sed quia bonos inuenit, in vsum bonū conuertitur. Honorem habere vis, bonum est, sed hoc si bene utaris. Quam multis honor occasio exitii fuit. [Quam multis honor ministerium boni operis fuit] Discernamus ergo ista bona, si possumus, quia de bonis arboribus loquimur. Et hic nihil est quod sic quisq; cogitare debeat, nisi vt in semetipsum oculos conuertat, in se discat, se inspiciat, se discutiat, se querat, & se inueniat, & qđ displicet necet, quod placet optet & plantet. Cū. n. se hō inanē inuenerit meliorū bonorum, vt quid est auidus externorum bonorum? Ecce quid prodest plena bonis arca, inanis conscientia? Bona vis habere, & bonus non vis esse. Non vides te erubescere debere de bonis tuis, si domus tua plena est bonis, & te habet malum? Quid. n. est quod velis habere malū? Dic mihi. Nihil oīno. Non vxorem, non filium, non filiā, non seruum, non ancillā, non villā, non tunicā, postremo non caligam, & tamen uis habere malam vitam. Rogo te, præpone vitam tuam caligę tuę. Omnia quæ circa iacent oculis tuis, elegantia, & pulcra tibi chara sunt, & tibi ipse vilis es, fœdus es. Si tibi possent respondere bona, quibus est plena domus tua, quæ habere optasti, quæ perdere timuisti, nonne & tibi clamarent, Sicut tu nos bona vis habere, sic & nos volumus bonum habere dominum? Tacita voce interpellant contra te dominū tuū, Ecce bona tanta dedisti huic, & ipse malus est. Quid ei prodest quod habet, quando eum qui omnia dedit non habet? Quērit ergo aliquis admonitus his verbis meis, & forte cōpunctus quærit quid sit bonum, quale bonū, vnde bonū? Bene intellexisti, hoc te quærere debere, Respondebo quærenti & dicam, Hoc est bonum, quod non potes inuitus amittere. Potes. n. aurum

Bonū qd. perdere, & nolens, potes domum, potes honores, potes ipsam carnis salutem. Bonum vero quo vere bonus es, nec inuitus accipis, nec inuitus amittis. Quæro ergo quale sit hoc bonum? Psalmus quidam admonet nos rem magnam forte, quam quærimus. Ait n. Filij hominum, quousq; graues corde? [Quousq; arbor illa in triennio? Filij

Psal. 4. hominū quousque graues corde? Vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mēdacium? Et a tergo ait quod quērendum est, Scitote quoniam dominus magnificauit sanctū suum. Iam & Christus venit, iam magnificatus est, iam surrexit, & ascendit in cœlū, iam nomen eius toto mundo prędicatur, quousq; graues corde? Sufficiant prætērita tempora. Iam magnificato illo sancto, quousque graues corde? Post triennium quid restat nisi securis? Quousq; graues corde? Vt quid diligitis uanitatem, & quæritis

mendacium ? Adhuc vana adhuc inutilia, adhuc pōpatica, & volatica, ita Christo sanc
to magnificato, adhuc ista requiruntur? Iam clamat veritas, & adhuc quæritur vani
Luc. 12. tas? Quousq; graues corde? Merito fortiter flagellatur hic mundus. Cognouit n. iam 13
verba domini mundus. Et seruus, inquit, nesciens voluntatem domini sui, & faciens H
digna plagis, vapulabit paucis. Quare? Vt quærat voluntatem domini sui. Seruus ergo nesciens voluntatem, hoc erat mundus antequam magnificaret sanctum suum. Seruus erat nesciens voluntatem domini sui, & ideo vapulabat paucis. Seruus autē iam uoluntatem sciens domini sui, hoc est, modo ex quo magnificauit deitas sanctū suum, & non faciens voluntatem eius vapulabit multis. Quid ergo mirum si mūdus multa vapulat? Seruus est sciens voluntatem domini sui, & faciens digna plagis. Nō ergo recusет vapulare multis, quoniam si non vult audire præceptorem iniuste, iuste patietur vltorem, vel non murmuret contra castigatorem, cum videat se plagis dignum, ut misericordiam mereatur per Christum dominum nostrum, qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto, Amen.

De domino Christo ambulante super aquas maris, & Petro titubante, In Euangelio secundum eundem, Sermo XIII.

EVangelium quod recentissime recitatum est de domino Christo, qui super 13
Matt. 14. aquam maris ambulauit, & de Apostolo Petro qui ambulans timendo tituba I
Mare secu lum. uit, & difidendo mersus, confitendo rursus emersit, admonet nos intelligere
Petrus, ecclesia. mare præsens seculum esse, Petrum vero Apostolū ecclesiæ vnicæ typum. Ipse. n. Petrus in Apostolorum ordine primus in Christi amore prōptissimus, sæpe vnus respondit pro omnibus. Ipse denique domino Iesu Christo requirenti quem nam homines dicerent eum esse, & opiniones varias hominum discipulis respondentibus,
Mat. 16. rursusq; domino interrogante, & dicente, Vos aūt quem me esse dicitis? Respōdit Petrus, Tu es Christus filius dei viui. Vnus pro multis dedit responsum, vnitas in multis. Tunc ei dominus ait, Beatus es Simon Bariona, quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui est in cœlis. Deinde addidit, Et ego dico tibi, Tanquam diceret, Quia tu dixisti mihi, Tu es Christus filius dei viui: & ego tibi, Tu es Petrus. Simon quippe ante vocabatur. Hoc autem nomen ei vt Petrus appellaretur a domino impositum est, & hoc vt ea figura significaret ecclesiam. Quia. n. Christus petra,
Christus petra. Petrus populus Christianus. Petra. n. principale nomen est, ideo Petrus a petra, non
Petrus populus xpiānus. petra a Petro, quō non a Christiano Christus, sed a Christo Christianus vocatur. Tu es ergo, inquit, Petrus, & super hanc petram quam confessus es, super hanc petram quam cognouisti, dicens, Tu es Christus filius dei viui, ædificabo ecclesiam meā: id 13
" est, super me ipsum filium dei viui, ædificabo ecclesiam meam. Super me ędificabo te, K
" non me super te. Nā uolentes hoīes ędificari super hoīes, dicebant, Ego quidem sum
" Pauli, ego autē Apollo, ego vero Cephæ, ipse est Petrus. Et alii qui nolebant ædificare super Petrum, sed super petram, ego aūt sum Christi. Apostolus aūt Paulus ubi cognouit se eligi, & Christū cōtemni, Diuisus est, inquit, Christus? Nunquid Paulus p uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quō nō in in Pauli, sic nec
1. Retra. 20. in Petri, sed in nomine Christi, vt Petrus ędificaretur supra petram, & non petra super Petrum. Idem ergo Petrus a petra, cognominatus beatus, Ecclesiæ figuram portans, apostolatus principatum tenens, continuo post populum iam audito q beatus esset, iam audito q Petrus esset, iam audito q supra petram ædificatus esset, posteaq̄ audiuit futurā dni passionem, quia p̄dixerat eā cito futuram discipulis suis, displicuit ei. Timuit ne perderet morientem, quem confessus fuerat vitæ fontē, Turbatus
Matt. 16. ē, Absit a te, inquit, domine, ne fiat istud. Propitius esto tibi domine, nolo te mori. Petrus dicebat Christo, Nolo te mori: sed melius dicebat Christus, Volo pro te mori. Denique continuo reprehendit, quē pauloante laudauerat, & quem beatum dixerat, satanam appellat: Redi, inquit, post me satana, scandalū mihi es, non. n. sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Quid nos vult facere ex hoc quod sumus, qui sic cul- 13
Psal. 81. pat quia homines sumus? Vultis scire quid nos uelit facere? Audite Psalmum, Ego di L
xi, dii estis, & filii excelsi omnes. Sed humana sapiendo, Vos autem sicut homines

moriemini. Idem ipse Petrus paulo ante beatus, postea satanas. In momento uno, infra pauca uerba miraris, differentias attende causarum. Quid miraris, quia pau-
13 loante beatus, postea satanas? Attende causam quare beatus, Quia non tibi reuela-
M. uit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est, Ideo beatus, quia tibi non caro & Mat. 19.
sanguis hoc tibi reuelaret de tuo, quia vero non caro & sanguis tibi reuelauit, sed pater meus qui in cœlis est, de meo, non de tuo. Quare de meo? Quia omnia quæ ha- Ioan. 16
bet pater mea sunt. Ecce audisti causam, quare beatus, & quare Petrus. Quare autem illud quod horrescimus, & repetere nolumus? Quare, nisi quia de tuo? Non enim sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominum. Hoc intuentes nos ecclesiæ membrū discernamus quid de dei, quid de nostro. Tunc enim non titubabimus, tunc in petrā fundabimur, fixi & stabiles erimus aduersus ventos, imbres, flumina, tentationes videlicet præsentis seculi. Illum tamen videte Petrum, qui tunc erat figura vestra, Modo fidit, modo titubat, modo immortalem confitetur, modo timet ne moriatur. Proinde quia ecclesia Christi habet firmos, habet & infirmos, nec sine firmis potest esse, nec sine infirmis. Vnde dicit Apostolus, Debemus autem nos firmi infirmorū Rom. 15.
onera sustinere. In eo quod dixit Petrus, Tu es Christus filius dei uiui, firmos signi Mat. 16.
ficat. In eo autem quod trepidat & titubat, & Christum pati non vult, mortem timē
do, vitam non agnoscendo, infirmos Ecclesiæ significat. In illo ergo uno Apostolo, id
14 est, Petro in ordine Apostolorum primo & præcipuo, in quo figurabatur Ecclesia,
A vtrunque genus significandum fuit. i. firmi & infirmi, quia sine vtroque non est ecclesia. Hinc est ergo, & quod modo lectum est, Domine, si tu es, iube me uenire ad Mat. 14.
te super aquas.) Si tu es, iube me Non enim possum hoc in me, sed in te. Agnouit quid sibi esset a se, quid ab illo cuius voluntate credidit se posse, quod nulla infirmitas humana possit. Ergo si tu es, iube, quia cum iusseris fiet. Quod ego non valeo præsumendo, tu potes iubendo. Et dominus, ueni, inquit. Et sine ulla dubitatione Petrus ad uerbum iubentis, ad præsentiam sustentantis, ad præsentiam regentis sine ulla cunctatione desiliuit in aquas, & ambulare cœpit. Potuit quod dominus nō in Ephe. 5.
se, sed in domino. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux, sed in domino. Quod nemo potest in Paulo, nemo in Petro, nemo in alio ullo Apostolorum, hoc po- 1. Cor. 1.
test in domino. Ideo bene Paulus utiliter se contemnens, illum commendans, nūquid Paulus inquit, pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Nō ergo in me sed mecum, non sub me sed sub illo. Ergo ambulauit Petrus super aquas in iussu domini, sciens hoc se a se habere non posse. Fide valuit quod humana infirmitas non valeret. Hi sunt firmi Ecclesiæ, Attendite, audite, intelligite, agite. Neque
14 enim agendum est cum firmis alibi vt sint infirmi, sed agendum est cum infirmis ut
B sint firmi. Multos autem impedit a firmitate, præsumptio firmitatis. Nemo erit a deo firmus nisi qui se a seipso sentit infirmum. Pluuiam voluntariam segregās deus hæreditati suæ. Quid præceditis, qui quod dicturus sum nostis? Temperetur ueloci Psal. 67.
as, ut sequatur tarditas Hoc dixi & hoc dico, audite, capite, facite. Nemo a deo fit firmus qui a seipso sentit infirmum. Pluuiam ergo uoluntariam, sicut Psalmus dicit uoluntariam, non meritorum nostrorum, sed uoluntariam segregans deus hæreditati suæ, etenim infirmata est: tu uero perfecisti eam, quia pluuiam uoluntariam segregasti, non attendens hominum merita, sed tuam gratiam & misericordiam. Infirmata est ergo ipsa hæreditas & agnouit se infirmam in se, ut firma esset in te. Non firmaretur, si non infirmaretur, vt abs te in te perficeretur. Vide huius infirmitatis portiunculam, Paulum uide infirmatum qui dixit, Non sum idoneus uocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. Quare ergo Apostolus es? Gratia dei sum id quod sum. Non sum idoneus, sed gratia dei sum quod sum. Infirmatus est Paulus, tu uero perfecisti eum. Iam vero quia gratia dei est quod est, vide quid sequatur, Et gratia dei in me non fuit uacua sed plus omnibus illis laboraui. Vide ne præsumptione perdas, quod infirmi- 1. Cor. 15.
14 tate meruisti. Bene hoc, bene. Nō sum idoneus uocari Apostolus, gratia eius sum qd
C sum, & gratia eius in me non fuit uacua. Omnia optime, sed plus illis omnibus laboraui: quasi tibi cœpisti tribuere, quod paulo ante deo dederas. Agnosce &

sequere, Nón ego autem, sed gratia dei mecum. Bene infirme firmissime ēris exaltatus, quia non es ingratus; tu es idem ipse Paulus, in te paruus, in domino magnus. Tu es qui ter dominum rogasti, vt stimulus carnis angelus Satanæ a quo colaphizabaris
2. Co. 12. auferretur a te. Quid tibi dictum est, quid audisti quādo hoc petisti? Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Et etenim infirmatus est, tu vero perfecisti eum sic & Petrus, lube me, inquit, venire ad te super aquas, homo audio, sed non hominem rogo. Iubeat deus homo vt posſit, quod non potest homo. Veni, inquit. Et cœpit ambulare super aquas, & potuit Petrus, quia iusserat petra. Ecce quid Petrus in domino, quid in se? Videns ventum validum, timuit, & cum cœpisset mergi, exclamauit, Domine pereo, libera me?) Præsumpsit de domino, potuit de domino. Titubauit
Psal. 53. vt homo, rediuit ad dominum. Si dicebam, motus est pes meus, Psalmus loquitur, Sācti cantici vox est, & si agnoscamus & nostra, imò si velimus & nostra est. Si dicebam, motus est pes meus. Quare motus, nisi quia meus? Et quid sequitur? Misericordia tua domine adiuuabat me, non virtus mea, sed misericordia tua. Nunquid enim dominus deseruit titubantem, quem audiuit inuocantem? Vbi est illud, Quis inuocauit
Ioel. 2. deum, & desertus ab eo? Vbi & illud, Et omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit? Continuo porrigens adiutorium dexteræ suæ, leuauit mergentem, increpauit diffidentem: Modicę fidei quare dubitasti?) De me præsumpsisti, de me dubitasti? Eia, fratres, sermo concludendus est. Attendite seculum quasi mare, ventus validus, E
& magna tempestas. Vnicuique sua cupiditas, tempestas est. Amas deum, ambulas 14
super mare, sub pedibus tuis est timor seculi. Amas seculum, absorbebit te. Amatores suos vorare nouit, non portare. Sed cum fluctuat cupiditate cor tuum, vt vincas tuam cupiditatem, inuoca Christi diuinitatem. Putatis tunc esse ventum contrariū, quando est huius seculi aduersitas? Quando enim bella, quando tumultus, quando fames, quando pestilentia cuique hominum, etiam singulo euenit priuata calamitas, tunc putatur ventus aduersus, ibi putatur inuocandus deus. Quando autem temporali fœlicitate seculum arridet, quasi non est ventus contrarius. Noli huic interrogare temporis tranquillitatem, interroga, sed tuam cupiditatem. Vide si tranquillus est in te, vide si non te subuertit ventus interior. Hoc vide, Magnę virtutis est cum fœlicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ipsa subuertat fœlicitas. Magnę, inquam, virtutis est cum fœlicitate luctari, magnæ fœlicitatis est a fœlicitate non vinci. Disce calcare seculum, memento fidere te in Christo: & si motus est pes tuus, si titubas, si aliqua non superas, si mergi incipis, dic, domine pereo, libera me. Dic, domine pereo, ne pereas. Solus enim a morte carnis liberat te, qui mortuus est in carne pro te. Conuerti ad dominum.

De eo de quo suprà, Sermo XIIII.

†aliàs, nauiculam. Matt. 14. CVm sanctum Euangelium legeretur, audiuimus nautellam † periclitantem, F
Christum periclitantibus subuenientem, Petrum venienti Christo occurren- 14
tem. In quibus omnibus miraculum expectauimus, mysterium requiramus. Quando enim possumus de diuinis operibus quæ leguntur, intellectum alicuius mystice significationis exculpere, quasi de abstrusis fauorum cellis mella producimus, uel Christi discipulos imitantes, spicas manibus confricamus, vt ad latentia grana perueniamus, & in eis vitam inueniamus. Ascendit ergo dominus noster Iesus Christus, vt lectum est, in montem solus orare. Mons altitudo est. Quid enim in hoc mundo altius cœlo? Quis vero in cœlum ascendit, nouit optime fides vestra. Cur autem
Ioan 3. solus ascendit? Quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Quāuis & in fine cūuenerit, & nos omnes sua membra collegerit, ac leuauerit in cœlum, etiam tunc solus ascendet, quia caput cum corpore suo
1. Tim. 2. vnus est Christus. Nunc autem solum caput ascendit, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Ipse ascendit solus orare, quia ipse ascendit ad patrem, pro nobis interpellare. Veruntamen, charissimi, dum ille orat in excelso, nauicula turbatur fluNautella, Ecclesia. ctibus in profundo: quia insurgunt fluctus, potest ipsa nauicula turbari, sed quia
Christus orat non potest mergi. Nautellam quippe istam, fratres, Ecclesiam cogita- G
Mare seculum. te, turbulentum mare hoc seculum. Quando aliquis impiæ voluntatis, maximæ po- 14
testatis persecutionem indicit Ecclesiæ, & quantum in ipso est, Christianum nomen

conatur extinguere, super nauiculam Christi grandis vnda consurgit. Sed in his ten- Antenna,
tationibus erigatur antēna, vt suspensa arbori crucem figuret. Hanc Christus respi- Crux.
14 ciat & non deficiat, quia sicut dicit Apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est, 1. Petr. 2.
H relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Dicit etiam beatus Ioannes, 1. Ioan. 3.
Sicut enim Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere. Huic ergo antennæ. i. cruci Christi, simplex conuersatio & pura confessio tanquam candentia vela religentur. Et hæc vela nostra fluctibus abluantur, vestisq; tendatur, vt sine macula & ruga inueniatur. Quantumlibet mare sæuiat, ventus incumbat inter fluctus & fluctus, nauis ista turbetur tantum, non mergatur & currit. Denique postea quam nauis hæc ædificata est in Ierusalem, atque inde in medio pelagi huius frementis emissa est, æstuantium volumina vndarum, & furentium flabra ventorum, dum eam huc atque illuc circunferunt, omnium gentium litoribus appulerunt, peregrinas merces quacunque inuenit aduexit. Quid enim tam peregrinum in terra nostra quàm per pœnitentiam remissio peccatorum, regnumq; Lucę. 24.
cœlorum? & tamen oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Ierusalem. Venit ergo dominus ad visitandos discipulos suos, qui turbabantur in mari quarta vigilia noctis, Quarta vigilia noctis, extrema pars noctis. Vigilia vna tres horas habet, ac per hoc nox quatuor vigilias habet, ternis horis per singulas vigilias distributis. Quarta ergo vigilia noctis, hoc est, penè iam no- Vigilia.
14 cte finita. Sic veniet in fine seculi, iniquitatis nocte transacta, ad iudicandos viuos
I & mortuos. Venit enim nunc, sicut audistis, valde mirabiliter, ambulās super aquas, Surgebant fluctus, sed calcabantur. Fremens pelagus sub domini vestigijs murmurabat, sed tamen eum volens nolens portabat. Quantumlibet tumores seculi potestatesq; consurgant, premit eorum caput, nostrum caput. Cum vero appropinquaret nauiculæ, turbati sunt præ timore discipuli, & exclamauerunt putantes phantasma esse, quibus dominus ait, Habete fiduciam, ego sum, nolite timere. Quid est, ego sum? Mat. 14.
Non sum phantasma quod putatis, agnoscite quem videtis. Ad hanc vocem exiliit Petrus & ait, Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas.) Si tu es, non miror quod solidam carnem super liquentis elementi terga suspendis. Quid enim mirum, si conditori suo creatura famulatur? Hoc ego miror, fac quod mirer, ambulet Petrus. Fac quod mirer, Iube me venire ad te super aquas. Scio enim quod corpus humanū naturæ lege non sinitur in fluctibus liquidis habere fixa vestigia, sed accedat donum gratiæ, & paululum cesset lex ista naturę. Si tu es, iube me venire ad te super aquas. Tu deus es, ego homo sum, Voluisti de meo habere infirmitatem in carne quam portas, habeam & ego de tuo potestatem vt vnda me portet. Domine si tu es, iube me
13 venire ad te super aquas. Quomodo enim mihi in mari non erit via si tu iusseris, qui
K propter nos factus es via? Et dominus veni, inquit.) Nec dubitauit Petrus, audiuit domini verbum, & mox cucurrit ad verbum. Cito credidit, quia fidelis homo erat. Sed cum surrexisset ventus validus titubauit, quia homo erat. Titubatio ista, fratres, qua Titubatio
si mors fidei fuit. Sed vbi exclamauit, fides iterum resurrexit, Non ambularet nisi cre Petri, qd
deret, sed nec mergeretur nisi dubitaret. In Petro itaq; communis omnium nostrum obūbret.
consideranda conditio est, vt si nos in aliquo tentationum ventus conatur subuertere, vel vnda submergere clamemus ad Christum. Quid est clamemus? Oremus, porriget ille manum & eruet de profundo. Etenim manus eius deducet nos, & continebit nos dextera eius, donec nos ad sempiterna sua promissa perducat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum. Sermo XV.

HEsterna die, sanctum Euāgelium admonuit nos non negligere peccata nostra, Sed si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum. Si te au Mat. 18.
dierit, lucratus es fratrem tuum. Si autem contempserit, adhibe tecum duos vel tres, vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Si autem & ipsos contempse
14 rit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus.) Hodierna etiam die ad ipsam rem pertinet
L capitulum quod sequitur, quod modo cum legeretur audiuimus. Cum enim dixisset hoc dominus Iesus Petro, subiecit & interrogauit magistrum, quoties ignoscret fra-

tri qui in illo peccasset,& quęsiuit vtrum sufficeret septies. Respondit illi dominus, Non solum septies,sed etiam septuagiesseptes.) Deinde narrauit similitudinem val de terribilem,Quia simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui posuit ra- 14
tionem cum seruis suis,in quibus inuenit debitorem decem milium talentorum. Et M
cum iussisset vt omnia quæ habebat,& omnis eius familia,& ipse venderetur & debitum solueretur,aduolutus genibus domini sui rogabat dilationem,meruit remissionem. Misertus est enim dominus eius, sicut audiuimus, & omne debitum dimisit illi. At ille debito liber, sed iniquitatis seruus, posteaquam egressus est a facie domini sui,inuenit etiam ipse debitorem suum qui debebat, non decem milia talẽtorum, quantum ipsius debitum fuit,sed centum denarios, cœpit eum suffocatum rrahere, & dicere, Redde quod debes. At ille rogabat conseruum, sicut & ipse rogauerat dominum,sed non talem iste inuenit conseruum,qualem ille dominum.Non solum remittere ille debitum noluit, sed nec dilationem dedit, contortum rapiebat ad solutionem. Iam debito dominico liber,displicuit conseruis, & renunciauerunt domino suo quod actum esset, & dominus fecit adesse seruum, & dixit ei, Serue nequam, cum mihi tanta deberes,misertus tui omnia dimisi tibi. Nonne ergo & te oportebat misereri conserui tui sicut & tui misertus sum? Et iusit omnia quæ illi dimiserat exigi. Ergo hanc similitudinem ad nostram instructionem proposuit, & admonendo perire nos noluit. Sic, inquit, & vobis faciet pater vester cœlestis, si non remiseritis vnusquisque vestrum fratribus vestris ex corde vestro, Ecce fratres res in aperto est, admonitio vtilis & valde salubris. Obedientia debetur, vt quod iussum est impleatur,quia omnis homo & debitor est dei,& debitorem habet fratrem suum. Quis est A
Homo est dei debitor, & debitorẽ habet fratrẽ. Misericordię duo opera quæ nos liberant.
enim qui non sit debitor dei, nisi in quo nullum potest inueniri peccatum? Quis est autem qui non habeat debitorem fratrem,nisi in quem nemo peccauit?Putas ne qui squam in genere humano reperiri potest, qui non & ipse aliquo peccato obstrictus sit fratri suo? Debitor est ergo omnis homo, habens tamen & ipse debitorem. Ideo deus iustus constituit tibi regulam in debitore tuo, quod faciet & ipse cum suo. Duo sunt enim opera misericordiæ,quę nos liberant,quę breuiter ipse dominus posuit in Euangelio,Dimittite,& dimittetur vobis: date,& dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis,ad ignoscendum pertinet. Date,& dabitur vobis, ad præstandum beneficium pertinet. Quod ait de ignoscendo,& deus tibi ignoscit quod peccas, & habes alium cui tu possis ignoscere. Rursus quod pertinet ad tribuendum beneficium, petit te mendicus,& tu es dei mendicus, Omnes enim quando oramus,mendici dei sumus,ante ianuam magni patrisfamilias stamus. Imô etiam prosternimur, supplices ingemiscimus aliquid volentes accipere & ipsum aliquid ipse deus est. Quid a te petit mendicus? Panem. Et tu quid petis a deo, nisi Christum,qui dicit, Ego sum pa
Luc.6.
nis viuus,qui de cœlo descendi? Ignosci vobis vultis,ignoscite, Remittite,& remit- 15
Ioan.6.
tẽtur vobis. Accipere vultis; date,& dabitur vobis. Sed quid in hac aperta præceptione mouere possit,audite. In remissionem vbi venia petitur, & ab ignoscente debetur. Hoc potest mouere,quod & Petrum mouit, Quoties debeo, inquit,ignoscere? Sufficit vsq; septies? Non sufficit,ait dominus,Non dico septies,sed septuagiesseptes. Iam tu enumera quoties in te peccauerit frater tuus. Si potueris peruenire vsq; ad septuagesimam culpam & octauam,vt transeas septuagiesseptes, tunc moliris vindictam. Ita ne verum est quod dicit? Et vere ita se res habet, vt si peccauerit septuagiesseptes,ignoscas. Si autem peccauerit septuagiesocties, iam liceat tibi nõ ignoscere? Audeo dicere,vt & si septuagiesocties peccauerit,ignoscas. Si autem peccauerit,vt dixi,septuagiesocties,ignosce. Et si centies peccauerit,ignosce. Et quid dicam toties & toties? Omnino quoties peccauerit,ignosce. Ergo ego ausus sum supergredi modũ domini mei? Ille in septuagesimo & septimo numero ignoscendi limitem fixit, hunc ego limitẽ transire præsumã? Non est verũ,non sum ausus plus aliquid. Ipsum domi
Coloss 3.
nũ meũ audi loquentem in Apostolo suo, vbi modus & numerus præfixus non est. Ait enim,Donãtes vobismetipsis siquis aduersum aliquẽ habet querelã,sicut deus in Christo donauit vobis. Audistis formã. Si septuagiesseptes peccata tibi xps donauit, 15
si hucusq; ignouit,& vltra negauit,pone & tu limitẽ, & vlterius noli ignoscere. Si aũt C
xps milia pctã pctorũ inuenit,& tñ oia donauit,noli subducere miam,sed posce illius

numeri solutionem.Non enim sine causa dominus septuagiessepties dixit, cum omnino nulla culpa sit quam non debeat ignoscere.Ecce ille ipse seruus,cuius debentis inuentus est debitor,decem milia talentorum debebat.Puto enim quia decem milia 15
talentorum,vt parum sit,decem milia peccatorum sunt.Nolo enim dicere vnum ta- D
lentum,quod omnia peccata concludat.Seruus autem ille quantum ei debebat? Cen tum denarios debebat. Iam plus est quam septuagiesseptes, & tamen iratus est dominus,quia ei non dimisit.Non solum enim centum plus sunt quam septuaginta septem,sed centum denarij forte mille asses sunt. Sed quid ad decem milia talẽtorum? Ac per omnes culpas quæ in nos cõmituntur,parati simus ignoscere,si nobis desideramus ignosci. Si enim consideremus peccata nostra & murmuremus, quid facto, quid oculo,quid aure,quid cogitatione,quid innumerabilibus motibus,nescio vtrũ dormiamus sine talento.Ergo quotidie petimus, quotidie diuinas aures orando pulsamus quotidie nos prosternimus & dicimus. Dimitte nobis debita nostra, sicut & Mat.6.
nos dimittimus debitoribus nostris.Quæ debita tua? Omnia an aliquam partẽ? Respondebis,omnia.Sic ergo & tu debitori tuo.Hanc ergo regulam ponis, hanc conditionem loqueris. Hoc pacto & placido quando oras commemoras vt dicas, Dimitte Ibidem.
nobis,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quid sibi ergo vult septuagies septies? Audite fratres magnum mysterium,admirabile sacramentum.Quando dominus baptizatus est,Lucas euangelista sanctus ibi commemorauit generationes eius, Luc.3.
quo ordine,qua serie,quo stemmate ad illam generationem ventum fuerit, qua natus est Christus,Matthæus cœpit ab Abraham,& venit vsque ad Ioseph descendendo,Lucas autem ascendendo cœpit numerare.Quare ille descendendo,iste ascendendo? Quia Matthæus generationem Christi commẽdabat qua descendit ad nos, ideo Mat.1.
quando natus est Christus,cœpit numerare descendendo. Lucas aũt quia tũc cœpit Lib. 1.q.
15
numerare,quando baptizatus est Christus,ibi est initium ascensionis.Iste ascenden Euã.c. 21.
F
do numerare cœpit,numerando autem compleuit generationes septuagintaseptẽ. 2. Retra.
A quo numerabat? Intendite a quo. Exorsus est numerare vsque ad ipsum Adam, 11.
qui primus peccauit,& nos cũ peccati obligatione generauit. Peruenit vsq; ad Adã, & numerantur generationes septuaginta septem, Hoc est, a Christo vsq; ad Adam, quas diximus septuaginta septem.Et ab Adam vsq; ad Christum septuaginta septẽ. Si ergo nulla generatio prætermissa est,nulla culpa præteritur, vbi non debet ignosci.Nam ideo ipsius septuaginta septem generationes enumerauit, quem numerum dominus in peccatorum remissione cõmendauit, qm̃ a baptismo cœpit numerare, vbi omnia peccata soluuntur.Et in hoc fratres,adhuc accipite sacramentum maius. In septuagesimo septimo numero mysterium est remissionis peccatorum, Tot generationes inueniuntur a Christo vsq; ad Adam. Deinde paulo diligentius interroga ipsius numeri secretum,latebras q̃ eius inquire,pulsa diligentius vt aperiatur tibi. Iustitia lege dei constat,Verum est, Nam lex in decem præceptis commendantur, ideo ille debebat decem milia talentorum.Ipse est ille memorabilis decalogus scriptus digito,traditus populo per Moysen famulum dei.Debebat ergo ille decẽ milia talentorum,omnia peccata significat propter numerũ legis. Debebat & illæ centum denarios,nõ minus ab eodem numero,Nã & centies centũ fit decẽ milia, & decies deni fit centum.Et ille decẽ milia talentorum,& ille decies dena. A legitimo.n.numero non recessum est,in quo vtroq; inuenies vtraq; peccata.Vterq; debitor,& vterq; venię deplorator,& impetrator,sed ille seruus malus,seruus ingratus,iniquus noluit repẽdere quod accepit,noluit præstare quod illi indigno præstitum fuit.Videte ergo fratres Quisq; incepit a baptismo,liber exit,dimissa sunt illi decem milia talentorum, & cũ exierit,inuenire habet conseruum suum debitorem. Obserue ergo ipsum peccatũ, 15
quia numerus vndenarius transgressio legis est, Lex.n.denarius,peccatum vndena- G
rius.Lex enim per decem,peccatum per vndecim. Quare peccatũ per vndecim? Quia transgressio denarij est vt eas ad vndenariũ. In lege aũt modus fixus est, transgressio aũt peccatum est. Iam vbi transgrederis denarium,ad vndenariũ venis. Adeo magnum mysterium figuratũ est,quando iussum est tabernaculũ fabricari. Multa ibi numerosa dicta sunt,in magno sacramento. Inter cætera vela cilicina iussa sunt fieri non decem,sed vndecim,quia per cilicium ostenditur confessio peccatorũ. Quid aũt

amplius quæris? Vis nosse omnia peccata contineri numero isto septuagesimo septi-
† alias, Septuplum. mo? Septimū † solet pro toto cōputari, quoniam septem diebus voluitur tempus. Et 15
finito septenario, rursus ad caput reditur, vt eadem forma voluatur. Per huiusmodi H
formæ reuolutiones secula transeunt, a septenario tamē numero non recedunt. Oīa
enim peccata dixit, quando septuagiessepties dixit, quia illud vndecim ductū septies
fiunt septuagiessepties. Omnia ergo dimitti peccata voluit, qui ea septuagesimo se-
ptimo numero præsignauit. Nemo contra se teneat non ignoscendo, ne contra illum
teneatur quando orat. Dicit illi Deus, Dimitte & dimittuntur tibi, Si ego prior dimi
si, dimitte vel postea. Nam si non dimiseris, reuocabo te, & quicquid tibi dimiseram,
replicabo tibi. Non enim mentitur veritas, non fallit aut fallitur Christus, qui subie-
Mat. 18. cit, dicens, Sic & vobis faciet pater vester qui est in cœlis. Inuenis patrē, imitare pa-
trem. Si.n. imitari non vis, exhęredari disponis. Faciet ergo vobis ista, inquit, pater ve
ster cœlestis, si non remiseritis vnusquisq; fratribus vestris ex cordibus vestris. Ne
dicas in lingua, ignosco, & corde differas. Supplicium enim ostendit tibi deus, minan
do vindictam. Nouit deus vbi dicas. Vocem tuam homo audiuit, conscientiam tuam
deus conspicit. Si dicis dimitto, dimitte. Melius est cum clamas ore & dimittis in cor-
de, quam blandus ore, crudelis in corde. Iam ergo obsecrāt pueri indisciplinati & no-
lunt vapulare, qui sic præscribunt nobis quando volumus dare disciplinam, Peccaui 16
ignosce mihi. Ecce ignoui, & iterum peccat, Ignosce, ignoui. Peccat tertio, Ignosce, 15
tertio ignoui. Iam quarto vapulat. Et ille, Nunquid septuagiessepties te fatigaui? Si I
hac prēscriptione seueritas disciplinę dormiat, repressa disciplina sæuit impunita ne
quitia. Quid ergo faciendum est? Corripiamus verbis, & si opus est & verberibus, sed
delictum dimittamus, culpam de corde abiiciamus: ideo enim dominus subdidit, De
cordibus vestris, vt si per charitatem imponitur disciplina, de corde lenitas non recē
dat. Quid enim tam pium quam medicus ferens ferramentum? Plorat secandus & se
catur, plorat vrendus & vritur. Nō est illa crudelitas, absit vt sæuitia medici dicatur.
Sæuit in vulnus vt homo sanetur, quia si vulnus palpetur, homo perditur. Sic ergo
ista monuerim, fratres mei, vt fratres nostros qui peccauerint omnimodo diligamus
de corde nostro. Charitatem in eos non dimittamus, & disciplinam cum opus est de
1. Timo. 5. mus, ne per solutionem disciplinę crescat nequitia, & incipiamus propter deum accu
sari, quia recitatum est nobis, Peccantes coram omnibus corripe, vt cæteri timorem
habeant. Certe siquis quod solum est verum distinguit tempora, & soluit quæstionē
verum est. Si peccatum in secreto est, in secreto corripe. Si peccatum publicum est & 15
apertum, publice corripe, vt illi emendentur, & cæteri timeant. K
De eo, quod supra, Si peccauerit in te frater tuus: &c. Et de verbis Salomonis, An- 16
nuens oculis cum dolo, congerit hominibus mœstitiam, Qui autem arguit palā B
pacem facit.

Sermo. XVI.

ADmonēt nos dominus noster non negligere inuicem peecata nostra, non quæ-
rendo quid reprehendas, sed viuendo quid corrigas. Eius quippe dixit acutum
oculum ad eiiciendam festucam de oculo fratris sui, qui trabem in oculo suo nō ha-
bet. Quid autem hoc sit, breuiter insinuo charitati vestræ. Festuca in oculo ira est
Mat. 7. Trabes in oculo odium est. Quando ergo qui odit reprehendit irascentem, festucam,
vult de oculo fratris tollere, sed trabe impeditur quam ipse portat in oculo suo. Fe-
stuca initium trabis est. Nam trabes quando nascitur, prius festuca est. Rigando fe-
stucam perdueis ad trabem, Alendo iram, malis suspitionibus perducis ad odiū. Mul
Festuca in oculo ira. Trabes, odium. tum autem interest inter peccatum irascentis, & crudelitatem odio habentis. Nam &
filiis nostris qnandoq; irascimur. Odisse vero filios quis inuenitur? In ipsis quoq; pe
coribus mater aliquando bucula sugentem vitulum tædio quodam auertit irascens,
sed viscеribus amplectitur matris. Quasi tedium facit cum impinguit, quæritur tā-
men si deest. Nec damus aliter filiis disciplinam, nisi aliquantulum irascendo & indi
gnando, nec tamen daremus disciplinam, nisi amando. Vsqueadeo nō omnis qui ira- 15
scitur odit, vt aliquando magis odisse conuincatur qui non irascitur. Fac enim pue- L
rum velle in aqua fluminis ludere, cuius impetu pereat, tu si vides & patienter per-
mittis, odisti. Tua patientia illius mors est. Quanto melius est si irasceris & corrigis,
q̄ si non irascendo interire permittis? Odium ergo ante omnia vitandum est, trabes
de

de oculo eiicienda est. Multum quippe aliud est, quando quisque irascens in aliquo
verbi modum excedit, quod postea deleat pœnitendo, & aliud est seruare insidias in-
15 clusas in corde. Multum postremo interest inter hæc verba scripturæ, Turbatus est
M prę ira oculus meus. De illo aūt quid dictum est? Qui odit fratrem suum homicida
est. Multum interest inter turbatum oculum & extinctū. Festuca turbat, trabes extin
guit, Hoc ergo primum nobis persuadeamus, vt quod hodie admoniti sumus bene
facere atque implere possimus, ante omnia non odisse. Tunc.n. quando trabes non
est in oculo tuo, vides recte quicquid fuerit in oculo fratris tui, & vim pateris donec
eiicias de oculo fratris tui, quod vides nocere oculo fratris tui. Lumen quod in te est,
non te permittii negligere lumen fratris tui. Nam & si odisti, & vis corripere, quomo-
do emendas lumen qui perdidisti lumen? Dixit enim & hoc aperte eadem scriptura
vbi dictum est, Qui odit fratrem suuum homicida est. Qui odit, inquit fratrem suū
in tenebris est vsque adhuc. Odium tenebræ sunt. Non potest autem fieri, vt qui odit
alterum non sibi prius noceat. Illū enim lædere conatur extrinsecus, se vastat intrin-
secus. Quantum autem animus noster corpore maior est, tantum ei prospicere debe
mus, ne ipse lædatur. Lædit autem animum suum, qui odit alterum. Et quid facturus
est ei quem odit? Quid facturus: Tollit pecuniam, nunquid fidem? Lędit famam, nun
quid conscientiam? Quicquid nocet, forinsecus nocet. Sibi attende quid noceat. In-
16 tus enim sibi ipse inimicus est, qui odit alterum. Sed quia non sentit quid sibi mali fa
A ciat, in alterum sæuit, eo periculosius viuens, quo non sentit quid secum mali agat,
quia & sequendo sensum perdit. Seuisti in inimicum tuum, te sæuiente, ille nudatus
est: tu iniquus es. Multum interest inter nudum & iniquum. Ille perdidit pecuniam,
tu innocentiam. Quære quis grauius dānum perpessus est, Ille perdit rem periturā,
tu factus es periturus. Ideo debemus amando corripere, non nocendi auiditate, sed
studio corrigendi. Tales si fuerimus, optime facimus quod hodie admoniti sumus,
Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum.) Quare illum Qualiter
corripis? Quia tu doles q̄ peccauerit in te. Absit. Si amore tui id facis, nihil facis. Si corripien-
amore illius facis, optime facis. Denique in ipsis verbis attende, cuius amore id face- dus frater.
redebeas, vtrum tui an illius. Si te audierit, inquit, lucratus es fratrem tuum.) Ergo
propter illum fac vt lucreris illum. Si faciendo lucraris, nisi fecisses perierat, Quid est
ergo quod plerique homines ista peccata contemnunt & dicunt, Quid magnum fe-
ci? In hominem peccaui. Noli contēnere. In hominem peccasti, vis nosse quia in homi
nem peccando peristi: Si te ille, in quem peccasti corripuerit inter te & ipsum solum,
& audieris illum, lucratus est te, Quid est lucratus est te, nisi quia perieras, si non lu-
craretur te? Nam si non perieras quomodo te lucratus est? Nemo ergo contēnat, qñ
16 peccat in fratrem. Ait.n. quodam loco Apostolus, Sic peccātes in fratres, & percutien- 1. Cor. 8.
B tes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis, ideo quia membra Christi
omnes facti sumus. Quo non peccas in Christum, qui peccas in membrum Christi?
Nemo ergo dicat, quia non peccaui in deum, sed Peccaui in fratrem, in hominem pec
caui leue peccatum est, aut nullum peccatum. Forte inde dicis, leue est, quia cito cu-
ratur. Peccasti in fratrem, fac satis, & sanatus es. Cito feciſti mortiferam rem, sed re-
dium cito inueniſti. Quis nostrum spernet regnum cœlorum, fratres mei, quando di
cit Euangelium, Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehænnę ignis? Magnus ter-
ror, sed vide ibi remedium: Si obtuleris munus tuum ad altare, & ibi recordatus fue- Mat. 5.
ris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque munus tuū ante altare. Non Vbi supra
irascitur deus, qui differt imponere munus tuum, Te quærit deus magnus quā mu-
nus tuum. Nam si malum animum gerens aduersus fratrem tuum, veneris cum mu-
nere ad deum tuum, respondet tibi, Tu petisti, mihi quid attulisti? Offers munus
tuum, & tu non es munus dei. Plus quęrit Christus quem redemit sanguine suo, quā
quod tu inueniſti in horreo tuo. Ergo relinque ibi munus tuum ante altare, & vade
prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum. Ecce ille reatus ge-
hennæ quam cito solutus est. Nondum reconciliatus, eras gehennæ reus, reconcilia-
16 tus, securus offers munus tuum ad altare, Homines autem faciles sunt ad irrogandas
C iniurias, & difficiles ad concordiam requirendam. Pete, inquit, veniā ab homine quē
offendisti, ab homine quem læsisti. Respondet, Non me humiliabo. Vel deum tuum

audi, si fratrem tuum contemnis, Qui se humiliat, exaltabitur. Non vis humiliare qui iecidisti? Multum interest inter se humiliantē, & inter iacentem. Iam iaces, & humiliare te non vis? Bene diceres, nolo descendere, si noluisses ruere. Hoc ergo debet facere qui fecit iniuriam, Qui autem passus est, quid debet? Quod audiuimus hodie, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum, Si neglexeris, peiores. Ille iniuriam fecit, & iniuriam faciēdo graui seipsum vulnere percussit, tu vulnus fratris tui contēnis? Tu eum vides perire & negligis? Peior es tacendo quā ille conuitiando. Quādo ergo in nos aliquis peccat, habeamus magnam curā non pro nobis. Nam gloriosum est iniurias obliuisci, sed obliuiscere iniuriam tuam, non vulnus fratris tui. Ergo corripe inter te & ipsum solum, intuens correctioni, parcēs pudori. Forte enim præuerecundia incipit defendere peccatum suum, & quemuis correctiorem, facis peiorem. Corripe ergo inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrē tuum, quia perierat nisi faceres. Si autem non te audierit,) id est peccatum suū quasi iustitiam defenderit, Adhibe illi duos vel tres, quia in ore duorum vel trium testium
Deut. 7. stat omne verbum. Si nec ipsos audierit, [refer ad Ecclesiam: Si nec Ecclesiam audierit,] sit tibi sicut ethnicus & publicanus.) Noli illum deputare iam in numero fratrū tuorum, nec ideo tamen salus eius negligenda est. Nam & ipsos ethnicos, id est gentiles, & paganos in numero quidem fratrum non deputamus, sed tamen eorū salutem inquirimus. Hoc ergo audiuimus dominum ita monentem, & tanta cura præ- 16
Mat. 18. cipientem, vt etiam hoc adderet continuo, Amen dico vobis, quæcunq; ligaueritis super terram, ligata erunt & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, soluta erunt & in cœlo. Cœpisti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligas illum in terra,
11. quæ. 3. ca. Cœpisti, sed vt iuste alliges vide. Nam iniusta vincula dirumpit iustitia. Cum aūt cotrexeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra. Cū solueris in terra, solutus erit & in cœlo Multum non tibi præstas sed illi, quia multum nocuit non tibi, sed sibi. Hæc cum ita sint quid est quod ait Salomon, quod hodie ex alia lectione primitus audiuimus? Annuens oculis, cum dolo congerit hominibus mœstitiam: qui autem arguit palam, pacem facit?) [Si qui arguit palam pacem facit,] quomodo ergo corripe illum inter te & ipsum solum? Metuendum est, ne sibi cōtraria sint præcepta diuina. Sed intelligamus esse ibi summam concordiam, non quemadmodū quidam vani sapiamus, qui erantes opinantur contraria sibi esse duo testamenta in libris veteribus & nouis, vt ideo putemus hoc ipsum esse contrarium, qm illud est in Salomonis libro, hoc in Euang. Si enim aliquis imperitus & calumniator diuinarum scripturarū diceret, Ecce vbi sibi contradicunt duo testamenta. Dominus dicit, Corripe illū inter te & ipsum solum: Salomon dicit, Qui arguit palam, pacem facit: ergo nescit dns quid præcepit. Salomon vult contundi frontem peccātis, Christus parcit pudori erubescentis. Ibi enim scriptum est, Qui arguit palam, pacem facit: hic autem, Corripe 16
illum inter te & ipsum solum: non palam, sed in secreto & occulte. Vis nosse quisquis talia cogitas, non sibi repugnare duo testamenta, quia illud in libro Salomonis, hoc in Euangelio reperitur. Apostolū audi. Certe Apostolus minister est noui testamenti. Audi ergo Apostolum Paulum Timotheo prædicentem & dicentē, Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Iam non Salomonis liber cū Euangelio, sed Pauli Apostoli epistola videtur confligere. Salomonem paululū sine iniuria seponamus, Christum dnm & Paulum seruum eius audiamus. Quid dicis domine? Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solū. Quid dicis Apostole? Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant. Quid facimus. Controuersiam istam velut iudices audimus? Absit. Immo sub iudice constituti pul-
1. Tim. 5. semus vti nobis aperiri impetremus, fugiamus sub alas domini dei nostri. Non enim Apostolo suo contrariū locutus est, quia & in illo ipse locutus est, sicut dicit, An vultis experimentū eius accipere, qui in me loquitur Christus? Christus in Euangelio, xps in Apostolo, Christus ergo vtrunq; dixit: vnum ore suo, alterū ore prēconis sui:
2. Cor. 15. quia quādo præco de tribunali aliquid dicit, non scribitur in gestis, præco dixit, sed ille dixisse scribitur, qui præconi quid diceret imperauit. Duo ergo ista præcepta, fra- 16
tres, sic audiamus, vt intelligamus, & inter vtraque præcepta pacati constituamur, cum corde nostro nos concordemus, & scriptura sancta in nulla parte discordat. Ve-

Testamenta duo nō repugnāt.

rum est enim omnino, vtrunque verum est. Sed discernere debemus, aliquando illud esse faciendum: aliquando corripiendum fratrem inter te & ipsum solum, 16
H aliquando corripiendum fratrem coram omnibus, vt & cæteri timorem habeant. Si aliquando illud, aliquando illud fecerimus, concordiam scripturarū tenebimus, & in faciendo atque temperando non errabimus. Sed dicit mihi aliquis, Quando facio illud, quando illud: ne tunc corripiam inter me & ipsum solum, quando debeo corā omnibus, corripere: aut tunc corripiam coram omnibus, quādo debeo in secreto corripere? Cito videbit charitas vestra, quid quando facere debeamus, sed vtinā facere pigri non simus. Intendite & videte, Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe 2. que. 1. c.
eum inter te & ipsum solum. Quare? Quia peccauit in te. Quid est, in te peccauit? Tu Si peccauerit.
scis, quia peccauit. Quia enim secretum fuit, quando in te peccauit, secretum quære cum corrigis quod in te peccauit. Nam si solus nosti quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es corretor sed proditor. Attende quemadmodū vir iustus Ioseph, tanto flagitio quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit, antequā sciret vnde illa conceperat, quia grauidam senserat, & se ad illā nō accessisse nouerat. Restabat itaque certa adulteri suspicio, & tamen quia ipse solus sensserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Euangelium? Ioseph autem cū esset vir iustus, & nollet eam diuulgare. Martiri dolor, non vindictā quæsiuit. Voluit prodesse peccanti, non punire peccantem. Cum, inquit, nollet eam diuulgare, voluit eam occulte dimittere. Hæc eo cogitante, ecce angelus domini apparuit ei in somnis, & indicauit quid esset, quia non violauit viri torum, quia de spiritu sancto conceperat dominum amborum. Peccauit ergo in te frater tuus, si tu solus nosti, tunc vere in te solum peccauit. Nam si multis audientibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes suæ iniquitatis effecit. Dico enim fratres charissimi, quod & volipli in vobisipsis potestis agnoscere, Quando me audiente, fratri meo quisque iniuriam facit, absit vt a me iniuriam illam alienam putē. Prorsus & mihi fecit, immo mihi plus fecit, cui placere quod fecit. Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quę peccantur coram omnibus. Ipsa corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distribuite tempora, & concordat scriptura. Sic agamus, & sic agendum est, non solum quando in nos peccatur, sed quando peccatur ab aliquo, vt ab altero nesciatur, in secreto debemus corripere, in secreto arguere, ne volentes publice arguere, prodamus hominem. Nos volumus corripere & corrigere, quid si inimicus quærit audire quod puniat? Nouit enim nescio quem homicidam Episcopus, & alius illū nemo nouit, Ego 16
volo illum publice corripere, & tu quæris inscribere, Prorsus nec prodo, nec negli- Correctionis modꝰ & Nota.
K go, corripio in secreto, pono ante oculos dei iudicium, terreo eruentam, persuadeo pœnitentiam. Hac charitate præditi esse debemus. Vnde aliquando homines reprehendunt nos, quòd quasi non corripiamus, aut putant nos scire quod nescimus, aut putant nos tacere quod scimus. Sed forte quod scis & ego scio, sed non coram te corripio, quia curare volo, non accusare. Sunt homines adulteri in domibus suis, in secreto peccant, aliquando nobis proditur ab vxoribus suis plerunque zelantibus, aliquando maritorum salutem quærentibus, nos non prodimus palam, sed in secreto arguimus. Vbi contingit malum, ibi moriamur malum. Non tamen vulnus illud negligimus, ante omnia ostendentes homini in tali peccato constituto, fauciamque gerenti conscientiam, illud vulnus esse mortiferum: quod aliquando qui committunt, nescio qua peruersitate contemnunt, & nescio vn de sibi testimonia nonnulla & vana conquirunt, dicentes, Peccata carnis deus non curat. Vbi est quod hodie audiuimus, Fornicatores & adulteros iudicat deus? Ecce quod attende, quisquis tali morbo laboras, quod, quod dicit deus, audi non quod Hebr. 13.
tibi dicit fauens peccatis tuis amicus tuus, aut eadem tecum iniquitatis catena ligatus amicus tuus, potius inimicus tuus & suus, Audi ergo quod dicit Apostolus, Ho- 16
norabiles, inquit, nuptiæ in omnibus, & torus immaculatus. Fornicatores autem & L
adulteros iudicat deus. Age ergo frater, esto correctus. Times ne te inscribat inimicus, & non times ne te iudicet deus? Vni est fides, time cū est quando timeas. Longe Ibidem. Timor dei hoiumq;
est quidem dies iudicij, sed vniuscuiusque hominis dies vltimus longe esse non pōt, quia breuis est vita. Et quia ipsa breuitas semp incerta, qn sit dies tuus vltimus ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scis. Corrige te hodie propter cras. Prosit tibi & modo in secreto correptio. Palam. n. loquor, & in secreto arguo. Aures oium pulso, sed conscientias quorundam conue-
nio, Si dicerem, tu adulter corrige te, primo forte dicerem quod nescirem, forte quod 16 M
temere audieram suspicarer. Non dico, tu adulter corrige te: sed, quisquis in hoc po-
pulo adulter es, corrige te. Publica est correptio, sed secreta correptio. Scio, quia ille
q timuerit corrigit se. Nō dicat quis in corde suo, peccata carnis non curat deus. Ne-
1. Cor. 3. scitis, inquit Apostolus, quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis?
Quisquis templum dei violauerit, disperdet illum deus, Nemo se fallat. Sed forte ait
aliquis, Templum dei animus meus est, non corpus meum: adiecit etiā testimoniū,
Esa. 40. & 1. Pe. 1. [Omis caro fœnū, & omnis claritas carnis vt flos fœni.] Infœlix interpretatio, punien
da cogitatio. Fœnum dictum est caro, quia moritur, sed quod ad tempus moritur, vi-
de vt non resurgat cum crimine. Vis nosse apertam inde scientiam? Nescitis, inquit
idem Apostolus, quia corpora vestra templum in vobis est spiritus sancti, quem habe
tis a deo. Cōtemnis corporale peccatum, conténas quod peccas in templum, ipsum
Templum dei, nostra corpora. corpus tuum templum in te est spiritus dei. Iam vide quid facias de templo dei. Si eli
geres in Ecclesia facere adulterium intra istos parietes, quid te esset sceleratius? Mo-
do autem tuipse es templum dei, templu mintras, templum exis, templum in domo
tua manes, templum surgis. Vide quid agas, vide ne offendas templi habitatorem, ne
deserat te & in ruinam vertaris. Nescitis, inquit, quia corpora vestra (& hoc de forni 17
Vbi supra catione loquebatur Apostolus, ne contenerent corporalia peccata) templum in vo- A
bis est spiritus sancti quem habetis a deo, & non estis vestri? Empti. n. estis prætio ma-
gno. Si conténis seruum tuum, + considera pretium tuum. Scio ego & mecum omnis
* alias cor pus tuū. homo qui paulo attentius considerauerit, neminem deum timentem sub verbis eius
non se corrigere, nisi qui putat quia plus habet viuere. Ipsa res est quæ multos occi-
1. Cor. 6. dit, cum dicunt, cras, cras, & subito ostium clauditur. Remansit foris cum voce corui
na, quia non habuit gemitum columbinum. Cras, cras, corui vox, Geme vt colūbus,
& tunde pectus, sed plagas tibi dando in pectus, cæsus correctus esto ne non videaris
conscīam cædere, sed malam conscientiam pugnis pauimento solidiorem reddere,
Ezec. 18. non correctiorem: Geme non inani gemitu. Forte enim dicis tibi, promisit mihi deus
Correctio non est in crastinum differenda indulgentiam, quando me correxero, securus sum: lego diuinā scripturam, Iniquus
in qua die conuersus fuerit ab iniquitatibus suis, & fecerit iustitiam, omnes iniquita
tes eius obliuiscar. Securus sum, quando me correxero dat mihi deus indulgentiam
de malis meis: Et quid ego dicturus sum contra deum? Reclamaturus, dicturus sum
deo, noli illi dare indulgentiam? Dicturus sum hoc scriptum non esse, hoc deum non 17
promisisse? Si ista dixero, omnia falsa dico, Bene dicis, verum dicis. Indulgētiam cor- F
rectionis tuæ promisit deus, negare non possum, sed dic mihi rogo te, Ecce ego con- B
sentio & concedo & cognosco, quia indulgentiam deus promisit tibi. Crastinum. n.
diem, quis tibi promisit? Vbi mihi legis indulgentiam te accepturum si te correxeris
lege ibi mihi quantum victurus sis. Non lego, inquis. Nescis ergo quantum victurus
sis. Esto correctus & semper paratus. Noli timere diem vltimum tanquam furem, qui
dormiēti perfodiat parietem, sed vigila & corrige te hodie. Quid differs in crastinū?
Longa vita erit. Ipsa longa bona sit. Prandium bonum longum nemo differt, & vitā
malam longam vis habere? Vtique si longa erit, melius bona erit. Si breuis erit, bene
factum est vt bona produceretur. Sic aūt homines negligunt vitam suam vt nolint
habere malam nisi ipsam. Villam emis, bonam quæris. Vxorem vis ducere, bonam eli
gis. Filios tibi vis nasci, bonos optas. Caligas locas, & nonuis malas, & vitā amas ma-
lam? Quid te offendit vita tua quā solam vis malam, vt inter omnia bona tua solus
malus? Ergo, fratres mei, si aliquem vestrum vellem in patre corripere, forte audiret
me, multos enim vestrum publice corripio, omnes me laudant. Audiat me aliquis, nō
amo in voce laudatorem, & in corde contemptorem. Cū. n. laudas & non te corrigis,
contra te testis es. Si malus es, & quod dico placet tibi, displice tibi: quia si malus di-
splicueris tibi, correctus placebis tibi. Quod nudiustertius, nisi fallor, dixi in omni-
bus verbis meis speculum propono, Nec mea ista sunt, sed domino iubente loquor, 17
quo terrente non taceo. Nam quis non eligeret tacere, & rōnem de vobis non redde- C
re? Sed iam suscepimus onus, quod ab humeris nostris excutere non possumus nec
debemus:

debemus: audistis fratres, cum epistola ad Hebræos legeretur, Obedite præpositis Hebr. 13.
vestris & subditi estote, quia ipsi uigilant pro animabus uestris, tanquam rationem
17 reddituri pro uobis, ut cum gaudio hoc faciant & non cum tristitia: Non n. expedit
D uobis. Quando facimus ista cum gaudio? Quando uidemus homines proficere in
uerbis dei. Quando laborat cum gaudio operarius in agro? Quando attendit in arbo
rem & fructum uidet, quando attendit segetem & in fructu areæ prospicit ubertate:
nam non sine cā laborauit, non sine causa dorsum curuauit, non sine cā manus attri
uit, non sine cā frigus & æstus tolerauit: hoc est quod ait, vt cum gaudio hoc faciant
& non cum tristitia: Non n. expedit uobis. Nūquid dixit, non illis expedit? Sed dixit,
non expedit uobis. Nam illi præpositi quando contristantur de malis uestris, expe-
dit illis, ipsa tristitia prodest illis, sed non expedit uobis. Nihil autem nobis uolumus
expedire, quod non expedit uobis. Simul ergo in dominico agro, fratres, bonū ope-
remur, ut simul de mercede gaudeamus.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si uis uenire ad uitam, Mat. 19.
seruа mandata, Sermo XVII.

DIxit dominus cuidam adolescenti, Si uis uenire ad uitam, serua mandata.) Non dixit, si uis uenire ad uitam æternam: sed si uis uenire ad uitam: eam de
finiens uitam quæ fuerit æterna uita. Huius ergo uitæ amorem nos primi-
tus cōmendemus. Etenim amatur & qualiscunq; uita ista & ipsam qualemcunque Vita æter.
17 ærumnosam, miseram, finire homines timent & pauescunt. Hinc uidendum est, hic na: & uita
E considerandum, quemadmodum amanda sit æterna uita, quando sic amatur misera miſera.
ista & quandoque finienda uita. Considerate fratres, quantum amanda sit uita, ubi
nunquam finias uitam. Amas ergo istam uitam ubi tantum laboras curris, satagis,
anhelas, & uix enumerantur quæ necessaria sunt in misera ista uita. Seminare, arare,
nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & post hæc omnia finire hēs uitam. Ecce
quę pateris in misera ista, quam diligis, uita, & putas te semper uicturum, & nunquā
moriturum? Templa, saxa, marmora, ferro, plumboq; consolidata, tamen cadūt, & ho
mo nunquam se putat moriturum? Discite ergo fratres, quærere æternā uitam, vbi
ista non tolerabitis, sed in æternū cum deo regnabitis. Qui. n. vult uitam, sicut dicit Psal. 33.
Propheta, diligit dies videre bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur q̄ vita.
Nonne audimus & uidemus homines in aliquibus tribulationibus & angustiis, &
conflictationibus & ægritudinibus dum sunt constituti, & uident se laborare, nihil
aliud dicere, nisi, Deus mitte mihi mortem, accelera dies meos? & aliquando uenit
ægritudo, curritur, adducuntur medici, solidi & munera promittūtur. Dicit tibi ipsa
mors, Ecce adsum, quam pauloante a domino petebas, quid me modo fugere uis? In
17 ueni te falsatorem, & miseræ uitæ amatorem: de his autem diebus quos agimus, ait
F Apostolus, Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Non sunt ergo dies mali, Ephe. 5.
quos agimus in corruptela huius carnis, in tanta uel sub tanta sarcina corruptibilis
corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, vbi falsa uoluptas, nulla
securitas gaudii, timor torquens, cupiditas aruida, tristitia arida? Ecce q̄ malos dies, &
nomo uult finire ipsos malos dies, multumq; hinc rogant homines deum ut diu ui-
uant. Quid est autem diu uiuere, nisi diu torqueri? Quid est aliud diu uiuere, nisi q̄ Viuere
malos dies malis diebus addere? Et cum crescunt pueri, quasi accedunt illis dies & diu, quid
nesciunt quia minuuntur, & ipsa est falsa computatio. Crescentibus. n. decedūt dies
potius quàm accedunt. Constitue alicui homini nato, uerbi gratia octoginta annos, Serm. 1.
quicquid uiuit de summa minuit. Et inepti homines gratulantur plurimis natalitiis,
tam suis q̄ filiorū suorum. O uirum prudentem, si tibi uinum minuatur in utre tri-
staris, dies perdis & gaudes? Mali ergo sunt dies, & eo peiores quia diligūtur. Sic blā-
ditur hic mundus, ut nemo uelit finire ærumnosam uitā. Vera. n. uita uel beata hęc
est, cum resurgemus & cum Christo regnabimus. Nam & impii resurrecturi sunt, sed
in ignem ituri. Vita itaque non est nisi beata. Et uita beata esse non potest nisi æter-
na, ubi sunt dies boni, nec multi, sed unus. Ex cō suetudine huius uitæ appellati sunt
17 dies. Dies ille nescit ortum, nescit occasum. Illi diei non succedit crastinus, quia non
G præcedit eum hesternus. Hunc diem vel hos dies & hanc uitam & ueram uitā in pro-
missis habemus. Alicuius ergo operis merces est. Si. n. mercedem amamus, in opere
non deficiamus, & in æternum cum Christo regnabimus.

De duobus cæcis sedentibus secus uiam & clamantibus, Domine, miserere nostri fili Dauid, In Euangelio secundum eundem, Sermo. XVIII.

17 H

BEne nobiscum nouit sanctitas uestra dominum nostrum & saluatorem Iesum Christum medicum nostræ salutis esse & salutis æternę, & ad hoc eum suscepisse infirmitatem naturæ nostræ ne sempiterna esset infirmitas nostra. Assumpsit n. corpus mortale in quo occideret mortem. Et quāuis crucifixus est ex infirmitate nostra: sicut ait Apostolus, sed uiuit ex uirtute dei: eiusdem Apostoli uerba sunt, Et quia iam nō moritur, & mors ei ultra non dominabitur, Hæc ergo bene nota sunt fidei nostræ, simul & hoc consequens est, ut nouerimus omnia miracula, quæ corporaliter fecit, ualere ad admonitionē nostram, ut percipiamus ab eo quod non est trāsiturum neq; finem habiturum. Oculos reddidit cæcis, quos erat utiq; mors aliquando clausura: resuscitauit Lazarum iterum moriturum, Et quæcunq; ad salutē corporum fecit, non ad hoc fecit ut sempiterna essent, cum tamen daturus sit etiā ipsi corpori in fine sempiternam salutem. Sed quia illa quæ non uidebantur non credebantur, per ista temporalia quæ uidebantur ædificauit fidem ad illa quę non uidebantur. Nemo itaque, fratres, dicat, non facere ista modo dominum nostrum Iesum sum Christum, & propter hoc præsentibus ecclesię tpibus priora ꝓponere. Quodam quippe loco ipse dominus uidentibus & ideo credentibus, præponit eos qui non uident & credunt. Nanq; eousq; illo tpe discipulorum eius nutabat infirmitas, ut quē uidebant iam resurrexisse, etiam contrectandum putarent ut crederent. Non sufficiebat oculis quod uiderent, nisi & manus admouerentur membris, & cicatrices recentium uulnerum tangerentur, ut ille qui dubitabat discipulus, repente tactis & cognitis cicatricibus, exclamaret, Dominus meus & deus meus. Cicatrices ostendebant eum, qui omnia uulnera in aliis sanauerat. Nunquid non poterat dominus sine cicatricibus resurgere? Sed in corde discipulorum uulnera nouerat, propter quæ sananda cicatrices in corpore suo seruauerat: & quid dominus illi confitenti ac dicenti, Dominus meus & deus meus? Quia uidisti, inquit, credidisti, beati qui non uiderunt & crediderunt. Quos dixit, fratres, nisi nos? Non quia solos nos, sed & post nos. Post paruum enim tempus posteaquām ab oculis mortalibus recessit ut firmaretur fides in cordibus, quicunque crediderunt non uidentes crediderunt, & magnum meritū habuit fides eorum, cui fidei comparandæ, cor tantum admouerūt pium, & non palpaltem manum. Hæc ergo fecit dominus ut inuitaret ad fidem. Hæc fides nunc seruet in ecclesia, toto orbe diffusa. Et nunc maiores sanitates operatur, ꝓpter quas non est dedignatus tunc exhibere illas minores. Sicut n. animus melior est corpore, sic & melior salus animi quam corporis. Modo caro cæca non aperit oculos miraculo domini, & cor cæcum aperit oculos sermone domini. Modo non resurgit mortale cadauer, resurgit anima quæ mortua iacebat in uiuo cadauere. Modo aures corporis surdæ non aperiuntur, sed quām multi habent. Aures clausas cordis, quæ tamen uerbo dei penetrante patescunt, ut credant qui non credebant, & bene uiuant qui male uiuebant, & obediant qui non obediebant: & dicimus ille credidit, ac miramur cum audimus de his quos aliquando duros noueramus. Cur ergo nunc miraris credentem, innocentem, deo seruientem, nisi quia conspicis uidentem quem noueras cæcū, conspicis uiuentem quem noueras mortuum, conspicis audientem quem noueras surdum? Nam uidete aliter mortuos, de quibus mortuis dicebat dominus cuidam ideo tardanti ne dominum sequeretur, quia sepelire patrem uolebat, Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos. Certe mortuos sepulturi non sunt corpore mortui, quia si hoc essent, mortua corpora sepelire non possent. Tamen mortuos eos uocat. Vbi, nisi intus in anima? Sicut enim etiam uisibiliter plerunque in domo integra & salua, dominus eiusdem domus mortuus iacet: sic in corpore integro multi habent intus animam mortuam, & hos sic excitat Apostolus, Surge qui dormis, exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Ipse illuminat excęcatum, qui excitat mortuum. Eius enim uoce per Apostolum clamatur ad mortuum, Surge qui dormis. Cęcus luce illuminabitur cū resurrexerit. Surdos aūt q̄ multos ante oculos suos dns intuebatur, cū diceret, Qui hēt aures audiēdi audiat. Quis. n. ante illū sine corporeis auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat? Itē quales

1. Cor. 12.

Roma. 6.

Quæcūq; Christus ad salutē corporum fecit, nō fecit, ut sempiterna essent.

17 I

Ioan. 10.

Matt. 8. Mortui mortuos sepeliētes.

Ephe. 5.

17 L

Mat. 11.

oculos quærebat cum loqueretur utiq; uidentibus, sed uidentibus per oculos carnis? Nam cum ei diceret Philippus, Dñe ostende nobis patrem & sufficit nobis: bene quidem hoc intelligebat ut demonstratus pater posset sufficere, sed cui non sufficiebat

17 M

æqualis patri, quō sufficeret pater? Quare autem non sufficiebat? Quia non videbatur. Quare non videbatur? Quia nondum erat sanus oculus unde posset uideri. Hoc enim qđ in carne dñi uidebatur, his oculis non soli discipuli uiderunt qui honorauerunt, sed & Iudæi qui crucifixerunt. Qui ergo aliter se uideri uolebat, alios oculos requirebat: & ideo sic rndit dicenti, Ostende nobis patrem & sufficit nobis: Tanto tempore uobiscum sum & non me cognouistis: Philippe, qui me uidet, uidet & patrem. Et ut interim fidei oculos sanaret, prius admonetur secm fidem ut possit ad speciem peruenire. Et ne sic putaret Philippus cogitādum deum quō uidebat in corpore dominū Iesum Christū, statim subiecit, Non credis quia ego in patre & pater in me est? Iandudum dixerat, Qui me uidet, uidet & patrem. Sed nondum habebat Philippus sanum oculū unde uideret patrem atq; ideo nec unde uideret ipsum filiū patri coæqualem. Itaq; aciem mentis adhuc sauciam & tantam lucem aspicere non ualentem, sanandā atq; firmandam fidei medicamentis fomentisq; suscepit, & ait, Non credis quia ego in patre & pater in me est? Qui ergo nondum pōt uidere qđ demonstraturus est dominus, nō quęrat prius uidere qđ credat, sed prius credat ut possit oculus sanari quo

18 A

uideat. Sola. n. forma serui exhibebatur seruilibus oculis, quia ille qui non rapinam arbitratus est esse æqualis deo, si ab eis quos sanari uoluit iam uideri posset æqualis deo, non opus haberet semetipsum exinanire, & formam serui accipere. Sed quia non erat unde uideretur deus, & erat unde uideretur homo, qui deus erat factus est homo, ut per id qđ uidebatur sanaret illud unde non uidebatur: ipse enim alio loco ait, Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Poterat utiq; Philippus respondere & dicere, Dñe ecce te uideo. Talisne est pater quale est hoc qđ uideo, qm dixisti. Qui uidet me uidet & patrem? Antequā hoc responderet Philippus, uel fortasse antequā cogitaret, cū dixisset dominus, Qui uidet me uidet & patrē: continuo subiunxit, Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Illo enim oculo nondū uidere poterat, nec patrem nec æqualem patri filium, sed ut sanaretur oculus ad uidēdū, inungendus erat ad credendū. Ideo antequā uideas qđ uidere non potes, crede qđ nondum uides. Ambula per fidem, ut peruenias ad speciem. Spēs non lętificabit in patria, quem fides nō consolatur in uia: sic enim dicit Apostolus, Quāmdiu sumus in corpore, peregrinamur a domino: Statimq; subnectit quare a domino peregrinamur, quāuis iam crediderimus, Per fidē, inquit, ambulamus, non per spēm. Tota igitur opera nostra, fratres, in hac uita est, sanare oculū cordis unde uidetur deus. Ad hoc sacrosancta mysteria celebrantur, ad hoc sermo dei ꝓdicatur, ad hoc exhortationes ecclesiæ morales, id est, pertinentes ad corrigendos mores, ad emendandas carnales concupiscentias, ad renunciandum non uoce tm̄, sed mutata uita huic seculo, ad hoc quicquid agūt diuinæ sanctæq; literæ, ut purgetur illud interius ab ea re quæ nos impedit ab aspectu dei. Sicut enim oculus factus ad hanc lucē tēporalē uidendam, & quāuis cœlestē tamen corpoream atq; conspicuā, non solum hoibus, sed etiam uilissimis animantibus, Ad hoc. n. factus est ut hanc lucē uideat: tamen si aliquid iniectum fuerit uel irruerit unde turbatur, secluditur ab hac luce, & quāuis eū sua pręsentia circūfundat, ille tamē se auertit atq; absens est. Non solū aūt absens fit perturbatione sua a luce præsenti, sed etiā pœnalis illi est lux ad quā uidendā factus est: Sic & oculus cordis perturbatus atque fauciatus, auertit se a luce iustitiæ, nec audet eam contēplari nec ualet. Quid turbat oculum cordis? Cupiditas, auaritia, iniquitas, concupiscentia secularis turbat, claudit, excęcat oculum cordis. Et tamē quomodo quæritur medicus cum oculus carnis turbatus est, quomodo non differtur ut aperiatur atq; purgetur & sanetur, unde lux ista uideatur? Curritur, nemo requiescit, memo differt si uel stipula in oculo cadat. Solem certe, quem sanis oculis uidere uolumus, deus fecit. Multo est utique lucidior ille qui fecit, nec huius generis lux est quę pertineat ad oculum mentis. Lux ista

18 C

est æterna sapientia. Fecit autem te deus, o homo, ad imaginem suam, darétne tibi unde uideres solem quem fecit, & non tibi daret unde uideres eum qui te fecit? Cum te ad imaginem suam fecerit, dedit & hoc. Vtrunque dedit tibi, sed multum hos oculos

18 B

Ioan. 14.

Ibidem.

Ioan. 14.

Philip. 2.

Matth. 5.

Ioan. 14.

2. Cor. 5.

Oculus corporalis, cordisque.

los exteriores diligis,multum illum interiorem negligis. Detritum portas atq; fauciatum,pœna tibi est si se voluerit ostendere fabricator tuus,pœna est oculo tuo antequam curetur atq; sanetur.Nam & in Paradiso peccauit Adam,& abscondit se a facie domini. Cum haberet ergo cor sanum puræ conscientię, gaudebat ad præsentiã dei. Postq̃ peccato oculus ille lauciatus est,cœpit lucem formidare diuinam, refugit in tenebras atque in densa lignorum: veritatem fugiens,vmbras appetens. Ergo fratres mei,q̃m & nos inde nati sumus: & sicut dicit Apostolus, In Adam oẽs mioriũtur: oẽs n.nos duo hoies aliq̃n fuimus: si noluimus obtẽperare medico vt nõ ægrotaremus,obtẽperemus vt ab ægritudine liberemur.Dedit nobis p̃cepta medicus sanis,dedit p̃cepta medic⁹ ne medico indigeremus. Nõ opus ẽ,inqt, sanis medicus,sed ægrotantibus.Sani præcepta contẽpsimus,& experimento sensimus in quãtã pernicie nostrã præceptum illud contempserimus.Aegrotare iam cœpimus, laboramus,in lecto infirmitatis sumus,sed nõ desperemus.Quia.n ad medicũ venire nõ poteramus,ipse ad nos venire dignatus est.Non contẽplit sauciũ contẽptus a sano. Non destitit dare alia præcepta languenti,qui prima custodire noluit ne langueret:tanq̃ diceret, Certe experimento sensisti verũ me dixisse,quãdo dixi,Noli tangere hoc.Sanare ergo tãdem & reuiuisce.Ecce porto infirmitatem tuam,Bibe amarũ calicẽ, tu.n. tibi fecisti. Præcepta illa mea quæ sano data sunt tã dulcia,non laboriosa contẽpta sunt. Cœpisti laborare,sanari non potes nisi amarũ calicẽ biberis: Calicem tentationum quibus abundat hæc vita,calicem tribulationũ,anguſtiarũ,pasionũ. Bibe,inquit,bibe vt vivas.Et ne responderet ei languidus:Non possum,non fero,non bibo,prior bibit medicus sanus,vt bibere non dubitaret ægrotus.Quid.n.amarũ est in tali poculo quod ille non biberit?Si cõtumelia,prior audiuit cũ dæmones expelleret,Dæmoniũ hẽt,& quod in Beelzebub eiicit dæmonia.Vnde vt & ipse consolaretur ægros,ait,Si patrẽfamilias Beelzebub uocauerunt quãto magis domesticos eius? Si dolores amari sunt ligatus & flagellatus & crucifixus est.Si mors amara est,ẽt mortuus est.Si genus mortis exhorrescit infirmitas,nihil illo tpe fuit ignominiosius q̃ mors crucis. Nõ.n.frustra cõmendans eius obedientia Apostolus,addidit dicens, Factus est obediens vsq; ad mortẽ,mortem autem crucis Sed quia ipse honoraturus erat fideles suos in fine huius seculi,prius honorauit crucem in hoc seculo, vt terrarum principes credentes in eum prohiberent aliquem nocentium crucifigi,& quod cum magna insultatione persecutores Iudæi domino procurarunt, magna fiducia serui eius etiam & reges in fronte nunc portant. Non tantum apparet modo qualem mortẽ pro nobis dominus subire dignatus est:sicut ait Apostolus, Factus pro nobis maledictum: & cum ei pendenti Iudęorum cæcitas insultaret,posset vtiq; descendere de cruce,qui si nollet non esset in cruce,sed amplius erat de sepulcro resurgere, q̃ de cruce descendere. Hæc ergo dominus faciens diuina,patiens humana,admonet nos corporalibus miraculis & patientia corporali,vt credamus & sanemur ad conspicienda illa inuisibilia quę carnis oculus nescit.Hoc ergo agens curauit cæcos istos,de quibus nun Euangelio recitatum est,& in curando videte quid admonuerit ægrotum interiorem.Attẽdite ipsius facti exitum & ordinem rerum. Sedent illi in via duo cęci,transeunte domino exclamabant vt eorum misereretur. A turba vero quæ cum domino erat, compescebantur ne clamarent. Neque hoc sine mysterio derelictum putetis. Illi autem compescẽtem se turbam perseuerantissimo clamore vincebant, ut peruenirent uox eorum ad aures domini,quasi non iam ille cogitata cognosceret. Clamauerunt ergo duo cæci vt audirentur a domino,& turbis comprimi nequierunt. Transibat dominus,& illi clamabant,Stetit dominus,& sanati sunt,Nam stetit Iesus & vocauit eos,Quid vultis,ut uobis faciam? At illi dixerunt,Vt aperiantur oculi nostri.) Pro fide illorum fecit †dominus,instaurauit oculos eorum. Si intellexerimus iam interiorem egrotum, interiorem surdum, interiorem mortuum, ibi quæramus & interiorem cæcum. Clausi sunt oculi cordis,transit Iesus ut clamemus. [Quid est transit Iesus? Agit temporalia Iesus.] Quid est transit Iesus? Agit transitoria Iesus. Attendite & uidete quanta eius gesta trasierint, Natus est de uirgine Maria, nunquid semper nascitur? Infans lactatus est, nunquid semper sugit? Per ætates cucurrit usque ad iuuentutem.Nũquid semper corporaliter crescit? Infantiæ pueritia, pueritiæ adolescentia,adolescentię inuentus transeunti cedentiq; successit.Ipsa etiam,quæ fecit,miracula transierunt.Leguntur & creduntur. Quia enim talia scripta sunt vt legi possint, transibant cum fierent. Postremo ne in multis moremur,crucifixus est, nunquid semper pendet in cruce? Sepultus est,resurrexit,ascendit in cœlum, iã non moritur,& mors ei vltra non dominabitur,& diuinitas eius semper manet,& immortalitas iam corporis eius nunquam deficiet. Sed tamen illa omnia, quæ temporaliter ab eo gesta sunt,transierunt,& legenda scripta sunt,& credenda prædicantur.In illis ergo omnibus transiit Iesus. Quid duo cæci iuxta viã sunt,nisi duo populi ad quos sanandos venit Iesus ? Ostendamus hos duos populos in scripturis sanctis:est in Euangelio scriptum,Habeo alias oues quæ non sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere,vt sit unus grex & vnus pastor, Qui sunt ergo duo populi? Vnus Iudęorum,& alius gentium. Non sum missus,ait,nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Quibus hoc dixit? Discipulis,quando illa Chananæa clamabat,quæ se esse canẽ confessa est,[vt micas de mensa dominorum mereretur.]Et quia meruit,iam duo demõstrati sunt ad quos venerat,Iudaicus.s.populus, de quo ait. Non sum missus nisi ad oues quę perierunt domus Israel: & gentium populus,cuius typum prętendebat hęc mulier,quam primo respuerat,dicens, Non est bonum sumere panẽ filiorum & mittere canibus: & cui dicenti, Ita domine, nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum: respondit, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Inde enim erat & ille centurio,de quo dicit idem dominus,Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel:quia ille dixerat , Non sum dignus ut intres sub tectum meum , sed tantum dic verbo & sanabitur puer meus. Ita ergo dominus ante passionem & clarificationem suam duos iam populos designabat: vnum ad quem venerat propter promissa patrum,& alterum quem propter misericordiam non repellebat,ut impleretur quod promissum erat Abrahæ, In semine tuo benedicentur oẽs gentes. Propterea & Apostolus iam post resurrectionem domini & ascensionem vbi cõtemptus est a Iudæis,perrexit ad gentes,nec tamen ecclesiis quæ de Iudæis crediderant tacuit,Eram,inquit,ignotus facie ecclesiis Iudææ quæ sunt in Christo,Tantum autem audiebant,quia qui aliquando nos persequebatur nunc euangelizat fidẽ quam aliquando vastabat,& in me,inquit,magnificabant deum. Sic & angularis lapis dicitur Christus,qui fecit vtrunque vnum. Angulus enim duos parietes copulat de diuerso venientes. Quid tam diuersum quam circũcisio & prepŭtium? Habes vnũ parietem de Iudæa,alterum parietem de gentibus, sed angulari lapide copulantur. Lapidem enim quem reprobauerunt ædificantes,hic factus est in caput anguli. Angulus in ædificio non est,nisi cum duo parietes ex diuerso venientes in illum cõueniunt,& quadam vnitate iunguntur. Isti ergo duo parietes secundum typum,duo cæci erant clamantes ad dominum. Attendite nunc dilectissimi,Dominus transibat, cæci clamabant. Quid est transibat? Transitoria opera faciebat, sicut iam diximus. Secundum hæc transitoria opera fides nostra operatur . † Credimus enim in filium dei,non tantum quia verbum dei est per quem facta sunt omnia. Si enim semper in forma dei manens æqualis deo,non semetipsum exinaniret formam serui accipiens, nec sentirent cęci vt possint clamare: Sed cum operaretur transitoria,id est,humiliaret se factus obediens vsque ad mortem,mortem autem crucis: clamauerunt duo cęci, Miserere nostri fili Dauid,) quia & hoc ipsum quod dominus & creator Dauid etiam filius Dauid esse voluit,in tempore hoc egit,transiens hoc fecit . Quid est autẽ clamare ad Christum,nisi gratiæ Christi congruere bonis operibus? Hoc dico, fratres,ne forte simus strepentes uocibus & muti moribus. Quis est qui clamat ad Christum vt pellatur interior cæcitas trasęunte Christo,id est, dispensante nobis tempora lia sacramenta,quibus admoneamur ad æterna capienda? Quis est qui clamat ad Christum? Qui contemnit mundum clamat ad Christum. Qui spernit seculi voluptates,clamat ad Christum. Qui dicit non lingua,sed vita,Mihi mundus crucifixus est,& ego mundo. Qui dispergit dat pauperibus vt iustitia eius maneat in seculum seculi,clamat ad Christum. Qui enim audit & non surdus audit, Res vestras venditę & date pauperibus: Facite vobis sacculos non veteraścentes, thesaurum non deficientem in cœlis:tanquam vestigiorum sonitum Christi transeuntis audiés clamet,

Gene.3.
1.Cor 15.
Mat.9.
Ioan.9.
Mat.12.
Mar.10.
Philip.2.
Galat.3.
Matth. 20.
Mat. 20.
*aliàs stetit.
Iesum tra fire qd est.
Mat.20.
Clamare ad xpm quod.
Rom.6.
Cæci duo iuxta viã, duo sunt populi.
Ioan.10.
Matt.15.
Vbi sup.
Matt.8.
Gene. 12.
Galat. 1.
Ephe.2.
Christus lapis angularis.
Psal.117.
†aliàs, ædificatur
Philip. 2.
Mat.20.
Galat. 6.
Psal.111.
Luc.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc cæcus: id est, faciet ista. Vox eius in factis sit, incipiat mundū contenere, inopi
sua distribuere, pro nihilo habere quæ homines amant: contenat iniurias, nō appe-
Mat. 5. tat vindicari, paret maxillam percutienti, oret pro inimicis, si quis ei abstulerit sua 18
Luc. 19. non repetat, si quid alicui abstulit, reddat quadruplum. Cum ista facere cœperit, oēs M
sui cognati, affines, amici insania cōmouentur. Qui diligunt seculū, contradicunt.
Quid insanis? Nimius es. Nunquid alii non sunt Christiani? Ista stultitia est, ista de-
mentia est, & cætara talia turba clamat. Ne cæci clament, turba clamantes corripie-
bat, sed eorū clamores non vincebat. Intelligant quid faciant, qui volunt sanari. Et
Esaiæ. 29. nunc Iesus transit, qui iuxta viā sunt clament. Hi sunt. n. qui labiis honorant, cor aūt
Mat. 15. eorum longe est a deo Ipsi sunt iuxta viā, quibus præcipit dominus obtritis corde.
Nā cū recitantur ea quæ fecit dns transeuntia, semper nobis exhibetur transiens Ie-
sus, quia vsq; in finē seculi non desunt cæci sedentes ad viā. Opus est. ergo vt clamēt
illi iuxta viā sedentes. Turba quæ cū dño erat cōpescebat clamorē quærentiū sanita-
tē. Fratres videtis quid dicā, Nescio. n. qūo dicā, sed plus nescio qūo taceā. Hoc dico,
& apērte dico. Timeo. n. Iesum transeuntem & manentem, & ideo tacere nō possum.
Bonos Christianos, vere studiosos, volentes facere præcepta dei quæ in Euangelio
scripta sunt, Christiani mali & tepidi prohibent. Turba ipsa quæ cū dño est, prohi-
bet clamantes, id est, prohibet bene operantes, ne perseuerando sanentur, Clament
illi, non deficiant, neq; ducantur quasi authoritate turbarū, nec eos qui priores Chri 19
stiani facti sunt male viuentes & bonis operibus inuidentes imitentur. Non dicant, A
qūo isti viuunt tā multi, sic viuamus. Quare non potius qūo dicit Euāgeliū? Quare
vis viuere secūdū increpationē turbæ prohibentis, & non secūdū vestigia dñi trāseū
tis? Insultabunt, vituperabunt, reuocabunt, tu clama quousq; peruenias ad aures Ie-
su. Nā qui perseuerauerint in faciendo talia qualia præcepit Christus, & non attende
rint turbas prohibentes, neq; magnipenderint q̄ Christum videntur sequi, id est, q̄
Christiani appellātur, sed plus amauerint lucē quā Christus est redditurus, q̄ timue
rint strepitū ꝓhibentiū, nullo mō separabūtur, & stabit Iesus & sanabit eos. Qūo. n.
sanantur oculi nostri? Qūo per fidē sentimus Christū transeuntē tpali dispēsatione,
sic intelligamus christū stantem incōmutabili æternitate. Ibi. n. sanatur oculus, quā
Oculus do intelligitur christi diuinitas. Percipiat hoc charitas vestra: attendite quod dicam
qūo sana- grande sacramentū, Oia tpaliter gesta a domino nostro Iesu christo, fidē nobis inse-
tur. rent. Credimus in verbū dei, non solum in verbū, per quod facta sunt oia, sed ipsum
Oia tpali- verbū factum carnem vt habitaret in nobis, natū de virgine Maria, & cętera, quæ fi-
ter gesta a des habet, quæ nobis exhibita sunt, vt christus trāsiret, & a cæcis vestigia transeūtis
Christo fi- audientibus, clamaretur operibus vitæ, ꝓfessione fidei cōmemorātes. Iā vt clamātes
dē nobis sanentur, stat Iesus. Etenim iā stātē videt Iesum, qui dicit, Et si noueramus christum 19
inserunt. secūdū carnē, sed iā nunc non nouimus. Christi. n. diuinitatem videbat, quātum in B
Ioan. 1. hac vita pōt. Est diuinitas christi, est humanitas christi. Diuinitas stat, humanitas
2. Cor. 5. trāsit. Quid est, diuinitas stat? Nō mutatur, non conuellitur, non recēdit. Nō. n. sic ad
Diuinitatē nos venit, ut a patre discederet, nec ita ascendit, vt loco moueretur. Assumpta carne,
Christi sta locū mutauit, deus aūt assumens carnem, quia in loco non est nec mutat locū. Tāga-
re quid mur stante christo, sanentur oculi nostri. Sed quorū oculi? Clamantiū. s. cū transit, id
est, bene operantiū per eā fidē, quæ dispensata est tpaliter ad erudiēdos nos paruulos,
Sanatis aūt oculis, quid pretiosius habere poterimus fratres? Lumen hoc qui vident
quod factū est [quod fulget] de cœlo, uel quod exhibetur de lucerna, gaudent. Et qūo
miseri videntur qui hoc videre non pūt? Ego aūt quare loquor, quare ista dico, nisi
vt horter oēs vos ad clamādū dū transit Iesus? Lucē cōmendo sanctitati vestræ amā-
dā, quā forte non videtis. Credite dū nōdū videtis, & clamate vt videatis. Quāta pu-
tatur infœlicitas horum qui lucē istā corporalē non vidēt. Excæcatus est aliquis, cō-
Tob. 2. tinuo dicitur, Iratū deū habuit, aliquid mali cōmisit. Hoc vxor Tobiæ dicebat vi- 19
ro, Clamabat, ille ꝓpter hœdum ne de furto esset, nolebat sonū furti audire in domo C
sua. Illa defendens factū suū, opprobrio percutiebat maritū: & cū ille diceret, Reddi-
te si de furto est: illa rīdebat insultans, Vbi sunt iustitiæ tuæ? Quàm cæca erat si fur
tū defendebat, & quā lucē videbat qui furtū reddi imperabat. Illa erat foris in luce so
lis, ille erat intus in luce iustitię. Quis eorū erat in luce meliore? Ad hāc lucē, fratres,

amandam hortamur dilectionem vestram, vt clametis operibus. Cū dominus trā-
sit, sonet vox fidei, vt stans Iesus i. incōmutabilis manens dei sapia, & maiestas verbi
16 dei, per quod facta sunt oīa, aperiat oculos vestros. Idem Tobias monens filiū suū
D ad hoc monebat vt clamaret. i. ad bona opera monebat. Dicebat illi vt daret paupe-
ribus, prēcipiebat vt eleemosynas faceret indigentibus, & docebat dicens, Fili, elee-
mosynæ non sinunt ire in tenebras. Consilium percipiendæ atq; obtinēdæ lucis cę-
cus dabat. Eleemosynę, inquit, non sinunt ire in tenebras. Si ei filius resonderet mi-
ratus, quid ergo pater, tu eleemosynas non fecisti, vt modo cæcus loquaris, tu nunc
nonne in tenebris es, qui mihi dicis, Eleemosynæ non sinunt ire in tenebras? Noue- Tob. 4.
rat ille de qua luce doceret filiū, nouerat in interiore homine quod videbat. Filius pa
tri porrigebat manum vt ambularet per terram & pater filio vt habitaret in cœlo.
Breuiter vt concludam, fratres, sermonē istū, ex eo q̄ nos plurimum tangit, atq; an-
git, videte esse turbas qui corripiebant cæcos clamantes, Oēs qui in hac turba sana-
ri vultis non vos deterreant, quia multi sunt nomine christiani & operibus impii,
non vos deterreant a bonis operibus. Clamate inter turbas cōpescentes, reuocantes,
insultantes, male viuentes. Non. n. solis vocibus cōprimunt bonos christianos mali,
sed & malis operibus. Non vult bonus christianus ire spectare. Hoc ipsum quod frę-
nat concupiscentiā suam ne pergat ad theatrum, clamat post christum, clamat vt sa- 19
netur. Alii concurrunt, sed forte Pagani, sorte Iudæi. Imo vero tam pauci essent in
E theatris vt erubescendo discederent, si christiani ad theatra non accederent. Currūt
ergo & illi portantes & sanctū nomen ad pœnam suā. Clama ergo nō eundo præmēs
in corde tuo tpalē concupiscentiā, & tene te in clamore forti & perseueranti ad aures
saluatoris, vt stet Iesus & curet te. Inter ipsas turbas clama, ne desperes de auribus do
mini. Non. n. & illi cæci ex illa parte clamauerunt vbi turba non erat, vt ex ea parte
audirentur vbi non esset impedimentum prohibentium. Inter ipsas turbas clamaue
runt, & tamen dns audiuit. Sic & vos ēt inter peccatores & luxuriantes, inter amato-
res seculariū vanitatū, ibi clamate, ibi clamate vt sanet vos dominus. Nolite per aliā
partē clamare ad dnm, nolite ad hęreticos ire, & ibi clamare ad deū. Attēdite fratres,
quia in illa turba quę clamare ꝓhibebat, illi sanati sunt qui clamabāt. Nā & hoc attē-
dat sanctitas vīa, quid sit perseuerare in clamādo. Dicā quod multi mecū expti sunt
in noie christi. Nō. n. cessat ecclesia tales ꝓhibētes parere. Cū quisq; Christianus cœ
perit bene viuere, fruere bonis operibus mūdūq; contenere, in ipsa nouitate operū
suorū patitur reprehensores & cōtradictores frigidos christianos: si aūt perseueraue
rit & eos superauerit perdurādo, & nō defecerit a bonis operibus, iidēipsi iā obsequē
tur qui ante ꝓhibebāt. Tādiu. n. corripiūt & perturbat & verāt, quādiu sibi cedi posse
19 ꝓsumūt. Si āt victi fuerint perseuerantia ꝓficiētiū, cōuertūt se & dicere incipiunt,
F Magnus hō, sanctus hō, fœlix cui deus cōcesit. Honorāt, gratulātur, benedicūt, lau-
dāt, qūo illa turba q̄ cū dño erat: Ipsa ꝓhibebat ne cæci clamarēt, sed postq̄ illi ita cla
mauerūt vt mererētur audiri & impetrare mīam domini, ipsa turba rursum dicit,
Vocat vos Iesus. Iam & hortatores fiunt qui pauloante corripiebant vt tacerent. So-
lus autem ille non vocatur a domino, qui non laborat in hoc seculo. Sed quis in ista
vita non laborat in peccatis & iniquitatibus suis? Si autem omnes laborant, omni- Mat. 11.
bus dictum est, Venite ad me omnes qui laboratis. Si autem omnibus dictum est,
quare culpam tuam tribuis inuitatori tuo? Veni. Non tibi sit angusta domus eius,
pariter ab omnibus, totum a singulis possidetur Regnum dei crescente posses so-
rum numero non minuitur, quia non diuiditur. Vnicuique integrum est, quod con-
corditer habetur a multis. Hoc tamen in mysterio lectionis huius cognouimus,
fratres, quod aliis librorum sanctorum locis, apertissime sonat, esse intus in Ec-
clesia & bonos & malos, quod sæpe dicimus & frumentum & paleam. Nemo an-
teleret, in horreo non habebit. Veniet ventilator, qui diuidit malos a bonis. Erit
etiam corporalis separatio, quam modo spiritalis præcedit. A malis corde semper 19
G disiungimini, ad tempus caute corpore copulamini, nec tamen negligentes sitis in 23 q. 4. ma
corrigendis vestris, ad curam scilicet vestram quoquomodo pertinentibus monen- lis.
do, docendo, hortando, terrendo. Quibuscunque modis potestis agite, nec cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in corrigendis vestris, ad curam. ſ. vestram quoqũ pertinentibus monendo, docendo, hortando, terrendo. Quibuſcunq; modis poteſtis agite, ne cum inuenitis in ſcripturis & in exemplis ſanctorum, ſiue qui ante, ſiue qui poſt dñi aduentum in hac vita fuerunt, qđ mali bonos in vnitate non maculant, efficiamini pigri ad corrigẽdos malos: Duobus modis non te maculat malus, ſi ei non conſentias, & ſi redarguas: hoc eſt, non cõmunicare, non conſentire. Cõmunicatur quippe quando facto eius cõſortium voluntatis vel approbationis adiungitur: hoc ergo admonẽs Apoſtolus ait, Nolite communicare [operibus infructuoſis tenebrarum,] magis autem & redarguite. Et quia parum erat non conſentire, ſi ſequeretur negligentia diſciplinæ, Magis autẽ, inquit, & redarguite. Videte quemadmodum vtrũq; complexus eſt, Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid eſt, nolite communicare? Nolite conſentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid eſt, magis autem & redarguite? Reprehendite, coripite, coercete. Deinde in ipſa correptione vel coertione alienorũ peccatorũ cauendũ eſt, ne ſe extollat qui alterum corripit, & apoſtolica illa cogitanda ſententia, Quapropter qui ſe putat ſtare, videat ne cadat. Foris terribiliter perſonet increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, ſicut dicit idem Apoſtolus, vos qui ſpiritales eſtis hmõi inſtruite in ſpũ manſuetudinis, intendẽs teipm ne & tu tenteris: Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legẽ Chriſti: item alio loco, Seruum, inquit, dñi non oportet litigare, ſed mitem eſſe ad omnes, docibilem, patientem, in modeſtia corripientem diuerſa ſentientes, ne forte det illis deus pœnitentiã ad cognoſcendã veritatẽ, & reſipiſcant a diaboli laqueis a quo capti tenentur ad ipſius voluntatem. Neq; ergo conſentientes ſitis malis vt approbetis, neque negligentes vt non arguatis, neq; ſuperbientes vt inſultanter arguatis. Qui aũt deſeruerit vnitatem, violat charitatem: & quiſquis violat charitatem, quodlibet magnum hẽat, ipe nihil eſt, Si linguis hominum loquatur & angelorum, ſi ſciat oĩa ſacramenta, ſi hẽat omnem fidem vt montes trãſferat, ſi diſtribuat oĩa ſua pauperibus, ſi corpus ſuũ tradat vt ardeat, [charitatem aũt non hẽat] nihil eſt, nihil ei prodeſt. Vniuerſa inutiliter habet, qui vnum illud quo vniuerſis vtatur non habet. Amplectamur itaq; charitatem, ſeruate vnitatem ſpũs in vinculo pacis'. Non vos ſeducant qui carnaliter intelligunt, & corporaliter ſeparationem facientes, ab eccleſiæ frumẽtis toto orbe diffuſis ſpiritali ſacrilegio ſeparantur. Per totum. n. mundum ſeminatum eſt bonum ſemen. Bonus ille ſeminator filius hominis, non in Aphrica ſola, ſed vbique ſparſit ſemem bonum. Inimicus autem ſuperſeminauit zizania, * Sed tamen qđ ait paterfamilias? Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem. Per quid creſcere? Vtique per agrum, Quis eſt ager? Nũquidnam Aphrica? Non. Quis eſt ergo? Non interpretemur nos, dominus dicat, Neminem ſinamus aliquid pro arbitrio ſuſpicari: dixerunt enim magiſtro diſcipuli, Enarra nobis parabolam zizaniorum. Et enarrauit dominus, Semem bonum dixit, filij ſunt regni, zizania uero filij mali. Quis ea ſeminauit? Inimicus autem, inquit, qui ea ſeminauit, diabolus eſt. Quis eſt ager? Ager eſt, inquit, hic mundus. Quæ eſt meſis? Meſis eſt, ait, finis ſeculi. Qui ſunt meſſores? Meſſores, inquit, angeli ſunt. Nunquid Aphrica eſt mundus? Nunquid meſis hoc tempus? Nunquid meſſor Donatus? Per totum orbem terrarum expectate meſſem, per totum orbẽ terrarum creſcite in meſſem, per totũ orbem terrarũ zizania tolerate uſq; ad meſſem. Non vos ſeducãt peruerſi paleæ nimis leues euolant ante adtiẽtũ vẽtilatoris ex arca. Non vos ſeducant. Tenete eos ad iſtam vel ſolam ſimilitudinem zizaniorum, neq; illos ſinatis loqui amplius. Ille codices tradidit? Non. Sed ille codices tradidit. Quilibet tradiderit, nũquid infidelitas traditorum fidem dei euacuauit? Quæ eſt fides dei? Quam promiſit Abrahę, dicens, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Quæ eſt fides dei? Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem. Per quid creſcere? Per agrum. Quid eſt per agrum? Per mundum. Hic illi dicunt, Creuerat quidem vtrũq; per mundum, ſed iam frumenta diminuta ſunt, & in iſtam noſtram regionem paucitatẽq; reuocata. Non te permittit dñs interpretari quod vis. Ipſe qui exponit hanc parabolam claudit os tuum, os ſacrilegum, os impium, os prophanum, os tibi contrarium, qui contra dicis teſtatori etiam te ad hereditatem vocanti. Quomodo claudit os tuum? Dicẽdo, Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem. Si iam finiit meſis, credamus eſſe frumenta di

Malus nõ te maculat duob. modis. Ephe. 5.

1. Cor. 10.

Gala. 6.

2. Tim. 2.

23. q. 4. A malis.

1. Cor. 13.

Ephe. 4.

Mat. 13. * Sedtñ quid ait pater familiàs?

Sinite vtraque creſcere, vtiq; p agrum.

Quis eſt ager? Per quid creſcere? Vtique per agrũ. Quis eſt ager? Nũquidnã Aphrica? Non.

Gene. 12.

Fides dei.

Matt. 13.

H 19

K 19

L 19

mittuta quanquam ne tunc quidem minuentur, ſed in horreum recondentur: ſic. n. ait, Colligite primum zizania & alligite faſciculos ad comburendum ea, frumentum
19 autem reconditẽ in horreum meum. Si ergo vſq; ad meſſem creſcunt, poſt meſſem re-
M conduntur, improbe, impie, quando minuuntur? Concedo in comparatione zizanio- Matt. 24.
rum ſimul atq; palearũ frumenta eſſe pauciora, tamẽ vtraq; creſcunt vſq; ad meſſem. Cum enim abundat iniquitas, refrigeſcit charitas multorum, creſcunt zizania, creſcit palea Sed quia toto agro deeſſe non poteſt frumentum quod perſeuerando vſq; Lucę. 18.
in ſinem ſaluum fiat, creſcunt vtraq; vſq; ad meſſem. Et ſic propter abundantiam dictum eſt malorum, Putas veniens filius hominis inueniet fidem in terra? hocq; nomine ſignificantur quicunq; legis præuaricatione imitantur eum cui dictum eſt, [Terra es & in terram ibis: tamen & propter abundantiam bonorum, & propter eum cui Matt. 8.
dictum eſt,] Sic erit ſemem tuum ſicut ſtellæ cœli, & ſicut arena maris: etiam illud non tacitum eſt, Quia multi ab Oriente & Occidente venient & recũbent cum Abraham & Iſaac in regno dei. Vtraque ergo creſcunt vſque ad meſſem, & ſuas ſententias in ſcripturis habent zizania vel paleæ, ſuas autem frumenta. Quæ qui non intelligunt confundunt & confunduntur, atq; ita perſtrepunt cęca cupiditate, vt nolint ob 23. q. 4.
mutescere vel patefacta veritate. Ecce, inquiunt, dicit Propheta, Recedite, exite inde, Ecce iqũt. Eſaiæ. 35.
& immundum ne tetigeritis. Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus, a quibus
20 exire & recedere iubemur ne tangamus immundum? Nos iſtam recesſionem ſpirita-
A liter intelligimus, illi corporaliter. Nam & ego clamo cum Propheta, & qualiacunque 23. q. 4.
ſumus vaſa, vtitur nobis deus in diſpenſatione veſtra. Clamamus & nos & dicimus Clamam⁹.
vobis, Recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis, ſed contactu cordis non cor- Tãgere i-
poris. Quid eſt enim tangere immundum, niſi conſentire peccatis? Quid eſt autem mũdũ, qđ?
exire inde, niſi facere quod pertinet ad correptionem malorum, quantum pro uniuſ- Exire ide,
cuiuſque gradu atque perſona ſalua pace fieri poteſt? Diſplicuit tibi quod quiſque quid.
peccauit, non tetigiſti immundum. Redarguiſti, corripuiſti, monuiſti, adhibuiſti etiam, ſi res exigit, congruam & quæ vnitatem non violet diſciplinam, exiſti inde. Attendite in facta ſanctorum, ne forte noſtra videatur interpretatio. Quomodo hæc verba intellexerunt ſancti, ſic utique intelligenda ſunt. Exite inde, inquit, Propheta. Prius vſitata ipſius verbi conſuetudine aſſero iſtam ſententiam, & poſtea oſtendo non meam. Plerunque accuſantur homines, & cum accuſati fuerint defendunt ſe. Cum autem ſe ille qui accuſatur homo rationabiliter iuſteq; defenderit, qui audiũt, Lucę. 10.
dicunt, Exijt inde. [Quomodo inde exijt?] Manens loco, exijt inde. Quomodo inde exijt? Ratione reddita, & defenſione iuſtiſſima. Hoc eſt quod faciebant ſancti, quan- Ezec. 3.
20 do excutiebant puluerem de pedibus aduerſus eos qui ſibi pacem nunciatam non ac-
B cipiebant. Exijt inde ille ſpeculator, cui dictum eſt, Speculatorem poſui te domus Iſrael: illi enim dicitur, Si dixeris iniquo vt auertat ſe, & non ſe auerterit ab iniquitate & a via ſua, iniquus in illa ſua iniquitate morietur, & tu animam tuam liberabis. Hoc ſi facit, exijt inde, non ſeparatione corporis, ſed defenſione operis ſui. Fecit enim iſte 23. q. 4.
quod faciendum fuit, etiamſi ille non obtemperauit, cui obtemperandum fuit. Hoc Recedite,
eſt, exite inde. Clamauit iſta Moyſes, clamauit Eſaias, clamauit Iere. clamauit Ezech. circa me-
Videamus ſi hoc ipſi fecerunt, ſi dimiſerunt populum dei, & ſe ad gentes alias tran- dium.
ſtulerunt. Quam multa & quã vehementer Ieremias increpauit in peccatores & ſceleratos populi ſui, inter eos tamen erat. Vnum enim illis templum intrabat, eadem ſa- 23. q. 4.
cramenta celebrabat. In ea hominum ſceleratorum congregatione viuebat, ſed cla- Tolerãdi.
mando exibat inde. Hoc eſt exire inde, hoc eſt, immundum non tangere, & voluntate non conſentire, & ore non parcere. Quid dicam de Ieremia, de Eſaia, de Dan. de circa finẽ.
Ezech. de cæteris prophetis, qui non receſſerunt a populo malo, ne deſererent bonos, illi populo commixtos, ubi & ipſi tales eſſe potuerunt? Moyſes ipſe, fratres, cum acceperet legem in monte, populus deorſum idolum fecit: Populus dei, populus ductus cedentibus fluctibus rubri maris, qui ſequentes inimicos obruerant, poſt tanta ſigna
20 & miracula in Aegyptiorum plagis ad mortem, & in ſua protectione ad ſalutem, ta-
C men idolum poposcit, idolum extorſit, idolum fecit, idolum adorauit, idolo ſacrificauit. Indicat deus famulo ſuo populi factum, & dicit eos ſe perditurum a facie ſua. Intercedit Moyſes ad ipſum populum rediturus, & habuit occaſionẽ recedendi & exeũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

di ab eis,sicut isti intelligunt, ne immundum tangeret, ne cum talibus viueret. Non fecit tamen. Et ne forte hoc necessitate potius quã charitate feciſſe videretur, obtulit
Exo. 32. illi deus aliũ populũ. Facio te,inquit,in gentẽ magnã,vt illos deleret. At ille non acce 20
pit,cohæret peccatoribus,petit ꝓ peccatoribus. Et quo pẽtit? Magna ꝓbatio dilectio- C
nis fratres. Quo petit? Videte illam de qua ſæpe locuti ſumus maternam quodãmodo
Vbi ſupra. charitatem. Cum deus minaretur ſacrilego populo,pia Moyſi viſcera tremuerunt,op
poſuit ſe ꝓ illis iracũdiæ dei,Dñe,inquit,ſi dimittis ei pctm dimitte, ſinautẽ dele me
de libro quem ſcripſiſti. Quã paternis maternisq; viſceribus,quã ſecurus hoc dixerit,
attendens iuſtitiã & miam dei,vt quia iuſtus eſt ne perderet iuſtum, quia miſericors,
ignoſceret peccatoribus. Certe iam manifeſtũ eſt,prudentię ueſtræ: quomodo acci
pienda ſint oĩa talia teſtimonia ſcripturarum,vt quãdo ſcriptura ſonat, recedere nos
debere a malis,non aliud intelligere iubeamur,niſi vt corde recedamus,ne maius ma
lum in ſeparatione bonorum cõmittamus q̃ in malorum coniunctione fugiamus,ſi
cut ipſi Donatiſtæ fecerunt. Qui ſi vere boni malos arguerent,ac non potius ipſi ma
li bonos infamarent, qualeslibet pro pace tolerarent qui Maximianiſtas recepẽrunt
Eſa. 52. tãquã integros,quos tãquã perditos antea dãnauerunt: certe manifeſte dixit Prophe
ta,Recedite,exite inde,& immundum ne tetigeritis. Ego vt intelligam quod dixit,at
tendo quod fecit. Facto ſuo mihi exponit dictum ſuũ. Dixit Recedite. Quibus dixit?
Vtique iuſtis. A quibus vt recederent dixit? Vtique a peccatoribus & iniquis. Quæro 20
a talibus vtrum ipſe receſſerit? Inuenio ꝓ non receſſerit. Ergo aliter intellexit. [Nam D
vtique prior faceret quod præcepit.] Receſſit corde,obiurgauit atq; arguit,continen
do ſe a conſenſu non tetigit immundũ. Obiurgando autem exijt liber in conſpectu
dei,cui neq; ſua deus peccata imputat quia non fecit,neq; alia quæ non approbauit,
23.q.4. neq; negligentiam quia non tacuit,neq; ſuperbiam quia in vnitate permanſit. Sic ergo,
Ecce iquit. fratres mei,quotquot habetis inter vos qui adhuc amore ſeculi prægrauantur,aua
Mat.22. ros,periuros,adulteros,ſpectatores nugarum, conſultores mathematicorum,phana-
ticorum,augurum,auſpicum,ebrioſos,luxurioſos, quicquid inter vos malorum eſſe
noſtis, quantum poteſtis improbare, vt corde recedatis, & redarguite vt exeatis, in-
de, & nolite conſentire vt immundum non tangatis.

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum eundem, Reddite quę ſunt dei deo, & quæ ſunt Cæſaris Cæſari: Et de ſtipendijs militantium. Sermo XIX.

NOnnulli, fratres, qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu ſunt publico cõ
ſtituti, cum peccant grauiter, hac ſolent a peccatis ſuis prima ſe voce excuſare,
ꝙ militant, & ne bene aliquando faciant occupatos ſe malis actibus conqueruntur:
Perinde quaſi militia hominum non voluntas in culpa ſit, ita quod ipſi gerunt, offi-
23.q.1. cijs ſuis aſcribunt. Non enim militare delictum eſt, ſed propter prędam militare pec- 20
Militare. catum eſt. Nec rempublicam gerere criminoſum eſt, ſed ideo agere rempublicam vt E
rem familiarem potius augeas, videtur eſſe damnabile. Propterea enim prouidentia
quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, nedum ſumptus quæritur, præda
graſſetur. Illud autem quale eſt, cum ob errorem aliquem a ſenioribus arguuntur, &
imputatur alicui de illis cur ebrius fuerit, cur res alienas peruaſerit, cædem cur turbu
lentus admiſerit: ſtatim reſpondeat, quid habebam facere, homo ſecularis aut miles,
nunquid monachum ſum profeſſus aut clericum: quaſi omnis qui clericus non eſt
aut monachus, poſſit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officijs ſacris literis præ
ſcribitur norma viuendi, omnis ad bene viuendum prouocatur ſexus, ætas & digni-
tas. Igitur nemo ſe excuſet publicis actibus, nemo de occupatione militię conqueratur. Apud omnem chriſtianum prima honeſtatis debet eſſe militia. Nam vt id quod
dicimus authoritate euangelica comprobemus, videamus lectionem quæ pauloante
Luc. 3. decurſa eſt: ait.n. Euangelium, Venerunt aũt & publicani ad Ioannem vt baptizaren
tur ab eo, & dixerunt ad eũ, Magiſter quid faciemus? At ille dixit, Nihil amplius exiga
tis, q̃ qd̃ conſtitutũ eſt vobis. Honeſta planè publicanorũ interrogatio, ac ſcti Prophe
Exactio i- tæ iuſta rñſio. Illi.n. ſolicite interrogãt, ne aut ignorãtes plus exigẽdo i peccatũ inci- 20
niqua a- dãt, aut ceſſantes publicã decipiant functionẽ. Hic aũt moderate præcepit, vt & iniq- F
pud deum tas locũ non habeat, & conſtitutũ habeat vectigal effectum. Non.n. dixit, Nihil exiga
dãnatur. tis: ſed, nihil amplius exigatis. Vnde intelligamus, quod apud deum non tam exactio,

quam exactio iniqua dãnetur: dicit.n. ipſe dñs, Reddite quæ dei ſunt deo, & quæ Cæſaris Cæſari) Igitur quod Cæſar præcepit ferendum eſt, quod imperator indicit tole Mat.22.
randum eſt: ſed ſit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat. Hoc aũt qua 22.q.1.Mi
20 le eſt, ꝙ iidem ipſi qui huiuſmodi neceſsitates procurant, peccatis ſuis peccata coge litare ante
G minant, hoc eſt, ꝙ fraudes ſuas ac rapinas commodum vocant, cũ ipſa præda infera medium.
tur incommodum. Illud aũt addunt ſceleribus ſuis, vt quos indefenſos viderint, ip-
ſos potius perſequantur, & putent ſe neceſsitates decepiſſe publicas niſi domos dece
perint orphanorum: ita quorum pater ante biduũ forlitã fuerit amicus, collega vel
frater, interueniente morte, eiuſdem liberi habeantur tanquam ignoti viles & miſe-
ri. Vidua autem ſi qua fuerit, aut ſic iniurijs exagitatur vt nubat, aut ſi voluerit in
caſtitatis permanere propoſito, dando munera in facultate vix permanet. Cum his
ergo fraudibus repleuerint ſacculos ſuos, videas illos lætos & accuratos ad eccleſiam
properare, & deo gratias agere, quaſi ab ipſo illis hæc pecunia conferatur, illud quo- Luc.3.
que pẽccantes ꝙ rapinarum ſuarũ deũ volunt eſſe participẽ: dicit.n. ſanctũ Euange- 23.qu.1.
lium, Interrogauerunt illum & milites, quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes, Nemi Militare
nem concutiatis, neq; calũniam faciatis, ſed cõtenti eſtote ſtipendiis veſtris. Hic iam circa finẽ
cognoſcere ſe debet omnis homo qui militat. Non.n. tantum de his militantibus ſcri Miles quis
ptura loquitur, qui armata malitia detinentur, ſed quiſq; militiæ ſuæ cingulo vtitur
dignitatis ſuæ miles abſcribitur, atque ideo hęc ſententia poteſt dici: Verbi gratia, mi
litibus, protectoribus, cunctisq; rectoribus. Quicunq; ſtipendia ſibi publice decreta
conſequitur, ſi amplius quærit, tanquam calumniator & concuſſor, Ioãnis ſententia
20 cõdemnatur. Vſqueadeo aũt hoc inoleuit malum, vt iam quaſi ex conſuetudine ven
H dantur leges, corrumpantur iura, ſententia ipſa venalis ſit, & nulla iam cauſa poſsit
eſſe ſine cauſa. Hæc autem diuina ſententia quæ ad milites loquitur, poteſt etiam ad
clericos retorqueri, quia etiam ſi non militare videamur ſeculo, tamen deo & domi-
no militamus, ſicut ait Apoſtolus, Nemo militãs deo obligat ſe negocijs ſecularibus.
Videmur, inquam, non militare remiſsis ac fluentibus tunicis, ſed habemus militiæ
noſtræ cingulum, quo caſtimoniæ interiora cõſtringimus: de quo cingulo dominus 2. Tim. 2.
ait, ad diſcipulos ſuos. Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ veſtrę ardentes in ma-
nibus veſtris. Milites igitur Chriſti ſumus, & ſtipendium ab ipſo donumq; percipi-
mus, ſicut dicit Apoſtolus, Qui dedit nobis pignus ſpiritus, hoc eſt, qui ſpiritu ſancti
noſ remuneratione ditauit. Si quis ergo Chriſtianorum hoc donatiuo cõtentus for
te non fuerit, & quærit amplius, incipit hoc ipſo carere quod meruit. Quod ſpeciali-
ter contingit hęreticis Arrhianis, Dum enim neſcio quid amplius quęrunt, inuenien
tes erroris ſpiritum, gratiam ſancti ſpiritus perdiderunt. Nam & catholicus clericus
hac ſententia retinetur. Si enim non contentus ſtipendijs fuerit quæ de altario domi
no iubente conſequitur, ſed exercet mercimonia, inter ceſsiones vendidit, viduarum
20 munera libenter amplectitur, hic negociator magis poteſt videri quã clericus. Nec
I dicere poſſumus, nemo vos inuaſores arguit, violentiæ nullus accuſat, quaſi non in-
terdum maiorem prædam a viduabus blandimenta eliceant quam tormenta. Nec
intereſt apud deum vtrum vi an circũuentione quis res alienas occupet, dummodo
quoquo pacto teneat alienum.

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum eundem, Vhę prægnantibus & nu Mat.24.
trientibus. Sermo. XX.

SCire & intelligere debemus, fratres chariſsimi, quia Chriſtianis dum in hoc cor
pore viuunt tribulatio deeſſe non poterit. Sic enim nos ſicut audiſtis, conteſtatur 2. Tim. 3.
Apoſtolus, dicens, Omnes qui volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem pa- Acto. 14.
tientur. & iterum, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlo-
rum. Venturi ſunt dies tribulationum, & malarum tribulationum venturi ſunt,
ſicut dicit ſcriptura. Et quantũ accedũt dies, augentur tribulationes. Nemo ſibi pro- Mat.24.
mittat quod Euangeliũ nõ promittit. Quo.n. appropinquante fine mũdi, ſicut dicit
dñs in Euangelio, Abundauit iniquitas, refrigeſcet charitas: ſic prropter ipſas iniqui
20 tates nunquã deerit aduerſitas: Opus eſt vt animũ noſtrũ non ſolũ ad pœnitentiã,
K ſed etiam ad patientiam præparemus. Fratres mei, obſecro vos, attendite ſcri-

pturas sanctas, si aliquid se fefellerunt, si aliquid dixerunt, & aliter accidit quã dixerũt, necesse est vt vsq; ad finem sic fiat quemadmodum dixerunt. Non nobis promittũt scripturę sanctæ in hoc seculo, nisi tribulationes, pressuras, angustias, augmenta dolorum, abundantiam tentationum. Sicut & ipse dominus in Euangelio dicit, In mundo pressuram habebitis. Et iterum, Mundus gaudebit, & vos tristes eritis, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Ad ista præcipue nos paremus, ne imparati deficiamus. De ipsis enim tribulationibus cum Euangelium legeretur audistis, Vhæ prægnantibus & nutrientibus.) Prægnantes sunt, qui in spe intumescunt. Nutrientes aũt, ideſt lactantes, qui iam adepti sunt quod concupierant. Etenim mulier prægnans spe tumet, filii, nondum videt filium: quæ autem iam lactat, amplectitur quod sperabat.

Tribulationes in hoc mũdo sacris literis nobis promittuntur Ioan. 16.

Prægnantes.

Nutrientes.

Prægnans est, qui res alienas concupiscit: nutriens est, qui iam rapuit quod cõcupierat. Et vt hoc apertius etiam simplices intelligere possint, aliquam similitudinẽ proponamus. Concupiscit aliquis villam alienam & dicit, Bona est ista villa vicini mei, o si mea esset, o si adiungerem illam & facerem de isto fundo & de illo vnitatem. Amat & auaritia vnitatem. Quod amat bonum est, sed vbi amandum sit nescit. Forte diues est vicinus ille qui habet villam bonam, & suspicatur q̃ illam non possit tollere, quia potens homo est, & prævalet se contra illum defendere, nec concupiscit, nec imprægnatur, nihil sperans non concepit, non est prægnans animo. Si vero iuxta aliquis vicinus sit pauper, qui vel in necessitate positus est vt possit vendere, vel potest opprimi vt cogitatur vendere: iniicitur oculus, sperat se posse tollere aut villam aut coloniam vicini pauperis, & immittit illi aliquas tribulationes, Verbi gratia, Agit secretius apud eos qui possunt vt illum exactores aut afflictũ, aut in aliquam publica administratione constringat, ex quibus contractis debitis multis necesse habeat infœlix vendedere caſellã, vnde aut ipse aut filij sui sustẽtabantur. Necessitate ergo compulsus venit ad illum, per cuius nequitiam præmitur & affligitur, & Nesciens q̃ ipsius immissione hoc patitur, dicit ad eum, Da mihi domine, rogo te, paucos solidos, patior necessitatem, vrgeor a creditore. Et ille, Non habeo in manibus. Ideo se dicit in manibus non habere vt ille oppressus calũnia necesse habeat vendere. Deniq; cũ ei dixerit, q̃ pro nimia afflictione sua compellatur distrahere statũ ille respondet, Et non habeo pecuniam ptopriam, vndecunq, studeo mutuare vt tibi amico meo subueniam, & si ita necesse est etiam argentelum meum distrabo ne tu iniuriam patiaris. Quando beneficium petebat, professus est se penitus non habere: at vbi dixit q̃ possessionem suam venderet, quasi amico se subuenire dixit, & cum eum ad hanc necessitatem adduxerit, dicit illi, vt venditionem facere debeat, & caſellã pro qua prius verbi gratia, forte centum solidos offerebat, vt eum opprimi viderit, nec medietatem pretij dare acquiescit. Istis enim talibus, sicut iam supra dictum est, Euangelista proclamat, Vhæ prægnantibus & nutrientibus. Istis enim vhę erit in die iudicij, & ab auditu malo non poterunt liberari, sed audituri sunt, Discedite a me maledicti in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius, quia esuriui & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere. Hoc loco diligenter attendat charitas vestra. Si in ignem mittitur qui non dedit rem propriam, putas vbi mittendus est qui inuasit alienam? Si cum diabolo ardere habet qui nudum non vestiuit, putas vbi arsurus est qui expoliauit? Et ideo quotie scunq; vobis euangelica lectio recitata fuerit in qua dicit, Vhæ prægnantibus & nutriẽtibus: non hoc de mulieribus legitimos viros habentibus credite. Quid enim mali fecit mulier quæ de proprio marito concepit? Quare ille in die iudicij male erit, quæ hoc fecit quod deus iussit? Non ergo de mulieribus quę iuste concipiunt & pariunt, hoc credendum est, sed de illis quos supra diximus, qui iniuste concupiscendo rem alienam, imprægnati esse videntur. De quibus scriptum legimus. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Omnis enim homo concepit, nec vllus potest esse sine conceptu. Sed alii concipiunt de xpo, alii de diabolo. Sicut enim de illis qui a diabolo concipiunt, dicitur, Concepit dolorem & peperit iniquitatem: Ita & de illis qui a spiritu sancto concipiunt: scriptum est, A timore tuo in vtero concepimus, & peperimus spiritum salutis tuę. Hæc enim quæ diximus, fratres charissimi, qui diligenter attendit, & supradicta mala aut fuisse in se aut forsitan adhuc esse cognoscit, cito se corrigat. Non enim nocent mala præterita si non

Mat. 24.

Mat. 25.

Psal. 7.

Esa. 26.

non placent; adhuc enim est pœnitendi & corrigendi locus. Nondum facta est illa disiunctio aliorum ad dexteram, illorum ad sinistram. Nondum apud inferos sumus, vbi est diues ille sitiens & stillam desiderans. Audiamus, dũ viuimus corrigamur. Nõ concupiscamus res alienas & imprægnati tumeamus, nec velimus peruenire ad illas, & eas adipiscendo tanquam filios oculemur. Quãdo. n. concupiscit aliquis rem alienam, sicut iam dictum est, anima sua quasi concepisse videtur. Si vero quod concupiscit per aliquam caliditatem aut nequitiam potuerit obtinere, quasi natũ filiũ osculari ac nutrire cognoscitur. Non ergo sic amemus, ista terrena, fratres, vt perdamus cœlestia. Mutandum est cor, leuandum est cor, non hic habitemus iam corde. Mala religio est amor mundi, sufficiat q̃ hic adhuc in carne esse videmur. Audiamus Apostolum dicentem, Si resurrexistis cũ Christo quę sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram. Non apparet quod nobis promissum est. Iam. n. paratum est, sed non videtur. Concupiscendo imprægnari vis, hinc imprægnare. Concupisce vitam æternam, ad quam vitam te inuitat deus, ipsa sit spes tua. Certus erit partus tuus, non erit aborsus. Non temporaliter amplecteris quod pepereris, sed in æternum possidebis. Quod n. promissum est, sine dubio dandum est, sed adhuc retro est. Non dabitur modo, sed dabitur postea. Videte iam quanta data sint, fratres. Quis illa vel enumerare prævalet? De oibus. n. rebus quę nobis in scripturis diuinis promissa sunt, vna tantummodo remansit. Deus enim qui nobis in tantis rebus verum dixit, in vna nos fallit? Scriptum est de Ecclesia, quia erit, & videtur quia est. Scriptũ est de idolis, quia non erunt, & videtur quia non sunt. Scriptũ est, quia perdituri erãt Iudæi regnum, & videtur. Scriptum est de hæreticis, quia futuri erãt, & videtur. Scriptum est & de die iudicij: scriptum est & de præmus bonorũ & de pœna malorum: nemo se circumueniat, fratres. Quo illa omnia venerunt quæ promissa sunt, sic & dies iudicij, & malorum pœna, & iustorum præmia sine vlla dubitatione ventura sunt. Et ideo vnusquisque nostrum dum licet & cum dei adiutorio in potestate nostra constitit, & peccata vitare, & quod bonum est exercere contendat: vt cum ille dies terribilis & metuendus aduenerit, non cum impiis & peccatoribus perenni incendio concremetur, sed cum iustis & deum timentibus peruenire ad æternum præmium mereatur, quod ipse præstare dignetur cui est honor & imperiũ in secula seculorũ, Amẽ.

21 C

Mat. 25. Luc. 16.

21 D

21 A

21 E

21 B.

21 F

Psal. 55. Hõ qs dicatur: Deus. quis. Psal. 131.

Gene. 2.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, De die illo & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, & cætera. Sermo XXI. Mat. 24.

FRatres, quod audistis monentem scripturam atq; dicentem, vt propter diem nouissimum vigilemus, vnusquisq; de nouissimo suo die cogitet, ne forte cum senritis vel putaueritis longe esse nouissimum seculi diem, dormitetis ad nouissimum vestrum diem. De die nouissimo seculi huius,) audistis quid dixerit, quia nesciunt eum neq; angeli cœlorum neque filius, nisi pater,) Vbi quidem magna quæstio est, ne carnaliter sapientes putemus aliquid patrem scire quod nesciat filius. Nam vtiq; cum dixit, Pater scit, ideo hoc dixit, quia in patre & filius scit. Quid. n. est in die quod non in verbo factum est, per quod factus est dies? Nemo, inquit, quærat nouissimũ diem quando futurus sit, sed vigilemus omnes bene viuendo, ne nouissima dies cuiuscunque nostrum nos inueniat imparatos, & qualis quisque hinc exierit suo nouissimo die, talis inueniatur in nouissimo seculi die. Nihil te adiuuabit, quod hic nõ seceris. Vnumquẽque opera sua iuuabunt, aut opera sua pressura sunt. Et quomodo in Psalmo cantauimus domino, Miserere mei domine, qm̃ cõculcauit me homo? Homo dicitur qui secundum hominem viuit. Denique illis qui secundum deum viuunt dicitur, Dii estis, & filii excelsi omnes. Reprobis aũt qui vocati sunt vt essent filii dei, & esse potius voluerunt hoĩes, id est, secundum hominem viuere, Vos autem, inquit sicut homines moriemini, & sicut vnus ex principibus cadetis. Etenim q̃ mortalis est homo, ad disciplinam illi debet valere, non ad iactantiam. Vnde se iactat vermis, crastino moriturus? Dico charitati vestrę, fratres, de diabolo debẽt erubescere mortales superbi. Ille. n. & si superbus, tamen immortalis est, spũs est etsi malignus. Illi dies nouissimus pœnalis seruatur in finem, tamen mortem quã nos patimur, ille non patitur. Audiuit aũt homo, Morte morieris: vtatur bene pœna sua. Quid est quod dixi, Vtatur bene pœna sua? Non inde eat ad superbiam vnde accepit pœnam, agnoscat

Universidad de Deusto
Biblioteca

se mortalem,& frangat elationem:audiat sibi dici,Quid superbit terra & cinis?Etiã si
Eccli. 10. superbit diabolus,non est terra & cinis.Ideo dictum est,Vos autẽ sicut homines mo-
riemini,& sicut vnus de principibus cadetis.Non attenditis quia mortales estis,& si 20
Psal.81. cut diaboli superbi estis. Vtatur ergo homo pœna sua, fratres, & bene vtatur malo G
suo,vt proficiat bono suo. Quis nescit quia pœna est, necesse esse vt moriamur, &
& quod est grauius,quando nescimus? Pœna certa est,hora incerta:& de ista pœna so
la certi sumus in rebus humanis. Cętera nra & bona & mala incerta sunt, sola mors
certa est. Quid est qd dico? Cõceptus est puer,forte nascitur,forte aborsum facit. Ita
incertum est,Forte crescit,forte non crescit. Forte senescit,forte non senescit. Forte
diues erit,forte pauper. Forte honoratus,forte humiliatus. Forte habebit filios,forte
non habebit. Forte ducet vxorem,forte non ducet. Quicquid aliud nominaueris in
bonis,respice & ad mala. Forte ægrotat,forte non ægrotat. Forte a serpente percuti-
tur,forte non percutitur. Forte a bestia deuoratur,forte nõ deuoratur. Et respice oĩa
mala,vbique est,forte erit,forte non erit. Nunquid potes dicere,forte moritur,forte
non moritur: Quomodo medici quando inspexerunt valitudinem & mortiferam es
se cognouerint,hoc pronunciant,moritur,inde non euadit. Ex quo nascitur homo,
Luc.16. dicendum est non euadit. Quando natus est,ægrotare cœpit. Quando mortuus fue
rit,finit quidem ægritudinem,sed nescit vtrum pergat in peiorem. Finierat diues il-
le ægritudinem delitiosam,venit ad tortuosam. Pauper vero ille finit ęgritudinem,&
peruenit ad sanitatem. Sed quod postea haberet hic elegit,& quod ibi messuit,hic se-
minauit. Ideo cum viuimus vigilare debemus,& eligere debemus quod in futuro te 10
neamus. Mundum non amemus. Pręmit amatores suos, non eos ad bonum adducit. H
Laborandum est in eo potius ne capiat,quam timendum ne cadat. Ecce cadit mun-
dus,stat Christianus,quia non cadit Christus. Nam quare dicit dominus, Gaudete,
quia ego vici mundum? Respondeamus ei si placet,Gaude,sed tu. Si tu vicisti,tu gau
Ioan. 16. de. Quare nos? Quare nobis dicit,gaudete,nisi qa nobis vicit, nobis pugnauit? Vbi
enim pugnauit? Quia hominem suscepit. Tolle quod de virgine natus, tolle quod se
metipsum exinauit formam serui accipiens,in similitudine hominum factus,& habi
Philip.2. tu inuentus vt homo. Tolle hoc: vbi luctamen,vbi certamen,vbi tentatio,vbi victo-
ria quam non præcesit pugna? In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ,
& deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factũ est nihil. Nunqd
hoc verbum Iudæus crucifigeret? Nunquid huic verbo impius insultaret? Nunquid
hoc verbum colaphis cæderetur? Nunquid hoc verbum spinis coronaretur? Vt autẽ
ista pateretur,verbum caro factum est,& ista passus resurgendo vicit. Ergo nobis vi
cit quisquis securitatem resurrectionis ostendit. Dicis ergo deo, Miserere mei domine,
quoniam conculcauit me homo. Tu te noli conculcare, & non te vincit homo. Ecce
enim homo potens terret te,Vnde te terret? Spolio,dãno,torqueo, occido, & clamas 30
tu,Miserere mei domine,quoniam conculcauit me homo. Si verum dicis,teipsum at- I
tendis,quia times minas hominis,mortuus te conculcat. Et quia non timeres nisi es
ses homo,conculcat te homo. Quod est ergo remedium,o homo? Hære deo a quo fa-
ctus est homo,illi hære, in ipso pręsumæ,ipsum inuoca,virtus tua ipse sit. Dic illi, In
te domine virtus mea,& a cominationibus hominum cantabis, & quid postea cãtes
Mat.25. ipse dominus dicit, In deo sperabo,non timebo quid faciat mihi homo.

De qõ E- De decem virginibus,In Euangelio secundum eundem. Sermo. XXII.
uan. li.1.c.
43.

INter parabolas a domino dictas,solet quærentes multum mouere ista,quæ de de
cem virginibus posita est. Et multi quidem hinc multa senserũt quę nõ sunt prer
fidem,sed quõ partibus eius oĩbus cõueniat expositio,id elaborandũ est. Legi ét
in quadã scriptura,ex earũ genere quæ apocryphæ noiatur, ꝙ non sit contra catho-
[alias fi. licam fidem. sed huic loco nihil mihi minus congruere visum est, consideranti om-
nes huius similitudinis partes. De qua tamen expositione temere nihil audeo iudica
re,ne forte non eius inconuenientia mihi angustiam fecerit,] sed mea tarditas in eã 20
conuenientiam non venerit. Quid autem mihi videatur non absurde de hoc loco ac K
cipi,quantum potero breuiter & diligenter exponam. Interrogatus igitur dominus
noster a discipulis de consummatione seculi,inter multa quæ est locutus, hoc quoq;

dixit,Tunc simile æstimabitur regnũ cœlorum decem virginibus, quę acceperunt
lampades suas,& venerunt obuiam sponso & sponsæ. Quinque ex eis erant fatuæ,& Mat.25.
21 quinque prudentes. Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus suis non sumpserunt
L oleum secum. Prudentes autem acceperunt oleum secum in vasis cum lampadibus.
Tardante autem sponso,dormierunt omnes. Media autem nocte clamor factus est,
Ecce sponsus venit,surgite obuiam ei. Tunc surrexerunt illę virgines & aptauerunt
lampades suas. Et dixerunt illę stultæ ad sapientes, Date nobis de oleo vestro,quia
lampades nostræ extinguuntur. Responderunt autem sapientes dicẽtes,Ne forte nõ
sufficiat nobis & vobis,ite potius ad vendentes & emite vobis. Et dum eunt emere,
venit sponsus,& quę paratæ erant intrauerunt cũ eo ad nuptias, & clausa est ianua.
Nouissime autem venerunt reliquę virgines dicentes,Domine domine,aperi nobis.
At ille respondens ait,Amen dico vobis,nescio vos: vigilate ergo quia nescitis diem Virgines
neq; horam) Decem vtique virginum quod quinque admittuntur, quinque exclu- decem qd
duntur,bonorum & malorum discretionẽ significat. Quapropter si virginitatis no- significat.
men honorabile est,cur receptis exclusis ꝙ coe est? Deinde, quid sibi vult numerus
in vtraque parte quinarius? Quicquid autẽ significet oleum, mirum videtur quod
quod sapientes petentibus non coicant: cũ inuidere fas non sit eas quæ ita perfectæ
sunt vt ab ipso sponso recipiantur,quo nomine nullo dubitante dominus Iesus xps
significatur: & misericordes esse oporteat ad præstandum ex eo quod habent, præ-
scribente illa sententia eiusdẽ domini dicentis,Omni petenti te tribue. Quid est au-
22 tem quod possit dando non sufficere vtrique? Hæc maxime augent quęstionis diffi Luc.6.
M cultatem. quanquam & cætera diligenter considerata vt omnia in vnam rationẽ con
currant,nihilq; in vnam partem dicatur quo impediatur alia, magna cautio est ad-
hibenda. Videntur itaque mihi virgines significare,quinque partitam continentiam
a carnis illecẽbris. Continendus est enim animi appetitus a voluptate oculorum, a
voluptate aurium,a voluptate olfaciendi,gustandi,tangendi. Sed quia ista continen
tia partim coram deo fit,vt illi placeatur interiore gaudio conscientiæ, partim corã
hominibus tantum vt gloria humana capiatur, quinq; dicuntur sapientes, & quin-
que stultę,vtræq; tamen virgines,quia vtraque continentia est,quãuis diuerso fomi
te gaudeat. Lampades autem sunt,quia manibus portantur,opera quæ secundũ istã
continentiam fiunt. Dictum est autem, Luceant opera vestra coram hominibus. Om
nes vero acceperunt lampades suas,& venerunt obuiam sponso. Intelligendum est Lampades
ergo Christi nomine censeri,de quibus agitur: Non enim possunt qui Christiani nõ opa.
sunt sponso Christo venire obuiam. Sed quinque fatuę acceptis lampadibus suis nõ Mat.5.
sumpserunt oleum secum. Multi enim quãuis de Christi bonitate plurimum sperẽt,
gaudium tamen non habent dum continentur viuunt,nisi in laudibus hominum.
Non ergo habent oleum secum,Nam ipsam lætitiam oleo significari arbitror. Pro- Oleũ, læ-
22 pterea,inquit,vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ. Qui autem non propterea gau- titia.
A det,quia deo intrinsecus placet non habet oleum secum. Prudentes autem accepe- Psal 44.
runt oleum secum in vasis cum lampadibus suis,ideſt,lętitiam operum bonorum in
corde atque conscientia posuerunt. Sic & Apostolus monet,Probet se, inquit homo, Galt.6.
& tunc in semetipso habebit gloriam & non in altero. Tardante ergo sposo dormie
runt omnes quia ex vtroque genere continentium hominum, siue eorum qui corã
deo exultant,siue eorum qui in laudibus hominum acquiescunt,moriuntur hoc in-
teruallo temporis,donec sub aduentu domini fiat resurrectio mortuorum. Media au
tem nocte,id est,nullo sentiente aut sperante: quippe cum ipse dominus dicat, De
die autem illa & hora nemo scit: Et Apostolus dicat, Dies domini sicut fur ita in no- Mat.24.
cte veniet: ex quo significat pœnitus latere cum venit: clamor factus est,ecce spon- 1. Thes. 5.
sus venit,surgite obuiam ei. In ictu oculi,nouissima tuba,omnes resurgemus. Ergo
surrexerunt omnes illæ virgines & apptauerunt lampades suas ideſt rationes red- 1. Cor. 15.
dendas operum suorum. Oportet enim nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illic re
cipiat vnusquisque quod gesit in corpore,siue malum. Et dixerunt stultæ ad sapien 2. Cor. 5.
22 tes, Date nobis de oleo vestro,quia lampades nostræ extinguuntur. Quorum enim
B facta aliena laude fulciuntur,eadẽ subtracta deficiunt, & de cõsuetudine id semper
inquirit vnde aĩus gaudere solet. Itaque horum qui corda non vidẽt,testimonũ vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iunt habere apud deum, qui cordis inspector est. Sed quid responderunt sapientes? Ne forte non sufficiat nobis. Vnusquisq; enim pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quicquā adiuuatur apud deum, cui secreta cordis apparent, & vix sibi quisque sufficit, vt ei testimonium perhibeat conscientia sua. Quis enim gloriabitur mū dum se habere cor? Inde est quod Apostolus dicit, Mihi minimum est vt a vobis diudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico. Quapropter cum de se quisque aut non omnino, aut vix possit veram proferre sententiam, quomodo potest de alio iudicare, cum sciat nemo quid agatur in homine, nisi spūs hominis? Ite magis ad vendentes & emite vobis. Non consilium dedisse putādæ sunt, sed crimen earum ex obliquo commemorasse. Vendunt enim oleum adulatores, qui siue falsa, siue ignorata laudando, in errores animas mittunt, & eis vana gaudia tanquam fatuis conciliando, aliquam de his mercedem, siue ciborum, siue pecunię, siue honoris, siue alicuius commodi temporalis accipiunt, non intelligentibus quod dictum est, Qui vos fœlices dicunt, in errorem vos mittunt. Melius est aūt obiurgari a iusto, q̄m a peccatore laudari. Emendauit me iustus, inquit in misericordia & arguit me, oleū autem peccatoris nō impinguet caput meum. Ite ergo ad vendentes magis & emite vobis. i. videamus nūc quid vos adiuuant, qui vobis laudes vendere consueuerunt, & vos in errorem inducere, vt non coram deo sed ab hominibus gloriam quęreretis. Euntibus autem illis ęmere, venit sponsus: id est, inclinantibus se illis in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere quęrentibus, quia gaudia interna non nouerant, venit ille qui iudicat. Et quæ paratæ erant, id est, quibus bonum coram deo testimonium conscientia perhibebat, intrauerunt cum eo ad nuptias: id est, vbi munda anima sempiterno dei verbo fœcundata copulatur. Clausa est ianua: id est, receptis illis qui sunt in angelicam vitā immutandi, Omnes enim resurgemus, inquit, sed non omnes immutabimur: clausus est aditus ad regnum cœlorum. Non.n. post iudicium patet precum aut meritorū locus. Nouissime autem veniūt, & reliquę virgines dicentes, Domine domine, aperi nobis. Non dictum est q̄, emerint oleum, & ideo intelligendę sunt nullo iam remanente de alienis laudibus & magnis afflictationibus redire ad imploratione dei. Sed magna est eius seueritas post iudicium cuius ante iudicium ineffabilis mia prerogata est. Itaque respondens ait, Amen dico vobis, nescio vos. Ex illa. s. regula quā non habet ars dei, hoc est, sapientia dei, vt intrent in gaudium eius qui non coram deo, sed vt placerent hoībus visi sunt aliquid secundum præcepta eius operari. Atque ita concludit, Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam: nō modo illius vltimi temporis quia venturus est sponsus: sed suæ quisq; dormitionis diem & horam nescit. Quisquis autem paratus est vsq; ad somnum, id est, vsq; ad mortem, quæ oībus debetur, paratus inuenietur ēt cum illa vox media nocte sonuerit, qua omnes euigilaturi sumus. Q̄d vero sponso dixit obuiam venire virgines, sic intelligendum puto, vt ex ipsis virginibus constet ea quæ dicitur sponsa, tanquam si omnibus Xp̄ianis in Ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Nunc enim desponsata est Ecclesia, & virgo est ad nuptias deducēda. i. cum se contineat a corruptione seculari. Illo autē tempore nubit, quo vniuersa mortalitate prætereunte immortali coniunctione fœtatur. Desponsaui vos, inquit, vni viro virginem castam exhibere Christo. Vos, inquit, virginem, a plurali ad singularem concludens: ideo & virgines dici possunt & virgo. Cur autem quinque, vt mihi videtur expositum est. Sed videmus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciē: & nunc ex parte, tunc autem ex toto. Ipsum autem in ænigmate & ex parte nunc in scripturis aliquid cernere, quod tamen sit secundum catholicam fidem, ex illo pignore contigit quod accepit virgo Ecclesia humili aduentu sponsi sui, quæ illo vltimo aduentu cum veniet in claritate nuptura est, cum iam facie ad faciem contuebitur. Dedit enim nobis pignus spiritum, sicut dixit Apostolus: & ideo ista expositio nihil certum intuetur nisi vt secundum fidem sit, neque alijs præiudicat quæ nihilominus secundum fidem esse potuerint.

Prou. 20.
1. Cor. 4.
1. Cor. 2.
Esaiæ. 3.
Eccle. 7.
Psa. 140.
1. Cor. 15.
2. Cor. 11.
2. Cor. 1.

De eisdem de quibus supra. Sermo XXIII.

Mart. 25.

HEsterno die qui affuistis, promissionem nostrā tenetis, quæ hodie non solis vobis, sed pluribus etiam qui conuenerunt, dño adiuuante, reddenda est. Quę sint decem

decem virgines, quarum sunt quinque prudentes, quinque stultæ, non facile indagari potest. Veruntamen secundum ea quæ continet ipsa lectio, quam charitati vestræ etiam hodie volui recitare, quantum mihi dominus intellectum donare dignatur, non mihi videtur ista parabola vel similitudo ad eas solas pertinere propria & excellentiori sanctitate virgines quę in Ecclesia nominantur, quas etiam vsitatiori vocabulo sanctimoniales appellare cōsueuimus, sed nisi fallor, hæc similitudo ad vniuersam Ecclesia pertinet. Quāuis & si illas solas intelligeremus quæ sanctimoniales vocantur, nunquid decem sunt? Absit, vt tanta virginum multitudo ad tam exiguum numerum reuocetur. Forte autem dicat aliquis, Quid si multæ sunt nomine, & tam paucæ sunt in veritate, vt uix decem inueniantur? Non ita est. Nam si solas decem intelligi vellet bonas, non ibi ostenderet quinque fatuas. Si enim multę sunt virgines quæ vocantur, quare contra quinque ostia domus magnę clauduntur? Intelligamus ergo, charissimi, ad omnes nos. i. ad vniuersam omnino Ecclesiam istam pertinere parabolam, non ad solos præpositos, de quibus hesterno die locuti sumus: nec ad solas plebes, sed prorsus ad omnes. Quare ergo quinque? Quinque istæ & quinque virgines, omnes omnino sunt animę Christianorum. Sed vt dicamus vobis quod deo inspirante sentimus, non qualescunque animę, sed tales animæ quæ habent catholicā fidem: & hēre videntur bona opera in Ecclesia dei: & tamen ex ipsis quinq; sunt prudentes, & quinque fatuę. Quare ergo appellatę sunt quinque, & quare virgines prius videamus, & deinde cętera consideremus. Omnis anima in corpore ideo quinario numero censetur, quia quinque sensibus vtitur. Nihil est enim quod sentimus in corpore nisi ianua quinque partita, aut videndo, aut audiendo, aut odorando, aut gustando, aut tangendo. Qui ergo se abstinet ab illicito visu, abstinet ab illicito auditu, ab illicito odoratu, ab illicito gustatu, ab illicito tactu, propter ipsam integritatem virginis nomen accepit. Sed si bonum est abstinere ab illicitis sentiendi motibus, & ideo vnaquæque anima christiana virginis nomen accepit, quare quinque admittuntur, quinque autem repelluntur? Et virgines sunt & repelluntur. Parum est quia virgines sunt & lampades habent, virgines propter abstinētiam ab illicitis sensibus, lāpades habent propter opera bona. De quibus operibus dominus dicit, Luceāt opera vestra coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum q in cœlis est. Itē discipulis dicit, Sint lūbi vestri præcincti, & lucernæ ardētes. In lūbis accinctis virginitas, in lucernis ardētibus opera bona. Nō solet dici virginitas vtiq; i cōiugatis, tn ēt ibi est fidei virginitas quę exhibet pudicitiā cōiugalē. Nā vt nouerit sanctitas vestra, non importune secundum animam & secundum integritatem fidei, qua etiam ab illicitis abstinetur, & bona opera fiunt, vnumquenque vel vnamquanque animam virginem dici, tota Ecclesia quæ constat ex virginibus & pueris, & maritatis fœminis, & vxoratis viris vno nomine virgo est appellata. Vnde hoc probamus? Apostolum audi dicentem, non solis sanctimonialibus, sed vniuersæ prorsus Ecclesiæ, Desponsaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Et quia huius virginitatis corruptor diabolus cauendus est, continuo ipse Apostolus cum dixisset, Desponsaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo adiunxit & ait, Timeo autem ne sicut serpens Euam seduxit in versutia sua, sic & uestri sensus corrumpantur a castitate quę est in Christo. In corpore virginitatem pauci habent, in corde omnes hēre debent. Si ergo ab illicitis abstinentia bona est, vnde virginitas nomen accepit, & opera bona laudabilia sunt quę significantur lampadibus: quare quinque admittuntur & quinque repelluntur? Si & virgo est & lampades fert, & tamen non admittitur, vbi se videt qui nec virginitatem ab illicitis seruat, nec opera bona volens habere, in tenebris ambulat? De istis ergo, fratres mei, de istis potius disputemus. Qui non vult videre quod malum est, qui non vult audire quod malum est, ab illicitis sacrificiorum nidoribus auertit odoratum, ab illicitis sacrificiorum cibis auertit gustatum, fugit complexum alienæ, frangit panem esurienti, hospitem inducit in domum, vestit nudum, concordat litigiosum, visitat ęgrotum, sepelit mortuum? ecce virgo, ecce hēt lāpades. Quid quęrimus amplius? Adhuc quęro. Quid adhuc quæris, inquis? Adhuc quęro, intentum me fecit Euangelium sanctum. Etiam ipsas virgines & ipsas ferentes lampades, alias dixit prudentes, alias stultas. Vnde intuemur, vn

2. Cor. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de discernimus? De oleo. Aliquid magnum significat oleum, valde magnũ. Putas nõ
1. Cor. 12. charitas est: Quærẽdo dicimus, non sentẽtiam pcipitamus, Vnde mihi videatur oleũ
Oleũ, charitas. charitas significari, dicã uobis Apostolus dicit, Adhuc supereminentiorem uobis uiã 21
demonstro. Supereminentiorẽ uiã quã demonstrat? Si linguis hominũ loquar & an-
1. Cor. 13. gelorũ, charitatẽ aũt nõ habeã, factus sum æramentũ sonans, aut cymbalũ tinniẽs. L
Ipsa est supereminens uia, id est, charitas, quæ merito oleo significatur. Oibus n. hu-
moribus oleũ supereminet Mitte aquã, & superinfunde oleũ, oleũ supereminet. Mit-
Vbi supra. te oleũ, superinfunde aquã, oleum supereminet. Si ordinem seruaueris vincit, si ordi
nẽ mutaueris vincit, Charitas nũquã cadit. Quid ergo fratres? Iam disceptemus de
quinq; virginibus prudẽtibus, & quinq; fatuis. Voluerunt obuiã ire sponso. Quid
est ire obuiã sponso? Corde ire, expectare eius aduentũ, sed ille tardabat. Dum tardat
ille dormierũt omnes. Quid est omnes? Et fatuæ & sapientes, dormitauerũt omnes &
Matt. 24. dormierunt. Putamus bonus est somnus iste? Quid est somnus iste? Ne forte tardan
te sponso, qm̃ abundat iniquitas, refrigescet charitas multorũ? Siccine intellecturi su
mus istũ somnũ? Non mihi placet, dico quare, quia sunt ibi prudentes, & utiq; quan
Matt. 12. & do dixit dominus, Qm̃ abũdauit iniquitas, refrigescet charitas multorũ: subiecit &
24. ait, Qui aũt perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Vbi uultis esse istas pruden
tes? Nõne in his quæ perseuerauerunt usq; in finem? Nõ ob aliud prorsus admitteré
tur introitus, nisi quia perseuerauerunt usque in finem. Nõ ergo eis obrepsit frigus cha- 20
ritatis, non in eis refriguit charitas, sed feruet usq; in finem. Quia feruet usq; in finẽ, H
ideo sponsi ianuæ patuerunt, ideo eis dictum est ut intrarent, licut illi optimo seruo, 25
Matt. 25. Intra in gaudium dñi tui. Quid est ergo, dormitauerũt omnes? Est alius somnus quẽ M
Mortui, quare dormientes? nemo euadit. Non recordamini Apostolum dicentẽ, De dormientibus aũt nolo uos
ignorare, fratres: id est, de his qui mortui sunt? Quare n. dormientes uocantur, nisi
quia suo die resuscitantur? Ergo dormiunt omnes. Putas quia prudens est, ideo non
1. Thes. 4. habet mori? Fatua sit uirgo, prudens sit uirgo, somnũ mortis omnes patiũtur. Aliq̃n
autem dicunt sibi homines, Ecce iam dies iudicij uenit, tanta mala fiunt tantæ tribu
lationes crebrescunt: ecce omnia quæ prophetæ dixerunt penè completa sunt, iam
dies iudicij instat, Qui hoc dicunt & fideliter dicunt, tanquã obuiã eunt sponso cogi
tationibus talibus, Sed ecce bellum super bellũ, tribulatio super tribulationem, ter-
ræmotus super terremotũ, fames super famẽ, gens super gentẽ, & nondũ uenit spon-
sus. Cũ ergo expectatur ut ueniat, dormiunt oẽs qui dicũt, Ecce uenit dies iudicij, ec
ce hic nos inuenit. Cum dicit, dormit, ergo obseruet ad somnũ suũ, & perseueret in
charitatẽ usq; ad somnum suum, expectantem illum inueniat somnus. Puto. n. quia
Psal. 40. dormit. Nunquid qui dormit non adiiciet ut resurgat? Dormierunt ergo omnes, & 20
4 sen dist. de illis prudentibus, & de illis fatuis dictum est, dormierunt. Ecce media nocte cla- I
43. media nocte. mor factus est. Quid est media nocte? Quando non speratur, quando omnino nõ cre 25
ditur. Noctem posuit pro ignoratione, ne aliquis quasi computet sibi & dicat, Ecce A
ab Adam tot anni transierunt, & ecce complentur sex milia annorum: & continuo
quomodo quidam tractatores computauerunt, continuo ueniet dies iudicij: & ue-
niunt & transeunt computationes, & adhuc remoratur sponsi aduentus, & dormiunt
uirgines quę obuiam ierant. Ecce dum non speratur, dum dicitur sex milia annorum
expectabantur, & ecce transierunt, unde scimus iam quando ueniet? media nocte ue-
niet. Quid est, media nocte ueniet? Dum nescis ueniet. Quare dum nescis ueniet? Ip-
Act. 1. sum dominum audi, Non est uestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potesta
1. Thes. 5. te. Dies domini, ait Apostolus, tanquam fur in nocte ita ueniet. Ecce uigila nocte ne
1. Cor. 13. furem patiaris. Nam somnus mortis uelis nolis ueniet. Sed cum factus fuerit cla-
4. sen. dist. mor, media nocte: quis iste clamor, nisi de quo Apostolus dicit, In ictu oculi in no-
43. uissima tuba? Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabi-
Cap. 2. mur. Denique clamore facto media nocte quo clamabitur, ecce sponsus uenit, quid
Ioan. 5. sequitur? Surrexerunt omnes. Quid est surrexerunt omnes? Veniet hora, dixit ip- 20
se dominus, quando omnes qui sunt in monumentis audient uocem eius & proce- K 25
dent. Ergo ad nouissimam tubam surgent omnes. Prudentes autem illæ tulerunt B
oleum secum in uasis suis, stultæ uero illæ non tulerunt oleum secum. Quid est
1. Cor. 1. non tulerunt oleum secum in uasis suis? Vnde dicit Apostolus, Gloria nostra

hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Ibi oleum, magnum oleum, De dono dei
est hoc oleum, Denique homines oleum mittere intro possunt, oliuam creare non
possunt. Ecce habeo oleum: nunquid tu creasti oleum? De dei dono est. Habes oleum
porta tecum. Quid est porta tecum? Intus habe, ibi place deo. Etenim ecce istæ virgi-
nes stultæ quæ non portauerunt oleum secum, abstinẽtia sua qua virgines appellan
20 tur, & bonis operibus suis quando lampades ferre videntur, hominibus volunt pla-
cere, & ideo omnia ista laudabilia faciunt, oleum secum non portant. Tu ergo tecũ
porta, intus porta. Vbi videt deus, ibi porta testimonium conscientiæ tuæ. Qui autẽ
ambulat ad testimonium alienum, oleum non portat secum. Si ideo abstines ab illi-
citis, & facis bona opera vt ab hominibus lauderis, non est intus oleum. Deniq; cũ
cœperint homines, non deficiunt lampades. Intendat itaq; charitas vestra. Antequã
dormirent illæ virgines, non est dictum, quia extinguebantur lampades illarum. Sa-
pientium lampades ardebant de oleo æterno, de conscientiæ securitate, de interiore
gloria, & de intima charitate. Ardebant tamen & illarum fatuarum. Quare tunc ar-
debant? Quia non deerant laudes hominum. Postea vero quã surrexerunt, id est, in
resurrectione a mortuis, cœperunt aptare lampades suas, id est, parare deo operũ suo
rum reddere rationẽ. Et quia tunc nemo est qui laudet, omnis homo causæ suæ va-
cat, nemo est tunc qui non de se cogitet. Non ergo erant qui oleum venderunt, cœpe
runt deficere lampades, & conuerterunt se fatuæ ad quinque prudentes. Date nobis
20 inquiunt, de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Hoc quærebant quod
H consueuerant, id est, alieno lucere, ad alienas laudes ambulare. Date nobis de oleo ve
stro, quia lampades nostræ extinguuntur. At illæ, Ne forte, inquiunt, non sufficiat no
bis & vobis, ite potius ad vendentes & emite vobis. Non consulentium, sed irriden-
tium est ista responsio Quare irridentiũ? Quia sapientes erant, quia sapientia erat in
illis. Non enim sapientes de suo erant, sed illa in illis erat sapientia, de qua scriptũ
est in quodam libro, quę dicit contemptoribus suis cum venerint ad mala, quę illis
minata est, Et ego vestre perditioni superridebo. Quid mirum est quia sapientes ir- Prou. 1.
rident fatuas? Quid est irridere? Ite ad vendentes & emite vobis, quę non solebatis
bene viuere, nisi quia vos homines laudabant, quia vobis oleum vendebant, Qui est
oleum vendebant? Laudes vendebant. Qui vendunt laudes nisi adulatores? Quanto
magis non acquiesceretis adulatoribus, & intus oleum portaretis, & propter bonam
conscientiam omnia bona opera faceretis: tunc diceretis, Emẽdauit me iustus in mi Psal. 140.
sericordia & arguit me, oleum aũt peccatoris non impinguet caput meum. Melius, in
quit, emendet me iustus, arguet me iustus, colaphizet me iustus, corriget me iustus,
quam impinguet caput meum oleum peccatoris. Quid est oleũ peccatoris, nisi blan-
dimenta adulatoris? Ite ergo ad vendentes & emite vobis, hoc facere consueuistis.
20 Nos autem non vobis damus. Quare? Ne forte non sufficiat nobis & vobis. Quid est
I non sufficiat? Non desperationẽ dictum est, sed sobria & pia humilitate. Quãuis n. bo
nus habeat bonam conscientiam, vnde scit, quẽadmodum iudicet ille qui neminem
fallit? Habet bonam conscientiã, non illi titillant crimina in corde concepta: sed pro-
pter quotidiana quædã vitæ humanę peccata, licet bona conscientia sit, tamen dicit
deo, Dimitte nobis debita nostra: quia fecit quod sequitur, Sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris. Fregit panem esurienti ex corde, vestiuit nudũ ex corde, de oleo Mat. 6.
interiore fecit opera bona, & tamen in illo iudicio trepidat ipsa bona conscientia. Vi-
de quid est, Date nobis oleum: audierunt, Ite potius ad vendentes: quia laudibus hu
manis viuere consueuistis, vobiscum oleum non portatis: non autem nos damus, ne
forte non sufficiat nobis & vobis. Vix enim de nobis iudicamus, quanto minus de
vobis possumus iudicare? Quid est vix de nobis possumus iudicare? Quia cum rex
iustus sederit in throno, quis gloriatur castũ se cor habere? Forte tu nõ inuenis aliqd
in conscientia tua, & inuenit ille qui melius videt, cuius acies diuina penetrat altiora.
Videt forte aliqd inueniet forte aliqd. Quãto melius illi dicis, Ne intres in iudiciũ cũ
20 seruo tuo? Etiã quãto melius dicis, Dimitte nobis debita nostra? Quia & dicitur tibi
K propter illas faces, propter illas lampades, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Quid
ergo? Et ille non illud fecerunt? Non fecerunt ante illum. Sed quomodo fecerunt:
Quomodo prohibet dominus qui dixit, Cauete iustitiam vestram facere coram ho-

minibus vt videamini ab eis, alioquin non habebitis mercedē apud patrē qui in cœ
lis est. Et nolite similes esse hypocritis quando oratis, Amant. n. stare in plateis & ora 23
re vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Eme- G
runt oleum, pretium dederunt. Emerunt, nō sunt fraudati laudibus humanis. Que-
sierunt laudes humanas, & habuerunt. Istæ laudes humanę in die iudicii nō eos ad-
Mat. 5. iuuant. Illę aūt quo fecerunt? Luceant opera vestra coram hominibus vt videant bo
na facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Non ait vos. Non enim
de tuo habes oleum. Iacta te, & dic habeo, sed non habeo. Quid enim habes quod nō
1. Cor. 4. accepisti? Ergo illæ sic fecerunt, illæ sic. Non est autem mirandum cū eunt emere, cū
quærunt a quibus laudentur, & non inueniunt, cū quærunt a quibus consolentur,
& non inueniunt, aperta est ianua, venit sponsus & sponsa. Tunc glorificata est cum
Christo Ecclesia, vt singula membra ad totum se colligant. Et intrauerunt cum eo
Mat. 7. ad nuptias, & clausum est ostiū. Et illæ fatuæ postea venerūt, sed nunquid oleū eme
runt, a qbus emerēt aut inuenerūt: iō ianuas clausas inuenerūt pulsare cœperūt, sed
sero. Dictū est, verū est, nō fallaciter dictū est, Pulsate & aperietur vobis. Sed mō qñ
Psal. 100. tempus est misericordiæ, non quando tempus est iudicii. Non enim possunt confun-
di ista tempora, cum misericordiam & iudicium domino suo cantet Ecclesia. Tēpus
est misericordiæ, age pœnitentiam. Tempore iudicij illam habes agere? Eris in virgi
nibus illis, contra quas clausum est ostium. Domine domine aperi nobis, Nunquid
non pœnitentiam egerunt, quæ secum oleum non portauerunt: Et quid illis profuit
sera pœnitentia, quando eas irridebat vera sapientia? Clausum est ergo ostium. Et
quid illis dictum est? Non noui vos. Non illas nouit, qui omnia nouit? Quid ergo est,
Non noui vos, Improbo vos, reprobo vos. In arte mea non vos agnosco, ars mea ne-
scit vitia, hoc est aūt magnū & nescit vitia iudicat vitia. Nescit faciēdo, iudicat arguē
do. Sic ergo nō noui vos, ierunt, intrauerūt quinq; prudētes. Quā multi estis fratres
mei in noie xp̄i sint in vobis qnq; prudētes, sed nolite qnq; hoies. Sint in vobis quin 23
que prudentes, ad istā prudentia quinarij numeri pertinentes. Veniet enim hora, & H
quando nescimus veniet. Media nocte veniet, vigilate. Sic clausit Euangelium. Vigi-
late, quia nescitis diem neque horā. Si ergo dormituri sumus, quomodo vigilamus?
Corde vigila, fide vigila, spe vigila, charitate vigila, operibus vigila, & quando corpo
re dormieris, veniet tempus vt surgas. Cum aūt surrexeris, præpara lampades. Tūc
non extinguantur, tunc in interiore conscientiæ oleo vegetentur: tunc sponsus ille
incorporeis nexibus amplectatur, tunc te introducat in domum vbi nunquam dor
mias, vbi nunquam posit tua lampas extingui. Hodie vero laboramus, & lampades
nostræ inter ventos seculi huius tentationesq; fluctuant: sedardeat in rubore flam-
ma nostra, vt ventus tentationis augeat ignem potius quam extinguat.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SE-CVNDVM LVCAM.

Luc. 10. De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Qui vos sper-
nit, me spernit, Sermo. XXIIII.

Luc. 10. DOminus noster Iesus Christus quod discipulis suis loquebatur il
lo tempore scribebatur, & nobis audiēdū parabatur. Audiuimus
ergo verba eius. Quid. n. nobis ꝓdesset si videretur & nō audire
tur? Nec modo aliquid obest, quia nō videtur & tamen auditur.
Dicit ergo, Qui vos spernit me spernit.) Si solis Apostolis dixit,
Qui vos spernit me spernit: spernite nos. Si autem sermo eius per
uenit ad nos & vocauit nos, & in eorū loco constituit nos, videte
ne spnatis nos, ne ad illū pueniat iniuria q̄ nobis feceritis. Si. n. nos nō timetis, illū ti 23
mete q dixit, Qui uos spnit me spnit. Quid aūt nos loqmur vobis q spni nolumus a I
uobis, nisi ut de uestris bonis moribus gaudeamus? Periculorū nostrorū sint solatia,

vestra bona opera. Viuite bene, ne moriamini male. Nec in his verbis quæ dixi, Vi-
uite bene, ne moriamini male, attendatis eos qui forte male vixerunt, & in lectulis
23 suis mortui sunt, & acta est pompa funeris eorū & positi sunt in prætiosis sarcopha-
K gis, in sepulchris pulcherrime & operosissime fabricatis. Et qa forte dicit sibi vnus-
quisq; vestrum, sic vellem mori, putetis me rem vanam dicere voluisse, quoniam di-
xi velle me, vt bene viuatis, ne male moriamini? Contra forte occurit aliquis, qui &
bene vixit, & secundum opinionem hominum male est mortuus. Forte a ruina mor
tuus est, a naufragio mortuus est, a bestiis mortuus est. Et dicit vnusquisq; carnalis
in corde suo. Quid est bene viuere? Ecce illic sic vixit, & sic est mortuus. Reddite er-
go ad cor, & si fideles estis inuenietis ibi Christum. Ipse vobis loquitur ibi, Ego enim
clamo, ille vero in silentio plus docet. Ego loquor per sonum sermonis: ille intus lo-
quitur per timorem cogitationis. Ergo ipse asserat in corde vestro verbum meū, qm
dicere ausus sum, bene viuite ne male moriamini. Ecce quomodo fides est in cordi-
bus vestris, & ibi est Christus, & ipse habet docere quod ego cupio personare. Recor
damini in Euangelio dinitem illum, & pauperē illum. Diuitem indutum purpura &
byſſo, & quotidianis epulis saginatum, pauperem vero illum iacentem ante ianuam
diuitis esurientem, & de mensa eius micas tequirentem, vlceribus plenum, a canibus
luctum, Recordamini ergo. Vnde recordamini, nisi quia Christus ibi est in cordibus Luc. 16.
23 vestris? Dicite mihi quod ipsum intus interrogaueritis, & respōderit vobis. Sequitur
L enim & dicit, Contigit mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abrahæ.
Mortuus est autem & diues, & sepultus est in infernum. Cum autem in tormētis es-
set, leuauit oculos & vidit Lazarum requiescentem in sinu Abrahæ. Tunc clamauit
dicens, Pater Abraham, miserere mei, mitte Lazarum vt intingat digitum suum in
aqua, vt stillet in linguam meam, quia crucior in hac flamma. Superbus tēporis, men
dicus inferni. Pauper enim ille perueniebat ad micam, ille vero non perueniebat ad
guttam. De duobus ergo istis dicite mihi, quis est bene mortuus, & quis est male mor
tuus? Nolite oculos interrogare, ad cor redite. Si enim oculos interrogaueritis, falsa
vobis respondent. Multum enim splendida sunt & seculariter fucata, quæ illi diuiti
morienti exhiberi potuerunt. Quæ potuerunt agmina plangentium esse seruorum
& ancillarum, quę pompa clientum, qui splendor funeris, quod prętium sepulturæ?
Credo eum aromatibus obrutum. Quid ergo dicturi sumus, fratres, bene istum mor
tuum an male mortuum? Si oculos interrogatis, optime mortuus est, si magistrum
vestrum interiorē requiritis, pessime mortuus est. Si ergo sic moriuntur superbi rē-
rum suarum conseruatores, & nihil inde pauperibus largientes, quomodo moriun-
tur qui rapiunt res alienas? Verum ergo dixi, viuite bene ne male moriamini, ne qūo
23 diues ille moriamini. Non probat malam mortem, nisi tempus post mortem. Econtra
M attendite illum pauperem, sed nolite oculis: nam errabitis. Fides attendat, cor videat.
Constituite illum ante oculos vestros iacentem in terra vlcerosum, venientes canes
lingentes vlcera eius. Sed cum talem illum, reuocatis ante oculos vestros, continuo
expuitis, faciem auertitis, nares obturatis. Cordis oculis videte. Mortuus est & abla-
tus est ab angelis in sinum Abrahæ. Familia diuitis videbatur plangens, angeli non
videbantur gaudentes. Quid ergo respondit diuiti Abraham? Memento fili, quia per
cepisti bona in vita tua, Nihil bonum putasti nisi quod in ista vita habuisti. Accepi-
sti bona, sed transierunt dies, & totum perdidisti, & torquendus in inferis remānsisti.
Opportunum ergo est, fratres, vt hęc vobis dicantur. Attendite pauperes, siue iacen
tes, siue ambulantes, Attendite pauperes, facite bona opera. Qui soletis facite, & qui
non soletis facite. Crescat numerus bene operātium, quoniam & crescit fidelium nu
merus. Quod facitis quantum bonum sit nondum videtis, quia & rusticanus quan-
do seminat segetem non videt, sed terræ credit. Tu deo quare non credis? Veniet mes
sis nostra. Puto quia modo laborantes agimus, laborantes operamur, recepturi sicut
scriptum est, Euntes ibant & flebant iactantes semina sua, venientes autem veniet
24 cum exultatione portantes manipulos suos.
A

De diuite & Lazaro, In Euangelio secundum eundem, Sermo. XXV.

ADuertit sanctitas vestra, fratres charissimi, & mecum, vt arbitror, tota mentis in tentione perspexit opulentiam diuitis, & indigentiam mendicantis: vnum cibis æstuantem, & alium fame deficientem. Ambo quidem homines, ambo carnales, ambo mortales, sed non ambo æquales Natura vna, sed vita non vna. Nullus eorum a conditione mortis immunis, & tamen vnus epulatur splendide, & alter in pannis, & in ærumna sordescit. Ille delicatis escis ad inuentionem coquorum gaudebat, iste si caderent micæ de mensa eius expectabat. Audiant nunc diuites qui nolũt esse miseri cordes, audiant quia vna omnes nascimur lege, vna viuimus luce, vnũ spiramus aerem, vna quoq; extinguimur morte, quæ si no intercederet, nec pauper ipse duraret. Hic vlcerosus & nudus iacens Lazarus, ad Abrahæ sinũ angelorum portatur manibus, Ecce diues refectus & splendidus tartareo carcere claudit̃r. Vbi est vestis illa byssina? Vbi vita abundans & affluens copiis multis? Nonne morte oia transeunt tanquam vmbra? Nihil intulimus in hunc mundum, dicit Apostolus, sed nec quicq̃ auferre possumus. Nihil nobiscũ tollimus aut rapimus. Quod si aliquid tolleremus, 1. Tim. 6. nonne viuos homines vocaremus? Quæ est ista auiditas? concupiscentiæ, cum ipsæ beluæ habeant modum? Tunc enim rapiunt quando esuriunt, parcunt vero prædæ cum senserint satietatem. Inexplebilis est sola auaritia diuitum, semper rapit, & nunquam satiatur, nec deum timet, nec hominem reuertetur: non patri parcit, non matrem agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem seruat: viduam opprimit, pupilli rem inuadit liberos in seruitium redigit testamentum falsum profert. Res mortui occupantur, quasi non & ipsi qui hoc faciunt moriantur. Quæ est ista rogo animarum insania, amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum & perdere cœlum? Sed quia nemo cogitat deum, ideo manet in morte iudicium. Merito dictum est diuiti. Quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic cõsolatur, tu vero cruciaris. Audiant ista diuites, qui nolunt esse misericordes. Audiãt irrogari supplicia, eis qui nolunt erogare subsidia. Audiant pauperem refrigerantẽ, audiant diuitem pœnis grauioribus æstuantem. Pater Abraham, inquit, dimitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. At ille, Memento, inquit, fili, quia percepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. Pensantur pro diuitis pœnæ, refrigerium pro paupertate, pro purpura flamma, refectio pro nuditate, vt salua sit æquitas stateræ, & non mentitur modus illius mensuræ, In qua, inquit, mensi fueritis mensura ita metietur vobis. Ideo negatur in pœnis misericordia diuiti, quia ipse dum viueret, noluit misereri. Ideo rogans diues non exauditur in tormentis, quia rogantem pauperẽ non exaudiuit in terris. Diues & pauper duo sibi sunt contraria, sed iterum duo sibi sunt necessaria. Nullus indigeret si inuicem se supportarent, & nemo laboraret si se ambo iuuarent. Diues propter pauperem factus est, & pauper propter diuitem, Pauperis est orare, & diuitis erogare. Dei est pro paruis magna pensare. De misericordia eius parua, magna nascitur copia. Fœcundus est ager pauperum, cito reddit dominantibus fructum. Via cœli est pauper, per quam veniatur ad patrem. Incipe ergo erogare si nõ vis errare. Patrimonij tui, quo es ligatus, compedem in hac vita resolue, vt libere ad cœlum possis accedere. Abiice abs te diuitiarum onera abiice vincula voluntaria, abiice anxietates & tædia, quæ te pluribus in annis inquietant. Da petenti vt possis ipse accipere: tribue pauperi, si nõ vis flammis exuri. Da in terra Chro, qd̃ tibi reddat in cœlo. Obliuiscere qd̃ es, & attende qd futurus es. Pñs vita fragilis est, & in mortẽ procliuis. Nemo põt stare, sed oẽs cogimur transire, Nolẽtes imus inuiti eximus, qa mali sumus. Si aũt ante nos aliqd mitteremus, nõ ad inane hospitiũ veniremus. Qd̃ n. pauperi damus, ante nos præmittimus, qd̃ autem rapimus, hic totum dimittimus.

Luc. 10. De Martha & Maria, In Euangelio secundum eundem, Sermo. XXVI.

VErba domini nostri Iesu Christi, quæ modo ex Euangelio recitata sunt, admonent nos, esse vnum aliquid quo tendamus, quando in huius sæculi multitudine laboramus. Tendimus autem adhuc peregrinantes, nondum manentes, adhuc in uia, nondum in patria: adhuc desiderando, nondum fruendo. Tamẽ tendamus & sine pigritia & sine intermissione tendamus, vt aliquando peruenire valeamus. Mar-

tha & Maria duæ sorores erant, ambæ non solum carne sed etiam religione germanæ ambæ domino coluerunt, ambæ domino in carne præsenti concorditer seruierunt.
24 F Suscepit eum Martha, sicut solent suscipi peregrini. Sed tamen suscepit familia dominum, ægra saluatorem, creatura creatorem. Suscepit autem spiritu pascẽda in carne pascendum. Voluit enim dominus formam serui accipere, & accepta forma serui in illa pasci a seruis, dignatione non conditione. Nam & ista dignatio fuit, se præbere pascendum, Habebat carnem in qua esuriet quidem & sitiet, sed nescitis quia in eremo esurienti angeli ministrabant? Ergo quod pasci voluit, pascenti p̃stitit. Quid autem mirum si & de sancto Elia præstitit viduæ quem prius coruo ministrante pascebat? Nunquid pascendo defecerat, quando ad viduam mittebat? Non, Sed religiosam viduam per obsequium exhibitum seruo suo benedicere disponebat. Sic ergo susceptus est dominus tanquam hospes, qui in sua propria venit: & sui eum non receperunt: sed quotquot receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, adoptans seruos & liberos [faciens, redimens captiuos & faciens cohæredes. Nequis tamen vestrũ forsitan dicat, O beati qui Christũ susciperent in domũ propriã meruerũt. Noli dolere, noli murmurare, quia tpibus natus es, qñ iam dñm nõ vides in carne, nõ tibi abstulit istã dignationẽ, Cũ vni, inquit, ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hæc de dño pascendo pascente in spũ, pauca pro tpe dixerimus, Veniamus ad causam q̃ de veritate proposui. Martha dñm pascere disponens & pparans circa frequens ministeriũ occupabatur, Maria soror eius pasci a dño magis elegit. Deseruit quodãmodo 24 G sororẽ suã circa multũ ministeriũ laborantẽ, & sedit ipsa ad pedes dñi, & vacans audiebat verbũ eius. Auris fidelissima audierat, Vacate & videte qũo * ego sum dñs. Illa turbabatur, ista epulabatur. Illa multa disponebat, ista vnũ aspiciebat. Vtrunque officium bonum, sed tamen quòd sit melius, quod nos dicamus? Habemus quem interrogemus, patienter audiamus. Quid sit melius, tam cum Euangeliũ legeretur audiuimus, & bene commemorantem audiamus. Interpellat Martha hospitem, ad iudicem deponit postulationem piarum querelarum, q̃ eam soror deseruerit, & sic laborantem in ministerio adiuuare neglexerit. Non respondente illa, sed tamen præsente, iudicat dominus Maria causam suam tanquam otiosa iudici maluit committere, nec in respondendo voluit laborare: Si enim pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem. Respondit ergo dominus, qui in verbo non laborabat, quia verbum erat. Quid ergo dixit? Martha, Martha.) Repetitio nominis est indiciũ dilectionis, aut forte mouendę intentionis, vt audiret attentius, Bis vocata est Martha, Martha, Audi, tu circa multa es occupata, Vnus autem opus est,) Id est, vnum necessarium est. Non vnum, quasi singulare opus, sed opus est, expedit, necessarium est.
24 H Quod vnum eligerat Maria? Vnum cogitate fratres mei, & videte in ipsa multitudine si delectat nisi vnum. Ecce deo propitio quã multi estis, Quis vos ferret, nisi vnũ saperetis? Vnde in multis ista quies? Da vnum, & populus est. Tolle vnũ & turba est. Quid est. n. turba, nisi multitudo turbata? Sed audite Apostolũ, Obsecro aũt vos fratres, Multitudini dicebat, sed oẽs in vnũ facere volebat, Obsecro aũt vos fratres, vt id ipsum dicatis oẽs, & nõ sint in vobis schismata, sitis aũt pfecti in eodẽ sensu, & in eadem scia. Et alio loco, Vnanimes vnũ sentiẽtes, nihil per contentionẽ, neq; per inanẽ gloriã, Et dñs ad pr̃em de suis, Vt sint vnũ, sicut & nos vnũ sumus. Et in actibus Apostolorũ, Multitudinis aũt credentiũ erat aia vna, & cor vnũ. Ergo magnificate dñm mecũ, & exaltemus nomẽ eius in vnum, quia vnũ est necessariũ, vnũ illud supernũ, vnum vbi pater & filius & spiritussanctus sint vnũ. Videte nobis cõmendari vnitatem. Certe trinitas est deus noster. Pater nõ est filius, filius nõ est pater, spũscũs nec pater est nec filius, sed amborum spũs, & tamen ista tria non tres dij, non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens, ipsa trinitas vnus deus, quia vnum necessarium est. Ad hoc vnum non nos perducit, nisi multi habeamus cor vnum. Bona sunt ministeria circa pauperes, & maxime circa sanctos dei seruita debita, obsequia religiosa. Reddũ tur enim non dantur, dicente Apostolo, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnũ
24 I est si carnalia vestra metamus? Bona sunt, exhortamur ad hæc, & in verbo dñi ędificamus vos, nolite pigri esse ad suscipiendos sanctos. Aliquando nescientes, suscipiendo quos nesciunt, angelos susceperunt. Bona sunt hęc, melius est tamen quod elegit

Universidad de Deusto Biblioteca

Maria. Illud enim habet ex necesſitate occupationem, illud autem habet ex charitate ſuauitatem. Vult homo occurrere quando miniſtrat, & aliquando non poteſt. Quæri
14 tur qđ deeſt, paratur qđ adeſt, diſtenditur animus. Nam ſi Martha illa ſufficeret adiu
K torium ſororis nunquã poſceret, Multa ſunt, diuerſa ſunt, quia carnalia ſunt, quia tẽ
poralia ſunt, & ſi bona ſunt, trãſitoria ſunt. Maria autem quid? ait dominus, Maria au
Luc. 10. tem meliorem partem elegit.) Non tu malã, ſed illa meliorem, Audi vnde meliorem, quia non auferetur ab ea, A te auferetur aliquando onus neceſsitatis, æterna eſt dulcedo veritatis. Non auferetur ab ea qđ elegit. Non auferetur, ſed tamen augetur. In hac vita augetur, in alia vita perficietur, nunquã auferetur. Cæterum tu Martha, pace tua dixerim, in bono miniſterio benedicta, ꝓ iſto labore tuo mercedem quęris quietem, modo occupata es circa multum miniſterium, paſcere vis mortalia corpora, licet ſanctorum, Nũquid cum veneris ad illam patriam inuenies peregrinum quem ſuſcipias hoſpitio? Inuenies eſurientem cui panem frangas, ſitientem cui potũ porrigas, ægrum quem viſites, litigantem quem concordes, mortuum quem ſepelias? [Omnia iſta ibi non erunt: ſed quid ibi erit?] quod Maria elegit. Ibi paſcimur, non paſcimus.
Luc. 11. Ideo hoc erit plenum atq; perfectum, qđ hic elegit Maria. De illa menſa opulenta, de verbo domini micas colligebat. Nam vultis noſſe quid ibi erit? Dominus ipſe dicit de ſeruis ſuis, Amen dico vobis, quia faciet eos recumbere, & tranſibit, & miniſtrabit illis. Recumbere quid eſt, niſi vacare? Recumbere quid eſt, niſi requieſcere? Quid eſt, 24
tranſibit & miniſtrabit illis? Prius tranſibit, & ſic miniſtrat. Sed vbi? In illo conuiuio L
Matt 8. ſuperno de quo dicit, Amen dico vobis, multi ab Oriente, & Occidente venient, & recumbẽt cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorũ. Ibi dominus paſcit, ſed prius hinc tranſit. Nam vt noueritis, Paſca tranſitus interpretatur. Venit dominus, fecit diuina, paſſus eſt humana. Nunquid adhuc conſpuitur? Nunquid adhuc expalmatur? Nunquid adhuc ſpinis coronatur? Nunquid adhuc flagellatur? Nunquid adhuc cructfigitur? Nunquid adhuc lancea vulneratur? Tranſiuit. Deniq; & Euan-
Ioan. 13. gelium ſic loquitur, quando Paſca fecit cum diſcipulis ſuis, Quid dicit Euangeliſta? Cum autem veniſſet hora, vt Ieſus tranſiret de hoc mundo ad patrem. Ergo ille tranſiuit vt paſcat, nos ſeq uamur vt paſcamur.

De eiſdem, de quibus ſuprà, Sermo XXVII.

Luc. 10. SAnctum Euangelium cum legeretur, audiuimus a fœmina religioſa ſuſceptũ dominum hoſpitio, eaq; Martha vocabatur. Et cum eſſet ipſa occupata in cura miniſtrandi, ſoror eius Maria ſedebat ad pedes domini, & audiebat verbum eius. Laborabat illa, vacabat iſta. Illa erogabat, hęc implebatur. Veruntamen Martha, laborãs multũ in illa occupatione & negotio miniſtrandi, interpellauit dominũ: & de ſorore ſua conqueſta eſt, ꝙ eam laborantem non adiuuaret. Dominus aũt ꝓ Maria reſpõdit Martha, & ipſe eius factus eſt aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Martha, inquit, 24
circa multa es occupata, quando vnum eſt neceſſarium. Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Audiuimus. n. interpellationem interpellantis, & ſententiam iudicis. Quæ ſententia interpellanti reſpondit, ſuſceptam defendit: Erat. n. Maria intenta dulcedini verbi domini, intenta erat Martha quomodo paſceret dominũ, intenta Maria quomodo paſceretur a domino. A Martha conuiuium domino parabatur, in cuius conuiuio Maria iam iocũdabatur. Cum ergo Maria ſuauiter audiret verbum dulciſſimũ, & corde intentiſſimo paſceretur, interpellato domino a ſorore ſua, qũo putamus eam timuiſſe, ne diceret ei dominus, Surge & adiuua ſororem tuam? Mira. n. ſuauitate tenebatur, quæ profecto maior eſt mentis q̃ ventris. Excuſata eſt, ſedit ſecurior. Quomodo autem excuſata eſt attẽdamus, inſpiciamus, perſcrutemur quod poſſumus. Paſcamur & nos. Quid enim? Putamus nos reprehenſum eſſe miniſterium Marthæ, quam cura hoſpitalitatis occupauerat, quæ ipſum dominum hoſpitio receperat? Quomodo recte reprehendebatur, quæ tanto hoſpite lætabatur? Hoc ſi verum eſt, dimittant homines quod miniſtrant egentibus, eligant ſibi partem meliorem, quæ non auferetur ab eis, vacent verbo, inhient doctrinæ dulcedini, occupentur circa ſcientiam ſalutarem, nihil eis curæ ſit quiſque peregrinus in vico ſit, quis egeat 25
pane, quis indumento, quis viſitandus, quis redimendus, quis ſepeliendus, vacent A
opera miſericordiæ, vni inſtetur ſcientiæ. Si melior pars eſt, cur non omnes hoc fa-

ciunt, quando ipſum dominum in hac cauſa patronum habemus? Non enim timemus in hac re, ne offendamus eius iuſtitiam, cum patronam teneamus eius ſententiam: Et tamen ita non eſt, ſed ſicut dixit dominus, ita eſt. Quomodo intelligis non
B 25 eſt, eſt autem quomodo intelligere debeas, Ecce aduerte, Circa multa es occupata, quando vnum eſt neceſſarium, Maria meliorem partem elegit. Non tu malam, ſed iſta meliorem. Sed vnde meliorem? Quia tu circa multa, illa circa vnum. Præponitur vnum multis. Non enim a multis vnum, ſed multa ab uno. Multa ſunt quæ Gene. 1.
facta ſunt, vnus qui fecit cœlum, & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt. Quãm multa ſunt, quis iſta enumeret? Quis horum multitudinem cogitet? Quis hoc fecit? Deus omnia. Ecce bona valdè. Bona valde quæ fecit, quanto melior ille eſt qui fecit? Attendamus igitur occupationes noſtras circa multa, neceſſarium eſt miniſterium corpora refecturis. Quare hoc? Quia eſuritur, quia ſititur, miſericordia miſeris neceſſaria eſt. Frangis panem eſurienti, quia inueniſti eſurientem. Tolle famem, cui frangis panem? Tolle peregrinationem, cui exhibes hoſpitalitatem? Tolle nuditatem, cui præparas veſtem? Non ſit ægritudo, quem viſitas? Non ſit captiuitas, quem redimis? Non ſit rixa, quem concordas? Non ſit mors, quem ſepelis?
C In illo ſeculo futuro non erunt iſta mala, ergo nec iſta miniſteria. Bene ergo Mar-
25 tha circa corporalem domini, quid dicam neceſsitatem an voluntatem, miniſtrabat carni mortali. Sed quis erat in carne mortali? In principio erat verbum, & verbum Ioan. 1.
erat apud deum, & deus erat verbum, Ecce quod Maria audiebat: Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis, Ecce Martha cui miniſtrabat. Ergo Maria meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hoc enim elegit, quod ſemper manebit, ideo Pſal. 72.
non auferetur ab ea. Circa vnum ſe voluit occupari, iam tenebat. Mihi autem adhærere deo, bonum eſt. Sedebat ad pedes capitis noſtri, Quanto humilius ſedebat, tanto amplius capiebat. Confluit enim aqua ad humilitatem conuallis, denatat de tumoribus collis. Non ergo dominus opus reprehendit, ſed munus diſtinxit. Circa multa es occupata, porrò vnum eſt neceſſarium. Iam hoc ſibi Maria elegit. Tranſit labor multitudinis, & remanet charitas vnitatis. Ergo quod elegit, non auferetur ab ea, a te autem qđ eligiſti, vtique hoc ſequitur, vtique hoc ſub intelligitur, a te qđ eligiſti auferetur. Sed bono tuo auferetur, vt qđ melius eſt detur. Auferetur. n. a te labor, vt requies detur. Tu nauigas, illa iã in portu eſt. Videtis ergo charisſimi, & quã tum arbitror, iam intelligitis, in his duabus mulieribus, quæ ambæ fuerunt domino gratæ, ambæ amabiles, ambæ diſcipulę. Videtis ergo, & magnum aliquid intelligitis, quicunquæ intelligitis, quod audire & ſcire debetis, etiam qui non intelligitis, in his
D duabus mulieribus, duas vitas eſſe figuratas, præſentem & futuram, laborioſam &
25 quietam ærumnoſam & beatam, temporalem & æternam. Duę ſunt vitæ, de illis vos copioſius cogitate. Quid habeat hæc vita, non dico mala, non iniqua, non nepharia, non luxurioſa, non impia, ſed laborioſa, ærumnis plæna, timoribus caſtigata, tentationibus ſolicita: hanc ipſam innocentem vitam dico, qualem decebat habere Martham: hanc ergo quantum poteſtis, inſpicite, & de hac, vt dixi, copioſius quãm loquimur cogitate. Vita vero iniqua aberat ab illa domo, nec cum Martha erat, nec cum Maria. Et ſi aliquando fuit, domino intrante fugit. Remanſerunt ergo in illa domo, quæ ſuſceperat dominum, in duabus fœminis duæ vitæ, ambæ innocentes, ambæ laudabiles. Vna laborioſa, altera otioſa, nulla facinoroſa, nulla deſidioſa. Ambæ innocentes, ambæ, inquam laudabiles, ſed vna laborioſa, altera otioſa, nulla facinoroſa, quam cauere debet laborioſa, nulla deſidioſa, quam cauere debet otioſa. Erant ergo in illa domo iſtæ duæ vite, & ipſe fons vitę. In Martha erat imago præſentium, in Maria futurorum. Quod agebat Martha, ibi ſumus: quod agebat Maria, hoc ſperamus. Hoc agamus bene, vt illud habeamus? Quandiu hic ſumus, quantum
E eſt quod inde habemus? Nam & modo inde aliquid agimus, remoti a negotijs, ſepo-
25 ſitis familiaribus curis, conueniſtis, ſtatis, auditis. Inquantum hoc agitis, Mariæ ſimiles eſtis. Et facilius vos intenditis quod agit Maria, quãm ego qui prærogo. Si quid tamen dico, Chriſti eſt. Ideo uos paſcit, quia Chriſti, quia panis communis eſt, vnde & ego vobiſcum viuo. Nunc autem uiuimus, ſi vos, fratres, ſtatis in domino,

1. Cor. 3. Nolo in nobis, sed in domino, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Domine, doce nos orare. Sermo XXVIII.

Luce. 11. APostoli sancti dicebant ad dominum Iesum, Domine doce nos orare, sicut Ioannes docuit discipulos suos. Tunc ait dominus orationem, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum,) per totum. Vides quàm breuis oratio, & omnium plena virtutum. Primus sermo quantæ sermo gratiæ. O homo, faciem tuam non audebas ad cœlum attollere, oculos tuos in terram dirigebas, & subito accepisti gratiam Christi. Omnia tibi peccata dimissa sunt. Ex malo seruo, factus es bonus filius, Ideo præsume non de operatione tua, sed

Ephe. 2. de Christi gratia. Gratia enim saluati estis Apostolus ait. Non ergo hic arrogantia est, sed fides: prædicare quod acceperis, non est superbia, sed deuotio. Ergo attolle oculos ad patrem, qui te per lauacrum genuit, ad patrem qui per filium te redimit, & dic,

Pater noster, exponitur. Pater noster, Bona præsumptio, sed moderata. Patrem dicis, quasi filius, sed noli tibi aliquid specialiter vendicare. Solius Christi specialis est pater, nobis omnibus in commune est pater, quia illum solum genuit, nos creauit. Dic ergo & tu per gratiam, Pater noster, vt filius esse merearis ecclesiæ. Contuitu & consideratione teipsum commenda, Pater noster, qui es in cœlis. Quid est, in cœlis? Audi scripturam

Psal. 56. dicentem, Excelsus super omnes cœlos dominus. Et ubique habes, q̃ super cœlos

Psal. 18. cœlorũ dominus sit, quasi non in cœlis, & angeli, quasi non in cœlis & dominationes, sed in cœlis illis, de quibus dictum est, Cœli enarrant gloriam dei. Cœlum est, vbi cupa cessauit. Cœlum est vbi flagitia non sunt. Cœlum est, vbi nullum mortis vulnus

Leuit. 19. est, Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomen sanctum tuum in nobis. Quid est sanctificetur? Quasi optemus vt sanctificetur, ille qui ait, Estote sancti, quia & ego sanctus sum, quasi aliquid ei ex nostra prædicatione sanctificationis accedat? Non. Sed sanctificetur in nobis, vt ad nos possit eius sanctificatio peruenire. Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen sanctum tuum in nobis, adueniat regnum tuum. Quasi non sempiternum sit dei regnum, ipse dominus dicit, Ego in hoc natus sum,

Ioan. 18. Luc. 17. & tu dicis, pater veniat regnum tuum, quasi non venerit? Sed tunc venit regnum

Colo. 1. dei, quando estis gratiam eius consequuti. Ipse enim ait, Regnum dei intra vos est. Veniat regnum tuum, fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Sanguine Christi pacificata sunt omnia, vel in cœlo, vel in terra. Sanctificatum est cœlum, deiectus est diabolus. Ibi versatur, vbi homo quem ille decepit. Fiat voluntas tua [sicut in cœlo & in terra:] hoc est sit pax in terra, quem admodum in cœlo, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Memini sermonis mei, Cum de sacramentis tractarem, dixi vobis, q̃ ante verba Christi quod offertur panis dicatur, vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed

De consec. di. 2. Non iste. 4. sen. dist. 12. corpus appellatur. Quare ergo in oratione dominica quæ postea sequitur, ait, Panem nostrum. Panem quidem dixit, sed epioysion dixit, hoc est, supersubstantialem. Non iste panis qui vadit in corpus, sed ille panis vitę æternæ, qui animæ nostrę substantiam fulcit. Ideo ergo Græce epioysion dicitur. Latinus autem hunc panem quotidianum dixit, quia Græci dicunt aduenientem. Ergo quod Latinus dixit &

Quid ãt. Græcus, vtrunque vtile videtur. Græcus vtrunque vno sermone significauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumas, quem

Vbi supr. iam modum Græci in Oriente facere consueuerunt? Accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit. Sic viue, vt quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere, non meretur post annum accipere. Quo modo sanctus Iob quotidie pro filijs

Iob. 1. offerebat sacrificium, ne forte aliquid vel in corde vel in sermone peccassent. Ergo tu audis quod quotiescunque offertur sacrificium, mors domini, resurrectio domini, eloquatio domini significetur & remissio peccatorum, & panem istum vitæ nostræ quotidianum non assumis? Qui vulnus habet, medicinam requirit. Vulnus est, quia sub peccato sumus, medicina est cœleste & uenerabile sacramentum. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Quotidie si accipis, quotidie tibi hodie est, Tibi hodie

est Christus, tibi quotidie resurgit. Quomodo? Filius meus es tu, ego hodie genui te. Psal. 2.
Hodie est, quando Christus resurgit. Heri & hodie ipse est, Paulus Apostolus ait, Sed Hebr. 13.
alibi dicit, Nox præcesit, dies appropinquauit. Nox hesterna præcesit, dies hodier- Rom. 13.
nus appropinquauit. Sequitur, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Debitum quid est, nisi peccatum? Ergo si non accepisses alie Debitum
ni fœnoris pecuniam, non egeres, & ideo peccatum tibi imputatur. Habuisti pecu- peccatum.
niam cum qua diues nascereris. Diues eras, ad imaginem dei & similitudinem factus, Gene. 1.
perdidisti quod habebas, hoc est, humilitatem. Dum arrogantiam desideras vendicare, perdidisti pecuniam. Sicut Adam nudus es factus, accepisti a diabolo debitum,
quod non erat necessarium. Et ideo qui eras liber in Christo, debitor factus es diabo- Gene. 3.
lo. Cautionem tuam tenebat inimicus, sed eam dominus crucifixit, & suo cruore diluit. Abstulit debitum tuum, reddidit libertatem. Bene ergo ait, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vide quid dicas. Quomodo ego dimitto, sic & tu dimitte mihi. Si dimiseris, bene conuenis vt dimittatur tibi. Si non dimittis, quomodo eum conuenis? Et ne patiaris nos induci in tentationem, quam ferre non possumus, sed libera nos a malo. Vide quid dicat, Quam ferre non possumus. Non dicit, non inducas nos intentationem, sed quasi athleta talem vult tentationem quam ferre possit humana conditio, & vnusquisq; vt a malo, hoc est, ab inimi-
25 co, & a peccato liberetur. Potens est autem dominus qui abstulit peccatum vestrum,
L & delicta vestra donauit, tueri & custodire vos aduersum diaboli aduersantis insidias, vt non vobis obrepat inimicus qui culpam generare consueuit, Sed qui deo se committit, diabolum non timet, Si enim deus pro nobis, quis contra nos? Ipsi ergo Roma. 8.
gloria a seculis nunc & semper, & in omnia secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Quis vestrum habet amicum, & ibit ad illum media nocte & cætera, Sermo XXIX. Luce. 11.

AVdiuimus nos exhortatum dominum nostrum cœlestem magistrum & fidelissimum consiliarium, eundem horratorem, vt petamus & datorem cum petimus. Audiuimus enim in Euangelio hortantem nos eum petere instanter & pulsare vsque Lucæ. 11.
ad similitudinem improbitatis. Proposuit enim nobis exempli gratia, si quis vestrum haberet amicum, a quo nocte peteret tres panes, cum illi amicus de via veniisset, & quod ei apponeret non haberet. Si autem ille respondeat iam se requiescere & seruos suos secum, nec debere illius precibus inquietari, pulsando ille instet & perseueret, Lucæ. 11.
nec pulsare †territus abscedat, sed necessitate coactus immineat, surrecturum illum, & si non propter amicitiam, certe propter illius improbitatem, & daturum ei quantos †aliàs, pu
voluerit. Quantos autem voluerit? Nihil plus ille voluit quàm tres. In hac ergo simi dore.
litudine adiunxit hortationem dominus, & omnino stimulauit nos quærere, petere,
25 pulsare, donec accipiamus quod petimus, quod quærimus, quod pulsamus, vsus exẽ-
M plo a contrario: sicut de illo iudice qui nec deum timebat, nec homines reuerebatur, & tamen cum eum quædam vidua interpellaret quotidie, tædio victus dedit quod non beneficio potuit inuitus. Dominus autem noster Iesus Christus inter nos petitor, cum patre dator, non vtique nos tantum hortaretur vt peteremus, nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia, plus vult ille dare quam nos accipere. Plus vult ille misereri, quam nos a miseria liberari, & vtique si non liberati fuerimus, nos miseri remanebimus. Nam ille quod nos hortatur, propter nos hortatur. Euigilemus, & hortanti credamus, promittenti obsequamur vt ad dantem gaudeamus. Fortasis enim & nobis aliquando venit amicus de via, & non inuenimus quod ei apponeremus, & necessitatem passi sumus, & accepimus & nobis & illi. Fieri enim non potest, nisi vt aliquis passus fuerit amicum aliquid interrogantem quod respondere non possit, & tunc se inuenit non habere quando coactus est dare. Venit amicus tibi de via, id est, de vita huius seculi, in qua omnes velut peregrini transeunt, nec vllus quasi possessor manet, sed omni homini dicitur. Refectus transi, age iuter, daventuro locum. Aut
26 forte de via mala, hoc est, de vita mala fatigatus nescio quis amicus tuus, non inue- Eccli. 29.
A niens veritatem, qua audita & percepta beatus fiat, sed lassatus in omni cupiditate & egestate seculi, venit ad te tãquam ad christianum, & dicit, Redde mihi rationem, Fac me christianum. Et interrogat forte quod tu per simplicitatem fidei nesciebas, Et

non est vnde reficias esurientem,& te admonitus inuenis indigentem,& cum vis docere aliquem,cogeris discere.Et dum erubescis eum qui te interrogauit, quod quærebat non in te inueniens,compelleris quærere ut merearis inuenire. Et ubi quæras? 26
Vbi,nisi in dominicis libris?Fortasis quod ille interrogauit,in libro positum est,sed B
obscurum est. Forte dixit Apostolus in epistola sua. Sic dixit, ut intelligere possis,
†aliàs,ut legere possis,intelligere non possis,&c. aut intelligere non possis,† transire non permitteris. Vrget enim interrogator, ipsum Paulum aut Petrum,aut aliquem Prophetam interrogare non sineris.Iã enim requiescit familia ista cum domino suo,& seculi huius ignorantia valida est:hoc est, nox media,& urget amicus esuriens. Tibi forte sufficiebat simplex fides,illi nõ sufficit,Nunquid deserendus est?Nunquid de domo proiiciendus est?Ergo ad ipsum dominum,ad ipsum c m quo familia requiescit,pulsa orando,pete,insta. Non quomodo amicus ille in s nilitudine positus tædio uictus,surgit & dabit,Dare vult,tu pulsans nondum accepisti,pulsa, dare uult.Et quod dare uult differt,ut amplius desideres dilatum,ne uilescat cito datum. Cum autem perueneris ad tres panes hoc est,ad cibum & intelligentiam trinitatis,habes & vnde uiuas,& vnde pascas: Ne peregrinũ uenientem de uia reformides, sed excipiendo ciuem domesticum facies, nec timeas ne finias. Non panis ille finietur,sed indigentiam tuam finiet,Panis est,& panis est,& panis est,deus pater,deus filius,deus spiritussanctus. Aeternus pater, cœternus filius,cœternus spiritussanctus.Incommutabilis pater,incommutabilis filius, incom 26
mutabilis spiritussanctus,Creator & pater,& filius,& spiritussanctus. Pastor,& vitæ C
dator,pater,& filius,& spiritussanctus.Cibus,& panis æternus,& pater,& filius,& spiritussanctus.Disce & doce,uiue & pasce.Deus qui tibi dat, nihil melius quam se tibi dat.Auare quid aliud quærebas?Aut si aliud petas,quid tibi sufficit,cui deus nõ sufficit?Sed opus est ut habeas charitatem,habeas fidem,habeas spem, ut possit tibi dulce esse quod datur.Et hæc ipsa tria sunt,fides,spes,charitas.Et hęc ipsa dona dei sunt.
Rom.12. Nam fidem ab ipso accepimus,sicut deus,inquit,vnicuique partitus est mẽsuram fi-
Psal.118. dei,Et spem ab ipso accepimus,cum dicitur,In quo spem dedisti mihi. Et charitatẽ
Rom.5. ab ipso accepimus,de qua dicitur,Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum,qui datus est nobis. Sed hæc omnia itidem aliquantulũ diuersa,sed
1. Cor.13. omnia dei dona. Manent enim tria hæc,fides,spes, charitas. Maior autem horũ est charitas,In illis panibus non est dictus aliquis panis maior aliis,sed simpliciter petite,& dat tres panes. Ecce alia tria. Quis est vestrum,a quo petit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei?Aut quis est uestrum a quo petit piscem,nunquid serpentem porriget ei? Aut a quo petit ouum,nunquid porriget ei scorpionem?Si ergo uos cum sitis mali,nostis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater uester de
*aliãs,qui in cęlis est. Panis, charitas. cœlo * dabit bona petentibus se ? Tria ergo rursus ista consideremus, ne forte ibi 26
sint illa tria,fides,spes,charitas. Maior autem horum est charitas, Pone ergo tria,pa D
nem,piscem,ouum. Maior horum panis, Ideo panem bene intelligimus in his tribus charitatem. Propterea pani lapidem opposuit, quia duritia contraria est charitati.
Piscis, fides. Piscem,fidem intelligamus. Dixit quidã sanctus,& nos dicere delectat, Piscis bonus, pia est fides. Viuit inter fluctus, nec frangitur aut soluitur fluctibus. Viuit inter tentationes tempestatesq; huius seculi,pia fides. Sæuit mundus,& integra est. Tantum contrarium fidei serpentem illum obserua. In fide enim desponsata est illa, cui
Canti. 4. dicitur in Canticis canticorum,Veni de Libano sponsa mea, veniens & pertransiens
†aliàs, desponsantis ab initio fidei.Ideo & desponsata, quia & desponsatis † initio fides est. [Promittitur enim ab ipso aliquid,& promissa fide detinetur. Opposuit autem dominus serpen-
2.Cor. 11. tem pisci,diabolum fidei.] Propterea desponsatæ huic dicit Apostolus, Desponsaui uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. Et timeo ne sicut serpens seduxit
Ephe.3. Heuam astutia sua,sic & uestri sensus corrumpantur a castitate quæ est in Christo, id est,quæ est in fide Christi. Habitare enim,inquit,Christum per fidem in cordibus uestris, Diabolus ergo non corrumpat fidem,ne deuoret piscem. Restat spes,quæ,
Ouũ,spes. quantum mihi uidetur,ouo comparatur. Spes enim nondum peruenit ad rem .Et 26
ouum est aliquid,sed nondum est pullus. Quadrupedes ergo pariunt filios,aues aũt E
spem filiorum. Spes ergo ad hoc nos hortatur, ut præsentia contemnamus,futura expectemus, ea quæ retro sunt obliuiscentes, cum Apostolo in anteriora extendamur

mur.Sic enim dicit,Vnum autem quæ retro oblitus in ea quę ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ;ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu. Philip. 3.
26 Nihil ergo tam inimicum spei quam retro respicere,id est,in eis rebus, quæ præterla Spei inimi
G buntur & transeunt spem ponere,sed in his quæ nondum datæ sunt,sed dandæ quãcum,retro docunque nunquam transibunt non sperare. Quando autem scatet tentationibus aspicere.
mundus velut pluuia Sodomæ sulphurea, metuendum est exemplum uxoris Loth. Gene. 19.
Retro enim respexit,& vbi respexit,ibi remansit. In salem conuersa est,vt prudentes Rom.8.
conditet exemplo. Apostolus Paulus de hac spe ita loquitur, Spe enim salui facti sumus.Spes autem quæ videtur,non est spes.Quod enim videt quis,quid sperat?Si au- Spes.
tem quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Quod enim uidet Philip. 3.
quis,quid sperat?Ouum est.Est ouum,& nondum pullus est,& testudine tectum est, 2. Cor.4.
non videtur quia operitur,cum patientia expectetur,feruescat vt viuescat. Intende extendere in anteriora,obliuiscere præterita. Quæ enim videntur, temporalia sunt. Nõ respiciẽtes,inqt,q̃ vñr,sed q̃ nõ vñr. Quę.n vñr tpalia sunt, quæ aũt non vñr, æterna,In illa ergo quæ non videntur,extende spem, expecta,sustine, noli retro respicere.Quo tuo scorpium time.Vide quia de cauda percutit, quam retro habet, Nõ ergo scorpius perimat ouum tuum,mundus iste spem tuam, vt ita dicã,veneno quo contrario,quo contrario ? Quanta tibi loquitur mundus, quanta post dorsum strepit vt retro respicias?id est,vt in rebus præsentibus nec præsentibus, non enim dicẽ
26 da sunt præsentia nunquam stantia,spem tuam ponas, & ab eo quod promisit Chri-
H stus & nõdum dedit,sed quia fidelis est dabit,auertas animum tuum,& velis requiescere in mundo pereũte. Ideo enim deus fœlicitatibus terrenis amaritudines miscet, vt alia quæratur fœlicitas, cuius dulcedo non est fallax : & de ipsis amaritudinibus conatur mundus auertere ab eo quod intendis interiora,& retro conuertere. De ipsis amaritudinibus, de ipsis tribulationibus murmuras & dicis, Ecce pereunt omnia christianis temporibus.Quid strepis?Non hoc promisit mihi deus, quod ista non peribunt,Non hoc mihi promisit Christus.Aeterna promisit æternus, si credidero, ex mortali fiam æternus. Quid strepis?O munde immunde,quid strepis ? Quid auerte re conaris? Tenere vis periens,quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris?Ego si habeo spem,si teneo spem, ouum meum non est a scorpione percussum, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in Psal.33.
ore meo.Fœlix sit mundus,euertatur mundus, Benedicam dominum qui fecit mundum. Benedicam prorsus. Secundum carnem bene sit,secundum carnem male sit, Benedicam dominum in omni tempore,semper laus eius in ore meo. Nam si benedico,
26 quando bene est,& blasphemo,quãdo male est,suscepi scorpionis aculeum,compun-
I ctus respexi retro.Quod absit a nobis. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut do- Iob.1.
mino placuit,ita factum est,sit nomen domini benedictum, Manet ciuitas quæ nos carnaliter genuit.Deo gratias.Vtinam & spiritaliter generetur, & nobiscum transeat ad æternitatem.Si manet ciuitas quæ nos carnaliter genuit, manet quæ nos spiritaliter genuit.Aedificans Ierusalem dominus.Nunquid dormitando ædificium suum Psal. 146
perdidit,aut non custodiendo hostes admisit ? Nisi dominus custodierit ciuitatem, Psal. 146.
frustra vigilat qui custodit eam.Et quam ciuitatem?Nõ dormit,nec dormitabit, qui Psal. 120.
custodit Israel. Quid est Israel,nisi semen Abrahę ? Quid est semen Abrahæ, nisi Galat. 3.
Christus?Et semini tuo,inquit,quod est Christus.Et nobis quid?Vos autem Chri- 1.Cor.3.
sti,ergo semen Abrahæ estis,secundum promissionem hæredes. In semine tuo,inquit,benedicentur omnes gentes.Ciuitas sancta, ciuitas fidelis,ciuitas in terra peregrina,in cœlo fundata est.O fidelis,noli corrumpere spẽ , noli amittere charitatẽ, Gene.22.
accingе lumbos tuos,accende, prætende lucernas tuas, expecta dominum quando veniat a nuptiis,Quid expaueſcis,quia pereũt regna terrena: Ideo tibi cœleste promisum est,ne cum terrenis perires.Nam ista peritura prædicta sunt, prędicta omni- Lucę. 13.
no,Non enim negare possumus,quod prędictum est.Dominus tuus quem expectas, Marci. 13.
26 dixit tibi,Exurget gens contra gentem,& regnum aduersus regnum. Habent immu- Luc.1.
K tationes terrena regna.Veniet ille de quo dictũ est,Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiserunt,non veritate ducti sunt,sed adulatione mẽtiti sunt. Vir.li.a.
Poeta illorum quidam induxit Iouem loquentem, & ait de Romanis, His ego nec ene.

Universidad de Deusto
Biblioteca

metas rerum,nec tempora pono. Imperium sine fine dedi. Non plane ita respondet veritas. Regnū hoc,quod sine fine dedisti,in terra est an in cœlo? Vtique in terra. Et si esset in cœlo, Cœlum & terra rransient. Transient quæ fecit ipse deus, quanto citius quod condidit Romulus? Forte si vellemus hinc exagitare Virgilium,& insultare quare hoc dixerit,in parte tolleret nos,& diceret nobis,Et ego scio. Sed quid facerem qui Romanis verba vendebam, nisi hac adulatione aliquid promitterem quod falsum erat? Et tamen in hoc cautus fui,qoando dixi, Imperium sine fine dedi, Iouē ipsorum induxi,qui hoc diceret, Non ex persona mea dixi rem falsam, sed Iouis imposui falsitatis personam Sicut deus falsus erat, ita mendax vates erat. Nam vultis nosse quia ista noueram? Alio loco quando non Iouem lapidem induxi loquentem, sed ex persona mea locutus sum,dixi,Nō res Romanæ perituraq; regna. Videte quia dixi peritura regna. Dixit peritura regna, non tacuit peritura. Peritura veritate non tacuit,semper mansura adulatione promisit. Non ergo deficiamus, fratres,finis erit terrenis omnibus regnis. Nunc si finis est,deus videt. Forte enim nondum est, & infirmitate quadam vel misericordia,vel miseria hoc optamus,vt nondum sit,nunquā tamen ideo non erit? Figite spem in deum, æterna concupiscite, æterna expectate Christiani estis,fratres, Christiani sumus. Non ad delicias Christus in carnem descendit,toleremus potius præsentia quàm diligamus,aduersorum manifesta est pernicies,prosperorum falsa blandities. Time mare,& quando mollicies * est. Omnino non frustra audiamus, Sursum cor. Quid ponimus cor in terra, cum videamus quia euertitur terra? Nos non possumus nisi exhortari vos,vt habeatis quod dicatis,& qđ pro spe vestra respondeatis insultatoribus,& blasphematoribus nominis christiani. Nemo vos murmurando auertat ab expectatione futurorum, Omnes qui propter istas aduersitates blasphemant christum nostrum,cauda scorpionis sunt. Nos ouum nostrum sub alis illius gallinæ ponamus,euangelicę gallinæ, quæ clamat Ierusalem, Ierusalem, illi falsæ & perditæ, quoties volui colligere filios tuos tanquam gallina pullos suos,& noluisti? Non nobis dicatur,quoties volui & noluisti. Illa enim gallina diuina sapientia est,sed assumpsit carnem vt pullis congrueret. Videte gallinam hispidam Plumis,dimisis alis,voce fracta,& quassa,& lassa,& languida congruere paruulis suis. Ouum ergo nostrum,id est,spem nostram sub alis illius gallinæ ponamus Animaduertistis forte,quomodo gallina concidat scorpionem. Vtinam ergo & istos blasphemantes,in terra reptantes, de cauernis prodeuntes, & male pungentes, illa gallina concidat & deuoret in corpus suum traiiciat,& in ouum vertat. Non irascantur,commoti videmur,sed maledicta maledictis non reddimus,Maledicimur,& benedicimus,blasphemati deprecamur,Sed non dicat de Roma,dictum est de meo. Sed taceat de Roma, quasi ego insultor sim, & non potius domini deprecator, & vester qualiscunque exhortator. Absit a me vt insultem. Auertat deus a corde meo,& a dolore conscientiæ meæ. Ibi multos fratres non habuimus? Non adhuc habemus? Portio peregrinantis Ierusalem ciuitatis,non ibi magna degit, non ibi temporalia pertulit,sed æterna non perdidit? Quid ergo dico cum de illa non taceo, nisi quia falsum est,quod dicunt de Christo nostro,q; ipse Romam perdiderit,q; dii lapidei Romam tuebantur & lignei? Adde pretium,ærei: adde plus,argentei & aurei. Idola gentium argentum & aurum. Non dixit lapides, non dixit lignum, non dixit testa, sed quod pro magno habent aurum & argentum. Tamen ipsum aurum & argentum oculos habent & non vident. Deus aureus,& deus ligneus ad pretium dispares sunt,& habere oculos & non videre pares sunt,fratres possunt. Ecce qualibus docti homines Romam custodibus commiserunt: habentibus oculos,& non videntibus. Aut si Romā seruare potuerunt,quare ipsi ante perierunt? Inquiunt, tunc periit Roma. Tamen perierunt? Non,inquiunt,ipsi perierunt,sed simulacra eorum. Quomodo ergo custodirent tecta vestra qui non potuerunt custodire simulacra sua? Alexandria olim tales deos perdidit, Constantinopolis ex quo condita in magnam ciuitatem,quoniā a Christiano imperatore condita est,olim deos ipsos falsos perdidit, & tamen creuit, & crescit,& manet. Quandiu vult deus manet. Non & illi ciuitati quia hoc dicimus, æternitatem promittimus. Carthago in nomine christi manet,& olim euersa est a scelestis,quia non fuit cœlestis,sed terrestris. Et illud quod dicunt non est verum, quia

*alias trā-quillum.

Mat.23.

1.Cor.4.

Psal.113.

diis perditis Roma capta est,afflicta est. Prorsus non est verum, ante simulacra ipsa euersa sunt,& sic victi sunt Gothi cum Rhadagaiso. Mementote fratres,mementote, non est longum,pauci anni sunt,recordamini. Euersis in vrbe Roma omnibus simu lacris,Rhadagaisus rex Gothorum cum ingenti exercitu, multo numerosiore quàm Halarici fuit,venit,Paganus homo erat Rhadagaisus,Ioui sacrificabat quotidie. Nūciabatur vbiq;,q; sacrificiis non desisteret Rhadagaisus. Tunc omnes isti, Ecce nos non sacrificamus ille sacrificat,vinci habemus a sacrificante,quibus non licet sacrificare. Deus ostendens quia non in istis sacrificiis est ipsa temporalis salus,ipsa regna terrena,victus est Rhadagaisus adiuuante domino miro modo. Postea venerunt Gothi non sacrificantes,& si fide christiana non catholici,tamen idolis inimici venerūt, idolis aduersantes,& ipsi ceperunt. Vicerunt de idolis præsumentes, & perdita idola adhuc quærentes,& perditos adhuc sacrificare cupientes, sed ibi erant & nostri,& afflicti sunt,sed nouerant dicere, Benedicam dominum in omni tempore. Afflicti sunt in regno terreno,sed regnum cœlorum non perdiderunt,imo ad illud capessendum exercitatione tribulationum meliores effecti sunt. Etsi in tribulationibus non blasphemauerunt,tanquam integra vasa de fornace exierunt,& dominica benedictione repleti sunt. Isti autem blasphematores,terrena sectantes, terrena desiderantes in terrenis spē ponentes,cum ista velint nolint perdiderint,quid tenebunt? vbi remanebunt? Foris nihil,intus nihil,inanis arca,inanior conscientia, Vbi requies? Vbi salus? Vbi spes? Veniant ergo,desinant blasphemare, discant adorare, scorpii pungentes a gallina comedantur,in corpus traiicientis conuertantur, in terra exerceantur,in cœlo coronentur.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Nunc vos pharisæi quod foris est paropsidis lauatis,& cætera. Sermō XXX.

Luc.xx.

AVdistis sanctum Euangelium, quomodo dominus Iesus in eo quod Pharisæis dicebat,suos vtiq; discipulos commonebat,ne in corporis mundatione putarent esse iustitiam. Omni die enim pharisęi antequam pranderēt ablue bant se aqua quasi quotidiana lauatio possit cordis esse mundatio. Denique quales tales essent ostendit. Ille dicebat qui videbat,non enim tantum facies eorum,sed etiā interiora cernebat. Deniq; vt hoc sciatis,ille pharisęus cui respondit christus, apud semetipsum cogitauit,voce non sonuit,& ille tamen audiuit. Apud se enim reprehendit dominum christum,quia sic venit ad conuiuium eius non lotus. Ille cogitabat,hic audiebat,ideo respondebat. Quid ergo respondit? Nunc vos pharisæi quod foris est paropsidis lauatis intus autem pleni estis dolo & rapina.) O venire ad prandium, quō pepercit homini a quo fuerat inuitatus? Magis obiurgando pepercit, vt correcto iudicio parceret. Deinde quid ostendit nobis? Quia & baptismum quod semel adhibetur,per fidem mundat. Fides autem intus est,non foris. Vnde dicitur & legitur in Actibus Apostolorum,Fide mundans corda eorum. Et Apostolus Petrus in Epistola sua ita loquitur,Sic,inquit,& nobis dedit similitudinem de arca Noe quomodo octo animę saluę factę sunt per aquam. Et adiunxit, Sic & vos simili forma baptismatis saluos faciet,non carnis depositio sordium,sed cōscientiæ bonę interrogatio inter deū. Hanc conscientiæ bonæ interrogationem pharisæi contemnebant,& quod erat foris lauabant,intus inquinatissimi permanebant. Et quid eis ait postea? Verūtamen date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.) Laudata est eleemosyna,facite & probate,sed paulisper attendite quod pharisæis dictum est. Pharisęi isti Iudæi erant, quasi egregij Iudęorum, Nobiliores enim atq; doctiores tunc pharisæi uocabantur, Baptismo christi abluti non erant,in christum filium dei vnigenitum qui inter illos ambulabat,& ab eis non agnoscebatur, nondum crediderant. Quomodo eis dicit, Date eleemosynam,& ecce omnia munda sunt uobis? Si audirent illum pharisæi, & darent eleemosynas, iam secundum verbum eius munda illis essent omnia, quid opus erat vt crederent in eo? Si autem mundari non possent, nisi credentes in eum qui fide mundat cor,quid est,date eleemosynas, & ecce omnia mūda sunt uobis? Attendamus, & forte ipse exponit. Cum hæc dixisset,sine dubio cogitauerunt illi qui dabant eleemosynas. Et quomodo dabant? Omnia sua decimabant,de omnibus fructibus suis decimam partem detrahebant,& ipsam dabant. Non facile hoc facit aliqs

De ci. dei lib.1.

Psal.33.

Acto.15.

1.Pet.3.

In corporis mūdatione nulla est iusti tia.

Luc.11.

Baptisma.

Luc.11.

Eleemosyna.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christianus. Ecce quod faciebant Iudæi, Non triticum suum,sed oleum & vinum neque hoc solum,sed etiam & res contemptibiles propter præceptum dei,cyminum, rutham,mentham,& anethum totum decimabant, id est, decimam partem detrahebant & eleemosynas dabant,Credo ergo quia reuocauerunt ad se,& putauerunt dominum Christum inaniter loqui, quasi eis qui non facerent eleemosynas,cum ipsi scirent opera sua,quod & minutissima,& contemptibilia fructuum suorum decimabant,& eleemosynas dabant,irriserunt illum apud se talia dicentem, quasi hominibus qui eleemosynas non facerent,Hoc dominus sciens,continuo subiunxit, Veruntamen væ vobis scribæ & pharisæi,qui decimatis mentham,& cyminum & rutham, & oē olus, Vt sciatis,noui eleemosynas vestras. Certe istæ sunt eleemosynæ vestræ,istæ sunt decimæ,ēt minuta quæq; & cōtēptibilia fructuū vrorū decimatis. Et relinqtis grauiora legis,iudiciū & charitatē). Attēdite.Reliqstis iudiciū,& charitatē decimatis olera.Nō est hoc facer eleemosynā. Et hęc,inqt,oportet facer,& illa nō omitte). Quę facere? Iudicium & charitatem,iustitiam & misericordiam, & illa non omittere. Facite illa,sed ista præponite. Si hæc ita sunt, quid est quod illis dixit. Facite eleemosynas,& ecce omnia munda sunt vobis? Quid, est facite eleemosynam? Facite misericordiam. Quid est,facite misericordiam? Si intelligis,a te incipe. Quomodo enim es miseritors alteri,si crudelis sis tibi? Date eleemosynam,& omnia munda sunt vobis. Facite veram eleemosynam. Quid est eleemosyna? Misericordia. Audi scripturam, Eccle.30. Miserere animæ tuæ placens deo, Fac eleemosynam,miserere animæ tuæ placēs deo. Mendicat a te anima tua,redi ad conscientiam tuam. Quicunque male viuis,quicūque infideliter viuis,redi ad conscientiam,& ibi inuenis mendicantem animam tuā, inuenis egentem,inuenis pauperem,inuenis ęrumnosam, inuenis forte nec egentē, sed egestate obmutescentem,Nam si mendicat, esurit iustitiam. Quando inueneris animam tuam talem,intus in corde tuo sunt illa. Fac prius eleemosynam da illi panē. Quem panem? Si Pharisæus interrogaret,diceret illi dominus. Fac eleemosynā cum anima tua Hoc enim illi dixit,sed ille non intellexit,quādo illis enarrauit eleemosynas quas faciebant,& putabant latere christum, & ait illis,Noui quid facitis,decimatis mentham & anethum,cyminum & rutham. Sed ego alias eleemosynas loquor,Contemnitis iudicium & charitatem. In iudicio & charitate fac eleemosynā Mat.22. cum anima tua. Quid est iudicium? Respice & inueni, displice tibi, pronuncia in te. Et quid est charitas? Dilige in dominum in toto corde tuo,& tota anima tua,& tota mente tua, Dilige proximum tanquam teipsum, & feciſti misericordiam prius cum anima tua, in conscientia tua. Hanc autem eleemosynam si prætermittis,de quanto uis dona,quantum uis retrahe de fructibus tuis, non decimas sed dimidias: nouem partes da,& vnam tibi dimitte: nihil facis,quando tecum non facis,& tecum pauper es. Anima tua uescatur,ne fame pereat. Da illi panem. Quem panem, inquit? Ipse tecum loquitur. Tu si audires,& intelligeres, & crederes dominum,ipse tibi diceret, Ego sum panis uiuus, qui descendi de cœlo. Nonne istum panem primum dares animæ tuæ,& facere cum illa eleemosynam? Si ergo credis, facere debes,ut prius pascas animam tuam. Crede in christum, & mundabuntur quę intus sunt,& quæ foris sunt munda erunt. Conuersi ad dominum deum patrem omnipotentem puro corde,& quantum potest paruitas nostra, maximas atque ueras † gratias agamus,precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur,inimicum quoque a nostris actibus & cogitationibus sua uirtute expellat,nobis multiplicet fidem, mentem gubernet,spiritales cogitationes concedat,& ad beatitudinem suam perducat,per Iesum christum filium suum.

Loan.6.

*alias, uberes.

De arbore siculnea,quæ per triennium fructum non afferebat: & de muliere, quæ decem & octo annos habebat in infirmitate, In Euangelio secundum eundem. Sermo XXXI.

Luc.13.

Ficulnea genus humanum.

DE arbore siculnea,quę triennium habebat, & fructum non afferebat, & de muliere quæ decem & octo annos habebat in infirmitate, quod dominus dignauerit audite. Arbor siculnea genus humanum est. Triennium autē tria sunt

sunt tempora,vnum ante legem,alterum sub lege,tertium sub gratia. Non est autem importunum, vt arbor siculnea intelligatur genus humanum. Primus enim homo quando peccauit, foliis siculneis pudenda velauit. Hæc velauit, vnde nati sumus,membra. Quæ enim ante peccatum fuerant glorianda, post peccatum pudenda sunt facta. Deniq; ante nudi erant,& nō confundebantur. Non enim erat vnde erubescerent, quando peccatum non præcesserat, nec poterant de sui creatoris operibus erubescere, qui operibus sui creatoris bonis nullum adhuc malum opus suum miscuerant,Nondum enim manducauerant de ligno scientiæ boni & mali,vnde manducare prohibiti erant. Postea ergo quam manducauerunt & peccauerunt,natum est de illis genus humanum,id est,homo de homine,obnoxius de debitore,mortalis de mortali,peccator de peccatore. Hos ergo appellat in hac arbore,qui per omne tempus fructum dare noluerunt, & propter hoc imminebat securis radicibus arboris infructuosę. Intercedit colonus,differtur supplicium, ut adhibeatur auxilium. Qui autem intercedit colonus,est omnis sanctus,qui intra ecclesiam orat pro eis qui sunt extra ecclesiam. Et quid orat? Domine dimitte illam & hoc anno i. tempore isto sub gratia,parce peccatoribus,parce infidelibus, parce sterilibus,parce infructuosis. Circūfodio eam,& adhibeo cophinum stercoris. Si fecerit fructum, bene,sin autem minus,venies & amputabis eam. Venies,quando? In iudicio venies, quando venturus es iudicare viuos & mortuos, Interim modo parcitur. Quid est autem fossa,quid est circūfodere,nisi humilitatem, pœnitentiam & patientiam docere? Fossa enim humilis terra est. Cophinum stercoris,in bono intellige,Sordes sunt,sed fructum dant. Sordes cultoris,dolor est peccatoris. Qui agunt pœnitentiam, in sordibus agunt,si tamen intelligant,& veraciter agunt. Huic ergo arbori dicitur, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cœlorum; Quid illa mulier decem & octo annos habens in infirmitate? Sex diebus deus perfecit opera sua. Ter seni,decem & octo faciunt. Quod ergo significauit triennium in arbore,hoc decem & octo anni in illa muliere. Curua erat,& sursum aspicere non poterat,quia sursum cor, sine causa audiebat. Sed erexit eam dominus. Est ergo spes,sed filius, Quousque veniat dies iudicii, multum sibi dat homo. Et quid est homo? Iustus homo, magnum aliquid est homo, sed tamen iustus homo. Gratia dei iustus est homo. Nam quid est homo,nisi cp memor es eius? Vis videre quid est homo? Omnis homo mendax. Cantauimus,Exurge domine,non præualeat homo. Quid est,non præualeat homo? Nonne Apostoli erant homines? Nonne martyres homines erāt? Ipse dominus Iesus deus esse non desistēs, homo esse dignatus est. Quid est ergo? Exurge domine,non præualeat homo? Si ois homo mendax,exurge veritas,non præualeat falsitas. Homo ergo,si vult esse aliquid boni,non sit de suo proprio. Si enim de suo esse voluerit,mendax erit. Si verax eē voluerit,de dei,non de suo erit. Exurge ergo domine,non pręualeat homo. Tantum valuit mendacium ante diluuium,vt post diluuium octo remansissent homines. Per ipsos terra rursus impleta est hominibus mendacibus, & electus est populus dei, Facta sunt miracula multa,prærogata diuina beneficia, Ad terram promissionis perductus est,ab Aegyptiorum seruitute liberatus, Prophetę in illo excitati sunt, Templum accepit,sacerdotium accepit vnctionem accepit,legem accepit, Sed de ipso postea dictū est,Filii alieni mentiti sunt mihi. Ad extremum missus est ille per prophetas ante promissus, Non pręualeat homo, vel quia deus factus est homo, sed etiam ipse faciens diuina contemptus est, prestans tam multa beneficia prensus est, flagellatus est, suspēsus est. Hucusque prævaluit homo dei filium prendere, dei filium flagellare, dei filiū spinis coronare, dei filium ligno suspendere. Tantum prævaluit homo. Sed quousq;, nisi quousque de ligno depositus, positus est in sepulcro? Si ibi remansisset, uere homo prævaluisset. Sed propheta iste etiam ipsum dominum Iesum alloquitur, dicens, Exurge domine,non prævaleat homo. Domine in carne venire dignatus, verbum caro factus, verbum super nos, caro inter nos, verbum caro inter deum & hominem, virginem: vnde nascereris secundum carnem elegisti, virginem concipiendus inueni sti, natus virginem reliquisti, sed non agnoscebaris. Apparebas & latebas. Apparebat infirmitas, latebat potestas. Hoc totum factum est, ut sanguinem funderes, quod est pretium nostrum, Fecisti miracula tanta ualetudinibus ægrotorum sanitatem tri-

Gene.3.

Colonus.

Mat.3.
Luc.13.
Mulier habens decē & octo annos in infirmitate.

Psal.3.
Psal.115.
Psal.9.

1.Petr.3.

Psal.17.

Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

buisti, beneficia multa præstitisti, & recepisti mala pro bonis. Insultatum est tibi, pependisti in ligno, agitatum est ante te caput ab impijs, & dictum est, Si filius dei es, descende de cruce. Itane tu perdideras potentiam, an potius demonstrabas patientiam? Et tamen illi insultauerunt, & tamen illi riserunt, tamen illi te occiso quasi victores discesserunt. Ecce in sepulcro iacet, Exurge domine non prevaleat homo. Non prævaleat impius inimicus, non prævaleat cæcus Iudæus. Cum enim crucifigeretis, prævaluisse sibi visus est Iudæus cæcus. Exurge domine, non prevaleat homo. Factum est, omnino factum est, Et quid restat, nisi vt iudicentur gentes in conspectu tuo? Resurrexit enim sicut nostis ascendit in cœlum, inde venturus est iudicare viuos & mortuos, Eia arbor infructuosa, non derideas quia parcitur tibi, dilata est securis, noli esse secura, veniet, & imputaberis. Crede quia vēturus est, ista omnia quæ vides non erant, Christianus populus toto orbe terrarum aliquādo non erat. In prophetia legebatur, in terra non videbatur, modo autem & legitur & videtur. Ipsa Ecclesia sic est completa. Non ei dictum est, Vide filia & audi: sed, audi & vide. Audi prædicta, vide completa. Quomodo ergo, fratres, charissimi, non erat Christus natus de virgine, promissus est, & natus est, Non fecerat miracula, promissa sunt & fecit, Nondum erat passus, promissum est & factum est, Non resurrexerat, prædictum est & impletum est, Nomen eius per totum mundum non erat, prædictum est & impletū est, idola deleta & fracta non erant, prædictum est & impletum est, Hæretici impugnantes ecclesiam non erant, prædictum est & impletum est: Sic & dies iudicij nondū est, sed quia prædictus est, implebitur. An fieri potest vt quia tantis verax apparuit, de die iudicij mendax sit? Promissorum suorum nobis chirographum fecit. Non debendo, sed promittendo debitorem se deus fecit, id est, non mutuo accipiendo. Non possumus ergo ei dicere, Redde quod accepisti, Quoniam quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Non possumus dicere, Redde quod accepisti, sed planè dicimus, Redde quod promisisti. Inde namque est quod audemus dicere quotidie, Adueniat regnum tuū: vt adueniente regno eius, & nos cum illo regnemus. Quod nobis in his verbis promissum est, Tunc dicam illis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Sed plano, si fecerimus quod ibi sequitur, Esurij enim & dedistis mihi manducare, &c. Promisit patribus nostris, sed cautionem fecit quam legeremus & nos. Si faciat nobiscum fattonem qui dignatus est facere cautionem, & cōputate debita mea, hoc est, debita promissionum mearum, & computate quæ reddidi, computate etiam quæ debeo, ecce ij multa reddidi, modicum est quod debeo; pro modico quod restat, infidelem me promissorem esse putabitis? quid respondemus contra manifestissimam veritatem? Ergo qui sterilis est agat pœnitentiam, & faciat fructum dignum pœnitentiæ. Qui curuus est, vt terram intueatur, terrena solicitate lętatur, illam solam putat esse quam beatam vbi beatus esse possit, aliam non credit. Quicunque tam curuus est erigatur, iv per seipsum non potest, in nocentem dominum. Nunquid enim & mulier illa per seipsam erecta est? Væ illi esset, si manum ille non porrexisset.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Domine si pauci sunt qui saluantur? Et quomodo per angustam portam pauci intrant.

Sermo XXXII.

TRia fata farinæ de quibus dominus loquebatur, genus humanum est. Recolite diluuium, vnde ceteri reparārentur, tres remanserunt. Tres filios habebat Noe; de ipsis reparatum est genus humanum. Mulier illa sancta quæ abscondit fermentum, sapientia est, Ecce clamat orbis totus in ecclesia dei. Ego cognoui quia magnus est dominus. Certe pauci sunt qui saluantur. Recolitis quæstionem ex Euangelio nobis modo propositam? Domine, dictum est, si pauci sunt qui saluantur? Dominus ad hoc quid? Non ait, Non pauci, sed multi sunt qui saluantur. Non hoc dixit. Sed quid dixit? Cum audisset, si pauci sunt qui saluantur: Contendite, an quia intrare per angustam portam.) Quando audis ergo, Pauci sunt qui saluantur, confirmauit dominus quod audiuit, & inquiens, Per angustam portam pauci intrāt: alio loco ipse hoc ait, Arcta via est & angusta quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ingrediuntur per illam. Lata autem & spatiosa est via quę ducit ad interitum, & multi sunt qui ambulant per eam. Quid gaudemus ad multitudines? Audite me pauci. Scio quia

multi auditis & pauci obauditis. Aream video, & granā quæro. Et vix videntur granā qn̄ area triturātur, sed venturum est vt ventiletur. Pauci ergo qui saluantur in cōparatione multorum perituorum. Nam ipsi pauci magnam massam facturi sunt, cū venerit ventilator ferens ventilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumēta recondet in horreo, paleam aūt comburet igni inextinguibili. Non subsannet palea granū, hoc verū loquitur, neminem fallit. Estote ergo inter multos multi, sed in comparatione quorūdam multorū pauci. Tāta massa, pcessura est de hac area, vt impleat horreum cœli. Non enim contrarius sibi esset dn̄s Iesus, qui dixit, Pauci sunt qui intrant p̄ angustam portam, multi p̄ latam viam pereunt: Contrarius sibi esset qui alio loco dixit, Multi ab Oriente & Occidente venient. Multi certe & pauci, & pauci & multi. Alij ergo pauci, alij multi? Nō. Sed ipsi pauci qui multi, Pauci in comparatione multorum perditorum, multi in societate angelorū. Audite charissimi, Apocalypsis hoc scriptum hēt, Post hæc vidi ex omni lingua & gente & tribu venientes cum stolis albis & palmis multitudinem quā nemo dinumerare pōt. Hæc est massa sanctorū, Quā to clariore voce dictura est area ventilata, a turba impiorum & malorum falsorum☩ christianorum segregata, ad ignes æternos seperatis his qui premunt non tangunt: Mulier. n. quędam fimbriam tangebat, turba Christū premebat. Segregatis ergo omnibus damnandis, massa purgata stans ad dexteram, nullū sibi misceri timens malorum, nullum timens perdere bonorum, regnatura cū Christo, quanta fiducia dictura est, Ego cognoui quia magnus est dn̄s? Si ergo, fratres mei, granis loquor, si agnoscunt qd̄ dico p̄destinati in vitam æternam, operibus loquantur non vocibus. Cogimur loqui vobis qd̄ non debuimus. Inuenire. n. in vobis debuimus qd̄ laudaremus, non quærere qd̄ admoneremus. Ecce tamen breuiter dico, non immoror, Agnoscite hospitalitatem, per quam peruentum est ad dn̄m: Suscipite hospitem, cujus & tu es comes in via, quia omnes peregrini sumus. Ipse est Christianus, qui & in domo sua, & in patria sua peregrinū se esse cognoscit, Patria nostra sursum est, ibi hospites non erimus. Nā vnusquisq; hic & in domo sua hospes est. Si nō est hospes, non inde transeat. Si transiturus est, hospes est. Non se fallat, hospes est, Velit nolit, hospes est: sed limittit illam domum filijs suis, hospes hospitibus. Quare? Et in stabulo si esses, non alio veniēte discederes? Hoc facis & in domo tua. Cessit tibi locū pater tuus, cessurus es locum filijs tuis, Nec mansurus manes, nec māsuris relinquis. Si omnes trāsimus, aliquid quod transire non potest operemur, vt cum transierimus & illò venerimus, vnde non transeamus, opera nostra bona ibi inueniamus. Custos est Christus. Quid times ne perdas quod erogas? Conuersi ad dominum &c. Et post sermonem quod nouit charitas vestra suggerimus, Dies anniuersarius ordinationis domini senis Aurelij crastinus illucescit, rogat & admonet per humilitatem meam charitatem vestram, vt ad basilicam Fausti deuotissime venire dignemini.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Homo quidam fecit cœnam magnam, &c.

Sermo XXXIII.

LEctiones sanctæ propositæ sunt, & quas audiamus, & de quibus aliquid sermonis adiuuante domino proferamus. In lectione apostolica gratiæ aguntur deo de fide gentium, utique ideo quia ipse fecit: In Psalmo diximus, Deus virtutum conuerte nos, & ostende faciem tuam & salui erimus. In Euangelio ad cœnam vocati sumus, imo alij vocati, nos non vocati sed ducti: Nonsolum ducti, sed etiam coacti. Sic. n. audiuimus, quia Homo quidam fecit cœnam magnam.) Quis est iste homo, nisi mediator dei & hominum, homo Christus Iesus? Misit vt venirent inuitati, quia hora iam erat vt venirent.) Qui sunt inuitati, nisi per præmissos vocati prophetas? Quia olim ex quo mittuntur prophetæ & inuitant ad cœnam Christi? Mittuntur ergo ad populū Israel. Sæpe missi sunt, sæpe vocauerunt vt ad horam cœnę venirent. Illi aūt inuitantes acceperunt, cœnam repudiauerunt. Quid est inuitantes acceperunt, cœnam repudiauerunt? Prophetas legerunt, & Christum occiderunt. Sed quando occiderunt, tunc nobis cœnam nescientes præparauerunt, Parata iam cœna immolato Christo, post resurrectionem Christi cōmendata quā sciunt fideles cœna dn̄i, eiusq; manibus & ore firmata, missi sunt Apostoli ad quos missi antè fuerant prophetæ: Venite ad cœnam. Excusauerūt q̄ venire noluerunt. Quo? Tres fuerunt excusationes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Villa.

Vnus dixit, Villam emi, eo videre illam, habe me excusatum. Alius dixit, Iuga boum emi quinque, ea volo probare, habe me excusatum. Tertius dixit, vxorem duxi, habe me excusatum non possum venire.) Putamus non iste sunt excusationes quæ impediunt omnes homines, qui ad istam cœnam venire detrectant? Quæramus eas, discutiamus, inueniamus, sed vt caueamus. In villa empta dominatio notatur, ergo superbia castigatur: Habere enim villam, tenere, possidere, homines sibi in illa subdere & dominari delectat, Vitium malum, vitium primum. Primus enim homo dominari voluit, qui dominum habere noluit. Quid est dominari, nisi propria potestate gaudere? Est maior potestas, illi subdamur vt tuti esse valeamus. Villam emi, habe me excusatum. Inuenta superbia, venire noluit: alius dixit, Quinque iuga boum emi: Nonne sufficeret boues emi? Aliquid proculdubio est quod nos ad quærendum & intelligendum obscuritate sui prouocat. Et quia clausum est, vt pulsemus hortatur. Quinque iuga boum, sensus huius carnis quinque numerantur. Sensus carnis huius quod omnibus notum est, & qui forte non aduertunt, commonitr sine dubio recognoscunt. Sensus ergo carnis huius quinque inueniuntur, In oculis visus est, auditus in auribus, odoratus in naribus, gustus in faucibus, tactus in omnibus membris. Alba & nigra & quoquomodo colorata, lucida & obscura sentimus videndo. Rauca & canora, audiendo sentimus. Suaue olentia & graueolentia, odorando sentimus. Dulcia & amara gustando sentimus. Dura & mollia, lenia & aspera, calida & frigida, grauia & leuia, tangendo sentimus. Quinque sunt & iuga sunt, Sed quia iuga sunt, in tribus prioribus sensibus facilius apparet. Duo sunt oculi, duæ sunt aures, geminæ nares. Ecce tria iuga. In faucibus, id est, sensu gustandi, geminatio quædam inuenitur, quia nihil gustando sapit nisi lingua & palato tangatur. Voluptas carnis quæ ad tactum pertinet in occultis geminatur. Est enim & forinsecus & intrinsecus, ergo & ipsa gemina est. Quare boum dicuntur iuga? Quia per sensus istos carnis terrena requiruntur. Boues enim terram versant. Sunt autem homines remoti a fide, terrenis dediti, carnalibus occupati, nolunt credere aliquid nisi ad quod sui corporis sensus quinq; partito peruenium. In eis quinque sensibus totius voluntatis sibi regulas ponũt, Non inquit, credo ego, nisi quod video. Ecce quod noui, ecce quod scio. Album est, nigrum est, rotundum est, quadratum est, sic vel sic coloratum est, noui, sentio, teneo, natura ipsa me docet. Non cogor credere, quod mihi non potes ostendere. Vox est, sentio, quia vox est. Bene cantat, male cantat, suauis est, rauca est, noui scio peruenit ad me. Bene olet, male olet, scio, sentio. Hoc dulce est, hoc amarum, hoc salsum, hoc insulsum: Quid mihi plus dicas nescio. Tangendo noui quod durum est, quid molle sit, quid lene sit, quid asperum sit, quid caleat, quid frigeat: Quid mihi plus monstraturus es? Tali impedimẽto tenebatur Apostolus noster Thomas, qui de domino Christo, id est, de Christi resurrectione nec solis oculis credere uoluit, Nisi misero, inquit, digitos meos in clauorum & vulnerum loca, & nisi manum meam in latus eius misero, non credam. Et dominus qui posfit sine vllo signo vulneris resurgere seruauit cicatrices, quę a dubitante tangerentur & cordis vulnera sanarentur: Et tamen vocaturus ad cœnam contra excusationem quinq; iugorum boũ, Beati, inquit, qui non vident & credunt. Nos, fratres mei, ad cœnam vocati, ab istis quinque iugis non simus impediti. Non enim carnis faciem domini videre in hoc tẽpore concupiuimus, aut vocem ex ore carnis illius ꝓcedentem auribus admittere desiderauimus, nullum in illo temporalem odorem quæsiuimus. Perfudit.n. eum quædam mulier prætiosissimo vnguento, domus illa odore impleta est, sed nos ibi non fuimus, & non olfecimus & credimus. Cœnã manibus suis consecratã discipulis dedit, sed nos in illo conuiuio nõ discubuimus, & tamẽ ipsam cœnam fide quotidie mãducamus. Nec magnũ putetis in illa cœna quã suis manibus dedit sine fide interfuisse, melior extitit fides postea q̃ tunc perfidia. Non ibi fuit Paulus qui credidit, ibi fuit Iudas q̃ tradidit. Quãmulti & modo in ipsa cœna quãuis illã tũc mẽsam nõ viderint, nec panẽ quẽ dñs gestauit in manibus oculis suis nõ aspexerint vel faucibus gustauerint, tñ qa ipsa nũc ꝓparatur, quã multi etiã nũc in ipsa cœna iudicium sibi manducant & bibunt? Vnde autem tanquam occasio nata est domino, vt de ista cœna loqueretur, dixerat vnus de discumbentibus, in cõuiuio enim erat quo fuerat inuita-

Domina-ti.

Quinque iuga boũ.

Ioan. 20.

Ioan. 12.

1. Cor. 11.

tus, Beati qui manducant in regno dei panem: quasi in longinqua ista suspirabat, & ipse panis ante illum discumbebat. Quis est panis de regno dei, nisi qui dicit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi? Nolite parare fauces sed cor. Inde commendata est ista cœna, Ecce credimus in Christum, cum fide accipimus. In accipiendo nouimus quod cogitemus. Modicum accipimus, & in corde saginamur, Non ergo quod videtur, sed quod creditur pascit, non ergo etiam sensum illum externum quæ liuimus nec diximus, Crediderint qui dominum ipsum resurgentem si verum est quod dicitur, viderunt oculis, manibus palpauerunt, nos non tangimus, quare credimus? Si talia cogitaremus, quinque illis iugis bonum ad cœnam impediremur. Vt noueritis, fratres, istorum quinque sensuum non delectationem quæ permulcet & ingerit voluptatem, sed curiositatem quandam notatam fuisse: Non ait, Quinque iuga boum emi, eo pascere illa: sed, eo probare illa. Qui vult probare per iuga boum non vult dubitare, quomodo sanctus Thomas per iuga noluit dubitare. Videam, tangã, digitos mittam, Ecce, inquit, Digitos tuos mitte per latus meum, & noli esse incredulus. Occisus sum propter te, per locum quem vis tangere, sanguinem fudi vt redimerem te, & adhuc dubitas de me nisi tetigeris me? Ecce & hoc præsto, ecce & hoc exhibeo, Tange & crede, inueni locum vulneris, sana vulnus dubitationis. Tertius dixit, Vxorem duxi. Ista voluptas carnis quæ multos impedit, vtinam foris & non intus. Sunt homines qui dicunt, Non est homini bene, nisi cui assunt carnis delitiæ: ipsi sunt quos notat Apostolus, dicentes, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Quis inde huc surrexit? Quis nobis quod ibi agitur dixit? Hoc nobiscum tollimus quod in hoc tempore bene est nobis. Qui hoc dixit, vxorem duxit, carnem amplexatur, carnis voluptatibus iocundatur, a cœna excusatur, obseruet ne fame interiore moriatur: attendite sanctum Ioannem Apostolum & Euangelistam, Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. O qui ad cœnam domini venitis, nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt: non dixit, Nolite habere, sed, nolite diligere. Habuisti, possedisti, dilexisti. Amor rerum terrenarum, viscum est spiritalium pennarum. Ecce concupisti, hæsisti, Quis dabit tibi pennas, vt columbæ? Quando volabis, vbi vere requiescas, quando hic vbi male hæsisti, peruerse requiescere voluisti? Nolite diligere mundum, tuba diuina est. Continuo huius tubæ verbis, orbi terrarum & vniuerso dicitur mundo, Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mũdo sunt. Quisquis dilexerit mundum: non est charitas patris in illo. Quoniam omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis sunt, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Ab vno cœpit quo Euangelium terminauit. Inde ille cœpit vbi Euangelĩ terminum posuit. Concupiscentia carnis, vxorem duxi. Concupiscentia oculorum, quinque iuga boum emi. Ambitio seculi, villam emi. Ideo autẽ a parte seculi per †sos oculos commemorati sunt isti sensus, quia oculorũ est in quinque sensibus principatus. Propterea cum proprie ad oculos pertineat visus, ipsum videre per omnes quinque sensus solemus appellare. Quomodo? Primo quod ad ipsos oculos pertinet dicis, vide quãm candidum est, intende & vide quãm candidũ est, hoc ad oculos pertinet. Audi & vide q̃ canorum est. Nunquid conuersim potes dicere, Audi & vide q̃ candidum est? Hoc quod dicitur, vide, per omnes sensus currit. [ceterorum autẽ sensuum proprietas non per se recurrit.] Intende & vide quàm canorũ est: odora & vide quàm suaue est, Gusta & vide quàm dulce est. Tange & vide quàm molle est. Vtique quoniam sunt sensus, sic potius diceremus, Audi & senti quàm canorum est. Odora & senti q̃ suaue est. Gusta & senti quàm dulce est. Tange & senti quam calidum est. Palpa & senti quàm lene est. Palpa & senti quàm molle est. Nihil horum. Nam ipse dominus post resurrectionem cum apparuit discipulis suis, cunq; cernentes adhuc titubarent in fide putantes se spiritum videre, Quid, inquit, dubitatis, & quare cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos. Et parum est videre, tangite & palpate, inquit, Intendite & videte, palpate & videte, in solis oculis videte in omnibus sensibus videte. Quia interiorem sensum fidei quærebat, exterioribus corporis sensibus adiacebat. Nos nihil ab istis exterioribus sensibus in domino carpsimus, auditu audiuimus, corde credidimus, & ipsum auditum non ab illius ore, sed ab ore prędicatorum eius, ab ore illorum qui iam cœnabant & nos ructãdo

Luc. 14.
Ioan. 6.
Ioan. 20.
Vxor, voluptas carnis
2. Cor. 15.
1. Ioan. 2.
Psal. 54.
Ioan. 2
†alias a parte totũ per &c.
Luc. 24.

inuitabant. Tollamus ergo de medio excusationes vanas & malas, & veniamus ad cœnam qua intrinsecus saginemur. Non nos impediat extollentia superbiæ, non nos extollat, vel non nos terreat curiositas illicita & auertat a deo. Non nos impediat voluptas carnis a voluptate cordis. Veniamus & saginemur. Et qui venerunt nisi mendici, debiles, claudi & cæci? Illi autem non venerunt diuites, sani, quasi, bene ambulãtes & acute cernentes, multum de se præsumentes, & ideo desperatiores quanto superbiores. Veniant mendici, quia ille inuitat qui propter nos pauper factus est cum diues esset, vt illius paupertate mendici ditaremur. Veniant debiles, quia nõ est opus sanis medico, sed male habentibus. Veniant claudi qui ei dicant, Compone gressus meos in semitis tuis. Veniant cæci qui dicant, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte. Tales venerunt ad horã. Illis prius inuitatis, sua excusatione reprobatis, venerunt ad horam, intrauerunt de plateis & vicis ciuitatis. Et respondit seruus) qui missus erat, Domine factum est quod iussisti, & adhuc locus est. Exi, inqt, in vias & sepes, & quos inueneris coge intrare.) Quos inueneris vt dignentur noſi expectare, coge intrare. Magnã cœnã magnã domũ paraui, non ibi patior locũ vacare. Venerunt de plateis & de vicis gentes, vniant de sepibus hæretici, hic inueniunt pacem Nam qui construunt sepes, diuisiones quærunt. Trahantur a sepibus, euellãtur a spinis. In sepibus hæserunt, cogi nolunt. Voluntate, inquit, nostra intremus. Nõ hoc dns iperauit? Coge, inqt, intrare. Foris iuentatur necessitas, nascitur int⁹ volũtas.

1. Cor. 8.
Matt. 9.
Psal. 16.
Psal. 12.
Lucæ. 14.
De correc. Donatista. cap. 16.
Lucæ. 15.

29 E
29 F

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Homo quidam habuit duos filios, &c. Sermo XXXIIII.

Luc. 15.

IN lectione Euangelica quam audiuimus, de homine dictum est qui habuit duos filos. Denique filius minor qui voluit in suam potestatem habere substantiam quæ illi apud patrem optime seruabatur, factus suæ potestatis, profectus est in regionem longinquam. Hæsit principi malo, & porcos pauit: fame correptus est, qui saturitate superbus abscesserat. Ergo quisquis ita vult similis esse deo, ut ad illũ stet, fortitudinemq; suam, sicut scriptum est, ad illum custodiat, non ab illo recedat ei cohærendo, signetur tanquam ex annulo cera affixus, habeat imaginem eius, faciens quod dictum est, Mihi autem adhærere deh bonum est, vt custodiat similitudinem & imaginem ad quam factus est. Porro autem si peruerse vult imitari deum, ut quomodo deus non habet alium a quo formetur, non habet a quo regatur, sic ipse velit sua potestate vti, vt quomodo deus nullo formenta, nullo regente viuat: quid restat, fratres, nisi vt recedens ab eius calore torpescat, recedens a veritate vanescat, recedens ab eo quod summe atque incommutabiliter est: in deterius mutatus deficiat? Hoc diabolus fecit. Imitari deum voluit: sed peruerse, non esse sub illius potestate, sed habere contra illum potestatem. Homo autem positus sub præcepto audiuit a domino deo, Noli, inquit, tangere hanc arborem. Quid est enim illa arbor? Si bona est, quare non tango? Si mala est, quid facit in paradiso? Prorsus ideo est in paradiso, quia bona est, sed nolo eam tangas. Quare non tango? Quia obedientem te volo, non contradicentem. Serue audi, adhuc serue, sed noli male serue. Serue audi prius domini iussum, & tunc iubentis pisce consilium. Bona est arbor, nolo tangas. Quare? Quia dominus sum & tu seruus. Hæc tota causa est. Si parua est, dedignaris esse seruus? Quid autem tibi expedit, nisi esse sub domino? Quomodo eris sub domino, nisi fueris sub præcepto? Porro si expedit tibi esse sub domino & sub præcepto, quid tibi iussurus erat dominus deus? Aliquid enim quærit abs te. Offer mihi sacrificium, dicturus est tibi: nonne ipse fecit omnia, in quibus te fecit? Obsequere mihi dicturus est tibi, siue ad lectum cum requiesco, siue ad mensam cum reficio, siue ad balneũ cũ lauo? Quia ergo nihil abs te indiget deus, nihil ergo tibi debuit iubere? Si autem debuit aliquid iubere, vt te, quod tibi expedit, sentires esse sub domino, necesse ab aliquo prohibendus eras, non propter illius arboris malitiam, sed propter tuam obedientiam. Non potuit deus perfectius demonstrare, quantum bonum sit obedientia, nisi cum prohibuisset ab ea re quæ non erat mala. In qua obedientia tenet palmã, sola ibi inobedientia inuenit pœnam. Bonum est, sed nolo tangas. Non enim non tangendo moriturus eras: Nunquid qui hinc prohibuit alia subtraxit? Nonne est paradisus fructuosus, plenus arboribus? Quid tibi deest? Hoc nolo tangas, hinc nolo gu-

Psal. 58.
Psal. 72.
Gene. 1.
Esaiæ. 14
Gene. 1.

29 G
29 H

stes. Bonum est, sed obedientia melior est. Proinde cum tetigeris, nunquid arbor illa malum erit vt moriaris? Sed inobedientia te subiecit morti, quia prohibita tetigisti.

29 I Ideo arbor illa appellata est scientiæ dignoscendi boni & mali, non quia inde talia quasi poma pendebant, sed quicquid esset arbor illa cuiuslibet pomi, cuiuslibet fructus esset, ideo sic vocata est, quia homo qui nollet bonũ a malo discernere per præceptum, discretus erat per experimentum, vt tangendo vetitum inueniret supplicĩ. Quare autem tetigit, fratres mei? Quid deerat illi? Dicatur mihi quid deerat illi in paradiso constituto, in media opulentia mediisq; deliciis, cui magnæ deliciæ erãt visi tatio dei, cuius faciem quasi inimici timuit post peccatum? Quid illi deerat vt tangeret, nisi quia sua potestate vti voluit: præceptum rumpere delectauit, vt nullo sibi dominante fieret sicut deus, quia deo vtique nullus dominatur? Male elatus, male præsumens, futurus mortuus recedendo a uia iustitiæ, ecce soluit præceptum. Excussit a ceruice iugum, & disciplinæ habenas non vescendi libidine, sed exultandi animositate dirupit. Vbi est nunc? Certe captiuus clamat, Domine quis similis tibi? Volui eẽ peruerse similis tibi, & factus sum similis pecori. Sub tua dominatione, sub tuo præcepto vere similis erat. Sed homo in honore positus, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. Iam de similitudine iumentorũ clamat sero, & dicit, Domine quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes

2. sen. d. 17 ca. lignum
Psal. 48.
Psal 70.

29 K multas & malas. Merito superbe serue: Voluisti enim superbe eẽ similis domino tuo, qui factus eras ad imaginem domini tui. Bene tibi velles vt esset, recedenti ab illo honore. Prorsus dicit tibi deus, Si recedis a me & bene est tibi: ego non sum bonũ tuũ. Proinde si ille bonus, & nullo alieno bono bonus, & nostrum summum bonum, ipse recedendo inde, quid eris nisi malus? Item si ipse est beatitudo nostra, quid erit recedenti nisi miseria? Redi ergo post miseriam & dic, Domine quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, sed disciplinæ fuit admonitio nõ desertio. Denique gratias agens quid dicit? Et conuersus viuificasti me, & de abisis terræ iterum reduxisti me. Quando enim antea? Quid est hoc iterum? Cecidisti ab altitudine o homo mancipium inobediens, superbe aduersus dominum cecidisti: Factum est in te, Omnis qui se exaltat humiliabitur: ? [fiet in te, Omnis qui se humiliat exaltabitur.]Redi de profundo. Redeo, inquit, Redeo agnosco. Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abysis terr̃e iterum reduxisti me. Intelligo audio. Reduxit te enim de abysis terræ. Reduxisti enim de abysis terræ. Reduxisti enim a ꝓfunditate & submersione peccati. Sed quare iterum, quando iam factum erat? Sequamur ne forte posteriora Psalmi ipsius exponant nobis quod hic non intelligimus, quid dixerit, iterum.

Luc. 15.
Psal. 70.

29 L Ergo audiamus, Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus viuificasti me, & de abysis terræ iterum reduxisti me. Quid deinde? Multiplicasti iustitiam tuam, & conuersus consolatus es me, & de abysis terræ iterum reduxisti me. Ecce alterum, iterum, Si hoc iterum soluere laboramus semel positum, quis soluere poterit geminatum? Iam ipsum, iterum, geminatio est: & rursus positum, est iterum. Adsit ille a quo gratia. Adsit brachium quod annunciamus omni generationi superuenturæ. Adsit ipse & tanquã claue crucis suæ clausum sacramentũ apiat.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Sermo XXXV.

Luc. 16.

QVod admonemur, admonere debemus Recẽs euãgelica lectio admonuit facer̃ amicos de mãmõna iniqtatis, ut eos qui faciũt recipiãt & ipsi in ꝑterna tabernacula. Qui sunt qui hẽbũt tabernacula æterna, nisi sci dei? Et q sunt qui a ipsis accipiẽdi sunt in tabernacula æterna, nisi qui eorũ indigẽtiæ seruiũt, & qd eis opꝰ ẽ, hilariter subministrãt? Recordemur ergo in nouissimo iudicio dñm esse dicturũ eis q stabũt ad dexterã eiꝰ: Esuriui & dedistis mihi mãducare, & cætera q nostis. Et cũ illi q̃rẽt qñ ei obseqa ista p̃buissent, respondit, Q̃n vni ex minimis meis fecistis. Isti minimi sunt qui recipiuntur in ꝑterna tabernacula. Hoc dixit dextris qui

Mat. 25.

29 M fecerunt, hoc dixit sinistris, quia facere noluerunt. Sed dextri qui fecerunt quid acceperunt, uel potius quid accepturi sunt? Venite, inquit, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuriui. n. & dedistis mihi mã-

Vbi sup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Minimi q sunt.

Māmon, Māmona.

Cōcor. 14 quæst. 5. ca. Forte.

Vbi supra.

14. q. 5. ca. Qui habetis.

Māmona iniqtatis.

ducare. Quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Minimi ergo q̄ ſunt Chriſti? Hi illi ſunt, qui omnia ſua dimiſerunt & ſecuti ſunt eum, & quicquid habuerunt pauperibus diſtribuerunt, vt deo ſine ſeculari compede expediti ſeruirent, & ab onere mundi liberatos, velut pennatos ſurſum humeros tollerent. Hi ſunt minimi. Quare minimi? Quia humiles, quia non elati, non ſuperbi. Appende minimos iſtos, & graue pōdus inuenies. Sed quid eſt q̄ ait eos eſſe amicos de māmona iniquitatis? Quid eſt māmona iniquitatis? Primum quid eſt māmona? Verbum eſt enim q̄dā Latinum non eſt. Hebræum verbum eſt, cognatum linguæ punicæ. Iſtæ.n. linguæ ſibi ſignificationis quadam vicinitate ſociantur. Q̄dā Punici dicunt māmon, Latine lucrum vocatur. Q̄dā Hebræi dicunt māmona, Latine diuitiæ vocantur. Vt ergo Latine totum dicamus, hoc ait dominus noſter Ieſus Chriſtus, Facite vobis amicos de diuitijs iniquitatis. Hoc quidam male intelligēdo rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant ſe facere quod præceptum eſt. Dicunt.n. rapere res alienas, māmona eſt iniquitatis: erogare inde aliquid maxime egentibus ſanctis, hoc ita eſt facere amicos de māmona iniquitatis. Intellectus iſte corrigendus eſt, imò de tabulis cordis veſtri omnino delendus eſt. Nolo ſic intelligatis. De iuſtis laboribus facite eleemoſynas, ex eo quod recte habetis date. Non enim corrupturi eſtis iudicē Chriſtum, vt non vos audiat cum pauperibus quibus tollitis. Si enim deprædareris aliquē inualidum, tu validior & potentior, & veniret tecum ad iudicem hominem quēlibet in hac terra, habentem iudicandi aliquam poteſtatem: velletq̄ tecum cauſam dicere, ſi tu de præda & ſpoliatione illa inopis dares aliquid iudici, vt pro te iudicaret iudex ille, vel tibi placeret? Nempe pro te iudicauit, & tamen tanta vis eſt iuſtitiæ vt & tibi diſpliceat. Noli tibi talem pingere deum, noli collocare in templo cordis tui tale idolum. Non eſt talis deus tuus, qualis non debes eſſe nec tu. Si tu non ſic iudices, ſed iuſte iudices, etiam ſic melior eſt te deus tuus, non eſt inferior, iuſtior eſt fons iuſtitiæ. Quicquid boni feciſti, inde ſumpſiſti, & quicquid boni eructaſti, inde bibiſti. Laudas vas, quia habet inde aliquid, & vituperas fontem? Noli uelle eleemoſynas facere de fœnore & vſuris. Fidelibus dico, eis quibus corpus Chriſti erogamus dico. Timete, corrigite vos, ne dicam poſtea, tu facis & tu facis. Et puto quia ſi fecero non mihi debetis iraſci, ſed vobis vt corrigamini, ad hoc enim valet quod dictum eſt in Pſalmo, iraſcimini & nolite peccare. Volo vos iraſci, ſed non vt peccetis. Vt tamen non peccetis, quibus habetis iraſci niſi nobis? Quid eſt enim homo pœnitens, niſi homo iratus ſibi? Vt accipiat veniam, de ſe ipſo exigit pœnam, & recte dicit deo, Auerte faciem tuam a peccatis meis, quoniam peccatum meum ego cognoſco. Si tu agnoſcis, & ille ignoſcet, quæ faciebatis nolite facere. Non licet. Sed iam ſi feciſtis & pecunias tales habetis, & inde ſaccellos impleſtis, inde theſaurizabatis. De malo eſt quod habetis, iam nolite malum facere, & facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Nunquid Zacheus de bono habebat? Legite & videte. Maior erat publicanorum. i. cui veſtigalia publica conferebant. Inde habebat diuitias: Multos preſſerat, multis abſtulerat, multa congeſſerat. Intrauit domum eius Chriſtus, & venit ſalus ſuper domum eius: ſic enim ait ipſe dominus, Hodie ſalus huic domui facta eſt. Sed ipſam ſalutem videte. Primo deſiderabat dominum uidere, quia ſtatura puſillus erat, ſed turba impediente aſcendit in arborem ſycomorum & uidit tranſeuntem. Ille autem aſpexit eum & ait, Zachæe deſcende, apud te oportet me manere, Tu pendes, ſed non te ſuſpendo, hoc eſt, non te differo. Volebas videre tranſeuntem, hodie me apud te inuenies habitantem. Ingreſſus eſt ad eum dominus, repletus ille gaudio ait, Dimidium rerum mearum do pauperibus. Ecce quomodo currit qui currit facere amicos de māmona iniquitatis. Et ne reus aliunde teneretur: Si cui aliquid tuli, ait, quadrupulum reddam. Inflixit ſibi condemnationem, ne incurreret damnationem. Ergo qui habetis de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus tu qui bonum facis de malo, & cum cœperis boni aliquid facere de malo, noli remanere tu malus. Numi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus? Eſt quidem & alius intellectus, nec ipſum tacebo. Mammona iniquitatis, diuitiæ ſunt ſeculi omnes undecunque ſint. Vndecunque congregentur, mammona iniquitatis eſt, id eſt, diuitiæ ſunt iniquitatis. Quid eſt, diuitiæ ſunt iniquitatis?

Pecunia eſt quam nomine diuitiarum appellat iniquitas. Si enim veras diuitias quæris, aliæ ſunt. Talibus Iob nudus abundabat, quando in deum cor plenum habebat, & laudes deo perditis omnibus rebus tanquam gemmas pretioſiſſimas proferebat. De quo theſauro ſi nihil habebat, ipſæ ſunt veræ diuitiæ, [iſtæ autem ab iniquitate appellantur diuitiæ.] Habes illas, non reprehendo, hæreditas venit, pater tuus diues fuit & dimiſit tibi. Honeſte acquiſiſti, de iuſtis laboribus plenam domum habes, non reprehendo. Tamen etiamſi non illas dices diuitias: Nam ſi dicis illas diuitias, amabis illas. Et ſi amaueris illas: peribis cum illis. Perde ne pereas, dona vt acquiras, ſemina vt metas. Has diuitias noli appellare, quia vere nō ſunt. Paupertate plenæ ſunt, & ſemper obnoxiæ caſibus. Quales diuitiæ ſunt, propter quas latronem times, propter quas times ſeruum tuum, ne te occiſo auferat & fugiat? Si uere diuitiæ eſſent, ſecuritatem tibi darent. Ergo illæ ſunt veræ diuitiæ, quas cum habuerimus perdere non poſſumus. Et ne forte propter illas furem timeas, ibi erunt vbi nullus auferet: Audi dominum tuum, Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, quo fur non accedat. Tunc erunt diuitiæ, quando eas migraueris. Quandiu in terra ſunt, diuitiæ non ſunt: ſed diuitias vocat illas mundus, iniquitatis vocat deus: ideo mammona iniquitatis, quia diuitias vocat iniquitas: audi Pſalmum, Domine libera me de manu filiorum alienorum quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filij ſicut nouellæ conſtabilitæ a iuuentute ſua. Filię eorum ornatæ, circumornatæ vt ſimilitudo templi. Cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Boues eorum craſſæ, oues eorum fœcundæ, multiplicatæ in itineribus ſuis. Non eſt ruina maceriæ neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum. Vidiſti pſalmum qualem fœlicitatem deſcripſit, ſed audi quid ſit, quos propoſuit filios iniquitatis: Quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis. Ipſos propoſuit, & dixit fœlicitatem eorum tantum ſuper terram: & quid adiunxit? Beatum dixerunt populi cui hęc ſunt. Sed qui dixerunt? Fili alieni, alienigenæ & non pertinentes ad ſemen Abrahæ. Ipſi dixerunt populum beatum, cui hæc ſunt. Qui dixerunt? Quorum os locutum eſt vanitatem. Ergo vanum eſt, dicere beatos eſſe eos quibus hæc ſunt, & tamen dicitur ab eis, quorum os locutum eſt vanitatē. Ab ipſis dicuntur iſtæ diuitię, quæ vocantur mammona iuiquitatis. Tu autem quid dicis? Quia illi filij alieni, quia illi quorum os locutum eſt vanitatem, dixerūt beatum eſſe populum cui hęc ſunt, tu quid dicis? Falſæ ſunt iſtæ diuitiæ, da mihi veras. Reprehendis iſtas, oſtende quod laudas. Vis vt contēnam hoc, oſtende quid præferam. Dicat ipſe Pſalmus, Qui enim dixit, beatum dixerunt populum cui hæc ſunt, tale nobis dat reſponſum, quaſi diceremus illi, id eſt, ipſi pſalmo, Ecce hoc nobis tuliſti, & nihil nobis dediſti. Ecce iſta contēnimus, vnde viuimus, vnde beati erimus? Quia qui locuti ſunt, ipſi de ipſis recipient. Omnes.n. diuitias habentes beatos eſſe dixerunt: Tu quid dicis? Reſpondet quaſi ſic interrogatus & dicit, Illi dicunt diuites beatos, ego dico, beatus populus cuius eſt dominus deus eius, Audiſtis veras diuitias, fac amicos de mammona iniquitatis, & eris beatus populus cuius eſt dominus deus ipſius. Aliquando tranſimus viā, & videmus amœniſſimos & vberes fundos & dicimus, Cuius eſt ille fundus? Aſſeritur illius, & nos dicimus, Beatus homo: vanitatem loquimur, Beatus eſt cuius illa domus, beatus eſt cui ille fundus, beatus eſt cuius illud pecus, beatus eſt cuius ille ſeruus, beatus eſt cuius illa famula: Tolle vanitatem, ſi vis audire veritatem. Beatus eſt, cuius eſt dominus deus ipſius. Non enim cuius eſt fundus iſte beatus eſt, ſed ille cuius eſt deus. Sed vt apertiſſime beatitudinem rerum annuncies, dicis, q̄ beatum te fecit fundus tuus. Quare? Quia inde viuis. Nam quando laudas pro magno fundum tuum hoc dicis, Ille paſcit me, inde viuo, Attende vnde viuas. Ille eſt vnde viuis, cui dicis, Apud te eſt fons vitę, Beatus populus cuius eſt dominus deus ipſius. O dominе deus meus, o domine deus noſter, vt veniamus ad te, fac nos beatos de te. Nolumus de auro neque de argento, nec de fundis: Nolumus de terrenis iſtis & vaniſimis, & de caducæ vitæ tranſitorijs. Non loquatur os noſtrum vanitatem: Fac nos beatos de te, quia non perdimus te. Cum tenuerimus te, nec te perdimus, nec nos perimus. Fac nos beatos de te, quia beatus populus cuius eſt dominus deus ipſius. Nec iraſcitur autem ſi dixerimus de deo, fundus noſter. Legimus enim, Dominus

Iob. 11.

Diuitiæ uerę.

Matth. 6.

Pſal. 143.

Iniquitatis filij.

Pſal. 143.

Pſal. 35.

Pſal. 15.

pars hæredita tis meę. Magna res, fratres, & hereditas ipsius sumus, & hæreditas nostra est, quia & colimus eum & colit nos. Nulla est iniuria illi, quia colit nos. Quia si nos colimus illum vt deum nostrum, ille colit nos vt agrum suum. Et ut sciatis quia colit nos, audite eum quem misit nobis, Ego sum, inquit, vitis, vos estis palmites, pater meus agricola est. Ergo colit nos sed si fructum reddamus parat horreum. Si autem sub tanto custode stirpes esse † voluerimus, & pro frumento spinas proferimus, nolo dicere quod sequitur, ad gaudium finiamus.

Ioan. 15.

† aliâs, tanto cultore, steriles esse.

De iudice iniquo, qui nec deum timebat nec hominẽs reuerebatur, In Euangelio secundum eundem, Sermo XXXVI.

LEctio sancti Euangelij ædificat nos ad orandum & credendum, & non de nobis, sed de domino præsumendum. Quæ ad orandum maior hortatio, quàm vt nobis de iudice iniquo proponitur similitudo? Iudex enim iniquus nec deum timens nec hominem reuerens, audiuit tamen viduam interpellantem se, victus tędio non pietate inclinatus. Si ergo exaudiuit qui oderat quod rogabatur, quomodo non exaudit qui vt rogemus hortatur? Cum ergo nobis ista ẽ contraria comparatione dominus suaderet, Quia oportet semper orare, & non deficere:) adiecit & ait, Veruntamen cũ venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra?) Si fides deficit, oratio perit. Quis enim orat qui non credit? Vnde & beatus Apostolus cum ad orandum exhortaretur, ait, Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Et vt ostenderet fidem fontem esse orationis, nec posse ire riuum vbi caput aquæ siccaretur, adiunxit atque ait, Quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt? Ergo vt oremus credamus, & ut ipsa non deficiat fides qua oramus, oremus, † Fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. Etenim ne intentationibus deficeret fides, propterea dominus ait, Vigilate & orate ne intretis in tentationem. Quid est, in tentationem intrare, nisi a fide exire? Intantum enim tentatio proficit, inquantum fides deficit: Et intantum tentatio deficit, inquantum fides proficit. Nam vt apertius nouerit charitas vestra de fide ne deficeret & periret dixisse dominum, Vigilate & orate, ne intretis ītentationem: eo loco Euangelium ait, Hac nocte postulauit Satanas vexare vos sicut triticum, & ego rogaui patrem pro vobis ne deficiat fides vestra. † Rogat qui tuetur, & non rogat qui periclitatur. Quod autem ait dominus, Cum venerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? de fide dixit quæ perfecta est. Ipsa enim vix inuenitur in terra, Ecce plena est dei ecclesia, Quis huc accederet, si nulla esset fides? Quis non montes transferret, si plena esset fides? Attendite ipsos Apostolos, Dimissis omnibus suis calcata spe seculi dominum non sequerentur, nisi magnam haberent fidem. Et tamen si plenam haberent fidem non dicerent domino, Auge nobis fidem. Vidè etiam vtrunque illum de se confitentem. Vide fidem, & non plenam fidem. Qui cum obtulisset domino filium a malo dæmonio sanandum, & esset interrogatus vtrum crederet, respondit & ait, Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Credo, inquit, credo domine, ergo est fides. Sed adiuua incredulitatem meam, ergo non plena est fides. Sed quia non est fides superborum, sed humilium, Dixit ad quosdam qui sibi iusti videbantur, & spernebant cæteros, similitudinem hanc: Duo homines ascenderunt in templum orare, vnus Pharisęus, & alter publicanus: Pharisęus dicebat. Gratias tibi deus, quia non sum sicut cæteri homines.) Diceret saltem, sicut multi homines. Quid est cæteri homines, nisi omnes prẽter ipsum? Ego, inquit, iustus sum, cæteri peccatores. Non sum sicut cæteri homines, iniusti, raptores, adulteri.) Et ecce tibi ex vicino publicano maioris tumoris occasio. Sicut, inquit, publicanus iste.) Ego, inquit, solus sum, iste de cæteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste, per iustitias meas quibus iniquus non sum. Ieiuno bis in sabbatho, decimas do omnium quæ possideo.) Quid rogauerit deum, quære in verbis eius, nihil inuenies. Adscendit orare, noluit deum rogare, sed se laudare. Parũ est non deũ rogare, sed se laudare, in super & rogãti insultare. Publicanus aũt de longinquo stabat.) Et deo tamẽ ipse ꝓpinquabat, cordis conscientia remouebat, pietas applicabat. Publicanus aũt de lõginquo stabat, sed dñs eũ de ꝓpinquo attẽdebat. Excelsus. n. dñs & humilia respicit. Excelsus aũt q̃lis erat ille Pharisę⁹, Excelsa autem a longe cognoscit. Deus autem a longe cognoscit, sed ignoscit, Adhuc audi humilitatem publicani. Parum est, quia de longinquo stabat: Nec oculos suos ad cœlum leuabat:) vt respiceretur non aspicebat. Premebat conscientia, spes subleuabat: adhuc audi, Percutiebat pectus suũ.)] Pœnas a seipso exigebat, propterea dominus confitenti parcebat. Percutiebat pectus suum] dicens, Domine, propitius esto mihi mihi peccatori.] Ecce qui rogat. Quid miraris si deus ignoscit, quãdo ipse agnoscit? Deniq; de Pharisęo, & publicano accepisti controuersiam: audi sententiam, Audisti superbum accusatorem audisti reum humilem: audi nũc iudicem, Amẽ dico vobis:] veritas dicit, deus dicit, index dicit, Amen dico vobis, descendit iustificatus publicanus ille de templo, magis quam ille Pharisæus.) Dic domine causam, Ecce video publicanum iustificatum magis de templo descendere quã Pharisęum. Quæro quare? Quæris quare, audi quare, Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.) Audisti sententiam, caue causam malam: aliud dico, Audisti sententiam, caue superbiam. Videant nunc, audiant ista nescio qui impie garrientes & de suis virtutibus præsumentes: audiant qui dicunt, Deus me hominem fecit, iustum ipse me facio. O peior & detestabilior pharisæo. Pharisæus ille superbe quidẽ iustum se dicebat, sed tamen inde ille deo gratias agebat. Iustum se dicebat, sed tamen deo gratias agebat. Gratias tibi deus, quia non sum sicut cæteri hoies, Gratias tibi deus gratias deo agit, qui non est sicut cæteri homines, & tamen tanquam superbus & inflatus reprehenditur, non quia deo gratias agebat, sed quia velut nihil sibi addi cupiebat. Gratias tibi, quia non sum sicut cæteri hoies iniusti: Ergo tu iustus, ergo nihil rogas, ergo iam plenus es. Ergo non est tentatio vita humana super terram. Ergo iam plenus es, ergo iam abundas. Ergo iam non est, quare dicas, Dimitte nobis debita nostra. Quid est ergo qui impie oppugnat gratiam, si reprehenditur qui superbe agit deo gratias? Et ecce post dictam controuersiam, prolatamq; sentẽtiam, procedũt & paruuli, imo afferuntur & offeruntur tangendi. Cui tangendi, nisi medico? Certe insani cui offeruntur infantes tangendi: Cui? Saluatori, Sed si saluatori, vtiq; sanandi. Cui nisi illi qui venit quærere & saluare quod perierat? Vbi isti perierant, quantũ ad ipsos propriæ attinet innocentes? Video reatum, quæro vnde, Apostolum audio, Per vnum hominem intrauit peccatum in orbem terrarum. Per vnum, inquit, hominem peccauit intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit in quo omnes peccauerunt. Veniant ergo paruuli, veniant, audiatur dominus, dicens, Sinite paruulos venire ad me. Veniãt paruuli, veniant languidi ad me dicum, veniant perditi ad redemptorem, veniant, nemo prohibeat. In ramo adhuc nihil commiserunt, sed in radice perierunt. Benedicat dominus pusillos cũ magnis. Tangat medicus & pusillos & magnos. Causam paruulorum, commendamus maiores tutores, tuemini eos qui adhuc causam suam agere non possunt. Communis fuit perditio, sit communis inuentio. Simul perieramus, simul inueniamur in Christo. Dispar est meritum, sed communis est gratia. Nihil mali habent, nisi quod de fonte traxerunt. Nihil habent mali nisi quod de origine traxerunt, Non eos impediant a salute qui ad id quod traxerunt multa addiderunt. Qui maior est ætate, maior est iniquitate. Sed gratia dei delet, qd̃ traxisti, delet & quod addidisti. Vbi enim abundauit peccatum, superabundauit gratia.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, Sermo XXXVI.

GAudere nos Apostolus præcepit, sed in domino non in seculo. Quicunq; n. voluerit amicus esse huius seculi, sicut scriptura dicit, inimicus dei reputabitur. Si autem non potest homo duobus dominis seruire, sic & nemo in hoc seculo potest gaudere & in domino. Multum inter se hæc duo gaudia differunt, suntque omnino contraria. Quando gaudetur in seculo, non gaudetur in domino. Quando gaudetur in domino, non gaudetur in seculo. Vincat gaudium in domino, donec finiatur gaudium in seculo. Gaudium in domino semper augeatur, gaudium in seculo semper minuatur donec finiatur. Non ideo ista dicuntur, quia in hoc seculo cũ sumus gaudere non debemus, sed etiam in hoc seculo cõstituti iam in domino gau-

Rom. 10. Fides, fons orationis. Vetus repetit hanc sententiã. Fides, inquã, fundit orationẽ, fusa oratio ẽt ipsi fidei ipetrat firmitatem.

Intrare in tẽtationẽ. Lucæ. 22.

† aliàs, prote Petre ne defi. fides tua.

Lucæ. 17.

Marc. 9.

Lucę. 18.

psal. 137.

Luc. 18.

Philip. 4. Iaco. 4.

Matth. 6.

deamus. Sed ait aliquis, In hoc seculo sum, vtiq; si gaudeo, ibi gaudeo vbi sum. Quid enim? Quia es in seculo, in domino non es? audi eundem Apostolum ad Athenienses loquentem, & in actibus Apostolorum dicentem de deo & de domino creatore nostro, In illo viuimus, mouemur & sumus. Qui. n. vbiq; est, vbi non est? Nonne ad hoc nos exortabatur. Dominus in proximo est, nihil soliciti fueritis? Magnum est hoc ꝙ ascendit super oēs cœlos, & proximus est eis qui adhuc versantur in terris. Quis est iste longinquus & proximus, nisi qui nobis misericordia factus est proximus? Totū genus humanum est homo ille qui iacebat in via semiuiuus a latronibus relictus quem contēpsit trāliens sacerdos & leuites, & accessit ad eum curandū eiꝙ opitulan, dum transiens Smaritanus. Vt aūt narraret hoc vnde causa descendit, quendam quærentem quę sint optima præcepta & summa in lege admonuit hæc duo esse. Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Ille aūt, Et quis est meus proximus? Et narrauit dominus, Homo quidam descendit ab Hierusalem in Hierico.) Ostendit illum quodammodo Israelitam. Et incidit in latrones. Quē cū expoliassent & plagas eis graues irrogassent, dimiserunt eum semiuiuum in via. Transit sacerdos.) vtiq; genere proximus, præteriit iacentem, Transiit leuites, & hic genere proximus, iacentem etiā ipse contempsit. Transiit Smaritanus, genere longinquus, misericordia proximus, fecit quod nostis. In quo Samaritano se voluit intelligi dominus noster Iesus xps. Samaritanus. n. custos interpretatur. Ideo resurgens a mortuis ia non moritur, & mors ei vltra non dominabitur, quia non dormit neq; dormitat qui custodit Israel. Denique quādo conuitiis tantis blasphemabāt Iudęi, dixerunt illi, Nonne verū dicimus, quia Samaritanus es & dæmonium habes? Cum ergo duo essent conuitiosa obiecta domino, dictumꝙ illi esset, Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es & dæmoniū habes, poterat respondere, Nec Samaritanus sum, nec dæmoniū habeo, respondit autem, Ego dæmonium non habeo. Quod respondit, refutauit: quod tacuit, confirmauit. Negauit se habere dæmonium qui se nouerat dæmoniorū excluforem, non se negauit infirmi custodē. Ergo dominus in proximo est, quia nobis dominus factus est in proximo. Quid tam longinquum, quid tam remotum, quā deū ab hominibus immortalem a mortalibus, iustum a peccatoribus? Non loco longe, sed dissimilitudine. Nam solemus etiam ita loqui, cum de duobus hominibus dicimus, quando diuersi sunt mores. Iste longe est ab illo. Etiamsi iuxta steterint, etiam si vicinius inhabitēt, etiamsi vna catena colligentur, longe est pius ab impio, longe est innocens a reo, longe est iustus ab iniusto. Si hoc de duobus hominibus dicitur, quid de deo & hominibus? Cum ergo longe a nobis esset immortalis & iustus tanquā a mortalibus & a peccatoribus, descendit ad nos vt fieret nobis proximus ille longinquus. Et quid fecit cum haberet ipse duo bona, & nos duo mala? Ille duo bona, iustitiam & immortalitatem: nos duo mala, iniquitatem & mortalitatem. Si vtrunq; malum nostrū susceppisset, par noster factus esset, & liberatore nobiscum opus haberet. Quid ergo fecit vt esset proximus nobis? Proximus, non hoc quod nos, sed prope nos. Duo attende, Iustus est, immortalis est. In duobus tuis malis, vna est culpa, altera est pœna, Culpa est ꝙ iniustus es, pœna est, quia mortalis es. Ille vt esset proxmus susceppit pœnam tuam, non susceppit culpam tuam. Et si susceppit, delendam susceppit non faciendam, iustus & immortalis, longe ab iniustis & mortalibus. Peccator mortalis, longe erat a iusto imortali. Nō ē factus ille peccator qđ tu, sed factus est mortalis qđ tu. Manēs iust⁹ fact⁹ē mortalis. Suscipiēdo pœnā & nō suscipiēdo culpā, & culpā deleuit & pœnā, dñs ergo il, pximo est, nihil soliciti fueritis. Et si super oēs cœlos, ascēdit corpore, non recessit maiestate. Vbiq; præsens est qui fecit omnia. Gaudete in domino semper. In seculo gaudium quod est? Gaudere de iniquitate, gaudere de turpitudine, gaudere de dedecore, de deformitate. De his ergo omnibus gaudet seculum. Quæ omnia nō essent nisi homines voluissent. Alia sunt quæ faciunt homines, alia sunt quæ patiuntur, & si nolunt. ferunt. Quid ergo est hoc seculum, & quod est gaudium seculi? Dico, fratres, breuiter quantum possum, quantum deus adiuuat, festinanter, breuiter dico Seculi lætitia, est impunita nequitia. Luxurientur homines, fornicentur, in spectaculis nugentur, ebriositate, ingurgitentur, turpitudine fœdentur, nihil mali patiantur, &

Acto. 17. Philip. 4.

Luc. 10.

Roma. 6. Psal. 20.

Ioan. 8.

Psal. 2. Philip. 2.

Lætitia seculi est impunita nequitia.

& videte seculi gaudium. Ista mala quæ cōmemoraui, non castiget fames, nō belli timor, non aliquis timor, non aliquis morbus, non vlla aduersitas, sed sint omnia in rerum abundātia, in pace carnis, in securitate malæ mētis, ecce videt seculi gaudiū. Sed nō cogitat deus sicut homo. Alia est dei cogitatio, alia hominis. Magnæ misericordiæ est, nequitiæ impunitatē non relinquere, & ne cogatur in extremo gehennæ damnare, modo flagendo dignatur castigare. Nam vis nosse nulla pœna quanta sit pœna, non tamen iusto, sed peccatori, cui est temporalis pœna ne succedat æterna: Vis ergo nosse, nulla pœna quanta sit pœna? Psalmum interroga, Irritauit dominum peccator. Exclamauit vehementer, attendit, considerauit, exclamauit, Irritauit dominum peccator. Quare obsecro? Quid vidisti? Qui autem hoc exclamauit, vidit peccatorem impune luxuriantem, male facientem, bonis abundantē, & exclamauit, Iritauit dominum peccator. Quare hoc dixisti? Quid enim vidisti? Prę magnitudine ire suæ non requiret, Intelligite fratres Christiani misericordiam dei, quando castigat mundū, non vult damnare mundū. Præ magnitudinæ iræ suæ nō exqrit, iō nō exqrit, qa multū irascitur. Magna est ira eius. Parcendo sæuit, sed iuste sæuit. Est. n. seueritas. quasi sæua veritas. Si ergo aliquando sæuit parcendo, bonum est nobis vt subueniat castigando. Et tamen si facta generis humani consideremus quid patitur. Non secundū peccata nostra fecit nobis Filii eius sumus. Vnde hoc probamus? Mortuus est pro nobis vnicus, ne remaneret vnus. Noluit esse vnus, q mortuus est vnus. Multos enim filios dei fecit vnicus filius deo. Emit sibi fratres sanguine suo. Probauit reprobatos, redemit venditos, honorauit iniuriatos, viuificauit occisos. * Dubitas ꝙ dabit tibi bona sua, qui non dedignatus est susciperе mala tua? Ergo, fratres, gaudete in domino non in seculo, ideſt, gaudete in veritate non in iniquitate. Gaudete in spe æternitatis, non in flore vanitatis. Ita gaudete & vbiq; & quandocunque hic fueritis, dominus in proximo est nihil solliciti sitis.

Psal. 9.

Psal. 102.

* alias, Probauit reprbatus red, vēdit⁹ ho. iniuriatus vi occisus.

DE VERBIS DOMINI IN EVANGELIO SECVNDVM IOANNEM.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat verbum & verbū erat apud deum, & deus erat verbum: Et de reprehēsione Arrhianorum. Sermo. XXXVIII.

Ioan. 1.

CApitulum Euangelii quod lectum est, fratres dilectissimi, purum oculum cordis inquirit. Dominum enim nostrum Iesum Christum accepimus secundum diuinitatem ad condendam vniuersam creaturam, secundum humanitatem ad reparandam lapsam creaturam, euangelizante Ioanne. In ipso autem Euangelio quantus & qualis vir Ioannes fuerit inuenimus, vt ex dignitate dispensatoris intelligatur, quanti prętii sit verbum quod per talem dicitur res venalis, aut subiicitur, aut excedit eam. Quando tanto quisque comparat quanto valet, equatur prętium rei quæ cōparatur, quando vilius, subiicitur ei: quando carius, superat eam. Verbo autem dei nec equari aliquid potest, nec ad mutationē subiici, nec supponi aliquid. Subiici enim omnia possunt verbo dei, quia omnia per ipsum facta sunt: non tamen subiiciantur qua si prętium sint verbi, vt quisq; det aliquid vt illud accipiat. Tamen si dici potest & admittit nomen hoc ratio aliqua vel loquendi consuetudo, prætium comparandi verbi ipse comparator est, qui seipsum pro seipso dederit huic verbo. Itaq; quando aliquid emimus, quærimus aliquid quod demus, vt habeamus rem dato prętio quam volumus emere. Et extra nos est quod damus & si apud nos erat fit extra nos illud quod damus, vt sit apud nos illud quod cōparamus. Quicquid pretii inuenerit qui emit aliquid, necesse est vt tale in-

Verbo nil potest æquari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ueniat,vt det quod habet,accipiat quod non habet,Manet tamen ille a quo abscedit pretium,& accedit illud pro quo dat pretium. Qui autem vult comparare verbum hoc,qui vult habere,non quærat extra seipsum quod det seipsum det, Quod cum fecerit,non se amittit,sicut amittit pretium,quando aliquid emit. Verbum ergo dei propositum est omnibus. Comparent qui possunt,possunt autem qui pie voluerint. Luc.2. In illo enim verbo pax, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Ergo qui vult comparare, det seipsum. Quasi pretium est hoc verbi, si dici aliquo modo potest, quando nec se perdit qui dat,& acquirit verbum pro quo se dat, & seipsum in verbo acquirit cui se dat. Et qui dat verbum? Non aliquid ab ipso alienum pro quo se dat, sed quod per ipsum uerbum factum est,hoc,ei redditur ut reficiatur, Omnia Ioan.1. per ipsum facta sunt. Si omnia, utique & homo. Si cœlum, si terra, si mare,si omnia, quæ in ipsis,si vniuersa creatura,utique ille manifestius,qui ad imaginem dei factus per uerbum factus est homo. Non modo,fratres,tractamus;quomodo possit intelligi quod dictum est. In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum,& deus erat uerbum.) Ineffabiliter potest intelligi. Non uerbis hominis sit,ut intelligatur uerbum dei. Tractamus & dicimus,quare non intelligatur. Nunc non dicimus ut intelligatur,sed dicimus quid impediat ne intelligatur. Est enim forma quædam, forma non formata,sed forma omnium formatorum. Forma incommutabilis,sine lapsu, sine defectu,sine tempore,sine loco,superans omnia, existens in omnibus,† & fundamentum quoddam in quo sint,& fastigium sub quo sint. Si dicis, quia omnia in illo sunt;non mentiris. Dictum est enim ipsum uerbum sapientia dei: habemus autem scriptum,Omnia in sapientia fecisti. Ergo in illo sunt omnia,& tamen quia deus est, sub ipso sunt omnia. Dicimus quâm incomprehensibile sit quod lectum est, & tamen lectum est,non ut comprehenderetur ab homine,sed ut doleret homo, quia nō comprehendit,& inueniret vnde impeditur a comprehensione, & remoueret ea, & inhiaret perceptioni incommutabilis uerbi, ipse ex deteriore in melius commutatus. Non enim verbum proficit aut crescit accedente cognitore, sed integrum manet si permanseris,integrum si recesseris,integrum cum redieris, manens in se & innouans omnia. Ergo est forma omnium rerum: Forma insabricata sine tempore,ut diximus,& sine spatiis locorum. Quicquid enim loco capitur, circunscribitur. Forma circunscribitur finibus,habet metas,vnde & quousque sit. Deinde quod loco capitur & mole quadam & spatio distenditur,minus est in parte quàm in toto. Faciat deus ut intelligatis. Quotidie autē de corporibus quæ ante oculos nostros sunt, quę uidemus,quæ tangimus,inter quæ sumus,possumus iudicare corpus quodlibet in loco habere formam. Omne autem quod spatium loci occupat,minus est in parte quam in toto. Pars corporis humani, uerbi gratia, brachium. Vtique minus est brachium quam totum corpus. Et si minus est brachium, breuiorem locum occupat. Item caput,quia pars est corporis,in minori loco est,& minus est,quàm totum corpus,cui caput est. Sic omnia quę sunt in loco,minora sunt in parte quam in toto. Nihil tale de illo uerbo sentiamus, nihil tale cogitemus. Non de suggestione carnis,spiritalia imaginemur. Non est ille sermo, non est ille deus minor in parte quàm in toto. Sed non potes tale aliquid cogitare. Magis pia est talis ignorantia Ioan.1. quàm presumpta scientia. Loquimur enim de deo. Dictum est, Et deus erat uerbum. De deo loquimur,quid mirum si non comprehendis, Si enim comprehendis, non est deus. Sit pia confessio ignorantiæ magis quam temeraria professio scientiæ. Attingere aliquantum te mente deum,magna beatitudo est: comprehendere autem omnino impossibile. Ad mentem deus pertinet, mente intelligendus est: ad oculos corpus, uidendum est. † Sed corpus oculo comprehendere te putas? Omnino non potes. Quicquid enim aspicis, non totum aspicis. Cuius hominis faciem uides,dorsum non uides eo tempore quo faciem uides. Et quando dorsum uides, eo tempore faciem non uides. Non sic ergo uides ut comprehendas,sed quando aspicis aliam partem quam non uideras,nili memoria tecum faciat ut memineris te uidisse vnde recedis, nunquam te diceres aliquid uel in superficie comprehendisse. Tractas quod uides, uersas huc atque illuc, uel ipse circuis ut totum uideas. Vno ergo aspectu totum uidere non potes. Et quando uersas ut uideas, par-

†alias,eminēs oibus. Verbū, sapiētia dei. Psal.103.

†alias,ab oculis cordis uidendus est.

tes vides,& contexendo quia vidisti alias partes, videris totum inspicere. Non autē
32 D sic oculorum vitius,sed memoriæ vinacitas intelligitur. Quid ergo de illo verbo, fratres dici potest? Ecce de corporibus dicimus subiacentes oculis nostris, non illa possunt comprehendere aspectu,quis ergo oculus cordis comprehendit deum? Sufficit vt attingat,si purus est oculus. Si autem attingit, tactu quodam attingit incorporeo & spiritali,non tamen comprehendit: & hoc si purus est,& homo fit beatus contingendo corde illud quod semper beatum manet, & est illud ipsa beatitudo perpetua,& vnde fit homo viuus,vita perpetua,vnde fit homo sapiens sapientia perfecta, vnde homo fit illuminatus,lumen sempiternum est. Et vide quemadmodum tu contingendo efficeris quod non eras,non illud quod contingis facis esse quod non erat. Hoc dico,Deus nō crescit ex cognitore,sed cognitor ex cognitione dei. Ne putemus, fratres charissimi,quia beneficium præstamus deo, quia diximus pretium nos dare quodammodo: Non enim vnde augeatur ille damus, qui & te lapso integer est, & te redeunte integer manet,paratus videre vt beatificet conuersos & auersos puniat excitatē,[Vindicat enim primo in anima auersa a se exordium pœnarum ipsa cęcitate.]Qui enim se auertit a lumine vero,id est,a deo,iam cæcus efficitur. Nondum sentit pœnam,sed iam habet. Itaq; verbum dei,fratres charissimi,incorporaliter,inuolubiliter,incōmutabiliter;sine temporali natiuitate,natū tamen intelligamus a deo.
32 E Putamusne possumus aliquo modo persuadere quibusdam infidelibus non abhorrere a vero,quod dicitur a nobis fide catholica quę contraria est Arrhianis, a quibus Ecclesia dei sæpe tentata est, cum carnales homines facilius illud accipiunt quod videre consueuerunt? Ausi sunt enim quidam dicere, Maior est pater filio & præcedit eum tempore: id est,maior est filio pater,& minor est patre filius,& a patre in tempore præcedit. Et sic disputauit: si natus est, vtique erat pater antequam filius illi esset natus. Attendite, Adsit ipse nobis, adiuuantibus orationibus vestris, & pia intentione accipere cupientibus quod ipse donauerit, quod ipse suggesserit: Adsit nobis vt possimus quoquo modo explicare quod cœpimus. Tamen fratres,ante dico,Si non potuero ego explicare,non rationem putetis,sed hominem defecisse. Itaque vos hortor & deprecor vt oretis,adsit misericordia dei,& ita rem a nobis dici faciat, vt vos audire oporteat,& nos dicere. Hoc ergo illi dicunt. Si filius dei est,natus est. Hoc fatemur. Non enim esset filius si natus non esset. Manifestum est, admittit fides, approbat ecclesia catholica,verum est. Adiungunt deinde,Si natus est patri filius, erat pater antequam filius ei nasceretur. Hoc respuit fides,respuunt aures catholicæ. Anathematizatur,extra est, qui hoc sapit,non pertinet ad participationem societatēq; sanctorū.
32 F Ergo ait,Rationem mihi redde,quomodo & filius potuit nasci patri,& coæuus ei esse a quo natus est? Et quid faciemus,fratres, quando carnalibus ista spiritalia intimanuamus,si tamen & nosipsi non carnales sumus, quando carnalibus ista spiritalia insinuamus homini assuefacto natiuitate terrena? & videnti istius creaturæ ordinem, vbi successus & decessus, gignentes & genitos erate distinguit? Post patrem enim nascitur filius,patri vtiq; morituro successurus. Hoc in hominibus, hoc in aliis animantibus inuenimus,parentes priores tempore, filios tempore posteriores. Hac consuetudine videndi,carnalia transferre illi ad spiritalia cupiunt, & intentione carnalium facilius seducuntur. Non enim ratio audientium sequitur talia prædicantes, sed consuetudo quæ etiam inuoluit eos vt talia prædicarent. Et quid faciemus nos? Silebimus? Vtinam liceret. Forsitan enim silendo aliquid dignum de re ineffabili cogitaretur. Nam quicquid potest fari, non est ineffabile. Ineffabilis est autem deus. Si enim raptum se dicit vsque in tertium cœlum. Apostolus Paulus, & dicit se audisse ineffabilia verba,quāto magis ipse ineffabilis qui talia demonstrauit, quæ fari nō posset cui demonstrata sunt? Itaque fratres,melius erat si possemus tacere & dicere,Hoc habet fides,sic credimus. Non potes capere, paruulus es, patienter tolerandus donec pennas nutrias,ne cum volare implumis volueris, non sit tibi aura libertatis; sed casus temeritatis. Quid ille contra? O si haberet quod diceret, diceret mihi. Deficienti ista excusatio est. Victus est, nescit qui respondere non vult. Ille cui hoc dicitur, si non respondeat, & in seipso victus non est, vincitur tamen in titubantibus fratribus. Audiunt enim fratres infirmi & putant reue-

2.Co.12.

ra non esse quod dicatur,& forsitan verum putant non esse quod dicatur, non tamē non esse quod sentiatur: Homo enim nihil potest dicere, quod non etiam sentire possit. Potest etiam aliquis sentire quod dicere non possit, Tamē seruata illius maiestatis ineffabilitate, nec cum aliquas similitudines contra illos dederimus, putet nos aliquis per istas similitudines iam peruenisse ad id quod nec dici nec cogitari potest, certe a paruulis: & si potest ab aliquibus maioribus, potest ex parte, potest in ænigmate potest per speculum, nondum autem facie ad faciem: demus & nos aliquas similitudines aduersus illos vnde illi refellantur, non vnde illud capiatur. Etenim cum dicimus valde posse fieri, posse intelligi, vt & natus sit, & coæternus sit ei a quo natus est, vt hoc refellant & quasi falsum est demonstrent, similitudines nobis dant. Vnde? De creatura, & dicunt nobis. Homo vtiq; erat antequam generaret filium, maior est filio suo. Et equus erat antequam generaret filium, & ouis & cætera animalia. Similitudines adhibent de creaturis. Quid? Nobis laborandum est vt nobis inueniamus similitudines earum rerum quas astruimus? Quid si non inuenirem? Non recte possem dicere, natiuitas creatoris fortasse similitudinem in creatura non habet? Quanto.n. superat ea quæ sunt hic, in eo quod ibi est: tanto superat ea quæ hic nascuntur, in eo quod ibi natus est. Omnia per deum hic sunt. Et quid tamen est comparandū deo? Sic omnia quæ hic nascuntur, illo efficiente nascuntur. Et sic forsitan non inuenitur aliqua similitudo natiuitatis eius, quomodo non inuenitur & substantiæ eius & immutabilitas diuinitatis ac maiestatis eius. Quid n. simile hic inueniri potest? Si ergo forsitan nec natiuitatis similitudo inueniatur, nunquid inde oppressus sum, quia nō inueni similitudines, creatori omnium in creatura, cupiens inuenire quod esset simile creatori? Et re uera, fratres, non sum inuenturus tēporales similitudines, quas ęternitati possim cōparare. Sed & tu quas inueneristi, quid sunt? Quid n. inueneristi? Quia pater maior est tempore quā filius, & ideo vis vt filius dei tpe minor sit q̄ pater æternus, quia inueneristi minorem filium patre temporali. Da mihi ęternum patrem hic, & inueneristi similitudinem. Filium minorem inuenis patre in tpe, filium temporale minorem patre temporali. Nunquid inueneristi mihi filium temporalem minorem æterno patre? Quia ergo in ęternitate stabilitas est, in tempore autem varietas, in æternitate omnia stant, in tempore alia accedunt, alia succedunt, potes inuenire filium minorem in varietate temporis, succedentem patri, quia etiam patri suo ipse successit non ęterno patri temporalis. Quid ergo possumus, fratres mei, in creatura inuenire coæternum quando in creatura nihil inuenimus æternum? Inueni ęternum patrem in creatura, & inuenio coęternum filium. Si autem non inuenis æternum, & vincunt se in tempore, sufficit vt ad similitudinem inueniamus coæuum. Aliud est.n. coęternum, aliud coęuum. Coæuos quotidie dicimus eos, qui eandem habent mensuram temporum. Nō alter ab altero præceditur tempore, ambo tamē † esse cœpimus quos dicimus coæuos. Si potuerimus inuenire coæuum quod nascitur ei a quo nascitur: si possunt inueniri coęua duo generans & generatus, hic inuenimus coæua, ibi intelligimus coęterna. Si hic inuenero genitum ex eo esse cœpisse ex quo cœpit generator intelligimus certe filium dei ex eo esse non cœpisse ex quo non generator. Ecce fortasse, fratres, inuenimus aliquid in creatura qđ de alia re nascatur, & tñ ex eo tpe esse incipiat, ex quo cœpit illud vnde nascitur, hoc ex eo ex quo illud cœpit, illud ex eo ex quo illud nō cœpit. Hoc ergo coęuū, illud coæternū. Arbitror sanctitatē vestrā iā intellexisse qđ dico, nō posse cōparari tpalia æternis, sed posse ex aliqua tenui & parua similitudine coæua coæternis. Inueniamus itaq; coęua, & de scripturis admoneamur ad has similitudines. Legimus in scripturis de ipsa sapiētia, Candor est.n. lucis æternæ. Item legimus Speculum sine macula dei maiestatis. Ipsa sapientia dicta est, Candor est enim lucis ęternæ. Dicta est imago patris. Hinc capiamus similitudinem, vt inueniamus coæua, ex quibus intelligamus coæterna. O Arriane si inuenero genitore non præcedere tēporale illud quod genuit, & genitum non esse minorem tempore illo a quo generatus est, iustum est vt concedas mihi posse ista coęterna inueniri in creatore, quando coæua in creatura inueniri potuerunt. Iam quidem aliquibus fratribus hoc occurrere puto. Nam præuenerunt aliqui ex quo dixi. Candor est enim lucis æternæ. Ignis enim lucem fundit, lux ab igne funditur. Quid a quo existat si quæramus,

Aliud est coæternū & aliud coæuum.

† alias, esse cœpisse.

Sapien. 7.

quæramus, quotidie cum lucernam accendimus admonemur rei cuiusdam inuisibilis & inenarrabiles, vt lucerna aliqua intelligentiæ nostræ in ista nocte seculi possit
32 accendi. Attende eum qui lucernam accendit. Non accensa lucerna nōdum est ignis,
M nondum est & fulgor qui ab igne exit. Interrogo autem ego & dico, Fulgor ab igne exiſtit, an ignis a fulgore? Omnis anima mihi respondet (voluit enim deus inseminare omni animę initia intellectus, initia sapientiæ.) Omnis mihi anima respondet & nemo dubitat q̄ splendor ille de igne exiſtit, non ignis de splendore. Ponamus ergo ignem patrem illius splēdoris, quia iam prælocuti sumus coæua nos quærere, nō coęterna. Si lucernam accendere cupio, nondum est ibi ignis, nondum & ille splēdor. Mox autem vt accendero, simul cum igne & splendor exiſtit. Da mihi hic ignem sine splendore, & credo tibi patrem fuisse sine filio. Attendite, Dicta est vt tanta res potuit a nobis dici, domino adiuuante intentionem orationis vestræ & præparationem cordis vestri, excepistis quantum capere potuistis. Illa tamen ineffabilia sunt. Nihil dignum putetis dictum, uel eo ipso quo coæuis coęterna comparātur, temporalia semper manentibus, extinguibilia incomparabilibus. * Sed quia dictus est filius & imago patris, accipiamus & aliquam similitudinem hinc in rebus longe differentibus, vt prælocuti sumus. Imago exiſtit de speculo hominis intuentis speculum. Non nobis potest suffragari ad euidentiam rei huius quā explicare vtcunque conamur. Etenim
33 dicitur mihi, Ille qui attendit speculum iam vtique erat, & tam natus erat. Exiſtit
A imago vt aspector extiterit. Nam ille qui inspicit erat, & antequam accederet ad speculum. Quid ergo inueniemus vnde possimus eruere talē similitudinem, sicut eruimus de igne & splendore? Faciamus hoc animo. † Facile nostis quemadmodum aqua corporum sæpe reddat imagines. Hoc dicimus, quando quisque vel trāsit super aquā vel stat, videt ibi imaginem suam. Ponamus ergo aliquid super aquam natum, vel virgultum aut herbam, nonne cum imagine sua nascitur? Mox vt incipit exiſtere, incipit cum illo exiſtere imago eius, non præcedit nascendo imaginem suam, non mihi ostenditur natum esse aliquid super aquam, & postea apparuisse imaginem eius, cū illud sine imagine prius non apparuisset, † sed nascitur cum imagine sua, & tamen imago ab illo, non illud ab imagine. Nascitur ergo cum imagine sua, & simul esse incipiunt virgultum & imago eius. Nunquid non fateris imaginem esse de illo virgulto, non virgultum de imagine? Genitam ergo de virgulto illo confiteris imaginem. Itaque & generans & quod genitū est simul esse cœperunt. Ergo coęua sunt, si semp virgultum, semper & imago de virgulto. Quod autem de alio est, vtique natum est. Potest ergo semper esse generans, & semper cum illo quod de illo natum est. Ibi enim
33 ætuabamur, ibi laborabamus, quō intelligeretur sempiterna natiuitas. Ergo filius
B dei secundum hoc dicitur q̄ pater est, q̄ habet de quo sit, non secundum hoc, q̄ prior esset pater, & postea filius. Semper pater, semper filius de patre. Et quia quicquid de aliquo est, natum est: semper igitur filius natus, semper pater, semper imago de illo, quomodo imago illa virgulti, & de virgulto nata est, & si semper virgultum, semper nata esset & imago de virgulto Non potuisti inuenire coęterna genita æternis genitoribus, & inueniſti coæua nata temporalibus gignentibus. Intelligo coæternum filium natum ęterno gignenti. Quod enim est temporali coæuum, hoc est, æterno coęterno enim dicitur, Ecce dedisti similitudines, sed splendor qui funditur de igne minus lucet quām ipse ignis, & imago virgulti minus vtique habet quām illud virgultum vnde imago est. Habent ista similitudinem, sed non habent omnimodo æqualitatē, quare non videntur esse eiusdem substantiæ. Quid ergo dicemus, [Si dicat aliquis, Talis est ergo filius ad patrem, qualis ad ignem splendor, & imago ad virgultum?] Ecce intellexi æternum patrem, intellexi coæternum filium. Tamen sicut effusum splendorem minus lucentem igne, aut sicut effusam imaginem minus quām virgultum exiſtentem dicimus? Non, Sed æqualitas omnimoda est. Non credo ait, quia non
33 inueniſti similitudinem, sed credo Apostolo, qui potuit videre quod dixi. Ait enim
C non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Aequalitas omnimodo coniungitur. Et quid dixit? Non rapinam. Quare? Quia illud est rapina quod alienum est. Tamen ex iſtis duabus collationibus, & generibus duobus, similitudinem fortasis inuenimus

* alias, im mortalib⁹.

† alias, a minimo.

† alias, pri⁹ appareret.

Filius dei dī, qa pr̄ ē & hēt de quo sit.

Philip. 2. Rapina.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in creatura, quomodo intelligamus filium coæternum patri, & nequaquam minorẽ. Sed non illud possumus inuenire in vno genere similitudinum. Iungamus ambo genera, vnum vnde ipsi dant similitudines, & alterum vnde nos dedimus. Dederunt.n. similitudines illi ex his qui nascuntur in tempore & præceduntur tempore ab eis a quibus nascuntur, sicut homo de homine Maior ille tempore prior natus, sed tamen homo & homo, id est, eiusdem substantiæ. Homo enim hominem generat, & equus equum, & pecus pecudem. Ad eandem substantiam generat ista, sed non ad idem tempus. Diuersa sunt tempora, sed non sunt diuersa natura. Quid ergo hic laudamus in ista natiuitate? Certe æqualitatem naturæ. Quid autem deest? Aequalitas temporis. Teneamus hic vnum quod laudatur. i. æqualitatem naturæ. In illo autem genere similitudinum quod nos dedimus de splendore ignis, & de imagine virgulti æqualitatem naturæ non inuenis, inuenis coæuitatem. Quid hic laudamus? Coæuitatem. Quid deest? Aequalitas naturæ. Conĩge quæ laudas. In creaturis enim deest aliqd quod laudas, in creatore deesse nihil potest, quia quod inuenis in creatura, a creatore artifice processit. Quid ergo in coæuis? Nonne hoc deo dandum quod ibi laudas? Quod autem deest non tribuendum maiestati, in qua nullus defectus est. Ecce offero tibi genitis coęua gignentia. Laudas ibi coęuitatem, sed disparilitatem reprehendis. Quod reprehendis noli tribuere deo: quod laudas tribue: & tribuis illi ex isto genere similitudinum pro coæuitate coæternitatem, & coæternus sit natus cum eo a quo natus sit. De alio autem similitudinum genere, quæ & ipsa creatura dei est, & debet laudare creatorem, quid ibi laudas. Aequalitatem naturæ. Iam propter illam distinctionem dederas coæternitatem, da propter istam æqualitatem, & perfecta est natiuitas eiusdem substantiæ. Quid enim dementius, fratres mei, quam vt in aliquo laudem creaturam quod non sit in creatore? Laudo in homine æqualitatem naturæ, & non credo in eo qui fecit hominem? Quod de homine natum est homo est, & quod de deo natum est, non id erit quod ille de quo natum est? [Non versor in operibus quæ deus non fecit.] Laudent ergo creatorem omnia opera sua. Inuenio hic coæuũ, cognosco ibi coæternum hic æqualitatem inuenio naturæ, ibi intelligo ęqualitatem substantiæ. Totum ergo ibi quod hic ex partibus singulis & rebus singulis inuenitur. Totum ergo ibi simul & non hoc solum quod in creaturis totum inuenio ibi, sed tanquam in creatore, quanto amplius q̃ hæc visibilia, illa inuisibilia: hæc temporalia, illa æterna: hæc commutabilia, illa incommutabilia: hæc corruptibilia, illa incorruptibilia? Postremo in homine ipso ea quæ inuenimus homo & homo duo homines sunt, ibi pater & filius vnus deus. Domino deo nostro gratias ago inenarrabiles, q̃ ex hoc loco scrupulosissimo & laboriosissimo infirmitatem meã liberare dignatus est, petentibus vobis. Ante omnia tamen seruate hoc, quicquid de creatura potuimus colligere, aut sensu corporis, aut cogitatione animi inenarrabiliter transcendere creatorem. Sed si vis illum mente contingere, purga mentem, purga cot tuũ. Mundum facoculum, vnde illud quicquid est possit attingi. Mundum facoculum cordis, Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Non autem mundato corde, quid potuit misericordius procurari aut donari ab eo, nisi vt illud uerbum de quo tanta & tam multa diximus, & nihil dignum diximus, nisi ut illud verbum per quod facta sunt omnia, fieret quod nos sumus, vt attingere possimus illud quod nõ sumus? Non enim deus sumus, sed possumus mente vel cordis acie interiore videre deum. Peccatis acies nostræ obtritæ, obtusæ, infirmitate deiectæ cupiunt uidere: sed in spe sumus, in re nundum sumus. Filii dei sumus. Hoc ait Ioannes qui ait, In principio erat verbum & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: qui supra pectus domini discumbebat, qui secreta ista de sinu illius cordis hauriebat. Ipse ait, Dilectissimi, filii dei sumus, & nondum appa ruit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Hoc nobis promittitur: Sed vt perueniamus, si nondum possumus uerbum uidere deum, audiamus ucrbum carnem, quia carnales facti sumus, audiamus uerbum carnem factum. Ideo enim uenit, ideo suscepit infirmitatem nostram, ut possis firmam locutionem capere dei portantis infirmitatem tuam, & uere dictum est lac, Lac enim dat paruulis, ut cibum sapiẽtię det maioribus Lactare patienter, ut auide pascaris. Quomodo enim sit etiam lac

Mat. 5.

Ioan. 1.
Ioan. 13.
1. Ioan. 3.

Christus quare uenerit & infirmitatem

quo lactantur infantes? Nonne esca erat in mensa? Sed inualidus est infans ad comedendam escam, quæ in mensa est: quid facit mater? Incarnat escam, & conficit lac de ipsa. Conficit nobis quod capere possimus. Sic verbum caro factum est, vt lacte paruuli nutriremur, qui ad cibum quidem eramus infantes. Verum hoc interest, quia quando cibum mater incarnatum lac facit, cibus in lac conuertitur. Incommutabiliter autem manens uerbum carnem assumpsit, ut esset quodammodo contextũ. Quid est, non corrupit? Non commutauit, ut per habitum tuum tibi loqueretur, non in hominem transmutatus atque conuersus. Inconuertibilis enim & incommutabilis & omnino inuiolabilis manens, factus est quod tu ad te, quod ipse ad patrem. Ipse enim infirmis quid dicit ut possint recuperato uisu uerbum ex aliqua parte attingere, per quod facta sunt omnia? Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde. Quid magister filius dei, sapientia dei per quem facta sunt omnia concionatur? Vocat humanum genus & dicit, Venite ad me omnes qui laboratis, & discite a me. Putabas forte dicturam sapientiam dei, Discite quomodo cœlos feci & astra. Oia etiam in me antequam fierent numerata erant, quomodo in uirtute rationum incõmutabilium etiam capilli uestri numerati sunt. Hæc putabas & talia esse dicturam? Non. Sed prius illud Quoniam mitis sum & humilis corde. Ecce quod capiatis, uide te fratres, certe parum est. Ad magna nos tẽdimus, parua capiamus, & magni erimus. Vis capere celsitudinem dei, cape prius humilitatem dei. Dignare esse humilis propter te, quia deus dignatus est humilis esse propter eundem te, non enim propter se. Cape ergo humilitatem Christi, disce humilis esse, noli superbire. Confitere infirmitatem tuam, iace patienter ante medicum. Cum cœperis humilitatem eius, surgis cũ illo: non quasi & ipse surgat secundum quod uerbum est, sed tu potius ut magis magisq̃ a te capiatur. Intelligebas primo titubanter atque hæsitanter, intelligis postea certius & clarius. Non ille crescit, sed tu proficis, & quasi tecum uidetur surgere. Sic est fratres, Credite præceptis dei & facite illa, & donabit uobis robur intelligentiæ. Non præsumatis & quasi anteponatis scientiam præcepto dei, ne inferiores non solidiores remaneatis. Arborem attendite. Petit ima prius, ut sursum excrescat. Figit radicem in humili, ut uerticem tendat ad cœlum, Nunquid nititur nisi ab humilitate? tu autem sine charitate, sine humilitate uis excelsa comprehẽdere, sine radice auras petis. Ruina est ista, non incrementum. Habitante Christo per fidem in cordibus uestris, in charitate radicamini atque fundamini, ut impleamini in omnem plenitudinem dei.

Mat. 11.
Mat. 10.
Ephe. 3.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, In mundo erat, & mũdus per ipsum factus est, & mundus eũ non cognouit. Sermo XXXIX.

Ioan. 1.

DOminus noster Iesus Christus, & uenit ad homines & absces̃it ab hominibus, & uenturus est ad homines. Et tamen hic erat quando uenit, nec recesit quando absces̃it, & ad eos venturus est quibus dixit, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. secundum formam serui quam suscepit pro nobis quodam tempore natus est, occisus est & resurrexit, & iam nõ moritur, nec mors illi vltra dominabitur. Secundum diuinitatem autem qua æqualis est patri, in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus ipsum non cognouit.) De hoc audistis modo Euangelium, quid monuerit nos uel admonuerit, cautos nos faciens, & volens esse expeditos & paratos ad expectandum nouissima, vt post nouissima quæ sunt in hoc seculo metuenda, succedat requies quæ non habet finẽ, beati qui participes facti fuerint. Erunt aũt tunc securi, q̃ modo nõ sunt securi, & iterum tunc timebunt, qui modo timere nolunt. Ad hanc expectationem & pp hanc spem Christiani facti sumus. Nonne spes nostra non est de hoc seculo? Non amemus seculũ. Ab amore seculi huius uocati sumus, ut aliud seculum speremus & diligamus. In hoc abstinere nos debemus, ab oĩbus illicitis concupiscentijs, hoc est lũbos accinctos habere, & feruere & lucere in operibus bonis, hoc est lucernas ardentes in manibus habere. Dixit enim ipse dominus discipulis suis alio loco Euangelii. Nemo accendit lucernam & ponit eã sub modio, sed sup cãdelabrũ, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Et vt ostenderet unde dicebat, subiecit & ait, Sic luceat lux

Roma. 6.
Ioan. 1.

Christiani quãdiu facti sumus.

Seculum istud non amandum

Mat. 5.
Vbi sup:

vestra coram hominibus vt videant bona facta vestra, & glorificet patrē vestrū, qui
Lumbi accinti. in cœlis est. Ideo lumbos nostros accinctos esse voluit,& lucernas ardentes. Quid est
Lucernæ ardentes. Luc. 12. lumbos accinctos? Declina a malo. Quid est lucere? Quid est lucernas ardentes habe 35 M
re? Hoc est, Et fac bonum Quid est quod adiunxit & ait, Et vos similes estote homini
nibus expectantibus dominū suum qñ reuertatur a nuptiis, nisi quod in illo Psalmo
sequitur, Inquire pacem & persequere eam? Hęc tria, hoc est, abstinentia a malo,&
operatio boni,& spes prēmii æterni cōmemorata sunt in Actibus Apostolorum, vbi
Acto. 24. scriptum est, Quia docebat eos Paulus de continentia, de iustitia & spe vitę ęternæ.
Ad continentiam pertinet, Sint lumbi vestri, Accincti, Ad iustitiam pertinet, Et lu-
cernæ ardentes. Ad expectationem domini pertinet, spes vitæ æternæ. Ergo declina
Luc. 12. a malo, hæc est continentia, hi sunt lumbi accincti: Et fac bonum, hæc est iustitia, hæ
sunt lucernæ ardentes, Quære pacem & sequere eam: hæc est expectatio futuri secu-
li. Ergo similes estote hominibus expectantibus dominum suum, quādo veniat a nu
ptiis. Habentes autem ista prȩcepta & promissa, quid quærimus in terra dies bonos,
vbi eos inuenire non possumus? Scio enim quia eos quęritis quando aut ægrotatis,
aut in tribulationibus estis, quæ abundant in hoc seculo, qm̄ quando ætas vergit ad
finem, senex plenus est querelis & nullis gaudiis, inter omnes tribulationes quibus
conteritur genus humanum non quærunt homines nisi dies bonos, & vitam volunt
longam quam hic habere non possunt, quia & longa hominis vita tanta breuitate cō 34
stringitur ad vniuersi seculi illius latitudinem, quasi si vna gutta ad vniuersum ma- A
re comparetur. Quid ergo est vita hominis, etiam illa quæ longa dicitur? Longam
vitam dicunt quæ in seculo ista breuis est, & sicut dixi, abundant gemitus vsq; ad de
crepitam senectutem Hoc totum modicum & breue est, & tamen qūo quæritur ab
ab hominibus, quanta diligentia, quanto labore, quanta cura, quāta vigilantia, quan
topere querunt homines vt diu hic viuant & senescant? Ipsum autem diu viuere,
quid est aliud nisi ad finem currere? Habuisti hesternum diem, habere vis & crastinū
Viuere diu quid. diem. Sed cum dies iste transierit & crastinus, minus illum habes. Ideo optas vt luce-
scat dies, vt appropinquet tibi quo tu non vis peruenire. Exhibes aliquam solenni
tatem amicis tuis, audis ibi a bene optantibus, dicitur tibi, multos annos viuas, eue-
niat quod illi dixerunt. Quid? Vt veniant anni & anni, & non vis vt veniat finis an-
norum. Studia tua contraria sunt. Ambulare vis, & peruenire non vis. Verūtamen, vt
dixi, si tanta cura inest hominibus, vt quotidianis, magnis, perpetuisq; laboribus ca-
piant vt tardius moriantur, quanta cura agendum est vt nunquam moriātur? Inde
nemo vult cogitare. Quotidie quæruntur in isto seculo dies boni vbi non inue-
niuntur, & nemo vult sic viuere vt illuc perueniat vbi inueniuntur. Ideo eadem scri
ptura admonet & dicit, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos?
Sic interrogauit scriptura, vt sciret quid illi responderetur, sciens q̄ omnes homi- 34
nes vitam quęrerent & dies bonos. Pro desiderio ipsorum interrogauit, tanquam si- B
bi de omnium corde responderetur: Ego volo. Sic dixit, Quis est homo qui vult vi-
tam, & diligit dies videre bonos? Quemadmodum etiam ista hora qua vobis loquor,
Psal. 33. cum audistis me dixisse, Quis est homo qui vult vitam, & diligit dies videre bonos:
omnes respondistis in corde vestro, Ego. Nam & ego qui vobiscum loquor, vitam vo
lo & dies bonos. Quod quæritis vos, hoc quæro & ego. Quomodo si aurum nobis
omnibus esset necessarium, & ego ad aurum vna vobiscum peruenire volens, & esset
alicubi in agro vestro in loco vestræ potestati subdito, & viderem vos quęrentes au-
rum, & dicerem vobis, quid quæritis, responderetis mihi aurum: & ego vobis dicerē,
aurum quæritis, & ego aurum quæro: quod quæritis & ego quæro, sed non quęritis
vbi possumus inuenire. Ergo audite me, vbi possimus inuenire: uobis non tollo, lo-
cum vobis ostendo, immo sequamur omnes eum qui nouit vbi sit quod quęrimus.
Sic & nunc, quia desideratis vitā & dies bonos: non possumus vobis dicere, no-
lite desiderare vitam & dies bonos, sed illud dicimus, nolite hic quære in hoc secu-
lo vitā & dies bonos, vbi boni esse nō pñt. Nōne vita ipsa morti similis est? Dies aūt
ipsi properātes transevt, qa hodiernus dies hesternū exclusit Crastinus iō nascitur, 34
vt excludat hodiernū. Ipsi dies nō stāt, tu quare cū illis vis stare? Desideriū ergo ve- C
strum qd' vitā vultis & dies bonos, non solum non reprimo, sed ēt vehemētius accen

do. Prorsus querite vitam, quærite dies bonos, sed vbi possunt inueniri, ibi quæran-
tur. Vultis enim audire mecum consilium eius qui nouit vbi sint dies boni, & vbi sit
34 vita? Audite non a me, sed mecū simul, Ait enim nobis quidā, Venite filii audite me
D & concurramus & stemus, & aures erigamus, & corde intelligamus patrem qui ait,
Venite filii audite me, timorem domini docebo vos. Et quam rem vult docere, & cui, Ibidem.
rei vtilis est timor domini. Sequitur, Quis est homo qui vult vitam & diligit dies vi-
dere bonos. Respondemus omnes, Nos volumus. Quid sequitur audiamus, Cohibe
linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Modo dic, Ego. Iandudum
quando dicebam, Quis est hō qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? oēs respon
debamus, Ego. Eia respondeat mihi aliquis, Ego, Ergo cohibe linguam tuam a malo
& labia tua ne loquantur dolum, Dic modo, Ego. Ergo dies bonos & vitam vis, cohi-
bere linguam tuam non vis a malo, & labia tua ne loquantur dolum? Ad mercedem
alacer, ad opus piger, & cui non operanti redditur merces? vtinam in domo tua, vel
operanti mercedem reddas. Nam scio quia non operanti non reddis? Quare? Quia
nihil operanti nihil debes. Et deus proposuit mercedem. Quā mercedē? Vitā & dies
bonos quos omnes desideramus, ad quos dies oēs conamur venire. Promissam mer-
cedem daturus est. Quam mercedem? Vitam & dies bonos. Et qui sunt dies boni? Vi- Dies boni.
ta sine fine, requies sine labore. Magnam mercedē proposuit. In tanta proposita mer
34 cede, videamus quid iusserit. Iam enim mercede tantæ pollicitationis & amore merce-
E dis accensi, paremus iussioni eius vires nostras, latera, lacertos. Quasi iussurus est
onera grandia nos portare, forte aliquid fodere, forte aliquam machinā erigere? Non
iussit tibi rem laboriosam, sed membrum quod inter omnia mēbra cito moues, ip-
sum tibi frænare præcepit, Cohibe linguam tuam a malo. Non est labor erigere fabri
cam, & labor est tenere linguam? Cohibe linguam tuā tuam a malo. Noli loqui men-
dacium, noli loquī criminationes, noli loqui calumnias, noli loqui falsa testimonia.
noli loqui blasphemias. Cohibe linguam tuā a malo. Vide quomodo irascerie, siquis Lingua co
de te male loquatur. Qūo irasceris alteri quando de te male loquitur, sic irascere tibi hibenda.
qnando de altero male loqueris. Labia tua non loquantur dolum. Quod est intus in
corde tuo, hoc dicatur foris. Non aliud pectus tegat, & aliud lingua proferat. Declina
a malo & fac bonum. Nam qūo dicturus sum ei, Vesti nudū, qui adhuc spoliare vult
vestitum? Nam qui premit ciuem suum, qūo habet susципere peregrinum? Ergo per Luc. 12.
ordinem, prius declina a malo & fac bonum, prius accinge lumbos tuos, & tunc lu-
cernam accende. Et cum hoc feceris, securus expecta vitam & dies bonos, quære pacē
& sequere eam, & tunc bona fronte dices domino, Feci quod iussisti, redde quod
promisisti.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, de Nathanaele, Cum esses Ioan. 1.
sub arbore fici vidi te:

Sermo. XL.

34 QVod dictum audiuimus a domino Iesu Christo Nathanaeli, si bene intelli-
F gamus, non ad ipsum pertinet solum. Ipse quippe dominus Iesus sub ficu
vidit omne genus humanum. Isto.n.loco intelligitur per arborem fici si-
gnificasse peccatum. Non vbiq; hoc significat, sed hoc loco vt dixi, ea, s. significandi Ficus pec-
congruentia, qua nostis primum hominem quando peccauit, foliis ficulneis fuisse su catum desi
btectum. His foliis.n.pudenda texerunt, quando de peccato suo erubuerunt, & quæ gnat, &
deus illis membra, ipsi sibi pudenda fecerunt. Non enim erubescendum est de opere quare.
dei, sed confusionem præcesit causa peccati. Si non præcesisset iniquitas, nunquam Gene. 3.
erubesceret nuditas. Nudi enim erant, & non confundebantur. Non enim commise-
rant vnde confunderentur. Hoc autem quare dixi, vt per ficum intelligamus signifi-
catum esse peccatum? Quid est ergo. Cum esses sub ficu vidi te? Cum esses sub pec-
cato vidi te. Et ad rem quidem respiciens gestam recordatus est Nathanael se fuisse
sub ficu, vbi non erat Christus. Non autem ibi erit prȩsentia corporali, scia vero spi
ritali vbi nō est? Et qm̄ sciebat se solū fuisse sub ficu, vbi dñs Christus nō erat: dixit
ei, Cū esses sub arbore ficus vidi te.) Et agnouit in illo diuinitatē, & exclamauit. Tu
34 es rex Israel. Dñs ait, Quia dixi vidi te cū esses sub arbore ficus inde miraris, maiora
G horum videbis.) Quæ sunt ista maiora? Et dixit, Videbitis cœlum apertum, & ange-
los dei ascendentes & descendentes super filium hominis.) Recolamus veterem hi-

storiam conscriptam in libro sancto, i. in Genesi. Quando Iacob obdormiuit, lapidē
ad caput posuit, & in somnis vidit scalam a terra pertingentem vsque ad cœlū & do-
minus incumbebat super eam. Angeli autem ascendebant & descendebant per eam. 34 G
Hoc vidit Iacob. Somnium hominis non scriberetur, nisi magnum in illo aliquod fi-
guraretur [mysterium, & magnum aliquid prophetarum illa visione intelligeretur.]
Deniq; ipse Iacobo quia intellexit quid viderit, posuit ibi lapidem & perfudit oleo.
Psal. 117. Agnoscitis chrisma, agnoscite & Christū. Ipse est. n. lapis quem reprobauerunt ædi-
Mat. 21. ficantes, ipse factus est in caput anguli. Ipse est lapis de quo ipse dixit, Quicunq; of-
fenderit in lapidem illum, conquassabitur: super quem vero venerit lapis ille, conte-
ret eum. Offenditur in iacentem, veniet autem super eum. Cum venertt de alto iu-
dicare viuos & mortuos, væ Iudæis, quia cum iaceret humiliter xps, offenderunt in
Ioan. 9. eum Non est, dicunt, homo iste a deo, qui soluit sabbathum. Si filius dei est descēdat
Marci. 15. de cruce: Insane, iacet lapis, & ideo rides. Sed cum rides, cæcus es. Cum cæcus es, of-
fendis. Cum offendis, conquassaris. Cum quassatus fueris illo modo iacēte, postea ve
niente desuper contereris. Ergo vnxit lapidem Iacob. Nunquid idolum fecit? Signifi
Iacob dictus est Israel & quare binomius. cauit, non adorauit, Modo autem istum Nathanaelem attendite, per cuius occasionē
dominus Iesus exponere nobis voluit visionem Iacob. Nostis qui in schola xpi eru-
diti estis, Iacob ipsum esse & Israel. Duo sunt noia, nam homo vnus fuit. Primum no 34
men Iacob quando natus est accepit, quod interpretatur supplantator. Quādo aūt il H
li gemini nati sunt, prior natus est frater Esau, & inuenta est manus illius minoris, in
Gene. 25. pede maioris. Tenebat pedem fratri suo præcedenti nascendo, postea & ipse secutus
16. De ci. est. Et propter hoc factum, quia plantam tenuit fratri suo suo appellatus est Iacob, i.
dei, ca. 39. supplantator. Postea vero cum rediret de Mesopotamia, luctatus est cum eo angelus
Gene. 32. in via. Quæ virtus comparari potest angeli & hominis? Ergo mysterium est, ergo sa-
cramentum est, ergo prophetia est, ergo figura est, ergo intelligamus. Videte. n. etiā
luctamini modum. [Dum luctatur, præualuit angelo Iacobo, Magna significatio, vt
præualuisset homo angelo. Tenuit illum, tamen homo eum quem vicerat tenuit. Et
ait illi, Non te dimittam, nisi benedixeris mihi. Quādo victor a victo benedicebatur
Christus figurabatur. Angelus ergo ille qui intelligitur dominus Iesus, ait ad Iacob
Iam non vocaberis Iacob, sed erit nomen tuum Israel, quod est interpretatum, vidēs
deum, Deinde tetigit neruū femoris eius, id est, latitudinem femoris, & aruit ei, & fa
ctus est claudus Iacob. Ipse est ille victus. Tm potuit victꝰ vt femur tāgeret, & claudū
faceret. Ergo si volēs victus est ptātē. n. habuit ponēdi virtutē suā: ptātē habuit assu
mēdi eā nō irascitur victus, q non irascitur crucifixus. Nā & benedixit eū dicēs, Nō
vocaberis Iacob, sed Israel. Tū supplantator factus es, videns deū. Et tetigit sicut di 35
xi, femur eius, & fecit eum claudicare. Attendite in Iacob populum Iudæorum in 35 B
illa milia sequentium & præcedentium iumentum dñi, qui iuncti Apostolis adora-
bant dominum & clamabant, Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine
Mat. 21. domini. Ecce Iacob benedictus. Iam claudus in eis remansit, qui modo Iudæi sunt.
Latitudo. n. femo. is, significat multitudinem generis. De quibus Psalmus cum gen-
Psal. 17. tes crediturās prophetasset dicens, Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in au-
ditu auris obediuit mihi. Non ibi fui & auditus sum, astui & occisus sum. Populus
quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Igitur fides ex au-
ditu, auditus aūt per verbū xpi. Et sequitur, Filij alieni mentiti sunt mihi, de Iudeis.
Rom. 10. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterauerunt, & claudicauerunt a semitis
suis. Assignaui vobis Iacob, & benedictū & claudum. Verum ex hac occasione non
est prætereundum, quod potest fortasse sua sponte vestrū aliquē cōmonere, Quid si
bi vult quod commutatum est nomen Abrahæ aut huius Iacob? Nam & ipse Abram
vocabatur prius, & deus mutauit illi nomē & dixit, Non vocaberis Abrā, sed Abrahā
Gene. 17. ex illo non est vocatus Abram. Quærite in scripturis, & videbitis superius antequā
acciperet aliud nomen, non est vocatus Abram: posteaquam accepit, non est vocatus
nisi Abraham. Iste autem Iacob quando accipit aliud nomen, eadem verba audiuit, 36
Non vocaberis Iacob, sed Israel. Quærite scripturas & videte, quia vtrunque voca- 36 K
Gene. 32. tus est semper, & Iacob & Israel. Accepto alio nomine Abraham, non aliud est voca-
tus nisi Abraham. Accepto autem alio nomine Iacob, & Iacob vocatus est & Israel.

Nomen Abrahæ in hoc seculo explicandum fuit, Hic est. n. factus pater multarū gen
tium, vnde nomen accepit. Nomen autem Israel ad alterum seculum pertinet, vbi vi
34 debimus deū. Populus ergo dei, populus Christianus in hoc tpe, & Iacob est & Israel.
M Iacob in re, Israel in spe. Supplantator. n. fratris dicitur populus minor populi maio
ris. Nunquid nos supplantauimus Iudæos? Sed supplantatores dicimur illorū, quia
nostri causa sunt supplantati. Nisi excæcati essent, xps nō crucifigeretur; Si Christus
non crucifigeretur, sanguis ille prætiosus non funderetur. Si sanguis ille non funde
retur, orbis terrarum non redimeretur. Quia ergo nobis profecit cęcitas illorū, ideo
a minore fratre maior supplātatus est, & appellatus est minor supplàtator, Sed quā-
diu hoc? Veniet tempus, veniet finis seculi, & credet totus Israel. Non illi qui modō
sunt, sed filij ipsorum, qui tunc erunt. Nam modo isti per vias suas ambulantes ibūt
ad loca sua, transibunt ad damnatioue perpetuam. Quādo autem factus fuerit vnus
populus totus, fiet illud quod canimus, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Dū
venerit promissio quæ promittitur, vt videamus facie ad faciem. Modo videmus per Psal. 16.
per speculum in ænigmate & ex parte: quando autem vterq; populus iam purgatus, 1. Cor. 13.
iam resuscitatus, iam coronatus, iam in immortalem formam & in incorruptionem
perpetuam commutatus, videbit deum facie ad faciem, etiam non erit Iacob, sed so-
lus erit Israel, tūc eum in persona huius sancti Nathanael videbit dominus & dicet.
35 Ecce vir Israelita, in quo dolus non est. Quando audis, Ecce vir Israelita, veniat tibi
A in mentem Israel. Cum venerit in mentem tibi Israel, veniat tibi in mentem somniū Ioan. 1.
illius, in quo somnio scalam vidit a terra vsq; ad cœlum, deum superincumbentem,
angelos dei ascendentes & descendentes. Hoc somnium vidit Iacob. Post hoc autē Gene. 28.
apellatus est Israel, i. post paulum veniens de Mesopotamia & agens iter. Si ergo Ia-
cob vidit scalam, qui est & Israel appellatus: est autem & Nathanael iste vere Israeli-
ta, in quo dolus non est: ideo cum miratus esset quia dixit ei dominus, Sub arbore fi-
ci vidi te. dixit ei, Maius his videbis. Et item dixit somnium Iacob. Cui dixit? Ei quē
appellauit Israelitam, in quo dolus non est. Quasi qui diceret, Cuius noīe tē appella
ui, ipsius somnium in te apparebit, noli festinare mirari, maiora horum videbis. Vide
bis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis.
Ecce qui vidit Iacob. Ecce quare perfudit lapidem oleo Iacob. Ecce quare Christum
prophetam significauit, & figurauit Iacob. Illud enim factum prophetia erat. Nunc
quid expectetis noui, quid a me velitis audire, intelligo. Dicā, & hoc breuiter, vt do-
minus donat, ascendentes & descendentes angelos ad filium hois. Quō si descendūt
ad illum, hic est: si ascendunt ad illum, sursum est? Si aūt ad illum ascendunt, ad illum
descendunt, & sursum est, & hic est: nullo pacto fieri pōt vt ad illum ascendant, & ad
illum non descendunt, nisi & ibi sit quo ascēdunt, & hic sit quo descendunt. Quo pro
bamus & illic eum esse, & hic eum esse? Respondeat nobis Paulus, qui primo Saulus.
35 Expertus est illud ipse quando prius erat persecutor, & postea factus est prædicator: Philip. 3.
B prius Iacobi, postea Israel: qui erat & ipse de genere Israel, de tribu Beniamin erat.
In illo videamus xpm sursum, xpm deorsum. Primo ipsa dñi vox de cœlo hoc osten
dit, Saule, Saule, quid me persequeris? Nunquid Paulus in cœlū miserat? Christianos Acto. 9.
persequebatur, ipsos ligabat, ipsos occidendos trahebat, ipsos vbiq; latentes quære-
bat, ipsis inuētis nulla ratione parcebat. Cui ait dñs xps, Saule, Saule. Vnde clamat?
De cœlo. Ergo sursum est, Quid me persequeris? Ergo deorsum est. Omnia, etsi breui
ter, vt potui enposui charitati vestrę. Erogaui quod ad me pertinet, quod autem ad
nos pertinet, pauperes cogitate, Conuersi, &c.

De conuersione aquæ in vinum, In Euangelio secundum eundem. Ioan. 2.
Sermo. XLI.

SCitis fratres, in xpm enim credentes didicistis, & assidue etiam nos ministerio
nostro commendauimus vobis, q medicina tumoris hominis, humilitas est Chri
35 sti. Non. n. periisset homo, nisi superbia tumuisset, Initiū. n. sicut dicit scriptura, oīs pec Eccli. 10.
C cati superbia. Cōtra initiū peccati, initiū iustitiæ necessariū fuit. Si ergo omnis peccati
cati superbia initium, vnde sanaretur tumor superbiæ, nisi deus dignaretur deus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri? Erubescat homo esse superbus, quoniam factus est humilis deus. Nam quando dicitur homini ut humiliet se, dedignatur: & vt velint homines uindicari quando leduntur, superbia facit. Cum humiliari dedignantur uindicari uolunt, quasi pœna cuique prodesse possit aliena. Iesus & iniuriam passus, uindicari uult, de aliena pœna sibi quærit medicamentum, & acquirit grande tormentum. Ideo in omnibus dominus Christus humiliari dignatus est præbens nobis uiam, si tamen dignemur ambulare per eam. Ecce inter cætera filius uirginis uenit ad nuptias, qui cum apud patrem esset instituit nuptias. Quomodo facta est prima mulier, per quam uenit peccatum, de uiro sine fœmina: sic uir per quem deletum est peccatum, de fœmina sine uiro. Per illum ruimus, per hunc surgimus. Et quid in ipsis nuptiis fecit? De aqua vinum. Quid potentius? Qui poterat talia facere, dignatus est indigere. Qui fecit de aqua uinum, potuit facere & de lapidibus panem: eademq; potentia erat. Sed tũc diabolus tentauit, ideo Christus non fecit. Scitis enim quia quando tentatus est dominus Christus, hoc ei suggessit diabolus. Esuriuit enim, quia & hoc dignatus est, quia & hoc ad humilitatem pertinuit. Esuriuit panis sicut defecit uia, sicut uulnerata est sanitas, sicut mortua est uita. Cum ergo esuriret ut nostis, ait illi tentator, Si filius dei es, dic lapidibus istis ut panes fiant. Et respondit tentatori, docens te respondere tentatori. Ad hoc enim pugnat Imperator ut milites discant. Quid respondit? Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Et non fecit de lapidibus panes, qui utique sic potuit facere sicut de aqua uinum. Eiusdem enim potentiæ est facere de lapide panem, sed non fecit ut uoluntatem contemneret tentatoris. Aliter enim tentator non uincitur nisi contemnatur. Et cum uicisset diabolũ tentatorem, uenerunt angeli & ministrabant ei. Qui ergo tantum poterat, quare illud non fecit, & hoc fecit? Lege, immo recole, quod modo audisti quando fecit hoc, id est, de aqua uinum. Quid addidit Euangelista? Et crediderunt in eum discipuli eius. Nunquid tunc diabolus fuerat crediturus? Qui ergo tãta potuit, esuriuit, sitiuit, fatigatus ẽ, dormiuit, comprehensus est, cæsus est crucifixus est, occisus est. Ista est uia, ambula per humilitatem ut uenias ad æternitatem. Deus Christus, patria est quo imus, homo Christus uia est qua imus, ad illum imus, per illum imus. Quid timemus ne erremus? Non recessit a patre, & uenit ad nos. Vbera sugebat, & mundum continebat. In præsepi iacebat, & angelos pascebat. Deus & homo, idem deus qui domo, idem homo qui deus. Sed non unde homo, inde deus, quia uerbum homo, quia uerbum caro factũ est, & deus manendo, & hominis carnem assumendo, addendo quod nõ erat, nõ perdendo quod erat. Ergo & modo iam passus per ipsam humilitatem iam mortuus, iã sepultus, iam resurrexit, iam ascendit in cœlum, ibi est & sedet ad dexterã patris, sed hic est egens in pauperibus suis. Etiam hesterno die hoc commendaui charitati vestræ, propter illud quod dixit Nathanaeli, Maius his uidebis. Dico autem uobis, uidebitis cœlum apertum, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Quæsiuimus quid esset, & diu lucuti sumus: nunquid & eadem hodie replicare debemus? Qui affuerunt recordentur, breuiter tamen commemoro, Non diceret ascendẽtes ad filium hominis, nisi sursum esset: non diceret descendentes [ad filiũ hominis,] nisi deorsum esset. Ipse sursum, ipse deorsum. Sursum in se, deorsum in suis. Sursum apud patrem, deorsum in nobis. Vnde & uox illa ad Saulum. Saule, Saule, qd me persequeris? Non diceret: Saule, Saule, nisi quia sursum erat. Sursum eum Saulus nõ persequebatur. Non diceret quid me persequeris, qui sursum erat, nisi esset & deorsum. Timete Christum sursum agnoscite deorsum. Habe christum sursum largientẽ, hic agnosce indigentem. Hic pauper est, ibi diues est. Quod hic pauper est christus, pro nobis, ipse loquitur. Esuriui, sitiui, nudus fui, in carcere fui: & quibusdam dixit, ministrastis mihi: quibusdam dixit, nõ mihi ministrastis. Ecce probauimus christũ pauperem, Christum diuitem, quis nescit? Et hic ad diuitias pertinebat, aquam in vinum uertere. Si diues est qui habet uinum, qualis diues est qui facit uinum? Ergo diues & pauper Christus. Tanquam deus diues, tanquam homo pauper. Iam & ipse homo diues ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris, adhuc tamen hic pauper esurit, sitit, nudus est. Tu quid es? Diues an pauper? Multi mihi dicunt, pauper sum, & uerum dicunt. Agnosco pauperem aliquid habentem, agnosco & indigentẽ. Sed

Ioan. 2.

Gene. 2.

Christus quare de aqua fecit uinum, & non de lapidibus panem.

Mat 4.

Ioan. 2

Luc. 2.

EVbi sup.

Acto. 9.

Mat. 25.

Christus paup & diues.

habet quidam multum auri & argenti, O si agnoscat se pauperem, Agnoscit se pauperem, si agnoscit iuxta se pauperem. Quid enim? Quantum uis habeas quicunque 35 H
diues es, dei mendicus es. Venitur ad horam orationis, & ibi te probo. Petis. quomodo non pauper es qui petis? Plus addo. Panem petis. An non es dicturus, Panem nostrum quotidianum da nobis? Qui panem quotidianum petis, pauper es an diues? Mat. 6.
Et tamen Christus dicit tibi. Da mihi ex eo quod tibi dedi. Quid enim attulisti quãdo uenisti? Omnia quæ creaui, creatus hic inuenisti, nihil attulisti, nihil hinc tolles. De meo mihi quare non donas? Quia tu plenus es, & pauper inanis est. Primordia vestra attendite, ambo nudi nati estis. Et tu ergo nudus natus es. Multa hic inuenisti, Nunquid tecum aliquid attulisti? De meo quæro, da & reddo. Habuisti me largitorẽ, facito debitorem. [Parum est quod dixi, Habuisti me largitorem, fac me debitorem,] habeam te fœneratorem. Pauca mihi das, plura reddam. Terrena mihi das, cœlestia reddam. Temporalia mihi das, æterna restituam. Teipsum tibi reddam, quando te mihi reddidero.

De infirmo iacente ad piscinam, In Euangelio secundum eundem. Sermo XLII. Ioan. 5.

RECentissima † in auribus nostris sonuit euangelica lectio, & ad cognoscendum quid sibi uellent quæ lecta sunt, fecit attentos. Hoc de me expectari arbitror, 35 I
hoc me pro uiribus expositurum, domino adiuuante, polliceor. Proculdubio enim non frustra fiebant illa miracula, & aliquid nobis pro æterna salute figurabant. Nam salus corporis quæ reddita est homini, quanti temporis fuit? Quæ est enim uita uestra, dicit scriptura? Vapor, inquit, ad modicum apparens, deinceps exterminabitur. Quòd ergo illius hominis corpori ad tempus reddita est sanitas, reddita est nonnulla diuturnitas uapori. Non itaque pro magno illud habendum est, Vana salus hominis. Et illud recolite fratres, illud propheticum & euangelicum, Omnis caro fœnum, & omnis honor carnis ut flos fœni: fœnum aruit, flos decidit, uerbum domini manet in æternum. Verbum domini etiam fœno dat honorem, & honorem non transitorium. Dat enim & carni immortalitatem. Sed prius transit tribulatio uitę huius de qua nobis præstat auxilium, cui diximus, Da nobis auxilium de tribulatione. Tota quippe ista uita intelligentibus tribulatio est. Sunt enim duo tortores animæ, nõ simul torquentes, sed cruciatus alternantes. Horum duorum tortorum nomina sunt timor & dolor. Quando tibi bene est times, quando male est doles. Seculi huius quẽ non decipit prosperitas, non frangit aduersitas? Tenenda est in hoc fœno, & in diebus fœni uia tutior, uerbum dei. Cum enim dictum esset, Omnis caro fœnum, & eius gloria eius flos fœni: fœnum aruit, flos decidit: quasi quæramus quæ fœno sicut 35 K
ipes, quæ flori fœni stabilitas: sed uerbum, inquit, domini manet in æternum. Et vnde, inquis, ad me uerbum domini? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum enim domini dicit tibi, Noli respuere promissum meum, quia non respui fœnum tuum. Hoc ergo quod nobis præstitit uerbum domini ut ad ipsum nos teneremus, nè cum flore fœni transiremus: hoc ergo quod nobis præstitit ut uerbum caro fieret, suscipiens carnem non mutatum in carnem, manens & assumens, manens quod erat, assumens quod non erat: hoc ergo quod nobis præstitit, etiam piscina illa significat. Breuiter dico, Aqua illa, Iudaicus populus erat: qnque porticus, lex. Quiq; enim libros scripsit Moyses. Ergo aqua quinq; porticibus cingebatur, sicut ille populus lege coercebatur. Aquæ perturbatio, in illo populo est domini passio. Qui descendebat sanabatur non nisi vnus, quia ipsa est vnitas. Quibuscunque ista displicet christi passio, superbi sunt, nolunt descendere, non sanantur. Et ego, inquis, creditus sum deum in carne, deum natum ex fœmina, deum crucifixum, flagellatum, mortuum, vulneratum, sepultum? Absit ut hoc credam de deo, indignum est, Cor loquatur non ceruix. Superbo uidetur domini humilitas indigna, ideo a talibus longe sit sanitas. Noli te extollere, si uis sanari descende. Expauescere pietas debuit, si christus 35
carne mutabilis diceretur. Nunc autem commendat tibi ueritas immutabilem chri- L
stum quantum attinet ad uerbum. In principio enim erat uerbum, & uerbum erat apud deum, non quod sonaret & transiret, quia deus erat uerbum. Manet ergo incommutabilis deus tuus. O uerax pietas, manet deus tuus. Noli timere, non perit, & per

† alias reuerẽdissima.

Iacob. 4. Psal. 55. Esaiæ. 40.

Psal. 59.

Tortores aię, timor & dolor.

Ioan. 1.

Piscinę mysteriũ.

Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſum nec tu peris. Manet, naſcitur ex fœmina, ſed in carne. Verbum autem & matrem fecit. Qui erat antequam fieret, fecit ſibi in qua fieret, Infans fuit, ſed in carne. Suxit, creuit, alimenta ſumpſit, per ætates cucurrit, ad inuentam peruenit, ſed in carne. Eſuriem, ſitimq; paſſus eſt, ſed in carne. Comprehenſus, ligatus, flagellatus, contumeliis affectus, poſtremo crucifixus, occiſus, ſed in carne. Quid expaueſcis? Verbum domini manet in æternum. Qui reſpuit iſtam dei humilitatem, non vult ſibi a mortifero tumore ſuperbię ſanitatem. Præſtitit ergo dominus Ieſus chriſtus per carnem ſuam carni noſtræ ſpem. Suſcepit enim quod noueramus in hac terra: quod hic abundabat, naſci & mori hic abundabat, reſurgere, & in æternum viuere non hic erat. Inuenit hic viles merces terreſtres, attulit peregrinas cœleſtes. Si expaueſcis mortem, ama reſurrectionem. Dedit tibi auxilium de tribulatione ſua, nam vana * remanſerat ſalus tua. Salutem itaque in hoc mundo peregrinam, hoc eſt, ſempiternam fratres agnoſcamus & diligamus, & in hoc mundo tanquam peregrini viuamus. Tranſire nos cogitemus, & minus peccabimus. Agamus potius deo gratias, quia huius vitæ vltimum diem & breuem eſſe voluit & incertum. A prima infantia vſque ad decrepitam ſenectutem, ſpatium breue eſt. Quod tandiu vixerat, quid profuiſſet ei ſi Adam hodie mortuus eſſet? Quid diu eſt, vbi finis eſt? Heſternum diem nemo reuocat, hodiernus craſtino vrgetur vt tranſeat. Ipſo paruo ſpatio bene viuamus, ut illo eamus vnde non tranſeamus. Et modo cum loquimur vtique tranſimus. Verba currunt, & horę volant: ſic ætas noſtra, ſic actus noſtri, ſic honores noſtri, ſic miſeria noſtra, ſic iſta fœlicitas noſtra. Totum tranſit, ſed non expaueſcamus, Verbum domini manet in æternum. Conuerſi ad dominum, &c.

talias, vna

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum eundem, Si ego teſtimonium perhibeo de me &c. Sermo XLIII.

Ioan. 5.

AVdiuimus verba ſancti Euangelii, & hoc poteſt aliquem permouere, quod ait dominus Ieſus, Si ego teſtimonium perhibeo de me, teſtimonium meum non eſt verum.) Quo ergo non eſt verũ teſtimoniũ veritatis? Nonne ipſe eſt

Ioan. 14.

qui dixit, Ego ſum uia, & veritas, & vita? [Cui ergo credendũ eſt, ſi veritati nõ eſt credendũ? Profecto.n. non vult credere niſi falſitati, qui non eligit credere veritati. Dictũ ergo hoc ſecũdũ ipſos, vt ſic intelligas, & ex his verbis hunc ſenſum concipias, Si ego teſtimoniũ perhibeo de me, teſtimoniũ meũ non eſt verũ: id eſt, ſicut putatis. Ille.n. nouerat verũ eſſe de ſe teſtimoniũ ſuũ, ſed pp infirmos, ꝓpter incredulos, ꝓpter non intelligentes ſol lucernas quærebat. Fulgore quippe ſolis, lippitudo eorum ferre non poterat. Ideo quæſitus eſt Ioãnes qui teſtimoniũ perhiberet veritati, & audiſtis quid ait, Vos veniſtis ad Ioannẽ. Ille erat lucerna ardens & lucens, & vos voluiſtis exultare ad horã in lumine eius.) Lucerna iſta ad illorũ confuſionẽ parata eſt, quia

Pſal. 131.

de hoc dictũ eſt ante tm̃ tps̃ in pſalmis, Paraui lucernã chriſto meo. Vt quid lucernã

Mat. 21.

ſoli? Vt inimicos eius induã confuſionem, ſuper ipſum aũt efflorebit ſcificatio mea. Deniq; hinc ſunt confuſi quodã loco per ipſum Ioannem, qñ dixerunt dño Iudęi, In qua ptãte iſta facis? Dic nobis. Quibus rñdit, Dicite mihi & vos, Baptiſmũ Ioannis de cœlo eſt, an ex hominibus? Audierunt & tacuerunt. Cogitauerunt enim apud ſe cito, Si dixerimus, ab hominibus, lapidabit nos populus, quia prophetã habent Ioãnem. Si dixerimus, de cœlo, dicturus eſt nobis, Quare ergo non credidiſtis ei? Quia Ioannes perhibebat chriſto teſtimonium. Anguſtati in cordibus ſuis quæſtionibus ſuis, & illaqueati laqueis ſuis, reſponderunt, Neſcimus. Quę potuit alip vox eſſe tenebrarum? Reſtum eſt quidem homini, vt quando neſcit, dicat, Neſcio. Quando autem ſcit, & dicit, Neſcio, teſtis eſt contra ſe. Vtique nouerant excellentiam Ioannis, & quia de cœlo erat baptiſmum eius, ſed nolebant acquieſcere cui teſtimonium perhibuit Ioannes. At vbi dixerunt, Neſcimus, reſpondit eis Ieſus, Nec ego dicam vobis in qua poteſtate iſta facio. Et confuſi ſunt, & impletum eſt, Paraui lucernã chriſto meo,

Pſal. 131.

vt inimicos eius induam confuſione, Martyres nõne teſtes ſunt chriſti, & teſtimoniũ perhibent ueritati? Sed ſi diligẽtius cogitemus, qñ illi martyres perhibẽt teſtimoniũ, ipſe ſibi perhibet teſtimoniũ. Ipſe.n. habitat in martyribus, ut perhibeãt teſtimoniũ veritati. Audi vnũ ex martyribus, ipſum Apoſtolũ Paulũ, Nunquid experimentum

vultis accipere eius qui in me loquitur Chriſtus? Dum perhibet ergo teſtimonium Ioannes, Chriſtus ſibi perhibet teſtimonium qui habitat in Ioanne. Perhibeat teſtimonium Petrus, perhibeat Paulus, perhibeant cæteri Apoſtoli, perhibeat Stephanus, ipſe ſibi perhibet teſtimonium, qui habitat in omnibus. Ipſe enim ſine illis deus eſt, illi ſine illo quid ſunt? De ipſo dictum eſt, Aſcendit in altum, captiuauit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quid eſt, captiuauit captiuitatem? [Vicit mortem. Quid eſt captiuauit captiuitatem?] Mortem procurauit diabolus, & ipſe diabolus de morte Chriſti eſt captiuatus. Aſcendit in altum. Quid altius cœlo? Nouimus euidenter & ante oculos diſcipulorum ſuorum aſcendit in cœlum. Hoc ſcimus, hoc credimus, hoc fatemur, Dedit dona hominibus. Quæ dona? Spiritum ſanctum. Qui tale dat donum, qualis ipſe eſt? Magna eſt autem miſericordia dei. Donum dat æquale ſibi, quia donum eius ſpiritus ſanctus eſt, & vnus deus tota trinitas, pater & filius & ſpiritus ſanctus. Quid nobis præſtitit ſpiritus ſanctus? Apoſtolum audi, Charitas dei, inquit, diffuſa eſt in cordibus noſtris. Vnde tibi o mendice charitas dei diffuſa eſt in corde tuo? Quid, aut in quo charitas dei diffuſa eſt in corde humano? Habemus, inquit, theſaurum iſtum in vaſis fictilibus. Quare in vaſis fictilibus? Vt eminentia virtutis ſit dei. Denique cum dixiſſet, Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, ne putaret quiſque a ſe ſibi eſſe quod diligit deum, continuo addidit, Per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Vt ergo ames deum, habitet in te deus, & amet ſe

E 36

de te, id eſt, ad amorem ſuum moueat te, accendat te, illuminet te, excitet te. Lucta eſt enim in iſto corpore. Quandiu viuimus pugnamus, quandiu pugnamus periclitamur, Sed in his omnibus ſuperamus, per eum qui dilexit nos. Pugnam noſtram modo cum Apoſtolus legeretur audiuimus. Omnis, inquit, lex in vno ſermone impletur, in eo ꝙ diligis proximum tuum ſicut teipſum, Iſta dilectio de ſpiritu ſancto eſt, Diligis proximum tuum ſicut teipſum, prius vide ſi iam noſti diligere teipſum, & cõmitto tibi proximum quem diligas ſicut teipſum. Si autem nondum noſti diligere te, timeo ne decipias proximum ſicut te. Si enim amas iniquitatem, non diligis te, pſalmus teſtis eſt, Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Si autem odiſti animam tuam, quid tibi prodeſt quia diligis carnem tuam? Si odiſti animam tuam, & diligis carnem tuam, reſurgit caro tua, ſed vt torqueatur anima tua. Ergo prius anima diligenda eſt, quæ deo ſubdenda eſt, vt ordinem ſuum ſeruitus iſta cuſtodiat, anima deo, animæ caro, Vis ſeruiat caro tua animæ tuæ. Deo ſeruiat anima tua, Deb es regi, vt poſſis regere, Nam lucta iſta tam periculoſa eſt, vt ſi dimiſerit rector ruina ſequatur. Quæ lucta? Si autem mordetis & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem conſumamini. Dico autem, ſpiritu ambulate, & concupiſcentias carnis ne perfeceritis. [Apoſtoli verba dico, quę modo recitata ſunt de epiſtola ipſius.] Dico autem, ſpiritu ambulate, & concupiſcentias carnis, non dixit, non habueritis, neque hoc dixit,

36 F

ne feceritis, ſed ne perfeceritis. Quid ſi autem hoc, adiuuante domino dicam vt potero, adeſte vt intelligatis, ſi ſpiritu ambulatis. Dico autem, ſpiritu ambulate, & concupiſcentias carnis ne perfeceritis. Sequitur, ne forte aliquid in hoc quod hic obſcurum eſt, in eius ſequentibus verbis facilius poſſit intelligi. Dixi enim non fruſtra Apoſtolum noluiſſe dicere, [Concupiſcentias carnis ne habueritis: neq; hoc ſaltem voluiſſe dicere,] Concupiſcentias carnis ne feceritis: ſed dixiſſe, Concupiſcentias carnis ne perfeceritis: ipſam nobis luctam propoſuit. In hoc prælio verſamur, ſi deo miſeri. Quid ergo ſequitur? Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem. Hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non ea quę vultis faciatis. Hoc ſi non intelligatur, periculoſiſſime auditur, ideo ſolicitus ne male homines intelligẽdo pereant, ſuſcepi hæc verba Apoſtoli, adiuuante domino, exponere veſtræ charitati, Vacat nobis, matutina cœpimus, hora prandij non vrget, ad iſtum diem, id eſt, ſabbathum maxime hi aſſolent conuenire, qui eſuriunt verbum dei. Audite, attendite, dicam, quantum potero, diligenter. Quid eſt hoc quod dixi, Periculoſe auditur, ſi nõ intelligatur? Multi concupiſcentijs carnalibus & damnabilibus victi, cõmittunt quæ

36 G

que facinora atq; flagitia, & immunditijs tam peſſimis voluntantur, quæ turpe eſt ẽt dicere, & dicũt ſibi iſta verba Apoſtoli. Vide qd dixit Apoſtol⁹, Vt nõ ea q̃ vultis facia tis. Nolo facere, cogor, cõpellor, vincor, facio q̃ nolo, ſicut ait Apoſtol⁹, Quia caro cõ

Pſal. 67. Epheſ. 4. Acto. 1. Roma. 5. 2. Cor. 4. Roma. 5. Roma. 8. Galat. 5. Pſal. 10. Galat. 5. Concupiſcẽtiæ carnales vitã dæ. Roma. 7. Galat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupiſcit aduerſus ſpiritū,ſpūs aūt aduerſus carnē,vt nō illa quæ vultis faciatis. Videtis ꝙ periculo ſe auditur,ſi nō intelligatur. Videtis quemadmodū pertineat ad officiū paſtoris opertos fontes aperire, & aquā purā innoxiā ſitientibus ouibus miniſtrare. Noli ergo vinci quando pugnas. Videte quale bellum ꝓpoſuit, qualem pugnam,qualem rixam intus intra teipſum, Caro concupiſciuit aduerſus ſpūm. Si nō cōcupiſcit & ſpūs aduerſus carnē,fac adulteriū. Si aūt ſpūs concupiſcit aduerſus carnē,luctā video,victū non video. Pugna eſt,concupiſcit caro aduerſus ſpiritū,delectat adulteriū. Fateor quia delectat,Sed ſpūs concupiſcit aduerſus carnē, [delectat & caſtitas, ergo vincat ſpūs carnem,aut] certe non vincatur a carne. Adulteriū tenebras quærit,caſtitas lucem deſiderat. Qūo vis innoteſcere,ſic viue. Qūo vis hominibus innoteſcere,ét ꝑter oculos hominū ſic viue,qm̄ qui fecit te, & in tenebris videt te. Quare laudatur caſtitas publice ab omnibus? Quare nō laudāt adulteriū nec adulteri? Qui ergo quærit veritatem, venit ad lucē. Sed delectat & adulteriū, cōtradicatur, reſiſtatur, repugnetur. Non n. nō habes vnde pugnes, Deus tuus in te eſt, ſpūs bonus datus eſt tibi. Et tamē permittitur ipſa caro cōcupiſcere aduerſus ſpūm, ſuggeſtionibus prauis, [& delectationibus genuinis.] Fiat quod ait Apoſtolus, Non regnet peccatū in veſtro mortali corpore. Non dixit. Non ſit. Iā n. eſt ibi. Qd̄ ideo peccatū vocatur, quia merito peccati contigit. Non. n. in paradiſo caro cōcupiſcebat aduerſus ſpiritū, aut erat ibi iſta pugna vbi pax erat ſola, ſed facta tranſgreſſione, poſteaquā homo noluit ſeruire deo, & donatus eſt ſibi, nec ſic donatus ſibi vt poſſit ſaltem poſſidere ſe, ſed ab eo poſſeſſus, a quo deceptus, cœpit caro cōcupiſcere aduerſus ſpūm. Et hoc, in bonis cōcupiſcit aduerſus ſpūm: nā in malis nō habet contra quē cōcupiſcat. Ibi. n. cōcupiſcit aduerſus ſpūm, vbi eſt ſpūs. Qd̄. n. ait, Caro cōcupiſcit aduerſus ſpūm, & ſpiritus aduerſus carnem, noli putare ſpiritui hominis tātūdē datū, Spūs dei eſt qui pugnat in te aduerſus te, aduerſus illud qd̄ eſt in te cōtra te. Noluiſti n. ſtare ad dīm, cecidiſti. Fractus es, qūo vas quando de manu hois cadit in terrā, Fractus es. Et quia fractus es, ideo aduerſus es tibi, ideo es contra te. Nihil ſit in te contra te, & integer ſtabis. Nam vt noueritis ad ſpūm ſctm̄ hoc officiū pertinere, alio loco dicit Apoſtolus, Si. n. ſecūdū carnē vixeritis, moriemini, Si aūt ſpū facta çarnis mortificaueritis, viuetis. [In his verbis iam extollebat ſe homo, quaſi ſpū ſuo facta carnis poſſet mortificare, Si ſecūdū carnē vixeritis, moriemini. Si aūt ſpū facta carnis mortificaueritis, viuetis.] Expone nobis Apoſtole quo ſpū. Habet. n. & homo ſpūm ad naturā priā pertinētē, quo homo eſt. Homo. n. conſtat ex corpore & ſpū, Et de ipſo ſpū hois dictū eſt, Nemo ſcit quæ ſunt hois, niſi hois ſpūs qui in ipſo eſt. Video ergo & ipſum hoiem habere ſpūm ſuū pertinētē ad naturā ſuā, & audio te dicētem, Si aūt ſpū facta carnis mortificaueritis, viuetis, Quæro quo ſpū: Meo, an dei? Audio n. verba tua, & adhuc ambiguitate permoueor, Spūs n. cū dicitur, & hois eſt aliquando, & pecoris, ſicut ſcriptū eſt, Per diluuiū mortuā eſſe oēm carnē quæ habebat in ſe ſpiritū vitę. Ac per hoc & pecoris ſpūs dicitur, & hois ſpūs dicitur. Aliquando & vētus ſpūs dicitur, ſicut habetur in Pſalmo, Ignis, grādo, nix, glacies, ſpūs tēpeſtatis. Cū ergo multis modis dicatur ſpūs, quo ſpū dixiſti o Apoſtole, facta carnis motificanda, meo an dei? Audi qd̄ ſequitur, & intellige. Sublata eſt quæſtio ſequētibus verbis. Cū n. dixiſſet, Si autē ſpū facta carnis mortificaueritis viuetis: continuo addidit, Quotquot. n. ſpū dei agūtur, hi filij ſunt dei. Agis ſi agaris, & bene agis, ſi a bono agaris. Ergo qd̄ dixit tibi, Si ſpū facta carnis mortificaueritis, viuetis: & ambiguū tibi erat de quo ſpū dixerit, in ſequentibus uerbis intellige præceptorē, agnoſce redēptorē. Etenim ille redēptor tibi ſpūm dedit, quo mortifices facta carnis. Quotquot. n. ſpiritui dei aguntur, hi filij ſunt dei, Non ſunt filij dei, ſi nō agūtur ſpū dei. Si aūt ſpū dei agūtur, pugnāt, quia magnū habent adiutorē. Non. n. deus ſic nos expectat pugnātes, qūo expectat populus venatores. Populus venatori ſauere pōt, periclitātē adiuuare nō pōt. Si ergo hic caro non cōcupiſcit aduerſus ſpūm, & ſpūs aduerſus carnē, & quid eſt vt non ea quæ vultis faciatis? Hic. n. periculum eſt mali intellectoris. Sit nunc officiū qualiſcunq; expoſitoris, vt non ea quæ vultis faciatis, Attēdite ſancti quicunq; pugnatis, præliantibus loquor. Intelligunt qui pugnant, non me intelligit qui non pugnat. Nā qui pugnat non ideo intelligit me, ſed præuenit me, quia vult homo caſtus vt nulla

Ioan. 3.

Roma. 6.

Vbi incœperit caro cōcupiſcere aduerſus ſpūm. Galat. 5.

Roma. 8.

1. Cor. 2.

Gene. 7.

Pſal. 148.

Roma. 8.

Galat. 5.

omnino

omnino ſurgat in membris eius concupiſcentia aduerſaria caſtitati. Pacem vult, ſed nondū habet. Quando enim ad illud ventū fuerit, vt nulla oīno exurgat concupiſcē 36
tia aduerſanda, nullus erit hoſtis cū quo luctemur, nec expectatur ibi victoria, quia M
de hoſte iam victo triūphatur. Audi ipſam uictoriam, ipſo Apoſtolo dicente, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, Cū aūt corruptibile hoc induerit in corruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tūc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoria. Audi voces triūphantiū, Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Percuſſiſti, vulnerāſti, deieciſti, ſed vulneratus eſt propter me qui fecit me. O mors, o mors vulneratus eſt pro me qui fecit me, & de morte ſua vicit te. Et tūc triūphantes dicturi ſunt, Vbi eſt mors contentio tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Modo aūt quando caro concupiſcit aduerſus ſpūm, & ſpūs aduerſus carnem, contētio mortis eſt. Nō quod volumus facimus. Quare? Quia volumus vt nullæ ſint concupiſcentiæ, ſed nō poſſumus. Velimus, nolimus, habemus illas, velimus nolimus titillant, blandiūtur, ſtimulant, infeſtāt, ſurgere volūt, ꝑmūtur, nōdū extinguūtur, quādiu caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritū, & ſpūs aduerſus carnē Nūquid hoc etiā cū mortuus fuerit homo? Abſit. Deponis carnem, quo tecū trahis concupiſcentias carnis? Sed ſi bene pugnaſti, recipieris ad quietē. De qua quiete coronandus es, nō damnandus, vt poſtea perducaris ad regnū, Ergo quandiu hic viuitur, fratres, ſic eſt ſicut & nos qui ſenuimus in iſta militia, Minores quidem hoſtes habemus, ſed tn̄ habemus. Fatigari ſunt quodāmodo hoſtes noſtri iā etiā ꝑ ætatē, ſed tamē ét fatigati nō ceſſant qualibuſcūque motibus infeſtare ſenectutis quietem. Acrior pugna iuuenū eſt. Nouimus eā, tranſiuimus per eā. Caro. n. cōcupiſcit aduerſus ſpūm, & ſpūs aduerſus carnē, vt non ea quęcūq; vultis faciatis. Quid. n. vultis o ſancti, o boni ꝓliatores, o fortes milites Chriſti? Quid vultis? Vt nō ſint oīno cōcupiſcētię malę, ſed nō poteſtis. Exercete bellū, ſperate triūphū. Modo enim interim pugnatur. Caro enim cōcupiſcit aduerſus ſpūm, & ſpūs aduerſus carnem, vt non ea quæ vultis, faciatis: id eſt, vt oīno nullæ ſint cōcupiſcentiæ carnis. Sed facite qd̄ poteſtis, qd̄ ait ipſe Apoſtolus in alio loco, qd̄ cōmemorare iam cœperam, Nō regnet peccatū in veſtro mortali corpore, ad obediēdū deſiderijs eius. Ecce quod nolo mala deſideria ſurgūt, ſed noli obedire. Arma te, ſume inſtrumenta bellorū. Præcepta dei arma tua ſunt. Si bene me audis, & quod loquor, armaris. Non, inquit, regnet peccatū in veſtro mortali corpore. Quādiu enim portatis mortale cordiendū deſiderijs eius. Si cœperitis obedire, regnat. Et quid eſt obedire, niſi vt exhibeatis membra veſtra arma iniquitatis peccato? Nihil hoc doctorem ꝑclarius. Quid vis iam vt exponam tibi? Fac quod audiſti. Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi deus poteſtatē ꝑ ſpiritū ſanctū, vt mēbra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra. Quid factura eſt quæ ſurrexit? Tu tene membra, Noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduerſariū tuū contra te. Tene pedes ne eant ad illicita. Libido ſurrexit, tu tene membra tua. Tene manus ab omni ſcelere. Tene oculos ne male attendant. Tene aures, ne verba libidinis libenter audiant. Tene totum corpus, tene latera, tene ſumma, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit, vinci non nouit? Surgendo aſſidue ſine cauſa, diſcit & nō ſurgere. Redeamus ergo ad verba quæ obſcura de Apoſtolo propoſueram, & plana iam eſſe videbimus. Hoc enim ꝓpoſueram, qd̄ non dixit Apoſtolus, Spū ambulate, & concupiſcentias carnis ne habueritis, quia neceſſe eſt vt habeamus illas. Quare ergo non dixit, Concupiſcentias carnis ne feceritis? Quia facimus eas, concupiſcimus. Ipſum concupiſcere, facere eſt. Sed ait Apoſtolus, Iam nō ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatū. Ergo quid tibi cauendū eſt? Hoc ſine dubio ne perficias. Surrexit libido dānabilis, ſurrexit, ſuggeſtit, non audiatur. Ardet, non ſe compeſcit, & velles vt non arderet. Et vbi eſt, vt non ea quæ vultis faciatis? Noli dare membra, Ardeat line cauſa, & conſumit ſe. In te ergo fiunt ipſæ concupiſcentiæ. Fatendum eſt, fiunt. Ideo dixit, Ne perfeceritis. Sed non perficiantur. Decreuiſti facere, perfeciſti. Perfeciſti etenim, ſi decernas faciendū eſſe adulteriū, & ideo non facis, quia locus non eſt inuentus, quia opportunitas non datur, quia forte illa caſta eſt, de qua videris eſſe commotus. Ecce

1. Cor. 15.

Ibidem.

Galat. 5.

Roma. 7.

Rom. 6.

Rom. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam illa casta est,& tu adulter es. Quare? Quia perfecisti concupiscentias. Quid est,
Mar. 5. perfecisti? In animo tuo faciendum esse adulterium decreuisti. Iam quod absit, si &
Cõcor. de membra fuerint operata, in mortem deuolutus es. Suscitauit Christus mortuam in
pœ. dist. 5. domo filia m archisynagogi. In domo erat,elata nondum erat. Sic est homo qui flagi
cap. Sicut tium decreuit in corde, Mortuus est,sed intus iacet. Si autem vsq; ad membrorum
tribus. perpetrationem peruenerit,elatus est foras. Sed & iuuenem filium viduæ suscitauit
dominus,quando extra portam ciuitatis mortuus efferebatur. Si ergo audeo dicere,
Luc.7. aliquid decreuisti in corde tuo,si reuocaberis ab actu tuo,sanatus eris antequam per
petres. Si enim egeris in corde tuo pœnitentiam, quia rem malam,& sceleratam,& fla
gitiosam,damnabilẽq; decreueras,ibi vbi mortuus iacebas intus,sic intus surrexisti.
Si autem perfeceris,iam es foras elatus,sed habes qui tibi dicat, Iuuenis tibi dico sur
Ioan.11. ge. Etiam si perpetrasti;& pœniteat te de proximo redi,noli in sepulcrum venire. Sed
& tertius mortuus est,qui etiam perductus est ad sepulcrum,iam supra se habet con
suetudinis pondus, moles eum terrena multum præmit. Multum enim exercitatus
est in flagitijs,consuetudine sua nimia prægrauatur,clamat & Christus,Lazare pro
di foras. Homo enim pessimę consuetudinis iam putet, merito ibi Christus clama-
uit. Nec solum clamat,sed magna voce clamauit. Ad Christi enim clamorem etiam
tales licèt mortui,licet sepulti,licet putentes,resurgent tamen & ipsi. De nullo enim
iacente desperandum est sub tali suscitatore.

De tribus mortuis,quos dominus suscitauit: Sermo XLIIII.

MIracula domini nostri & Saluatoris Christi Iesu, omnes quidem audientes &
credentes mouent,sed alios atq; alios,aliter & aliter. Quidam enim corporalia
eius miracula stupentes,maiora intueri non norunt. Quidam vero ea quæ gesta au-
Ioan.5. diunt in corporibus,nunc amplius in animis mirantur. Dicit ipse dominus, Sicut.n.
pater suscitat mortuos & viuificat,sic & filius quos vult viuificat.) Non utiq; alios fi
lius,alios pater,sed eosdem pater & filius,quia omnia pater per filium. Nemo ergo du
bitet qui Christianus est,etiam nunc mortuos suscitari. Sed omnis homo habet ocu
los, quibus videre potest mortuos resurgere ita vt resurrexit filius huius viduæ, qui
modo ex Euangelio recitatus est. Vnde autem videant homines resurgere mortuos
Luc.7. in corde,non omnes habent,nisi qui iam resurrexerunt in corde. Amplius est resusci
tare semper victurum,q̃ suscitare iterum moriturum. De iuuene illo resuscitato,gau
sa est mater vidua, de hominibus in spiritu quotidie suscitatis, gaudet mater Eccle-
sia. Ille quidem mortuus erat corpore,illi autem mente. Illius mors visibilis visibili-
ter plangebatur, illorum mors inuisibilis nec quærebatur nec videbatur. Quæsiuit
ille qui nouerat mortuos,ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi
enim ad mortuos suscitandos venisset,nõ Apostolus diceret,Surge qui dormis,exur
Ephe.5. ge a mortuis,& illuminabit te Christus. Dormientem audis cum dicit,Surge qui dor
mis. Sed mortuum intellige,cum audis,Exurge a mortuis. Dicti sunt sæpe dormien-
tes & mortui visibiliter. Et planè omnes,ei qui potest excitare dormiunt. Mortuus.n.
tibi mortuus est, qui quantũlibet pulses, quantũlibet vellices, quantũlibet lanies,
non expergiscitur. Christo autem ille dormiebat,cui dictum est,Surge & continuo
Tres mor- surrexit. Nemo tam facile excitat in lecto, q̃ facile Christus in sepulcro. Tres autem
tui a dño mortuos inuenimus a domino suscitatos visibiliter,milia inuisibiliter. Quot autem
suscitati. mortuos visibiles suscitauerit,quis nouit? Non enim omnia quæ fecit scripta sunt.
Ioan.12. Ioannes hoc dicit, Multa alia fecit Iesus,quæ si scripta essent, arbitror tamen totum
mundum non posse libros capere. Multi ergo sunt alibi sine dubio suscitati, sed non
tres frustra cõmemorati. Dominus.n. noster Iesus Christus ea quæ faciebat corpora
liter,etiam spiritaliter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter mira-
cula faciebat,sed vt illa quę faciebat mira essent videntibus, vera essent intelligenti-
bus. Quemadmodum qui videt literas in codice optime scripto,& non nouit legere,
laudat quidem antiquarij manum,admirans apicum pulcritudinem,sed quid sibi ve
lint,quid indicent illi apices nescit,& est oculis laudator, mente non cognitor. Alius
autem & laudat artificium, & capit intellectum, ille vtique qui non solum videre q̃d
commune est omnibus potest, sed etiam legere quod qui non didicit non potest. Ita
qui viderunt Christi miracula,& non intellexerunt quid sibi vellent, & quid intelli-

gentibus quodammodo innuerent,mirati sunt tantum quia facta sunt. Alij vero &
facta mirari,& itellecta assecuti. Tales nos in schola Christi esse debemus. Qui enim
37 dicit Christum propterea tantum fecisse miracula,vt non essent nisi miracula,potest
H illum etiam dicere nescire q̃ non esset tempus pomorum quando ficus quę fuit in ar
bore. Non enim erat illius pomi tempus,sicut Euangelista testatur,& tamen esuriens
poma quæsiuit in arbore. Christus nesciebat quod rusticus sciebat? Quod nouerat
arboris cultor,non nouerat arboris creator? Cum ergo esuriens poma quæsiuit in
Mat.21. arbore,significauit aliquid se esurire, & aliquid aliud quærere, & arborem illam sine
fructu folijs plenam reperit, & maledixit, & aruit. Quid arbor fecerat fructum non
afferendo? Quæ culpa arboris infœcunditas? Sed sunt qui fructum voluntate dare
possunt. Illorum est culpa sterilitas,quorum fœcunditas est voluntas. Erant ergo Iu-
dæi habentes verba legis, & facta non habentes, pleni folijs, & fructus non feren-
tes. Hoc dixi,vt persuaderem dominum nostrum Iesum Christum ideo miracula fe-
cisse,vt aliquid illis miraculis significaret, vt excepto eo quod mira, & magna, & di-
uina erant, aliquid inde etiam disceremus. Videamus ergo quid nos discere voluit
Marci.5. in tribus mortuis,quos suscitauit. Resuscitauit filiam mortuam archisynagogi, ad
quam ægrotantem pœbatur, vt eam de ęgritudine liberaret. Et cum pergit, mor-
37 tua nunciatur,& quasi iam frustra fatigaretur, renũciatum est patri eius, Puella mor
I tua est, quid adhuc fatigas magistrum? Ille autem perrexit,& ait patri puellæ, Noli
timere, crede tantummodo. Venit ad domum, & inuenit iam obsequia funeri debi-
ta præparata, & dicit illis, nolite flere, non enim est mortua puella, sed dormit. Ve-
rum dixit dormiebat, sed illi a quo poterat excitari. Hanc excitans, reddidit viuam
parentibus. Excitauit & hunc iuuenem filium viduæ,de quo nunc admoniti sumus,
Luc.7. vt hinc ista quæ ipse largiri dignatur, cum vestra charitate loqueremur. Modo au-
distis quomodo excitatus est. Appropinquabat dominus ciuitati, & ecce ferebatur
mortuus iam extra portam. Misericordia commotus. q̃ flebat mater vidua,& desti-
tuta vnico filio,fecit quod audistis, dicens, Adolescens tibi dico surge. Surrexit ille
mortuus, cœpit loqui, & reddidit illum matri suæ. Excitauit & Lazarum de sepul-
Ioan.11. cro. Et ibi cum ægrotantem scirent discipuli cum quibus loquebatur (diligebat au-
tem illum) Lazarus, inquit, amicus noster dormit. Illi putantes ęgri somnum sa-
lubrem,Si dormit, inquiunt, domine saluus est. Et ille: dico vobis, apertius iam lo-
quens,Lazarus amicus noster mortuus est. Vtrunq; verum dicens,Mortuus est vo-
bis,dormit mihi. Ista tria genera mortuorum,sunt tria genera peccatorum,quos ho-
die q̃ suscitat Christus. Illa enim mortua filia archisynagogi intus erat in domo,non
Cõcor. de 37 dum erat de secretis parietibus elata in publicum. Ibi intus suscitata est, viua pa-
pœ.dist. 2. K rentibus reddita. Iste autem iam quidem non in domo, sed tamen nondum in se-
cap. Sicut pulcro parietibus elatus erat, terræ mandatus non erat. Qui suscitauit mortuam
tribus. nondum elatam,suscitauit mortuum iam elatum, nondum sepultum. Tertium re-
stabat vt & sepultum suscitaret & hoc fecit in Lazaro. Sunt ergo intus qui peccatum
in corde habent, in facto nondum habent. Nescio qui commotus est aliqua concu-
piscentia. Dicit enim ipse dominus, Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam,
Mat.5. iam mœchatus est in corde suo. Nondum accessit corpore,consensit in corde,mor-
tuum intus haber,nondum extulit. Et fit vt nouimus,vt quotidie homines in se ex-
periuntur aliquando audito verbo dei,tanquam domino dicente,Surge, condemna-
tur consensus ad iniquitatem,respiratur in salutem & iustitiam. Surgit mortuus in
domo,reuiuiscit cor in cogitationis secreto. Facta est ista resurrectio animæ mortuæ
intus intra latebras conscientiæ,ranquam intra domesticos parietes. Alij post con-
sensum eunt in factum,tanquam efferentes mortuum, vt quod latebat in secreto, ap
pareat in publico. Nunquid iam isti quia in factũ processerunt,desperandi sunt? Non
37 ne & illi iuueni dictum est,Tibi dico surge? Nõne & ille redditus est matri suę? Sic er
L go & qui iam fecerit, si forte cõmonitus & cõmotus verbo veritatis ad Christi vocẽ
resurgit,viuus redditur. Potuit progredi,in ęternum perire non potuit. Qui autem
faciendo quod malum est, etiam mala consuetudine se implicant, vt ipsa consuetu-
do mali non eos finat videre quia malum est,fiunt defensores malorum factorũ suo-
rum. Irascuntur cum reprehenduntur, intantum vt Sodomitæ quondam dicerent

Universidad de Deusto
Biblioteca

viro iusto reprehendenti nequissimam voluntatem, Habitare venisti, nō leges dare.
Tanta ibi nefandæ turpitudinis cōsuetudo erat, vt iam nequitia esset iustitia, & pro-
hibitior potius reprehēderetur quā factor. Tales consuetudine maligna præsi, tanq̄
Gene. 19. sepulti sunt. Sed quid dicamus fratres? Ita sepulti, vt de Lazaro dictum est, iam putet.
Moles illa imposita sepulchro, ipsa est vis dura consuetudinis qua premitur anima,
nec resurgere, nec respirare permittitur. Dictū est autem. Quatriduanus est, Reuera
Ad malam consuetudinē quarto quodā progressu peruenit anima. ad istam consuetudinem de qua loquor, quarto quodam progressu peruenit anima,
Prima est.n: quasi titillatio delectationis in corde, secunda consensio, tertia factum,
quarta consuetudo. Sunt.n. qui res illicitas obuias cogitationibus suis prorsus ita
abiiciunt, vt nec delectentur. Sunt qui delectautur & non consentiunt. Nōdum per-
fecta mors est, sed quodammodo inchoata. Delectationi accedit consensio. Iam est il
la damnatio. Post consensionem in factum proceditur. Factum in consuetudinē ver-
titur, & fit quædam desperatio, vt dicatur, Quatriduanus est, iam putet. Venit ergo
dominus utiq; facilia erant omnia, & difficultatem quandam ostendit. Ibi infremuit
spiritu, ostendit multo clamore obiurgationis opus esse ad eos qui consuetudine du
ruerunt. Tamen ad vocem clamantis domini, rupta sunt vincula necessitatis. Tre-
muit inferni dominatio, redditus est Lazarus viuus. Liberat enim & de mala consue
tudine dominus quatriduanus mortuos. Nam ipse quatriduanus, Christo volenti re
suscitare dormiebat. Sed quid ait? Videte genus resuscitationis. Processit de monu-
mento viuus, & ambulare non poterat. Et dominus ad discipulos, Soluite eum, & si
Ioan. 1. nite abire. Ille suscitauit mortuum, illi soluerunt ligatum, Ali quid pertinere vi-
dete, ad propriam maiestatem dei suscitantis. Increpatur aliquis in mala consue-
tudine positus, verbo veritatis, Quam multi increpantur & non audiunt, Quis er-
go agit intus cum illo qui audit? Quis vitam inspirat intrinsecus? Quis est qui secre
tam pellit mortem, secretam dat vitam? Nonne post obiurgationes, post increpatio-
nes dimittuntur homines cogitationibus suis, & incipiunt secum voluere, quā malā
vitam gerant, quam pessima consuetudine præmantur? Deinde displicentes sibi mu
tare vitam instituunt. Resurrexerunt isti, reuixerunt quibus displicet quod fuerūt.
Sed reuiuiscentes ambulare non possunt. Hæc sunt vincula ipsius reatus. Opus est
ergo vt qui reuiuixit soluatur, & ire permittatur. Hoc officium discipulis dedit, qui-
Mat. 18. bus ait, Quæ solueritis in terra, soluta sunt & in cœlo. Hæc ergo, charissimi, sic au-
diamus, vt qui viuunt, viuant, qui mortui sunt reuiuiscant. Si vero adhuc peccatum
corde conceptum est, & non processit in factū, pœniteat, corrigatur cogitatio, surgat
mortuus intra domum conscientiæ, Siue iam quod cogitauit admisit. nec sic despere
tur. Non surrexit mortuus intus, surgat elatus. Pœniteat facti, de proximo reuiuiscat
non eat in profundum sepulturæ, non accipiat desuper consuetudinis molē. Sed for
te iam illi loquor, qui iam duro sui mores lapide premitur, qui iam vrgetur cōsuetu
dinis pondere, qui iam quatriduanus putet, nec ipse desperet, profundus mortuus
est, sed altus est Christus. Nouit clamando terrena onera rūpere, nouit intrinsecus p
seipsum viuificare, soluendum discipulis tradere. Agant etiam tales pœnitentiam. Ne
que enim Lazaro resuscitato post quatriduum vllus puter in viuente remanserat. Er
go qui viuunt viuant. Quicunque autem mortui sunt, in quacunque harum trium
morte se inuenerint, agant vt celeriter iam resurgant.

De eo quo scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Scrutamini scripturas, in
quibus putatis vos vitam eternam habere. Sermo XLV.

Ioan. 5. AD euangelicam lectionem, quæ recens sonuit in auribus nostris, aduertat chari
tas vestra, dum pauca loquimur, quæ dominus donat, Ad Iudæos dominus lo-
quebatur Iesus, & dicebat eis, Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos vitā æter
nam habere, ipsæ testimonium perhibent de me.) Deinde post paululum, Ego, in-
quit, veni in nomine patris mei, & non accepistis me, Si alius venerit in nomine suo,
ipsum accipietis.) Deinde post paululum, Quō potestis mihi credere, gloriam ab in-
uicem expectantes, & gloriam quæ a deo solo est non quærentes?) Ad extremum ait,
Non ego vos accuso apud patrem, est qui vos accusat Moyses, in quem vos speratis.
Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitā & mihi. De me enim ille scripsit. Cum au-
tem verbis illius non creditis, quō potestis mihi credere?) Ad hæc proposita nobis di

uinitus

uinitus, ex ore lectoris, sed ministerio saluatoris, audite pauca non numeranda, sed
appendenda. Nam ista omnia facile est intelligere de Iudæis. Sed cauendum est ne cū
illos nimis attendimus, a nobis oculos auferamus. Discipulis.n. suis dominus loqu e
batur, & vtique quod eis loquebatur & nobis posteris loquebatur. Neque.n. ad illos
pertinet quod ait, Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi, sed ad Matt. 28.
omnes etiam postea futuros Christianos, & vsq; in finem seculi prouenturos. Loquēs
ergo illis ait, Cauete a fermento Pharisæorum. Tunc putauerunt ideo dominum di- Matt. 16.
xisse hoc, quia panes non tulerant, non intellexerunt, quia cauete a fermento Phari-
sæorum, hoc dictum est, cauete a doctrina Pharisæorum. Quę fuit doctrina Pharisęo
rum, nisi quam modo audistis? Gloriam ab inuicem quærentes, gloriam ab inuicem
expectantes, & gloriam quæ a solo deo est non quærētes. De his Apostolus Paulus di
cit ita, Testimonium eis perhibeo, quia zelum dei habent, sed non secundum scien-
tiam, Zelum, inquit, dei habent, noui, scio, apud illos fui, talis fui. Zelum dei habent, Rom. 10.
sed non secundum scientiam. Quid est hoc Apostole, Non secūdum scientiam? Expo
ne nobis quam commendes scientiam, quam doleas in illis non esse, & in nobis velis
esse. Secutus adiunxit, & quod clausum posuerat aperuit. Quid est, Zelum dei habēt,
sed non secundum scientiam? Ignorantes.n. dei iustitiam, & suam volentes constitue
re, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ignorare ergo dei iustitiam, & suam velle constitue
re, hoc est, ab inuicem gloriam expectare, & gloriam quæ a solo deo est non require-
re, Hoc est fermentum Pharisæorum. Ab hoc cauere dominus iubet. Si seruus iubet,
& dominus non iubet, caueamus ne audiamus, Vt quid mihi dicitis domine domine, Luc. 6.
& non facitis quæ dico? Relinque ergo paululum Iudæos, quibus dominus tunc lo-
quebatur. Foris sunt, audire nos nolunt. Ipsum Euangelium oderunt, falsa testimo-
nia in dominum procurauerunt, vt damnarent viuum, alia testimonia emerūt pecu-
nia contra mortuum. Quando eis dicimus, Credite in Iesum, Respōdent nobis, In ho
minem mortuum crediturī sumus? Cum autem addimus, Sed resurrexit, Respōdent, Matt. 28.
Absit. Discipuli eius furati sunt eum de sepulcro. Amant falsitatem Iudæi emptores,
& contemnunt veritatem dñi redemptoris. Quid loqueris Iudæe, parentes tui pecu-
nia emerunt, & hoc in te remansit, quod emerunt, Attende potius eum qui emit te,
non qui mendacium emit tibi. Sed istos, vt diximus, relinquamus, istos attendamus
fratres nostros, cum quibus agimus. Nam Christus caput est & corpus. Caput in cœ
lo est, corpus in terra est. Caput dominus est, corpus eius Ecclesia est. Sed nemministis
dictum, Erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ait Apostolus, Ego Ephes. 5.
autem dico in Christo & in Ecclesia. Si ergo duo sunt in carne vna, duo sunt in voce
vna. Caput nostrum dominus Christus locutus est ad Iudæos, ea quæ audiuimus cū
Euangelium legeretur. Caput ad inimicos suos loquatur, & corpus ad inimicos suos
loquatur, & corpus, id est, Ecclesia ad inimicos suos nostis ad quos loquatur. Qui ha-
bet loqui, non dixi de meo, vt vox vna sit, quia carouna, vox vna, Hoc ergo illis dica-
mus, Vocem Ecclesiæ loquor. O fratres, filij dispersi, oues errantes, rami præcisi, quid
mihi calumniamini? Quid me non agnoscitis? Scrutamini scripturas, in quibus vos
putatis vitam æternam habere, ipsæ testimonium perhibent de me. Iudæis dicit ca-
put nostrum, quod vobis corpus dicit. Quęretis me, & non inuenietis. Quare? Quia Ioan. 7.
non scrutamini scripturas, quæ testimonium perhibent de me. Testimonium pro ca- Galt. 3.
pite. Abrahæ dictę sunt promissiones & semini eius. Non dicit, & seminibus, tanquā
in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Testimonium pro
corpore ad Abrahaam, quod commemorauit Apostolus. Abrahæ dictæ sunt promis-
siones, Viuo ego dicit dominus, per memetipsum iuro, quia obaudisti voci meæ, & Gene. 22.
non pepercisti dilecto filio tuo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implen-
do implebo semem tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam maris, & benedicentur in
semine tuo omnes gentes terrę. Habes testimonium pro capite, habes pro corpore,
Audi aliud breue, & propè vna sententia complexum pro capite & pro corpore. De
resurrectione Christi Psalmus loquebatur, Exaltare super cœlos deus. Continuo Psal. 156.
pro corpore, Et super omnem terram gloriam tua. Audi testimonium pro capite, Psal. 21.
Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vē-
stem meam miserunt sortem. Audi continuo pro corpore, post pauca verba, Com-
memorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, Et adorabunt in
conspectu eius vniuersæ patriæ gentium, Quoniam domini est regnum, & ipse do-
Psal. 44. minabitur gentium. Audi pro capite. Et ipse tanquàm sponsus procedens de tha-
Psal 18. lamo suo, In ipso Psalmo audi pro corpore, in omnem terram exiuit sonus eorum,
& in fines orbis terræ verba eorum. Hæc Iudæis, & istis nostris. Quare? Quia istas
scripturas veteris testamenti & Iudæi accipiunt, & nostri ipsi accipiunt. Sed ipsum
Christum quem illi non accipiunt, videamus si isti accipiunt. Dicat & ipse, dicat
Luc. 24. & pro se qui caput est, & pro corpore suo quod est Ecclesia, quia & in nobis caput lo-
quitur pro corpore. Audi pro capite, Resurrexit a mortuis, inuenit discipulos hæ-
sitantes, dubitantes præ gaudio, non credentes, aperuit illis sensum vt intelligerent
scripturas, & dicit eis, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resur-
gere a mortuis die tertio. Habes pro capite, dicat & pro corpore. Et prædicari in
nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipien-
tibus ab Hierusalem. Dicat ergo Ecclesia inimicis suis, dicat. Dicit planè, non ta-
cet, sed si illi audiant. Fratres audistis testimonia, iam noscite me. Scrutamini scri-
pturas, in quibus vos sperati vitam æternam habere, ipsæ testimonium perhibent
Ioan. 5. de me. Quæ dixi non sunt de meo, sed de domini mei, & tamen adhuc auersami-
ni, adhuc tergiuersamini. Quomodo potestis mihi credere gloriam ab inuicem ex-
pectantes, & gloriam quę a solo deo est non quærentes, quia ignoratis dei iustitiam?
Rom. 10. Zelum dei habetis, sed non secundum scientiam. Ignorantes enim dei iustitiam, &
vestram volentes constituere, iustitiæ dei non estis subiecti. Quid est aliud igno-
rare dei iustitiam, & suam velle constituere, nisi dicere, Ego sanctifico, ego iustifi-
co, quod ego dedero sanctum est? Dimitte deo quod dei est, Agnosce homo quod
hominis est. Ignoras dei iustitiam, & tuam vis constituere. Iustificare me vis, suf-
Ioan. 5. ficit tibi, vt mecum iustificeris. De Antichristo dictum est, & omnes sic intelligunt
1. Ioan. 2. quod ait dominus, Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me, si alius ve-
nerit in nomine suo, hunc suscipietis. Sed audiamus & Ioannem. Audistis quia ve
nit Antichristus, & nunc Antichristi multi facti sunt. Quid autem expauescimus
in Antichristo, nisi quia nomen suum honoraturus est, & nomen domini contem-
pturus? Quid aliud facit qui dicit, Ego iustifico? Respondetur ei, Ego ad Chri-
stum veni, non pedibus, sed corde veni. Vbi Euangelium audiui, ibi credidi, [ibi
baptizatus sum, qui in Christum credidi,] in deum credidi. Et ille, Non es mun-
dus. Quare? quia non ibi fui. Dic quare non sum mundatus, homo qui baptiza-
tus sum in Hierusalem, homo qui baptizatus sum, verbi gratia, apud Ephesios, ad
quos datam epistolam legis, & quorum pacem spernis? Ecce ad Ephesios scripsit
Gala. 5. Apostolus. Fundata est Ecclesia, manet vsque nunc, & vberius manet, multiplicius
manet, tenet quod accepit ab Apostolo, Si quis annunciauerit vobis præter quàm
quod accepistis, anathema sit. Quid ergo? Quid dicis mihi mundus non sum? ibi
Ioan. 1. baptizatus mundus non sum? Etiam non es. Quare? Quia ego ibi non fui. Sed
qui vbique est, ibi fuit, in cuius nomen credidi. Tu nescio vnde veniens, immo non
veniens, sed volens vt ego ad te veniam, hic positus dicis mihi, Non es recte bapti-
zatus, quia ego ibi non fui. Vide quis ibi fuit. Quid dictum est Ioanni? Super quem
videris spiritum descendentem quasi columbam, hic est qui baptizat. Ipsum habes
quęrentem te, immo quia mihi ab ipso baptizato inuidisti, ipsum perdidisti. Intelli-
gite ergo fratres mei vocem nostram & illorum, & videte quid eligatis. Nos hoc ele-
ganter dicimus. Simus sancti, deus scit, Simus iniqui, & hoc magis ipse scit. Vos in no
1. Cor. 4: bis spē nō ponatis, qualescunq; simus. Si boni sumus, facite qđ scriptū est: Imitatores
mei estote, sicut & ego Xpi. Si aūt mali sum⁹, nec sic deserti estis, nec sic sine cōsilio re
māsistis. Audite dicentem, Quæ dicunt facite, quę ante faciunt facere nolite, illi aūt
Matt. 25. contra, Nisi boni fuerimus, peristis. Ecce est alius qui venerit in noīe suo. Ergo vita
ex te pēdebit, & salus mea ex te religabitur? Itane oblitus sum fundamentū meū? Nō
ne petra erat xps? Nōne q ædificat supra petra, ipsum nō deiicit vētus, pluuia, flumi

na? Veni ergo mecū si vis supra petrā, & noli mihi esse velle pro petra. Dicat ergo &
nouissimum illud Ecclesia, Si credideretis Moysi, crederetis & mihi. De me. n. ille scri-
38 psit, quia corpus sum eius de quo sceipsit. Et de ecclesia Moyses scripsit. Nam Moysi
M uerba dixi, In semine tuo benedicētur omnes gentes. Moyses hoc in primo libro scri- 1. Co. 10.
psit. Si credideritis Moysi, crederetis vtique & Christo. Quia Moysi verba contemni- Matth. 7.
tis, necesse est vt Christi verba contemnatis Habent ibi, inquit, Moysen & prophetas, Ioan. 5.
audiant illor. Non pater Abraham, si quis à mortuis uenerit, ipsum audient. Et ille, Gene. 22.
Si Moysen & prophetas non audiunt, nec siquis à mortuis resurrexit, credent. Hoc de Lucę. 16.
Iudęis dictum est, Ergo non dictum est de hęreticis? A mortuis resurrexerat qui dice
bat, Oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die. Hoc credo. Credo, in-
quit, Credis. Quare non credis quid sequitur? Quia credis, Oportebat Christum pa-
ti, & resurgere die tertio a mortuis? Hoc dictum est de capite, crede quod sequitur de
Ecclesia. Prædicari in nomine eius pœnitentiam, & remissionem peccatorum per om Lucæ. 24.
nes gentes. Quare credis de capite, & nnn credis de corpore? Quid tibi fecit Ecclesia,
vt eam uelis quodammodo decollare? Tollere vis ecclesię caput, & capiti credere, cor
pus relinquere, quasi exanime corpus. Sine causa capiti, quasi famulus deuotus blan
diris Qui decollare vult, & caput & corpus conatur occidere. Erubescunt negare
Christū, & nō erubescūt negare uerba Christi. Christū nec nos uidimus oculis, nec
39. uos. Iudei uiderunt & occiderunt. Nos non vidimus & credimus, uerba ipsius no
A biscū sunt. Comparate uos Iudæis Illi contēpserunt pendetem in ligno, uos con
temnitis sedentem in cœlo. Illis suggerentibus stetit titulus Christi, uobis stantibus
deletur baptismus Christi. Sed quid restat fratres, nisi oremus & pro superbis, ore-
mus & pro elatis, qui sic extollunt? Dicamus pro illis deo, Cognoscant, quia tibi no
men dominus, & non homines, sed tu solus altissimus super omnem terram.

De eo quod scriptum in Euangelio secundum eundem, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum &c. Sermo XLI. Ioan. 6.

SIcut audiuimus, cum sanctum Euangelium legeretur, dominus Iesus Christus exhortatus est promissione vitæ æternæ ad manducandam carnem suam, & bi-
bendum sanguinem suum. Qui audistis hæc, nondū omnes intellexistis. Qui enim
baptizati & fideles estis, quid dixerit nostris. Qui autem inter vos adhuc cathecu-
meni, vel audientes vocantur, potuerunt esse cum legeretur audientes, nunquid
& intelligentes? Ergo sermo noster ad vtrosque dirigitur. Qui iam manducant car
nem domini, & bibunt sanguinem eius, cogitent quid manducent, & quid bibant,
39 ne, sicut Apostolus dixit, Iudicium sibi manducent & bibant. Qui autem non- 1. Cor. 11.
B dum manducant, & nondum bibunt, ad tales epulas inuitati festinent. Per istos
dies magistrati pascunt, Christus quotidie pascit, mensa ipsius est illa in medio
constituta. Quid causæ est o audientes, & mensam videatis, & ad epulas non ac-
cedatis? Et forte modo cum Euangelium legeretur, dixistis in cordibus vestris,
Putamus quod est quod dicit, Caro mea vera esca est, & sanguis meus vero po-
tus est.) Quomodo manducatur caro domini, & bibitur sanguis domini? Putamni Ioan. 6.
quid dicit? Quis contra te clausit vt hoc nescias? Velatum est. Sed si uolueris, erit
reuelatum. Accede ad professionem, & soluisti quæstionem. Quid enim dixit do-
minus Iesus, iam fideles nouerunt. Tu autem cathecumenus diceris, audiens &
surdus es Aures enim corporis patentes habes, quia verba quæ dicta sunt audis, Sed
aures cordis adhuc clausas habes, quia quod dictum est non intelligis. Disputo,
non differo. Ecce pascha est, da nomen ad baptismum. Si non te excitat festiuitas,
ducat ipsa curiositas, vt scias quid dictum sit, Qui manducat carnem meam, & bibit
sanguinem meum, in me manet, & ego in illo, Vt scias quid dictum sit, pulsa, & ape
rietur tibi. Et vt tibi dico, pulsa, & aperietur tibi, ita & ego pulso, aperi mihi. Auri- vbi sup.
39 bus personо, & ad pectus pulso. Sed si cathecumeni exortandi sunt fratres mei, "
C vt ad tantam gratiam regenerationis accedere non morentur quanta nobis cura
esse debet in ædificandis fidelibus, vt profit eis quod accedunt, ne sibi tales epu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

las in iudicium manducent & bibant? Vt autem non in iudicium manducent & bibant, bene viuant. Exhortatores estote non in sermonibus, sed moribus vestris, vt illi qui non sunt baptizati, sic vos sequi festinent, vt non pereant imitando vos. Qui coniugati estis fidem tori seruate coniugibus vestris. Reddite quod exigitis. Vir a fœmina exigis castitatem, præbe illi exemplum, non verbum. Tu es caput, qua is vide. Hac.n. debes ire, qua illi non sit periculosum sequi, Immo tuipse qua vis eam sequi, illuc debes ambulare. Ab imbecilliori sexu exigis fortitudinem, carnis concupiscentiam ambo habetis, Qui fortior est prior vincat. Et tamen quod dolendum est, multi viri a fœminis vincuntur. Seruant fœminæ castitatem, quã viri seruare volunt, & in eo quod non seruant, se viros videri volunt, qnasi propterea sit fortior sexus, vt eum facilius subiuget inimicus Lucta est, prælium est, pugna est. Vir fortior fœmina, vir caput est fœminæ. Fœmina pugnat & vincit, tu hosti succubis? Stat corpus, & caput iacet. Qui autem vxores nondum habetis, & tamen ad mensam dominicam iam accedit is, & carnem Christi manducatis, & sanguinem bibitis, si ducturi estis vxores, seruate vos vxoribus vestris. Quales eas vultis ad vos venire tales & vos debent ipsæ inuenire. Quis iuuenis est, qui non castam velit ducere vxorem? Et si accepturus est virginem, quis non intactam desideret? Intactã quæris, intactus esto. Puram queris, noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes. Si fieri non posset, nec illa posset. Quia vero illa potest, doceat te quia fieri potest. Et illam vt possit, deus regit, Sed tu glorioſior eris, si feceris. Quare glorioſior? Illam premit parentum custodia, refrænat infirmioris sexus ipsa verecundia. Postremo leges timet, quas tu non times. Ideo ergo glorioſior eris si feceris, qnia tu si feceris, deũ times. Habet illa multa quæ timeat præter deum, tu solum deum times. Sed tu quem times, maior est omnibus. Ipse timẽdus est in publico, ipse in secreto. Procedis, videris: intras, videris, Lucerna ardet videt te: Lucerna extincta est, videt te. In cubile intras, videt te. In cordeversaris, videt te. Ipsum time, ille cui cura est vt videat te, & vel timendo castus esto. Aut si pecccaueris, quare vbi te non videat, & fac quod vis. Qui vero iã nouistis, corpus altius castigare, & concupiscentiæ frænos nec ad ipsa quæ præmissa sunt patiamini relaxare, vt non solum a concubitu illicito diuertatis, sed etiam licitum contemnatis aspectum. Mementote in quocunque sexu sitis, siue mares siue fœminæ, angelorum vitam ducere vos in terra. Angeli enim non nubunt, neque vxores ducunt, Hoc erimus cum resureximus. Quanto uos meliores, quid id quod erunt homines post resurrectionem, hoc uos incipitis esse ante mortem? Seruate gradus vestros, seruat enim deus honores vestros. Cõparata est resurrectio mortuorum stellis in cœlo cõstitutis. Stella enim ab stella differt in gloria, vt Apostolus dicit, Sic & resurrectio mortuorum. Aliter ibi lucebit virginitas, aliter ibi lucebit castitas coniugalis, aliter ibi lucebit sancta viduitas. Diuersæ lucebunt, sed omnes ibi erunt. Splendor dispar, cœlum commune. Cogitantes ergo gradus vestros seruantes & professionẽ vestram, accedite ad carnem domini. Qui se scit aliter esse, non accedat. Compungimini magis sermone meo. Congratulantur enim qui sciunt seruare coniugibus quod a coniugibus exigunt, qui sciunt seruare omnimodo continentiam, si hanc deo uouerũt. Qui vero audiunt dicentem me, Quicunque non seruatis castitatem, nolite accedere ad illum panem, contristantur. Et ego nollem hoc dicere. Sed quid facio? Timebo hominem & taceam veritatem? Ergo si illi serui non timent deum, etiam ego non timeam', quasi non sciam dictum esse, Serue nequam & piger, tu dares, & ego exigerem. Ecce dedi domine deus meus, ecce in conspectu tuo & angelorum tuorum, & in conspectu ipsius plebis tuæ erogaui pecunjam tuam. Timeo enim iudicium tuum. Ego dedi tu exige, Et si non dicam, facturus es. Ergo hoc potius dico. Ego dedi, tu conuerte, tu parce. Fac pudicos qui fuerunt impudici, vt simul in tuo conspectu cum iudicium uenerit gaudeamus, & qui erogauit, & cui errogatum est. Placet hoc? Placeat. Quicunque impudici estis, corrigite uos dum uiuitis. Ego enim verbum dei loqui possum, impudicos autem & nequitia perseruantes, de iudicio & dei & damnatione liberare non possum.

Ephes. 5.

23. quæst. 6. ca. Si ducturi.

Matt. 22.

1. Cor. 15.

Matt. 25.

De muliere deprehensa in adulterio, in Euangelio secundum eundem.

Sermo XLVII.

MEminit charitas vestra sermone pristino, ex occasione lectionis Euãgelii locutos nos esse vobis de spiritu sancto. Ad hunc potandum cum dominus inuitasset credentes in se, loquens inter eos qui illum tenere cogitabant, & interficere cupiebant, nec valebant, quia ille nolebat. Cum ergo hæc locutus esset, nata est de illo in turba dissensio, aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicẽtibus, quia de Galilæa non exurget Christus. Qui vero missi fuerant, ut eum tenerent, redierunt immunes a crimine, & pleni admiratione. Nam testimonium perhibuerunt diuinæ doctrinæ, cum dicerent, a quibus missi erant, Quare non adduxistis eũ? Responderunt enim nunquam se audisse hominem ita locutum. Non.n quisquã sic loquitur homo. Ille autem sic locutus est, quia deus erat & homo. Tamen Pharisæi testimonium eorum repellentes, dixerunt eis, Nunquid & uos seductis estis? Videmus.n. delectatos uos esse sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eũ, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit legẽ, maledicta est. Qui nõ nouerant legem ipsi credebant in eum qui miserat legem, & eum qui miserat legem contemnebant illi qui docebant legem, ut impleretur quod dixerat ipse dominus. Ego ueni ut non uidentes uideant, & uidentes cęci fiant. Cæci enim facti sunt Pharisęi doctores illuminati sunt populi legem nescientes, & in authorem legis credentes. Nicodemus tamen unus ex Pharisæis, qui ad dominum nocte uenerat, & ipse quidem non incredulus, sed timidus, nam & nocte uenerat ad lumen, quia illuminari uolebat, & sciri timebat, respondit Iudæis, Nunquid & lex nostra iudicat quenquam hominem, nisi audierit ab ipso prius, & cognouerit quid faciat? Volebãt illi peruerse ante esse damnatores quam cognitores. Sciebat.n Nicodemus, vel potius credebar, quia si tantumodo vellent eum patienter audire, forte similes fierent illis qui missi sunt tenere, & maluerũt credere. Illi respõderunt prẽiudicio cordis sui, quod & illis, Nunquid & tu Galilæus es, idest, quasi a Galilæo seductus? Dominus.n. Galileus dicebatur, quoniã de Nazareth ciuitate erant parentes eius. Secundum Mariam dixi parentes, non secundum virile semen. Non enim quæsiuit in terra patrem, quia ia habebat desuper patrem. Nam vtraq; eius natiuitas mirabilis fuit, diuina sine matre, humana sine patre. Quid ergo illi quasi legis doctores ad Nicodemũ? Scrutare & vide, quia Prophetа a Galilea non surget, sed dominus prophetarũ inde surrexit. Reuersus est, inquit Euangelista, vnusquisq; in domum suam. Inde perrexit Iesus in montem: I n monte autem oliueti, in montem fructuosum, in montem vnguenti, in montem chrismatis. Vbi.n. decebat docere xp̃m, nisi in monte oliueti? Christi.n. nomen a chrismate dictum est. Chrisma aũt græce, Latine vnctio nũcupatur. Ideo nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos, & non tenebatur, quia tunc nõ pati dignabatur. Nunc autem attendite vbi ab inimicis tentata sit domini mansuetudo. Adducunt autem illi Scribæ & Pharisęi mulierem in adulterio deprehensam & statuerunt eam in medio, & dixerunt ei, Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare: Tu ergo quid dicis? Hæc dicebant tentantes vt possent accusare eum.) Vnde accusare? Nũquid ipsum in aliquo facinore deprehenderant, aut illa mulier ad eum aliquando pertinuisse dicebatur? Quid est ergo tentantes vt possent accusare eũ? Intelligimus fratres admirabilem mansuetudinem in domino præeminuisse, animaduerterunt eum nimium esse mitem, nimium mansuetum. De illo quippe fuerat ante prędictũ, Accingere gladio tuo circa femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intẽde prospere procede & regna. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Ergo attulit veritatẽ vt doctor, mansuetudinem vt liberator, iustitiam vt cognitor. Propter hæc eũ esse regnaturam in spiritu sancto, Propheta prędixerat. Cum loquebatur, veritas agnoscebatur, cum aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, i. de veritate & mansuetudine eius inimici liuore & inuidia torquerentur: in tertio, i. iustitia, scandalum posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidari, & vtiq; quod iniustum erat lex iubere non poterat. Sed siquis aliter diceret

Ioan. 8.

Ioan. 7.

Ioan. 9.

Ioan. 7.

Ibid.

Psal. 44. Xps attulit veritatẽ mansuetudinẽ & iustitiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non poterat. Sed siquis aliter diceret q̄ lex iusserat, iniustus deprehēderetur. Dixerūt ergo apud semetipsos, Verax putatur, mansuetus videtur, de iustitia illi quærenda calumnia est. Offeramus ei mulierem in adulterio deprehēsam, dicamus de illa quod in lege scriptum est Si eam iusserit lapidari, mansuetudinem non habet. Si eam dimitti censuerit, iustitiam non tenebit. Vt autem mansuetudinem, inquiunt, non perdat, in qua populis iam amabilis factus est, sine dubio dimitti eam iubebit. Hinc nos inueniemus occasionem accusandi, & reum faciemus tāquam legis præuaricatorem, dicētes ei, Hostis es legis, contra Moysen respondes, imo contra eum qui per Moysen dedit legem: Reus es mortis, cum illa & tu ipse lapidandus. Posset his verbis atq; sententijs inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari damnatio. Sed cui hęc? Peruersitas rectitudini, falsitas veritati, curuum directo, stultitia sapientiæ? Q̄ illi laqueos pararent in quos non ipsi prius caput iniicerent? Non est captus cui ipsi tendebant, sed potius capti sunt qui tendebant, quia non crediderunt in eum qui eos posset de laqueis eruere. Ecce dās in respondendo & iustitiam seruaturus est, & a mansuetudine non est recessurus. Quid n. respondit dominus Iesus? Quid respondit veritas? Quid respondit sapientia? Quid respondit ipsa cui calumnia parabatur iustitia? Non dixit, non lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Absit autem, vt diceret, lapidetur. Venit enim non perdere quod inuenerat, sed quærere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte q̄ plenus est iustitia, plenus mansuetudine & veritate. Qui sine peccato est vestrum, inquit, prior in illam lapidem mittat.) O responsio sapientiæ, quomodo eos intromisit in se. Foris enim calumniabantur, seipsos intrinsecus non perscrutabantur. Adulteram videbant, se non respiciebant. Prævaricatores legis legem implere cupiebant & hoc calumniando nō uere tanq̄ adulteria castitate damnando. Audistis Iudei, audistis pharisæi audistis legis doctores legis custodē, sed nondū intellexistis legislatorem. Quid aliud vobis significat, cum digito scribit in terram? Digito n. dei lex scripta est: [sed propter duros in lapidem scripta est.] Nunc dominus in terra scribebat, quia fructum requirebat. Audistis ergo, impleatur lex, lapidetur adultera. Sed nunquid quia punienda est, lex implenda est a puniendis? Consideret se vnusquisq; vestrum, intret in semetipsum, ascendat tribunal mentis suę, constituat se ante cogitationem suam, cogat se confiteri. Scit n qui sit, quia nemo scit hominum quæ sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. Vnusquisq; in se intendens, peccatore se inuenit. Ita plane. Ergo aut ista dimittite, aut simul cum illa legis pœnā excipite. [Si diceret non lapidetur, iustus non videretur.] Si diceret, lapidetur, mansuetus non videretur. Dicit quod dicere debet: & iustus. Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat. Hæc vox iustitiæ est: Puniatur peccatrix, sed non a peccatoribus. Impleatur lex, sed non a prævaricatoribus legis. Hæc vox omnino iustitiæ est, qua iustitia illi tanquam trabali telo percussi sese inspicientes, & reos se inuenientes, vnus post vnum omnes recesserunt. Relicti sunt duo, misera & misericordia. Dominus autem cum eos telo iustitiæ percussisset, nec dignatus est cedentes attendere, sed auerso ab eis obtutu rursus scribebat in terra. Relicta autem illa sola muliere omnibusq; abeuntibus, leuauit oculos suos ad mulierem. Audiuimus vocem iustitię, audiamus & mansuetudinis. Plus. n. credo territa erat illa mulier, cum audisset a domino dictum, Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidē mittat. Illi. n. attendētes & ipso abscessu confessi, dereliquerunt mulierē cū magno peccato, ei q erat sine peccato. Et qa illa hoc audierat, Qui sine peccato est vestrū, prior in illam lapidē mittat, ab illo se puniendam sperabat, in quo peccatum inueniri non poterat. Ille autem qui aduersarios eius repulerat lingua iustitiæ, leuans in eam oculos mansuetudinis interrogauit eam, Nemo te condemnauit? Respondit illa, Domine nemo. Et ille, Nec ego condemnabo te.) a quo forte damnari timuisti, quia in me peccatum non inuenisti. Nec ego te contemnabo. Quid est domine? Faues ergo peccatis? Non plane ita: attende quod sequitur. Vade deinceps iam noli peccare.) Ergo & dominus damnauit, sed peccatum non hominem. Si autem peccatorum fautor esset diceret, Nec ego te damnabo, vade viue vt vis, de mea liberatione esto secura, ego te quantumcunque peccaueris ab omni pœna, etiam a gehennæ & inferni tortoribus liberabo. Non dixit hoc, Intendant ergo qui amant in domino mansuetudi-

Luc. 19.

ne & timeant veritatem. Etenim dulcis & rectus dominus, Amas quod dulcis est, times quod rectus est. Tanquam mansuetus dixit, Tacui: sed tanquam iustus, Nunquid semper tacebo? Misericors & miserator dominus. Ita plane. Adhuc adde, Longanimis. Adde adhuc, Et multum misericors. Sed time quod est in nouissimo. Et verax Quod enim modo sustinet peccantes, iudicaturus est contemnentes. An diuitias longanimitatis eius contemnis? Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi irā in diæ iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Mansuetus dominus, longanimis dominus, misericors dominus, sed & iustus dominus & verax dominus Largitur tibi spatium correctionis, sed tu plus amas dilationem quam emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto. Et hodiernum diem in malitias peregisti, vel saltem cras mutare. Sed expectas & de misericordia dei tibi plurimum polliceris, quasi ille qui tibi pœnitentiam promisit salutarem, promiserit tibi etiam longam vitam. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Recte dicis in corde tuo, quando me correxero, deus mihi omnia peccata dimittet. Negare non possumus quod correctis atque conuersis indulgentiam deus promisit. Nam in quo Propheta mihi legis, quia promisit mihi deus correcto indulgentiam, non mihi legis quia promisit tibi longam vitam. Ex vtroque igitur homines periclitantur, sperando & desperādo contrariis rebus. Sperando decipitur, qui dicit, Bonus est deus, misericors est deus, faciā quod mihi placet, quod libet, laxabo habenas cupiditatibus meis, impleam desideria animæ meæ. Quare hoc? Quia misericors est deus, mansuetus est deus. Spe isti periclitantur. Desperatione autem, qui cum inciderint in grauia peccata, putantes sibi iam non posse ignosci pœnitentibus, & statuentes se ad damnationem sine dubio destinatos, dicunt apud seipsos, Iam dānati sumus, quare non quod volumus facimus? animo gladiatorum ferro destinatorum. Ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant non habent, & vehementer timēdi sunt. Istos desperatio necat, illos spes. Inter spem & desperationem æstuat anima. Metuendum est, ne te occidat spes, & cum multū speras de misericordia, incidas in iudicium. Metuendum est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas iam non tibi ignosci quæ grauia cōmisisti, non agas pœnitentiam, & incurras iudicem sapientiam, quæ dicit, Et ego vestræ perditioni superridebo. Quid ergo egit deus cum periclitantibus vtroque morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit, Ne trades conuerti ad deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius, & in tpe vindictæ disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur quid dicitur? In quacunq; die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum. Propter illos qui spe periclitantur & dilationibus illudūtur, fecit Deus diē mortis incertum. Quando veniat vltimus dies nescis. Ingratus es, qui hodiernū habes, in quo corrigaris. Sic ergo ad istam mulierem, Nec ego te condemnabo. Sed facta secura de pręterito, caue futura. Deleui quod commisisti, obserua quod præcepi vt inuenias quod promisi.

Pſal. 24.
Eſai. 42.
Pſal. 102.
Roma. 2.
Pſal. 102.
Prou. 23.
Prouer. 1.
Eccl. 5.
Ezec. 18.
Indulgē-tiæ portus proponi-tur, & mortis dies resit incertus.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis. Sermo XLVIII.

Ioan. 1.

NOuit charitas vestra oēs nos vnum magistrum habere, & sub illo condiscipulos esse, nec ideo magistri sumus, quia de loco superiore loquimur vobis, sed magister est omnium qui habitat in nobis omnibus. Ipse modo in Euāgelio nobis oībus loquebatur, & dicebat nobis, quod etiam ego dico vobis. Dicit autem ille de vobis & nobis. Si manseritis in verbo meo, non vtiq; in meo qui modo loquor, sed in eius qui modo in Euangelio loquebabatur, Si manseritis in verbo meo, inquit, vere discipuli mei estis.) Ad discipulum parum est accedere, sed manere: non ergo ait, Si audieritis verbū meū, aut si accesseritis ad verbū meū, aut si laudaueritis verbum meū. Sed videte quid dixerit, Si māseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatē, & veritas liberabit vos.) Quid diximus fratres? Manere in verbo dei, labor est an nō est? Si labor est, attēde magnū præmiū. Si labor nō est, gratis accipis p̄miū. Maneamus ergo in eo q manet in nobis. Nos si nō māserimus in illo, cadem⁹. Ille aūt si in nobis nō māserit, nō iō domū p̄didit. Nouit ille manere in se, q nunq̄ deserit se.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.7.

In verbo dei manere quid? Ioan.8. Liberari duob⁹ modis dicitur.

Absit aũt ab hoĩe vt maneat in se, qui perdidit se. Ergo nos in illo manemus indigentia, ipse in nobis manet mia. Iam ergo si propositum est quod facere debeamus, quod acceptur i sumus, videamus. Indixit enim opus, & ꝓmisit mercedem. Quod est opus? H
Si manseritis in verbo meo. Breue opus. Verbũ breue, magnũ opere: Si manseritis, 42
Quid est si manseritis? Si in petra ędificaueritis. O quam magnum est fratres hoc, supra petram ædificare quã magnũ est. Venerũt flumina, flauerũt venti, descenderunt imbres & impegerunt in domũ illam & nõ cecidit, fundata enim erant supra petram.
Quid est ergo in verbo dei manere, nisi nullis tentationibus cedere? Præmium quod est? Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Compatimini nobis, qa vocem meam sentitis obtusam, Adiuuate me tranquillitate. O p̃mium. Cognoscetis veritatem. Forte aliquis diceret, & quid mihi prodest cognoscere veritatem? Et veritas liberabit vos. Si non delectat veritas, delectet libertas. In consuetudine Latinæ linguæ liberari duobus modis dicitur. Et maxime in eo consueuimus audire hoc verbum, vt quicũq; liberatur, intelligatur periculum euadere, molestijs carere. Liberari autẽ pro pie dicitur libẽrum fieri: Quomodo saluari saluum fieri, sanari sanum fieri, sic liberari liberum fieri. Ideo dixi, Si non delectat veritas, delectet libertas. Hoc in græca lingua euidentius sonat, nec potest aliter intelligi. Et vt noueritis: quia aliter intelligi non potest, loquente domino, respondерunt Iudæi, Nos nemini seruiuimus vnquã, quomodo dicis, veritas liberabit vos. Id est, veritas liberos vos faciet, quomodo dicis 43
nobis qui nemini vnquam seruiuimus: quos vides, inquiunt, non habere seruitutis I
necessitatẽ, quomodo eis polliceris libertatem? Audierunt quod deberunt, sed nõ fecerunt quod debuerunt. Quid audierũt? Quia dixit, Veritas liberabit vos. Attendistis vos quia non seruistis homini, & dixistis, Nemini seruiuimus vnquam. Oĩs Iudæus & Græcus, diues & pauper, honoratus & priuatus, imperator & mendicus, Omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. Omnis, inquit, qui facit peccatum, seruus est peccati. Si agnoscant homines seruitutem, videbũt vnde accipiũt libertatẽ. Ingenuus est aliquis, captiuatur a Barbaris, ex ingenuo factus est seruus. Audit homo miserator, considerat se habere pecuniam, fit redemptor, pergit ad Barbaros, dat pecuniam, redimit hominem. Planè reddidit libertatem, si abstulit iniquitatem. Sed quis abstulit iniquitatem? Hõ homini? Ille qui seruiebat apud Barbaros, a redemptore suo redẽptus est. Et multum interest inter redemptorẽ & redẽptũ, tamẽ sub domina iniquitate forte conserui sunt. [Interrogo redẽptũ, habes peccatum? Habeo, inquit.] Interrogo redemptorem, habes peccatũ? Habeo, inquit: Ergo nec tu te iactes redemptũ, nec tu te extollas redẽptorem, fugite ambo ad verũ liberatorem. Parum est, quia qui sub
Matt.8. peccato sunt, serui dicti sunt & mortui dicuntur. Quod timet homo ne faciat illi cap- 43
tiuitas, iam illi fecit iniquitas. Quid enim quia videntur viuere? Nunquid ideo er- K
Psal.87. rauit ille, qui dixit, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos? Ergo mortui omnes sub peccato, serui mortui, seruiendo mortui, moriendo serui. Quis ergo liberat a morte & a seruitute, nisi in mortuis liber? Quis est in mortuis liber, nisi inter peccatores sine peccato? Ecce venit princeps mundi, ipse dicit redemptor noster, liberator noster:
Ioan.14. Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet. Tenet quos decepit, quos seduxit, quibus peccatum mortẽ ꝙ persuasit, in me nihil inueniet. Veni domine redẽptor, veni: Agnoscat te captiuus, fugiat te captiuator, tu esto mihi liberator. Ille me perditum inuenit, in quo diabolus nihil inuenit quod caro agit. Inuenit carnem in illo princeps huius mundi? Inuenit. Et qualem carnem? Mortalem, quam possit tenere, quam possit crucifigere, quam possit occidere. Erras deceptor, non fallitur redẽptor. Erras. Vides in dõmino carnem mortalem, non est caro peccati, similitudo est carnis peccati. Misit enim deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Vera caro, mor-
Roma.8. talis caro, sed non peccati caro. Misit enim deus filium suum in similitudinem carnis peccati vt de peccato damnaret peccatum in carne. Misit enim deus filium suum in similitudinem carnis peccati: in carnem, non tamen in carnem peccati, sed similitudinem carnis peccati. Propter quid? Vt de peccato, certe nullum peccatum, vt de 45
* aliàs, Vt de pcõ, qd' certe peccato * damnaret peccatum in carne, vt iustitia dei impleretur in nobis. qui non L
secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Si ergo similitudo carnis erat peccati, non caro peccati, quomodo vt de peccato damnaret peccatum in car-

ne? Solet & similitudo capere nomen eius rei, cuius est similitudo. Homo dicitur verus, sed etiam si pictum in pariete ostendas, & quæras quid sit, respõdetur homo. Peccatum ergo appellata est caro, habens similitudinem carnis peccati, vt esset
40 M sacrificium pro peccato: dicit idem Apostolus alio loco, Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit. Eum qui non nouerat peccatum. Quem qui non nouerat peccatum, nisi eum, qui dixit, Ecce venit princeps mũdi, & in me nihil inueniet? Eum qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit: Eum ipsum Christum nescientem peccatum, fecit deus pro nobis peccatum, Quid est hoc fratres? Si diceretur, Fecit in illum peccatum, aut fecit illum habere peccatum, intolerabile videretur. Quomodo toleramus quod dictum est, Fecit eum peccatum vt ipse Christus sit peccatum? Qui nouerunt scripturas veteris testamenti, recognoscunt quod dico. Non enim frmel dictum est, sed aliquoties creberrime. Peccata dicta sunt, sacrificia pro peccatis. Offerebatur, verbi gratia, pro peccato hircus, aries, quodlibet, ipsa victima quæ offerebatur pro peccato, peccatum noiabatur. Peccatum ergo dicebatur sacrificium pro peccato, ita vt alicubi dicat lex sacerdotes ponere debere manus suas super peccatum. Ergo eum qui non nouerat peccatum, fecit pro nobis peccatum, i. sacrificium pro peccato. Factus est Christus peccatum, oblatus est, & delerum est pec-
41 A catum. Fusus sanguis redemptoris, & deleta est cautio debitoris. Ipse est sanguis qui pro multis effusus est in remissionem peccasorum. Quid est ergo ꝙ insipienter exultasti meus captiuator, quia carnem mortalem habuit meus liberator? Si habuit peccatũ vide. Si aliquid tuũ in eo inuenisti tene. Verbum caro factũ est, Verbum creator est, caro creatura est. Quid ibi tuum inimice? Et verbum deus est, & anima hominis creatura est, & caro hominis creatura est, & caro mortalis dei creatura est. Peccatum quære. Sed quid quæras veritas loquitur, Veniet princeps mundi, & in me nihil inueniet. Non ergo non inuenit carnem, sed nihil suum, id est, nullum peccatũ. Decepisti innocentes, fecisti nocentes. Occidisti innocentem, peremisti quem non debebas, redde quod tenebas: Quid ergo: Ad horam insultasti, quia inuenisti in Christo Carnem mortalem. Muscipula tua erat. Vnde lętatus es, inde captus es. Vbi te exultasti aliquid inuenisse, inde nunc doles qd' possederas perdidisse. Ergo, fratres, qui credimus in Christum, maneamus in verbo eius. Si. n. manserimus in verbo eius, vere discipuli eius sumus. Non. n. soli illi duodecim, sed oẽs qui manemus in verbo eius, vere discipuli eius sumus, & cognoscemus veritatem, & veritas liberabit nos, i. Christus filius dei, qui dixit, Ego sum veritas, liberos nos faciet, hoc est, liberabit nos, nõ a Barbaris, sed a diabolo, non a corporis captiuitate, sed ab animæ iniquitate. Solus est qui sic liberat. Nemo se liberum dicat ne seruus remaneat. Non remanebit in seruitute anima nostra, quia quotidie dimittuntur peccata nostra.

nullũ in se erat pcm̃, i. vt de &c. 2. Cor. 5. Ioasi. 14. Peccata dicta sunt sacrificia pro peccatis. Leui. 4. Mat. 6. Ioan. 1. Ioan. 14. Ioan. 1. Ioan. 14.

42 B De pastore & mercenario & fure, In Euangelio secundum eundem. Sermo XLIX.

NOn ignorat fides vestra, charissimi, & ita vos didicisse nouimus, dicente magistro de cœlo in quo spem vestram posuistis, quia dñs noster Iesus Christus qui iam pro nobis passus est & resurrexit, caput est ecclesiæ, & est corpus eius ecclesia, & in eius corpore vnitas membrorũ, & compago charitatis tanꝙ sanitas existit. Quicunq; autem in charitate friguerit, infirmatur in corpore Christi. Si potẽs est ille ꝙ exaltauit caput nostrum, etiam infirma membra sanare, dum tamen non nimia impietate præcidantur, sed hæreant corpori donec sanetur. Quicquid. n. adhuc hæret corpori, non desperatæ sanitatis est, Quod autem præcisum fuerit, nec curari, nec sanari potest. Cũ ergo ille sit caput ecclesiæ & sit corpus eius ecclesia, totus Christus caput & corpus est. Resurrexit iam ille. Caput ergo habemus in cœlo. Caput nostrũ interpellat pro nobis. Caput nostrum sine peccato & sine morte, iam propitiat pro peccatis nostris denm, vt & nos in fine resurgentes & immutati in gloriã cœlestẽ, sequamur caput nostrum. Quo. n est caput ibi sequantur & cætera mẽbra. Sed dũ hic sumus, mẽbra sumus, ne desperemus, quia secutura sumus caput nostrũ. Videte enim fratres, dilectionẽ illius capitis nostri, Iam in cœlo est, & hic laborat quãdiu hic labo-
41 C rat ecclesia. Hic Chr̃s esurit, hic sitit, nudus est, hospes est, infirmatur, in carcere est. Quicquid enim hic patitur corpus eius, se dixit pati: & in fine segregans ipsum corpus suum ad dexteram, & reliquos a quibus modo conculcatur segregans ad fini-

Ioan. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.25. ſtram dicturus eſt his qui ſunt ad dexteram, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Quibus meritis? Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare &c. Sic exequitur tanquam ipſe accepiſſet, vſqueadeo vt illi non intelligentes, reſpondeant & dicant, Domine, quando te vidimus eſurientem, hoſpitem, & in carcere? Et dicit eis, Cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, Sic etiam in noſtro corpore caput ſurſum eſt, pedes in terra ſunt, tamen in aliqua coſtipatione & coarctatione hominum, quando tibi aliquis pedem calcat, nõne dicit caput, calcas me, nec caput tuum nec linguam tuam quiſquam calcauit, Surſum eſt, in tuto eſt, nihil ei mali contingit, & tamen quia per conexionem charitatis vnitas eſt a capite vſque ad pedes, non ſe inde lingua ſeparauit, ſed dixit, Calcas me, cum eam nemo contigerit. Quomodo ergo lingua, quam nemo cõtigit, dicit, Calcas me? Sic Chriſtus caput quod nemo calcat, dixit, Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Et illis qui hoc non fecerunt, dixit, Eſuriui & non dediſtis mihi manducare. Et quomodo cõcluſit? Sic, Ibunt illi in combuſtionem æternam, iuſti autem in vitam æternam. Cum ergo nunc loqueretur dixit ſe eſſe paſtorem, dixit ſe eſſe & ianuam. Vtrũque ibi habes, & ego ſum ianua, & ego ſum paſtor. Ianua eſt in capite, paſtor eſt in corpore, Dicit n. Petro, in quo vno formar ecclеſiam, Petre amas me? Reſpondit, Domine amo. Paſce oues meas. Et tertio, Petre amas me? Contriſtatus eſt Petrus, q̃ eum tertio interrogauit, quaſi ille qui videbat conſcientiam negatoris, non videbat fidem confitentis. Noluerat illum ſemper, nouerat illum & quando ſe Petrus ipſe non nouerat. Tunc enim ſe non nouerat, quando dixit, Tecum ero vſque ad mortem, & q̃ eſſet infirmus neſciebat. Quomodo plerunque reuera & infirmis contingit, vt ægrotus neſciat quid cum illo agatur, medicus autem ſciat: cum ille ægritudinem illam patiatur, medicus non patiatur. Magis dicit medicus quid agatur in altero, q̃ ille qui ægrotat quid agatur in ſeipſo. Petrus ergo tunc infirmus, dominus autem medicus. Dicebat ſe habere vires, quas non habebat. Ille autem tangens venam cordis eius, dicebat q̃ ter eum eſſet negaturus. Et ita factum eſt quomodo prædixit medicus, non quomodo præſumpſit ęgrotus. Ergo poſt reſurrectionem ſuam dominus interrogauit eum, non neſciens, quo ille animo confiteretur amorem Chriſti, ſed vt trina confeſſione amoris, deleret trinam negationem timoris. Ergo hoc dominus exigit a Petro, Petre amas me? Quaſi quid mihi dabis, quid mihi præſtabis, quia amas me? Quid erat præſtaturus Petrus reſurgenti domino & eunti in cœlum, atque ſedenti ad dexteram patris? Quaſi diceret, hoc mihi dabis, hoc mihi præſtabis, ſi amas me, vt paſcas oues meas, Per ianuam intres, nõ per aliam partem aſcendas: audiſtis enim cum Euangelium legeretur, Qui intrat per ianuam, paſtor eſt: qui autem ex alia parte aſcendit, fur eſt & latro.) Et diſſipare quærit & ſpargere & tollere. Quis eſt qui intrat per ianuam? Qui intrat per Chriſtum. Quis eſt ille qui imitatur paſſionem Chriſti? Qui cognoſcit humilitatem Chriſti, vt cum deus factus ſit homo pro nobis, cognoſcat ſe homo non eſſe deum, ſed hominem. Qui enim deus vult videri cum ſit homo, non imitatur illum qui cum deus eſſet homo factus eſt. Tibi autem non dicitur, eſto aliquid minus quã es: ſed, cognoſce quid es. Cognoſce te infirmum, cognoſce te hominem, cognoſce te peccatorem, cognoſce te quia ille iuſtificat, cognoſce quia maculoſus es. Appareat in confeſſione tua macula cordis tui, & pertinebis ad gregem Chriſti: quia confeſſio peccatorum inuitat medicum ſanaturum, quomodo in ægritudine qui dicit, Sanus ſum, non quærit medicum. Nunquid non ad templum aſcenderat Phariſęus ille & publicanus? Ille de ſua ſanitate gloriabatur, ille vulnera ſua medico oſtendebat: dicebat enim ille, Deus gratias tibi ago, quia non ſum ſicut publicanus iſte: Gloriabatur ſuper alterum. Ergo ſi publicanus ille ſanus eſſet, inuideret illi Phariſęus, quia non haberet ſuper quem extolleretur. Quomodo ergo venerat qui ſic inuidebat? Non erat vtique ſanus. Et cum ſe ſanum diceret, non deſcendit curatus, Ille autem ad terram oculos deijciens, & non audens in cœlum attollere, percutiebat pectus ſuum, dicens, Propitius eſto mihi peccatori. Et quid dicit dominus? Amen dico vobis, quia deſcendit iuſtificatus de templo publicanus magis q̃ Phariſæus. Quia omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & qui ſe humiliat exaltabitur. Qui autem ſe exaltant, per alteram partem volunt aſcendere ad ouile. Qui autem ſe humiliant, per ianuam intrant ad ouile,

Ioan.10.

Lucę.21.

Ioan.10.

Lucę.18.

Lucę.18.

Ideo de illo dicit, intrat, de illo, aſcendit. Qui aſcendit videtis quia alta petit, non intrat, ſed cadit, Ille autem qui ſe ſubmittit vt per ianuã intret, nec cadit, ſed paſtor eſt. Sed tres perſonas dixit dominus, & debemus illas inueſtigare in Euangelio, paſtoris, mercenarij & furis. Cum legeretur puto q̃ animaduertiſtis, deſignauit paſtorem, deſignauit mercenarium, deſignauit furem. Paſtorem dixit animam ſuam ponere pro ouibus ſuis, & intrare per ianuam. Furem dixit aſcendere per aliam partem. Mercenarium dixit lupum vel furem ſi videat fugere, quia non eſt illi cura de ouibus. Mercenarius eſt enim non paſtor. Ille intrat per ianuam, quia paſtor eſt. Ille aſcendit per aliam partem, quia fur eſt. Ille videns eos qui volunt tollere oues, timet & fugit, quia mercenarius eſt, quia non eſt illi cura de ouibus: Mercenarius eſt enim. Si inuenerimus tres iſtas perſonas, inuenit ſanctitas veſtra & quos diligatis, & quos toleretis, & quos caueatis. Diligendus eſt paſtor tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro. Sunt homines in eccleſia, de quibus dicit Apoſtolus, qui ex occaſione euangelizant, quærentes ab hominibus commoda ſua, ſiue pecuniaria, ſine honorum vel laudis humanæ. Quomodolibet volentes accipere munera euangelizant, & non tam ſalutem eius quærunt cui annunciant, q̃ commodum ſuum. Ille autem qui audit ſalutem ab eo qui non habet ſalutem, ſi ei crediderit quem ille annunciat, neq; in illo ſpem poſuerit per quem illi annunciatur ſalus, qui annunciat habebit detrimentum, cui annunciatur habebit lucrum. Habes dominum dicentem de Phariſęis, Cathedram Moyſi ſedent. Non eos ſolos ſignificabat dominus quaſi vero eos qui crederent in Chriſtum ad Iudæorum ſcholam mitteret, vt ibi diſcerent quemadmodum iter ſit ad regnum cœlorum? Nonne ideo dominus venit vt inſtrueret eccleſiam, ipſoſq; Iudæos bene credentes & bene ſperantes & bene diligentes ſegregaret tanquam frumenta a paleis, & faceret vnum parietem circunciſionis, cui coniungeretur alius paries ex præputio gentium, quibus duobus parietibus de diuerſo venientibus eſſet ipſe lapis angularis? Nonne ergo idem dominus de duabus iſtis plebibus in vno futuris dixit, Habeo & alias oues, quæ non ſunt ex hoc ouili? Loquebatur autẽ Iudęis, Oportet me, inquit, & eas adducere, vt ſit vnus grex & vnus paſtor. Ideo duæ naues erant vnde vocauerat diſcipulos, duas perſonas plebis ſignificabant, quando miſerunt retia & leuauerunt tantam vim & tantum numerum piſcium, ita vt penè retia rumperentur: Et onerauerunt, inquit, duas naues. Duæ naues ſignificabant vnam eccleſiam, ſed de duabus plebibus factam, coniunctam in Chriſto, quãuis de diuerſo venientem. Hoc ſignificant etiam duæ vxores habentes vnum virum Iacob, Lia & Rachel. Has duas ſignificant etiam duo cæci, qui ſedebant iuxta viam quos dominus illuminauit. Et ſi aduertatis ſcripturas, in multis locis inuenietis ſignificari duas eccleſias, quæ non ſunt duæ, ſed vna. Ad hoc enim valet lapis angularis, vt ex duabus faciat vnam. Ad hoc valet ille paſtor, vt de duobus gregibus faciat vnum. Ergo dominus docturus eccleſiam, & habiturus ſcholam ſuam præter Iudæos, ſicut videmus modo, nunquid credentes in ſe ad Iudeos miſſurus erat vt diſcerent? Sed nodicerent & nõ facerent: Se autem figurauerat in perſona Moyſi. Etenim perſonã eius gerebat Moyſes, & velum ante ſe ideo ponebat, quando loquebatur populo, quia quãdiu illi in lege carnalibus gaudijs & voluptatibus dediti erant, & regnum terrenum quærebant, velamen poſitum erat contra faciem eorum ne viderent Chriſtũ in ſcripturis. Ablato.n. velamine, poſteaquã paſſus eſt dominus, viſa ſunt ſecreta tẽpli. Ideo cum in cruce penderet, ſciſſum eſt velum templi a ſummo vſq; deorſum: & aperte dicit Apoſtolus Paulus, Cum autem tranſieris ad Chriſtum, auferetur velamẽ. Qui autem non tranſierit ad Chriſtum, quanuis legat Moyſen, velamen poſitum eſt ſuper cor eius, ſicut dicit Apoſtolus. Cum ergo præfiguraret quoſdam tales futuros dominus in eccleſia ſua, quid ait? Scribæ & Phariſæi cathedram Moyſi ſedent, quæ dicunt facite, ſed quę faciunt facere nolite. Quando illud audiunt clerici mali quod in ipſos dicitur, volunt peruertere iſtam ſententiam. Nunquid non ſi illis liceret, delerent ilam de Euangelio? Quia vero delere illam non poſſunt, peruertere illam quærũt. Sed adeſt domini gratia & mĩa, nec ſinit eos facere, quia circunſepſit veritate ſua omnes ſententias ſuas & librauit: vt quiſquis ĩde aliquid p̃cidere voluerit, aut ĩducere male

Philip.1.

Matt.23.

Ephe.2.

Ioan.10.

Lucæ.5.

Gene.29.

Matt.20.

2.Cor.3.

Matt.25.

23.q.4. Tres. Paſtor. Fur Mercenarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

legendo vel interpretando, ille qui cor habet, quod præcisum est iungat scripturæ, & legat superiora vel inferiora, & inueniet sensum quem volebat ille male interpretari. Quid ergo putatis istos dicere de quibus dicitur, Quę dicunt facite? Quia reuera a sanis laicis dicitur. Laicus enim qui vult bene viuere, cum attenderit clericum malũ, quid sibi dicit? Dominus dixit, Quæ dicunt facite, quæ faciunt facere nolite. Ambulabo viam domini, non sequar istius mores. Audiam ab illo, non verba ipsius, sed dei. Sequar deum, sequatur ille cupiditatem suam: Quia si voluero apud deum sic me defendere vt dicam, Domine vidi male viuentem illum clericum tuum, & ideo male vixi nonne mihi dicturus est, Serue nequam non a me audieras, Quæ dicũt facite, quæ autem faciunt facere nolite? Malus autem laicus, infidelis, non pertinens ad gregem Christi, non pertinens ad frumentum Christi qui tanquam paleam in area toleratur, quid sibi dicit quando cœperit illum arguere verbum dei? Exi: Quid mihi loqueris? Ipsi episcopi, ipsi clerici non illud faciunt, & me cogis vt faciam. Quærit sibi non patronum ad causam malam, sed comitem ad pœnam. Nam nunquam eum ille defensurus est in die iudicij, quęcunque malum voluerit imitari. Quomodo enim diabolus omnes quos seducit non seducit cum quibus regnet, sed cum quibus damnetur: Sic omnes qui sequuntur malos, comites sibi ad gehennam quærunt, non patrocinia ad regna cœlorum. Quomodo ergo peruertunt isti hanc sententiam, quando illis dicitur male viuentibus, merito dictum est a domino: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite? Recte dictum est, inquiunt. Dictum est enim vobis, vt quæ dicimus faciatis, quæ autem nos facimus vos nõ faciatis. Nos enim offerimus sacrificiũ, vobis non licet. Videte versutias hominum, Quid dicam mercenariorum? Nam si pastores essent, ista non dicerent. Ideo dominus vt os illis clauderet, secutus est, & dixit, Cathedram Moysi sedent, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Dicũt enim & non faciunt. Quid est ergo, fratres? Si de sacrificio diceret offerendo, diceret, dicunt & non faciunt. Faciunt enim sacrificium deo. Offerunt quid est quod dicunt, & non faciunt? audi quid sequatur, Alligant enim onera grauia & importabilia, & imponunt ea super ceruices hominum, quæ ipsi vno digito nolunt attingere. Aperte exprobrauit, descripsit & ostendit, Sed illi quando sic volunt peruertere sententiam, ostendunt quia nihil quærunt in ecclesia nisi commoda sua, nec Euangelium legerunt. Si enim nossent ipsam paginam, & totum legissent, nunquam hoc dicere auderent. Sed apertius attendite, quia habet tales ecclesia. Ne quis dicat, nobis prorsus de Pharisæis dixit, de scribis, de Iudæis dixit, Nam tales non habet ecclesia. Qui sunt ergo illi de quibus dominus dicit, Non omnis qui mihi dicit, domine domine, intrabit in regnum cœlorum? Et addidit, Multi dicẽt mihi in illa die, domine domine, nõne in nomine tuo prophetauimus & in nomine tuo virtutes multas fecimus, & in nomine tuo manducauimus & bibimus? Nunquid in nomine Christi Iudæi faciũt ista? Certum est, manifestum est, quia dè his dicit qui nomen Christi habent. Sed quid sequitur? Tunc dicam illis, Nunquam vos cognoui. Recedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Audi Apostolum gementem de talibus. Dicit alios annuntiare Euangelium per charitatem, alios per occasionem: de quibus dicit, Annuntiant Euãgelium non recte. Rem rectam, sed ipsi non recti. Quod annuntiant rectum est, sed qui annuntiant non sunt recti. Quare non est rectus? Quia aliud quærit in ecclesia, non deum quærit. Si deum quæreret, castus esset, quia legitimum maritũ anima deũ habet. Quisquis a deo præter deum aliquid quærit, non caste deum quærit. Videte fratres, si vxor amet maritum quia diues est, non est casta. Non enim maritum amat, sed aurum mariti. Si autem maritum amat, & nudũ amat, & pauperem amat. Si enim propterea amat quia diues est, quid si, quomodo sunt casus humani, proscribitur, subito egens remaneat? Renuntiat illi forte, quia quod amabat nõ maritus erat, sed res eius. Si autem vere maritum amet, etiam pauperem plus amat, quia cum misericordia amat. Et tamen, fratres, deus noster nunquam pauper esse potest, diues est, ipse fecit omnia, cœlum & terram, mare & angelos. Quicquid videmus, quicquid non videmus in cœlo, ipse fecit. Sed tamen non diuitias amare debemus, sed eum qui fecit illas: Non enim tibi promisit nisi se, inueni aliquid pretiosius, & hoc dabit. Pulcra est terra, cœlum & angeli, sed pulcrior est qui fecit hæc. Qui ergo annuntiant deũ, amãtes

Mat. 23.

Mat. 23.

Philip. 1. Euãgeliũ annũtiant qdã p charitatẽ, qdã vero p occasionem.

tes deum, qui annuntiant deum propter deum, pascunt oues, & non sunt mercenarij. Ipsam castitatem exigebat dominus noster Iesus Christus, quando dicebat Petro, Petre amas me? Quid est, amas me? Castus est. Non est cor tuum adulterum. Non tua quæris in ecclesia, sed mea. Si ergo talis es & amas me, pasce oues meas. Non n. eris mercenarius, sed eris pastor, Illi autem non caste annuntiabant, de quibus gemit Apostolus. Sed quia dicit, Quid enim? Dum omnimodo siue occasione siue veritate Christus annuntietur, permisit ergo esse mercenarios. Pastor veritate Christum annuntiat, mercenarius occasione Christum annuntiat, aliud quærens. Tamen & ille Christum annuntiat, & ille Christum: audi vocem pastoris Pauli, Siue occasione siue veritate Christus annuntietur. Ipse pastor voluit habere mercenariũ, Faciunt enim vbi possunt, vtiles sunt quantum possunt. Quando autem ad alios vsus, quærebat Apostolus cuius vias imitarentur infirmi, Misi vobis, inquit, Timotheum qui vos cõmonefaciat vias meas. Et quid ait? Misi pastorem qui vos commoneret vias meas: id est, quia quomodo ego ambulo & ipse ambulat. Et mittens pastorem, quid ait? Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Nonne cum illo erant multi? Sed quid sequitur? Omnes enim sua quærunt, non quæ sunt Christi Iesu: id est, ego vobis pastorem mittere volui, nã multi mercenarii sunt, sed non oportuerat vt mercenarius mitteretur, Ad alias res & negotia peragenda mittitur mercenarius, ad illas autem quas tunc volebat, pastor erat necessarius. Et vix inuenit vnum pastorem inter multos mercẽnarios, quia pauci pastores, multi mercenarii. Sdd quid dicitur de mercenariis? Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. De pastore autem, quid ait Apostolus? Quisquis autem mundauerit se ab huiusmodi, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile domino ad omne opus bonum paratũ semper. Non ad quasdam res paratum, & ad quasdam non paratũ, sed ad omne opus bonum paratum. Hæc de pastoribus dixi. De mercenariis autem iam diximus. Mercenarius quando uidet lupum insidiantem ouibus fugit. Hoc dominus dixit Quare? Quia non est ei cura de ouibus. Tandiu est ergo vtilis mercenarius quandiu nõ videt lupum, quandiu non videt furem & latronem. Cum autem uiderit, fugit. Et quis est de mercenariis qui fugit de ecclesia, quando videt lupum aut latronem? Abundãt lupi, abundant latrones. Ipsi sunt qui ascendunt: per alteram partem ascendunt. Qui sunt isti qui ascendunt? Qui de parte Donati nolunt deprædari oues Christi. Ipsi per alteram partem ascendunt, non per Christum intrant, quia non sunt humiles. Quia superbi sunt, ascendunt. Quid est ascendunt? Extolluntur. Vnde ascendunt? Per alteram partem. Vnde de parte dici volunt, qui in vnitate non sunt, de altera parte sunt, & de ipsa parte ascendunt, id est, extolluntur, & volunt tollere oues. Quomodo ascẽdunt, videte, Nos, inquiunt, sanctificamus, nos facimus iustos. Ecce quo ascenderũt: Sed qui se exaltat humiliabitur. Potens est dominus deus noster, humiliare eos. Lupus autem diabolus est, insidiatur vt decipiat & qui illum sequuntur: nam dictũ est: qꝫ sint induti quidem pellibus ouium, intus autem sunt lupi rapaces. Si viderit mercenarius aliquem peccare, aut sentire secundum perniciem animæ suæ, aut aliquid facere sceleratum & obscœnum, & tamen quia videtur haberi alicuius momenti in ecclesia, vndè sibi sperat commoda, non reprehendit, mercenarius est. Et cum videt hominem perire in peccato, videt illum sequi lupum, videt illius guttur trahi morsu ad supplicium: non illi dicit, Peccas, non illum obiurgat, ne perdat commoda sua. Hoc est ergo, cum viderit lupum fugit: non illi dicit, Scelerate facis. Non corporis, sed animæ hęc fuga est. Quem vides corpore stare, fugit animo, cum videt peccatorem & non dicit illi peccas, cum etiam consilium cum illo habet. Fratres mei, nunquid nõ ascendunt aliquando aut præsbyter aut Episcopus: & non dicit aliud de superiori loco nisi ne rapiantur res alienæ, ne fraudes fiant, ne scelera admittantur? Non possunt dicere aliud, quia cathedram Moysi sedent, & ipsa loquitur de illis non ipsi. Quid est ergo, nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Et, omnis arbor ex fructu cognoscitur. Pharisæus potest bona loqui? Pharisæus spina est. Quomodo de spina lego vuas? quia tu domine dixisti, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. De spinis me iubes vuam decerpere, cum dixeris, Nunquid colligunt de spinis vuam? Respondet tibi deus, Non iussi te de spinis vuam legere, sed

Ioan. 23.

Philip. 1.

Philip. 2.

Mat. 6. 1. Tim. 2.

Ioan. 10.

Luc. 14. Mat. 7.

Mat. 9.

Mat. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vide & attende bene, Forte vt fieri solet, vitis cum circumgyrat per terram, inuoluta
sit in spinis. Nam aliquando inuenimus, illud fratres mei, vitem posita super caricę,
quia ibi habet sepę spinosam, extendit palmites suos & inserit in sepem, extendit in 42
spinas botros, & qui videt botrum carpit, non tam de spinis quàm de vite quę circū- H
plexa est spinis, Sic ergo illi spinosi sunt, sed sedendo in cathedra Moysi, inuoluit eos
vitis, & pendent ad eos botri, id est, verba bona, & bona præcepta. Tu lege vuam, non
te pungit spina quando legis, Quę dicunt facite, sed quæ faciunt facere nolite. pun-
git autem te spina, si quod faciunt facis. Vt ergo legas vuam, & non inhereas spinis,
quæ dicunt facere debetis, sed quæ faciunt nolite facere. Facta ipsorum spinæ sunt,
verba ipsorum vua est, sed de vite, id est, de cathedra Moysi. Fugiunt ergo isti quan-
do vident lupum, quando vident latronem. Hoc autem incœperam dicere, quia de
loco superiore non possunt dicere isti, nisi, bene facite. Nolite periurare, nolite frau-
dare, nolite aliquem circūuenire. Aliquando autem sic viuunt, vt de tollenda villa
aliena, cum Episcopo consilium habeatur, & petatur ab illo tale consilium. Aliquan-
do nobis cōtigit, & experti dicimus, nam non crederemus. Multi a nobis cōsilia mala
petunt, consilia mentiendi, circūueniendi, putantes quia placeant talia nobis. Sed
in nomine Christi, si domino placet quod dicimus, nullus talis nos tentauit, & inue-
1. Cor. 4. nit quod volebat in nobis. Quia si vult ipse qui nos vocauit, pastores sumus nō mer 42
cenarii, Sed quid ait Apostolus? Mihi minimum est vt a vobis iudicer aut ab huma- I
no die, sed neque ego memetipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum, sed non in
hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Non ideo bona est conscię-
tia mea, quia vos illam laudatis. Quid enim laudatis quod non videtis? Ille laudet q
videt. Ille etiam corrigat si quid ibi videt quod eius oculos offendit, quia & nos non
dicimus perfecte nos sanos, sed tundimus pectus nostrum, & dicimus deo, Propitius
esto ne peccem. Tamen puto, coram illo enim loquor, nihil aliud a vobis quęrens nisi
salutem vestram. Et gemimus plerunque in peccatis fratrum nostrorum, & vim pa-
timur, & torquemur animo, & aliquando corripimus illos: Imo nunquam non corri-
†alias Imo nunq̄ nos, sed de° corripit. pimus, † testes sunt omnes qui recordantur quod dico, quoties sunt a nobis correpti
fratres peccantes, & vehementer correpti. Modo consilium nostrum tracto cum san-
ctitate vestra. In nomine Christi plebs dei estis, plebs catholica estis, mēbra Christi.
estis Non estis diuisi ab vnitate. Communicatis membris Apostolorum, communica
tis memorijs sanctorum martyrum diffusorum per orbem terrarum, & pertinetis
ad curam nostram, vt rationem bonam de vobis reddamus. Tota autem ratio nostra
quæ est, scitis, Domine scis quia dixi, scis quia non tacui, scis quo animo dixi, scis qa
fleui tibi cum dicerem & non audirer. Ipsa puto quod integra ratio nostra est. Secu-
Ezec. 33. ros enim nos fecit spiritussanctus per Ezechielem prophetam. Nostis enim ipsam le- 42
ctionem de speculatore. Fili, ait, hominis speculatorem posui te domus Israel. Si me K
dicente ad impium, Impie, morte morieris: non dixeris: hoc est, ego enim tibi dico vt
dicas: si non annuntiaueris veneritq̄ gladius & tulerit eū, id est, quod minatus sum
peccatori: ille quidem impius impietate sua morietur, sanguinem autem eius de ma-
nu speculatoris requiram. Quare? Quia non dixit. Si autem speculator viderit gladiū
venientē, & cecinerit tuba vt fugiat, & nō se obseruauerit, id est, non se correxerit, vt
non eum inueniat in supplicio quod minatur deus, veneritq̄ gladius & tulerit ali-
Luc̄. 19. quem, ille quidem impius in iniquitate sua mortuus est, tu autem, inquit, animam
tuam liberasti. Et in illo loco Euangelij quid aliud dicit seruo, cum diceret: Domine
sciebam te molestum siue durum hominem, quia metis vbi non seminasti, & colligis
vbi non sparfisti, & timens abij & abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod
tuum est. Et ille, Serue, inquit, nequam & piger, magis quia me sciebas molestum &
durum esse, metere vbi non seminaui, & colligere vbi non sparsi, ipsa auaritia mea
debuit te docere, quia lucrum quæro de pecunia mea? Oportuit te ergo vt dares pe- 42
cuniam meam numulariis, & ego veniens cum vsuris exegissem meum. Nunquid L
dixit, dares vt exigeres? Nos ergo, fratres, damus, veniet ille qui exigat. [Orate
vt paratos suos inueniat.]

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum pa- Ioan. 10.
stor bonus. Sermo. L.

42 AVdiamus dominum Iesum commendantem nobis boni pastoris officium. In
M qua commendatione admonuit nos vtique, vt intelligi datur, bonos esse pasto
res. Et tamen ne intelligeretur peruerso modo multitudo pastorum, Ego sum, in-
quit, pastor bonus.) Et vnde sit pastor bonus, consequenter ostendit, Pastor, inquit, Ioan. 10.
bonus, animam suam pro ouibus ponit. Mercenarius autem & qui non est pastor,
videt lupum venientem & fugit, quia non est ei cura de ouibus, mercenarius enim
est.) Pastor ergo bonus Christus. Quid Petrus? Nonne bonus pactor? Nonnne & ipse
animam suam pro ouibus posuit? Quid Paulus? Quid cæteri Apostoli? Quid eorum
tempora consequentes beati Episcopi martyres? Quid etiam iste sanctus Cypria-
nus? Nonne omnes pastores boni, non mercenarij, de quibus dicitur, Amē dico vo- Mat. 6.
bis, perceperunt mercedem suam? Omnes ergo isti pastores boni, non solum quia
sanguinem fuderunt, sed quia pro ouibus fuderunt: Non enim fuderunt elatione,
sed charitate. Nam & apud hæreticos qui propter iniquitates & errores suos aliquid
molestiarum perpessi fuerint, nomine martyrij se iactant, vt hoc pallio dealbati fa-
43 cilius furentur, quia lupi sunt, Si autem vultis scire in quo numero habendi sunt, pa
A storem bonum Paulum Apostolum audite: Quoniam non omnes qui corpora sua
in passione etiam ignibus tradunt, æstimandi sunt sanguinem fudisse pro ouibus,
sed potius contra oues, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem 1. Cor. 13.
non habeam, factus sum velut æramentum sonans, & cymbalum tinniens. Si sciero
omnia sacramenta & habuero omnem prophetiam, & omnem fidem ita vt montes
transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Magna ergo res est, postremo
fides montes transferens. Illa quidem magna sunt, sed si ego hæc sine charitate ha-
beam, inquit, non illa, sed ego nihil sum. Sed adhuc istos non tetigit, qui falso marty-
rij nomine in passionibus gloriantur. Audite vt eos tangat, imo vt transfodiat. Si di-
stribuero, inquit, omnia mea pauperibus & tradidero corpus meum ita vt ardeā, iam
ipsi sunt. Sed vide quid sequitur, Charitatem autem non habeam, nihil prodest. Ecce 1. Cor. 13.
venitur ad passionem, ecce venitur & ad sanguinis effusionem, venitur & ad corpo-
rum incensionem, & tamen nihil prodest, quia charitas deest. Adde charitatem, pro- Charitas.
sunt omnia. Detrahe charitatem, nihil prosunt cætera. Quale bonum est charitas
ista fratres? Quid pretiosius, quid luminosius, quid firmius, quid vtilius, quid secu-
rius? Multa sunt dei dona quæ tamen habent & mali qui dicturi sunt, Domine in no 43
mine tuo prophetauimus, in nomine tuo dæmonia eiecimus, in nomine tuo uirtu- B Mat. 7.
tes multas fecimus. Nec respondebit ille, non feci tis. Non enim in conspectu tanti iu
dicis audebunt mentiri, aut iactare quę non fecerunt. Sed quia charitatem nō habue
runt, respondebit omnibus illis, Non noui uos. Quomodo autem habet vel exiguā
charitatem, qui etiam conuictus non amat vnitatem? Hanc dominus vnitatem com-
mendans pastoribus bonis, non commendans pastores bonos, noluit multos appel-
lare pastores. Neque enim vt dixi iam, non erat pastor bonus Petrus, Paulus Aposto-
li cæteri posteriores sancti Episcopi, beatusq̄ Cyprianus? Omnes hi pastores boni, &
tamen ille pastoribus bonis nō commendauit pastores bonos, sed pastorem bonum.
Ego sum, inquit. Pastor bonus. Interrogemus dominum qualicunq; sensu, & humili-
ma disceptatione cum tāto patrefamilias colloquamur. Quid dicis dñe bone pastor?
Tu.n. bonus pastor qui bonus agnus: Idem pastor & pascua, idē agnus & leo. Quid
dicis? Audiamus, & adiuua vt intelligamus. Ego sum, inquit, bonus pastor. Quid Pe-
trus? Aut non pastor aut malus? Videamus si nō pastor. Amas me. Tu ei dixisti dñe, Ioan. 21.
Amas me: & rndit, Amo. Et tu ei, Pasce oues meas. Tu dñe interrogatione tua, firma-
méto oris tui, amatorē fecisti pastorē. Pastor est ergo cui pascēdas oues credidisti. Ip-
se commēdasti, pastor est. Videamus iam vtrum non bonus. Ipsa id interrogatione
43 & responsione eius inuenimus. Qvæsisti vtrum amet te, Respondit, Amo, Vidisti cor,
C quia verum respondit. Non est ergo bonus, qui amat tantum bonum? Vnde illa
responsio ex intimis prolata visceribus, vnde ille Petrus testes oculos tuos habens
in corde suo, contristatus quòd eum non solum semel, sed iterum & tertio inter-
rogasti, vt trina confessione amoris, deleret trinæ peccatum negationis? Vn-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ergo contristatus q̃ sæpe interrogatus esset ab eo qui sciret quod interrogabat,& donauerat quod audiebat? Vnde contristatus,talia uerba retulit,Domine tu scis om
nia,ipse nosti quoniam te amo. Itane ille talia confitens,imo profitens mentiretur? 42
Veraciter ergo respondit,amorem tuum, & de intimo corde protulit amãtis uocem. D
Mat.12. Tu autem dixisti,Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Ergo & pa
stor & bonus pastor, nihil quidem ad potestatem ac bonitatem pastoris pastorum,
sed tamen etiam ipse & pastor & bonus, & cæteri tales pastores boni. Quid est ergo
quod pastoribus bonis commendas unum pastorem, nisi quia in uno pastore doces
unitatem? Et exponit apertius ipse dominus per ministerium nostrum,ex ipso Euan
gelio commemorans charitatem uestram,& dicens, Audite quid commendaui, Ego
Pastor ve- tum pastor bonus dixi, quia oẽs cæteri, omnes pastores boni mẽbra mea sunt. Vnũ
rus, xp̃s. caput,unum corpus,unus spiritus. Ergo & pastor ipse est pastorũ, & pastores multi
1.Cor.12. sunt unius pastoris,& oues cum pastoribus sunt sub pastore. Quid sunt hæc nisi qd
dicit Apostolis. Sicut enim corpus unum est & membra habet multa, omnia autem
membra corporis cum sint multa unũ est corpus,sic & Christus? Ergo si sic & Chri
stus,merito Christos in se habens omnes pastores bonos,unum commendat, dicẽs,
Mat.12. Ego sum pastor bonus. Ego sum,unus sum, mecum in unitate omnes unum sunt.
Qui extra mẽ pascit,contra me pascit: Qui mecum non colligit spargit Ergo audite 43
ipsam unitatem uehementius commedatam,Habeo,inquit,alias,oues, quæ nõ sunt
de hoc ouili. Loquebatur enim primo ouili de genere carnis Israel. Erant autem alii
de genere fidei ipsius Israel,& extra adhuc erant in gentibus. Erant prædestinati,nõ
dum congregati. Hos nouerat quos prædestinauerat,nouerat qui redimere sanguine
suo fuso uenerat. Videbat eos nondum videntes eum, nouerat eos nondum credẽtes
in eum,Habeo,inquit,alias oues,quæ non sunt de hoc ouili, quæ non sunt de gene
re carnis Israel,sed tamen non erunt extra hoc ouile,quia oportet me adducere eas
ut sit unus grex & unus pastor. Merito huic pastori pastorũ,amata eius, sponsa eius,
pulcra eius,sed ab ipso pulcra facta,prius peccatis fœda,post indulgentiam,& gratiã
Cann. 1. formosa,loquitur amans & ardens in eum,& dicit ei,Vbi pascis? Et uidete quemad
modum quo affectu hic erigatur amor spiritalis. Melius isto multo affectu delectan
tur,qui aliquid ex huius amoris dulcedine gustauerunt. Illi hoc bene audiunt, qui
amant Christum. In ipsis enim hoc, & de ipsis cantat ecclesia in cãticis canticorum.
Esaiæ. 53. Qui amant Christum,quasi fœdum & solum formosum,Vidimus enim eum,inquit
& non habebat speciem neque decorem. Talis in cruce apparuit,talem se spinis coro 43
natus exhibuit,fœdum,& sine decore,quasi amissa potentia, quasi non filium dei. K
Mar.15. Talis visus est cæcis. Ex persona quippe Iudæorum hoc dixit Esaias, Vidimus eum 43
Mat.26. & non habebat speciem neque decorem: quando dicebatur, Si filius dei est descen- F
Rom.11. dat de cruce. Alios saluos fecit,seipsum non potest. Et percutientes calamo in caput,
dicebant: Prophetiza nobis Christe,quis te percussit: non habebat speciem neque de
corem. Tale Iudæi uidebatis,Quia cęcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo
1. Cor.2. gentium intraret,donec aliæ oues uenirent. Quia ergo cęcitas facta est, ideo decorũ
sine decore uidistis. Si enim cognouissetis, nunquam dominum gloriæ crucifixissẽ
Luc.23. tis. Fecistis autem,quia non cognouistis. Et tamen ille qui uos quasi fœdus tolera
uit,pro uobis formosus orauit,Pater,inquit,ignosce illis, quia nesciunt quid faciũt.
Si enim sine decore,quid est quod amat ista,quę dicit,annuncia mihi, quem dilexit
Cant. 1. anima mea? Quid est q̃ amat,quid est q̃ ardet,quid est q̃ tantum ne ab illo aberret ti
met? Quid est quod tantum delectatur in ipso,cui sola pœna est esse sine ipso? Quid
esset unde amaretur,nisi formosus esset? Verum quomodo illa sic amaret,si ille illi sit
Psal. 44. appareret,quomodo cæcis persequentibus,& quid faciant nescientibus? Qualem er- 43
go illa amauit? Speciosum forma præ filii hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, L
Ergo de ipsis labiis tuis annũcia mihi quẽ dilexit aia mea. Annũcia, inqt, mihi quẽ
Cant.1. dilexit non caro mea,sed anima mea. Annuncia mihi ubi pascis, ubi cubas in meri
die,ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Obscurum videtur. 43
Obscurũ sanctuarium thalami sacri mysterium est: ipsa enim dixit, Introduxit me G
rex in cubiculum suũ,Tali cubiculi hoc secretum est Sed uos q̃ ab isto cubiculo pro
fani non estis,audite quod estis,& dicite cum illa, si amatis cum illa. Amatis autem
cum

H cũ illa,si estis in illa. Dicite oẽs & tamen vna dicat,qa vnitas dicit, Annũcia mihi quẽ
43 dilexit aia mea. Erat enim illis in deũ vna aia & cor vnũ. Annuncia mihi vbi pascis, Acto.4.
vbi cubas in meridie. Quid significat meridies? Magnum feruorem,magnũq̃ splendo
rẽ. Ego notũ fac mihi qui sint sapiẽtes tui, Spũ feruentes,doctrina fulgentes. Dexte- Psal.89.
rã tuã notã fac mihi,& eruditos corde in sapientia. Ipsis inhęreã in corpore tuo, ipsis
socier,cũ ipsis te fruar. Dic mihi. Ergo annuncia mihi vbi pascas, vbi cubes in meri
die,ne incurrã in eos qui alia de te dicunt. Aliud dicunt,aliud de te sentiũt. Alia de te
credunt,alia de te prędicant. Et greges suos habent,& sodales tui sunt,quia de tua mẽ
sa viuũt,& mensæ tuæ sacramẽta pertractant. Sodales enim dicti sunt q̃ simul edant, Sodales q̃-
quasi simul edales. Tales exprobrantur in Psalmo,Si enim inimicus super me magna si simul e-
locutus fuisset, abscõderẽ me vtique ab eo: tu vero vnanimis meus,dux meus,& dales.
notus meus: qui simul mecũ dulces capiebat cibos,in domo dei ambulauimus cũ cõ Psal. 54.
sensu. Quare contra domũ dñi modo cũ dissensu,nisi quia ex nobis exierunt, sed nõ 1.Ioan.2.
erãt ex nobis? Ideo o tu,quem dilexit anima mea,ne tales incidam sodales tuos,sed
quales fuerunt sodales Sanson,non seruantes amicos fidẽ, volentes eius corrumpere
vxorem. Ergo ne in tales incurrã,ne fiã super eos. i. incidam in eos,velut operta,velut
43 latens & obscura,non velut in monte cõstituta. Annuncia ergo mihi o quem dilexit Cant.1.
I anima mea,vbi pascis,vbi cubas in meridie, qui sint sapientes & fideles in quibus ma
xime requiescis, ne forte sicut latens incurrã in greges non tuos, sed sodaliũ tuorũ.
Nã tu Petro non dixisti,Pasce oues tuas: sed,pasce oues meas. Respõdeat ergo amatæ Ioan.21.
huic pastor bonus,& speciosus forma præ filijs hoim: respõdeat ei quã formosam se
cit ex filijs hominũ. Audite quid respõdeat,intelligite cauete qd terret,amate qd mo
net. Quid ergo respõdit? Quã non blãde,sed blãditijs seueritatem reddit. Corripit,vt
constringat,vt seruet. Nisi cognoueris temetipsam,inquit, o pulcra inter mulieres:
quãtũlibet enim sint aliæ pulcræ donis viri tui, hæreses sunt,ornatu non visceribus
pulcræ sunt,foris extrinsecus nitẽt,nomine iustitiæ se dealbant: omnis aũt pulcritu-
do filiæ regis intrinsecus. Nisi ergo cognoueris temetipsam quia vna es,quia per om
nes gentes es,quia casta es, quia colloquio peruerso malorũ sodaliũ corrũpi non de-
bes. Nisi cognoueris temetipsam,quia recte mihi desponsauit ille virginem castã ex- Cant.1.
hibere, Christo,rectęq̃ mihi teipsam exhibeas,ne malis colloquijs,sicut serpens Heuã Psal.34.
seduxit astutia,sic & tui sensus corrũpantur a castitate mea. Nisi ergo talem cognoue 2.Cor.11.
ris temetipsa,exi. Tu exi. Alijs enim dicturus sum,Intra in gaudiũ dñi tui. Tibi non
dicam,intra,sed exi,vt sis inter eos qui ex nobis exierunt,exi tu. Sed nisi cognoueris Matt.25.
temetipsam,tunc exi. Si aũt cognoueris temetipsam,intra. Si autẽ non cognoris,exi
tu in vestigijs gregum,& pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Exi in vestigijs
non gregis,sed gregum: & pasce non sicut Petrus oues meas,sed hœdos tuos in taber
naculis nõ pastoris,sed pastorũ: nõ vnitatis,sed dissensionis. Nõ ibi posita vbi ẽ unꝰ
grex & ẽ vnus pastor. Cõfirmata est,ędificata est,amata fortior est facta,parata mori
ꝓ viro,& viuere cum uiro. Hæc verba quæ cõmemorauimus de sanctis canticis canti
corum,de sponsi & sponsæ epithalamio quodam,spiritales enim nuptiæ sunt, in qui
bus nobis magna cũ castitate viuẽdũ est, quia ecclesiæ concessit Christus in spiritu,
quod mater eius habuit in corpore,vt & mater & virgo sit. Hęc vero verba Donatistę
accipiunt ad sensum suum peruersum multo aliter. Et quẽadmodum, non tacebo,&
quid eis respondeatis,adiuuante dño,quantum potero breuiter admonebo. Cũ eos
vrgere cœperimus,luce vnitatis ecclesiæ diffusæ toto orbe terrarum, & poposcerimꝰ
vt ostendant ipsi de scripturis aliquod testimonium,vbi deus prædixit in Aphrica fu
turam ecclesiam,quasi perditis cæteris gentibus: hoc solent testimonium in ore ha-
bere & dicere, Aphrica in meridie est. Interrogans ergo, inquiunt,ecclesia dominum
vbi pascat,vbi cubet,respondet ille,in meridie: vt quasi vox interrogantis sit,Annun Cant.1.
cia mihi quem dilexit anima mea,Vbi pascis? Vbi cubas? Et vox quasi responden-
tis,In meridie: hoc est,in Aphrica. Si ergo quæ interrogat ecclesia est, & dominus
vbi pascat, respondet, in Aphrica, quia in Aphrica erat, ecclesia quæ interrogat non
erat in Aphrica. Annuncia,inquit,mihi quem dilexit anima mea,vbi pascis, vbi cu-
bas: & respondit ille cuidam ecclesiæ pręter Aphricam, In meridie, In Aphrica cubo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Aphrica pasco, quasi te nō pasco. Porro si q̄ interrogat, ecclesia est, q̄d null⁹ ambigit, q̄d nec ipsi cōtradicūt, & audiūt nescio quid de Aphrica, hęc ergo q̄ interrogat pter Aphri ecclesia est, est prætar Aphricam ecclesia. Ecce accipio in meridie esse Aphricā, quanq̄ causa, & qa magis in meridie sub sole medii diei Aegyptus q̄ Aphrica. Illic autem in Aegypto quomodo pastor est iste, qui norunt agnoscunt: qui non norunt, requirant quām magnum illic gregem colligat, quantam numerositatem sanctorum atque sanctarum habet contemnentium penitus mundum. Grex ille tantum creuit, ut etiam inde superstitiones expulerit, Vt ergo omittā quo inde oēm idolorū superstitionē q̄ il lic valida fuerat credendo † fugauerit, accipio q̄d dicitis o sodales mali, accipio prorsus, assentio Aphricā in meridie esse & Aphricā significatā in eo quod dictū est, vbi pascis, vbi cubas in meridie. Sed & vos æquitatem attendite adhuc ista verba sponsæ esse nondum sponsi. Adhuc sponsa dicit, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie, ne forte sicut operta fiam. Surde, cæcē, si in meridie vides Aphricam, quare inopertam non intelligis fœminam? Annūcia mihi dicit quē dilexit anima mea. Vtique virum alloquitur cum dilexit, quomodo si diceret, Annūcia mihi quem dilexit anima mea, intelligeremus sponsum hæc loqui ad spōsam. Sic cum audis, Anūcia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas, illuc adde: ad hæc huius verba pertinēt, & q̄ sequūtur in meridie. Quærovbi pascas in meridie, ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Audio prorsus, accipio de Aphrica quod intelligis in meridie ipsa significata est. Sed ecclesia Christi sicut intel ligis transmarina alloquitur sponsum suum, timens errorem incidere Aphricanum. O quem dilexit anima mea, annuncia mihi, doce me. Audio enim in meridie .i. in Aphrica duas esse partes, immo multas conciliones. Annuncia ergo mihi vbi pascis, quæ oues ad te pertinent, quod ouile illic me iubes amare, cui me debeo sociare, ne forte fiam velut operta. Illudunt enim quasi latenti, insultant quasi perditæ, quasi nusquam alibi existenti. Ne ergo quasi operta quasi latens fiam super greges sodalium tuorum Donatistarum, Maximinianistarum, Rogatistarum, cęterarumq̄ pestiū extra colligentium & ideo spargentium, rogo te, annuntia mihi, si illic pastorem meum requiram, ut non in gurgitem rebaptizationis incurram. Hortor vos, obsēcro uos per sanctitatem talium nuptiarum, amate hanc ecclesiam, estote in tali ecclesia, estote talis ecclesia, amate pastorem bonum virum tam pulcrum, neminem fallentem, neminem perire cupiētem. Orate & pro dispersis ouibus veniant & ipsi, cognoscāt & ipsi, ament & ipsi vt sit vnus grex, & vnus pastor Conuersi, &c.

† alias crescendo.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego & pater vnum sumus. Sermo LI.

Ioan. 10. DOminus deus Iesus filius dei vnicus, natus de deo patre sine aliqua matre, & natus de virgine matre sine homine patre, audistis quid dixerit, Ego & pater vnū sumus. Sic accipite, sic credite vt mereamini intelligere. Fides enim debet præcedere intellectum, vt sit intellectus fidei prēmium. Propheta enim apertissime dixit, Ni-
Ioan. 10. si enim credideritis, non intelligetis. Quod ergo simpliciter prædicatur credendum
Esaiæ. 7. est, quod subtiliter disputatur intelligendum est. Primitus ergo ad imbuendas uestras menter per fidem, prædicamus uobis Christum dei patris vnicum. Quare addicitur vnicum? Quia cuius est vnicus, multos filios habet gratia. Cæteri ergo omnes sancti filii dei sunt gratia, solus ille natura. Qui gratia filii sunt, non sunt quod pater.
Christus quō dei patris vnicus Mat. 6. Denique nullus sanctorum ausus est dicere, quod ille vnicus ait, Ego & pater vnum sumus. Nunquid non pater est, & noster? Si non est pater noster, quomodo dicimus orantes, Pater noster, qui es in cœlis? Sed nos filii sumus quos uoluntate sua filios fecit, non ex natura sua filios genuit. Genuit quidem & nos, sed quomodo dicitur adoptatos, ab adoptante generatos, beneficio non natura. Denique & hoc dicti sumus, quia vocauit nos deus in adoptionem filiorum. Homines adoptati sumus. Ille dicitur
Ephes. 1. vnigenitus, quia hoc est quod pater, nos autem homines sumus, deus est pater, Quis ergo ille hoc est quod pater? dixit, & uerum dixit, Ego & pater vnum sumus. Quid est, vnum sumus? Vnius naturę sumus. Quid est, vnum sumus? Vuius substantiæ sumus. Forte minus intelligitis. Quid est vnius substantię? Laboremus vt intelligatis, adiuuet deus, & me loquentem & vos audientes. Me vt ea dicā quæ recta sunt

& apta sunt vobis: vos autem ante omnia & præcipue vt credatis, deinde vt quomodo potestis intelligatis. Quid est ergo vnius substātiæ? Similitudines vobis adhibeā,
44 D, vt quod minus intelligitur, exemplo claresçat. Vtputa aurū est deus, aurum & filius eius. De terrenis si ad cœlestia non sunt dādæ similitudines, quomodo scriptum est, 1. Cor. 10. Petra erat Christus? Ergo quicquid est pater, hoc est & filius. Sicut dixi, verbi gratia, aurum est pater, aurum est filius. Nam qui dicit, non est ipsius substantiæ filius cuius pater, [quid aliud dicit nisi aurum est pater,] argentum est filius? Si aurum est pater, argentum est filius, degenerauit a patre vnicus filius. Homo hominem generat, Cuius substantię est pater qui generat, ipsius substantiæ est filius qui generatur. Quid est ipsius substantię? Homo est ille, homo & ille. Animam habet ille, animam & ille. Carnem habet ille, carnem & ille. Quod est ille, hoc & ille. Sed respondet mihi & dicit hæresis Arrhiana, Quid mihi dicit? Attende quod dixisti. Quid dixi? Quia filius, hominis comparandus est filio dei. Planè comparandus, sed non ut putas ad proprietatem, sed ad similitudinem. Tu autem quid uis hinc facere? Dic non uiuides dicit, quia maior est pater qui genuit, & minor est filius qui generatus est.
44 E Quomodo ergo vos dicitis? Dicite mihi. Quomodo ergo uos dicitis q̄ æquales sunt pater & filius, deus & Christus, cum videatis quia homo quando generat filium, minor est filius & maior est pater? Homo sapiens in æternitate tempora inquiris, ubi nō sunt tempora quæris ętates. Quando maior est pater, minor est filius, ambo temporales sunt. Ille senescit, quia ille crescit. Nam per naturam homo pater, per naturam, ut dixit, non genuit minorem, sed per ætatem. Vis nosse, quia per naturam non genuit minorem? Expecta, crescat, & patri erit ęqualis. Puer enim paruus uel crescendo peruenit ad magnitudinem patris sui. Tu autem sic dicis minorem dei filium natum, ut nunquam crescat, & ad sui patris magnitudinem uel crescendo perueniat. Iam ergo filius hominis natus ex homine, meliore conditione natus est quàm filius dei. Quomodo? Quia ipse crescit, & peruenit ad magnitudinem patris sui. Christus autem, sicut dicitis, ideo minoratus est, ut remaneat minor, & non sit expectandus saltem ætatis accessu. Sic ergo dicis, Quæ est in natura diuersitas? Sed quare dicis, nisi quia non vis eiusdem substantiæ credere filium, cuius substantiæ est pater? Postremo prius confitere ipsius substantiæ, & dic minorem. Attende hominem, homo est.
44 F Quæ est substātia eius? Homo est. [Quid ille quem generat? minor est, sed homo est.] Aetas dispar est, equalis natura est. Dic & tu, Quod est pater, hoc est filius, sed minor est filius. Dic, fac gradum, dic eiusdem substantiæ, sed minorem, & peruenis ad æqualem. Non enim parum accedis, non parum propinquas ueritati, quia confiteris equalem, si eiusdem substantiæ confessus fueris & minorem. Si non est eiusdem substātiæ hoc dicis, aurum & argentum. Ergo quia hoc dicis, aurum & argentum, tale est quod dicis, quale si homo generaret equum. Alterius enim substantię est homo, alterius equus. Si ergo filius alterius substantiæ est quām pater, monstrum generauit pater. Quomodo enim creatura, id est, mulier parit quod nō est hō, monstrum dicitur, Vt autem non sit monstrum, hoc est, qui natus est, quod est ille qui genuit, id est, homo & homo, equus & equus, columba & columba, passer & passer. Creaturis suis dedit deus, creaturis mortalibus terrenis dedit, donauit ut hoc quod sunt generent: & putas quia hoc sibi non potuit ipse seruare qui est ante secula, qui non habet initium temporis, ut qui generarēt filium non hoc quod ipse est, generaret, sed degenerem? Audi & quanta blasphemia sit dicere, vnicū de filiū, esse alterius substantiæ. Prorsus si ita est, degener est. Si dicas alicui filio hois degener, quāta iniuria ē? Et quo dicitur filius hois degener? Vtputa pater ipsius fortis est, ille timidus & ignauus. Quicūq; illū uiderit, & vult corripere, attēdens patrē ipsius virū fortē, quid ei dicit, Porro uade degener. Quid est degener? Fortis uir fuit pater tuus, & tu timore cōtremiscis. Ille cui hoc dicitur, uitio degen̄r est, natura par est. Quid est, natura par est? Hō est, q̄d
44 G est & pater ipsius. Sed ille fortis, ille ignauus: ille audax, ille timidus, tñ homo & homo. Vitio ergo degener est, non natura. Tu quando dicis vnicum filium, vnum patris filium degenerem esse, non aliud dicis, nisi quia non hoc est quod pater, & iam nō non natus degener factus est dicis, sed generatus est. Istam blasphemiam quis ferat? Qualibuscunque oculis, si istam blasphemiam uidere possint, fugerēt eam, & catho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lici fierent. Sed quid dicam, fratres? Non eis irascamur, sed pro eis oremus ut det dominus eis intellectum, quia forte hoc nati sunt. Quid est, hoc nati sunt? Hoc acceperunt a parentibus suis quod tenent. Præponunt genus veritati, fiant quod non sunt, ut possint seruare quod sunt, hoc est fiant catholici ut Possint seruare quod homines sunt, ut non in illis pereat dei creatura, accedat dei gratia. Putant enim quia patrem honorant per contumeliam filii, Quando illi dixeris, blasphemas: respondet, Quare blasphemo? Quia dicis filium non hoc esse quod pater est. Et ille mihi, Immo tu blasphemas. Quare? Quia æquare vis patri filiū. Aequari uolo patri filium, nunquid extraneum? Gaudet pater, quando illi æquo filium vnicum Gaudet, quia nō inuidet. Et deus quia filio vnico non inuidet, ideo quod ipse est hoc genuit. Tu & filio facis iniuriam, & ipsi patri, in cuius honorem uis cōtumeliam facere filio. Certe enim ideo dicis non esse eiusdem substantiæ filium', ne iniuriam facias 'patri ipsius. Ego tibi cito ostendo, quia iniuriam facis ambobus. Quō inquit? Si dicā filio alicuius, degener, non es similis patri tuo: degener, non hoc es qđ pater: audit illud filius & irascitur, & dicit, Ergo degener natus sum? Audit illud pater, & plus irascitur. Iratus aūt quid dicit? Ergo ego filium degenerem generaui? Ergo si aliud sum, & aliud generaui, monstrum generaui. Quid est quia cū uis vni deferre, per alterius iniuriā, ambobus facis iniuria? Filium offendis, sed patrem non propitiabis. Cū de filij contumelia honoras patrem, & filium offendis & patrem. A quo fugis, ad quem confugis? Nunquid irascente tibi patre, fugis ad filium? Quid tibi dicit? Ad quem fugis, quem degenerem feci'sti? Nunquid offenso filio curris ad patrem? Dicit & ipse tibi, Ad quē fugis, quem degenerem genuisse dixisti? Sufficiat uobis, hæc tenete, hoc memoriæ cōmendate, hoc in vestra fide conscribite. Hoc autem vt intelligatis, ad deum patrem & filium, qui vnum sunt, preces effundite.

De resuscitatione Lazari quatriduani, in Euangelio secundum Ioannem. Sermo. LII.

Ioan. 11. LIcet omnes virtutes quas in terris dei filius maiestatem suam prodituras impleuit, mirari tantum homines valeant, & verbis definire non possint, excēdit tamen omne miraculum quod Christus circa Lazarum fecit, cui non ęgro reddidit sanitatem, nec debilitatis languore viribus medelam protinus verbo restituit. Non denique reliquias animę adhuc possidenti vitam rursus reddidit, sed iam sepulto, iam monumentis recondito, iam legitimis temporum spatiis ascripto inferis inquilino: ab ipsa sede pallente, destructa lege tartarea, mancipium mortis redire iussit ad superbos: & post concilia stridentium vmbrarum, post profundas noctis æternæ caligines vitam ducere, in conuiuio discūbere, frui discūbentium colloquio, prādere & gaudere fecit: atque ut miraculū diuinæ virtutis accresceret, dum conuiuis interrogantibus tristia loca pœnarum, sedesq; alta nocte semper obscuras, Lazarus indicat diligenti narratione per ordinem, diu quæsiti logisq; temporibus ignorati, inuenerūt tandem inferi proditorem. Nec leues iam præcesserant in multis curationibus diuersæ virtutes. Neque enim leuia sunt vel ludicra præter Lazarum quæ Christus
Matt. 11. impleuit: q; claudi redeuntes gratis * gressibus cucurrerunt, & accepto beneficio
*alias, redintegratis. niratis domino gratias retulerunt: quod manci utraque manus ad cœlum cum laudibus leuauerunt, quōd resoluta sunt mutis claustra linguarum, & post horrificum uocis inarticulatæ mugitum, uinculo nodatæ linguæ dirupto, ex ore diniduo sensibilia uerba processerunt: q; cæcus recepit lucem, quam violentus dolor nube crassi
Matt. 12. Ioan. 18. humoris obscurans ab orbium sede rapuerat, & noctem funeratę frontis excutiens
Ioan. 9. dum totum recipit uisum, resurrectionem cęcus meruit oculorum. Recipit hic quidē oculos, alter accepit, & quod natura non dederat, manus Christi formauit. Imposuit. n. fronti puluerem sputo conspersum, & ad tactum sacræ manus operis discipli na festinans luciferas gemmas orbibus præparatis infixit, & quod natura non dederat, Christus artifex integrauit. Hæc omnia cunctis fuere miraculo dum fiebant. Quis enim protinus saxeus mirari non cogatur, cum omnia damna membrorū non medicinæ pigmentis, nec arte aliqua, nec remedijs, sed solo tantūmodo videret sermonis imperio restituta? Parua hæc tamen ad christi potentiā videbantur, nisi amicus christi Lazarus moreretur. Quem ideo christus vitæ naturæ restituit, vt mutaret naturā

naturam. & vitæ ordinem verteret: vt vnus homo semel nasci & bis mori disceret, vt conditionem mortis noua resurrectionis lege turbaret. Inuadit igitur Lazarum pernicies inimica languoris, & fornace febris anhelo corpus exurens, miserandi hominis robur quotidie edax incendium absumebat. Iacebat visceribus anhelis exæstuans, crebrisq; singultibus corpus excussum, migraturam de domo corporis animā promittebat. Non amici, non consilia', non fomenta, non artis magisterio remedia prouisa succurrunt, Omnia enim quę pro salute data fuerant, in contrarium vertebantur. Languor. n. iste non aliquo remedio, sed sola morte fuerat finiēdus, & mors ipsa per resuscitationem christi vincenda. Aderant autem duæ sorores languenti, & casum dolentes iuuenis, ægrotantis lectulo iugiter inhærebant. Fouebant vero iacentem talibus frequenter alloquijs: Patienter, inquiunt, sustine, fortiter dura, noli desperatione corruere. Dum enim languorem istum fortitudine toleras, cum sustines, cum foueris, venit inter hæc christus, vt credimus, forsitan sanaberis. Sed quid vos o Maria & Martha pro germano tantus dolor exurit? Quid iugibus suspiriis optatis mori cum fratre? In contrarium potius vota pectoris imputate, precamini crementa languoris, augmenta febrium quærite, & vt in extrema vitæ limina tempestas morbis sæuientis citius impingat optate Frater enim vester Lazarus, cuius ingemiscitis
45 A tanto affectu languorem, nisi mortuus fuerit non recipiet sanitatem. Vrebat igitur ægrotum febris assidua, edax flamma penetrabili vapore siccabat. Incumbit quęstionarius corporis dolor, totus homo sæuientium morborum oneribus præmitur, ut corporis vinculis anima resoluatur. Vicit tandem succum corporis ægritudo, & caminus febrium extremo diuortio de sede corporis animam compulit emigrare. Scindebant Maria & Martha germanę vestes laniabant iratis vnguibus genas, spargebāt euulsos crines, vlulatibus astra pulsabant: & tamen incumbentes funeri amplexęq; corpus exanimæ, inania figentes oscula, sæpius hoc dicebant, Poteras miser nec ęgro tare nec mori, si nulla ratio fecisset Christum absentem. Inter omnes enim quibus sermone medico desiderata concesit, si te quoque languentem contingeret aut videret, non te frigidi corporis sopore oppressum, non spoliatum lumine videremus. Immo illo præsente non tibi febris accederet, non inuaderet dolor, non ægritudo vastaret. Tanta est enim illius omnipotentia, ut etiam iam mortuus resurgeres, si veniret. Procedit interea funus, longoq; ordine tristibus obsequiis decoratum, infertur sepulcris. Absconditur cauato saxo, luctuosisq; vocibus conclamatur. Venit igitur ad Bethaniam christus, claustra mortis diuina potentia destructurus. Occurrūt lacrymosæ sorores, funus hominis contestantes dei auxilium requirebant. Erat enim insitus amore Lazari, erat sororum eius quędam delectatio apud dominū, de seruitijs amo-
45 B ris sui pignus intrinsecus deponentes, in visceribus habere dominum videbantur, Sed interrogat de lacrymis deus, & licet sciret quid contigerit, tn̄ ex illarū voce optat audīr. Lazarus, inquiūt, quē diligebas, mortuus est. O inuidia, o infidelis cōuētio. Te adhuc posito i seculo, Lazarus amicus tuus moritur, si amic⁹ moritur inimicus quid patiatur? Parum est si tibi non soli superi seruiunt, ecce tuum dilectum inferi rapuerunt. Lazarus, inquiunt, quem diligebas, moritur. Exclusit humanitatis consuetudinem, & vox illa mortalis dicit, Amicus dei plus debuit viuere, sed moritur. Dominus noster Christus intendens in lacrymas mulierum, quæ iugibus suspiriis optabant mori cum fratre, ad mausoleum Lazari vna cum discipulis suis vel prolixis turbis accelerat. Iam enim intra cauatū saxum quatuor dies habuit & iacebat, iam fluescētium membrorum teterrimus fœtor prohibebat accessum, iam in concauis orbibus tabido situ marcescentes resederant oculi, iam deficiebat narium mollitudo, iam rictus oris dentibus nudatis horrebat, iam nudata cute, laxa temporibus cerebri sedes tegmine attenuato Pallescens, capillis subinde rarescentibus apparebat, iam Maria & Martha sorores Lazari, quæ christum frequenter resuscitasse mortuos viderant, fratrem suum posse resuscitari penitus non credebant. Ibi uere christus probatus est
45 C deus, vbi tantum fecit, quantum ausa non est etiam ipsa fides optare. Et commotus spiritu dixit, Vbi posuistis eum?) Non tamen locum sepulti ignorare credi debuerat, sed fidem populi approbare volebat. Venit igitur Christus ad monumentum in quo Lazarus dormiebat, & non tanquam mortuum, sed tanquam sanum, tanquā viuum,

tanquam audire paratum,de sepulchro protinus euocauit. Lazare, inquit,prodi foras.)Ideo dicit nomen,ne omnes mortui cogerentur exire. Clamat tamen ad monumentum,turbant se inferi,expectant audientiam omnes mortui, quærebant sua 45
noia vocitari,Ne,inquiunt,& nos dominus suscitabit? Vbicūq; xps steterat,patebāt D
inferi. Subito vna vox intercepit cæteros,Lazare veni foras. Non dilatio vlla retinet resurgentem,non tardant reditus animę,non impediunt vincula sepulturæ. Inuolutus linteis nodisq; lineis irretitus, voce Christi citius egreditur. Surgit,ambulat,currit. Et ne qd quisquā deesse diceret resurgēti, pñtibus cunctis agit gratias redēptori. De eo quod scriptum est in Euang.secundum Ioan. Qui credit in me,credit in eum qui me misit.

Sermo LIII.

Ioan.1. HOc admonuit dominus cum Euāgelium legeretur,qm̄ qui credit in eum, credit in illum qui misit eum.)Missum esse ad nos saluatorem mundi fides verissima tenet,quoniam Christum ipse prędicat Christus,hoc est corpus xp̄i toto orbe diffusum. In cœlis enim ille erat,& sentienti in terra persecutori dicebat. Quid me persequeris. Vbi dominus sic expressit,hic se esse in nobis. Sic totus crescit,quia quēadmodū ille nobis est hic,sic & nos ibi in illo sumus. Hoc facit cōpago charitatis. Ipse qui caput nostrum,saluator est corporis sui. Prædicat ergo xps xp̄m, prædicat corpus caput suū,& tuetur caput corpus suū,& ideo nos mundus odit, sicut ab ipso dño audiuimus. Non.n. Apostolis hoc dicebat paucis,q̄ odisset eos mūdus, & quia gaudere de- 45
Act.9. berent cum eis detraherēt hoies & dicerent oia mala aduersus eos, quia pp hæc mer- E
Ioan.25. ces eorū maior est in cœlis. Nō eis solis dixit dominus cū hæc dixit,sed dixit vniuerso corpori suo,dixit oibus mēbris suis, Quicunq; in corpore eius & membrorū eius esse voluerit,non mitetur,quia odit eum mundus. Corporis aūt eius sacramentum multi accipiunt,sed non oēs qui accipiunt sacramentum,habituri sunt apud eū etiā locū pro missum membris eius. Pene quidem sacramentū omne corpus eius dicunt, quia omnes in pascuis eius simul pascunt: sed venturus est qui diudat, & alios ponat ad dexteram,alios ad sinistram,& vtraq; pars dictura est,Domine dne, qn̄ te vidimus & non ministrauimus tibi?[vel quando te vidimus & ministrauimus tibi?) Pars vtraq; dictura est,vni tamē dicet,Venite benedicti patris mei percipite regnū. Alteri, Ite in ignem æternum,qui præparatus est diabolo & angelis eius. Non ergo solos inimicos nostros deputare debemus charissimi, quicunq; bona conscientia xp̄i mēbra sumus,nō solos eos inimicos nostros putare debemus, qui aperte foris sunt. Multo.n. peiores sunt qui videntur,& foris sunt. Amāt.n.mundū, & ideo mali sunt. Et quidē de nobis ea sentiunt,quæ ipsi diligunt, & in huius mundi quasi prosperitatibus quibus ingemiscimus,inuident nobis. Ibi nos fœlices putant,vbi nos periclitamur. Fœlicitatem vero nostram internam nec nouerunt quia non gustauerunt: 45
quia vero quicquid nobis temporaliter mundus arridet, magis est periculum quā or- F
Mat.25. namentum nostrum nesciunt,quia ista distinguere gaudia non nouerūt. Vnde hortamur charitatem vestrā,maxime quia vos videmus frequentius conuenisse, qui propositum altius habetis,idest,in ipso corpore xp̄i ex eius munere non meritis vestris
*alias,cō scientiam. excellentiorē locū tenetis,habentes scientiam * quæ a deo donata est. Nā & ipsa malis & inuidis nostris in suspitionē venit. Ad hoc tamen mordetur, vt probetur. Si.n. in ipsius conscientiæ professione laudes quærimus hoium, deficimus repræhensionibus hominum. Cū his castus seruus dei,ecce te mūdus suspicatur forsitā impudicū & mordet & reprehendit,& libenter in tuis detractionibus immoratur. Maleuolæ quippe animæ quasi dulciter sapit,qd̄ pessime suspicatur. Tu aūt si propter laudes humanas continentiam suscipere voluisti,reprehensionibus humanis defecisti,& to-
Mat.5. tum quod tibi proposueras perdidisti. Porro autē si nosti dicere cū Apostolo, Gloria nostra hæc est,testimoniū conscientiæ nostrę,nō solum tibi reprehensionibus mercedem non minuit, sed & facit ampliorē: tu tamē pro illo ora,ne tua mercede moriatur. Nā & hinc probamus charisimi,quia si non haberemus inimicos,non essent pro quibus oraremus ex p̄cepto dñi nostri dicētis, Diligite inimicos vestros & orate pro 45
his qui vos oderunt. Vnde probamus cor nostrum interrogamus, vtrū hoc facere va- G
leamus: si nullum inimicum,nullum reprehensorem, nullum detractorem, nullum
Mali bo- maledicum experimur? Videtis ergo, quia & mali necessarii sunt bonis. In fornacę

quodammodo aurificis sumus hoc est in hoc mundo. Si aurum es, simul ardes. Si au- nis necessarii.
45 rum es,palea tua est malus,Si & tu palea es,simul eritis sumus. Verūtamen primum
H vt noueritis charissimi,in corpore Christi excellentiora membra esse: non sola est n. coniugalis vita laudabilis,& habet in corpore Christi locum suum: sicut & in nostro corpore non ea sola habent locum quæ excellentius locata sunt, sicut sensus in facie superiorem corporis partem occupauerunt: sed nisi pedes portarent, quicquid sublime est,in terra iaceret. Vnde Apostolus dicit,Et quæ inhonesta sunt nostra,magis ne-
1. Cor.12. cessaria sunt. Deus temperauit corpus vt non essent scissuræ in corpore. Nouimus autem membra Christi quæ coniugalem agunt vitam,si membra Christi sunt,id est,si fideles sunt,si futurum seculum sperant, si quare signum Christi portent,sicut nouimus quod honorem deferant vobis, nouimus quod meliores esse vos iudicāt,quā ipsi sint. Sed quantum vos illi honorant, tantum & uos mutuam honorificentiā eis præstare debetis. Si enim est in vobis sanctitas, timete ne perdatis eam. Vnde? Per superbiam. Aliter perit sanctitas casti si adulter fuerit,aliter perit si superbus fiat. Et audeo dicere: coniugalem agentes vitam, si tenent humilitatem, superbis castis meliores sunt. Consideret enim charitas vestra quod dico, [Diabolum attendite: Nun- [Diabolū
quid ei in iudicio dei obiiciendum erit adulterium aut fornicatio? Nihil horum fa- attendite,!
cit,qui non habet carnem. Sola eum superbia & inuidia mittit in ignem æternū. Ser- Nūquid.n.
uo ergo dei cui surrepserit superbia,continuo ibi est & inuidia. Non potest superbus in iudicio
44 esse non inuidus,Inuidia filia est superbiæ, sed ista mater nescit esse sterilis,vbi fue- dei erit a-
I rit,continuo parit. Vt autem non sit in vobis,hoc cogitate,persecutionis tempore nō dulterium
solam Agnem fuisse ornatam, * uirginem,sed & Crispinam mulierem,& forte quod aut forma
non dubitatur,aliqui tunc de continentibus defecerunt, & multæ de coniugatis pu- tio? Nihil
gnauerūt atq; uicerūt. Vn̄ nō frustra dicit Apostolus oibus mēbris Christi, Alter al- horū facit,
terū existimantes superiorē sibi: & honore mutuo p̄uenientes. Hæc etenim si cogite qui nū hēc
tis non eritis apud vos magni. Magis.n. cogitare debetis quid vobis desit,quā qd̄ uo- carnē. Sola
bis asit. Quod habes caue ne perdas,qd̄ nondū habes,supplica ut habeas. In quan- n. superbia
tis sis minor, tibi cogitādū est,non in quātis sis maior. Si.n. cogitas quantū p̄cesisti & inuidia
alterū,time tumorē. Si vero cogitas quātū tibi deest adhuc, ingemiscis, & cū ingemi- mittit in
scis curaris,humilis eris,tutior ambulabis,nō præcipitaris,non inflaberis. Et vtinam ignē ęter-
posint oēs de vna charitate cogitare. Sola est.n.q̄ & uincit oia, & sine qua nihil ualēt num.
oia,& q̄ ubicūq; fuerit,trahit ad se oia, Ipsa est quæ nō æmulatur. Quæris cām,atten †alias co-
de qd̄ seqtur,Nō inflatur. Prior est in vitiis superbia, vt dicere cœperā: deinde inuidia. ronatam.
non.n. inuidia peperit superbiā, sed superbia peperit inuidiā. Nō.n. inuidet, nisi amor Philip.2.
excellētiæ Amor excellētiæ, superbia uocatur. Cū ergo in ordine prior sit superbia, se- Rom.12.
45 q̄tur aūt inuidia, Apostolus in laudibus charitatis noluit dicere prius,Nō inflatur,& Charitas.
K posteā,non æmulatur, sed prius dixit,Non æmulatur,& posteā,non inflatur. Quare 1. Cor.13.
hoc? Quia com dixisset,Non æmulatur,quasi quæsiturus eras causam. Quare non Supesbia
æmulatur? Subdidit, Non inflatur. Ergo si ideo non æmulatur, quia non inflatur: si peperit in-
inflaretur æmularetur. Hoc in vobis crescat, & aia solidatur, quia non inflatur. Scia, uidiam.
ait Apostolus,inflat. Quid ergo? Scientiam fugere debetis, & electuri estis nihil scire 1. Cor.8.
potius quam inflari? Vt quid vobis loquimur,si melior est ignorantia q̄ scientia? Vt quid vobis disputamus,vt quid ista distinguimus,vt quid quod nostis admonemus, quod non nostis inferimus? Scia cauenda est ne inflet. Ergo amate sciam,sed antepo nite charitatem. Scia si sola sit,inflat. Quia vero charitas ædificat & non permittit sciam inflari,ibi ergo inflat scientia,vbi charitas non ædificat: vbi autem ędificat,solidata est. Non est ibi inflatio vbi petra est fundamentum. Quando autem tentat in-
flatio,hoc est,elatio? [vtique quando charitas deest. Nam] propter hoc vitium etiam 2. Cor.12.
tantus ille Apostolus, Apostolus, appositum sibi esse dicebat stimulum carnis angelum Satanæ,a quo colaphizaretur. Qui colaphizatur,tunditur caput eius ne erigatur,nam & ibi de scientia metus erat inflationis,hoc est,elationis. Ait enim in magni-
45 tudine reuelationum mearum ne extollar: ibi metuenda erat elatio, vbi magnarum
L rerum erat reuelatio: in magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est n̄. ibi stimulus carnis meæ angelus Satanæ qui me colaphizet, Propter quod ter do-
nū. inum rogaui ut auferret eum a me,& dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam vir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus in infirmitate perficitur. Petit æger vt quod ad ſalutem apponit medicus, cum voluerit ægrotus auferatur. Medicus dicit, Non mordet ſed ſanat. Tu dicis, Tolle qđ mordet. Medicus dicit, Non tollo quia ſanat. Tu ad medicum quare veniſti? Sanare, an moleſtiam non pati? Non ergo exaudiuit dominus Paulum ad voluntatem, quia exaudiuit ad ſanitatem. Nam non eſt magnum exaudiri a deo ad voluntatem, nō eſt magnum. Nec putetis magnum eſſe hoc, quando quiſque orat pro magno, ſi exaudi tur. Quære quod orat, quære in quo exaudiatur. Nam non habeatis pro magno exaudiri ad voluntatem, habete pro magno exaudiri ad vtilitatem. Ad voluntatem etiā dæmones exauditi ſunt, & ad porcos quos petiuerant, ire permiſi ſunt. Ad voluntatem etiam princeps eorum exauditus eſt diabolus, a quo petitus Iob tentandus nō eſt negatus, vt eſſet ille probatus, iſte confuſus. Ad voluntatem etiam Iſraelitę exauditi ſunt, & cum adhuc cibus eſſet in ore ipſorū, noſtis quæ conſecuta ſunt. Nolite ergo pro magno habere ad voluntatē exaudiri. Aliqn deus iratus dat quod petis, & deus propitius negat quod petis. Cum vero deus ea quæ laudat, quę deus præcepit, quę deus in futuro ſeculo promittit ab illo petitis, ſecuri petite, & incumbite quātū poteſtis oronibus vt ſumatis. Illa.n. propitio deo conceduntur, illa eius non ira ſed miſericordia largiuntur. Qn̄ aūt petiſtis tpalia, cū modo petite, illi committite, vt ſi profint, det: ſi ſcit obeſſe, non det. Quid aūt obſit, quid ꝓfit, medicus nouit nō ægrotus. Sunt ergo continentes humiles, ſunt ſuperbi. Non ſibi promittāt ſuperbi regnū dei. Excellentior locus eſt, qđ ducit cōtinentia. Sed qui ſe exaltat humiliabitur. Quid quæris celſiorē locū, appetitu celſitudinis, quem potes apprehendere retentione humilitatis? Si exto llis te, deus deijcit te. Si tu deijcis te, deus eleuat te. Snīa dn̄i eſt, nec addi aliquid, nec detrahi pōt. Vſq; eo aūt continentes hoīes plerunq; ſuperbiunt, vt nō ſolū qbuſcūq; hoīb. ſed ēt parētib. ingrati ſint, & aduerſus parētes extollātur īre, qa illi genuerūt, iſti nuptias cōtēpſerūt. Vn̄ ingrati eſſent qui nuptias contēpſiſſent, niſi illi genuiſſent? Sed melior eſt filius patre ſuo coniugato, quia ipſe nō duxit vxorē. Et melior eſt filia matre ſua maritata quia ipſa non quæſiuit virum. Si ſuperbior, nullo mō melior: ſi melior ſine dubitatione vlla humilior. Si vis te inuenire meliorē, interroga aīam tuā ſi vides ibi inflationē. Vbi inflatio, inanitas eſt. Diabolus vbi ineneinuenerit, nidū[& laqueū deceptionis ſuæ]facere molitur. Deniq; fratres mei audeo dicere, ſuperbis continentibus expedit cadere, vt in eo ipſo in quo ſe extollūt humilientur. Quid.n. ꝓdeſt cui ineſt continentia, ſi dn̄atur ſuperbia? Contēpſit vnde natus eſt hō, & appetit vn̄ cecidit diabolus. Nuptias contēpſiſti, bn̄ feciſti. Aliqd melius elegiſti, ſed noli ſuperbire. De nuptijs hō natus ē, de ſuperbia angeli ceciderūt. Si ſingula bona vīa conſiderē, melior es patre tuo qui nuptias contēpſiſti, & tu melior matre tua, quæ nuptias contēpſiſti. Etenim melior eſt virginalis ſanctitas, q̄ pudicitia cōiugalis. Iſta duo ſimul ſi cōparentur, melius eſt illud q̄ illud, quis dubitat? Sed addendo alia duo, ſuperbiā, & humilitatē: in iſtis duobus interrogovos, & de his rn̄dete mihi. Quid eſt melius, ſuperbia an humilitas? Rn̄des, Humilitas. Iunge illā virginali ſanctitati. Superbia vero non ſolū non ſit in virginitate tua, ſed nō remaneat nec in matre tua. Si.n. tu tenueris ſuperbiā, & tua mater humilitatē, [melior erit mater q̄ filia.] iterū cōparabo uos. Iādudū ſingula cū intenderē meliorē te inuenerā, mō bina cum intendo, non dubito p̄ferre humilē mulierē virgini ſuperbæ. Et qūo p̄ferre? Videte qūo p̄ferrē illā, qūo cōparabā. Bono pudicitię coniugalis, eſt melior integritas virginalis. Duo bona cōparabā, non malū & bonū, ſed bonū melius diſtinguebam. Porro aūt duo illa cū poſuero, ſuperbiā & humilitatē, nunqd poſſumus dicere, bonū eſt ſuperbia, ſed melior eſt humilitas? Sed quid dicimus? Superbia malū eſt, humilitas bonū: & ſuperbia magnū malū, humilitas magnū bonū. Si ergo duoru, vnū eſt malū, & alterū bonū, iungitur malū ad maius tuū bonū, & fit totū malū. Iungitur, bonū ad matris tuæ minus bonū, & fit magnū bonū. Minorē.n. locū habebit mater in regno cœlorū, qm̄ marita eſt, q̄ filia qm̄ virgo eſt. Maiorē.n. locū filia virgo, minorē locū mater maritata: ambę tn̄ ibi, qūo fulgida ſtella, oſcura ſtella, ambę tn̄ in cœlo. Si vero mater tua fuerit humilis, tu ſuperba, illa habebit qualemcunque locum, tu autem nullum locum. Et quis inuenit alterum locum qui ibi non habuerit locum, niſi cum illo qui inde cecidit, ſtantemq̄ deiecit? Inde cecidit diabolus vnde ſtātē deiecit hoīem.

Mat.8. Iob.1. Pſal.77.

Luc.14.

Deiecit ſtantem, ſed Chriſtus deſcendens erexit iacentem. Vnde tamen erexit dominus tuus. Attende, Humilitatē erexit, factus obediens vſq; ad mortem, humiliauit ſemetipſum. Princeps tuus humilis, & tu ſuperbus? Caput humile, & membrum ſuperbum? Abſit. Non vult eſſe de corpore capitis humilis, qui amat ſuperbiam. Si autem non fuerit, videat vbi erit. Ego nolo dicere, ne amplius videat terruiſſe. Immo vtinam terruerim, & aliquid egerim. Vtinam qui ſic fuerat, vel quæ ſic fuerat, non ſit vlterius. Vtinam verba iſta infuderim & non effuderim. Totum ſperandum eſt de miſericordia dei, quia qui terret, contriſtat: qui contriſtat, conſolatur: ſed ſi quis contriſtatus † eſt, emendatur.

Philip.2.

† aliàs, cō ſolatus.

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum eundem, Ego ſum uia, veritas & vita:

Sermo LIIII.

ERigunt nos diuinæ lectiones ne deſperatione frangamur: & rurſus terrent, ne ſuperbia ventilemur. Tenere autem viam mediam veram rectam tanquam inter ſiniſtram deſperationis & dexteram præſumptionis, difficilimum nobis eſſet, niſi Chriſtus diceret, Ego ſum, inquit, via, veritas & vita.) Tanquā diceret, Quā vis ire? Ego ſum via. Quó vis ire? Ego ſum veritas. Vbi vis permanere? Ego ſum vita. Securi ergo ambulemus in via, ſed inſidias timeamus iuxta viam. Inimicus inſidiari non audet in via quia Chriſtus eſt via. Sed iuxta viam planè non deſinit. Vnde in Pſalmo dicitur, Iuxta ſemitam ſcandala poſuerunt mihi. Dicit & alia ſcriptura, Memento quia in medio laqueorum ingrederis. Iſti laquei inter quos ingredimur, non ſunt in via, ſed tamen ſunt iuxta viam. Quid formidas, quid metuis, ſi in via ambulas? Tunc time, ſi deſeris viā. Nam ideo etiam permittitur inimicus ponere iuxta uiam laqueos, ne ſecuritate exultationis uia deſeratur, & in inſidias incidatur. Via Chriſtus eſt, humilis Chriſtus, ueritas & uita Chriſtus, excelſus & deus. Si ambules in humili, peruenies ad excelſum. Si infirmus humilem non aſperneris, in excelſo fortiſſimus permanebis. Quæ enim cauſa humilitatis Chriſti, niſi infirmitas tua? Valde enim & irreme diabiliter te obſidebat infirmitas. Et hæc res fecit, ut ueniret ad te tantus medicus. Si enim uel ſic ægrotares ut tu poſſes ire ad medicum, poterat tolerabilis uideri ipſa infirmitas. Sed quia tu ire non potuiſti ad eum, ille uenit ad te. Venit docens humilitatem. Quare? Videamus. Quia * ſuperbia nos redire non ſinebat ad uitam, & ipſa fecerat nos a uita recedere. Exaltatum enim humanum cor aduerſus deum, & negligēs in ipſa ſanitate præcepta ſalutaria, decidit anima in infirmitatem. Diſcat audire infirma, audire illum quem contempſit incolumis. Audiat vt ſurgat, quem ſpreuit vt caderet. Audiat tandem experimento edocta, quod precepto docta noluit obtinere. Docuit enim eam miſeria ſua quam fecit negligentem fœlicitas, heu quid mali ſit a domino fornicari de ſe præſumendo: & quam bonum ſit ſemper adhærere domino, ſemper humilia ſentiendo. Recedere enim ab illo ſimplici & ſingulari bono, in iſtas multitudinum voluptates & in amorem ſeculi corruptionesq̄ terrenas accedere, hoc eſt, fornicari a domino. Hinc clamatur, Facies fornicariæ facta eſt tibi, & impudorata facta es tota. Videamus nunc obiurgationis conſilium. Non enim ſic increpat vt inſultet, ſed ad confuſionem vult perducere præſumptionem vt ſanet. Exclamauit ſcriptura vehementer, nec palpauit adulando, quos voluit reparare ſanando. Adulteri, neſcitis quia amicus huius mūdi, inimicus deo cōſtituitur? Amor mundi adulterat animā, amor fabricatoris mundi caſtigat animam. Sed niſi de corruptione erubuerit, ad amplexus illos caſtos redire non concupiſcit. Confundatur vt redeat, quæ ſe iactabat nec rediret. Superbia ergo impediebat animę reditum. Qui autem increpat non facit peccatum, ſed oſtendit peccatum quod nolebat anima videre. Ponitur ei ante oculos, & quod poſt dorſum hēre cupiebat, ad faciem illi admouetur. Vide te in te, qui vides ſtipulam in oculo fratris tui, trabē autem in oculo tuo non vides. Reuocatur ad ſe anima tua, quæ ibat a ſe. Sicut a ſe ierat, ſic a domino ſuo. Sic enim reſpexerat ſibiq̄ placuerat, ſuęq̄ poteſtatis amatrix facta fuerat, receſſit ab illo & non remanſit in ſe. Ideo & a ſe pellitur & a ſe excluditur, & in exteriora prolabitur. Amat mundum, amat temporalia, amat terrena, quæ ſi ſeipſam amaret, neglecto a quo facta eſt, iam minus eſſet, iā deficēret amādo qđ minus eſt. Minus eſt.n ipſa quā deus, & longe minus, tātoq̄ minus, quātū minus eſt res facta quā factor. Ergo amandus eſt deus, ꝓ amore eius, ita

Iacobi.4.

Marci.7.

* aliàs, docēs humilitatē quare deamus. Quia &cę. Fornicari a domino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt si fieri pōt nosipsos obliuiscamur. Quis ergo est iste trāsitus? Oblita est anima seip
sam, sed amādo mūdū, nūc obliuiscatur se, sed amādo artificē mūdi. Pulsa est ergo a
se, qd amādo perdidit se, & qa nec facta sua nouit † videre, iustificat iniquitates suas. 46
Essertur & superbit in petulantia, in luxuria, in honoribus, in potestatibus, in diui- H
tijs, in potētia vanitatis. Arguitur corripitur, ostēditur sibi, Displicet sibi, confitetur
Psal. 82. fœditatē, desiderat pulcritudinē, & quæ ibat effusa, redit cōfusa. Cōtra illa videtur o-
rare qui dicit, Imple facies eorū ignominia: Imple, inquit, facies eorum ignominia, &
quærūt nomē tuū dñe. Oderat eos quorū facies impleri ignominia cupiebat? Vide
quemadmodū amet eos, quos vult quærere nomē dñi. Amat tātū, an odit tātū? An &
odit & amat? Immo & odit & amat. Odit tua, amat te. Quid est odit tua, amat te? Odit
qd fecisti, amat qd deus fecit. Quę sunt enim tua nisi peccata? Et qd es tu nisi qd fecit
deus? Negligis qd factus es, diligis qd fecisti, amas extra te opera tua, negligis in te
opus dei. Merito is, merito laberis, merito & a teipso pergis, merito audis, Spirit⁹ am-
Psal. 77. bulans & non reuertens. Audi potius vocātē & dicētē, Cōuertimini ad me, & conuer
Zacha. 1. tar ad vos. Non enim deus auertitur & cōuertitur, manēs corripit, incōmutabilis cor
ripit. Aduersus est quia tu te auertisti, Tu ab illo fecisti casum, non ipse a te fecit occa
sum. Ergo audi dicētē tibi, Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: hoc est enim
qd conuertar ad vos, quia cōuertimini ad me. Fugientis dorsa persequitur, qui facie 46
redeūtis illuminat. Quo enim fugies a deo? Fugiēs quo fugies ab illo qui nullo loco I
cōtinetur, & nusquam absens est? Qui conuersum liberat, punit auersum, Quem ha
Mat. 7. bes iudicē fugiēs, hūc patrē habeto rediēs. Tumuerat aūt superbia, & in ipso tumore
per angustū redire non poterat. Clamat ille qui factus est via!, Intrate per arctā por-
tā. Conatur ingredi, impedit tumor, & tāto magis pernicioſe conatur, quātomagis im
pedit tumor. Tumidū enim vexat angustia. Vexatus aūt amplius tumebat. Amplius
tumēs quādo intrabit? Ergo detumescat si cupit ingredi. Vnde aūt detumescat? Acci-
piat humilitatis medicamētū, bibat cōtra tumorē poculū amarū, sed salubre poculū
bibat humilitatis. Qui se arctat: Non sinit moles, non magna sed tumida. Magnitudo
enim soliditatē habet, tumor inflationē. Nō sibi magnus tumidus videatur. Detume-
scat vt magnus sit, vt certus & solidus. Nō ista desideret, nō de statu pōparū rerū la-
Mat. 7. bētiū corruptibiliumq; glorietur. Audiat eū ipsum q dixit, Intrate per angustā por-
Ioan. 14. tā, dicētē, Ego sum via, per me intra. Nō nisi per me ambules vt intres per ianuā. Nā
sicut dixit, Ego sum via: ita, ego sum ianua. Quid quæris quâ redeas, quo redeas, quā
intres? Ne alicubi ergo erres, ipse tibi omnia factus est. Breuiter ergo dicit, Humilis
esto, mitis esto. Audiamus hoc apertissime dicētē, vt videamus quâ sit via, quę sit via,
Mat. 11. quo sit via, quo vis venire. Certe forte auaritia omnia uis possidere, Omnia mihi tra 46
dita sunt a patre meo, inquit. Fortasse dicturus es, Christo sunt tradita, nunquid mi-
hi? Audi Apostolū dicētē, audi vt dixi iādudū, ne desperatione frāgaris. Audi quō a-
mat⁹es nō amād⁹. Audi quō amat⁹es fœdus, turpis, anteq; esset in te qd amari dignū
esset. Amat⁹es pri⁹, vt dign⁹ fieres qui amareris. Etenim Xps, sicut ait Apostol⁹, p ipis
mortu⁹est. An forte impius amari merebatur? Quare, Quid merebatur impius? Dāna
ri respondes. Xps tamen p impijs mortuus est. Ecce quid tibi præstitum est impio iā
pio quod seruatur? Quid præstitū est impio? Xps p impijs mortuus est. Desiderabas
autem oia possidere. noli per auaritiam, per pietatē hoc quære. Si.n. ita quæsieris pos
sidebis. Tenebis enim eum per quem facta sunt oia, & cum ipso omnia possidebis.

Ioan. 14. De eo quod supra, Ego sum via, veritas, & vita. Sermo LV.

INter cętera, cum sanctum Euangelium legeretur, audistis. Ait dñs Iesus, Ego sum
uia, veritas & vita.) Veritatem & vitam omnis homo cupit, sed uiam non omnis
homo inuenit. Deum esse quandam uitam æternam, immutabilem, intelligibilē,
intelligentem, sapientem, sapientes facientem, nonnulli etiam huius seculi philoso-
phi viderunt, veritatem fixam, stabilem, indeclinabilem, vbi sunt omnes rationes re-
rū omnium creaturarum. Viderunt quidem, sed de longinquo viderunt, sed in errore
positi, & idcirco ad eam tam magnam & ineffabilem & beatificam possessionem, qua
uia peruenirētur non inuenerunt. Nam qui viderunt, etiam ipsi quantum videri ab L
homine potest, creatorem per creaturam, factorem per facturam, fabricatorē mundi.

per mundum: Paulus Apostolus testis est, cui vtique debent credere Christiani. Ait
46 enim cum de talibus loqueretur, Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impieta- Roma. 11.
M tem & iniustitiam hominum, qui veritatem in iniquitate detinent. Nunquid dixit
eos eos, non detinere veritatem? Sed veritatem in iniquitate detinent. Bonum est qd
tenent, sed malum vbi tenent. Veritatem in iniquitate detinent. Occurrebat autem
vt diceretur ei. Vnde autem illi impij veritatem detinent? Nunquid deus ad quen-
quam eorum locutus est? Nunquid legem acceperūt sicut Israelita populus per Moy
sen? Vnde ergo detinent veritatem, vel in ipsa iniquitate? Audite quid sequitur, &
ostendit. Quia quod notum est dei, inquit, manifestum est in illis. Deus enim illis ma
nifestauit. Manifestauit illis quibus legem non dedit? Audi quomodo manifestauit.
Inuisibilia enim eius per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Interroga mun
dum, ornatum cœli, fulgorem dispositionemq; syderum, solem diei sufficientem, lu-
nam noctis solatium: interroga terram fructificantem herbis & lignis, animalibus
plenam, hominibus exornatam: interroga mare quantis & qualibus natatilibus ple-
num, interroga aera quantis volatilibus viget, interroga omnia & vide si non sensu
suo tanquām tibi respondent, deus nos fecit, Hæc & philosophi nobiles quæsierunt,
& ex arte artificem cognouerunt. Quid ergo? Quare reuelatur ira dei super ipsam im
pietatem: Quia veritatem in iniquitate detinent. Veniat, ostendat quomodo. Iam.n.
A dixit, quomodo cognouerunt inuisibilia eius, id est, dei, & per ea quæ facta sunt intel
*47 lecta conspiciuntur. Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas vt sint inexcusabi-
les, quia cum cognouissent deum non sicut deum honorificauerunt aut gratias ege-
runt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.
Apostoli verba sunt, non mea. Et obscuratum est cor eorum. Dicentes enim se esse sa
pientes, stulti facti sunt. Qd curiositate inuenerūt, superbia perdiderūt. Dicētes.n. se esse
sapientes, idē donū dei sibi tribuētes, stulti facti sunt. Verba, inquā Apostoli sunt, Dicē
tes se esse sapientes, stulti facti sunt. Vnde, pba stultitiā eorū. Vnde Apostole, & sicut
oñdisti nobis, vnde potuerunt peruenire ad cognitionem dei, qm inuisibilia eius per
ea quę facta sunt intellecta conspiciuntur: ita nunc ostende quomodo dicentes se es-
se sapientes, stulti facti sunt. Audi, quia immutauerunt, ait, gloriam incorruptibilis
dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum
& serpentium. Figura enim istorum animalium, sibi deos pagani fecerunt. Inuenisti
deum, & colis idolum. Inuenisti veritatem, & ipsam veritatem in iniustitia detines.
Et quod per dei opera cognouisti, per opera hominis perdis. Totum considerasti, cœ
li, terrę, maris, elementorum omnium ordinem collegisti, istud non vis attendere q
mundus opus est dei, Idolum opus est fabri? Si faber idolo, sicut dedit figuram, cor
daret, ab ipso idolo faber adoraretur. Quomodo enim o homo faber tuus deus est, sic
47 homo idoli faber est. Quis est deus tuus: Qui te fecit quis est? Deus fabri. * Qui * aliâs,
B illud fecit quis est? Deus idoli. Ergo si idolum cor haberet, nonne fabrum adora- Quis est,
ret qui illud fecit? Ecce in qua iniquitate veritatem tenuerunt, & ad possessionem il de⁹ idoli? q
lam quam viderunt viam perducentem non inuenerunt. Christus autem quia ipse fecit idolū.
est apud patrem veritas & vita, verbum dei de quo dictum est, Vita erat lux homi- Ergo &cę.
num, Quia ergo ipse est apud patrem veritas & uita, & non habebamus qua iremus Ioan. 1.
ad ueritatem, filius dei qui semper in patre ueritas & uita est, assumendo hominem
factus est uia. Ambula per hominem, & peruenis ad deum. Per ipsum vadis, ad ip-
sum uadis. Noli quærere qua ad illum peruenias præter ipsum. Si enim uia ip-
se esse noluisset, semper erraremus. Factus ergo uia est, qua uenias, non tibi dico
quære uiam. Ipse uia ad te uenit, surge & ambula. Ambula moribus, non pedi-
bus. Multi enim ambulant bene pedibus, & male ambulant moribus. Aliquando
enim ipsi bene ambulantes, præter uiam currunt. Inuenies quippe homines be-
ne uiuentes, & non Christianos. Bene currunt, sed in uia non currunt. Quanto plus
currunt, plus errant, quia a uia recedunt. Si autem tales homines peruenient ad
47 uiam, & teneant uiam, o quanta securitas est, quia & bene ambulant, & non errant.
C Si autem non tenent uiam, quantumuis bene ambulent, heu quantum dolendum
est. Melius est enim in uia claudicare, quām præter uiam fortiter ambulare. Hæc sa-
* tis sint charitati uestræ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioan. Quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Sermo LVI.

Ioan. 14. AVdite auribus, accipite mentibus dilectissimi, loquẽtibus quidem nobis, sed ipso docente qui non recedit a nobis. Dominus dicit, quod modo cum legeretur audistis, Verba quæ loquor vobis, a meipso nõ loquor. Pater autem in me manens, ipse fecit opera.) Ergo & verba opera sunt? Plane ita est. Nam profecto qui proximum loquendo ædificat, bonum opus operatur. Sed quid est, a meipso non loquor, nisi a meipso non sum qui loquor? Et quippe tribuit quicquid facit, de quo est ipse qui facit. Pater enim deus non est de aliquo, filius autem deus patri æqualis, sed de patre deo [est lumen de lumine:] ideo ille deus, sed non de deo, & lumen, sed non de lumine, iste vero deus de deo, lumẽ de lumine. Nam in his duabus sententiis, vna qua dictum est, Non a meipso loquor: alia qua dictum est, Pater aũt in me manens ipse facit opera? singulas tenentes diuersi nobis aduersantur hæretici, qui non ex vna parte, sed in contraria conantes, a via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt, Ecce inæqualis est datri filius, non a seipso loquitur. Dicunt Sabelliani contra, ideſt, Patripassiani, Ecce qui pater est, ipse est & filius. Quid est. n pater in me manẽs ipse facit opera, nisi in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis, sed non eo modo sicut falsum est contrarium vero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria. Errando in diuersa itis. In medio est via quam reliquistis, inter vosipsos longiore interuallo separati estis, quam ab ipsa via cuius desertores estis. Vos hinc, vos aũt illinc, huc venite, alteri ad alteros transite nolite, sed hinc atq; illinc ad nos veniendo inuicem vos inuenite. Sabelliani agnoscite quem prætermittitis, Arriani æquate quẽ subditis, & in via vera nobiscum ambulatis. Est enim quod inuicem ex vobis alteri ex alteris admoneri vtriq; debeatis. Audi Sabelliane. Vsq; adeo non est ipse pater qui filius, vt eum Arrianus inæqualem asserat patri. Audi Arriane, Vsqueadeo est filius æqualis patri, vt Sabellianus eundem esse dicat & patrem. Tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, & nobiscum ambo cõsistitis quia nec tu tollis, nec tu minuis eum, qui & alter est a patre, vt conuincat Sabellianum, & æqualis patri, vt cõuincat Arrianũ.

Ioan. 10. Vtrisq; n. clamat, Ego & pater vnum sumus. Quod ait, Vnum, audiãt Arriani Quod

Ioan. 14. ait, Sumus, audiant Sabelliani. Et nec illi æqualem, nec illi alterum negando sint vani. Si ergo quando dixit, Verba quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor, propterea putatur esse in patris potestate, vt non quod ipse vult faciat: audiatur quod di-

Ioan. 5. xit. Sicut pater suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Item si quando dixit, Pater in me manens ipse facit opera, propterea putatur non alius esse pater alius ipse? audiatur quod dixit, Quæcunq; facit pater, hæc & filius similiter facit. Et intelligatur non bis vnus, sed duo vnum. Verum quia sic æqualis alter alteri, vt tamen alter ex altero: ideo non loquitur a seipso, quia non est a seipso. Ideo pater in me manens, ipse facit opera, quia per quem, & in quo facit, non est nisi ab ipso. Denique adiungit & dicit, Non creditis, quia ego in patre, & pater in me est. Alioquin propter ipsa opera credite. Ante solus Philippus arguebatur, nunc autem non eũ ibi

Ioan. 14. solum fuisse qui esset arguendus ostenditur.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Sermo LVII.

Ioan. 14. DOmini vox est fratres charissimi, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.) De pace dicturi, prius quæ pacis sint commoda videamus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris vinculũ consortiũ charitatis. Hæc est quę simultates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat,

Pax quid. humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita. Non quærit alienum, nihil deputat suum, docet amare, quæ odisse non nouit. Nescit extolli nescit inflari. Hanc ergo qui accepit teneat, qui perdidit repetat, qui amisit exquirat, quoniam qui in eadem non fuerit iuuentus, abdicatur a patre, exhæredatur a filio, nihilominus & a sancto spiritu alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui dare legis cõtempserit bonum. Nec poterit ad hæreditatem dei peruenire, qui testamentum noluerit obseruare. Non potest cõcordiam habere cum Christo, qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumaciæ ergo crimen est, quod iubetur contemnere, quod

quod precipitur nolle, quod imperatum est declinare, Quid tibi commune cum discordia Christiane? Quid simultates amas, quod authori pacis placere non potuit?
47 H Quid exerces inimicitias, quas euadere non potuit, nec ille qui eas primus inuenit? Initio nãq; inimicitias in protoplastũ dum serpens exerit interficitur, dũ homini inuidet, ipse prosternitur. Dum Adam cupit decipere, ipse primitus iugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere Christiane, aut discordię authori de similitudine operum parem te esse cognosce.

De eo quod scriptum est in Euang. secundum Ioan. Non turbetur cor vestrũ, neque formidet. Sermo LVIII.

ACcepimus fratres, verba domini dicentis ad discipulos suos, Non turbetur cor Ioan. 14. vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, quia vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis vtiq;, quia vado ad patrem, qa pater maior me est.) Hinc ergo turbare & formidare poterat cor illorum quod ibat ab eis, quãuis venturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc interuallo inuaderet, pastoris absentia. Sed a quibus homo abscedebat, deus non relinquebat, quia idem ipse Christus homo & deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod deus erat. Ibat per id quod vno loco erat, & manebat per id quod vbique erat. Cur itaq; turbaretur &
47 formidaret cor, quãdo sic deserebat oculos, vt non desereret cor? Quãuis deus etiam
I qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus, qui eum relinquũt moribus non pedibus, & veniat ad illos, qui conuertuntur ad eum, non facie, sed fide, & accedunt ad eum mente, non carne. Vt autem intelligerent secũdum id quod homo erat, eum dixisse, Vado, & venio ad vos. Adiecit atque ait, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est æqua- Ioan. 14.
lis patri, per hoc erat iturus ad patrem, a quo & vẽturus est viuos iudicaturus & mortuos. Per illud autem, in quo æqualis est gignenti vnigenitus, nũquam recedit a patre sed cum illo est, vbique totus, pari diuinitate, quam nullus continet locus. Cum Philip. 2.
enim in forma dei esset sicut Apostolus loquitur, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem deo. Quo enim rapina posset esse natura, quæ non erat vsurpata sed nata? Semetipsum aute exinaniuit, formam serui accipiens. Non ergo amittens illam, sed accipienr istam, eo modo se exinaniens, quo hic minor apparebat, quam apud patrẽ manebat. Forma quippe serui accessit, non forma dei recessit, Hęc assumpta est, non illa consumpta. Propter hanc dicit, Pater maior me est, propter illam vero, Ego & pa- Ioan. 10.
ter meus vnum sumus. Hoc attendat Arianus, & hac attentione sit sanus, nec contentione remaneat insanus. Hæc est. n. forma serui, in qua dei filius minor est, non patre
47 solo, sed etiam spiritu sancto. Neq; id tantum, sed etiam seipso, quia idem ipse in for-
K ma dei maior est seipso. Neq; enim homo Christus non dicitur filius dei, quod etiam 1. sen. di. 16. ca. Notandum.
sola caro eius in sepulchro meruit appellari. Nam quid aliud confitemur, cum dicimos credere nos in vnigenitum filium dei, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus? Et quid eius sepultum est, nisi caro sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filium qui sepultus est, profecto filium dei dicimus & carnem quæ sola sepulta Mar. 27.
est. Ipse ergo xps filius dei æqualis patri in forma dei, quia semetipsum exinauit, nõ formam dei amittens, sed formam serui accipiens, maior est & seipso, quia maior est forma dei quæ amissa non est, quam serui quæ accepta est. Quid itaq; mirũ, vel quid Philip. 2.
indignum, si secundum hanc formam serui loquens ait [dei filius, Pater maior me est,] & secundum dei formam loquens ait [idẽ dei filius, Ego & pater vnum sumus? Ioan. 10.
Vnum. n. sunt secundum id quod deus erat verbum, & minor est patre secundum id quod deus verbum caro factum est. Dicam etiam quod Arriani & Eunomiani negare non possunt. Secundum hanc serui formam puer Iesus etiam parentibus suis minor erat, quando paruus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Quid igitur hæ
L retice, cum Christus sit deus & homo, loquitur vt homo, & calũniaris deo? Ille in se
47 naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? [Infidelis, ingrate, ideone tu minus æstimas eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus est propter te?] Aequalis enim patri filius, per quem factus est homo, [vt minor esset patre, Luc. 2.
factus est homo,] Quo nisi fieret, quid esset homo? Dicat plane dominus & magister noster, Si diligeretis me, gauderetis. vtique, quia vado ad patrem, quia pater maior

Universidad de Deusto
Biblioteca

me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiã deceptoris, Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam. s.qua æqualis est patri: humanam, qua maior est pater. Vtrunque autem simul, non duo, sed vnus Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus. Sicut enim vnus est homo anima rationalis, & caro, sic unus est Christus deus & homo. Ac per hoc Christus deus & anima rationalis & caro. Christum enim in his omnibus, Christũ in singulis cõfitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma dei. Quis est sub Pontio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Item de singulis quibus
3.sen. dist. homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola.
22. Hic q- Quis resurrecturus triduo iacuit in sepulcro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur
ritur. ergo & in his singulis Christus. Verũ hæc omnia non duo vel tres, sed vnus Chri
Ioan. 14. stus. Ideo dixit, Si diligeretis me, gauderetis vtique quia uado ad patrem. Quia natu
ra humana gratulandum est eo, ꝙ sic assumpta est a verbo vnigenito, vt immortalis constitueretur in cœlo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris: [hoc enim modo se iturum dixit ad patrem.] Nam profecto ad illum ibat, qui cum illo erat. Sed hoc erat ire ad eum, & recedere a nobis, mutare, atque immortale facere quod mortale suscepit ex nobis, & leuare in cœlum per quod fuit in terra pro nobis. Quis non hinc gaudeat? quis non sic diligat Christum, ut & suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque se speret futurum esse immortalem per Christum? Obiiciunt nobis Arriani, creaturam dei filium asserentes. Quid est quod Salomon ad hoc ex persona Christi consentit & dicit, Dominus
Prouer. 8. creauit me, in principio viarum suarum in opera sua ante seculum fundauit me: in initio priusquam terram faceret, priusquam prodirent fontes aquarum, priusquam montes stabilirentur, ante omnes colles genuit me? Aduersus quos ita respondem⁹. Multi quidem doctissimi viri, hoc ex persona illius sapientiæ dictum asserunt, quam Salomon ad iudicandum regendumq; populum acceperat. Sed quia vos animo pertinaci hoc a nobis ex Christi persona dictum exigitis, nõ reluctamur, neq; renitimur, sed ipsius veritatis auxilio roborati, quocunque duxeritis sequimur. Primo quia iã, ut superius diximus, licet vnam personam in Christo credamus, duas tamen substantias, id est, naturas esse fatemur, diuinitatis. s. & humanitatis, assumptricis & assumptę, creatricis & creatę, Quæ tamen substantiæ non sunt confusæ, sed vnitæ, atq; in una eademq; persona inseparabiles, & in sua semper proprietate manẽtes. Quapropter unicuique substantiæ propria utique apranda sunt, id est, infirmitates humanitati quæ creata est, signa uero uel mirabilia diuinitati quæ creauit. Intantum enim hæ duæ naturæ sibimet unitę sunt atq; coniunctæ ut idem Christus deus, & homo, aliquando res aut agat, aut loquatur humanas, aliquando diuinas, Sicut illud est ꝙ dor
Mat. 8. mit in naui, & imperat uentis & mari: & quòd esurierit, & quòd quinque milia homi
Mat. 4. num de quinq; panibus & duobus piscibus saturarit. Postremo ꝙ moritur, & ꝙ Laza
Mat. 14. rum quatriduanum autoritate diuina iubeat a mortuis reuocari. Ex quo mirari non
Ioan. 11. debes, si Christus de humanitate sua dixerit, Dominus creauit me in initio uiarum
Froue. 8. suarum in opera sua: quia subsequens dictum quod diuinitati conueniebat, priori præmisso ostendit, dicens, Ante seculum fundauit me initio priusquam terram faceret, & priusquã abissos faceret & priusquã prodirẽt fontes aquarũ, priusquã mõtes stabilirẽtur, ante aũt oẽs colles genuit me. Hoc est dicere, Licet creauerit me deus, ut initia, uiarũ atq; operũ eius per Euangelium demonstrarem, sed ante seculum, id est, ante initium, antequam uel cœlum uel terra, uel tempora fierent, genuit me, hoc est, ut
* aliàs. se a patre. sine tempore & sine initio separatim * genitum demonstraret. Nam ut totum breui
Esaiæ. 53 ter comprehendam. Christus filius dei deus & homo, secundum diuinitatem ante tẽ
Luc. 2. pora sine initio inenarrabiliter a patre genitus est, sicut Esaias dicit, Generationem
Gene. 2. eius quis enarrabit? Nouissimo autem tempore secundum humanitatem creatus est, Aduieniens. n. diuinitas in uterum uirginis Marię, auctoritate illa qua in paradiso Adam de limo formauit, carnem sibi ex substantiã ipsius Mariæ fabricauit, quam pro salute nostra suscipiens & sibi coadunans natus est deus & homo. Quam generationem Matthæus enarrat dicens, Christi autem generatio sic erat &c. Item solẽt aduersum nos huiusmodi uenenatũ cõponere syllogismũ dicẽtes, Si coæternũ pri creditis
Natth. 1.

filium, dicite quæsumus, dum esset genitus est, an dum non esset? Si dum esset, duo ergo ingeniti ante fuerunt, & postmodum vnus alium generauit, aut si, vt ratio vera
D permittit, dum non esset, genitus est, erit vtiq; patre posterior. Ad quã rem nobis nõ
48 aliud agẽdũ est, nisi vt tam grãdi hæreticorũ malitiæ, exẽplis Apostolicis resistamus quibus facile sapientia secularis eliditur. Dum ergo nobis memorata superius obiecerint, dicimus Nos sicut solum patrem semper, & sine initio ingenitũ nouimus, ita filium semper & sine initio ex patre genitũ confitemur. Nec alia aliqua causa est quæ diuisionem faciat personarum, n si quod hic ingenitus est, & ille genitus est, ideò hic pater est, & ille filius: quia pater semper pater est, nũquam filius, quia vt diximus nõ est genitus, sed ipse genuit. Et filius semper filius est, nunquam pater, quia non genuit, sed genitus est. Qua de re non alius quam Apostolus ipse in medio prouocãdus est, Qui præuidens Eunomij & Arrii malitiam, exemplis rerum visibilium, inuisibilẽ & inenarrabilem, & incomprehensibilem rem, in quantum potuit vel res ipsa permisit explanare conatus est. Quid enim scribens ad Hebreos de filio dicit? Qui est, inqt, splendor glorię, & figura substantiæ eius. Videamus ergo quid causę est, quod filiũ splendorem nominauit. Splendor enim, nisi fallor, non dicimus nisi aut solis, aut lunæ, aut cuiuslibet certi luminis. Quid ergo est? Nunquid tam insanimus, vt Apostolum putemus inæstimabilem illam diuiniratis speciem, soli aut igni assimilasse? Ab-
E sit. Sed vt exemplo illo intelligamus, quia sicut splendor ex substantia solis nascitur,
48 ita & filium ex substantia patris genitum. Et sicut non est sol aut ignis prior splẽdore suo, licet ex illo nascatur: sic ex quo sol aut ignis processit, simul & cum eo splendor eius apparuit, nec dici potest splendor sole vel igne posterior, cum tamen, vt dixi ex ipso nascatur, [sic ahnoscamus non esse patrem filio priorem, aut filium patre posteriorem.] Si ergo in creaturis aliquid inuenitur, quod & nascatur, & posterius non sit genitore suo, cur hoc hereticæ a creatore fieri posse desperas? Accipe etiam huius rei aliam similitudinem. Sicut splendor ex sole natus, replet orbem terrarum, & tamẽ a genitore suo non abscinditur aliquando nec recedit: ita & filius ex patre genitus vbiq; dum sit, in patre semper permanet. Et sicut substantialiter splendor in sole est, & sol in splendore: ita substantialiter pater in filio, & filius in patre est. Et sicut soli & splendori vna substantia dum sit, non tamen est vna persona, quia nec solem splendorem esse, nec splendorem dicimus solem, quia scimus ꝙ sol genuit splendorẽ, splendor vero natus ex sole est: ita & pater & filius cum sint vnius essentię, nõ tamen sunt Hebr. 1.
sunt vnius psonæ, sicut iã superius ad plenũ memorauimus. Et sicut iã superius ad Phili. 2.
plenũ memorauimus. Et sicut sol per splendorem & calefacit, & illuminat, & siccat, &
F cãdidat, & denigrat, & oĩa quę ei a deo iniuncta sunt operatur: ita & patrẽ per vnige- 3.sen.di. 9
48 nitum filiũ sunm oĩa legimus fuisse operatum. Creatum, inquiunt, esse filium a pa
tre, non genitum. Ad quod breuiter respondendum est. Si creatus est, vtique & ser- Cap. 2.
uus, quia omne quod creatum est, necesse est vt creatori deseruiat. Et si seruus est filius, quo in forma dei constitutus formã serui accepit? Seruus. n serui formam accipere non potest. Idem dicunt, non natura esse dei filium, sed creatum. Aduersus huiusmodi quæstiones solito respondendum est. Quia si natura deus non est filius, sed Galat. 4.
creatura, nec colẽdus est oĩno, nec vt deus adorandus, Dicẽte Apostolo. Et coluerunt & seruierunt creaturæ potius quã creatori, qui est benedictus in secula: Et ad Galatas. Sed tunc ignorantes deũ, his qui natura non sunt dij seruiebatur. Sed illi ad hæc replicabunt & dicent. Quid quod carnem eius quã creaturã esse non negas, simul cũ cum diuinitate adoras, atq; ei non minus quã diuinitate deseruis? Ego dominicã carnẽ imo perrectã in Christo humanitatẽ, propterea adoro, quod a diuinitate suscepta atq; deitati vnita est, vt non alium atque aliũ, sed vnum eundemq; deũ & hoiem dei filium confitear. Deniq; si hoiem separaueris a deo, vt Photinus, vel Paulus Samosatenus illi ego nunquã credo nec seruio. Velut siquis nostrum aut purpurã, aut diademα regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cũ vero ea rex fuerit in-
G dutus, periculũ mortis incurrit, si ea simul cũ rege quis adorare contẽpserit, Ita etiã
48 in Christo domino humanitatem non solam aut nudam, sed diuinitati suæ vnitam, vnum dei filium verum deum & hominem verum qui adorare contempserit, æternæ mortis pœnam patitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum vitis, vos estis
Ioan. 5. sarmenta, pater meus agricola. Sermo LIX.

DE sancto Euangelio præsenti tpi consonantem similitudinem audistis, de his 48
Vindemia spiritalis. his qui operantur in viuea. Est. n. modo tempus vindemiæ temporalis. Est autē H
& spiritalis vindemia, vbi deus gaudet ad fructum vineæ suæ. Colimus. n. deum, &
& colit nos deus. Sed nos sic deum colimus, vt non eum meliorē faciamus. Colimus
enim eum adorando nō arādo, ille aūt colit non tanq̄ agricola agrū. Quod ergo nos
ille colit, meliores non reddit, quia & agricola agrum colendo facit meliorē, & ipsum
fructum in nobis quęrit vt eum colamus. Cultura ipsius est in nos, ꝙ non cessat ver
bo suo extirpare semina mala de cordibus nostris, aperire cor nostrum tanquā aratro
sermonis, plantare semina præceptorum, expectare fructū pietatis. Cum. n. istā cultu
ram sic acceperimus in cor nostrū, vt eum bene colamus, non existimus ingrati agri
colæ nostræ, sed fructū reddimns quo gaudeat. Et fructus noster non illum ditiorem
facit, sed nos beatiores. Ecce audite quia sicut dixi, Colit nos deus. Nā quia colimus
nos deum, nō opus est vt probetur nobis. Omnis enim homo hoc habet in ore, quia
homines colunt deū, Quia vero deus colit homines, quasi expaueſcit auditor quan-
do audit: quia non est in vsu hominum vt dicatur, quia deus colit homines, sed quia
deum colunt homines. Debemus ergo probare vobis, quia & deus colit hoīes, ne for- 48
te putemur verbum indisciplinatum dixisse, & aliquis in corde suo, disputet contra I
nos. Hoc ergo constitutum est demonstrare vobis, quia & deus colit nos, sed iam di-
Ioan. 5. xi, sicut agrum, vt meliores nos faciat. Dominus dicit in Euangelio, Ego sum vitis,
vos estis sarmenta, pater meus agricolæ.) Quid facit agricola? Interrogate vos qui
qui agricolæ estis, quid facit agricola. Puto quia agrum colit. Si ergo pater deus agri
cola est, habet agrum, & colit agrum suum, & expectat inde fructum. Deniq; planta-
Mat. 21. uit vineam, sicut ipse dns Iesus Christus dicit, Et locauit eam agricolis, qui redde-
rent ei fructum temporibus propriis. Et misit ad eos seruos suos vt peterēt mercedē
vineæ. Illi autem contumelijs eos affecerunt, aliquos occiderunt, & fructū reddere
contempserunt. Misit alios talia perpessi sunt. Et dixit ille paterfamilias, cultor agri
sui, & plantator & locator vineæ suæ, Mittam vnicum filium meum, forte vel ipsum
reuerebuntur. Et misit, inquit, etiam filium suum. Dixerunt illi apud semetipsos,
Hic est hæres, venite occidamus eum, & nostra erit hęreditas. Et occiderunt eum, &
proiecerunt eum extra vineam. Cum venerit dominus vineæ, quid faciet illis malis
colonis? Respondent, Malos male perdet, & vineā suam locabit aliis agricolis qui
reddent ei fructum in tempore suo. Plantata est vinea, lege data in cordibus Iudæo-
rum. Missi sunt Prophetę, quærentes fructum, bonā vitam eorū. Prophetę ab eis con 48
tumeliis affecti, & occisi sunt. Missus est Christus vnicus filius patris familias, & ip- K
sum occiderunt hęredem, & ideo perdiderunt hęreditatem. In contrarium eis vertit
malum consilium, vt possiderent occiderunt, & quia occiderunt perdiderunt. Et mo-
do audistis similitudinem ex euangelio sancto, Quia simile est regnū cœlorum pa-
trifamilias, qui exiit conducere operarios in vineam suam. Exiit mane, & quos inue
nit conduxit in vineatu suam, & placuit cū eis mercedem denarium. Exiit & hora ter
tia, inuenit, & aduxit ad opus vineæ. Et sexta hoc fecit, & nona hoc fecit. Exiit etiam
& hora vndecima prope ad finem diei, inuenit quosdam vacuos & stantes, & ait illis.
Quid hoc facitis? Quare non operamini in vinea? Responderunt, Quia nemo nos
Mat. 20. conduxit. Venite, inquit, & vos, & quod iustum fuerit dabo vobis. Mercedem dena-
rium placuit. Isti qui vna hora erant operaturi, quando sibi auderent sperare dena-
rium? Sed tamen se aliquid accepturos gratulabantur. Adducti sunt & ipsi ad vnam
horam. Finito die iussit omnibus reddi mercedem, a nouissimis vsq; ad primos. Inde
cœpit reddere ab eis qui hora vndecima venerant, & iussit eis dare denariū. Illi qui
prima hora venerant videntes illos accepisse denarium, quē cum ipsis placuerat, spe-
rauerūt se plus aliquid accepturos. Ventū est & ad ipsos, & acceperunt denariū. Mur
murauerunt aduersus patremfamilias dicentes, Ecce nos qui sustinuimus ardorem 48
diei, & ęstū diei, æquasti, & pares fecisti illis qui vna hora operati sunt in vinea. Et L
ait paterfamilias, iustissimum responsum reddens vni eorum, Sodalis non tibi feci
iniuriam, hoc est te non fraudaui, quod placui reddidi tibi. Fraudē tibi nō feci, quic-
quid

quid pactus sum reddidi tibi. Huic non volo reddere, sed donare. Non licet mihi face-
re quod volo de meo? an oculus tuus nequā est, quia ego bonus sum? Si alicui tollerē 48
alienum, recte apprehenderer quasi fraudator & negator alieni. Cum vero debitum M
reddo, & cui volo etiam dono, nec cui debebam potest me reprehendere, & cui dona-
ui debet amplius gaudere. Non erat quod responderetur, & ęquati sunt omnes, & fa-
cti sunt nouissimi primi, & primi nouissimi, quia tantūdem acceperunt & primi & no
uissimi. Quid est ergo quod a nouissimis cœpit reddere? Nonne omnes sicut legimus
simul accepturi sunt? Legimus enim in alio loco Euāgelij quod dicturus est eis quos
ponet ad dexteram, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis para- Mat. 5.
tum est ab initio mundi. Si ergo omnes simul accepturi sunt, quomodo hic intelligi-
mus priores accepisse illos qui vndecima sunt operati, & posteriores illos qui prima?
Si potuero sic dicere, vt perueniat ad intellectum vestrum, deo gratiam, illi enim de-
betis gratias agere, qui vobis per nos erogat. Non enim de nostro erogamus. Si inter-
roges de duobus, verbi gratia, quis prior acceperit, qui post unam horam accepit, an
qui post duodecimam, omnis homo respondet, quia prior accepit, qui post vnam ho-
ram accepit, quam qui post duodecim. Si ergo quanuis vna hora acceperint omnes,
tamen quia alij acceperunt post vnam horam, alij acceperunt post duodecim horas,
illi dicti sunt priores accepisse, qui post modicum temporis acceperunt: primi iusti, si 48
49 cut Abel, sicut Noe, quasi prima hora vocati, fœlicitatem resurrectionis nobiscum ac
A cepturi sunt Alij iusti post illos Abraham, Isaac, Iacob, & quicunque erant seculi ip-
sorum, quasi tertia hora vocati, fœlicitatem resurrectionis accepturi sunt nobiscum.
Alij iusti, Moyses & Aaron, & quicunque cum illis tanquam hora sexta vocati: fœli-
citatem resurrectionis nobiscum accepturi sunt. Post ipsos Prophetæ sancti tanquā
nona hora vocati, eandem fœlicitatem nobiscum accepturi sunt. In fine seculi omnes
Christiani tanquam vndecima hora vocati, fœlicitatem illius resurrectionis cum il-
lis accepturi sunt. Omnes simul accepturi sunt, sed videte illos primos post quantum
tempus accipiunt. Si ergo illi primi post multum tempus, non potest modicum tem-
pus, quāuis simul accipiamus, priores videmur accepisse, quia merces nostra nō tar-
dauit. Erimus ergo in illa mercede omnes æquales, tanquā primi nouissimi, & nouis-
simi primi, quia denarius illę vita æterna est, & in vita æterna omnes æquales erunt.
Quāuis enim meritorum diuersitate fulgebunt, alius maius alius minus, quod tamē
ad vitam æternam pertinet, æqualis erit omnibus. Non enim alteri erit longior, alte-
ri breuior, quod pariter sempiternum est, quod non habebit finem, nec mihi, nec ti-
bi. Alio modo ibi erit castitas coniugalis, alio modo ibi erit integritas virginalis. Alio
49 modo ibi erit fructus boni operis, alio modo corona passionis. Illud alio modo, aliud
B alio modo: tamen quantum pertinet ad viuere in ęternum, nec ille plus viuit illo, nec
ille plus illo. Pariter enim sine fine viuunt, cum in suis quisque claritatibus viuat, &
ille denarius vita æterna est. Non murmuret ergo qui post multum tempus accipit
contra eum, qui post modicum tempus accipit. Illi redditur, illi donatur, vtrisque ta-
men vna res donatur. Est & in ista vita simile aliquid, & excepta illa solutione simili-
tudinis, huius qua intelliguntur prima hora vocati Habel & ipsius seculi iusti, tertia
Abraham & ipsius seculi iusti, sexta Moyses & Aaron & ipsius seculi iusti, nona Pro-
phetæ & ipsius seculi iusti, vndecima tanquā in fine seculi christiani omnes: excepta
solutione ista similitudinis, & in hac vita nostra potest aduerti hæc similitudo. Tan-
quam enim prima hora vocantur qui recentes ab vtero matris incipiunt esse christia
ni, quasi tertia pueri, quasi sexta iuuenes, quasi nona vergentes in senium, quasi vn-
decima omnino decrepiti, Vnum tamen vitæ æternę denarium omnes accepturi. Sed
attendite & vos fratres mei, ne ideo quisque differat venire ad vineam, quia securus
est quoniam quandocunque venerit ipsum denarium accepturus est. Securus est q-
dem quod ipse denarius illi promittitur, sed differre non iubetur. Nunquid enim & il
li qui sunt ad vineam conducti, quando ad illos exibat paterfamilias, vt conduceret
49 quos inuenit hora tertia & conduxit, verbi gratia, dixerūt illi, expecta, nō illuc imus
C nisi hora sexta, aut quos inuenit hora sexta dixerunt, non imus nisi hora nona, aut
quos nona inuenit dixerunt, non imus nisi vndecima? Omnibus enim daturus est
tantundem, quare nos amplius fatigamur? Quid ille daturus sit, & quid facturus sit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

penes ipsum consilium est. Tu quando vocatus veni. Merces enim cunctis æqualis promittitur, sed de ipsa hora operandi magna quæstio est. Si enim illi, verbi gratia, qui vocati sunt hora sexta, in hac ætate corporis constituti, vbi iuueniles anni feruent, sicut ipsa hora sexta feruet: si diceret illi iuuenes vocati, expecta audiuimus enim in euangelio, quia omnes vnam mercedem accepturi sunt, cum senes fuerimus hora vndecima veniemus, tantundem accepturi, quare laboratur: responderetur eis & diceretur, Laborare nonuis, qui utrum viuas vsque ad senectam, nescis? Sexta hora vocaueris, veni, Patersamilias tibi quidem etiam vndecima venienti denarium promisit, sed vtrum viuas vsque ad septimam nemo tibi promisit. Non dico vsque ad undecimam sed usque ad septimam. Quare ergo differs vocantem te certus de mercede, incertus de die? Vide ne forte quod tibi ille daturus est promittendo, tu tibi auferas differendo. Si hoc recte dicitur de infantibus tanquam ad horam primam pertinentibus, si recte dicitur de pueris, tanquam ad horam tertiam pertinentibus, si recte de iuuenibus, tanquam in horę sextæ flagrantia constitutis, quanto magis recte dicitur decrepitis, Ecce iam hora undecima est, & adhuc stas, uenire piger es? An forte non exiit ad te uocandum paterfamilias? Si non exiit, quod est quod loquimur? Nempe nos serui de familia ipsius sumus conducere operarios missi sumus. Quid ergo stas? Finisti iam annorum numerum, festina ad denarium. Hoc est enim exire patremfamilias, innotescere quoniam qui in domo est, in abdito est, non uidetur ab eis qui foris sunt. Cum autem exiit de domo, uidetur ab eis qui foris sunt. Christus quando non intelligitur & non agnoscitur, in secreto est. Quando autem agnoscitur, exit conducere, ex occulto enim processit ad notitiam, notus est Christus, ubique prędicatur Christus, gloriam Christi omnia quęcunque sunt sub cœlo clamant. Fuit irrisibilis quodammodo & reprehensibilis inter Iudæos, uisus est humilis, contemptus est. Occultabat enim maiestatem, promptam habebat infirmitatem. Contemptum est in illo quod promptum erat, nec cognitum quod occultum erat. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Nunquid adhuc contemnendus est sedens in cœlo, si contemptus est cũ penderet in ligno? Agitauerunt caput qui eum crucifixerunt, & ante crucem eius stantes, & tanquam ad fructum suæ sæuitiæ peruenientes, insultantes dicebant, Si filius dei est descendat de cruce Alios saluos fecit, seipsum saluum facere nõ potest. Descendat de cruce, & credimus in eum. Non descendebat, quia latebat. Multo enim facilius poterat de cruce descendere, qui potuit de sepulchro resurgere, Ad nostram informationem demonstrabat patientiam, differebat potentiam, & non est argutus. Non enim tunc exierat conducere operarios, non exierat, non innotuerat. Tertio die resurrexit, demonstrauit se discipulis, ascendit in cœlum, & misit spiritũ sanctum quinquagesimo die, Post ascensionem missus spiritus sanctus, impleuit omnes qui fuerunt in uno conclaui, centum uiginti homines impleti illi spiritu sancto, cœperunt loqui linguis omnium gentium, & expressa est uocatio, exiit ille conducere. Cœpit enim ueritatis potentia omnibus innotescere. Nam tunc etiam unus accepto spiritu sancto, etiam unus loquebatur omnium gentium linguis. Modo autem in Ecclesia ipsa unitas tanquam unus loquitur omnium gentium linguis. Ad quam linguam religio Christiana non peruenit? Ad quos fines non pertendit? Iam non est qui se abscondat a calore eius. Adhuc fit mora ab eo qui stat in undecima. Manifestum est ergo fratres mei, omnino manifestũ est, tenete, certi estote, quoniam deus noster Iesus Christus quando quisque se conuerterit ad fidem ipsius, a uia sua uel superflua uel nequissima, omnia illi prętérita dimittuntur & omnino, iamque donatis debitis, fiunt cum illo tabulæ nouę. Prorsus omnia dimittũtur. Nemo sit solicitus quòd aliquid ei non dimittatur. Sed iterum nemo peruersę sit securus. Ista enim duo occidunt animas, aut desperatio, aut peruersa spes. De his duobus malis pauca audite. Nam sicut liberat bona spes & certa spes, ita decipit peruersa spes. Prius attendite quemadmodum decipiat desperatio Sunt homines qui cum cogitare cœperint mala quę fecerunt, non sibi putant ignosci posse, [& dum non putant posse sibi ignosci,] dant animam iam perire desperationi, pereunt, dicentes in cogitationibu suis, Iam nulla nobis spes, neque enim tanta illa quæ commisimus

1. Cor. 1.

Mat. 27.
Mat. 15.

Mat. 20.

Acto. 1.

Desperatio & peruesa spes occidunt animas.

donari nobis aut ignosci possunt, Quare ergo non satisfacimus cupiditatibus nostris? Impleamus saltem præsentis temporis voluptatem, quia nullam in futuro habemus mercedem. Faciamus quicquid libet, etsi non licet, vt habeamus suauitatem vel temporalem, quia percipere non meremur æternam. Talia dicentes desperando pereunt, Siue antequam omnino credant, siue iam Christiani, & in aliqua peccata & scelera male viuendo prolapsi. Procedit ad eos dominus vineæ, & tanquam desperantes & vacantes, tergum dantes, pulsat & clamat in propheta Ezechiel In quacunque die conuersus fuerit homo a via sua pessima, omnes iniquitates eius obliuiscar. Hac voce audita & credita a desperatione recreantur, & ab illa altissima & profunda voragine qua submersi fuerant emergunt. Sed his timendum est ne in aliam voraginem incurrant, & peruerse sperando moriantur, qui desperando mori non potuerunt. Mutant enim cogitationes longe quidem diuersas, sed tamen pernicioſas, & rursus incipiunt dicere in cordibus suis, Si quacunq; die conuersus fuero a via mea pessima, deus misericors, sicut veraciter per prophetas promisit, omnes iniquitates meas obliuiscitur, quare hodie conuertor & non cras? Quare hodie & non cras? Eat hodiernus dies sicut hesternus, sit in nequissima voluptate, sit in flagitiorum gurgite, volutetur in mortifera delectatione. Cras conuertar & finis est. Respondetur tibi, Cuius rei finis? Dicis, iniquitatum mearum. Bene, gaude, quia crastino iniquitatum tuarum erit finis. Quid si ante crastinum tuus erit finis? Ergo bene quidem gaudes, quia propter iniquitates tuas conuerso tibi indulgentiam deus promisit, sed crastinum diem tibi nemo promisit. Aut si forte promisit Mathematicus, longe aliud est. Quam o deus multos mathematici fefellerunt, quia sibi plerunque lucra promiserunt, & damna intulerunt. Ergo etiam propter istos male sperantes, procedit paterfamilias. Quemadmodum processit ad illos qui male desperauerunt, & perierunt desperando, & reuocauit eos in spem, Sic procedit etiam ad istos qui male sperando volunt perire, & dicit eis per alium librum, Ne tardes conuerti ad dominum. Quomodo illis dixerat, In quacunque die iniquus conuersus fuerit a uia sua mala, omnes iniquitates eius obliuiscar: & tulit eis desperationem qua iam dederant animas suas perditioni, omnimodo indulgentiam desperantes: sic procedit etiam ad istos qui sperando & differendo uolunt perire, & loquitur ad eos & increpat eos, Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem. Subito enim ueniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Ergo noli differre, noli quod patet contra te claudere. Ecce indulgentię dator aperit tibi ostium. Quid moraris? Gaudere deberes, si aperiret aliquando pulsanti. Non pulsasti & aperit, & foris remanes? Ne ergo differas. De misericordiæ operibus quodam loco scriptura dicit, Ne dixeris uade & reuertere, cras ego dabo, cum possis continuo benefacere, Non enim scis quid contingat sequenti die. Audisti præceptum non differendi, ut in alium sis misericors, & differendo in te es crudelis? Non debes differre panem daturus, & differs indulgentiam accepturus? Si miserando alterum non differs, miserere & animæ tuæ placens deo. Exhibe & animæ tuæ eleemosynam. Non dicimus ut tu ei des, sed ne repellas manum dantis. Sed aliquando homines inde sibi plurimum nocent, cum alios offendere timent. Multum valent boni amici ad bonum, & mali amici ad malum, deo dominus pro salute nostra potentium amicitias contemnens, noluit prius eligere senatores, sed piscatores. Magna artificis misericordia. Sciebat enim quia si eligeret senatorem, diceret se est. Dignitas electa est. Si eligeret diuitem, diceret diues, Opulentia mea electa est. Si prius eligeret imperatorem, diceret orator, Eloquentia mea electa est. Si eligeret philosophum, diceret phyloſophus, Sapientia mea electa est. Interim, inquit, differantur superbi isti, multum tument. Distant aũt inter magnitudinem & tumorem. Vtrunq; grande est, sed non vtrunq; sanum est. Differantur ergo, inquit, isti superbi, aliqua soliditate sanandi sunt. Da mihi inquit, prius istum piscatorem. Veni tu pauper sequere me, nihil habes, nihil nosti, sequere me. Idiota pauper, sequere me. Non est quod in te expauescatur, sed multum est quod in te impleatur. Tam largo fonti vas inane admouendum est. Dimisit retia piscator,

Ezec. 18.

Eccli. 5.
Ezec. 18.

Eccli. 5.

Prouer. 3

Xps quare simplices & pauperes elegeris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

accepit gratiã piscator, & factus est diuinus orator. Ecce quid fecit dñs, de quo dicit
Apostolus, Infirma mũdi elegit deus, vt cõfundat fortia, & ignobilia mũdi elegit deus
& ea quæ nõ sunt tanq̃ quæ sint, ut ea quæ sunt euacuentur. Deniq; legũtur modo
verba piscatorum, & colla subduntur oratorum. Tollãtur ergo de medio inanes ven
ti, tollatur de medio fumus qui crescẽdo euanescit, prorsus pro salute ista cõtemnan
tur. Si quisq; in ciuitate aliquo periculoso morbo corporis ægrotaret, & esset in ciui
tate peritissimus medicus amicus ægrotãtis, potentibus inimicus, qui diceret amico
suo: noli eum adhibere, nihil nouit: diceret aũt, nõ iudicante animo, sed inuidente,
nõne ille pro salute sua remoueret amicorum potentium fabulas, & vt paucis diebus
plus viueret cum illorum qualibet offensione, pellendo sui corporis morbo medicũ
illum quem peritissimum cõmendauerat adhiberet? Aegrotat humanum genus, nõ
morbis corporis, sed peccatis. Iacet toto orbe terrarum ab Oriente vsq; ad Occiden-
tem grandis ægrotus. Ad sanandum grandem ægrotum descendit oipotens medicus.
Humiliauit se vsq; ad mortalẽ carnẽ, tanquã vsq; ad lectũ ægrotãtis. Dat salutis præ
cepta, contemnitur, qui audiunt liberantur. Cõtemnitur, cum dicunt amici potentes
nihil nouit. Si nihil nosset, potentia eius gentes non impleret. Si nihil esset, non esset
antequam apud nos esset, prophetas ante se non mitteret. Nonne modo implentur
quæ ante prædicta sunt? Nonne probat medicus ille artis suæ potentiam promissa
complendo? Nonne per totum mundum pernicioſi euertũtur errores, & tritura mun
di donantur cupiditates? Nemo dicat, Antea melior erat mũdus quam modo, Ex quo
cœpit iste medicus artem suam exercere, multa hic videmus horrenda. Noli mirari.
Antequam aliquis curaretur, munda a sanguine statio medici videbatur. imo iam tũ
hoc videns excute vanas delicias, veni ad medicũ, sanitatis tempus est, non voluptã
tis. Curemur ergo fratres. Si nec medicum agnoscimus non in eum tanquã phrene-
tici sæuiamus, non ab eo tanquam lethargici auertamur. Multi n. sæuiendo, multi
dormiendo perierunt. Phrenetici sunt qui nõ dormiendo insaniunt. Lethargici sunt
Lucæ.23. qui multum dormiendo premuntur. Prorsus tales sunt hoĩes. Contra istum medicũ
alii sæuire in eum volunt: & quoniam ipse iam in cœlo sedet, membra eius in terra
persequuntur. Curat & tales, Multi ex eis cõuersi ex inimicis facti sunt amici, ex per-
secutoribus facti sunt prædicatores. Tales etiã ipsos Iudæos, in seipsum cum hic esset
sæuientes, tanquam phreneticos sanauit, pro quibus in ligno pendens orauit. Dixit
enim, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Multi tamen eorum, sedato furo
Acto.9. re, tanquam phrenesi oppressa cognouerunt deum, cognouerunt Christũ. Post ascen
sionem misso spiritusancto, conuersi sunt ad eum quem crucifixerũt, & in sacramen
to credentes sanguinem eius biberunt, quẽ sæuiendo fuderunt. Habemus exempla.
Persequebatur mẽbra eius iam sedentis in cœlo Saulus, persequebatur grauiter in
phrenesi mẽte perdita, morbo nimio. At ille vna voce de cœlo clamans ei, Saule, Sau
le, quid me persequeris? percussit phreneticum, erexit sanum: occidit persecutorem,
vitificauit prædicatorem. Et iam lethargici multi sanantur. Ipsis. n. similes sunt qui
non seuiunt in Christũ, nec malitioſi sunt aduersus Christianos, sed tantum diffe-
rendo langueſcunt verbis somnolentis, in lucẽ oculos extendere pigrescunt, & qui
eos excitare volunt molesti sunt. Recede a me, inquit languidus lethargicus, obsecro
te, recede a me. Quare? Dormire volo. Sed ille, Morieris inde. Ille amori somni, mori
volo, respondet. Et charitas desuper, Nolo. Plerũque istum charitatis affectũ exhibet
etiam filius seni patri morituro post paucos dies, iam vtiq; ætate finita, si lethargicũ
videt, & lethargico morbo premi suum patrem a medico agnoscit, dicite sibi. Excita
patrem tuum, noli eũ permittere dormire, si vis vt viuat: ad est puer seni, pulsat, vel-
licat, pungit, pietate molestus est, nec mori cito permittit cito moriturum, & si vide-
rit vt aliquando plures dies viuat cum decesserit successurus, Quanto maiore chari-
tate nos amicis nostris molesti esse debemus, cum quibus non paucos in hoc mundo
dies, sed apud deum in æternum viuamus? Ament ergo nos, & faciant quod audiunt
per nos, & colant quem colimus & nos, vt recipiant quem speramus & nos.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego veritatem dico vo
bis, expedit vobis vt ego vadam. Sermo L X.

C 50 MEdicina animæ omniũ vulnerum, & vna propitiatio pro delictis oĩum est, credere in Christo, Nec omnino quisquam mundari potest, siue ab origina- Ioan. 16.
li peccato quod ex Adam traxit, in quo oẽs peccauerunt, & filii iræ natura-
liter facti sunt: siue a peccatis quæ ipsi non resistendo carnali concupiscentiæ, sed eã
sequendo, eiq; seruiendo in flagitiis & facinoribus addiderunt: nisi per fidem coadu
nentur & compaginentur corpori eius, qui sine vlla illecebra carnali, & mortifera de
lectatione conceptus est, Nec eum in delictis mater in vtero aluit, & peccatũ non fe-
cit, nec inuentus est dolus in ore eius. In eum quippe credentes filii dei fiunt, quia
ex deo nascũtur per adoptionis gratiam, quæ est in fide Iesu Christi domini nostri. 1.Pe.2
Quapropter, charissimi, merito idem dominus & saluator noster hoc vnum peccatũ
dicit, de quo arguit mundũ spiritus sanctus, quia non credit in eũ. Ego, inquit, verita
tem dico, expedit vobis ut ego uadam. Si. n. ego non abiero paracletus non veniet ad
vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cum venerit, ille arguet mundum de
peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia in me non credunt. De
iustitia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. De iudicio autem, quia prin- Ioan.. 16.
D ceps huius mundi iudicatus est.) De hoc ergo vno peccato voluit mundum argui, q̃
50 non crederent in eum: videlicet quia in eũ credendo cuncta peccata soluuntur, hoc Ioan. 16.
vnum imputari voluit, quo cætera colliguntur. Et quia credẽdo nascuntur ex deo,
& filii dei fiunt, Dedit enim, inquit, illis potestatem filios dei fieri, credentibus in eũ, Ioan. 1.
Qui ergo credit in filium dei, inquantum adhæret illi, & fit etiã ipse per adoptionẽ
filius & hæres dei, cohæres autem Christi, intantum non peccat. Vnde dicit Ioannes, Roma. 8.
Qui natus est ex deo nõ peccat. Et ideo peccatũ vnde mvdus arguitur, hoc est, quod
non credunt in eum, hoc est peccatum de quo itidẽ dicit, Si non venirẽ, peccatum 1.Ioan. 3.
non haberent. Nunquid n. alia innumerabilia peccata non habebant? Sed aduentu
eius hoc vnũ peccatum accesit non credentibus quo cætera tenerentur. In creden-
tibus autem quia hoc vnum defuit, factũ est vt cuncta dimitteretur credentibus. Ioan. 15.
Nec ob aliud Apostolus Paulus, Omnes, inquit, peccauerunt, & egent gloria dei, vt
qui crediderint in eum non confundantur, sicut & Psalmus dicit, Accedite ad eũ, & Roma. 3.
illuminamini, & vultus vestri non confundentur. Qui ergo in se gloriatur, confundi
tur. Non. n. sine peccatis inuenietur, Ille itaq; tantũ modo nõ confunditur, qui in do Psal. 33.
mino gloriatur Oẽs. n. peccauerũt, & egent gloria dei. Itaq; Apostolus cũ de Iudæo-
rum infidelitate loqueretur, non ait, Etenim si quidam illorum peccauerunt, nunqd
peccatũ illorum fidem dei euacuit? Qũo. n. diceret, Si quidam illorum peccauerunt,
56 cũ ipse dixerit, Oẽs. n. peccauerunt. Sed ait, Si quidã illorũ nõ crediderũt, nunqd in- Rom. 3.
F credulitas eorũ fidẽ dei euacuauit? Vt hoc peccatũ expressius demõstraret, quo vno
clauditur aduersus cætera, ne per dei gratiã relaxentur. De quo vno peccato per ad-
uentum spiritus sancti, hoc est, per donum ipsius gratiæ quod fidelibus datur, mun- Ibid.
dus arguitur, dicente dño. De peccato quidem, quia non credunt in me. Non autem
esset meritum grande credentium & beatitudo glorioſa, si semper dominus in resu-
scitato corpore humanis oculis appareret. Spiritus ergo sanctus hoc magnum mu-
nus attulit crediturus, vt eum quem carnalibus oculis non viderent, a carnalibus cu
piditatibus mente sobria, & spiritalibus desideriis ebria suspirarent. Vnde & ille di-
scipulus qui se dixerat, non crediturũ, nisi cicatrices eius manu tetigisset, cum con- 2. Cor. 5.
trectato corpore dñi quasi euigilans exclamasset, Dñs meus & deus meus, Ait illi do
minus, Quia vidisti, credidisti, beati qui non vident & credunt. Hanc beatitudinem
spiritusſanctus paracletus attulit, vt ab oculis carnis serui forma remota, quã de uir
ginis utero acepit, in ipsam dei formam, in qua patri æqualis, etiam cũ in carne ap-
parere dignatus est, permansit, purgata mẽtis acies tenderetur, ut eodem spũ reple-
tus Apostolus diceret, Et si noueramus Christũ secdm carnẽ, sed iã non nouimus, qa
50 & carnẽ xpi non secdm carnẽ, sed secdm spm̃ nouit, qui uirtutẽ resurrectionis eius, nõ
G palpando curioſus, sed credendo certus agnoscit, Non dicens in corde suo qui ascen Rom. 10.
dit in cœlũ, hoc est Christũ deducere: aut quis descendit in abyssum, hoc est Chri-
stum a mortuis reducere: sed prope est, iuquit, uerbum in ore tuo, quia dñs est Iesus

& si crēdideris in corde tuo, quia deus illum ſuſcitauit a mortuis, ſaluus eris. Corde
Ioan.16. enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem: Hæc fratres, Apoſtoli
verba, ſunt ipſius ſancti ſpūs, ſancta ebrietate eructantis. Cum ergo hanc beatitudi 50
nem quam non videmus & credimus, nullo modo haberemus, niſi eam a ſpiritu ſan- G
Rom.5. cto acciperemus, merito dictum eſt, Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero
Ioan.1. paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam illum ad vos. Semper quidem
diuinitate nobiſcum eſt. Si niſi corporaliter abiret a nobis, ſemper eius corpus carna
liter abiret a nobis, ſemper eius corpus carnaliter videremus, & nūquam ſpiritaliter
crederemus: quia ſide iuſtificati & beatificati, id ipſum verbum deum apud deum,
per quod facta ſunt omnia, & quod caro factū eſt vt habitaret in nobis, corde mun
dato contēplari mereremur, Et ſi non manu tangendo, ſed corde creditur ad iuſtitiā,
recte de iuſtitia noſtra mūdus arguitur, qui non vult credere niſi quod videt. Vt au
tem nos haberemus iuſtitiam fidei, de qua mundus argueretur incredulus, propte
rea dīs ait, De iuſtitia, quia ad patrē vado, & iam non videbitis me. Tanquā ſi dice
ret, Hæc erit iuſtitia veſtra, vt credatis in me mediatorem, quem reſuſcitatum ad pa
trē eſſe certiſsime habebitis, quauis eū carnaliter nō videatis, vt per ipſum recōcilia
ri deū ſpiritaliter videre poſsitis. Vnde figuram eccleſiæ geſtāti mulieri, cū ei poſt re
ſurrectionē ad pedes caderet, Noli me tāgere, inquit, nondum.n. aſcendi ad patrem.
Ioan.20. Quod myſtice dictū intelligitur, Noli me per corporeū contactū carnaliter credere, 50
ſpiritaliter autem credis, id eſt, fide ſpiritali me tāgis, cū aſcēdero ad patrē, quia beati B
qui non vident & credunt. Et hæc eſt iuſtitia fidei quia mundus carens, de nobis qui
ea non caremus arguitur, quia iuſtus ex fide viuit. Siue ergo quia in illo reſurgentes
& in illo ad patrem venientes inuiſibiliter & in iuſtificatione pficimur: ſiue quia non
videntes & credentes ex fide viuimus, qm iuſtus ex fide viuit: propterea dixit, De iu
ſtitia, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Nec inde ſe mundus excuſet, q̄
a diabolo impeditur, ne credat in xp̄m. Credentibus.n. princeps mundi mittitur fo
ras, vt iam non operetur in cordibus hoium, quos xp̄s per fidem cœperit poſsidere,
ſicut operatur in filiis diffidentię, quos ad tentandos & tribulandos iuſtos plerunq;
concitat. Qui enim miſſus eſt foras qui intrinſecus dominabatur, extrinſecus præ
Abacu.2. liabatur. Et ſi ergo per eius perſecutiones dīs dirigit mites in iudicio, tamen iā ipſe
Rom.1. hoc foras miſſus eſt, iudicatus eſt. Et de hoc iudicio mundus arguitur, quia fruſtra
de diabolo quæritur, qui non vult credere in xp̄m, quē iudicatū, id eſt, foras miſſum
& propter noſtrā exercitationē forinſecus expugnare permiſſum, non ſolum viri, ſed
etiam mulieres, & pueri, & puellæ martires vicerunt. Sed in quo vicerunt, niſi in illo
quem crediderunt, & quē non videntes dilexerūt, & quo dominante in cordibus ſuis
peſsimo dominatore caruerunt. Et hoc totum per gratiam, hoc eſt, per donum ſpi- 50
Pſal.24. rituſſancti. Recte itaq; idem ſpūs arguit mundū, & de peccato, quia nō crediderit in I
xp̄m: & de iuſtitia, quia qui voluerunt crediderunt, quāuis in qnem crediderunt non
Ioan.16. viderunt, & per eius reſurrectionem ſe quoq; in reſurrectione perfici ſperauerunt,
& de iudicio, quia ipſi ſi vellent credere, a nullo impediretur, quoniam princeps hu
ius mundi iam iudicatus eſt.

De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannem, Ipſe arguet mundū de peccato, de iuſtitia, & de iudicio. Sermo LXI.

Ioan.16. CVm dominus & ſaluator noſter Ieſus xp̄s de aduentu ſpiritus ſpiritus ſancti,
quem ſe miſſurum eſſe promiſit & miſit, multa diceret ait inter cætera, Ipſe ar
guet mundum de peccato, de iuſtitia, & de iudicio. (Neq; hoc cum dixiſſet, ſer
monem traiecit in aliud, ſed ipſa aliquāto expreſsius inſinuare dignatus eſt. De pec
cato quidem, inquit, quia non crediderunt in me. De iuſtitia autē, quia ad patrē va
do. De iudicio vero, quia princeps huius mundi iam iudicatus eſt.) Oboritur ergo
nobis intelligendi deſiderium, cur peccatum hoium quaſi ſolum eſſet non credere
in xp̄o, ta dē hoc ſolo dixit, quod mundum ſpiritus ſancti argueret. Si autem ma
nifeſtum eſt præter hanc infidelitatem alia multa hoium eſſe peccata, cur de hoc ſolo
mundum ſpirituſſanctus arguat? An quia peccata omnia per infidelitatem tenentur
per fidem dimittuntur? Propterea hoc vnum præ cæteris imputat deus, per quod fit

vt cętēra non ſoluantur, dum non credit in humilem deū homo ſuperbus. Sic enim Iacob .4.
ſcriptum eſt, Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autē dat gratiam. Gratia quippe dei, Spūſcūs,
50 donum dei eſt. Donum autem maximum ipſe ſpirituſſanctus eſt, & ideo gratia dici- gra dei di-
L tur. Cū.n. oēs peccaſſent, & egerent gloria dei, qa per vnu hoiem pcm intrauit in pcm citur.
& p peccatū mors, in quo oēs peccauerūt, idēo gratia, qa gratis datur. Iō gratis datur Roma.3.
quia non quaſi merces redditur poſt diſcuſsionem meritorū, ſed donum datur poſt
delictorum veniam. De peccato igitur arguuntur infideles, id eſt, dilectores mundi,
nam iſti ſignificantur mundi nomine. Cum.n dicitur, Arguit mundum de peccato,
non alio quam q; non crediderunt in Chriſto: hoc deniq; peccatum ſi non ſit, nulla Roma 1.
peccata remanebunt, quia iuſto ex fide viuente cuncta ſoluuntur. Sed multum inte- Iacobi.2.
reſt, vtrum quiſq; credat ipſum eſſe Chriſtū, & vtrum credat in Chriſtū. Nam ipſum Credere in
eſſe Chriſtum & dæmones crediderunt, nec tamen in Chriſtum dæmones credide- chriſtū.
runt. Ille.n. credit in xp̄m, & ſpat in xp̄m & diligit xp̄m. Nam ſi fidem habet ſine ſpe,
ac ſine dilectione, Chriſtum eſſe credit, non in Chriſtum credit. Qui ergo in Chriſtū
credit, credendo in Chriſtum veniet in eum Chriſtus, & quoquo modo vnitur in eū
& mēbrum in corpore eius efficitur. Quod fieri non poteſt, niſi & ſpes accedat & cha
ritas. Quid ſibi etiam vult quod ait de iuſtitia, quia ad patrem vado? Et primo quæ-
rendum eſt, ſi de peccato mundus arguitur, cur & de iuſtitia? Quis n. de iuſtitia recte
50 argui poſsit: An de peccato quidem ſuo, de iuſtitia vero Chriſti mundus arguitur?
M Non video quid aliud poſsit intelligi, quando quidē de peccato, inquit, quia non cre
diderunt in me, De iuſtitia, quia ad patrem vado, Illi non crediderunt, ipſe ad patrem
vadit. Illorum ergo peccatum, ipſius autem iuſtitia. Sed cur in eo ſolo voluit nomi-
nare iuſtitiam, quia vadit ad patrem? Num nō iuſtitia eſt etiam quod huc venit a pa
tre? An illa potius miſericordia eſt, quod a patre ad nos venit, inſtitia vero quo ad pa
trem vadit? Iſta, fratres, expedire arbitror vt in tanta profunditate ſcripturarum,
in quibus forte verbis abſconditum aliquid latet quod oportune aperiendum ſit, Philip.2.
tanquam ſimul fideliter inquiramus, vt ſalubriter inuenire mereamur. Cur ergo hāc
appellat iuſtitiam, quia uadit ad patrem, & non etiā quia venit ad patrē? An quia mi-
ſericordia eſt ꝙ uenit, ideo iuſtitia eſt ꝙ uadit, vt & in nobis diſcamus īpleri poſſe iu Philip.2.
ſtitiam, ſi pigri non fuerimus prerogare miſericordiam, nō quæ noſtra ſunt quæren
tes, ſed quæ aliorum? Quod cum monuiſſet Apoſtolus, cōtinuo de ipſo domino con-
iunxit exemplum: Nihil, inquit, per contentionem, neque per inanem gloriam, ſed in
humilitate mentis alter alterutrum exiſtimantes ſuperiorem ſibi, non quę ſua ſunt
vnuſquiſque intendentes, ſed & quæ aliorum. Deinde ſtatim addidit: Singuli quique
hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Qui cum forma dei eſſet, non rapinam
50 arbitratus eſt eſſe æqualis deo, ſed ſemetipſum exinauit formam ſerui accipiens, in
A ſimilitudinem hoium factus & habitu inuentus ut homo, humiliauit ſe, factus obe-
diens vſque ad mortē, mortem autē crucis. Hæc eſt miſericordia qua venit a patre.
Quæ igitur iuſtitia eſt qua vadit ad patrē? Sequitur & dicit, Propter quod & deus il-
lum exaltauit, & donauit illi nomē quod eſt ſuper oē nomen, vt in noie Ieſu oē geuu
flectatur, cœleſtiū, terreſtriū, & infernorū, & oīs lingua confiteatur, qa dīs Ieſus xp̄s
in gloria eſt dei pr̄is. Hæc ē iuſtitia q̄ uadit ad pr̄em. Sed ſi ſolus vadit ad patrē, qd no
bis ꝓdeſt? Vt qd ab ſpū ſctō de hac iuſtitia mūdus arguitur? Et tñ niſi ſolus iret ad Ioan.3.
patrē nō alio loco diceret, Nemo aſcēdit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcēdit, filius ho Philip.3.
minis qui eſt in cœlo. Sed etiam Paulus Apoſtolus dicit, Noſtra autem cōuerſatio in Colo.3.
cœlis eſt. Sed quare hoc? Quia item dicit, Si reſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſur-
ſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, nō
quæ ſuper terram, Mortui.n. eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo.
Quomodo ergo ille ſolus? An ideo ſolus, quia Chriſtus vnus eſt cū oībus membris
ſuis, tanquam caput cum corpore ſuo? Quæ autem corpus eius niſi eccleſia? Sicut 1.Cor.12.
dicit idem doctor. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra ex patre. Cū ergo nos
50 ceciderimus, & propter nos ipſe deſcenderit, quid eſt, Nemo aſcendit, niſi qui deſcen-
B derit niſi quia nemo aſcendit, niſi vnum cum eo factus, & tanq̄ membrum cōpactus Ioan.15.
in eius corpore q deſcendit? Sic & diſcipulus dicit, Quia ſine me nihil poteſtis facere. Chr̄us ali
Aliter.n eſt vnū cū patre, aliter vnū nobiſcū. Vnū cū patre eſt, quia vna ſubſtantia ter ē unū.

cū patre & aliter vnū nobiscum. Philip.2. Gala.3. Acto.3. Gala.3.

est patris & filij. Vnum cum patre est, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Vnus autem nobiscum factus est, quia semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Vnus nobiscum factus est secundum semen Abrahæ, in quo benedicentur omnes gentes. Quod cum Apostolus cōmemorasset, Non dicit in seminibus tanquā in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Et quia & nos ad id pertinemus quod est Christus, nobis simul incorporatis, & illi capiti cohærentibus, vnus est Christus, quia & nobis dicit, Ergo semen Abrahæ estis secundum promissionem hæredes. Si enim unum est semen Abrahæ, & illud vnum semen Abrahæ non intelligitur nisi Christus, hoc autem semen Abrahæ etiam nos sumus, hoc ergo totum. i. caput & corpus vnus est Christus. Et ideo nos non debemus

Ioan.16.

ab illa iustitia separatos putare, quam dominus ipse commemorat, dicens, De iustitia, quia ad patrem vado. Cum Christo enim & nos resurreximus, & nos cum capite nostro Christus sumus interim fide & spe. Complebitur autem spes nostra in vltima resurrectione mortuorum. Cum autem complebitur spes nostra, tunc complebitur etiam iustificatio nostra. Quam completurus dominus, quid sperare debeamus ostēdit in carne sua, hoc est, in capite nostro, in qua resurrexit & ascendit ad patrem, quia

Rom.4.

sic scriptum est. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Arguitur ergo mundus de peccato in eis qui non credunt in Christo,

2.Cor.5.

& de iustitia in eis, qui non resurgunt in membris Christi. Vnde dictum est, Vt nos simus iustitia dei in ipso. Si enim non in ipso, nullo modo iustitia. Si autem in ipso, totus nobiscum vadit ad patrem, & hæc in nobis implebitur perfecta iustitia. Propter

Ioan.6.

hoc & de iudicio mundus arguitur, quia princeps huius mundi iam iudicatus est. i. diabolus princeps iniquorum qui corde non habitant, nisi in hoc mundo, quem diligunt, & ideo mundus vocantur, sicut nostra conuersatio in cœlis est, si resurreximus in Christo. Ergo quemadmodum nobiscū. i. cum corpore suo vnus est Christus: Sic cum omnibus impijs quibus caput est, cum quodam corpore suo vnus est diabolus. Quapp sicut nos non separamur a iustitia, de qua dñs dixit, Quia ad patrē vado: sic ipij nō separātur ab illo iudicio, de quo dixit, Quia princeps hui⁹ mūdi iā iudicat⁹.

Ioan.11.

De trina interrogatione dñi si Petrus se diligeret, & trina Petri respōsione. Ser. LXII.

LEctione hodierna animaduertit charitas vestra, dictum esse Petro a dom⁹ no⁹ interrogationem, Diligis me? Cui respōdit ille, Scis domine, quia amo te.) Hoc secundo, hoc tertio: & ad singula verba respondentis dicebat dominus, Pasce agnos meos.) Commendabat Petro Christus agnos suos pascendos, qui pascebat & Petrum. Quid.n. Petrus poterat præstare domino, maxime iam imortale corpus gerenti & in cœlum ascensuro? Tāquam ei diceret. Amas me? In hoc ostende quia amas me, Pasce oues meas. Ergo, fratres, cum obedientia audite oues vos esse Christi, quia & nos cum timore audimus, Pasce oues meas. Si nos cum timore pascimus & timem⁹ pro ouibus, ipsæ oues quomodo pro se debent timere? Pertineat ergo ad nos cura, ad oues obedientia: ad nos vigilantia pastoralis, ad vos humilitas gregis: Quanquam & nos qui vobis videmur de superiore loqui loco, cum timore sub pedibus vestris sumus, quoniam nouimus quā periculosa ratio de ista quasi sublimi sede reddatur. Proinde, charissimi, catholica germina, membra Christi, cogitate quale caput habeatis. Filij dei cogitate qualem patrem inueneritis. Christiani cogitate, quæ vobis hęreditas promittatur. Non talis qualis in terra possideri a filijs non potest, nisi cum mortui fuerint parentes eorum. Nullus enim in terra possidet hæreditatem patris, nisi mortui. Nos viuo patre nostro possidebimus quod donabit, quia pater noster mori non poterit. Plus addo, plus dico, & verum dico, ipse pater erit hæreditas nostra. Congruenter viuite, maxime vos candidati Christi recens baptizati, modo regenerati sicut vos ante admonui & modo dico & solicitudinem meam pronuncio, quia timore mihi maiorem inges sit præsens euangelica lectio. Obseruate vos, nolite imitari malos christianos. Nolite dicere, faciam hoc, quia multi fideles hoc faciunt. Hoc non est defensionem parare animę, sed comites ad gehennam inquirere. Crescite in hac area dominica, in hac inuenietis bonos qui & vobis placent, si & vos boni fueritis. Nunquid enim peculium nostrum estis? Hæretici & schismatici, & de furtis dominicis

peculia sibi fecerunt, & greges non Christi, sed suos contra Christum pascere voluerunt. Planè in ipsis depredationibus suis titulum illius posuerunt, ut prædę ipsorū quasi defenderetur per titulum potentis. Quid facit Christus, quando tales conuertuntur, qui foris ab ecclesia titulum eius baptismatis acceperunt? Eijcit prædatorem, titulum non deponit, & possidet domum, quia inuenit ibi titulum suum. Quid opus est vt mutet nomē suum? Nunquid attendunt quod ait dominus Petro, Pasce agnos meos, pasce oues meas? Nunquid dixit ei, Pasce agnos tuos, aut pasce oues tuas? Exclusis autem, quid dixit in canticis canticorum ad ecclesiam? Loquens sponsus ad sponsam, ait, Nisi cognoueris temetipsam pulcram inter mulieres, exi tu. Tanquam dicens, Non ego te eijcio, exi tu, nisi temetipsam cognoueris, temetipsam pulcram inter mulieres, nisi cognoueris te in speculo scripturæ diuinæ, nisi attenderis o mulier pulcra speculum quod te falso nitore nō fallit, nisi cognoueris quia de te dictum est? Super omnem terram gloria tua: quia de te dictum est, Dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Et alia innumerabilia testimonia quæ catholicam ecclesiam commendāt. Nisi ergo cognoueris patrem non habes, hæredem non te potes facere. Ergo exi tu in vestigijs gregum, non in societate gregis, & pasce hœdos tuos, nō quomodo Petro dictum est, oues meas. Petro dicitur, oues meas, schismaticis dicitur, hœdos tuos. Hic oues, ibi hœdi. Hic meas, ibi tuos. Recolite dexteram & sinistram iudicis nostri, recolite vbi stabunt hœdi & vbi oues & apparebit vobis vbi dextra, ubi sinistra, candida & nigra, luminosa & tenebrosa, pulcra & deformis, acceptura regnum & inuentura supplicium sempiternum.

Canti. 1.

Pſal. 56. Pſal. 2. Cant. 1. Ioan. 21. Mat. 25.

De manifesta ostensione trinitatis in deo nostro ex Euangelio de baptismo domini apud flumen Iordanem, Sermo LVIII.

Mat. 3. Luc. 3. Ioan. 1.

EVangelica lectio proposuit nobis vnde loquamur ad charitatem vestram, quæ domini imperio & verè domini imperio proposita est: ab illo enim expectauit cor meum, tanquàm iussionem proferendi sermonis, vt hinc eum intelligerem loqui me velle, quod recitari ipse voluisset. Audiat ergo studium & deuotio vestra, & adiuuet apud ipsum dominum deum nostrum laborem meum. Videmus enim & tanquā proposito diuino speculo contuemur, apud flumen Iordanem commendari nobis deum nostrum in trinitate. Cum enim veniret Iesus & baptizatus esset a Ioanne, dominus a seruo, quod fecit ad humilitatis exemplum: in ipsa quippe humilitate ostendit impleri iustitiam, quando dicente sibi Ioanne, Ego debeo a te baptizari & tu venis ad me: Respondit, Sine modo vt impleatur omnis iustitia. Cum ergo baptizatus esset, aperti sunt cœli & descendit super eum spiritus sanctus in speciæ columbę. Deinde uox desuper consecuta est, Hic est filius meus dilectus in quo bene sensi. Habemus ergo distinctam quodāmmodo trinitatem. In voce patrem, in homine filium, in colūba spiritum sanctum. Hoc quidem commemorare opus erat; Nam videre facilimum est. Euidenter enim nec vllo dubitationis scrupulo commendatur hæc trinitas, cum ipse dominus Christus in forma serui veniens ad Ioannem, vtique filius est. Non.n. dici potest q̄ pater sit, aut dici potest q̄ spiritus sanctus, Venit, inquit, Iesus, vtique filius dei. De columba quis dubitet? Aut quis dicat quid est columba, cum ipsum Euāgelium testetur apertissime, Descendit super eum spiritus sanctus in specie colūbæ? De voce autem illa similiter nulla dubitatio q̄ patris sit, cum dicit, Tu es filius meus. Habemus ergo distinctam trinitatem. Et si consideremus loca audeo dicere, quanuis timide id dicam, [tamen audeo dicere quasi separabilem trinitatem.] Cum Iesus uenit ad fluuium, ex alio loco in alium locum: Columba descendit de cœlo ad terram, de alio loco ad alium locum: Vox ipsa patris nec de terra, nec de aqua sonuit, sed de cœlo. Tria hæc quasi separantur locis, separantur officijs, separantur operibus. Dicat mihi aliquis, Ostende inseparabilem trinitatem. Memento catholicum te loqui, catholicis loqui. Fides enim nostra. i. fides vera, fides recta, fides catholica, non opinione presumptionis, sed testimonio lectionis collecta, nec hæretica temeritate incerta, sed Apostolica veritate fundata, hoc insinuat, hoc nouimus, hoc credimus. Hoc etsi non videmus oculis, nec adhuc corde quādiu de mundamur, ipsa tamen fide rectissime ac robustissime retinemus patrem, filium, spiritum sanctum, inseparabilem esse trinitatem, vnum deum, non tres deos. Ita tamen vnum deum vt si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius non sit pater, vt pater non sit filius, vt spiritussanctus nec pater sit nec filius, sed
patris & filij & spiritus. Hanc ineffabilem diuinitatem apud seipsam manentem, om-
nia innouantem, creantem, recreantem, mittentem, reuocantem, iudicantem, liberan
tem. Hãc ergo trinitatem ineffabilem simul nouimus & inseparabilem. Quid ergo agi
mus? Ecce seorsum venit filius in homine, seorsum spiritussanctus de cœlo descen-
dit in specie columbæ, seorsum vox patris de cœlo sonuit, Hic est filius meus. Vbi est
inseparabilis trinitas? Fecit vos per me deus intentos. Orate pro nobis, & quasi ape-
Sapien. 9. rientes sinum, donet ipse vnde quod aperuistis impleatur, collaborate nobis. Videtis
enim quod susceperimus, non solum quid, verũ etiam qui, vnde volumus dicere, vbi
positi, quomodo positi in corpore quod corrumpitur & aggrauat animam, & depri-
mit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quãdo ergo istum sensum a mul
tis extraho, & ad vnum deum trinitatem ineffabilem colligo, vt aliquid videam qđ
dicam, putãsne in hoc corpore quod aggrauat animam, vt aliquid vobis digne lo-
Psal. 85. quar, potero dicere, Qm̃ ad te dñe animam meam leuaui? Adiuuet me, leuet eam me-
cum. Nam infirmus sum ille, & grauis est mihi. Solet hæc quæstio ab studiosissimis fra
tribus proponi, solet in amatorum verbi dei sermone versari, solet pro hac multum
pulsari ad deum, dicentibus hominibus, Facit aliquid pater quod non facit filius, aut
Psal. 26. facit aliquid filius quod non facit pater? Interim de patre & filio dicimus. Cum autẽ
hinc expedierit conatum nostrum, cui dicimus, Adiutor meus esto domine, ne dere-
linquas me, intelligitur etiam spiritussanctus ab operatione patris & filij nequaquã
discedere. De patre ergo & filio fratres audite. Facit aliquid pater sine filio? Respondé
Ioan. 1. mus, Non. An dubitatis? Quid enim facit sine illo, per quem facta sunt omnia? Oia,
inquit, per ipsum facta sunt. Et saciatè inculcans tardis, duris, ligitiosis, addidit, Et si
ne ipso factum est nihil. Quid igitur, fratres? Sp̃er ipsum facta sunt omnia, intelligi-
mus vtique vniuersam creaturam factam per filium, fecisse patrem per verbum suũ
deũ, Per virtutẽ & sapientiã suã. Nunqd dicturi sumus, oia quidẽ qn̄ creata sunt p ip
sum facta sunt sed nunc nõ oia p ipsum facit pr̃? Absit. Recedat hæc cogitatio a fideliũ
cordibus, abigatur a sensu deuotorũ, ab intellectu piorũ. Fieri nõ potest ut per ipsum
creauerit, & non per ipsum gubernet. Absit vt sine ipso regatur quod est, quando per
ipsum factum est vt esset. Sed & hoc testimonio scripturæ doceamur, non solum per
Ioan. 1. ipsum facta & creata omnia sicut in Euãgelio commemorauimus, Omnia per ipsum
facta sunt & sine ipso factum est nihil: sed per ipsum etiam regi & disponi quæ facta
sunt. Agnoscitis ergo Christum dei virtutem & dei sapientiam, agnoscite dictum &
Sapien. 8. de sapientia, Attingit a fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non
ergo dubitamus per ipsum regi omnia, per quem facta sunt omnia. Nihil itaq; pater
sine filio, nihil filius sine patre facit. Occurrit itaq; quæstio, quam in nomine domini
& eius voluntate soluendam suscepimus. Si nihil facit pater sine filio, & nihil filius si
ne patre, nõne quasi consequens erit, vt & patrem dicamus natum de virgine Ma-
ria, patrem passum sub Pontio Pilato, patrem resurrexisse & in cœlum ascendisse? Ab
Psal. 116. sit. Non hoc dicimus, qa non hoc credimus. Credidi enim propter quod locutus sum:
2. Cor. 4. & nos credimus, propter quod & loquimur. Quid ẽ in fide? Quia filius de virgine na-
tus est, non pater. Quid est in fide? Quia filius passus est sub Pontio Pilato & mortuꝰ,
non pater. Excidit nobis quosdã male intelligentes vocati Patripassianos, qui dicunt
ipsum patrem natum ex fœmina, ipsum patrem passum, ipsum esse patrem qui est fi-
lius duo esse nomina, non res duas: & remouet istos Ecclesia catholica a cõmunione
sanctorum ne aliquem deciperent, vt separati litigarent. Reuocemus ergo difficulta-
tem quæstionis sensibus vestris. Dicat aliquis mihi, Tu dixisti, nihil patrem facere si-
ne filio, neque filium sine patre, & testimonia de scripturis adhibuisti, nihil facere pa
Ioan. 1. trem sine filio, quia omnia per ipsum facta sunt: nec quod factum est regi sine filio,
Sapien. 8. quia ipse est sapientia patris, attingens a fine vsq; ad finem fortiter, & disponens oia
suauiter: Modo mihi dicis quasi cõtra te ipsum loquẽs, Filius natus est de virgine nõ
pater, filius passus est nõ pater, filius resurrexit nõ pater. Ecce teneo aliquid facere fi-
liũ qd nõ facit pater. Aut ergo cõfitere, facere aliqd filiũ sine patre, aut cõfitere et pa-
trẽ natũ, passum, mortuũ, resurrexisse. Aut illud, aut illud dic, Elige vnũ de duobus.
Ego neutrũ eligo, nec hoc nec illud dico, nec aliqd facere filiũ sine patre dico, [quia

mentior si hoc dixero: nec patrem natum, passum, mortuum, resurrexisse dico,] quia
nihilominus mentior si hoc dixero. Quomodo, inquit, explicaberis ab his angustijs?
48 Placet vobis quæstio proposita, deus adiuuet vt placeat & soluta. Ecce quod dico, vt
C liberet & me & vos: In vna enim fide stamus in nomine Christi, & in vna domo sub
vno domino viuimus, & in vno corpore membra sub vno capite sumus, & in vno spi
ritu vegetamur. Vt ergo dominus ab his angustijs molestissimæ quæstionis liberet,
& me qui loquor & vos qui auditis, hoc dico. Filius quidem, inquam, non pater natus
est de virgine Maria, sed ipsam natiuitatem filij non patris de virgine, & pater & filius
operatus est. Non est quidem passus pater, sed filius, passionem tamen filij, & pater &
filius operatus est. Non resurrexit pater sed filius, resurrectionem tamen filij, & pa-
ter & filius operatus est. De quæstione ista videmur iam expediti, sed forte verbis
meis, videamus etiam vtrum verbis diuinis. Pertinet ergo ad me sanctorum librorũ
testimonijs demonstrare natiuitatem filij & patrem operatum & filium, ita passio-
nem, ita resurrectionem: vt cum filij tantum sit & natiuitas & passio & resurrectio,
hæc tamen tria quæ ad filium solum pertinent, nec a patre solo facta sint, nec a solo
filio, sed a patre vtique & filio. Probemus singula, iudices auditis, causa proposita est,
testes procedant. Dicat mihi iudicium vestrum, quod solet causas agentibus dici. Do
48 ce quod promittis. Doceo plane adiuuante domino, & cœlestis iuris recito lectionẽ.
D Intente audistis proponentem, audite intentius iam probantem. De Christi natiui-
tate mihi primo dicendum est, quomodo eam & pater fecerit, & filius fecerit, quãuis
non nisi ad filium pertineat quod fecit pater & filius. Paulum recito, idoneum iuris
diuini consultum. Nam & causidici habent hodie Paulum dictantem iura litigatorũ,
non Christianorũ. Recito, inquam, Paulum dictantem pacis iura non litis. Ostẽdat Galat. 4.
nobis sanctus Apostolus, quo natiuitatem filii pater operatus sit. Cũ autem venit,
inquit, plenitudo temporis, misit deus filium suum in terris natum ex muliere, factũ
sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Audistis, & quia planum & apertum est,
intellexistis, Ecce pater fecit filium nasci de virgine. Cũ. n. venisset plenitudo tpis mi
sit deus filium suum, vtiq; pater Christum. Quo eũ misit: Factũ ex muliere, factum
sub lege. Fecit ergo eũ pater ex virgine sub lege. An forte hoc mouet quia de virgine
dixi, & Paulus dicit ex muliere? Non moueat, non immoremur. Neque. n. rudibus lo-
quor. Vtrunq; scriptura dicit, & ex virgine, & ex muliere. Ex virgine quo? Ecce virgo
in vtero accipiet & pariet filium, Ex muliere aũt sicut audistis. Non est contrarium. Esaiæ. 7.
Proprietas. n. locutionis Hebreæ mulieres non corruptas virginitate, sed & fœminas
appellat. Habes euidentem scripturam Geneseos, qn̄ ipsa primo facta est Eua, forma- Gene. 2.
48 uit eam in mulierem. Dicit. n. alio loco scriptura, iubere deum separare mulieres, quæ
E non cognouerunt cubile viri. Hoc ergo iam notum esse debet, nec teneat vos, vt alia Nume. 31.
quæ merito tenebunt, domino adiuuante explicare possimus. Probauimus ergo na- Iudi. 21.
tiuitatẽ filij a patre factã, probemus & a filio factã. Quid est natiuitas filij de virgine
Maria? Certe assumptio formæ serui in virginis vtero. Nunquidnam est aliud nasci si Philip. 2.
lio, nisi accipere formam serui in virginis vtero? Audi quia hoc & filius fecit, Qui cũ
in forma dei esset, non rapinã arbitratus est esse æqualis deo, sed semetipsum exinani
uit formam serui accipiens. Cũ venit plenitudo temporis, misit deus filium suum fa Galat. 4.
ctum ex muliere, qui factus est ei ex semine Dauid secũdum carnem. Videmus ergo
natiuitatem a patre factam, sed quia ipse filius semetipsum exinaniuit formam serui Roma. 1.
accipiens, videmus natiuitatem filij ab ipso filio factã. Probatum est, trãseamus hinc, Philip. 2.
intenti aliud accipite quod ex ordine sequitur. Probemus & passionem filij, & a pa-
tre factam & a filio factam. Faciat pater passionem filij. Qui proprio filio suo nõ pe- Roma. 8.
percit, sed pro omnibus tradidit illũ. Faciat & filius passionem suam. Qui me dilexit, Galat. 2.
& tradidit seipsum pro me. Tradidit pater filium, tradidit filius seipsum. [Passio hæc
vni facta est, sed ab vtroque facta est: Sicut ergo natiuitatem, ita passionem Christi
48 nec pater fecit sine filio, nec filius sine patre. Tradidit pater filium, tradidit filius se-
F ipsum.] Quid hic fecit iudas nisi peccatum? Transeamus & hinc, veniamus ad resur-
rectionẽ. Videamus filiũ quidẽ non patrem resurgentẽ sed resurrectionẽ filij & patrẽ Philip. 2.
& filium facientẽ. Operetur pater resurrectionem filij. Propter hoc n. exaltauit eũ, &
donauit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitauit ergo pater filium, exal-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tando eum & excitando eum a mortuis. Nunquid & filius resuscitat semetipsum?
Ioan.2. Resuscitat planè. In figura sui corporis de templo dixit, Soluite templum hoc, & in
tribus diebus resuscitabo illud. Postremo sicut ad passionem pertinet animam po
nere: sic ad resurrectionem, animam iterum sumere. Videamus si filius quidem ani-
mam suam Posuit, & ei animam suam pater reddidit non ipse sibi. Pater enim quia
Psal.40. reddidit, manifestum est: Inde enim Psalmus dicit: Et suscita me, & reddam illis. Sed
Ioan.10. quia & filius animam suam reddidit, quid a nobis expectatis? Ipse dicat, Potestatem
habeo ponendi animam meam. Non sum dixi quod promisi. Ponendi dixi, sed iā cla-
mastis, quia præuolatis. Eruditi quippe in schola magistri cœlestis, tanquam lectio-
nes intente audiētes, pie reddentes, quid sequatur non ignoratis: Potestatem, inquit,
habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tol-
lit eam a me, sed ego pono eam a me, & iterum sumo eam. Exoluimus quæ promisi-
mus propositiones nostras firmissimis, vt arbitror, testimoniorum documentis pro-
bauimus. Tenete quod audistis. Breuiter replico, & rem vtilissimam quantum
existimo, mentibus vestris collocandam commendo. Pater non est natus de virgi
ne, natiuitatem tamen istam filii & pater & filius operatus est, ex virgine. Pater non
est passus in cruce, passionem tamen filii & pater & filius operatus est. Non resurrexit
pater a mortuis, resurrectionem tamen filii & pater & filius operatus est. Habetis per
sonarum distinctionem, & operationis inseparabilitatem. Non ergo dicamus aliquid
patrem operari sine filio, nec aliquid filium sine patre. An forte miracula quę fecit
Ioan.14. dominus Iesus mouent uos, ne forte aliqua ipse fecerit quæ non fecit pater? Et vbi
est, Pater autem in me manens facit opera sua? Hæc quæ diximus plana erant, tantū
dicenda erant, non laborandum ut intelligerentur, sed curandum ut commemorarē
tur. Aliquid adhuc volo dicere, vbi vere & acriorem intentionem vestram requiro, &
deuotionem apud deum. Etenim locis corporalibus non tenentur nec occupantur
nisi corpora, Vltra locos corporales est diuinitas, nemo eam tanquam in spatiis re-
quirat. Vbique inuisibilis & inseparabiliter adest, nō in patre maior, in patre minor,
sed vbique tota nusquam diuisa. Quis videt hoc? Quis capit hoc? Cōpescamus nos,
meminerimus qui vnde loquamur illud & illud. Quicquid est quod deus est, pie cre-
datur, sancte cogitetur, & quantum datur quantum potest ineffabiliter intelligatur.
1. Cor.2. Quiescant verba cesset lingua, cor excitetur, cor illuc leuetur. Non enim est illud ta-
Rom.1. le quod in cor hominis ascendit, sed quo cor hominis ascendat. Attendamus creatu-
ram. Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspi-
ciuntur, ne forte quę fecit deus in quibus habemus quandam consuetudinis familia
ritatem, inueniamos aliquam similitudinem, vnde probemus aliqua tria, quæ tria se-
parabiliter proferantur, inseparabiliter operentur. Eia fratres adestote toto animo,
videte prius quid promittam, ne forte in creatura inueniā, quia creator a nobis ex-
celsus est: Et forte verba cuiusquam nostrum, cui fulgor veritatis aliquam mentem
Psal.30. quasi coruscatione perstringit, potest dicere verba illa, Ego dixi in extasi mea. In ex-
tasi tua quid dixisti? Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Etenim videtur mihi
iste qui hoc dixit, leuasse ad deum animam suam, & effudisse super se animam suam,
cum ei diceretur quotidie, vbi est deus tuus, peruenisse spiritali quodam cōtactu ad
illam incommutabilem lucem, eamq; infirmitate conspectus ferre non valuisse, & in
suam quasi ægritudinem atque languorem iterum recidisse, & comparasse se illi, &
sensisse adhuc contemperari non posse aciem mentis suę luci sapientiæ dei, & quia
hoc in extasi fecerat, abreptus a sensibus corporis & subreptus in deū. At vbi quodā
modo a deo ad hominem reuocatus est, ait, Ego dixi in extasi mea. Vidi enim quid
nescio in extasi quod diu ferre non potui, & redditus mortalibus membris, & multis
mortalium cogitationibus a corpore quod aggrauat animam dixi, Quid Proiectus
sum a facie oculorum tuorum. Longe sursum es, longe deorsum sum. Quid ergo di-
camus, fratres, de deo? Si enim quod vis dicere sic cœpisti, non est deus. Si comprehē-
dere potuisti, aliud pro deo comprehendisti. Si quasi comprehendere potuisti, cogita
tione tua te decipisti. Hoc ergo non est, si comprehendisti. [Si autem hoc est, non cō-
prehendisti.] Quid ergo vis loqui, quod comprehendere non potuisti? Videamus er-
go ne forte in creatura inueniamus aliquid, vbi probemus aliqua tria & separabiliter
demonstrari,

demonstrari, & inseparabiliter operari. Quo ibimus? Ad cœlum, vt de sole & luna &
L syderibus disputemus? Ad terram, vt forte de fruteris, de arboribus, de animalibus
52 terram implentibus? An de ipso cœlo, an de ipsa terra, quę continent omnia quę sunt
in cœlo & in terra? Quandiu homo circuis creaturam? Ad te redi, te vide, te inspice,
te discute. In creatura quæris aliqua tria, & separatim demonstranda & inseparabili-
ter operantia. Si in creatura queris, in te prius quære. Non enim tu non es creatura.
Similitudinem quæris, quæsiturus es in pecore? De deo enim loquebaris, cum quæ-
reres quandam similitudinem. De trinitate ineffabilis maiestatis loquebaris, & quia
defecisti in diuinis, tuamq; infirmitatem debita humilitate confessus es, ad humana
veneristi, ibi discute. Quæris in pecore, quæris in sole, in stellis? Quid enim horum fa-
ctum est ad imaginem & similitudinem dei? Prorsus familiarius & melius aliquid ho
rum quæris in te. Hominem enim deus fecit ad imaginem & similitudinem suam. In Gene. 1.
te quære, ne forte imago similitudinis * habeat aliquod vestigium trinitatis. Et quæ? *alias ho-
Imago facta longe distans, similitudo tamen, & imago longe distans, non quomodo minis.
imago filius hoc quod pater. Aliter enim imago in filio, aliter in speculo. Multum di
stat, in filio imago tna, tu ipse es. Hoc est enim filius tuus quod tn natura. Substātia
hoc quod tu, persona alius quàm tu. Non ergo homo imago tanquam vnigenitus fi-
lius, sed ad imaginem quandam & quandam similitudinem factus. Quęrat in se ali-
52 quid si possit inuenire, & tria quædam quę separabiliter pronuncientur, inseparabi-
M liter operentur. Quęram, quærite mecum, Non ego in vobis, sed vos in vobis, & ego
in me. Quæramus communiter, & communem naturam atque substantiam commu-
niter pertractemus. Vide homo, aduerte si verum est quod dico. Habesne corpus, ha-
bes carnem? Habeo, inquis, Nam vnde est vnde in loco sum, vnde de loco in locum
moueor, vnde verba loquentis audio, nisi per aurem carnis? Vnde os loquētis video,
nisi per oculos carnis? Habes, constat, nec diu latagendum est de re manifesta. Vide
aliquid aliud quod operatur per carnē. Audis enim aure sed non ab aure audis. Alius
est intus qui audit per aurem. Vide per oculum, ipsum intuere. An domum agnoui-
sti, habitatorem neglexisti. Nunquid nam videt oculus per seipsum? Nonne alius est
qui per oculum? Non dico non uidet oculus mortui, de quo constat corpore habi
tatorem abscessisse: sed oculus de re alia cogitātis non uidet faciem præsentis. Respi
ce ergo interiorem hominem tuum. Ibi enim magis aliqua similitudo quærenda est
quorundam trium separatim demonstratorum inseparabiliter operantium. Quid ha
bet mēs tua? Forte si quęram, multa inuenio. Si aliquid proximum est, quod facilius
intelligitur. Quid habet anima tua? Intus cōmemoro, recole. Non enim quod dictu-
rus sum id posco vt credatur mihi, noli acceptare, si in te non inueneris. Intuere ergo
A sed primo quod non filij tantum imago est, aut patris tantum imago est, sed patris & Gene. 1.
53 filii, & vtique iam consequenter & spiritussancti. Genesis loquitur, Faciamus, inquit, 2.sen.di.15
hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non ergo facit pater sine filio, nec ca. Quocir
filius sine patre. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Facia- ca.
mus, non faciam, aut fac, aut faciat ille, sed faciamus ad imaginē non tuam, aut meā,
sed ad nostram. Ergo interrogo, dissimilem rem dico. Nemo dicat, Ecce quod compa- Memoria
rauit deo. Iam locutus sum, & prælocutus, & cautos reddidi & cautus fui. Longe di- intellectus
stant a summis ima, ab incommutabilibus mutabilia, a creantibus creata, a diuinis Voluntas.
humana. Ecce primo hoc commendo, quia quod dicturus sum longe distat, nemo mi
hi calumnietur. Ne forte ergo & ego aures quæram & ille dētes paret, hoc me promisi
exhibiturum, aliqua tria demonstrata separatim, operantia inseparabiliter. Quam
sint ista similia vel dissimilia trinitati omnipotenti non nunc ago, sed in ipsa creatu-
ra ima & mutabili inuenimus aliqua tria, quæ possint separabiliter demonstrari, &
inseparabiliter operari. O carnalis cogitatio, & conscientia pertinax atque infidelis.
Quid de illa maiestate ineffabili in ea re dubitas, quam in te inuenire potuisti? Ecce
dico, ecce interrogo. Homo habes memoriam? Si non habes, quod dixi quomodo te-
53 nuisti? Sed forte iam quod pauloante dixi oblitus es. Hoc ipsum qđ dico, dixi, duas
B istas syllabas non teneres, nisi per memoriam. Vnde enim scires duas esse, si sonante
secunda oblitus es primam? Quid ergo diutius immoror? Quare sic urgeor? Quare
sic cogor conuincere? Manifestum est, habes memoriam. Quæro aliud, Habes intelle-

ctum? Habeo, inquis: Si enim non haberes memoriam, non teneres quod dixi. Si non haberes intellectum, non agnosceres quod tenuisti. Habes & hoc. Intellectum tuum ad id quod intus tenes reuocas & vides, & videndo formaris vt sciens dicaris. Tertiũ quæro, Habes memoriam qua teneas quod dicitur, habes intellectum, quo intelligas quod tenetur: De his duobus requiro abs te volens tenuisti & intellexisti? Volẽs, plane inquis. Habes ergo voluntatem. Hæc sunt tria quæ me dicturum esse promiseram auribus & mentibus vestris, tria hæc quæ sunt in te, quæ potes numerare & non potes separare. Hęc ergo tria, memoriam, intellectum voluntatem, hęc, inquam, tria animaduerte separatim pronuntiari, inseparabiliter operari. Aderit dominus, & video quod adsit. Ex intellectu vestro intelligo eum adesse. Ex his enim vocibus vestris quemadmodum intellexeritis aduerto, præsumo eum adiuturum vt omnia intelligatis. Tria promisi separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Ecce nescieban quid esset in animo tuo, demonstrasti mihi dicendo memoriam, hoc est, verbum sonus iste, vox ista processit ad aures meas ab animo tuo. Hoc enim quod est memoria tacite cogitabas, & non dicebas. Erat in te, & nondum venerat ad me. Vt autem quod erat in te proferretur ad me, dixisti ipsum nomen, i, memoria, audiui. Quatuor has syllabas in nomine memoriæ audiui, Quatuor syllabarum nomen est, sonuit, ad aurem meam processit, menti aliquid insinuauit. Quod sonuit transiit, vnde insinuatum est manet. Sed hoc quæro, quando dixisti hoc nomen memoriæ, vides certe, quia hoc nomen non pertinet nisi ad memoriam. Cætera enim duo habent nomina sua. Nanque aliud vocatur intellectus, aliud voluntas, non memoria. Illud autẽ vnũ vocatur memoria. Sed vt hoc diceres, vt quatuor istas syllabas operareris, vnde operatus es? Hoc nomen quod pertinet ad solam memoriam operata est in te & memoria, vt teneres quod dicebas, & intellectus vt scires quod tenebas, & voluntas vt proferres quod sciebas. Gratias domino deo nostro. Audiuit nos, & in vobis & in nobis. Vere dico charitati vestræ, hoc discutiendum & insinuandum trepidissime aggressus eram. Metuebam enim ne forte lętificarem capacium ingenium, & facerem graue rardioribus tædium. Nunc autem video vos & attentione audiendi, & celeritate intelligendi, non solum percepisse dictum, sed præuolasse me dicturum. Gratias domino. Videte ergo, iam securus commendo quod intellexistis, non inculco incognitum, sed repetens commendo perceptum. Ecce de tribus illis vna res nominata est, vnius rei nomen dictum est. Memoria nomen est vnius ex illis tribus, [Et tamen nomen vnius ex illis tribus] tria ipsa operata sunt. Non potest dici sola memoria nisi operante voluntate, intellectu, memoria. Non potest dici solus intellectus, nisi operante memoria, voluntate & intellectu. Nec potest dici sola voluntas, nisi operãte memoria & intellectu & voluntate. Explicata sunt, vt arbitror, quæ promissa sunt, quod separatim pronuntiaui, inseparabiliter cogitaui. Vnum horum omnium tria fecerunt, sed tamẽ hoc vnum quod tria fecerunt, non ad tria pertinet, sed id vnũ tria fecerunt. Nomen memoria est, sed hoc non pertinet nisi ad solam memoriam. Tria fecerunt nomen intellectus, sed non pertinet nisi ad solum intellectum. Tria fecerunt nomen voluntatis, sed non pertinet nisi ad solam voluntatem. Ita trinitas fecit carnem Christi, sed non pertinet nisi ad solum Christum. Trinitas fecit de cœlo columbam, sed non pertinet nisi ad solum spiritum sanctum. Trinitas fecit de cœlo vocem, sed non pertinet vox nisi ad solum patrem. Nemo ergo dicat mihi, nemo calumniosus me infirmum vrgere conetur. Quid ergo in his tribus quę in mente nostra vel in anima esse, ostendidisti, quid ex his tribus pertinet ad patrem, id est, quasi ad similitudinem patris, quid horum ad filiũ, quid horum ad spiritumsanctũ? Non possum dicere, non possum explicare. Aliquid & cogitantibus relinquamus, aliquid & silentio largiamur. Redi ad te, ab omni strepitu tolle te. Intra te vide, si habes illic aliquid secretariũ dulce conscientiæ tuæ, vbi non perstrepas, vbi non litiges, aut lites pares, vbi nõ dissensiones & pernicaciam mediteris. Esto mansuetus ad audiendũ verbũ vt intelligas. Forte dicturus es, Auditui meo dabis exultationẽ & lętitiã, & exultabũt ossa, sed humiliata nõ elata. sufficit ergo quia ostendimus tria quædam separabiliter demonstrari, inseparabiliter operari. Si hoc in te inuenisti, si hoc in homine, si hoc in quadam persona in terra ambulante, corpus fragile quod aggrauat animam apportante, crede patrem

Psal. 50.

& filium & spiritum sanctum per singula quæque visibilia, per species quasdam assumptæ creaturæ posse & separabiliter demonstrari & inseparabiliter operari. Sufficit hoc. Non dico, Pater memoria est, filius intellectus est, spiritus voluntas est, non dico quomodolibet intelligatur, non audeo. Seruemus maiora capientibus, infirmis infirmi quod possumus. Non dico ista illi trinitati velut ęquanda, quasi ad analogiã, id est, ad rationem quandam comparationis dirigenda. Non hoc dico, sed quid dico? Ecce in te inueni tria separabiliter demonstrata, inseparabiliter operata, & eorum trium vnumquodque nomen a tribus factum, quod tamen non ad tria, sed ad trium horum vnum aliquod pertinet. Crede iam ibi quod non potes videre, si hic audisti & vidisti & tenuisti. In te enim quod est potes nosse, in eo qui te fecit quod est, quicquid est, quando potes nosse? Et si poteris, nondum potes, Et tamen cum poteris, nunquid sic poteris tu nosse deum, quomodo se nouit deus? Sufficiat ergo charitati vestræ, quod potuimus, diximus. Exigentibus promissa reddidimus, cætera quę addenda sunt, vt perficiatur sensus vester, a domino quærite.

De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Amen dico vobis quia venit hora & nunc est quando mortui audient vocem filij dei & qui audierint viuent: Ioan. 5.

Sermo LXIIII.

SPes nostra, fratres, non de isto tempore, neq; de hoc mundo, neq; in ea fœlicitate qua excęcantur & homines qui obliuiscuntur deum. Hoc nosse primitus & christianos corde tenere debemus, non ad præsentis temporis bona nos factos esse christianos, sed ad nescio quid aliud quod deus iam promittit & homo nondum capit. De hoc enim bono dictum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quę præparauit deus diligentibus se. Ergo quia hoc bonum tam magnum, tam prędarum, tam ineffabile, non inuenit hominem perceptorem, tenebit deum promissorem. Nunc enim quod ei promissum est, homo cæcus corde non percipit, nec ei potest ostendi in præsenti, quid ipse cui promittitur sit futurus; quia & infans natus si possit verba loquentis intelligere, cum ipse loqui non possit, nec ambulare, nec aliquid agere, sed sicut eum videmus infirmum, iacentem, indignũ opis alię tãtummodo intelligere possit eum qui sibi loqueretur & diceret ei, Ecce sicut me vides ambulantem, operantem, loquentem, post paucos annos talis eris: attendens se & illum, quanuis quòd promitteretur videret, tamen suam considerans infirmitatẽ, non crederet, & videret tamen quod promittebatur. Nobis autem tanquam infantibus in hac carne atque infirmitate iacentibus, & magnum est quod promittitur & nõ videtur, & erigitur fides qua credimus quod non videmus, vt mereamur videre quod credimus. Quicunque irridet hanc fidem, vt ideo putet non sibi esse credendum quia non videt, quando venerit quod non credebat erubescit, confusus separatus damnatur. Qui autem crediderit segregatur ad dexteram, & stabit cum magna fiducia & lætitia, inter illos quibus dicetur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Concluśit autem dominus cum hęc verba dicret sic, Ibunt isti in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Hæc est vita æterna quæ nobis promittitur. Quia amant homines viuere in hac terra, promissa est illis vita, & quia multum timent mori, promissa est illis ęterna. Quid amas, viuere? Hoc habebis. Quid times, mori? Non patieris. Hoc sufficere visum est humanæ infirmitati, vt diceretur, habebis vitam ęternam. Capit hoc mens humana, vtcunque ex hoc quod agit quod futurum est capit. Sed quantum capit ex hoc paruo quod agit, quia viuit & mori non vult, amat vitam æternam, vult semper viuere nunquã mori. Sed & illi qui torquebuntur in pœnis, velle habent mori & non possunt. Non ergo magnum est diu viuere aut semper viuere, sed magnum est beate uiuere. Amemus vitam æternam, & ex eo nouerimus quantum pro vita æterna laborare debemus, cum videmus homines amatores præsentis vitæ temporalis atque finiendę sic pro illa laborare, vt quando venerit metus mortis, quicquid possunt faciant, non vt auferant, sed vt differant mortem. Quantum laborat homo quando mors imminet, fugiendo, latendo, quicquid habet dando & se redimendo, laborando, cruciatus molestiasq; sustinendo, medicos adhibendo, & quicquid aliud homo potest. Videte quãm consumptis laboribus & facultatibus suis, vt aliquantum viuat po-

1. Cor. 1.

Matt. 25.

teſt facere,vt ſemper viuat non poteſt.Si ergo laborè tanto, tanto conatu, tantis impendiis,tanta inſtantia,tanta vigilantia,tanta cura agitur vt aliquantum plus viuatur,quomodo agendum eſt vt ſemper viuatur? Et ſi prudentes dicuntur qui omnibus modis agunt vt differant mortem & viuant paucos dies ne perdant paucos dies, quam ſtulti ſunt qui ſic viuunt vt perdant diem æternum? Hoc ſolũ ergo nobis promitti poteſt,vt dulceſcat nobis vtcunq; munus dei ex hoc quod habemus modo,quamdiu munere ipſius habemus vt viuamus,vt ſalui ſimus.Ponamus ergo nobis ante oculos talem vitam cum promittitur æterna,vt remoueamus ab illa quicquid hic moleſtum patimur.Facilius enim inuenimus quid ibi non ſit,q̃ quid ibi ſit.Ecce hic viuimus,viuemus & ibi:Salui ſumus quando non ægrotamus,neq; aliquid dolet in corpore,ſalui erimus & ibi.Et quando nobis eſt bene in hac vita,nullas pœnas patimur, nullas patiemur & ibi.Pone ergo hic hominem viuentem ſaluum, nullas pœnas patientem,ſi ei donaret quiſquam vt ſemp ſic eſſet, & hoc bonũ non deſineret,quantũ gauderet,extolleretur,quomodo ſe non caperet lætitia ſine pœna, ſine cruciatu,ſine fine vitæ?Si hoc ſolum nobis promitteret deus,quod dixi modo,quibus potui verbis deſcripſi & commendaui,quanti erat emendum ſi venale eſſet, quantum dandũ erat vt emeretur?Sufficeret quicquid haberes, etiam ſi totum mundum poſſideres:Et tamen venale eſt:Eme ſi vis.Nec multum exæſtues de re magna propter pretii magnitudinem.Tantum valet,quantum habes.Ad aliquid ergo magnum & pretioſum cõparandum comparares aurum & argentum vel pecuniam vel fructus aliquos peco-
rum aut frugum qui in tua poſſeſsione naſcerentur,vt emeres neſcio quid hoc magnum & præclarum, quo viueres in hac terra fœlix. Et hoc eme ſi vis.Noli quærere quid habeas,ſed qualis ſis.Res iſta tanti valet,quantum es tu.Te da & habebis illam. Quid exæſtuas?quid turbaris?Nunquid quæſiturus es te,aut empturus es te? Ecce tu qui es,qualis es,da te illi rei, & habebis illam.Sed malus ſum, inquies,& forte me non accipit.Dando te illi,bonus eris.Vt huic fidei promiſsionique te des,hoc eſt bonũ eſſe.Cum autem bonus fueris,pretium ipſius rei eris,& habebis,non hoc dixi,ſolum ſalutem,incolumitatem,vitam,& ſine fine vitam, non hoc ſolum habebis:adhuc talia tollo,Non ibi erit laſſari & dormire,nõ ibi erit eſurire & ſitire,non ibi erit creſcere & ſeneſcere,quia nec naſci erit,vbi numeri integri manent.Numerus qui eſt ipſe eſt, nec opus eſt vt augeatur,quia non ibi fit vt minuatur:Ecce quanta tuli,& non dum dixi quid ibi erit,ecce iam vita eſt,iam incolumitas eſt, iam nulla pœna,nulla fames nulla ſitis, nullus defectus,nihil horũ,& tñ nondũ dixi,qđ oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit;ſi enim dixi, falſum eſt quod ſcriptum eſt,
1. Cor.2. Quod oculus non vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit. Vnde enim aſcenderet in cor meum,vt dicerem,quod in cor hominis non aſcendit? Creditur & non videtur,non ſolum non vtdetur,ſed nec dicitur. Quomodo ergo creditur ſi non dicitur? Quis credit quod non audit? Si autem audit aut credit,dicitur:ſi dicitur,cogitatur:ſi cogitatur & dicitur,& in auribus hominum intrat.Et quia non diceretur,nili cogitaretur,& in cor hominis aſcendit.Iam ecce iſta quæſtio tantę rei cõturbat nos, vt non poſsimus verbis explicare quæſtionem:Quis explicat rem?Attendamus itaque Euangelium,modo dominus loquebatur,& faciamus quod ipſe dixit,
Ioan.5. Qui credit in me,inquit,tranſitum facit a morte in vitam, [& in iudicium non veniet.] Amẽ dico vobis:quia venit hora & nunc eſt,quando mortui audient vocem filii dei, & cũ audierint viuent.Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo,) Generãdo dedit:quia genuit,dedit.Filius enim de patre eſt,patẽr non eſt de filio, ſed pater filii pater eſt,& filius patris eſt filius.Veruntamen filius de patre genitus,non pater de filio,& ſemper filius:Semper ergo genitus.Quis hoc capiat,ſemper genitum? Omnis enim hõ cum audit genitum,occurrit illi,Ergo erat tempus,quando nou erat iſte qui genitus eſt.
Ioan.1. Quid ergo dicimus?non ſic erat tẽpus ante filium,quia omnia per ipſum facta ſunt, Si omnia per ipſum facta ſunt,& tempora per ipſum facta ſunt: Quomodo poſſent eſſe tempora ante filium, per quem facta ſunt tempora? Tolle ergo omnia tempora, ſemper cum patre filius.Si ſemper cum patre filius, & tamen filius ſemper genitus.Si ſemper genitus,ſemper cum genitore erat qui genitus eſt. Nunquam hoc vidi,inquies tu,aliquem generantem & ſemper cum illo, quem generauit:ſed præceſsit ille qui

qui generauit,& ſecutus eſt tempore ille qui generatus eſt. Bene dicis,nunquam hoc vidi, quia hoc ad illud pertinet quod oculus non vidit. Quæris quomodo dicatur; 1.Cor.2.
non poteſt dici,quia nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Credatur & colatur. Cum creditur, colitur: cum colitur creditur, cum creditur capitur. Adhuc enim in iſta carne quandiu peregrinamur a domino,ad angelos ſanctos qui hoc vident infantes ſumus,lactandi fide,paſcendi ſpecie.ſic enim dicit Apoſtolus, Quãdiu ſumus 2.Cor.5.
in corpore,peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus non per ſpeciem. Venturi ſumus ad ſpeciem,quæ nobis ſic promittitur per Ioannem in epiſtola eius, Dilectiſsimi, filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Filij dei ſumus iam 1.Ioan.3.
per gratiam,per fidem,per ſacramentum, per ſanguinem Chriſti,per redemptionem ſaluatoris,filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit ei ſimiles erimus,quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Ecce ad quod nutrimur
capiendum,ecce ad quod nutrimur percipiendum,comedendum, vt tamen quod comeditur non minuatur,& qui comedit vegetetur.Non modo cibus vegetat comedẽdo, ſed minuitur cibus qui comeditur. Quando autem cœperimus comedere iuſtitiam,comedere ſapientiam, comedere illum immortalem cibum, & nos vegetamur, & cibus non minuitur.Si enim nouit oculus paſci luce,nec tamen minuit lucem:non enim minor erit lux, quia videtur a pluribus, plurium oculos paſcit, & tamen tanta eſt quanta erat,& illi paſcuntur & illa non minuitur. Si deus dedit hoc luci quam ſecit ad oculos carnis, quod eſt ipſe lux ad oculos cordis? Si ergo laudaretur tibi aliquis cibus magnus quem prãſurus eſſes,parares ventrem: Laudatur tibi deus, paramentem: ecce quid tibi dicit dominus tuus, Veniet hora,inquit,& nunc eſt. Veniet hora,& ipſa hora nunc eſt.Quando,quid?Quando mortui audient vocem filij dei,& qui audierint,uiuent. Qui ergo non audierint non uiuent. Quid eſt,qui audierint? Qui obedierint.Quid eſt q̃ audierint? Qui crediderint & obtemperauerint, ipſi uiuent. Ergo antequàm crederent & obedirent mortui iacebant,& ambulabant & mortui erant.Quid ualebat qui ambulabant mortui? Et tamen ſiquis inter illos morere
tur corpore,currerẽt, ſepulcrum pararent,inuoluerent, portarent, ſepelirent mortui mortuum:de quibus dictum eſt, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Tales mortui Matt.8.
ſic ſuſcitantur uerbo dei,ut uiuant in fide.Qui mortui erant in infidelitate uerbo excitantur:de ipſa hora dicit dominus, Veniet hora & nunc eſt. Verbo enim ſuo ſuſcitabat mortuos infideles:de quibus dicit Apoſtolus, Surge qui dormis, & exurge a mortuis,& illuminabit te Chriſtus. Hæc reſurrectio mentium eſt, hæc reſurrectio inte- Ephe.5.
rioris hominis eſt,hæc reſurrectio animæ eſt. Sed non iſta ſola eſt, reſtat & corporis: Qui reſurgit in anima, bono ſuo reſurgit in corpore.Non enim omnes reſurgunt in anima,omnes reſurrecturi ſunt in corpore. In anima,inquam,non omnes reſurgũt, ſed qui credunt & obediunt, quia qui audierint, uiuent: ſicut autem ait Apoſtolus, Non omnium eſt fides. Si ergo non omnium eſt fides, non omnes reſurgunt in ani- 2.Theſ.3.
ma.Cum uenerit hora reſurrectionis corporis,omnes reſurgent: Boni ſint,mali ſint, omnes reſurgent.Sed qui prius reſurgit in anima,bono ſuo reſurgit in corpore: Qui non reſurgit in anima,malo ſuo reſurgit in corpore. Qui reſurgit in anima, reſurgit in corpore ad uitam.Qui nõ reſurgit in anima, reſurgit in corpore ad pœnam. Quia ergo dominus conimendauit nobis reſurrectionem iſtam animarum, ad quam omnes debemus feſtinare, in qua laborare ut uiuamus & uiuendo uſq; ad finem perſeueremus,reſtabat ut commendaret nobis etiam reſurrectionem corporum quæ futura eſt in fine ſeculi.Sed audite quomodo & ipſam commendauit, cum dixiſſet,Amen dico uobis,quia ueniet hora & nunc eſt quando mortui, id eſt, infideles audient uocem filij dei,id eſt,Euangelium: & qui audierint,id eſt,qui obedierint,uiuent; id eſt, iuſtificabuntur,& infideles iam non erunt:cum ergo dixiſſet, quoniam uidit docendos nos eſſe & de reſurrectione carnis non ſic relinquendos,ſecutus eſt & ait.Sicut nam habet pater uitam in ſemetipſo,ſic dedit & filio habere uitam in ſemetipſo:hoc ad ſuſcitandas mentes,hoc ad uiuificandas mentes deinde adiecit, Et poteſtatem dedit ei Ioan.5.
facere iudiciũ,quoniam filius hominis eſt.) Iſte filius dei,filius hominis eſt. Etenim ſi filius dei filius dei maneret,& filius hominis non fieret,filios hominum non liberaret. Ipſe qui fecerat hominem, factus eſt quod fecit,ne periret quod fecit. Sic autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

factus est homo, vt maneret filius dei. Factus est homo suscipiendo quod non erat, non perdendo quod erat. Manens deus, factus est homo. Accepit te, non consumptus est in te. Talis ergo ad nos venit, filius dei filius hominis, faciens, & factus, creator & creatus: creator matris, creatus ex matre. Talis ad nos venit. Secundum id quod filius dei est, ait, Veniet hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei. Non dixit filij hominis. Veritatem enim commendabat, in qua æqualis est patri. Et qui audierint viuent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso. Non participando, sed in semetipso. Nos enim non habemus vitam in nobilipsis, sed in deo nostro. Ille autem pater vitam in semetipso habet, & talem genuit filium qui haberet vitam in semetipso. Non fieres vitę particeps, si ipse vita non esset cuius nos vitæ participes essemus: Planè ut haberet vitam in semetipso, & esset ipse vita. Vt autem fieret filius hominis esse a nobis accepit. De suo filius dei, de nostro filius hominis, Quod minus est, a nobis suscepit: quod plus est, nobis dedit. Nam & mortuus est ex illo quo filius hominis, non secundum illud quod filius dei. Mortuus est tamen filius dei, sed secundum carnem mortuus, non secundum verbum quod caro factum est, & habitauit in uobis. Ergo quod est mortuus, de nostro mortuus est. Quod viuimus, de ipsius viuimus. Nec ille potuit mori de suo, nec nos viuere de nostro. Hoc ergo tam quàm deus, tanquàm vnigenitus, tanquàm generanti æqualis, commendauit nobis dominus Iesus, quod si audierimus viuemus. Sed & potestatem, inquit, dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Ergo ad iudicium illa forma ventura est. Forma hominis ventura est ad iudicium ideo ait, Potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Iudex hic erit filius hominis, forma illa hic iudicabit quæ iudicata est. Audite & intelligite: iam hoc Propheta dixerat, Videbunt in quem pupugerunt. Ipsam formam videbunt qua lancea percusserunt. Sedebit iudex, qui steterit sub iudice. Damnabit veros reos, qui factus est falsus reus. Ipse veniet, forma illa veniet. Hoc & in Euangelio habes, Cum ante oculos discipulorum suorum iret in cœlum, stabant illi & attendebant, & sonuit vox angelica, Viri Galilęi quid statis &c. Hic Iesus sic veniet, quomodo vidistis euntem in cœlum. Quid est, sic veniet? In ipsa forma veniet. Potestatem enim dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. Videte autem qua ratione hoc oportebat, & hoc rectum erat vt iudicandi viderent iudicem. Iudicandi autem erant & boni & mali. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Restabat vt in iudicio forma serui & bonis & malis ostenderetur, forma dei solis bonis seruaretur. Quid enim accepturi sunt boni? Ecce iam dico quod pauloante non dixi, & tamen dicendo non dico. Dixi enim quia erimus illic salui, erimus incolumes, erimus viuentes, erimus sine pœnis, erimus sine fame & siti, erimus sine defectu, erimus sine orbitate oculorum nostrorum. Totum hoc dixi, & quid habebimus plus? Nondum dixi, Videbimus deum. Hoc autem tantum erit & tanta res erit, vt in eius comparatione nihil sit totum. Dixi quòd viuentes erimus, quòd salui & incolumes, quòd famem sitimq; non patiemur, quòd in lassitudine non cadimus, quòd somnus non nos premit. Totum hoc quid est ad illam fœlicitatem qua deum videbimus? Quia ergo deus ipse vt est, modo ostendi non potest, quem tamen videbimus, ideo quod oculus non vidit, nec auris audiuit, hoc videbunt boni, hoc videbunt pij, hoc videbunt misericordes, videbunt fideles, hanc videbunt bonam sortem in resurrectione corporis, qui habuerunt bonam obedientiam in resurrectione cordis. Ergo & malus deum visurus est: de quo dicit Esaias, Tollatur impius ne videat gloriam dei. Ergo & pij & impij videbunt formam dei, & cum fuerit dicta sententia tolletur impius ne videat claritatem dei, restat vt circa pios & bonos impleatur quod dominus ipse promisit cum hic in carne esset, & videretur non solum a bonis, sed etiam a malis. Loquebatur inter bonos & malos, & conspicuus omnibus, deus occultus, homo manifestus, deus regens homines, homo apparens inter homines loquebatur: ergo inter illos & dicebat, Qui diligit me mandata mea custodit, & qui diligit me diligetur a patre meo & ego diligam eum. Et quasi diceretur illi, & quid ei dabis? Et ostendam me ipsum illi. Quando hoc dixit? Quando ab hominibus videbatur. Quando hoc dixit? Quando & ab eis videbatur, a quibus non diligebatur. Quomodo ergo se ostensurus erat dilectoribus suis, nisi quia talem quàm non videbant dilectores sui? Ergo quæ forma dei seruabatur forma hominis ostendebatur. Per formam hominis hominibus loquens, conspicuus & visibilis & bonis & malis omnibus ostendebat se, dilectoribus suis seruabat se. Quando se demonstraturus est dilectoribus suis? Post resurrectionem corporis quando tolletur impius ne videat claritatem dei. Tunc enim cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ipse est via æterna: Nam totum quicquid dicebamus, nihil est ad illam vitam qua viuimus quidem qui salui sumus, quia videbimus deum magnum. Ipse est vita æterna: ipse hoc dicit, Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te vnum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Hęc est vita æterna, vt cognoscant, videant, capiant, norint quod crediderant, percipiant quod nondum capere poterant. Iam videat mens, quod oculus non viderat, nec auris audierat, nec in cor hominis ascenderat: hoc illis dicetur in fine, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi. Ibunt ergo illi mali in combustionem ęternam. Iusti autem quo? In vitam æternam. Quid est vita æterna? Hęc est vita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Loquens ergo de futura resurrectione corporis, & non suos dimittens, ait, Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia uenient hora.) Ibi non addidit, Et nunc est, quia ista hora postea erit, quia ista hora nouissima erit, in nouissima tuba erit. Nolite mirari quia hoc dixi, Dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari: Ideo dixi. Quia hominem ab hominibus oportet iudicari. Quibus hominibus iudicatis, quos inuenerit uiuos non solum: Sed quid? Veniet hora quando hi qui sunt in monumentis, quorum iacent sepulta cadauera, quorum fauillæ sunt tectæ, quorum ossa dispersa sunt quorum caro iam non est, & tamen deo integra est? Veniet hora quando omnes qui sunt in monumentis audient uocem eius, & prodient omnes. Boni sint, mali sint, audient uocem & exient. Rumpuntur omnia uincula inferorum, omne quod perijt, imò perijsse putatur restituetur. Si enim deus fecit hominem qui non erat, non reparare potest quod erat? Puto quia cum dicitur, Deus mortuos suscitaturus est, non res incredibilis dicitur, quia de deo non homine dicitur. Magna res est quæ fiet, & incredibilis res est quæ fiet, sed non incredibilis, quia uide qui facit. Ille dicitur qꝺ suscitabit te qui creauit te. Non eras & es, & factus non eris? Absit, ne credas. Mirabilius aliquid fecit deus quando fecit quod non erat, & non creditur reparaturus quod erat, ab eis ipsis quos fecit quod non erant? Hoc est quod rependimus deo, qui non eramus, & facti sumus? Hoc illi rependimus, ut eum resuscitare quod fecit, non posse credamus? Hęc est merces quam illi reddit creatura sua? Ideo te feci dicit tibi deus o homo antequàm esses, ut non mihi credas futurum te esse qui eras, qui potuisti esse quod non eras? Sed ecce, inquit, in sepulcro quod uideo fauilla est, cinis est, ossa sunt, & hoc item accipiet uitam, cutem, pulpas, carnem, & resurget? Quid fauilla ista quę uideo in sepulcro: Vel in sepulcro uides fauillam, uides ossa, in utero matris tuæ nihil erat. Hoc uides, uel fauilla sunt uel ossa sunt, tu antequam esses nec fauilla erat, nec ossa erant, & tamen factus es, cum omnino non esses, & non credis quia ossa ista quoquo modo sunt, qualiacunque sunt, sunt tamen, recipient formam quam habebant, cum tu acceperis quod non habebas. Crede, quia si credideris hoc, tunc suscitabitur anima tua. Et sic suscitabitur, anima tua, tunc uenier hora & nunc est. Tunc bono tuo resurget caro tua, quando ueniet hora, ut omnes qui sunt in monumentis audiant uocem eius & procedant. Non enim quia audis & prodis, iam gaudere debes: audi quod sequitur, Qui bona egerunt in resurrectione uitæ, qui autem mala egerunt in resurrectionem iudicij.) Conuersi ad dominum, &c.

Ioan. 1.
4. sen. dist. 48. cap. 3.
Ioan. 5.
Zach. 12. & Ioā. 19.
Acto. 1.
Matt. 5.
2. Cor. 2.
Ioan. 14.
54 G
54 L
54 M
55 A

1. Ioan. 3
Ioan. 7.
1. Cor. 2.
Mat. 25.
Ioan. 17.
I oan. 5.

Libri sermonum de uerbis domini, Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Líber Sermonum de verbis Apostoli.

De indiuidua trinitate & inseparabili vnitate, Arrhianorumq; confutatione ac fidelium populorum de fide catholica confirmatione: Sermo I.

SANCTA & diuina eloquia, fratres, iugiter, immo quotidie nobis salubriter recitantur, vt animæ nostræ pascantur: in futuro autem seculo æternis epulis saginentur, dicente Propheta, Satiabor dum manifestabitur gloria tua. Qualis sit autem hæc gloria futura, & quibus diuitiis floreat, quantoq; splendore præfulgeat, laudare possumus, explicare nō possumus. Quare? Quia legimus, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit deus diligentibus se. Si igitur tanta & talia sunt bona æterna cœlestia quæ dominus oipotens præparauit sanctis suis catholicis & fidelibus populis, quid est ipse deus qui talia & tanta præparauit? Quid est, inquā, ops deus? Quid nisi inæstimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, vltra omnia, extra omnia, præter omnia? Oēm n. creaturam suam excepit, oēm factūrā præterit, vniuersa pcellit. Si n. quēras magnitudinem, maior est, si pulcritudinem, pulcrior, si dulcedinē, dulcior, si splendorem, fulgidior, si iustitiā, iustior, si fortitudinē, fortior, si pietatem, clementior. Nulla n. ratio patitur, vt vel factura factori suo æquetur, vel opus artifici cōparetur, sicut legitur in Propheta, Qui fecit fortia, fortior est, & q fecit pulcra pulcrior illis est. Sic autē huius vnicæ deitatis pcelsa insignia p̄dicamus, vt tn̄ non sicut Iudæi, sed sicut xp̄iani, trinitatis diuina mysteria pariter fateamur. Sicut n. ops & ineffabilis pater est ita ops & incōprehensibilis filius, ita etiā spiritussanctus in patre & filio indiscrete cōnexus, ineffabilis atq; imensus est. Pater n. & filius & spiritussanctus, vnus oipotens deus, vnus in trinitate, vnus in ptāte, vnita trinitas, sempiterna maiestas, vnū potens per oia, & trinitas in vnitate & vnitas in trinitate consistit, sed nec trinitas diuiditur, nec vnitas separatur. Hac igitur catholica, fide armati atque instructi, charissimi, nefandos Arrhianos hæreticos qui se hoc tpe impie iactitāt, & multos xp̄ianos nostros seducendo corrūpunt atq; decipiunt, breuiter percontemur, quō orant dēm, qui sentiunt contra dēm. Rīdent nobis dicentes, Oramus dēm vtiq; in trinitate, sed vt legimus patrē maiorē, filium minorē, spiritumsanctū inferiorē, quia ipse Christus dicit, Pater maior me est. His respondemus, Sic, inquam, oratis & colitis deum? Sic plane, sic legimus, sic colimus, sic oramus. Ad hos dicimus, Si ergo ita deum colitis & oratis, hoc non est deum magnū vnum colere & rogare, sed tres deos facere: & vbi est quod in lege diuina legitur? Audi Israel, dns deus tuus deus vn' est. Et iterū alibi, ait, Dēm deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Si n. aliud est pater, aliud filius, aliud spiritussanctus, iam non est vna trinitas, sed diuisa potestas. Quō autem discrepans potestas stare pōt? Iuxta Euangeliū legimus, Domus in semetipsa diuisa vel regnū, stare nō potest. Quō aūt diuinitas a semetipsa discernitur, cum lucis splendor aut solis calor nullatenus separatur? Ecce n. sic vt videmus, in sole tria sunt, & separari non possunt. Quæ autem tria sunt videamus, Cursus, splendor & calor. Videmus enim solem in cœlo currentem, fulgentem, calentem. Diuide ergo, si potes, Arrhiane solem, & tum demum diuide trinitatem. Sed fortasis de sole discernendo difficilis est ratio, quia in cœlo est, & a nobis longe positus est. Ecce aliud proponimus elementū quod minus est, & in terra nobiscū est, Ignem dico qui in manibus nostris habetur, & tn̄ non diuiditur. Et ignis. n. tria habet, & diuidi non potest, hoc est, motum, lucem & feruorem. Si igitur nefande hęretice diuidere non potes creatum solem & ignem, quomodo potes diuidere deum omnium creatorem? Audi autem & discе hanc magnam

Psal. 16.
Esai. 64.
Sapi. 13.
Ioan. 14.
Deute. 6.
Mat. 12.
In sole tria sunt inseparabilia.
In igne tria inseparabilia.

gnam & vnicam trinitatem ab exordio generit humani fuisse ostensam. Audi in lege & in Prophetis, in Psalmis & in Euangelio. Audi in Apostolo proculdubio declaratam. Audi, inquam in Genesi, Fecit deus hominem ad imaginem dei, Vt simul ostenderet inseparabilem trinitatem, ait in eo libro, Et spiritus dei ferebatur sup aquas. Audi Prophetam dicentem ex persona Christi, Spiritus domini super me propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me. Audi in Psalmis, Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum Et iterum, Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Audi hoc idem in Euangelio confirmatum. Dominus Christus Apostolis dicit, Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra, Euntes baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritussancti. Audi Apostolum, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quā inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & reddetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Si igitur tam veteribus quām nouis scripturis satis aperteq; probatum est diuinam vnitatem, trinitatem inseparabilem, spretis penitus hæreticis secundum Apostolū, Hæreticum post vnam correptionem deuita, iam fideles nostros populos de ipsa fide catholica confirmemus. Nullæ quippe sunt maiores diuitiæ, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior substantia, quam est fides catholica, quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, cathecumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, virgines, viduas & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, regnis cœlestibus præparat, in æterna hæreditate cum angelis sanctis communicat. Sicut ipse dominus promittendo confirmat, In resurrectione neque nubunt, neque vxores ducunt, sed erunt æquales angelis dei, per Christum dominum nostrum, qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

Gene. 1.
Esai. 61.
Psal. 32.
Psal. 50.
Matt. 28.
Rom. 11.
ad Tim. 3.
Psal. 22.

De corpore & sanguine domini Iesu Christi, & de humilitate tenenda arrogantiaq; vitanda. Sermo II.

AVdiuimus veracem magistrum, diuinum redemptorem, humanū saluatorem commendantem nobis pretium nostrum sanguinem suū. Locutus est enim nobis de corpore & sanguine suo, quod corpus dixit escam, sanguinem potum, sacramentū fidelium Agnoscunt fideles. Audientes autem quid aliud quam vitam audiūt? Cum ergo commendans, talem escam, & talem potum diceret, Nisi manducaueritis carnē meam & biberitis sanguinem meum, non habetis uitam in vobis: & hoc diceret de vita: quis alius quam ipsa vita? erit autem illi homini mors non vita, qui mendacem putauerit vitam: scandalizati sunt discipuli eius, non quidem omnes, sed plurimi, dicentes apud semetipsos, Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Cum autē hoc dominus apud semetipsum cognouisset, & murmur ac cogitationes audisset, cogitantibus nec sonantibus voce respondit, vt se auditos esse cognoscerent, & talia cogitare desinerent. Quid ergo respondit? Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius. Quid sibi vult, hoc vos scandalizat? Putastis quia de hoc corpore quod videtis partes facturus sum, & membra mea concisurus & vobis daturus? Quid si ergo videritis filiū hominis ascendentem vbi erat prius: Certe qui integer ascendere potuit, consumi non potuit. Ergo & de corpore ac de sanguine suo dedit nobis salubrem refectionem, & tam magnam breuiter soluit de sua integritate quæstionem. Manducent ergo qui manducant, & bibant q bibunt, esuriant & sitiant, vitam manducent, vitam bibant. Illud manducare refici est, sed sic reficeris, vt non deficiat vnde reficeris. Illud bibere quid est nisi viuere? Manduca vitam, bibe vitam, habebis vitam, & integra est vita. Tunc autem hoc erit, id est, vita vnicuique erit corpus & sanguis Christi: si quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritaliter manducetur, spiritaliter bibatur. Audiumus enim ipsum dominum dicentem, Spiritus est qui viuificat, caro autem non potest quicquam. Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & vita sunt, Sed sunt, inquit quidam qui non credunt, ipsi dicebant, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Durus est, sed duris, id est, incredibilis, sed incrudelis. Sed vt doceret nos etiam ipsum credere doni esse non meriti,

Ioan. 6.
Ioan. 6.
Ioan. 6.
Ioan. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibidem. Sicut,inquit,dixi vobis,nemo venit ad me nisi cui datum fuerit a patre meo. Vbi autem hoc dominus dixerit,si superiora Euangelii recolamus, inueniemus eum dixisse,Nemo venit ad me,nisi pater qui misit me traxerit eum. Non dixit,duxerit,sed traxerit. Ista violentia cordi fit non carni, Quid ergo miraris? Crede & venis, ama & traheris. Ne arbitreris istam asperam molestamq; violentiam,dulcis est,suauis est,ipsa suauitas te trahit. Nonne ouis trahitur,cum esurienti herba monstratur? Et puto quia non corpore impellitur,sed desiderio colligatur: sic & tu veni ad Christum,noli longa itinera meditari. Vbi credis,ibi venis. Ad illum enim qui vbique est amando venitur,non nauigando. Sed quoniam etiam in tali itinere abundant fluctus & tempestates diuersarum tentationum: in crucifixum crede,vt fides tua lignum possit ascendere. Non mergeris,sed ligno portaberis. Si sic in huius seculi fluctibus nauigabat ille qui dicebat, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Mirum est autem q̃ prædicato Christo crucifixo,audiunt duo, vnus contemnit, alter ascendit. Qui contemnit imputet sibi, qui ascendit nõ arroget sibi. Audiuit enim a veraci magistro,Nemo venit ad me,nisi datum fuerit ei a patre. Gaudeat quia datũ est,gratias agat danti corde humili,non arroganti, ne quod humilis meruit, superbus amittat. Nam etiam qui iam in ipsa via iusti ambulant, si sibi eam tribuerint & viribus suis,pereunt de illa. Ideo humilitatem docens nos sancta scriptura,per Apostolum dicit,Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Et ne sibi aliquid inde darent quia dixit, operamini, continuo subiunxit, Deus enim est qui operatur in vobis,& velle & operari pro bona uolũtate. Deus est qui operatur in vobis,ideo cum timore & tremore vallem facite, imbrem suscipite, depressa implentur, alta siccantur. Gratia pluuia est. Quid ergo miraris,si deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam? Ideo cum timore & tremore,id est,cum humilitate. Noli altum sapere,sed time. Time vt implearis,noli altum sapere ne sicceris. Sed iam,inquis, ambulo viam istam, opus erat vt discerem,opus erat vt per doctrinam legis scirem quid agerem. Habeo liberum voluntatis arbitrium,quis me ab ista via separabit? Si legas diligenter,inuenies quendam de sua quadam abundantia quam tamen acceperat extollere se cœpisse, dominum autem misericordem vt doceret humilitatem, quod dederat abstulisse: illum vero subito inopem remansisse, & misericordiã dei recordatione confessum dixisse,Ego dixi in abundantia mea,non mouebor in æternũ. Ego dixi in abundantia mea. Sed ego dixi,homo dixi, Omnis homo mendax. Ego dixi. Ego ergo dixi in abundantia mea. Tanta erat abundantia vt hoc dicere auderem, Non mouebor in æternum. Quid deinde? Domine in voluntate tua p̃stitisti decori meo virtutem, Auertisti autem faciem tuam a me,& factus sum conturbatus. Ostendisti,inquit,mihi,quia illud quo abundabam de tuo erat. Ostendisti mihi vnde peterem,cui retribuerem quod acceperam,cui gratias agere deberem,ad quem currerem sitiens vnde impleret,& quo impletus essem ad quem custodirem. Fortitudinẽ enim meam ad te custodiam. Quod te largiẽte impleam,te seruatore non perdam. Fortitudinem meam ad te custodiam. Hoc vt ostenderes mihi, auertisti faciem tuam a me,& factus sum conturbatus, Conturbatus,quia siccatus: siccatus, quia exaltatus. Dic ergo siccus & aridus,vt rursus implearis, Anima mea velut terra sine aqua tibi. Dic ãia mea uelut terra sine aqua tibi. Tu enim dixeras,non dominus dixerat, Non mouebor in æternum, Tu dixeras p̃sumens de te,sed non de tuo,& quasi putabas de tuo. Quid ergo dominus dicit? Seruite domino in timore,& exultate ei cum tremore. Sic Apostolus, Cum timore & tremore,vestram ipsorum salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis. Ergo exultate cum tremore, ne quando irascatur dominus. Video quia clamando præuenitis. Quid enim dicturus sim sitis, clamando præuenitis. Et hoc vnde habetis,nisi quia docuit ad quem credendo veniftis? Hoc ergo dicit,audite quod nostis,non doceo, sed commemoro prædicando,immo nec doceo, qa nostis: nec commemoro quia meministis, sed simul dicamus quod nobiscum tenetis. Hoc dominus dicit, Apprehendite disciplinam & exultate, sed cum tremore, vt semp humiles teneatis quod accepistis,ne quando irascatur dominus vtique superbis sibi quod habent tribuentibus,non illi a quo habent gratias agentibus. Ne quando irascatur dominus,& pereatis de via iusta. Nunquid dixit,nequando irascatur dominus

Ioan.6.

Galat.6.

Philip.2.

Ioan.4.

Roma.11.

Psal.29.

Psal.115.

Psal.29

Psal.58.

Psal.142.

Psal.29.

Psal.2.

Philip.2.

Psal.2.

& non veniatis ad viam iustam. Nunquid ne quando irascatur dominus, & non vos perducat ad viam iustam,aut non vos admittat ad viam iustam? Iam in illa ambulatis,nolite superbire,ne etiam de illa pereatis,inquit,de via iusta, cum exarserit in breui ira eius super uos. Non in longum, Vbi superbis,ibi quod acceperas perdis. His terretur homo quasi diceret,Quid ergo faciam? Sequitur,Beati omnes qui confidunt in eum,non in se,sed in eum. Gratia salui facti sumus, non ex nobis,sed dei donum est. Forte dicatis,Quid sibi vult quod hoc sæpe dicit? Iterum hoc, & tertio hoc, & prope nunquam loquitur nisi quando dicit Vtinam non sine causa dicam. Sunt enim homines ingrati gratiæ,multum tribuentes inopi fauciæq; naturæ. Verum est,magnas arbitrii liberi vires homo cum conderetur accepit,sed peccando amisit. In mortẽ lapsus est,infirmus factus est,a latronibus semiuiuus in via relictus est, in tumentum suum leuauit eum transiens Samaritanus, quod interpretatur custos, ad stabulum adhuc perducitur. Quid extollitur? Adhuc curatur. Sed sufficit,inquit,mihi,quod in baptismo accepi remissionem omnium peccatorum. Nunbuid quia deleta est iniquitas, finita est infirmitas? Accepi,inquit,remissionem omnium peccatorum. Prorsus verum est,deleta sunt cuncta peccata in sacramento baptismatis,cuncta prorsus,dicta,facta,cogitata,cuncta deleta sunt. Sed hoc est quod infusum est in via, oleum & vinum. Retinetis,semiuiuus in via ille a latronibus sauciatus, quomodo sit consolatus,accipiens oleum & vinum vulneribus suis. Iam vtique errori eius indultũ fuit,& tamen sanatur languor in stabulo. Stabulum si agnoscitis, ecclesia est. Stabulum modo quia viuendo transimus,domus erit vnde nunquam migrabimus cum ad regnũ cœlorum sani peruenimus. Interim in stabulo libenter curemur, non adhuc languidi de sanitate gloriemur,ne nihil aliud superbiendo faciamus, nisi vt nunquam curando sanemur. Benedic anima mea dominum, dic animæ tuæ,dic, Adhuc in hac vita es,adhuc carnem fragilem portas, adhuc corpus quod corrumpitur aggrauat animam: adhuc post integritatem resurrectionis *accepisti remedium orationis: adhuc utique dicis,donec sanentur lãguores tui, Dimitte nobis debita nostra. Dic ergo aiæ tuæ, humilis vallis,non erectus collis,dic aiç tuæ, Bũdic anima mea dñm & noli oblivisci oẽs retributiones eius quas retributiones? Dic,enumera,gratias age. Quas retributiones? Qui ꝓpitius fit oibus iniquitatibus tuis. Hoc factũ est in baptismo. Quid fit modo? Qui sanat omnes languores tuos. Hoc fit modo, Agnosco. Sed quandiu hic sum,corpus quod corrumpitur aggrauat animam, Dic ergo & quod sequitur, Qui redimit de corruptione vitam vitam. Post redemptionem de corruptione quid restat? Quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors cõtentio tua? Ibi recte. Vbi est mors aculeus tuus? Queris locũ & nõ inuenies. Quid est aculeus mortis? Quid est, ubi est mors aculeus tuus? Vbi est peccatum? Quæris, & nusquã est. Aculeus. n. mortis est peccatũ. Apostoli, nõ mea uerba sunt. Tunc dicere-tur, Vbi est mors aculeus tuus? Nusquã erit peccatũ, nec qd te capiat, nec qd te impugnet, nec qud conscientiã tuã titillet. Tũc non dicetur, Debita nostra dimitte nobis: sed quid dicetur? Dñe deus noster pacẽ da nobis, oĩa. n. reddidisti nobis. Deniq; post redẽptionẽ ab oĩ corruptione, qd restat nisi corona iustitiæ? Ipsa certe restat, sed ẽt in ipsa uel sub ipsa non sit caput turgidũ, ut recipiat coronã. Audi, attende Psalmũ quã nolit corona illa turgidũ caput. Cũ dixisset, Qui redimet de corruptione uitã tuã, q coronat te, inquit. Iam hic dicturus, eras coronat te, merita mea fatentur, uirtus mea fecit hoc, debitum redditur, nõ donatur. Audi potius Psalmũ, nã & hoc tu dicis, Oĩs hõ mẽdax. Audi deus quid dicat, Qui coronat te in miseratione & mia. De mia te coronat, de miseratiõe te coronat. Nõ. n. dignus fuisti quẽ uocaret & vocatũ iustificaret & iustificatũ glorificaret. Reliqç per electionẽ gr̃iæ saluæ factę sunt. Si aũt gratia, nõ ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Nã ei q operatur, merces non imputabitur secundũ gratiã, sed secũdum debitũ. Apostolus loquitur, Non secundũ gratiã, sed secũdum debitum. Tu aũt coronat in miseratione & misericordia: & si tua merita præcesserunt, dicit tibi deus, Discute bona merita tua, & uidebis quia dona sunt mea. Hæc est iustitia dei. Qũo dicitur, Domini est salus, non qua saluus est dominus, sed quã dat eis quos saluos facit: sic & dei gratia per Iesum Christum dñm nostrum,

Ephe.2.

Luc.10.

Psal.102.

Sapi.9.

*alias, remissionis.

Mat.6.

Psal.102.

Sapi.9.

1.Cor.15.

Mat.6.

Esai.26.

1.Tim.4.

Rom.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.4. Rom.10. iustitia dei dicitur,non qua iustus est dominus, sed qua iustificat eos quos ex impios iustos facit Quidam vero,quoniam aliquando Iudæi & christianos se dici volunt, & adhuc ignorantes dei iustitiam,suam volunt cõstituere,etiam temporibus nostris, temporibus apertæ gratiæ, temporibus nunc reuelatæ, prius occultatæ gratię, nunc in area manifestæ gratiæ quæ aliquando latebat in vellere: paucos intellexisse video, plures non intellexisse nequaquam tacendo fraudabo. Quidam de antiquis iustis Gedeon petiuit a domino signum & dixit,Peto domine vt vellus quod in area pono cõpluatur,& area sicca sit. Factum est,complutum est vellus,area tota sicca erat. Expresit mane vellus in peluim,quoniam humilibus datur gratia, & in pelui dominus nostis quid fecerit discipulis suis. Item petiuit alterum signum, Volo,inquit,domine vt vellus siccum sit,area compluta. Et hoc factum est. Repete tempus veteris testamẽti, gratia occulta est in nube tanquam imber in vellere. Attende modo tempus noui testamenti,discure gentem Iudæorum, quasi vellus siccum inuenies, orbis vero totus tanquam illa area plenus est gratia,non occulta,sed manifesta. Vnde multum plangere cogimur fratres nostros, qui non contra occultam,sed contra apertam gratiã manifestamq; contendunt. Ignoscitur Iudæis. Quid christiani? Quare inimici gratiæ Christi? Quare de vobis præsumentes? Quare ingrati? Quare enim Christus venit? Nunquid natura hic non erat? Natura non erat, quam multum laudando decipitis? Nunquid lex hic non erat? Sed ait Apostolus, Si per legem iustitia,ergo Christus gratis mortuus est. Quod ait Apostolus de lege,hoc nos isti dicimus de natura. Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Quod ergo dictum est de Iudæis, hoc omnino in istis videmus. Zelum dei habent,sed non secundum scientiam. Quid est non secundum scientiam? Ignorantes enim dei iustitiam & suam volentes constituere,iustitiæ dei non sunt subiecti. Fratres mei,compatimini mecum. Vbi tales inueneritis,occultare nolite,non sit in vobis peruersa misericordia: prorsus vbi tales inueneritis occultare nolite. Redarguite contradicentes, & resistentes ad nos perducite. Iam enim de hac causa duo concilia missa sunt ad sedem apostolicam,inde etiã rescripta venerunt. Causa finita est,vtinam aliquando finiatur error. Ergo vt aduertãt monemus,vt instruantur docemus,vt mutentur oremus. Conuersi ad dominũ,&c.

Galat.2. Rom.10.

De verbis Apostoli,Spiritu ambulate,& desideria carnis ne perfeceritis, Sermo III.

Galat.5. SI consideremus,fratres,ante gratiam domini quid fuerimus,& per gratiam domini quid esse cœperimus,profecto inueniemus, sicut homines in melius commutãtur,ita etiam terrarum loca quæ prius contra dei gratiam fuerunt,dei gratiæ dedicãtur. Nos enim,sicut dicit Apostolus,templum dei viui sumus,propter quod dicit deus, inhabitabo in illis & deambulabo: Quę autem hic simulacra fuerunt,figi nouerunt, ambulare non nouerunt. Deambulat autem in nobis præsentia maiestatis, si latitudinem inuenit charitatis. Ad hoc nos exhortans Apostolus ait, Dilatamini, ne sitis iugum ducentes cum infidelibus. Si dilatemur,deambulat in nobis deus, sed vt dilatemur operetur ipse deus. Si enim latitudinem charitas facit, quæ non nouit angustias, videte quia deus sibi in nobis latitudinem facit, ipso dicente Apostolo, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Propter hanc, latitudinem, inquam, in nobis deambulat deus. Modo Apostoli epistola cum recitaretur audiuimus,Spiritu ambulate,& desideria carnis ne perfeceritis, caro enim concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽm Hæc inuicem aduersantur,vt non ea quæcunque vultis faciatis. Baptizatis dicebat, sed templum dei ædificabat adhuc, nondum dedicabat. Videte fratres mei, quemadmodum cum loca ipsa terrena in melius conuertantur,alia diruuntur atque franguntur, alia in meliores vsus commutantur,sic & nos sumus. Opera carnis fuerunt in nobis. Audistis cũ commemorarentur,Manifesta sunt,inquit,opera carnis,quæ sunt fornicationes,immunditię,idolorum seruitus,veneficia, non beneficia, id est, non a bonis dicta, sed a venenis,contentiones,inimicitię,hæreses,inuidiæ,ebrietates, & his similia: deijcienda sunt non mutanda quæ prædico vobis sicut prædixi, qm q talia agunt, regnũ dei non possidebunt. Ista in nobis tanq idola frangẽda sunt,in vsus autem meliores vertenda ipsa corporis nostri membra,vt quæ seruiebant immunditiæ cupiditatis, seruiãt

Galat.5. 2.Cor.6. 2.Cor.6. Roma.5. Galat.5.

gratiæ charitatis. Sed videte quid dixerit,& diligenter aduertite. Operarii dei sumus, adhuc ædificatur templum dei: in capite suo iam dedicatum est,qm dominus resurrexit a mortuis,deuicta morte,mortalitate consumpta,ascẽdit in cœlum, quia scriptus 16 de illo erat psalmus dedicationis domus. Ideo post passionem dicit, Conuertisti luctũ meum in gaudium mihi, concidisti saccum meum, & accinxisti me iocunditate, vt psallat tibi gloria mea,& non cumpungar. Facta est ergo illa post passionem dedicatio in resurrectione. Ergo & nostra modo sit ædificatio per fidem, vt fiat & ipsa dedicatio per vltimam resurrectionem. Denique post iustum psalmum dedicationis domus,vbi ostenditur resuscitatio capitis nostri, alius est psalmus post istum, non ante istum. Sic habet titulus,Quando domus ædificabatur post captiuitatem. Recolite captiuitatem, vbi ante fuerimus quando totum mundum velut massam infidelium diabolus possidebat. Propter hanc captiuitatem redemptor aduenit,pretium nostrũ sanguinem suum fudit. Fuso suo sanguine,captiuitatis nostræ instrumenta deleuit, Lex, inquit, Apostolus,spiritalis est,ego autem carnalis sum, venũdatus sub peccato. Antea sub peccato venũdati, sed postea gratia liberati. Post illam captiuitatem domus modo ædificatur,& vt ædificetur euangelizatur. Sic.n. incipit psalmus iste, Cantate domino canticum nouum. Et ne putes domum istam in vno angulo ædificari, sicut ædificant schismatici vel hærẽtici: attende quod sequitur, Cãtate domino omnis terra. Cantate domino canticum nouum,contra canticum uetus: testamentum nouum, 56 L quia prius testamentum vetus. Nouus homo,vt deponatur vetus homo. Exuite vos, inquit,veterem hominum cum actibus suis & induite nouum qui secũdũ deũ creatus est,in iustitia & sanctitate veritatis. Ergo cantate domino canticũ nouũ, cantate domino ois terra. Cantate & ædificate, cantate & bene canite. Annunciate diem ex die salutare eius, annunciate diem ex die † Christum eius. Quid est.n. salutare eius, nisi Christus eius? Pro isto salutari orabamus in psalmo, Ostende nobis dñe miam tuam,& salutare tuum da nobis, Desiderabant hoc antiqui iusti salutare, de quibus dominus dicebat discipulis, Multi voluerunt videre quæ vos videtis, & non potuerunt. Et salutare tuum da nobis. Dixerunt hoc antiqui iusti, Salutare tuũ da nobis, Christũ tuũ cũ in hac carne viuimus videamus, videamus in carne qui nos liberet a carne, veniat caro mundans carnem, patiatur caro & redimat animam & carnem, Et salutare tuũ dñe da nobis. In hoc desiderio erat ille sanctus senex Simeon, In hoc,inquam desiderio erat senex ille sanctus & de deo bene meritus Simeon, sine dubio & ipse dicebat. Ostende nobis dñe miam tuam,& salutare tuum da nobis, In hoc desiderio,in talibus precibus responsum accepit, quia non gustaret mortẽ, nisi videret Christũ deũ. Natus est Christus, veniebat ille, ille ibat, sed donec veniret ille ire nolebat. Iã senectus matura excludebat, sed syncera pietas detinebat. At vbi venit, at ubi natus est,at ubi eum portari matris manibus uidit, & diuinã infantiam pia senectus 56 M agnouit,accepit eũ in manus suas & dixit, Nunc dimittis domine seruũ tuũ in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuũ. Ecce unde dicebat, Ostende nobis dñe miam tuam,& salutare tuũ da nobis. Impletũ est desideriũ senis, mũdi ipsius senectute uergente. Ipse ad senem hominẽ uenit, qui mundũ ueterẽ inuenit. Ergo si mundũ ueterẽ inuenit, audiat mundus, Cantate domino canticũ nouũ, cantate domino ois terra. Destruatur uetustas, nouitas surgat. Cantate domino cãticũ nouũ, cantate domino. Videte certamen ædificantiũ. Cãtate domino, benedicite nomen eius, bene nũciate, quod est Græce euangeliizate. Quid? Diem ex die. Quem diem ex die? Lumen ex lumine, filiũ de patre, salutare eius. Annũciate in gentibus gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius. Ecce quomodo domus ædificatur post captiuitatem. Terribilis est super oẽs deos Super quos deos? Qm oẽs dij gentium dæmonia, dominus autem cœlos fecit. Sanctos fecit, Apostolos fecit, Qm cœli enarrant gloriam dei. Non sunt loquelæ neque sermones quorum non audiantur uoces eorum. In omnẽ terrã exiuit sonus eorum, quia ois terra cantat canticũ nouũ. Audiamus ergo & Apostolũ, architectum magistri, Vt sapiens, inquit, architectus fundamentũ posui. Audiamus 57 A ergo istum architectum quędam noua construentem, quædam uetera deijcientem. Spiritu, inquit, ambulate. Noua est ista constructio. Et concupiscentias carnis ne perfeceritis. Veterũ est ista destructio. Caro.n. inquit, concupiscit aduersus spm, & spũs

16 Psal.29. Aedificatio nostra fit p fidẽ, Dedicatio pultimam resurrectionem. Psal. 95. Rom.7. Psal. 95. Colo. 3. Ephe.4. † aliàs de die indem. Psal.84. Lucę. 10. Lucę.2. Psal.84. Psal.95. Psal.18. 1.Cor.3. Galat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

aduersus carnē. Hæc.n. inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis. Adhuc.n. ædificamini, nondum dedicamini, vt nō ea quæ vultis faciatis. Quæ.n. vultis? vt omnino nullæ sint concupiscentiæ malarum & illicitarū delectationum. Qui sanctus hæc non velit? Sed non efficit, quādiu hic viuitur, hoc non impletur. Caro.n. concupiscit aduersus spm̄, & spūs aduersus carnem. Hæc.n. inuicem aduersantur, vt non ea quæ vultis faciatis, vt nullæ sint in vobis prorsus rerum illicitarū concupiscentiæ, non positis. Quid ergo restat? Spiritu ambulate. Et quia non potestis efficere vt concupiscentias carnis consumatis, concupiscentias carnis ne perficiatis. Cō sumere quidem illas atque finire & penitus extirpare omnino velle debetis: sed quandiu sunt in vobis, & alia lex in membris vestris repugnans legi mentis vestræ, concupiscentias carnis ne perfeceritis. Quid.n. vultis. Vt omnino non sint concupiscentiæ carnis: nō vos permittunt implere quod vultis, nolite eas permittere implere quod volūt. Quid vultis? Vt omnino non sint, sed sunt: caro concupiscit aduersus spūm, concupiscat spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis. i. vt non sint in vobis ipsæ concupiscentię carnis, nec ipse faciant quod volunt, vt opus earum perficiatis. Si non tibi in totum ceditur, noli & tu cedere. Prius æquetur pugna, vt aliquando sit victoria. Et enim proculdubio, fratres mei, erit, credamus, speramus, amemus, erit aliquando
1. Cor. 15. uictoria in dedicatione domus quę modo ædificatur post captiuitatem. Nouissima enim inimica destruetur mors, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Præmeditamini verba triumphantium. Vbi est
Psal. 6. mors contentio tua? Triumphantium ista vox est, non pugnantium. Pugnantiū autem vox est, Miserere mei domine qm̄ infirmus sum, sana me domine qm̄ conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde, & tu domine usquequo? Vide laborantem in certamine. Et tu domine vsquequo? Quid est vsquequo? Quousq;: ut probes,
Esaiæ. 58. quia ego subuenio. Si enim cito subuenirem, luctamen non sentires, tanq̄ de tuis viribus superbires, & per istam superbiam nunq̄ ad victoriam peruenires. Dictum est quidem, Adhuc te loquente, dicam, ecce adsum. Sed deus & cum differt adest, & differendo adest, ne præproperam cum implet uoluntatem, perfectam non impleat sanita-
2. Cor. 12. tem. Non enim fratres mei, apostolo Paulo non aderat, qui cum certaret, ne extolleretur, timebat, In magnitudine, inquit, reuelationum mearum ne extollar, Videte in cōflictatione certantem, nondum in securitate triumphantem. In magnitudine reuelationum mearum ne extollar, Quis dicit, ne extollar? O terror, ó tremor, Quis dicit ne extollar? Cum tanta eius verba sint retundentia elationem, compescentia tumorem, & dicit ne extollar? Parum est quia dicit, ne extollar: videte medtcamentum, quod sibi dicit appositū. Ne extollar, inquit, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ. O venenum quod non curatur nisi veneno. Datus est mihi stimulus carnis E
meæ angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Caput cædebatur, ne caput extolleretur. O antidotum, quasi quod de serpente conficitur, & propterea theriacum nūcupatur.
Gen. 3. Serpens enim ille superbiam persuasit. Gustate & eritis sicut dij, superbiæ persuasio
2. Cor. 12. est. Vnde cecidit, inde deiecit. Merito ergo venenum serpentis sanatur. Quod ait Apostolus, Propter quod ter dominum rogaui, vt auferret eum a me. Vbi est, Ahuc te
Psal. 6. loquente dicam, ecce adsum? Propter quod non semel, sed iterum & tertio dominum rogaui. Nonne tunc & ipse dicebat, Et tu domine vsquequo? Sed nunquid
Esaiæ. 58. quia differebat, inde non aderat, & falsum erat, Adhuc te loquente, dicam ecce adsum? Quid enim? Medicus quando dat quod desideras adest, quando secat, non
2. Cor. 12. adest? Nonne sub medici ferramento clamas vt parcat? Et quia magis adest, magis secat. Denique vt scias quia aderat, videte quod ter roganti respondit: Dixit, inquit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Ego, inquit, noui, medicus optimus, ego, inquit, noui in quem tumorem pergat quod volo sanare, quiesce, adhibeam quod scio. Sufficit tibi gratia mea, non tibi sufficit voluntas tua. Hæc erant vtique verba certantis, & in certamine periclitantis, & diuinum auxilium postulantis. Triumphantis autem verba quæ erunt? Verba certantis dum domus ædificatur: sequuntur verba triumphantis cum domus in ulti-
1. Cor. 15. mo dedicatur, Vbi est mors contentio tua? vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum. Sic ista dicebat Apostolus, quasi ipse iam ibi esset. Deniq;

post hæc verba quæ constat esse de futura perceptione, non de præsenti conflictatio
ne quandoquidem dicit, tunc fiet, non modo fit, sed tunc fiet. Quid tunc fiet? Sermo
57 qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam. Vbi est mors contentio tua? Vbi est
F mors aculeus tuus? Tunc fiet vt nusquā sit aculeus mortis, nusquam posset inueniri peccatum Quid festinas? tunc fiet, tunc fiet. Mereatur in te humilitas vt tunc in te
57 fiat, ne superbia non permittat, vt vel tunc in te fiat, Tunc fiet, modo interim dū pu-
C gnas, dum laboras, dum periclitaris, dic, dic, Dimitte nobis debita nostra. Dic omnino dum pugnas, verum dic, ex animo dic. Si dixerimus quia peccatum nō habemus
nosipsos seducimus. Tu tibi diabolus eris, nosipsos seducim⁹, & veritas in nobis nō
est. Non enim verum dicimus, dicendo nos non habere peccatum, cum hic nō simus Mat 6.
sine peccato. Dicamus ergo veritatem, vt aliquando inueniamus securitatem. Sit ve- Ioan. 1.
ritas in pugna, vt acquiratur securitas in victoria. Tunc fiet, Vbi est mors aculeus
tuus? aculeus enim mortis est peccatum. Sed de lege præsumis, quia data est tibi lex,
& datum est tibi præceptum, Bonum est tibi vt spūs te viuificet, ne litera occidat. Vo
lo vt velis, sed non sufficit ut uelis. Adiuuādus ut plene vel, is & impleas quod velis.
Nam vis videre quid valeat sine spiritu addiuuante litera iubens? ibi dixit, Cum di- 2. Cor. 3.
ctum est, Vbi est mors aculeus tuus aculeus autem mortis est peccatum, continuo
subiunxit, Virtus autem peccati lex. Quid est virtus peccati lex? Num mala iubendo, vel bona prohibendo? immo vero mala prohibendo, & bona iubendo. Virtus aūt
est pcti lex, quia subintrauit, inquit, lex vt abundaret delictū. Quid est vt abūdaret Rom. 5.
delictū? Quia vbi gra nō erat, auxit prohibitio desideriū, & cū quasi de propriap̄su
mitur uirtute factū est grāde uitiū. Sed quid fecit gra? vbi abūdauit pcm̄, & supabun
dauit & gra. Venit dns, totū quod de Adā traxisti, totū quod tuis prauis moribus ad
disti, totum dimisit, totum deleuit, orationem docuit, gratiam promisit, certamen in- Ibidem.
sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factū
est mors? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum Nam qn̄ nō prohibebaris, erat, Rom. 7.
57 sed non apparebat. Nam concupiscentiam, iniquit, nisi lex diceret, Non concupisces.
G Occasione igitur accepta, peccatū per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Ec-
ce quid est, litera occidit. Si uis ergo euadere legem minantem, ad spm̄ tuge adiunan 2. Cor. 3.
ten. Quod enim lex imperat, fides, sperat. Clama ad deum tuum, adiuuet te, non remaneas sub litera reus, de spiritu suo te adiuuet deus, ne similis sit tibi superbus Iu-
dæus. Cum.n aculeus mortis esset peccatum, uirtus autē peccati lex, quid ageret hu- 1. Cor. 15.
mana infirmitas, in qua satigabatur uoluntas? Velle, inquit, adiacet mihi, perficere
autem bonum non inuenio. Quid ergo ageret? Ecce aculeus mortis peccatum, ecce Roma. 7.
virtus peccati lex, idest, lex subintrauit ut abundaret delictum. Si.n. lex posset uiuifi-
care, omnimodo ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura oia sub peccato. Quo- Roma. 5.
modo conclusit? Ne uagareris, ne precipitareris, ne mergereris. Cancellos tibi fecit
lex, ut non inueniendo qua exires, ad gratiam conuolares. Sed cōclusit scriptura oia Galat. 3.
sub peccato, ut promissio. Qui promisit quod facit, non promisit quod tu facis. Si tu
facturus esses, prenunciator esset deus, non promissor. Sed conclusit, inquit scriptura, omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Audi,
daretur. Quid superbis? Audi daretur. Quid enim habes quod non accepisti? Ergo quia aculeus mortis est peccatum, virtus autem peccati lex, & hoc de bona pro- 1. Cor. 4.
uidentia dei, vt concluderentur homines sub peccato, & quærerent adiutorē, quærerent gratiam, quærerent deum, non de sua virtute præsumerent: ideo & hic cum di-
laboras? quid sudas? Audi quod sequitur, Gratias autem Deo qui dedit nobis 1. Cor. 15.
victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. Certe tu tibi das victoriam?
Gratias Deo qui dedit nobis victoriam per dn̄m nostrum Iesum Christum. Ergo
57 cum cœperis laborare pugnans contra concupiscentias carnis, spiritu ambula, spi-
H ritu inuoca, donum dei quære, & si lex in membris repugnat legi mentis tuæ ex parte inferiori idest a carne captiuum te tenet sub lege peccati, & hoc emendabitur, &
hoc transiet in iura victoriæ. Tu tantum clama, tu tantum inunca: oportet semper
orare & non deficere, inuoca omnino, inuoca adiutorium. Adhuc te loquente dicit,

Esaię. 58. Ecce adsum. Intellige & audi dicentem animæ tuæ. Salus tua ego sum. Cum ergo lex
Psal. 34. carnis repugnare cœperit legi mentis, & captiuum te ducere in lege peccati, quæ est
Roma. 7. in membris tuis, orando dic, confitendo dic, Miser ego homo. Quid est. n. aliud ho- 17
mo? Quid est homo, nisi quia memor es eius? Dic, miser ego homo, quia nisi uenisset K
filius hominis, perisset homo. Exclama in angastijs, Quis me liberabit de corpore
Psal. 8. mortis huius, vbi lex in membris meis repugnat legi mentis meæ. Cõdelector enim
legi dei secundum interiorem hominem, Quis me liberabit de corpore mortis hu-
Rom. 7. ius? Si hoc fideliter, si humiliter dicis, verissime respondetur, Gratia dei per Iesum
Christum dominum nostrum, Conuersi ad dominum deum patrem oĩpotentem pu-
August. ro corde ei quantum potest parvitas nostra, maximas atque vberes gratias agamus
oratio. precantes toto animo singularem mansuetudinem eius, vt preces nostras in bene pla
cito suo exaudire dignetur, inimicum quoq; a nostris actibus & cogitationibus sua
virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentem gubernet, spiritales cogitationes
concedat & ad beatitudinem suam perducat, per dominum &c.

De verbis Apostoli, Cum essemus in carne, passiones peccatorum, quæ per legẽ sunt operabantur in membris nostris vt fructum ferrent morti, Cum manichæorum confutatione. Sermo IIII.

Roma. 7. AVdiuimus concorditerq; respondimus, & deo nostro consona voce cantaui- 17
mus, Beatus vir quẽ tu erudieris domine, & ex lege tua docueris eũ. Silentiũ L
Psal. 93. si præbeatis, auditis. Non inueuit locũ sapientia, vbi non est patientia. Nos
loquimur, sed erudit deus, nos loquimur, sed deus docet. Nõ enim beatus dictus est
quem docet homo, sed quem tu erudieris domine. Nos plantare possumus & rigare,
1. Cor. 3. sed dei est incrementum dare. Qui plantat & qui rigat forin secus operatur, qui vero
dat incrementum, intus opitulatur. Quæ nobis lectio de sancti Apostoli epistola pro
posita sit ad loquendum, quam difficilis, q̃ latebrosa, quã si nõ intelligatur aut male
intelligatur periculosa, puto, fratres, immo scio, quia nobis cũ recitaretur, audistis, &
fluctuastis si aduertistis, aut si aliqua inteilexistis, quam sit arduum sine dubitatio
ne vidistis. Hanc itaq; lectionem totumq; ipsum molestũ & obscurum, sed intelligen-
tibus salutem epistolæ Apostoli locũ susċepimus, adiuuante misericordia dei expo-
nere differendo. Charitati vestræ debitores nos esse scio, exactores vos esse sentio.
Quemadmodum nos, vt ista percipiatis oramus, sic & vos orate, vt ea vobis explica-
re valeamus. Si enim oratio nostra concordet, & vos facit deus idoneos auditores, &
Roma. 7. nos debiti huius fidelissimos redditores. Cum enim essemus in carne, ait Apostolus, 17
passiones peccatorum quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, vt fru- M
ctum ferrent morti. Hic videtur, quod non intelligentibus primum & grande pericu
lum est Apostolum reprehendere, & culpare legem dei. Dicit aliquis, Absit hoc ab
Ibidem. aio qualiscunque Christiani. Quis hoc vel insanus audeat de Apostolo suspicari?
Et tamen, fratres mei, verba ista male intellecta, fomitem insaniæ furori Manichæo-
rum subministrarunt. Manichæi enim legem dei per Moysen datã, dicunt non a deo
datam, & eam Euangelio contrariam esse contendunt, & quãdo cum eis agitur, in his
testimoniis Apostoli Pauli quæ non intelligunt, conantur conuincere, quid dicam
catholicos non intelligentes & non potius negligentes? Nõ enim multum est, si quis
velit esse diligens, post calumnias ab heretico auditas saltem considerare in codice
circunstantiam lectionis, quod si fecerit, ibi mox inueniet vnde aduersarium loqua
cem redarguat, vnde hostes legis rebelles q̃ prosternat. Et si enim tardus est ad intel-
ligenda verba Apostoli, manifesta ibi laus est expressa legis dei. Videte enim prius
& aduertite. Cum enim essemus in carne ait, passiones peccatorum quæ per legem
sunt, operabantur. Hic iam Manichæus erigit cervicem, exaltat cornua, impetit te &
facit impetum. Ecce, inquit, passiones peccatorum quę per legem sunt. Quomodo
bona est lex per quam in nobis sunt passiones peccatorum, & operantur in mẽbris
nostris, ut fructum ferant morti? Lege aliquantum progredere, totum audi patien 18
ter & si non intelligenter. Hoc enim quod ait, Passiones peccatorum quę per legem A
sunt operabantur in membris nostris, multum est vt intelligas, sed prius esto mecũ
legis laudator, & tunc fieri mereberis intellector. Clausum cor habes & clauem accu-
sas?

sas? Ecce interim quod non intelligimus paululum seponamus, ad laudem legis quæ
aperta est veniamus. Passiones, inquit, peccatorum quę per legem sunt, operabãtur 18
in membris nostris vt fructũ ferremus morti. Nunc ergo euacuati sumus a lege mor A
tis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate lite-
rę. Adhuc videtur legem arguere, culpare, improbare, detestari, sed non intelligen-
tibus. Cum enim dicit, Cum essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem
sunt operabantur in membris nostris ut fructũ ferrent morti: Nunc ergo euacuati
sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ
in vetustate literæ, quasi vtiq; videtur legem accusare atq; culpare. Vidit hoc & ipse,
vidit, sensit se non intelligi, & contra obscuritatem verborum suorum cogitationes
hominum commoueri: sensit quid posit quis contradicere, & prior hoc voluit dice
re, vt tu non inuenias quid diceres. Quid ergo dicimus, inquit? Hoc sequitur. Quid
ergo dicimus? Lex peccatum est? Absit. Vno verbo legem absoluit, legis accusatorem
damnauit. Authoritatem Apostoli contra me proferebas o Manichæe, & dicebas mi-
hi cum legem reprehenderes, ecce audi Apostolum, lege Apostolum. Passiones pec
catorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferrent
morti. Nũc ergo euacuati sumus a lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruiamus
in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Iactabas te, & clamabas, dicebas, audi 18
legem. Vide ista dixeras, & iam uerso tergore ire cupiebas. Expecta, audiui te, audi B
me, immo nec ego te, nec tu me, sed ambo audiamus Apostolum, qui soluit se, & alli-
gat te. Quid ergo dicimus, inquit: Lex peccatum est? Hoc dicebas, lex peccatum est,
Hoc dicebas, lex peccatum est, hoc nempe dicebas. Ecce audisti quod dicebas, audi
quod dicas, Legem dei peccatum esse dicebas quando eã cæcus & improuidus repre-
hendebas. Errasti: Vidit Paulus errorem tuum. Quod dicebas, ipse dixit. Quid ergo
dicimus? Lex peccatum est? Quod dicebas, hoc dicimus. Lex peccatum est? Absit. Si
Apostoli sequebaris authoritatem, appende uerbum, & cape inde consilium. Audi,
Lex peccatum est? Audi. Absit. Si Apostolum sequeris, si eius authoritatem plurimi
pendis: Audi, Absit, & quod sentiebas a te absit. Quid ergo dicimus? Quid dicimus,
quia dixi, Passiones peccatorum, quæ per legem sunt, operabantur in membris no-
stris ut fructuum ferrent morti, quia dixi, Euacuati sumus a lege mortis in qua de-
tinebamur, quia dixi, Seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetustate literæ? Lex
peccatum est: Absit. Quare ergo Apostole post tanta illa dixisti, Lex absit ut sit pec-
catum? Sed peccatum, inquit, non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam ne Deut. 5.
sciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Iam modo interrogo te: Manichę, modo 18
te iaterrogo, respondemihi. Mala est lex quæ dicit, non concupisces? Hoc ne luxurio C
sus mihi, & nequam aliquis respondet? Etenim ipsi homines flagitiosi quando repre
henduntur erubescunt, & quando sunt inter castos, lasciuire non audẽt. Si ergo ma-
lam dicis esse legem quę dicit, non concupisces, impune vis concupiscere, accusas le-
gem quia percutit libidinem. Fratres mei, si non audiremus Apostolum dicẽtem, lex
peccatum est: absit, sed tantummodo uerba legis commemorantem, ubi dictum est,
non concupisces, etiam legem illo non laudante, nos eam laudare deberemus, illam
laudare, nos accusare. Ecce lex, ecce desuper tuba diuina clamat homini. Non concu
pisces. Non concupiscere, reprehende si potes: fac si reprehendere non potes. Audisti,
non concupisces, reprehendere non audes. Quia bonum est quod dixit, non concu-
piscres, malum est concupiscere. Malum culpat lex, a tuo malo te prohibet lex. Ergo
concupiscere malum culpat lex, a tuo malo te prohibet lex. Ergo fac quod iubet lex
noli facere quod uetat lex, noli concupiscere. Sed quid ait Apostolus. Concupiscen-
tiam nesciebam nisi lex diceret, Non concupisces. Ibam enim post concupiscentiam
meam, & qua trahebat currebam, eiusq; illecebras blandas, & ex carnali suauitate io-
cundas magnas fœlicitatem arbitrabar. Laudatur enim peccator, ait lex, in desideriis
animæ suæ, & qui iniqua gerit, benedicitur. Inuenis hominem concupiscentias suas Psal. 9.
carnales sectantem totumq; se illis seruum donantem, occupari undique uoluptate 18
fornicari, inquam, inebriari. Hæc dixi quę licite committuntur, sed non dei legibus. D
Quis enim aliquando ad iudicem ductus est, quia meretricis lupanar intrauit? Quis
enim aliquando in publicis tribunalibus accusatus est, quia per suas listrias lasci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuus immundus q̃ defluxit? Quis aliquando habens vxorẽ quia ancillam suam vi-
tiauit crimen inuenit? Sed in foro, non in cœlo, in lege mundi, non in lege creatoris
mundi. Luxuriosus autem immundus atq; lasciuus fœlix dicitur, abundare volupta-
tibus, frui delicijs. Iam vero si se etiam vino ingurgitet, si bibat mensuras sine men-
sura, parum est quia non inuenit crimen, etiam viri fortis accipit nomen, tanto ne-
quior, quanto sub poculo inuictior. Cum laudantur ista & dicitur, fœlix est, magnus
est, bene est illi, & non solum hoc non putatur esse peccatum, sed etiam putatur vel
dei donum, vel certe suaue, blandum & licitum bonum, procedit lex dei & dicit, Nõ
concupisces. Ille homo qui putabat magnum bonum esse, magnamque fœlicitatem
æstimabat licita ea quæ posit suæ concupiscentiæ non negare, sequi qua trahitur,
audit, Non concupisces, & cognoscit esse peccatum. Deus dixit, homo audiuit,
deo credidit, peccatum suum vidit, quod bonum putabat, malum esse cognouit,
voluit frænare concupiscentiam, non ire post eam, strinxit se, conatus est, victus est,
qui fuit antea nescius malorum suorum, factus est doctus, & peius est victus, cœpit
esse non solum peccator, sed etiam præuaricator. Peccator enim & antea erat, sed an-
tequam legem audiret, peccatorem se esse nesciebat, Legem audiuit, peccatum vidit,
conatus est vincere, superatus atq; prostratus est, factus est & legis præuaricator, qui
fuit antea nescius peccator. Hoc dicit Apostolus, Lex peccatum est? Absit. Sed pec-
catum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret
Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est
in me omnem concupiscentiam. Minor erat concupiscentia quando ante legem secu
rus peccabas, nunc oppositis tibi obicibus legis, fluuius concupiscentiæ quasi fræna
tus est, paululum siccatus, sed increscente impetu qui te ducebat obicibus nullis,
obruit te obicibus ruptis, Concupiscentia tua minor erat quando tuam moue-
bat libidinem, omnis est quando transcendit legem. Vis nosse quia magna sit?
Vide quid ruperit, Non concupisces. Non homo dixit, deus dixit, creator dixit,
iudex æternus dixit, non quicunque dixit. Fac ergo quod dixit. Non facis, obser
ua iudicantem qui dixit. Sed quid faciam o homo? Ideo non vicisti, quia de te præ-
sumpsisti. Attende ergo nunc verba superiora, quæ videbantur obscura. Cum enim
essemus in carne. Verba quæ superiora diximus, vnde cœpit lectio quæ obscura vide
batur, attendite, Cũ ergo essemus in carne, passiones pctorum quæ per legẽ sunt. Vñ
Rom.7. per legem sunt? Quia eramus in carne, præsumebamus de carne. Num enim qui lo-
quebatur Apostolus, iam exierat de ista carne? Non vtiq; secundum huius vitę mo-
dum, & qui loquebabatur, & quibus loquebatur in carne erãt. Quid ergo est, Cum
essemus in carne: nisi cum de carne præsumeremus, hoc est, de nobis confideremus
Ibid. Homini enim dictum est, & de hominibus dictum est: Videbit oĩs caro salutare dei.
Quid est. Oĩs caro, nisi videbit oĩs homo? Et quid est, Verbũ caro factum est, nisi ver
Esa.40. bum homo factus est. Non n. verbum & caro erat & aĩa ibi nõ erat, sed carnis noie
Luc.3. homo significatus est, in eo quod legitur, Verbum caro factũ est. Ergo cũ essemus in
Ioan.1. carne. i. in cõcupiscentiis carnis versaremur, ibi totã spẽ nostram tanq̃ in nobis po-
neremus, passiones pctorum quæ per legẽ sunt, auctę sunt per legẽ: prohibẽdo. n fe-
cerũt præuaricatorẽ legis, qa ille præuaricator est factus, deum no habuit adiutorẽ.
Operabãtur ergo in mẽbris nostris, vt fructũ ferrent. Cui, nisi mortiֽ? Si damnandus
erat peccator, quam spem habet præuaricator? Ergo o homo vicit te concupiscen-
tia tua, vicit, quia in malo loco te inuenit. Inuenit te in carne, ideo te vicit. Mi
gra inde, quid expauescis? Non tibi dixi vt moriaris, immo audeo dicere, dixi
Col.3. vt moriaris, Si mortui estis cum Christo, quæ sursum sunt quærite. In carne vi-
uens, noli esse in carne, Omnis caro fœnum, verbum autem domini manet in
Esa.40. æternum. Dominus fiat refugium tuum. Instat concupiscentia, vrget te, ma-
gnas vires accepit aduersum te, prohibitione legis grandior facta est, maiorem ho-
item pateris, sit dominus refugium tuum, turris fortitudinis a facie inimici. Noli
Psal.60. ergo esse id carne, in spiritu esto. Quid est, in spiritu esto? In deo spem pone. Nam
si posueris spẽ in ipso spiritu, quomodo est iterum spũs tuus? In carne labitur, quia
non eum dedisti illi a quo suspendatur. Non se continet. Si nõ continetur, noli rema
nere in te, transcende te, in illo te pone qui fecit te. Nam si spem in te habueris, ac-

cepta lege præuaricator eris. Inuenit te hostis nudum refugio, inuadit te. Ne forte Psal.49.
rapiat velut leo, & non sit qui eruat: attende verba Apostoli legem laudantis, se accu-
santis, reum se sub lege facientis, & personam forte tuam in se transfigurantis & di-
centis tibi, Peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam Rom.7.
nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per man-
datum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mor-
tuum est. Quid est mortuum est? Latet non apparet, omnino tanquam sepultũ igno-
ratur. Adueniente autem mandato, peccatum reuixit. Quid est reuixit. Apparere cœ-
pit, sentiri cœpit, rebellare aduersum me cœpit. Ego autem mortuus sum. Quid est,
mortuus sum? Præuaricator factus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat
in vitam. Videte quia lex laudatur, mandatum quod erat in vitam. Qualis enim vita
est non concupiscere? O vita dulcis. Dulcis est quasi voluptas concupiscentiæ. Verũ
est, nec eam homines sequerentur nisi dulcis esset. Theatrum, spectaculum, meretrix
lasciua, turpissima cantilena, dulcia sunt ista concupiscentiæ? Dulcia plane, suauia,
delectabilia: sed narrauerunt mihi iniusti delectationes suas, sed non sicut lex tua do Psal.118.
mine. Suauia sunt, dulcia sunt, delectabilia sunt, sed audi meliora. Narrauerunt mihi
iniusti delectationes suas, sed non sicut lex tua domine. Fœlix anima quę huiusmodi
delectationibus delectatur, vbi turpitudine nulla inquinatur, & veritatis serenitate
purgatur. Quem enim delectat lex dei, & sic delectat, vt omnes delectationes lasciuę
vincat, non libi arroget istam delectationem, dominus dabit suauitatem. Quid dicã?
Domine da mihi illã suauitatẽ vel illã? Suauis es domine, & in tua suauitate doce me
iustitias tuas. In tua suauitate doce me domine, & doceas me. Tũc disco vt facià, si in
tua suauitate doceas me. Cæterũ quãdiu blanditur iniquitas, & dulcis est iniquitas,
amara est veritas. In tua suauitate doce me, vt suauis sit veritas, dulcedine tua conta
minetur iniquitas. Multo melior est & suauior veritas, sed sanis suaui? est panis. Quid
melius & præclarius pane cœlesti? Sed si non obstupefecit dentes iniquitas. Scriptu Proue.10.
ra. n. dicit, Sicut vua acerba dentibus noxia est, & fumus oculis, sic iniquitas vtenti-
bus ea. Quid prodest quia panẽ laudatis, si male viuatis? Quod laudatis non mandu
catis. Cũ ergo audis verbũ, cũ audis verbũ iustitię & veritatis & laudas, multo lauda
bilius est si facias. Fac ergo quod laudas. An dicturus es, volo & non valeo. Quare nõ
vales? Quia sanitas nõ est. Vnde sanitatẽ perdidisti, nisi quia peccãdo creatorẽ offen-
disti? Ergo vt eius panẽ quẽ laudas cũ suauitate, id est, cũ sanitate mandu ces, dic illi,
Ego dixi domine miserere mei, sana aĩam meã quia peccaui tibi. Ergo, inquit, inuen Psal.40.
tũ est mihi mãdatũ quod erat in vitã, hoc esse in mortẽ. Erat. n. sibi antea ignotus pec
cator, factus est manifestus puaricator. Ecce inuentũ est illi in mortẽ, quod erat in vi
tã. Occasione aũt, inquit, accepta, peccatũ per mãdatũ fefellit me, & per illud occidit. Roma.7.
Sic factũ est primo in paradiso. Fefellit, inquit, me occasione accepta per mãdatũ. Vi-
de ser pẽtẽ mulieri illi susurrãtẽ. Quę fuit ab ea, quid dixerit deus. Respondit illa, Di
xit nobis deus Ex omni ligno quod est in paradiso edetis, de ligno aũt scientiæ boni
& mali non edetis. Ex eo si ederitis, morte morieinini. Hoc est dei mandatum. Con Gene.3.
tra serpens, Non, inquit, morte moriemini. Sciebat enim deus, quia qua die ederitis,
aperientur oculi uestri, & eritis tanquam dii. Occasione ergo accepta peccatum per
mandatum fefellit me, & per illud occidit. Gladio quem portabas te inimicus occidit,
armis tuis te vicit, armis tuis te interemit. Recipe mandatum, scito esse arma, non
quibus occidat te, sed quibus a te occidatur inimicus. Sed noli præsumere de uiri-
bus tuis. Vide paruum Dauid contra Goliam, vide paruum contra ingentem, sed in 1.Reg.17.
nomine domini præsumentem. Tu venis ad me, inquit, cum clypeo & lancea, ego in
nomine domini omnipotentis. Sic sic, aliter non, omnino aliter non prosternitur ini-
micus. Qui præsumit de uiribus suis, antequam pugnet ipse prosternitur. Vi-
dete tamen, charissimi, uidete etiam atque etiam Paulum Apostolum contra furorẽ
Manichæorum esse legis diuinæ apertissimum laudatorem, uidete quid adiungat,
Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Nunquid
vberius laudari potest? Paulo ante verbo illo quod dixit, Absit defenderat crimen,
non laudauerat. Aliud est a crimine obiecto defendere, aliud debito præconio
prædicare. Crimen obiectum fuit, Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? De-

fensio, Absit, Vno verbo defenditur veritas quia magna est Apostoli defendentis au-
2. Cor. 13. thoritas. Quid diu defendat? Sufficit. Absit, An vultis, iniquit, experimentum accipe
Roma. 7. 19 E A ris qui in me loquitur Christus? Modo autem. Itaque lex sancta quidem, & man-
datum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors?
Absit, quia bonum non est mors, sed peccatum vt appareat peccatum, per bonū ope-
ratum est mihi mortem. Mors non est lex, sed peccatum est mors. Ianudum autem
dixerat, Sine lege peccatum mortuum est. Vbi vos admonueram, quia mortuum est,
dixit, absconditum latet, non apparet, modo videte quam vere ita dictum sit, Peccatū
inquit, vt appareat peccatum. Non dixit vt sit, quia erat & quando non apparebat.
Peccatum vt appareat peccatum, quia concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret,
Non concupisces, Non ait, concupiscentiam non habebam: sed, concupiscentiam ne-
sciebam. Sic etiam hic non ait, vt sit peccatum, sed vt appareat peccatum, per bonum
mihi operatum est mortem. Quam mortem? Vt fiat supra modum peccator, aut pec-
catum per mandatum. Supra modum peccator. Quare supra modū? Quia iam & præ-
uaricatio. Videte ergo fratres, videte genus humanum a prima illius primi hominis
Rom. 5. morte defluxisse. Etenim peccatum a primo homine intrauit in hunc mundū, & per
peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt. Pertransijt, verbum attendite,
quod audistis considerate, videte quid est pertransijt. Pertrāsijt, inde est & paruulus
reus, peccatum nondum fecit, sed traxit. Etenim illud peccatum non in fonte man-
sit, sed pertransijt, non in illum aut illum, sed in omnes homines pertransijt. Genuit
peccatores morti obnoxios primus peccator, primus præuaricator, Venit ad sanan-
dos de virgine saluator, qui ad te non qua venisti, venit. Non enim ille de concupi-
scentia maris & fœminæ, non de illo vinculo concupiscentiæ. Spiritus, inquit, sēctus
Luc. 1. superueniet in te. Dictum est hoc virgini, dictum est fidei feruenti, non concupiscen-
tiæ carnis æstuanti. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbra-
bit tibi. Quæ tale obumbraculum haberet, quando ardore libidinis æstuaret? Quia
ergo non qua venisti ad te venit, liberat te. Vbi te inuenit? Venundatum sub pecca-
to, iacentem in morte primi hominis, trahentem peccatum primi hominis, habentē
reatum antequam habere possis arbitrium. Ecce vbi te inuenit, quando paruulum
inuenit. Sed paruuli ętatem excessisti, Ecce creuisti, primo peccato multa addisti, le-
gem accepisti, præuaricator extitisti. Sed noli esse solicitus, Vbi abundauit peccatum
Roma. 5. superabundauit gratia. Conuersi ad dominum, &c.

De verbis Apostoli, Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui visi per le-
gem.

Sermo V.

Roma. 7. 19 C HEsternam lectionem de sancti Apostoli Pauli epistola qui sermoni affuistis,
audistis, illa lectio sequitur quæ hodie recitata est. Adhuc versatur ille difficilis & periculosus locus, quem vobis in adiutorio domini nostri, quantum
me religioso apud eum adiuuatis affectu, pro viribus quas dare dignatur exponere
& enodare suscepimus. Patientiam mihi præbeat charitas vestra, vt si habeo propter
obscuritatem rerum difficilem disputationem saltem habeam facilem vocem. Sive
vtrunque sit difficile, multum laboratur, & vtinam non sine causa laboretur. Vt au-
Rom. 5. tem prosit labor noster, si patiens auditus vester. Quia legem non culpat Apostolus
hesterna die audientibus quantum existimo satisfecimus. Ibi quippe ait, Quid ergo
dicimus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nō con-
cupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non cōcupisces. Occasione autem accepta,
peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege
enim peccatum mortuum est, id est, latet, non apparet. Ego autem viuebam aliquan-
do sine lege, Adueniente autem mandato peccatum reuixit. Ego autē mortuus sum,
& inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam. Quid enim tam pertinens ad
vitam, q̄, Non concupisces: Hoc esse in mortem. Peccatū enim occasione accepta per-
mandatum fefellit me & per illud occidit, concupiscentiam nāque terruit, non exin-
xit, terruit, non oppressit, fecit timorem pœnæ, non amorem iustitiæ. Itaq; inquit,
lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum. Quod ergo bonum
est, mihi factum est mors? Absit Non enim lex mors, sed peccatum mors. Quid ergo
ex occasione mandati? Sed peccatum vt appareat peccatum. Latebat enim quando
mortuum

mortuum dicebatur: per bonum mihi operatum est mortem, vt addita præuaricatio
ne fiat supra modum peccator augens peccatum per mandatum, quia præuaricatio
19 E peccato non adderetur, si non esset mandatum. Alio enim loco dicit aperte idem Apo-
stolus, Vbi enim lex non est, nec præuaricatio. Quid ergo? Quid dubitamus ad hoc Roma. 4.
legem esse datam vt inueniret se homo. Quando enim deus non prohibebat a malo,
latebat se homo, vires suas languidas non inuenit, nisi quando legem prohibitionis
accepit. Inuenit ergo se, in malis inuenit se. Quo fugit se? Quocunq; enim fugerit
se, sequitur se. Et quid ei prodest de se inuento scientia, quam sauciat conscientia? Lo
quitur ergo & in ista lectione quæ hodie recitata est ille qui inuenit se. Scimus, in-
quit, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Quod Rom. 7.
enim operor ignoro. Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Quæri-
tur hoc loco magna diligentia quis intelligatur, vtrum ipse Apostolus qui loquebā-
tur, an alium aliquem in se transfigurauit quem tāgeret in se, sicut dixit quodam lo
co, Hęc autem omnia trāsfiguraui in me, & Appollo propter vos, vt a nobis discatis. 1. Cor. 4.
Si ergo Apostolus loquitur, quod nemo dubitat; & cum dicit, Non quod volo ago, sed
quod odi illud facio, nō de altero, sed de seipso dicit, quid sumus intellecturi, fratres
mei? Itane Apostolus Paulus nolebat, verbi gratia, facere adulteriū, & faciebat adul-
terium? Nolebat esse auarus, & erat auarus? Quis autem nostrum audeat se induere,
19 F tali blasphemia, vt de Apostolo hoc sentiat? Forte ergo alius est aliquis, forte tu es,
aut tu es, aut ille est, aut ego sum. Si ergo aliquis nostrum est, ipsum quasi de ipso au-
diamus, & non irati nos corrigamus. Si autem ipse est, forte enim & ipse est, non sic
intelligamus quod dixit, Non quod volo ago, sed quod odi illud facio, tanquam ve-
lit esse castus & esset adulter, aut velit esse misericors, & esset crudelis, aut velit esse
pius, & esset, impius. Non ad hoc accipimus. Non enim quod volo ago, sed quod odi
illud facio. Sed ad quid? Volo non concupiscere, & concupisco. Lex quid dicit? Non
concupisces. Homo legem audiuit, vitium agnouit, bellum indixit, capitiuitatem in-
uenit, sed forte aliquis homo, non Apostolus. Quid ergo dicimus, fratres mei? Nō ha-
bet vllam concupiscentiam Apostolus in carne sua quam habere nollet, cui tamen
existenti, titillanti, suggerenti, solicitanti, æstuanti, tentanti non consentiret? Dico
charitati vestræ, Si crediderimus Apostolum nullam prorsus habuisse infirmitatem
concupiscentiæ cui reluctaretur, multum credimus de illo, atque vtinam ita sit. Non
enim inuidere nos oportet Apostolis, sed Apostolos imitari. Verūtamen, charissimi,
audio ipsum Apostolum confitentem, nondū eum ad tātam perfectionē iustitiæ per
uenisse, quantam in angelis esse credimus, quorum angelorum æqualitatem spera-
mus, si ad hoc quod volumus perueniamus. Quid enim aliud nobis promittit in re- Mat. 22.
surrectione vbi ait, in resurrectione mortuorum, neque nubent, neq; vxores ducēt,
non enim incipient mori, sed erunt æquales angelis dei? Dicit ergo aliquis, Et tu vn-
de scis quia Paulus Apostolus angeli iustitiam & perfectionē nondum habebat? Non
facio iniuriam Apostolo, non credo nisi Apostolo, alium testem non quæro, suspican-
tem non audio, nimium laudantem non curo. Dic mihi, sanctæ Apostole, de teipso,
vbi nemo dubitat, quia de teipso loqueris. Nam vbi dixisti, Non quod volo ago, sed Rom. 7.
quod odi illud facio, existunt qui dicant, quod alium in te, nescio quem transfigura
ueris laborantem, deficientem vinctū, captiuum. Tu mihi dic de te, vbi nemo dubi-
tat quia loqueris de te, Fratres, ait Apostolos, ego meipsum non arbitror apprehen- Philip. 3.
disse, Et quid facis? Vnum aūt, quę retro oblitus in ea quæ antea sunt extentus, se-
cundum intentionem ait, non secundum perfectionem, secundum intentionem se-
quor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Supra iam dixerat, Non
quia iam acceperim, aut iam perfectus sim, Adhuc contradicitur & dicitur: Dicebat
ista Apostolus, quia nondum peruenerat ad immortalitatem, non quia nondum per-
uenerat ad iustitiæ perfectionem: Iam ergo tam iustus erat quā sunt angeli, sed non
dum immortalis sicut angeli sunt. Ergo perfectionē iustitiæ iam tenebat, sed sequen
19 H do palmam supernam, immortalitatem quærebat. Dic nobis, sanctæ Apostole, alium
aliquem manifestiorem locum, non vbi quæris immortalitatē, sed vbi cōfiteris mor- * alias, in-
talitatem. * Et hic iam susurratur, iam contradicitur. Videor mihi audire quorundā firmitatē.

cogitationes, & hic dicitur mihi: Verum est, noui quid dicturus es, Confitetur infirmitatem, sed carnis, non mentis: confitetur infirmitatem, sed corporis, non animi. In
1 animo autem est perfecta iustitia, non in corpore. Nam quis ignorat vtique Apostolum in corpore fuisse fragilem, corpore fuisse mortalem, sicut dicit, Habemus thesau-
2. Cor. 4. rum istum in vasis fictilibus? Quid tibi ergo cum vase fictili? De thesauro aliquid loquere, Si aliquid minus habuit, si erat quod ei ad aurum iustitiæ posset addi inueniamus, ipsum audiamus, ne iniurioſi existimemur. Et ne magnitudine reuelationum mearum. Apostolus dicit, In magnitudine reuelationum mearum ne extollar. Nempe hic agnoscitis Apostolum habentem magnitudinem reuelationum, & timentem
2. Cor. 12. elationis præcipitium. Vt ergo noueris quia ipse Apostolus qui volebat alios saluos facere adhuc curabatur, vt noueris quia & ipse adhuc curabatur, si magnipendis ipsius honorem, audi non me, ipsum audi, audi confitentem vt sentias docentem, audi. Et ne magnitudine reuelationum mearum extollar. Ecce iam possum dicere Apostolo Paulo, Ne extollaris sanctæ Apostole, tu ne extollaris, adhuc cauendum est tu ne extollaris? Adhuc timendum est, tu ne extollaris? Adhuc huic infirmitati medicina
Rom. 11. quærenda est? Quid mihi, inquit, dicis tu? Et tu audi quid sim, & noli altum sapere sed time. Audi quomodo breuis agnus ingrediatur, vbi aries sic periclitatur. Ne magnitudine, inquit, reuelationum mearum extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ qui me colaphizet. Qualem tumorem timuit, qui mordacissimum epithema accepit? Iam ergo modo dic quia tanta in illo erat iustitia, quanta est in angelis sanctis, an forte & angelus sanctus in cœlo ne extollatur, accepit stimulum angelum. Sathanę a quo colaphizetur? Absit, hoc de sanctis angelis suspicari. Homines sumus Apostolos sanctos homines agnoscamus, vasa electa, sed adhuc fragilia, adhuc in hac carne permanentes, nondum in cœlesti patria triumphantes. Ergo quoniam dominũ ter rogauit vt ab illo ille stimulus auferretur, nec auditus est ad volũtatem, quia exauditus est ad sanitatem, forte nõ indecẽter ipse loquitur vbi
Roma. 7. dicit, Scimus aũt quia lex spiritalis est: ego aũt carnalis sum. Ergo carnalis Apostolus qui aliis dicebat, Vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis:
Galat. 6. alios tanquam spiritales alloquitur, & ipse carnalis est? Sed quid dixit & ipse spiritalibus? quia nondum erant in perfectione cœlesti & angelica, nõdum erat in illius patriæ securitate, sed in huius peregrinationis solicitudine versãbatur. Quid eis dixit? Certe spiritales eos vocauit. Vos, inquit, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne & tu tenteris, Ecce quem spiritalem iam appellauit, & timuit illi tentationis fragilitatem. Vnde possit tentari spiritalis? Et si non ex mente, vtique ex carne. Spiritalis n. quia secundum spiritum viuit, adhuc autem ex parte mortalis carnis, idem spiritalis, idemq; carnalis. Ecce spiritalis, Mente seruio legi Dei, ecce carnalis, Carne autem legi peccati. Idem ergo ipse & spiritalis & carnalis? Idem plane quandiu hic viuit ita est. Noli, mirari quisquis es, quicunq; carnalibus concupiscentiis cedis atque consentis, quia eas vel bonas putas ad explendã libidinis saturitatem, vel certe sic iam vides malas, vt eis tamen cedendo consentias, & quo ducũt sequaris, & ea quæ male suggerunt perpetres, totus carnalis es tu, tu tu quisquis talis es, totus carnalis es. Si aũt concupiscis quidem, quod lex vetat cum dicit, Non concupisces: seruas tamen aliud quod item lex iubet, Post concupiscentias
Roma. 7. tuas non eas: mente spiritalis es, carne carnalis. Aliud est enim non concupiscere,
Eccli. 18. aliud post concupiscentias suas non ire. Non concupiscere omnino perfecti est, post
Aliud est nõ cõcupiscere, & aliud post cõcupiscẽtias suas non ire. concupiscentias suas non ire pugnantis est, luctantis est, laborantis est. Vbi seruet pugna, quare desperatur victoria? Quãdo erit victoria? Quãdo absorbetur mors in victoria, tunc n. vox erit triumphantis, non sudor pugnantis. Quãdo futura est vox illa triumphantis? Cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vides victoriam, audi exultãtem, expecta triumphantem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est? Ecce erat & non est. Vbi est mors contentio tua Ecce mortis contentio, [Non quod volo, ago. Ecce mortis contentio,
1. Cor. 15. Scimus quia lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum. Si ergo de seipso Apostolus dicit

90

si dico non confirmo. Si Apostolus dicit; Scimus quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum: mente enim spiritalis, corpore carnalis: quando totus spiritalis? Cum semi-
60 A natur corpus animale, resurget corpus spirituale. Modo ergo quando seruet mortis contentio, non quod volo ago, ex parte spiritalis, ex parte carnalis. Ex parte meliori spiritalis, ex parte inferiori carnalis. Adhuc confligo, nondum vici, magnum mihi est non vinci. Non quod volo ago, sed quod odi illud facio. Quid facis? Concupisco: Etsi concupiscentiæ non consentio, etsi post concupiscentias meas non eo, tamen adhuc concupisco, & utique etiam in ipsa parte ego sum. Non enim ego alius in mente, & alius in carne. Sed quid igitur ipse ego? Quia ego in mente, ego in carne? Non enim duæ naturæ contrariæ, sed ex vtroque vnus homo, quia vnus deus a quo factus est homo. Igitur ipse ego, ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati: mente non consentio legi peccati, sed tamen nollem esse in membris meis lex vlla peccati. Quia ergo nollem, & tamen est, non quod volo ago, quia concupisco & nolo, non quod volo ago, sed quod odi illud facio Quid odi? Concupiscere. Odi concupiscere, & tamen ago illud carne non mente. Quod odi illud facio. Si autem quod nolo illud facio, consentio legi quoniam bona est. Consentires legi, si quod vel les faceres: si facis quod lex odit, quomodo consentis legi? Prorsus si quod nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Quomodo? Quid iubet lex, Non concupisces. Quid volo ego? Non concupiscere. Volendo quod vult lex, consentio legi
60 B quoniam bena. Si diceret lex, non concupisces, & ego vellem concupiscere, non consentirem legi, & omnino ab illa voluntatis peruersitate diuersus existerem. Dicente enim lege, non concupisces, & ego vellẽ cõcupiscere, non consentirẽ legi dei. n. Quid mõ? Quid dicis o lex? Nõ concupisces: & ego nolo cõcupiscẽ. Et ego nolo qđ nõ vis: nolo, iõ consentio, quia quod non vis nolo. Non implet legem infirmitas mea, sed legem laudat voluntas mea. Ergo si quod nolo hoc ago, & ideo consentio legi, quia nolo quod non vult, non quia ago quod nolo, Ipsum enim agere concupiscere est, non concupiscentiæ consentire: ne aliquis iam in Apostolo peccandi sibi quærat exemplum, & det malum exemplum, non quod volo ago. Quid enim lex dicit? Non concupisces Et ego nolo concupiscere, & tamen concupisco, quanuis concupiscentiæ meæ assensum non præbeam quanuis post eam non eam: resisto enim auerto mentem, nego arma, teneo membra, & tamen fit in me quod nolo. Quod non vult & lex, nolo cum lege, quod non vult nolo, ergo consentio legi. Sed quia ego sum in carne, ego sum in mente, sed magis ego sum in mente quãm in carne. Quia ego sum in carne, ego sum in mente, ego sum in regente. Mens enim regit, caro regitur, & ma-
60 C gis sum ego in eo quod rego, quãm in eo in quo regor. Quia ergo magis ego in mente, nunc autem iam non ego operor illud. Nunc autem quid est? Nunc autem iam redemptus, qui fui antea sub peccato venundatus, iam accepta gratia Saluatoris, vt mente condelecter legi dei, non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, Scio enim quia non habitat in me. Iterum ergo in me, audi quod sequitur, hoc est in carne mea bonum. Velle enim mihi adiacet, Scio. Quid scis? Quia non habitat in Rom. 7.
me, hoc est, in carne mea bonum. Iamdudum dixeras, quod operor ignoro. Si ignoras, quomodo scis? Modo dicis ignoro, modo dicis scio, ego quomodo intelligam nescio. An hoc est quod intelligo? Vbi enim ait, quod operor ignoro, dixit ignoro, non approbo, non accepto, non mihi placet, non consentio, non laudo. Non enim & Christus eos ignorabit quibus dicturus est, Non noui vos. Prorsus etiam hoc intelligo, Matt. 7.
Quod enim operor ignoro, quia non quod facio ignoro. Non enim ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum, ideo ignoro, quia non ego facio, sicut dictum est de domino, Eum qui non nouerat peccatum. Quid est qui non nouerat? Ergo nõ no- 1. Cor. 5.
uerat quod arguebat: Non non nouerat quod puniebat? Si ergo non nouerat quod puniebat, iniuste puniebat, Quia uero iuste puniebat, nouerat quod puniebat, & tamen peccatum non nouerat, quia peccatum non fecerat. Quod enim operor igno-
60 C ro, non enim quod volo ago, sed quod odi illud facio. Si aũt qđ nolo hoc facio, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem accepta iam gratia, non ego operor illud, libera est mens, caro captiua Non ego operor illud sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Velle enim Roma. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adiacet mihi, perficere autem bonum non. Non adiacet perficere. Adiacet velle, perficere non adiacet. Non dixit facere, sed perficere. Num enim nihil facis? Rebellat concupiscentia, & non consentis, delectat vxor aliena, & non annuis, mentem auertis, in secretarium mentis intras. Vides foris strepentem concupiscentiam, proferes aduersus eam sententiam, mundans conscientiam. Nolo, inquis, non facio. Puta quia delectat, non facio, habeo cui condelecter. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Quid tu de carne tua tumultuaris? Quid delectationes stultas, temporales, fluxas, vanas, noxias, tumultuosè suggeris, & eas quasi garrula mihi narras? Narrauerunt mihi iniusti delectationes, vnde est & ista concupiscentia, Narrat mihi delectationes, sed non sicut lex tua domine. Condelector enim legi dei, nō de me, sed de gratia dei. Tu concupiscentia in carne tumultuaris, mentem tibi non subdis. In deo sparabo, non timebo quid faciat mihi caro, hoc est, mente non consentiente tumultuatur caro. In deo, inquit, sperabo, non timebo quid faciat mihi caro. Sicut nec aliena, ita nec mea. Qui ergo io se hæc agit, nihil facit? Multum facit, magnum est quod facit, sed tamen non perficit. Quid est enim perficere? Vbi est mors cōtentio tua? Ergo velle adiacet mihi perficere autem bonum non. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Et repetit, Si autem quod nolo ego hoc facio, id est, concupisco, iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum. Bonam inuenio legem, bonum est lex, bonum aliquid est lex. Vnde probo? Quia implere volo. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Mihi, & hoc mihi. Num enim caro non mea, aut de alia substantia caro, aut de alio principio caro, aut anima ex deo, & caro de gente tenebrarum? Absit. Languor repugnat sanitati. Semiuiuus iacebat in uia, curatur adhuc, sanentur omnes languores eius. Non quod volo ago, sed quod odi illud facio. Si autem quod nolo ego illud facio, inuenio ergo legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Quod malum? Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: & captiuum mē ducentem in lege peccati quæ est in membris meis. Captiuum, sed ex carne. Captiuum, sed ex parte. Nam mens repugnat & condelectatur legi dei. Sic enim intelligere debemus, si de ipso Apostolus loquitur. Iam ergo si mens non consentit peccato titillanti, suggerenti, blandienti, si mens non consentit quoniam habet alias interius delectationes suas, delectationibus carnis nulla ex parte conferendas: si ergo non consentit, & est in me quiddam mortuum, mors adhuc contendit, sed mens viua non consentit. Nunquid ipsa mors non est in te? Nanquid illud quod mortuum est non pertinet ad te? Adhuc tibi est cō tentio. Quid etiam inde sperandum est? Miser ego homo, & si non in mente, tamen in carne miser homo. Non enim in mente homo, & in carne non homo. Quis enim vnquam carnem suam odio habuit? Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quid est hoc, fratres? Quasi carere vult corpore? Quid festinas, si tantum ibi est intentio tua vt corpore careas? Mors quando ventura est, & te ab isto corpore mortis dies aduenies vltimus proculdubio liberabit. Quid est quod pro magno gemis? Quid est quod dicis, Quis me liberabit? Mortalis loqueris, moriturus loqueris, separatio mentis a carne quandoque ventura est, propter breuitatem vitæ nunquam longe est, propter quotidianos casus quando sit nescis. Ergo siue festines, siue tardes, omnis vita humana breuis est. Quid pro magno gemis & dicis, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Et adiungit, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Pagani enim qui non habent gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrum, non morientur? non die vltimo a carne soluentur? non illo die a corpore mortis huius liberabuntur? Tu quid est quod pro magno gratię Christi, gratiæ dei per Iesum Christū dūm nostrū, vis tribuere, quia de corpore mortis huius liberaberis? Respondit tibi Apostolus, si sensum eius cepimus, immo quia domino adiuuante sine dubio cepimus, rīdet tibi Apostolus & dicit, Scio quid loquar, Pagarros dicis liberari a corpore mortis huius, quia veniet dies vltimus vitę huius, & soluendos ad tempus a corpore mortis huius, Veniet & dies quando omnes qui sunt in monumentis audienti uocē eius, & procedent qui bene fecerunt in resurrectionē vitæ

Psal. 118.
Psal. 45.
1. Cor. 15.
Luc. 10.
Ephe. 5.
Roma. 7.
Ioan. 5.

uitæ, Ecce liberati a corpore mortis huius. Qui male fecerunt, in resurrectionem iudicii, Ecce redierūt ad corpora mortis huius. Corpus mortis huius redit ad impium, nec inde aliquando soluetur. Tunc non erit uita æterna, sed mors æterna, quia pœna æterna. Tu autem, o Christiane, roga quantum potes, clama & dic, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondetur tibi, Securus efficeris non de te, sed de domino tuo, Securus efficeris de pignore tuo. Spera cum Christo regnum Christi, iam pignus tenes sanguinem Christi. Dic, dic, quis me liberabit de corpore mortis huius? Vt respondeatur tibi, Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum. Non enim sic liberaberis de corpore mortis huius, vt hoc corpus non habeas, habebis, sed non mortis huius. Ipsum erit, sed non ipsum erit. Ipsum erit, quia ipsa caro erit. Non ipsum erit, quia mortale nō erit. Sic sic liberaberis a corpore mortis huius, ut mortale hoc induat immortalitatem, & corruptibile hoc induat incorruptionem. A quo? Per quem? Gratia dei, per Iesum Christū dominum nostrum, quia per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur, inde est quod gemis, inde est quod cum morte confligis, inde est corpus mortis huius. Sed sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Viuificatus accepto corpore immortali, vbi dicas, Vbi est mors contentio tua? Liberatus eris a corpore mortis huius, non tamen virtute tua, sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Conuersi ad dominum, &c.

Rom. 7.
1. Cor. 15.

De verbis Apostoli, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carnem autem legi peccati. Sermo VI.

HEsterna lectio sancti Apostoli eousque terminata est, vbi dictum est, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. In qua conclusione demōstrauit Apostolus ad hoc se dixisse quæ supra dixerat, Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum, quia non mente operabatur, consentiendo, sed carne concupiscendo. Hoc enim peccati nomine appellat, vnde oriuntur cuncta peccata, id est, ex carnali concupiscentia. Quicquid enim est peccatorum in dictis, in factis, in cogitationibus, non exoriuntur nisi ex mala cupiditate, non exoriuntur nisi ex illicita delectatione. Huic ergo illicitæ delectationi si resistamus, si non consentiamus, si membra velut arma non minestremus, non regnat peccatum in nostro mortali corpore. Peccatum enim ante regnum perdidit, & sic periit. In hac ergo vita quantum ad sanctos attinet regnum perdit, in alia perit. Hic enim regnum perdit, quando post concupiscentias nostras non imus, ibi autem perit quando dicetur, Vbi est mors cōtentio tua? Ergo cum dixisset Apostolus, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati: non dando membra committendis iniquitatibus, sed tantum concupiscendo, nec tamen illicitæ concupiscentiæ manus dando, Ergo cum dixisset, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati: subiecit & ait, Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. His qui sunt in carne condemnatio est, his qui sunt in Christo Iesu nulla condemnatio est. Ne putares hoc postea futurum ideo addidit, Nunc. Postea illud expecta, vt nec concupiscentia sit in te contra quam contendas, cum qua confligas, cui non consentias, quam frænes & domes, post expecta quia nec ipsa erit. Si enim quod nobiscum contendit ex mortali corpore etiam postea erit, vbi est mors contentio tua, falsum erit. Quid ergo postea futurum sit sciamus. Tunc. n. fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria'. Vbi est mors cōtentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum, virtus autem peccati lex, quia ex prohibitione auctum est desiderium, non extinctum. Lex peccato dedit virtutem tantummodo per literam iubendo, non per spiritum subueniendo. Ergo tunc non erit hoc, sed quid nunc? Quid sit nūc quæris, quod & pauloante dixit. Nūc autem iam non ego operor illud, & ibi nunc Quid est, non ego operor illud? Non cōsentio, non annuo, non decerno, semper mihi displicet, membra mea teneo, Et magnum est hoc. Cum sit ex carne concupiscentia, & ad carnem pertineant corporis mē bra, quando non regnat peccatum, id est, carnis concupiscentia, plus habet iuris mēs ad tenenda membra carnis ne dentur in arma iniquitatis, quàm ipsa concupiscētia carnis ad mouenda membra carnis. Itaque concupiscentia est carnis, & membra carnis: mens tamen quia dominatum habet, si tamen desuper adiuuetur, nec cum ei

Peccati nomine, qd Apostol' appellet. Roma. 6.
1. Cor. 15.
Roma. 7.
1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multum contra dei gratiam damus,non regem, seq vt tyrannum faciamus, tantum
ergo valet mens, sic regit cum regitur, vt de membris ipsius carnis contra concupi-
Roma.6. scentias carnis ipsis possit agere,quod ait Apostolus, Non ergo regnet peccatum in 61
vestro mortali corpore ad obediendum desideriis eius, nec exhibeatis membra ve- A
Roma.8. stra arma iniquitatis peccato. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Chri
sto Iesu,Non sint soliciti,si concupiscentiis illicitis titillantur,non sint soliciti,quod
videtur adhuc esse lex in membris repugnans legi mentis. Nulla enim condemnatio
est. Sed quibus etiam nunc? Quibus? Qui sunt in Christo Iesu. Et vbi est illa senten-
Rom.7. tia de qua dicebat paulo ante, Video aliam legem in membris meis repugnantem le
gi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis? Sed me
dicebat ex carne, non ex mente. Vbi ergo illa lex, si nulla condemnatio est his qui
sunt in Christo Iesu? Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu,Lex enim non illa in mõ
te Sina per literam,Lex enim non illa in vetustate literæ,sed lex spiritus vitæ in Chri
sto Iesu,liberauit te a lege peccati & mortis. Vt enim condelecteris legi dei secundũ
interiorem hominem,vnde haberes,nisi lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberarette
a lege peccati & mortis? Ideo,mens humana, ne tibi tribuas, ne multum superbias,
immo ne omnino superbias o mens humana, quod non consentis desideriis carnis,
quod lex peccati non de arce deponit: lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberabit te a
lege peccati & mortis: non te illa lex liberabit,de qua supra dictum est,vt seruiamus 61
Exod.31. in nouitate spiritus,& non in vetustate literæ. Quare illa non liberabit? Nonne & F
ipsa digito dei scripta est? Nonne digitus dei spiritussanctus intelligitur? Lege Euan
Mat. 12. gelium & vide,quia vbi dicit vnus Euangelista, domino dicente, Si ego in spiritu
Lucę.11. dei eiicio dæmonia: alius dicit, Si ego in digito dei eiicio dæmonia. Si ergo & lex illa
Digitus digito dei scripta est,hoc est,in spiritu dei,quo spirituvicti magi Pharaonis dixerunt,
dei, spiri- Digitus dei est hic: Si ergo & ipsa, imo cum & ipsa spiritu dei,hoc est, digito dei con-
tussanctus scripta sit,quare non de illa dicitur,Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu? Lex enim
Exod. 8. mortis non ipsa dicitur,lex peccati & mortis,non illa lex dicitur quæ data est in mõ
Exod. 31. te Sina. Lex peccati & mortis illa dicitur de qua gemens ait,Video aliam legẽ in mem
Rom. 7. bris meis repugnantem legi mentis meæ. Sed illa lex ipsa est quę dicta est, itaque lex
quidem sancta,& mandatum quidem sanctum,& iustum,& bonum: Et subiecit, Q3
ergo bonum est,mihi mors factum est? Absit. Sed peccatum vt appareat peccatum,p
bonum mihi operatum est mortem, vt fiat supra modum peccator aut peccatum per
mandatum. Quid est supra modum? Vt addatur prævaricatio. Data est ergo lex illa,
vt inueniretur infirmitas. Parum est hoc,non solum vt inueniretur, sed etiam vt au- D
geretur, & vel sic medicus quæreretur. Si enim leuis morbus esset, contenneretur: si C
Roma.5. morbus contenneretur,medicus non quæreretur: si medicus non quæreretur, mor-
bus non finiretur. Ideo vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia, quę dele-
uit cuncta peccata quæ inuenit, & ad non peccandum voluntati nostræ conanti ad-
Psal.43. iutorium subministrauit,vt ipsa voluntas nostra non in seipsa,sed in domino laudaretur. In domino enim laudabimur tota die, Et in domino laudabitur anima mea, au-
Psal. 33. diant mites,& lætentur. Audiant mites,nam superbi & litigiosi non audiunt. Ergo
2. Cor.3. quare non ipsa est lex digito dei scripta,quæ dat adiutorium hoc gratiæ de qua lo qui
mur? Quare? Quia in tabulis lapideis scripta est,non in tabulis cordis carnalibus.
Exod.12. Denique,fratres mei,in magno mysterio videte concordiam, videte distantiam ple-
bis. Celebrabatur Pascha in veteri populo, sicut nostis occasione agni cum azymis:
16.de ciui vbi occisio ouis Christum significat,azyma autem nouam vitam,hoc est sine vetu-
ta.dei,cap. state fermenti, Vnde nobis Apostolus dicit, Expurgate vetus fermentum,ut sitis no-
1.Cor.5. ua consperssio,sicut estis azymi,Pascha enim nostrum immolatus est Christus. Cele-
Exod. 19. bratum est ergo Pascha in illo veteri populo,nondum in luce fulgente,sed in vmbra
significante celebratum est,& post quinquaginta dies a celebratione Paschę,sicut cõ
putans inueniet qui voluerit,datur lex in monte Sina,scripta digito dei. Venit verũ 61
Pascha,immolatur Christus,transitum facit a morte ad vitam, Transitus enim inter- H
Ioan.4. pretatur Hebraice Pascha. Quod expressit Euangelista dicens, Cum autem veniret
hora,vt trãsiret Iesus de hoc mundo ad patrem. Celebratur ergo Pascha, resurgit do-
minus,facit transitum a morte ad vitam quod est Pascha. Et numerantur quinqua-

ginta dies,& venit spiritussanctus digitus dei. Sed videte ibi quomodo,& hic quomo
do. Ibi ples longe stabat,timor erat,amor non erat,nam vsqueadeo timuerunt,vt di 61
cerent ad Moysen, Loquere tu ad nos,& nõ ad nos loquatur dominus,ne moriamur. E Exod. 20
Descendit ergo sicut scriptum est,deus in Sina in igne,sed plebem longe stantem ter
ritans,& digito suo scribens in lapide,non in corde. Hic autem quando venit spiri-
tussanctus,congregati erant fideles in vnum,nec in monte terruit,sed intrauit in do-
mum, De cœlo quidem factus est subito sonus, quasi ferretur flatus vehemens so- Acto. 2.
nuit,sed nullus expauit. Audisti sonum, vide & ignem, quia & in monte vtrunque
erat & ignis & sonitus,sed illic etiam fumus,hic & ignis serenus. Vise sunt enim illis,
inquit scriprura,linguæ diuisæ velut ignis. Nunquid de longinquo territans? Absit.
Nam insedit super vnumquemque eorum, & cœperunt linguis loqui sicut spiritus
dabat eis pronuntiare. Audi linguam loquentem, & intellige spiritum non in lapide,
sed in corde scribentem. Lex ergo spiritus vitę scripta in corde,non in lapide,in Chri
sto Iesu,in quo celebratum est verissimum Pascha,liberabit te a lege peccati & mor
tis. Nam vt noueris ipsam esse distantiam euidentissimam veteris & noui testamen
ti, Vnde & dicit Apostolus, Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: 2. Cor.3.
Dominus apud Prophetam dixit, Ecce dies veniunt, dicit dominus, & consummabo Iere.31.
super domum Iacob testamentum nouum, non secundum testamentum quod con-
stitui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, & eduxi eos de terra 61
Aegypti. Deinde ipsam differentiam euidenter ostendit, Dans, inquit, leges meas in F
cordibus eorum, in cordibus, inquit, eorum superscribam eas. Si ergo scribatur lex
dei in corde tuo,non foris terreat,sed intus mulceat, tunc lex spiritus vitæ in Chri-
sto Iesu liberabit te a lege peccati & mortis. Quod enim impossibile erat legi, hoc se-
quitur in lectione apstooli. Quod enim impossibile erat legi, & ne ipsa culparetur,
quid subiunxit? In quo infirmabatur per carnem. Lex enim iubebat, & non im-
plebat, quia caro vbi non erat gratia, inuictissime resistebat: & lex infirmabatur per
carnem, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. Quomodo ergo lex mihi Roma.7.
opitularetur iubens per literam, & non dans gratiam? Infirmabatur per carnem.
Quid fecit deus cum hoc impossibile esset legi, & infirmaretur per carnem? Deus fi- Roma.8.
lium suum misit. Per quid infirmabatur lex, & propter quid erat hoc impossibile le-
gi? Infirmabatur per carnem. Quid ergo deus: Contra carnem misit carnem, [im-
mo etiam pro carne misit carnem.] Peccatum enim carnis occidit, carnis substan-
tiam liberauit. Misit deus filium suum in similitudinem carnis peccati. In carne
quidem vera, sed non in carne peccati. Quid autem in similitudinem carnis pec- Roma.8.
cati? Id est, vt esset caro, vera caro. Et vnde similitudo carnis peccati? Quia de pec-
cato mors. Mors est vtique in omni carne peccati, de qua dicit Apostolus, Vt Roma.6.
euacuaretur corpus peccati. Quia ergo est in omni carne peccati, sed vtrunque ibi
est, & mors & peccatum in carne: cæterum in carne peccati & mors est, & peccatum
est: in similitudinem carnis peccati mors erat, & peccatum non erat. Si enim ca-
ro peccati esset, & merito peccati pœnam mortis lueret, non diceret ipse dominus,
Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet. Quare ergo me occidit? Quia Ioan.14.
quę non rapui tunc exoluebam. Prorsus quod fecit de tributo, hoc fecit de mor- Psal 68.
te. Exigebatur tributum, didragma. Quare, inquit, iu & discipuli tui non reddi- Matt.27.
tis tributum? Vocauit ad se Petrum, & ait ei, Reges mundi a quibus exigunt
tributum a filiis suis an ab alienis? Responsum est, Ab alienis. Ergo, inquit,
liberi sunt filii. Tamen ne scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, &
qui primus surrexerit, id est, primogenitus a mortuis: aperi, inquit, os eius, &
inuenies ibi staterem, id est, duas didragmas, quatuor dragmas: quia didragma, id
est, duo dragmata in capite exigebatur. Inuenies ibi staterem, hoc est, quatuor
dragmata, da eis pro me & te. Quid est? Ipse Christus, Petrus, ecclesia Christi, ec-
clesiæ quatuor euangelia. Mysterium latebat, Christus tamen tributum non de-
bitum persoluebat. Sic persoluit & mortem, non debebat & persoluebat. Ille ni-
si indebitum solueret, nunquam nos a debito liberaret. Quod ergo impos-
sibile erat legi, quæ faciebat prævaricationem, quia nondum mens conuicta
quæsierat Saluatorem, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filium suum

Universidad de Deusto
Biblioteca

in similitudine carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum. Quomodo ergo nō habebat peccatum, si de peccato damnauit peccatum? Iam aliquādo exposuimus vobis hoc,sed qui meminerunt recognoscant, qui non audierunt audiant, qui obliti sunt recolant. Peccatum vocabatur in lege sacrificium pro peccato, Assidue lex hoc commemorat. Non semel,non iterū, sed sæpissime peccata dicebatur sacrificia pro peccatis. Tale peccatum erat Christus. Quid enim dicamus? Peccatum habebat? Absit. Peccatum non habebat,& peccatum erat. Peccatum erat,dixi secundum illam intelligentiam,quia sacrificium pro peccato. Audi quia hoc modo peccatū erat, ipsum Apostolum audi,de illo loquens ait,Eum qui non nouerat peccatum. Ipsam sententiam vobis exponebam,quando ista dicebam,Eum,inquit,qui non nouerat peccatū id est,dominum nostrum Iesum Christum, Deus pater eum qui non nouerat peccatum,pro nobis peccatum fecit,cum ipsum Christum qui non nouerat peccatū,deus pater pro nobis peccatum fecit,vt nos simus iustitia dei in ipso. Videte duo,iustitia dei non nostra,in ipso non in nobis. Inde illi magni sancti, de quibus dicit Psalmus, Iustitia tua sicut montes dei. Et quasi diceretur in ipso Psalmo,vbi dictum est,Iustitia tua,non.n.iustitia eorum,sed iustitia tua velut montes dei. Leuaui enim oculos meos in montes,vnde veniret auxilium mihi:sed non a montibus. Auxilium meum a domino,qui fecit cœlum & terrā. Ergo cum dixisset, Iustitia tua sicut montes dei: quasi quæreretur,vt quid ergo aliqui nascuntur qui non pertinent ad iustitiam dei? subiecit, Iudicia tua sicut abyssus multa. Quid est sicut multa abyssus? Altum est,impenetrabile est,inaccessum est humanæ intentioni. Diuitiæ enim dei inscrutabiles,Inscrutabilia iudicia eius,inuestigabiles viæ eius. Ergo & huc misit deus deus filium suum propter præscitos & prędestinatos,vocandos, iustificandos,glorificandos,vt montes dei dicant,Si deus pro nobis, quis contra nos? Misit deus filium suum in similitudine carnis peccati,& de peccato damnauit peccatum in carne,vt iustitia legis impleretur in nobis. Nō implebatur per se,impleta est per Christū. Nō.n. venit legē soluere,sed implere. Sed quō iustitia legis impleretur in nobis,vel quō impleatur nobis vel quibus nobis? Vis audire in qbus nobis? Qui nō scdm carnē ambulamus,sed secundum spiritum. Quid est secundum carnē ambulare? Carnalibus cōcupiscentiis consentire. Quid est secundum spiritum ambulare? Adiuuari spiritu in mente,& concupiscentiis carnis nō obedire. Sic ergo impletur in nobis lex,impletur in nobis iustitia dei,modo interim impletur, Post cōcupiscentias tuas non eas. Post concupiscentias tuas cum audis, illicitas accipe. Post concupiscentias tuas non eas: debet impleri ex volūtate nostra. Adiuta gratia dei debet impleri, post cōcupiscētias tuas non eas. Quicquid.n.illa concupiscentia carnis egit in nobis præteritorum,peccatorum,siue in factis,siue in dictis,siue in cogitationibus,totū deletum est sacro baptismate,omnia debita debita deleuit vna indulgentia, Restat ergo cum carne conflictus,quia deleta est iniquitas,sed manet infirmitas,inest,titillat delectatio illicitę cōcupiscentiæ: pugna,resiste,noli consentire,& impletur hic, Post cōcupiscentias tuas non eas: quia & si quando surrepunt,& vsurpant sibi oculum,aurem,linguam,volaticam cogitationem,nec sic desperemus de salute nostra. Ideo quotidie dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Iustitia,inquit,legis impletur in nobis. Sed in quibus nobis? Qui non secundum carnem ambulamus,sed secundum spiritum. Qui.n.carnis sunt,quę carnis sunt sapiunt,qui autem secundum spiritum,quę sunt spiritus. Prudentia.n.carnis mors est,prudentia autem spiritus vita & pax. Prudentia.n.carnis inimica in deum,Legi enim dei non est subiecta,neque.n.potest. Quid est neque.n.potest? Non homo non potest,non anima non potest, non denique ipsa caro, quia dei creatura non potest: sed prudentia carnis non potest, vitium non pōt, non natura, quomodo si diceres.claudicatio rectæ ambulationi non est subiecta, neque enim potest. Pes potest,sed claudicatio non potest}, Tolle claudicationem, & videbis rectam ambulationem. Sed quādiu claudicatio est,non potest, sic quādiu prudentia carnis est,non potest. Non sit prudentia carnis,& homo potest. Prudentia spiritus vita & pax. Quod ergo ait,Prudentia carnis inimica in deum, noli sic accipere quasi inimica ista posit lædere deum. Resistendo inimica es,non occidendo. Illi autem nocet,in quo est prudentia carnis,quia vitium naturæ nocet in qua natura inest. Medicina au-

De verbis domini. ser.48.

2. Cor.5.

Psal.35.

Psal.102.

Roma.11.

Roma.8.

Mat.5.

Roma.8. Ambulare scdm spiritum.

Mat.6.

Roma.8.

tem inuenta est,vt pellatur vitium,& sanetur natura. Venit ergo Saluator ad genus humanum,nullum sanum inuenit,ideo magnus medicus venit. Hoc propterea dixi quia Manichæi volentes aliam contra deum inducere naturā mali,quasi de hoc Apostoli testimonio errorem suum existimant adiuuari, & putant quasi naturaliter dictum,quia dictum est,non potest,inimica est in deum. Legi enim dei non est subiecta,neque enim potest: & non attenderunt non de carne dictum esse,non potest,non de homine dictum esse,non potest: non de anima dictū esse,nō potest, sed de prudentia carnis. Prudentia ista vitium est. Vis nosse quid est? Sapere secundum carnē mors est. Sed ille ipse vnus homo,eademq; natura a domino deo vero & bono condita,heri sapiebat secundum carnem,hodie sapit secundum,spiritum expulsum est vitium, sanata est natura. Nam quandiu esset prudentia illa carnis,omnino legi dei subiecta esse non potest. Quādiu enim inest p vitium claudicatio, nullo modo potest esse recta ambulatio. Sanato autem vitio,reparata est natura. Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. Videte ergo quid sequitur: Qui autē in carne sunt,id est,qui in carne confidunt,qui concupiscentias suas sequuntur,qui in his habitant, qui earum voluptatibus oblectantur,qui in earum delectationibus beatam fœlicemq; vitā constituunt,ipsi sunt in carne,deo placere non possunt. Non enim fic dictū est, Qui autem in carne sunt,deo placere nō possunt: quasi dictum esset,in hac vita cum sunt homines,deo placere non possunt. Ergo non placuerunt sancti patriarchæ? Ergo nō placuerunt sancti prophetę? Ergo non placuerunt sancti apostoli? Non placuerunt sancti martyres,qui antequam corpus patiendo deponerent Christum confitendo, non solum voluptatem contēnebant, sed dolores quoq; patientissime perferebant? Placuerunt,sed in carne non fuerunt. Portabant carnem,non portabantur a carne. Iam enim paralytico dictum erat, Tolle grabatum tuum. Qui enim in carne sunt, quemadmodum dixi,quemadmodum iam exposui, non in hoc seculo viuendo, sed carnis cōcupiscentijs consentiendo,deo placere non possunt. Denique audite ipsum quęstionem sine vlla dubitatione soluentem. Viuens vtiq; hoc corpore loquebatur, & tamen adinnxit,Vos autem nō estis in carne,Putas est hic aliquis in vobis cui dictum est: Ecce populo dei dixit,Ecclesiæ dixit,Romanis quidē scribebat, sed vniuersæ Christi. Ecclesię dixit,sed tritico dixit non paleæ,massæ dixit,latenti,non stipulæ apparenti. Vnusquisque in corde suo cognoscat,Nos auribus loquimur,cōscientias tuas videmus,tamē secundum ea quæ superius locuti sumus,existimo in noīe Christi esse in plebe Christi quibus dictum est,Vos autem non estis in carne,sed in spiritu,si tamen spiritus dei habitat in vobis. Nō estis in carne, quia non facitis opera carnis consentiendo concupiscentiis carnis,sed estis in spiritu,qui secundum interiorē hominem condelectamini lege dei, & hoc est si tamen spiritus dei habitat in vobis. Nam si de spiritu vestro præsumitis, adhuc in carne estis. Sic ergo nō estis in carne, vt in spiritu dei sitis,tunc enim in carne non estis. Nam si recedat spiritus dei,ponderę suo spiritus hominis reuoluitur in carnem,redit ad facta carnalia,redit ad concupiscentias seculares, Et erunt illius hominis peiora nouissima quam erant prima. Sic enim habete liberum arbitrium,vt imploretis auxilium. Nō estis in carne,& hoc ex viribus vestris? Absit. Vnde ergo? Si tamen spiritus dei habitat in vobis. Siquis autem spiritum Christi non habet,hic non est eius. Non ergo se extendat,non se iactet non sibi arroget virtutem propriam,egena,& vitiata natura. O Adam quando sanus eras non stetisti, & tuis viribus surrexisti? Si quis spiritum Christi non habet, Ipse enim spiritus dei,qui spiritus Christi, & patris est enim & filij: Siquis spiritum Dei non habet,non se fallat,hic non est eius. Ecce adiuuāte ipsius misericordia spiritum Christi habemus,ex ipsa dilectione iustitiæ,integra fide, catholica fide spiritum dei nobis inesse cognoscimus. Sed quid de carne illa mortali? Quid de lege in membris nostris repugnante legi mentis? Quid de illo gemitu? Audi. Si autem Ghristus in vobis,corpus quidem mortuum est propter peccatum,spiritus autem vita est propter iustitiam. Ergo de corpore mortuo propter peccatum iam desperandum est? Nulla spes est? Sic dormit,vt non adiciat vt surgat? Absit. Corpus quidem mortuum est propter peccatum,spiritus autem vita est propter iustitiam. Remansit tristitia de nostro corpore. Nemo autem carnem suam odio habuit. Videmus quam solicite

62 A

62 B

92 C

Ephes.5.

Ioan.5.

Roma. 8.

Luc.11.

Roma.8.

Rom.8. Spiritum Christi habere.

Psal. 40.

Ephes.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

curetur sepultura mortuorum. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spi
ritus autem vita est propter iustitiam. Iam dicebas ad consolationem, Vellem qui-
dem & corpus meum esse in hac vita, sed quia non potest, sit vel spiritus meus, sit vel
Roma. 8. anima mea. Expecta noli esse solicitus. Si enim spiritus eius qui suscitauit Iesum a
mortuis, habitat in vobis, quia suscitauit Christum Iesum a mortuis, viuificabit &
mortalia corpora vestra. Quid timetis? Quid etiam pro ista carne soliciti estis. Capil
Luc. 21. lus capitis vestri non peribit. Adam peccando damnauit in mortem corpora vestra
sed Iesus si est spiritus eius in vobis viuificabit & mortalia corpora vestra, quia suũ
sanguinem dedit pro salute vestra. Promissum reddi dubitas, qui tale pignus tenes?
Roma. 8. Sic ergo homo non erit mortis illa contentio, sic implebitur quod dictum est, Miser
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quia Christus Iesus si spiri-
tus eius in vobis est, viuificabit & mortalia corpora vestra: sic liberaberis de corpo-
re mortis huius, non corpus non habendo, vel alterum habendo, sed nõ vlterius mo
riendo. Si.n. non addieret, Mortis huius, & diceret, Quis me liberabit de corpore? for
te suggeretur error cogitationi humanæ, & diceretur, Vides quia non vult deus nos
esse cum corpore: De corpore, inquit, mortis huius. Mortem tolle, & bonum est cor-
pus, Detrahatur mors nouissima inimica, & erit mihi in eternum caro mea amica.
Ephes. 5. Nemo enim vunquam carnem suam odio habuit. Et si spiritus concupiscit contra
Galat. 5. carnem, & caro concupiscit aduersus spiritum, etsi modo rixa est in ista domo, mari
ritus litigans non perniciem, sed concordiam quærit vxoris, Absit, fratres mei, absit,
vt spiritus concupiscendo contra carnem oderit carnem. Vitia carnis odit, pruden-
1. Cor. 15. tiam carnis odit, contentionem mortis odit. Corruptibile hoc induat incorruptio-
nem, & mortale hoc induatur immortalitate, seminetur corpus animale, & resurgat
Rom. 8. corpus spiritale, & vide plenam perfectamq; concordiam, videbis creaturã, lauda crea
torem. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui su
scitauit Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabi-
tantẽm spiritum qui habitat in vobis, non propterea merita vestra, sed propter mu-
Ephes. 3. nera sua. Conuersi ad dominum: &c.

De verbis Apostoli, Peto non infirmari in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra, Et de libero arbitrio. Sermo VIII.

APostolum audiuimus, psalmum audiuimus, Euangelium audiuimus, con-
sonant omnes diuinę lectiones, vt spem non in nobis, sed in domino collo-
cemus. Peto, iniquit Apostolus, vos non infirmari in tribulationibus meis
Ephes. 3. meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Peto, inquit vos non infirmari: ideſt, vt non in
firmemini, quando audistis me pati pro vobis tribulationes, quia hæc est gloria ve-
stra. Petit ergo eos vt non infirmentur, quod non faceret, nisi eorum vellet excita-
re voluntatem. Si enim responderent, Quid nos petis quod in potestate non ha-
bemus: nunquid non viderentur sibi iustum reddidisse responsum? Et tamen Apo
stolus nisi sciret esse in eis voluntatis proprię consensionem, vbi & ipsi aliquid
agerent, non diceret, peto. Et si diceret, iubeo, nisi eos nosset adhibere posse iussioni
suæ voluntatem, sine causa hoc verbum de eius ore procederet. Sed rursus sciens si-
ne dei adiutorio infirmã esse hominis voluntatẽ, nõ solũ ne dicerẽt, voluntatis arbi-
trium non habemus, dixit peto, verũetiam ne dicerẽt, voluntatis arbitrium sufficit
nobis, videte quid addidit, Huius rei gratia. Cuius rei gratia, nisi quia supra dixerat,
Peto non infirmari in tribulationibus meis pro uobis, quę est gloria vestra? Quia er
go uoluntatis habetis arbitrium, peto. Quia uero nobis uoluntatis non sufficit arbi
Ibidem. trium ad implendũ qd̃ peto, Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem dñi nr̃i Ie
su Christi, ex quo oĩs paternitas in cœlo & in terra noiatur. Vbi det vobis? Quod pe-
to a uobis, rogo det uobis. Peto.n.a uobis propter arbitrium uolũtatis, rogo det uo-
bis pp auxiliũ maiestatis. Sed Apostoli verba præuenimus. Adhuc fortasse expecta-
tis audire, qui textum eiusdem lectionis memoria non tenetis, utrum reuera ideo
Apostolus pro ipsis ad patrem genua flectat, ut det illis qd̃ dixerat eis, peto. Memen-
tote ergo qd petierit ab eis. Peto uos nõ infirmari in tribulationibus meis pro uo-
bis. Hoc ab eis petit. Modo videte quid illis petit. Flecto genua mea ad patrẽ dñi mei
Iesu Christi, ut det nobis secundi diuitias gloriæ suæ uirtute corroborari. Quid est

aliud, nisi non infirmari? Virtute corroborari, inquit, per spiritum eius. Iste spiritus
gratiæ videte quid petit. Hoc a deo petit, quod ab hominibus exigit, quia vt deus ve-
lit dare, debes & tu ad accipiendum accommodare voluntatem. Quomodo vis accipe
re gratiam diuinæ bonitatis, qui sinum non aperis voluntatis? Det, inquit, vobis. Nõ
enim habetis, nisi det vobis. Det vobis virtute corroborari per spiritum eius. Si.n.
dederit vobis virtute corroborari, ibi dabit vobis non infirmari, in interiore homi-
ne habitare Christum per fidem in cordibus vestris. Totum hoc det vobis. In cha- Ephe. 3.
ritate radicati & fundati, vt præualeatis comprehendere cum omnibus sanctis. Quid
comprehendere? Det vobis per spiritum suum virtute corroborari, & habitare in in-
teriore homine vestro Christum per fidem, atque ita in charitate radicati & fundati
positis comprehendere. Quid? Quæ sit altitudo, longitudo, altitudo, & profundum.
Altitudo quidem in Latina lingua vtrunque significat, & quod sursum versum est al
titudinis nomen habet, & quod in profundum altum est, altitudinis nomen habet.
Ideo bene respondet interpres ad id quod sursum est altum, altitudinem dicere, ad il-
lud quod deorsum altum est, profundum dicere. Quid est ergo, fratres mei? Expo-
nam hoc vobis, quod facilius forte sit cuiquam q̃ sibi sit quis? Quid ergo? Quia lati-
tudinem, longitudinem, altitudinem, & profundum, quatuor ista quæ dicit Aposto
lus, minus idoneus sum vel comprehendere, vel proferre, transibo ab hoc, an forte
pulsabo, & vt vobis salubre aliquid proferam, vestris orationibus adiuuabor. Quid
corde pergis, homo christiane, per latitudinem terræ, longitudinem temporum, alti-
tudinem cœli, profunditatem abysi? Quando ista comprehendis vel mente vel cor-
pore, hoc est, siue cogitando siue carnis oculis intuendo? Quando ista comprehẽdis?
Ipsum Audi Apostolum dicentem sibi, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domi Galat. 6.
ni, nostri Iesu Christi. Et nos in illa gloriemur, uel quia super illa incumbimus? In
illa gloriemur omnes boni, fratres, in illa gloriemur, Ibi forte inueniemus & latitudi- Crucis
nem, & longitudinem, & altitudinem, & profundum. His enim Apostoli verbis, crux mysteriũ.
quodãmodo nobis ante oculos constituta est. Habet enim latitudinem in qua manus
figuntur, habet longitudinem quod inde vsque ad terram ducitur lignum, habet &
altitudinem quod ab ipso transuero in quo figuntur manus excedit aliquantum vbi
caput crucifixi ponitur, habet & profundum, hoc est quod in terra figitur & non vi-
detur. Videte magnum sacramentum. Ab illo profundo quod non vides, surgit totũ
quod vides. Vbi ergo est latitudo? Confer te ad vitam moresq; sanctorum, qui dicunt,
Absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Inuenimus in moribus eorũ Galat. 6.
latitudinem charitatis: Vnde illos admonuit ipse Apostolus, dicens, Dilatamini, ne si
tis iugum ducentes cum infidelibus. Et quia ipse latus erat qui eos ad latitudinem 2. Cor. 6.
exhortabatur, audi quid dicat: Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum di
latatum est. Latitudo ergo charitas est, quæ sola bene operatur: Latitudo facit vt hi Latitudo
larem datorem diligat deus. Si enim angustiam passus fuerit, tristis dabit, si tristis da quid.
bit, perit quod dabit. Opus est enim latitudine charitatis, ne pereat quicquid boni 2. Cor. 9.
facitis. Sed quoniam ait dominus, Vbi abundabit iniquitas, refrigescet charitas mul Matt. 24.
torum: Da mihi & longitudinem. Quæ est longitudo? Qui perseuerauerit vsque in
finem, hic saluus erit. Hæc est longitudo crucis, vbi totum corpus porrigitur, vbi Ma. 10. &
quodammodo statur, quo stando perseueratur. Si ergo quæris qui in cruce gloriaris 24.
habere crucis latitudinem, habeto bene operandi virtutem. Si vis habere crucis lon- Lõgitudo
gitudinem, habeto perseuerandi longanimitatem. Si autem vis habere crucis alti- quid.
tudinem, nosti quid audias & vbi audias: Sursum cor. Quid est, sursum cor? Ibi Altitudo
spera, ibi ama: Inde pete virtutem, ibi expecta mercedem. Nam si bene operaris crucis.
& hilariter tribuis, videris habere latitudinem. Si in ijsdem bonis operibus vsque
in finem perseueraueris, uideris habere longitudinem. Sed si omnia hæc non pro-
pter supernam mercedem facis, altitudinem non habebis, & illa iam nec latitudo
erit, nec longitudo. Quid est enim habere altitudinem, nisi cogitare deum, ama-
re deum, & gratis amare ipsum deum adiutorem, ipsum expectatorem, ipsum co-
ronatorem, ipsum præmij largitorem, postremo ipsum præmium deputare, non
aliud ab ipso quam ipsum expectare? Si amas, gratis ama: si uere amas, ipse
sit merces quem amas. An uero tibi chara sunt omnia, & uilis est qui condi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit omnia ? Hæc vt posimus flexit genua sua pro nobis Apostolus, vtiq; ideo vt det nobis. Terret enim & Euangelium, Vobis datum est scire mysterium regni, illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei. Quis autem habet cui dabitur, nisi cui datum est ? Qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Quis autem non habet, nisi cui non est datum ? Quare ergo illi datum est, & illi non est datum ? Non me piget dicere, hoc est profundum crucis. De profundo nescio quo iudiciorum dei quæ perscrutari contemplariq; non possumus, procedit omne quod possumus : de profunditate, inquam nescio qua iudiciorum dei, quę inscrutabilia templari non possumus, perscrutari non valemus, procedit omne quod possumus. Quod possum video, vnde posim non video, nisi quia & hoc hactenus video quod noui esse a deo. Quare autem illum & non illum ? Multum est ad me : Abyssus est, profundum crucis est, admiratione exclamare possum, disputatione demonstrare nō possum, Quid possum exclamare de ista profunditate ? Quam magnificata sunt opera tua domine. Gentes illuminantur, Iudæi excæcantur. Quidam paruuli sacramento baptismatis abluūtur, quidam vero paruuli in morte primi hominis reliquuntur. Quam magnificata sunt opera tua domine nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. & sequitur, Vir imprudens non cognoscit, & stultus non intelligit hæc. Quid non intelligit stultus & imprudens ? Quia vel profundum est. Nam si stultus non intelligit, & sapiens intelligit, non est nimis profundum. Sed si sapiens intelligit quia profundum est, stultus non intelligit quia vel profundum est. Ideo multi de isto profundo quærentes reddere rationem, in fabulas vanitatis abierunt. Aliqui dixerunt, quia animę sursum in cœlo peccant, & secundum sua peccata ad corpora p meritis diriguntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Ierunt post cogitationes suas loqui volentes de dei profundo, mersi sunt in profundum. Occurrit enim eis Apostolus, volens gratiam cōmendare, & elegit illos geminos in vtero Rebeccæ, & dicit, Nondum enim natis, nec quia aliquid egerint boni aut mali. Vide quemadmodum tulit vanis hominibus phantasias conuersationis animarum ante corpus in cœlo. Si ibi iam conuersatæ sunt, iam aliquid boni egerunt vel mali, & pro meritis suis ad corpora terrena detrusæ sunt. Si placet contradicamus Apostolo, qui dixit, Nondum natis, nec quia aliquid egerint boni aut mali. Hoc autem quia propter Apostoli eius dentem sententiam respuit catholica fides, quod animæ in cœlis prius viuant & conuersentur, & illic recipiendorum corporum merita assumant, modo isti nouelli non audent dicere. Sed quid dicunt aliqui sicut audiuimus ipsorum ? Ista disputant. Prorsus, inquiunt, pro meritis suis omnes homines moriuntur quia peccauerunt, non nisi esset mors nisi veniens de peccato. [Optime quidem & verum dictum est, non esset mors nisi veniens de peccato.] Sed ego cum hæc audio ideo laudo, quia illam primā morte intueor, & illius primi hominis peccatum : audio enim Apostolum, Sic vt in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Omnes enim vnus fuerunt. Sic te audio dicentem mortem hominis de peccato esse. Non, inquit. Et quid dicis ? Omnem hominem deus immortalem creat modo. Mirabilis nouitas, Quid dicis ? Prorsus, inquit, omnem hominem deus immortalem creat. Quare ergo moriuntur paruuli infantes ? Nam si dicam, Quare moriuntur grandes homines, dicturus es mihi, peccauerunt. Ergo de maiorum ætate non disputabo, paruulorum infantiā contra te testem citabo. Non loquuntur & conuincunt, tacent & quod dico probant. Ecce infantes in suis vtique operibus innocentes sunt, nihil secum nisi quod de primo homine traxerunt habentes, quibus propterea est Christi gratia necessaria, vt in Christo viuificentur, qui in Adam mortui sunt, vt quia inquinati sunt generatione, purgentur regeneratione : Ipso ergo testes citabo. Respondе mihi, qua. e moriuntur si omnes homines immortales nascuntur, & quoniam peccant, ideo moriuntur ? Quid putatis dici potuisse ? Quæ aures ferant ? Peccauerunt & ipsi. Vbi peccauerunt rogo, quando peccauerunt, quomodo peccauerunt ? Bonum & malum quid sit nesciunt. Peccatum accipiunt, qui præceptum non capiunt ? Proba mihi peccatores infantes. Quid dixisti ? Vere quia oblitus es quod fuisti, proba mihi peccatum infantum. An quia plorant,

Matt. 13.

Profundū crucis.

Psal. 91.

Roma. 9.

1. sen. d. 41 cap. Multi.

1. Cor. 15. Roma. 5.

plorant peccant, quia motibus quasi motorum animalium, molestias repellunt, voluptates accipiunt, ideo peccant ? Si motus isti peccata sunt, ampliores peccatores in baptismo fiunt, quia cum baptizantur vehementissime reluctantur. Quare illis in tanta reluctatione non imputatur peccatum, nisi quia nullum est adhuc voluntatis arbitrium. Sed aliud dico. Isti quia nati sunt, vt arbitraris, peccauerunt : Nam si non peccarent, inquis, non morerentur. Quid de illis dicis qui in vtero moriuntur ? O angustia. Et ipsi, inquit, peccarunt, ideo moriuntur. Mentiris, an falleris ? Contradicit Apostolus, Nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali. Magis Apostolum audio q̄ te, magis Apostolo credo q̄ tibi, nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali. Si autem hoc testimonium refellis, vade potius ad illas uagationes & dic, Quia in cœlo peccauerunt, & inde in corpora præcipitantur. Non dico, inquis. Quare non dicis ? Quia dicit Apostolus, Nondum natis nec aliquid agentibus boni aut mali. Si ergo non eos accusas in cœlo, quare accusas in vtero ? Ad vtrunq; respondet Apostolus, & eis respondet qui dicunt in cœlo, & qui dicunt in vtero peccauerunt, quia ad vtrunq; valent illa verba quæ dicunt, antequā nascerentur nihil egisse vel boni vel mali. Quare ergo moriuntur ? Et hic te auditurus sum, & non potius magistrum gentium ? Dic mihi Paule apostole, quare moriuntur ? Per vnum hominē peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Ecce primus homo totam massam damnabilem fecit. Veniat, veniat, dominus noster secūdus homo : Veniat, veniat, ex alio tramite veniat, per virginem veniat, viuus veniat mortuos inueniat, moriatur vt morienti subueniat, mortuos ad vitam transferat, mortuos redimat morte, seruet uitam in mortem, occidat mortem de morte. Sola est ista gratia paruulorum, sola maiorum, sola liberat pusillos cum magnis. Quare illum & quare illum, quare non illum atq; illum ? Nolo a me quæras. Homo sum, profundum crucis aduerto non penetro, expauesco non scrutor : Inscrutabilia sunt iudicia eius, inuestigabiles sunt viæ eius. Homo sum, homo es, homo erat qui dicebat, O homo tu quis es qui respondeas deo ? Homo dicebat, homini dicebat, Audiat homo, ne pereat homo propter quem deus factus est homo. In hac ergo crucis profunditate, in hac rerum tanta obscuritate teneamus quod cantauimus, non de nostra virtute præsumamus, non ingenioli nostri viribus in hac quæstione aliquid arrogemus, psalmum dicamus, cum psalmo dicamus, Miserere mei deus, miserere dei meus, miserere mei. Quare ? Quia virtutem habeo qua te promerear ? Non. Quare ? Quia uoluntatis arbitrium gero, vnde gratiam tuam meritum meum præcedat ? Non. Sed quare ? Quoniam in te confidit anima mea. Magna scientia ista continentia. Conuersi ad dominum, &c.

Roma. 5.

Roma. 11.

Roma. 9.

Psal. 56.

De verbis Apostoli, Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in hunc mundū peccatores saluos facere, quorū primus ego sum. Ser. VIII.

1. Tim. 2.

AVdiuimus beatum Apostolum Paulum dicentem, Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Humanus ergo sermo & omni acceptione dignus. Quare humanus & non diuinus ? Proculdubio nisi iste humanus sermo etiam diuinus esset, dignus omni acceptione non esset. Sed sic est sermo iste humanus & diuinus, quomodo & ipse Christus, homo & deus. Si ergo recte intelligimus sermonem istum, non solum humanum esse uerum etiam diuinum, quare Apostolus humanum maluit dicere q̄ diuinum ? Proculdubio enim qui non mentiretur si diceret diuinum, non sine causa maluit dicere humanum. Hoc ergo elegit, per quod Christus in mundum uenit. Venit enim per quod homo erat, nam per quod deus erat : semper hic erat. Vbi enim non est deus, qui dixit, Cœlum & terram ego impleo ? Christus est certe uirtus & sapientia dei de qua dicitur, Attingit a fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter ? Ergo in hoc mundo erat, & mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Et hic erat & uenit. Hic erat per diuinam maiestatem, uenit per humanam infirmitatem. Quia ergo uenit per infirmitatem humanā, ideo prędicans aduentum eius, dixit, Humanus sermo est. Non liberaretur humanū genus, nisi sermo dei dignaretur esse humanus. Nam & homo ille dicitur humanus,

1. Tim. 1.

Iere. 23.

Sapien. 8.

Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui se exhibet hominem, & maxime qui hospitio susçipit hominem. Si ergo humanus dicitur qui in domo sua susçipit hominem, quàm humanus est qui in seipso susçipit hominem? Ergo humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in mundum peccatores saluos facere: attende Euangelium, Venit enim filius hominis quærere & saluare quod perierat. Si homo non periisset, filius hominis non uenisset. Ergo perierat homo, uenit deus homo, & inuentus est homo. Perierat homo per liberam uoluntatem, uenit deus homo per gratiam liberatricem. Quæris quid ualeat ad malum liberum arbitrium, recole hominem peccatorem. Quæris quid ualeat ad auxilium deus & homo, attende in eo gratiam liberantem. Nusquã potuit sic ostendi, quantum ualeat uoluntas hominis usurpata per superbiam, ad utendum sine adiutorio dei malum, non potuit plus & manifestius exprimi, quã in homine primo. Ecce perit primus homo, & ubi esset nisi uenisset deus secundus homo? Quia & ille homo & iste homo, & ideo iste humanus sermo. Prorsus nunquam sic apparet benignitas gratiæ & liberalitas omnipotentiæ dei, quàm in homine mediatore dei & hominum, homine Christo Iesu. Quid enim dicimus, fratres mei? In fide catholica nutritis loquor, uel in pace catholicam lucratis. Nouimus & tenemus, mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, in quantum homo erat eius esse naturæ cuius nos sumus. Non enim alterius naturæ caro nostra & caro illius, nec alterius naturæ anima nostra & anima illius. Hanc susçepit naturam quã saluandam esse iudicauit. Nihil minus habebat in natura, sed nihil habebat in culpa. Natura pura, sed non sola humana. Ibi erat deus, ibi erat uerbum dei. Et sicut tu unus homo anima es & caro, sic & ille unus Christus deus & homo. Audebit ergo aliquis dicere, quia natura nostra in illo mediatore primum per liberum arbitrium promeruit deum, & sic susçipi meruit ut esset homo & deus unus Christus Iesus? Ecce nos possumus dicere uirtutibus nostris, moribus nostris, conuersatione uitæ nostræ meruisse ut efficiamur filij dei? possumus dicere, accepimus præceptum, si seruauerimus & bene uixerimus, recipiemur in numero filiorum dei? Nunquid & ille prius uixit filius hominis, & bene uiuendo factus est filius dei? Inde cœpit & inde incœpit, & susçeptione factus est. Verbum enim caro factum est, ut habitaret in nobis: uerbum dei unicus dei filius assumpsit animam & carnem hominis, non antea se pro merentis, nec ad illam percipiendam sublimitatem uirtute propria laborantis, sed omnino gratis. Nihil enim præcessit illam susçeptionem. Susçeptus est dei filius, susçeptione factus est. Virgo cõcepit, ante conceptum uirginis homo mediator, non utique prius iustus fuit. Quomodo enim iustus fuit, qui nec fuit? Virgo concepit, & susçeptio hominis inde cœpit. Merito dictum est, Vidimus gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti a patre, plenum gratia & ueritate. Amas liberam uoluntatem tuam, dicturus es patri tuo, Da mihi substantiam meam quæ me contingit. Quid te tibi committis? Melius te potest seruare, qui te potuit antequam esses creare. Agnosce ergo Christum, gratia plenus es. Hoc tibi uult fundere quo plenus est, hoc tibi dicit, Quære dona mea, oblitiscere merita tua: quia si ego quererem merita tua, non uenires ad dona mea. Noli te extollere, pusillus esto, Zachæus esto. Sed dicturus es, Si Zachæus fuero, præ turba non potero uidere Iesum, Noli esse tristis, ascende lignum ubi pro te pependit Iesus, & uidebis Iesum. Et quale genus ligni ascendit Zachæus? Sycomorum. In regionibus nostris aut omnino nusquam aut raro forte alicubi nascitur, in illis autem partibus multum est huius generis ligni. Et poma sycomora dicuntur, pomo quidem fici similia, sed tamen distant aliquid quod possunt nosse qui uiderunt uel gustauerunt. Quantum tamen indicant interpretatione nominis, sycomora ficus latuæ Latine interpretantur. Iam uide Zachæum meum, uide illum obsecro te uolentem in turba uidere Iesum, & non ualentem. Humilis enim erat, turba superba erat, & ipsa turba ad uidendum bene dominum, sicut solet turba seipsam impedire, ascendit a turba, & uidit Iesum non impediente turba. Turba enim dicit humilibus, humilitatis uiam gradientibus, iniurias suas deo dimittentibus, uindictam de inimicis non requirentibus, turba insultat & dicit, Indefense, qui te non potes uindicare. Turba impedit ne uideatur Iesus, turba glorians & exultans, quando se potuerit uindicare, impedit ne uideatur ille qui pendens, ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Hunc ergo

Luc. 19.

2. Timo. 2.

Ioan. 1.

Ibid.

Luc. 15.

Luc. 19.

Luc. 23.

volens videre Zachæus, in quo figurabatur persona humilium, non attendit turbam impedientem, sed attendit sycomorum quasi fatui pomi lignum. Nos enim inquit Apostolus, prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, attende
64 A sycomorum gentibus autem stultitiam. Denique de cruce Christi nobis insultant sapientes huius mundi, & dicunt, Quale cor habetis, qui deum colitis crucifixum? Quale cor habemus? Non vtique vestrum. Sapientia huius mundi, stultitia est apud deum. Non ergo vestrum cor habemus. Sed dicitis cor nostrum stultum, dicite quod vultis, nos ascendamus sycomorum & videamus Iesum. Ideo enim vos Iesum videre non potestis, quia sycomorum ascendere erubescitis. Apprehendat Zachæus sycomorum, ascendat humilis crucem: Parum est ascendat, ne de cruce Christi erubescat: In fronte illam figat vbi sedes pudoris est, ibi omnino, ibi in quo membro erubescitur, ibi figatur vnde non erubescitur. Puta quia tu irrides sycomorum, & ipsa me fecit videre Iesum. Sed tu irrides sycomorum qui homo es, stultum autem dei sapientius est quàm hominum. Et vidit dominus ipsum Zachæum. Visus est & vidit, sed nisi visus esset non videret. Quos enim prædestinauit, illos & vocauit. Ipse est qui Nathanaeli dixit, iam quasi testimonio suo adiuuanti Euangelium & dicenti, A Nazareth potest aliquid boni esse. Dominus ad illud, Priusquam te Philippus vocaret cum esses sub arbore fici uidi te. Nostis vnde sibi succinctoria fecerunt primi peccatores Adam & Eua? Quando peccauerunt de foliis fici succinctoria sibi fecerunt & pudenda texerunt, quia quod eos pudoret peccando fecerunt.
64 B Ergo si succinctoria sibi primi peccatores fecerunt, vnde originem ducimus, in quibus perieramus, vt veniret ille quærere & saluare quod perierat, de foliis fici ad pudenda tegenda fecerunt, quid aliud dictum est, Cum esses sub arbore fici uidi te: nisi non venires ad purgatorem peccati, nisi prior te uidisset in vmbra peccati? Vt videremus, visi sumus, vt diligeremus dilecti sumus. Deus meus misericordia eius præueniet me. Iam ergo dominus qui Zachæum in corde susceperat, in domum eius dignatus est susçipi, & dixit, Zacheæ descende, quia in domo tua oportet me manere. Magnum beneficium ille arbitrabatur Christum videre: quia magnum & inestimabile beneficium putabat transeuntem videre, subito meruit in domo habere. Infunditur gratia, operatur fides per dilectionem, susçipitur Christus in domum qui iam habitabat in corde. Dicit Christo Zachæus, Domine dimidium rerum meorum do pauperibus, & si quid aliquem fraudaui, quadrupulum reddo: quasi diceret, Ideo mihi dimidium teneo, non quòd habeam, sed vnde reddam. Vere ecce
64 C quod est susçipere Iesum, in cor susçipere: Ibi enim erat Christus, in Zachęo erat, & de illo sibi dicebat quod ex ore eius audiebat. Sic enim Apostolus dicit, Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Iam ergo quia Zachęus erat, quia princeps publicanorum erat, quia valde peccator erat, quasi sana illa turba quæ impediebat videre Iesum admirata est, & reprehendit quod in domum peccatoris intrasset Iesus. Hoc erat reprehendere quòd in domum ęgroti intrauit medicus. Quia ergo velut peccator Zachęus irrisus est, irrisus est autem ab insanis sanatus, dominus respondit irridentibus, Hodie salus huic domui facta est. Ecce quare intraui, salus hodie facta est. Vtique si saluator non intrasset, salus in illa domo facta non esset. Quid ergo miraris ægrote? Voca & tu Iesum, noli tibi sanus videri. Cum spe ægroti qui medicum susçipit, desperatę ægrotat qui per insaniam medicum cædit. Qualis ergo eius insania qui medicum occidit. Quanta vero bonitas & potentia medici, qui de sanguine suo, in sano interfectori suo medicamentum fecit? Neq; enim ille qui venerat quærere & saluare quod perierat, pendens sine causa dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Insani sunt, medicus sum, sæuiant, patienter fero, cum occiderint tunc sanabo. Simus ergo inter illos quos sanat humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores
D saluos facere, magnos, pusillos peccatores saluos facere: Venit filius hominis quære
64 re & saluare quod perierat. Qui dicit infantilem ętatem non habere quod saluet Iesus, omnibus fidelibus infantibus Christum negat esse Iesum: Qui dicit, inquam, infantilem ætatem non habere quod saluet Iesus in ea, nihil aliud dicit quã Christum dominum fidelibus infantibus, id est, in Christo baptizatis infantibus non esse

1. Cor. 1.

1. Cor. 3.

Rom. 8.

Ioan. 1.

Gene. 3.

Lucę. 19.

Psal. 58.

Lucę. 19.

Galat. 5.

Suscipere Iesum in cor.

Ephes. 3.

Lucę. 19.

Luc. 23

1. Timo. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesum. Iesus enim quid est? Interpretatur Iesus saluator, Saluator est Iesus. Quos nō saluat, non habendo quod in eis saluet, non est illis Iesus. Iam si corda vestra tolerant, aliquibus baptizatis Christum non esse Iesum, nescio vtrum fides vestra in regula sana possit agnosci. Infantes sunt, sed membra eius fiunt. Infantes sunt, sed sacramenta eius accipiunt. Infantes sunt, sed mensæ eius participes fiunt, vt habeant in se vitam. Quid mihi dicis? Sanus est, non habet vitium. Quare cum illo curris ad medicum, si non habet vitium? Non times ne dicat tibi, aufer hinc eum quem putas sanum? Filius hominis non venit nisi quærere & saluare quod perierat. Quare illum ad me affers si non perierat? Humanus sermo & omni acceptione dignus, qa Luc.19. Christus Iesus venit in mundum. Quare venit in mundum? Peccatores saluos facere. Alia causa non fuit quare veniret in mundum: Non enim de cœlo ad terram merita nostra bona, sed peccata duxerunt. Hæc est causa, cur veniret peccatores saluos facere. Et vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Quare vocabis nomen eius Iesum? Ipsum enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Vocabis nomen eius Iesum. Quare Iesum? Quæ ratio est huius nominis? Audi quare. Ipse enim saluum faciet populum suum. Vnde? A peccatis eorum. Populum suum a peccatis eorum Nunquid ad istum populum non pertinent paruuli, quos saluos faciet Iesus a peccatis eorum? Pertinent planè, pertinent, fratres mei: Sic habete in corde, sic credite, cum ista fide paruulos ad gratiam Christi portate, ne si hanc fidem in corde non habueritis pro quibus respondetis lingua vestra occidatis. Prorsus, fratres, qui cū ista fide cum paruulo non cucurrerit, fingit, sanus est, nihil mali habet, nihil vitij habet, sed tollam illum ad medicum. Quare? Quia sic solet fieri. Non times ne tibi dicat Luc.7. medicus. Tolle hinc tecum ipsum, non est opus sanis medicus, sed male habentibus? Mat.9. Commendauerim charitati vestræ causam eorū, qui pro se loqui non possunt. Omnes paruuli tanq̄ paruuli considerentur, etiam qui nondum parentes proprios extulerunt. Omnis prædestinatorum numerus paruulorum, populus dei quærit tutorem, De uerbis domini, sermo. 36. qui expectat dominum saluatorem. Vniuersam massam generis humani in homine primo venenator ille percussit, nemo ad secundum transit a primo, nisi per baptismatis sacramentum. in paruulis natis & nondum baptizatis agnoscitur Adam, in paruulis baptizatis & ob hoc renatis agnoscitur Christus. Qui Adam non agnoscit in paruulis natis, nec Christum agnoscere poterit in renatis. Sed quare, inquiunt, iam baptizatus homo fidelis iam dimisso peccato, generat eum qui est cum primi hominis peccato? Quia carne illum generat non spiritu. Quod natum est de carne, caro est. Et Ioan.3. si exterior homo noster, ait Apostolus, corrumpitur, sed interior renouatur de die in 2.Cor.4. diem. Ex eo quod in te renouatur, non generas paruulum, [ex eo quod in te corrumpitur generas paruulum.] Tu ut non in æternum moriaris, natus es & renatus es; ille adhuc natus renatus non est. Si tu renascendo uiuis, sine ut & ille renascatur. Quare contradicis, quare nouis disputationibus antiquæ fidei regulam frangere conaris. Quid est enim quod dicis. Paruuli non habent omnino vel originale peccatum? Quid est quod dicis, nisi ut non accedant ad Iesum? Sed tibi clamat Iesus, Sine paruulos uenire ad me. Conuersi ad dominum, &c. Marci. 10.

Sermo IX.

De uerbis Apostoli, Fidelis sermo & omni acceptione dignus: 1.Tim.1.

QVod lectum est modo de sancto Euangelio, hoc & Paulus Apostolus dicit, Cuius uerba ista sunt, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Nulla causa fuit, ueniendi Christo domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle uulnera, & nulla causa est medicinæ. Si uenit de cœlo magnus medicus, magnus per totum orbem terræ iacebat ægrotus: Ipse ægrotus genus humanum est. 1.Thes.3. Sed non omnium est fides. Nouit dominus qui sunt eius. Superbiebant Iudæi, extollebant se, alta sapiebant, iustos se putabant, & dominum colligentem peccatores in sua per accusabant. Qui ergo superbiebant, & alta sapiebant, relicti sunt in montibus, ad Matt.18. nonagintanouem pertinent. Quid est relicti sunt in montibus? Relicti sunt in tumore terreno. Quid est ad nonagintanouem pertinent? In sinistra sunt, non in dextera. Nonaginta enim & nouem in sinistra numerantur, unum adde, ad dexteram Luc.19. transitur. Venit ergo, ut ipse alio loco dicit, Venit filius hominis quærere & saluare quod

quod perierat. Totum enim perierat, ex quo peccauit vnus. Vbi erat totum, perierat totum, sed venit vnus sine peccato, qui saluos faceret a peccato. Isti autē superbiendo quod est peius, & ægrotabant & sanos se esse credebant. Periculosius ægrotant, qui mentem febribus perdiderunt. Illi rident, & sani plorant. Ridet enim phreneticus, sed non est sanus. Porro autem qui mentis est sanę, plorat phreneticum ridentem. Primum, si duo ista proponas, quid est melius, ridere an plorare? quis non sibi eligat ridere? Deniq; propter dolorem salubrem pœnitentię, in fletu dominus posuit officium, in risu beneficium. Quomodo? Quando ait in Euangelio, Beati qui plorāt, Luc.6. quia ridebunt, Ergo in ploratu officium est, in risu præmium sapientiæ. Risum enim pro gaudio posuit, nō cachinnationem, sed exultationem. Ergo si duo ista proponas, & quæras quid horum sit melius, ridere an plorare, omnis homo plorare non vult, & ridere vult. Porro si addas personas ad istos affectus, & ita proponas cum personis, quid est melius ridere phreneticum, an plorare sanum? eligit sibi homo fletum cū sanitate, quam risum cum amentia. Tantum valet mentis sanitas, vt etiam cum plāctu eligatur. Isti enim qui sanos se putabant, multo periculosius & desperatius ægrotabant, & ipsa ægritudine qua mentes perdiderant etiam medicū cędebant. Parum est cædebant, dicam totum, non solū cędebant, sed etiam occidebant. Ille aūt etiam cum occideretur medicus erat, vapulabat & curabat, patiebatur phreneticum, nec desere bat ægrotū: tenebatur alligabatur, colaphis percutiebatur, harundine plagas accipie bat, irridebatur, insultabatur ei, postremo audiebatur, damnabatur, ligno suspende- Lucę.23. batur, vndiq; circūfremabatur, & medicus erat. Agnoscis phreneticos, agnosce & medicum. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Illi perdita mente sæuiebant, & medici sanguinem seuiendo fundebant, ille autem etiam de ipso sanguine suo ægris medicamenta faciebat. Non enim vere frustra dixit, Pater ignosce illis, quia nescīunt quid faciunt. Orat Christianus, & exauditur, orat Christus & exauditur? Nā qui exaudit cum patre quia deus est, quomodo non exauditur homo quod pro Lucę.5. nobis factus est? Prorsus exauditus est. Ibi erant, ibi sęuiebant, de his erant qui reprehendebant eum, & dicebant, Ecce cum pnblicanis & peccatoribus conuescitur. Erāt in ipso populo a quo ipse medicus occidebatur, & in eius sanguine etiam ipsis antidotum parabatur. Cum enim dominus non solum sanguinem funderet, verumetiā ipsam suam mortem ad medicamenti confectionem impenderet, resurexit ad demonstrandum resurrectionis exemplum. Patientia sua passus est, vt doceret patientiam nostram, & in resurrectione sua præmium patientiæ demonstrauit. Item, vt nostis, & omnes confitemur. Ascendit in cœlum, deinde ab eo spiritussanctus est missus, ante promissus. Dixerat enim discipulis suis. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Venit ergo & promissio ipsius, venit spiritussanctus, impleuit discipulos, cœ- Lucę.24. perunt loqui linguis omnium gentium, signum in illis procedebat vnitatis. Loquebatur enim tunc vnus homo oibus linguis, quia locutura erat vnitas Ecclesię in om- Acto.2. nibus linguis. Expauerūt qui audiebāt. Nouerāt. n. homines idiotas fuisse, vnius tantum linguæ, & mirabantur ac stupebant, q̄ vnius linguæ homines vel vt multū dua rum, linguis omnium gentiū loquerentur: suspensi sunt stupore, perdiderunt elationem, de monti facti sunt valles. Iam si humiles sunt, valles sunt, quod infunderis capiunt, non dimittunt. Si uenerit aqua super altitudinem, decurrit & defluit: si venerit aqua ad concauum & humilem locum, & capitur & stat. Tales iam illi etāt, stupebāt, mirabantur, perdiderunt sæuitiam. Denique loquente sibi Petro, compuncti sunt, & Psal.31. factum est in illis quod Psalmus prædixerat, Conuersus sum in ærumna, cū confige retur spina. Quid est spina? Cōpunctio pœnitentiæ. Sic habes & uerba ipsa scripturæ in Actibus Apostolorum, Compuncti sunt corde, & dixerunt ad Apostolos? Quid Acto.2. faciemus? Quare dixerunt, quid faciemus? Nouimus quid fecimus. Quid faciemus? Quantum ad nostrum factum pertinet, desperatio est salutis: sit ergo in uestro consilio, si fieri potest, spes aliqua sanitatis. Nouimus quid fecerimus, dicite quid faciamus. Quid est quod fecimus? Non. n. quemcunque hominem occidimus, & multum Ioan.18. mali feciſſemus si quemcunque hominem innocētem occidissemus. Latronem eligimus, innocentem occidimus, mortuum eligimus, medicum occidimus, dicite quid faciemus? Et Petrus, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque uestrum in no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

alias, nomine dñi nostri Iesu Chhristi: vt &c. Luc. 23.

nomine patris & filii & spiritussancti: vt † transeatis de nonagintanouem ad centum, quia cum nonaginta & nouem essetis, pœnitentiam vobis necessariam non putabatis, & domino colligente peccatores, & volente eos facere pœnitentes, insuper insultatis: Modo ergo compuncti, quia cognouistis peccatum vestrum: agite pœnitentiã, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi: baptizetur in eius nomine quem occidistis sine crimine, remittuntur vobis peccata vestra, reducti sunt in spe doluerunt, gemuerunt, conuersi sunt, sanati sunt. Ipsi erant illi, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vnusquisque ergo, fratres charissimi, quando audit dominum Iesum Christum non venisse propter iustos sed propter peccatores, non amet esse peccator: Ne forte dicat in corde suo, Si iustus fuero non me amat Christus: si peccator fuero amat me quia pp peccatores descẽdit, nõ pp iustos. Rñdit. n. tibi, Si medicũ agnouisti, febrẽ quare nõ timuisti? Vtiq; medicus ad ęgrotũ venit, cõstat sed io venit medic⁹ ad ęgrotũne ille sit sp ægrotus. Quip ergo dicimus? Quid pronunciamus? Quid definimus? Aegrotũ amat medicus, an sanũ? Quodvult facere amat, non quod inuenit. Ad ægrotum quidem venit, ad sanum non venit. Noli attendere quia ad illum venit, ad illum non venit. Plus. n. amat sanũ q̃ ægrotum, Nam, vt noueritis, quia plus amat sanum q̃ ægrotũ, nunquid faceret quod odisset? Ergo Paulum Apostolum attende, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, qa christus Iesus venit in mũdum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Dixit quorum primus ego sum, quomodo erat primus? Ante illum non fuerũt peccatores, tot Iudæi? Ante illum non fuerunt peccatores in genere humano? Ante illũ in oibus hoibus non peccato tenebatur Adã? Nõ ante illũ fuit qui primus peccauit, & nos oẽs in mortem precipitauit? Quid est, quorũ primus ego sum? Ad quos venit, primus ego sum. Sed nec hoc verũ est. Primus electus est Petrus, primus Andreas, primi alii Apostoli, tu Apostolus es nouissimus, qũo dicis, quorũ primus ego sum? Ego Apostolus nouissimus, primus peccator. Et hoc qũo primus peccator? Ante te peccauit Petrus, qũ ipsum dñm ter negauit. Nolo dicere, quia & ipse nisi peccator inuentus esset, de sinistra ad dexterã non transisset. Quid est ergo quorũ primus ego sum? Quia oibus peior sum. Ergo peiorẽ voluit intelligi primũ. Qũo in artificibus, quicunq; vult ædificare quid dicit? Quid est hic primus structor? Quis est primus faber? Aut si curari vult, quis est hic primus medicus? Non vtiq; interrogat quis prior sit ætate, aut quis prior sit professione, sed quis prior si arte. Qũo illi in arte primi, sic iste in iniquitate primus. Quare Paulus in iniquitate primus? Recolite Saulũ, & inuenietis: Attenditis Paulum, & obliti estis Saulum: Attenditis ad Pastorem, obliti estis lupum. Nõne ille est cui ad lapidandum Stephanum manus vna non sufficiebat, & aliorũ vestimenta seruabat? Nonne ipse est qui ecclesiam vbiq; persequebatur? Nõne ipse est qui iter ad eras acceperat a principibus sacerdotum, quia parũ illi erat persequi Christianos qui erant in Ierusalem, sed volebat ad alia loca uenire vbi eos inueniret, & ligaret, & puniendos adduceret? Nonne cum iter agens spirat & anhelat ad cædes, de cœlo percussus est, & uocem domini audiuit ad salutem fulminatus? Dum ambulat prosternitur vt videat excęcatur. Ipse est ergo qui primus erat persecutor, illo peior non fuit. Audite vnde plus intelligatis. Ananiæ loquebatur ipse dominus Christus, iam illo prostrato, iam erecto, & dicebat ei, Vade ad uicum illum, ibi inuenies Saulum a Tarso Ciliciæ, loquere ei, Quoniam uidet virum Ananiam intrantem ad se, & baptizantem se. Ille audiuit nomen Sauli, & inter manus ipsius medici tremuit. Quid est autem dulcius? Saulus vnde vocaretur, credo quia recolitis, & propter eos qui non recolunt, commemoremus: Saul erat ille persecutor Dauid. In Dauid Christus erat, in Dauid christus præfigurabatur, in Saule Saulus præfigurabatur, tanquam a Dauid Sauli dictũ est de cœlo Saule Saule, quid me persequeris? Ananias ouis interpretatur. Loquebatur, oui pastor, & timebat ouis lupum. Tanta huius lupi fama præcesserat, vt non se putaret tutam ouis, nec inter manus pastoris. Et dominus ad illum, quasi ad ouem trementem. Ille enim cum audisset hoc, dixit. Domine audiui de isto homine quanta mala fecit sanctis tuis in Ierusalem, & quomodo dicitur epistolas accepisse a principibus sacerdotum, ut quoscunque tenuerit, alligatos deducat. Quo me mittis? Quem ad lupum? Sed ille non audiui hanc excusa-

1. Tim. 1.

Act. 7.
Act. 9.

2. Reg. 18.
Act. 9.

tionem. Iam enim dixerat paucis ouibus suis, Ecce mitto uos sicut oues in medio luporum, quare trepidas ire Anania ad eum qui iam non est lupus? Lupum timebas, sed respondet tibi dominus deus tuus, De lupo ouem feci, facio de oue pastorem. Quomodo ergo ipse Saulus postea Paulus gratulatur se ad dei peruenisse misericordiam, quia primus, hoc est, excellens in peccatis inuentus est? Et tamen misericordiã consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, ꝑpter eos qui crediturí sunt illi in vitam æternam: vt dicant sibi omnes, Si Paulus sanatus est, ego quare despero? Si a tanto medico tã desperatus ægèr sanatus est, ego cur vulneribus meis illas manus non aptabo, ad illas manus non festinabo? Vt hoc dicerent homines, ideo Saulus factus est ex persecutore Apostolus: quia quo venit medicus quærit aliquem ibi desperatum, & ipsum sanat, & si pauperrimum inueniat, tamẽ desperatũ inuenit, non ibi quærit mercedem, sed cõmendat artem. Dicam ergo qd cœpera Qũo ergo Saulus tũ gratulabatur se a xpo, quia peccator erat, assumptũ atq; sanatũ, nec dixit, Maneã in peccato, quia ꝑpter me venit Christus, non ꝑpter iustum: ita & tu quia audieras, quia Christus ꝑpter peccatores venit, noli tibi dormire in dulci stratu, sed audi ipsum Paulũ dicentem, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Noli amare stratum peccati, totum stratum eius vertisti in infirmitate eius. Dictum est antea, Surge, sanus esto, sanitatem ama, & noli rursus ꝑ superbiam de dextera ire ad sinistrã, de valle ad montem, de humilitate ad tumorem. Cum factus fueris sanus. i. cũ iuste cœperis viuere, deo tribue, non tibi. Nõ. n. laudando te saluus factus es, sed contra te pronunciando. Nã si te laudaueris per superbiam, grauius ęgrotabis. Omnis enim qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Mat. 10.

Ephes. 5.

Luc. 18.

De eisdem verbis Apostoli, quibus in sermone præcedenti, Sermo. X.

E druinis lectionibus quod dominus admonere dignatur, intenti audite fratres, illo dante, me ministrante. Primam lectionem audiumus Apostoli, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem suam ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in vitam æternam. Hoc de apostolica lectione percepimus. Deinde cantauimus Psalmum exhortantes nosinuicem vna voce, vno corde dicentes, Venite adoremus & prosternemur ei, & fleamns contra domino qui fecit nos, & ibi præueniamus faciem eius in confessione, & in Psalmis iubilemus ei. Post hæc euangelica lectio, decem leprosos mundatos nobis ostendit, & vnum ex eis alienigenam gratias agentem mundatori suo, Has tres lectiones quantum pro tempore possumus pertractemus, dicentes pauca de singulis, & quantum conari possumus, adiuuante domino, non in aliqua earum sic immorantes vt aliis duabus impedimentũ afferamus. Proponit nobis Apostolus, scientiam gratiarum actionis. Mementote quid vltima euangelica lectio resonet, quomodo Iesus dominus laudai gratias agentem, ingratos improbat mundatos in cute, leprosos in corde. Quid ergo Apostolus? Fidelis, inquit, sermo, & omni acceptione dignus. Quis est iste sermo? Quia Christus Iesus uenit in mundum. Vt quid? Peccatores saluos facere. Quid tu? Quorũ primus ego sum. Qui dicit, vel non sum peccator, vel non fui, ingratus est saluatori. Nullus hominum in ista quę ex Adam defluit massa mortalium, nullus oino hoium nõ ęgrotus, nullus sine gratia Christi sanatus. Quid de paruulis pueris, si ex Adam ægroti? Nam & ipsi portantur ad ecclesiam, & si pedibus illud currere non possunt, alienis pedibus currunt vt sanentur: accommodat illis mater ecclesia aliorũ pedes vt veniãt, aliorum cor vt credant, aliorum linguam vt fateantur, vt qm̃ ꝙ ægri sunt alio peccãte ꝑgrauantur, sic cum hi sani sunt alio pro eis confitente saluẽtur. Nemo ergo uobis suffurret doctrinas alienas. Hoc ecclesia semper habuit, semper tenuit, hoc a maiorũ fide percepit, hoc vsq; in finẽ perseuerãter custodit. Qm̃ nõ est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Quid necessarium ergo habuit infans Christum si nõ ægrotat? Si sanus est, quare per eos qui eũ diligunt medicũ quærit. Si qñ portãtur infantes dñr oino nullũ propaginis habere peccatũ, & veniũt ad Christũ, cur non eis dicitur in ecclesia qui eos portant, auferte hinc innocentes istos: Non est opus sanis medicus,

Mat. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed male habentibus: Non venit Christus vocare iustos, sed peccatores? Nunquam dictum est, sed nec aliquādo dicetur. Quisque ergo quod potest fratres loquatur pro eo qui loqui pro se non potest. Pro magno cōmendatur eps patrimonia pupillorū quanto magis gratia paruulorum? Pupillum tuetur eps, ne mortuis parentibus ab extraneis opprimatur. Clamet plus pro paruulo, cui timet ne a parētibus occidatur, clamet cum Apostolo, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus venit in mūdum, nullam aliā ob causam, nisi peccatores saluos facere. Qui venit ad Christum, habet quod in eo sanetur, qui non habet, non est causa quare medico offeratur. Eligant patentes vnum de duobus, aut confiteantur. in paruulis suis sanari peccatum, aut eos medico offerre desinant. Hoc nihil est aliud q̄ velle medico sanum offerre. Quid offers baptizandum? Quem? Infantem. Cui offers? Christo: Ei certe qui venit in mundum. Ita, inquit. Quare venit in mundum? Peccatores saluos facere. Ergo quem offers, habet quod in illo saluum fiat? Si dixeris, habet, confitendo deles: si dixeris, non habet, negando tenes. Peccatores, inquit, saluos facere, quorum primus ego sum. Ante Paulum non erant peccatores? Certe vel ipse Adam ante omnes, & plena peccatoribus terra deleta diluuio, & deinceps quam multi: Vnde verum est, ego primus sum? Primum se dixit, non peccatorum ordine, sed peccati magnitudine. Magnitudine peccati sui, vnde se primum dixit peccatorum: quomodo dicuntur inter aduocatos, verbi gratia, primi: primus est iste non quia plures annos habet ex quo causas agit, sed quia ex quo cœpit cœteros superauit. Dicat ergo Apostolus alio loco, vnde primus sit peccatorum, Ego, inquit, sum nouissimus Apostolorū, qui nō sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum ecclesiam dei. Nemo acrior inter persecutores, ergo nemo prior inter peccatores. Sed misericordiam, inquit, consecutus sum. Et quare sit misericordiam consecutus, exponit causam, Vt in me, inquit, ostenderet Christus Iesus omnem longanimitatem, ad informationem eorum qui crediturī sunt illi in vitam æternam. Christus, inquit, daturus veniam conuersis ad se peccatoribus vsque ad inimicos suos, me primo elegit acriorem inimicum, quem cū sanaret, nemo in cæteris desperaret. Faciunt hoc medici quando ad ea loca vniunt vbi ignoti sunt, quos curent primitus eligunt desperatos, vt in eis & beneuolentiā exerceant, & commendent doctrinam, vt vnusquisq; in illo loco dicat proximo suo, Vade ad illū medicū, securus esto sanat te. Et ille, Me sanat? Non vides quid patiar? Ego noui quid simile, Tu quod pateris, & ego quidem passus sum. Sic dicit Paulus vnicuiq; ægroto, & de se volēti desperare, Qui curauit me misit me ad te, & dixit mihi: Illi desperanti, vade & dic, quid habuisti, quid in te sanaui, q̄ cito sanaui. De cœlo vocauit, vna voce percussi & deieci, alia erexi & elegi, tertia impleui & misi, quarta liberaui & coronaui. Vade dic ęgrotis, clama desperatis, Fidelis sermo & omni acceptione dign⁹, quia Christus Iesus venit in mundum peccatores saluos facere. Quid timetis? Quid trepidatis? Quorum primus ego sum. Ego, inquit, vobis loquor, sanus ægrotātibus, stans iacentibus, securus desperantibus, Ideo enim misericordiam consecutus sum, vt in me ostenderet Christus Iesus oēm longanimitatem. Morbū meū diu pertulit & sic abstulit, tanquam bonus medicus phreneticum patienter tolerauit, sustinuit me ferientem se, donauit mihi feriri pro se. Omnem, inquit, longanimitatem ostendit in me, ad informationem eorum qui crediturī sunt illi in vitam æternam. Nolite ergo desperare. Aegroti estis, accedite ad eum & sanamini: Cæci estis, accedite ad eum & illuminamini: & qui sani estis ei gratias agite, & qui ægrotatis, ad eum sanandi currite: dicite omnes, Venite adoremus, & prosternamur ei, & ploremus coram domino qui fecit nos & homines & saluos. Nam si ille nos fecit homines, nos autem ipsi nos fecimus saluos, aliquid illo melius fecimus. Melior est enim saluus homo quām quilibet homo. Si ergo te deus fecit hominem, & tu te feciſti bonum hominem, quod tu feciſti melius est. Noli te extollere super deum, subde te, deum adora, prosternere, confitere illi qui fecit te, quia nemo recreat, nisi qui creat, nemo reficit, nisi qui fecit: hoc & in alio Psalmo, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Sanē quando te fecit, quod tu faceres non habebas. Quando autem iam es, habes & tu ipse quid facias, ad medicum curras, medicum implores, qui vbique est. Et vt implorares excitauit cor tuum, & posse implorare donauit tibi. Deus est enim, inquit, qui operatur

Gen. 3.
Gene. 7.
1. Cor. 15.
1. Tim. 1.
Acto. 9.
1. Tim. 1.
Psal. 94.
Psal. 99.
Philip. 2.

ratur in vobis, & velle & operari pro bona voluntate, quia vt haberes bonam voluntatem. Illius vocatio præcessit. Clama, Deus meus, misericordia eius præueniet me. Vt esses, vt sentires, vt audires, vt consentires, præuenit te misericordia eius. Præuenit te in omnibus, præueni & tu in aliquo iram eius. In quo, inquis: in quo? Confitere ista omnia a deo te habere quicquid boni habes, a te quicquid mali. Ne in bonis tuis illum contemnas, te laudes, ne in malis tuis illum accuses, te excuses, ipsa est vera confessio. Ille qui in tantis bonis præuenit te, venturus est ad te, & inspecturus dona sua & mala tua, quomodo bono eius vsus fueris inspicit te. Ergo quia in omnibus istis donis præuenit te, vide in quo tu præuenias faciem venturi: audi Psalmum, Præuentamus faciem eius. Antequam veniat propitietur, antequam asit placetur. Habes enim sacerdotem per quem possis placare deum tuum & ipse cum patre deus est ad te, qui homo est propter te. Ita iubilabis in Psalmis, præueniens faciem eius in cōfessione. Iubila in Psalmo, præueniens in faciem eius in confessione: Accusa te, iubilans in Psalmo. Lauda illum accusando te, & laudando eum qui fecit te: Veniet qui mortuus est pro te, & viuificabit te. Hæc tenete, in hoc persistite. Nemo variet, nemo leprosus sit. Doctrina inconstans, non habens vnum colorem, mentis lepram significat, & istam Christus mundat. Forte in aliquo variasti & inspexisti, & in melius sentētiam commutasti, & quod varium erat vnius coloris effectum est. Noli tibi tribuere, ne si inter nouem qui gratias non egerunt. Vnus egit gratias: Cæteri Iudæi erant. Ille alienigena erat, gentes alienigenas significabat, numerus ille Christo decimas dedit. Illi ergo debemus quod sumus, quod viuimus, quod intelligimus, quod homines sumus, quod bene viximus, quod recte intelligimus, illi debemus. Nostrum nihil nisi peccatum quod habemus. Quid enim habes quod non accepisti? Vos ergo, maxime qui scitis quid audiatis, curatum ab ægritudine, mundatum a varietate sursum corponite, & deo gratias agite.

Psal. 58.
Psal. 94.
Luc. 17.
1. Cor. 4.

De Psalmo nonagesimoquarto, Cum confutatione Pelagianorū. Sermo XI.

Psalmus quem cantauimus domino, & nosinuicem exhortati sumus vt adoremus eum, & prosternamur illi, & fleamus ante dominum qui fecit nos, admonet quære aliquanto diligentius, quid sibi velit, quod ait, Qui nos fecit. Quod enim homo a deo creatus est, nullus dubitat homo, nisi qui ingratus est. Nouimus. n. quia ita legimus, & ita credimus, quod fecit deus hominem, inter multa quę fecit, ad imaginem suam. Hæc hominis est prima conditio, hæc est humana prima creatura. Non tamen arbitror hoc nos pro magno voluisse commonere spiritum sanctum in hoc Psalmo, quod ait, Fleamus ante dominum qui fecit nos: alio enim loco dicit, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Vnde quidem, vt dixi Christianus dubitat nemo, quia non solum deus creauit primū hominum ex quo omnes homines, sed deus hodieq; creat singulos homines, ille qui ait cuidam sancto suo, Priusquam te formarem in vtero noui te. Prius ergo creauit hominem sine homine, [modo creat hominem ex homine, tamen siue hominem sine homine,]siue hominem ex homine, ipse fecit nos & non ipsi nos. Ad istum itaque primum verborum istorum & facile sensum, sed tamen verum, adoremus eum fratres, & prosternamur ei, & ploremus ante dominum qui fecit nos: Non enim fecit & deserit, non enim curauit facere, & non curat custodire. Ploremus ante dominum qui nos fecit, quia non plorauimus quando nos fecit, & tamē fecit. Qui ergo fecit antequam rogaretur, deserit cum rogatur? Tanquam ergo dubitaret homo vtrum exaudirētur orans, admonuit eum scriptura, cum dicit. Ploremus ante dominum qui nos fecit, quia vtique exaudit quos fecit, vtique non potest non curare quos fecit. Verūtamen iuxta altiorem intellectum & quantum existimo vtiliorē, vidit quosdam spiritus sanctus dicentes uel dicturos, q̄ deus eos fecerit homines, iustos autem ipsi se faciunt, prævidit eos, admonuit eos, & ab hac extollentia reuocauit eos, dicens, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Quare enim addidit, & non ipsi nos, cū sufficeret dicere, ipse fecit nos, nisi quia illam factura voluit admonere, vbi dicunt homines, Ipsi fecimus nos: id est, vt iusti essemus, iustos nos liberavolūtate fecimus? Quando conditi sumus, liberum arbitrium accepimus, vt ergo iusti simus, libero id arbitrio agimus. Quid adhuc deum inuocamus, vt iustos nos faciat, quod habemus in ptāte, vt iustos nosipsi faciamus? Audite audite & iustos, & iniustos, ipse fecit nos

Psal. 90.
Gene. 1.
VPsal. 99.
Hiere. 1.
Psal. 96.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eccle.7. & non ipsi nos. Creatus est primus homo in natura sine culpa, in natura sine vitio, creatus est rectus, non se fecit rectum: Quid se autem ipse fecerit notum est, cadens a manu figuli fractus est. Regebat enim eum ipse qui fecerat, voluit deserere a quo factus erat, permisit deus, tanquam dicens, Deserat me & inueniat se, & miseria sua probet quia nihil potest sine me. Hoc modo ergo ostendere voluit deus homini quid valeat liberum arbitrium sine deo. O malum liberum arbitrium sine deo. Experti sumus quid valeat sine deo. Ideo miseri facti sumus, quia sine deo quid valeat experti sumus. Experti ergo tandem aliquando nouerimus, & venite adoremus eū, & prosternamur illi, & fleamus coram domino qui fecit nos, vt perditos nos per nos, reficiat nos qui fecit nos. Ecce bonus factus est homo, & per liberum arbitrium factus

Psal.94. est homo malus. Quando facturus est bonum hominem malus homo, per liberum arbitrium deserens deum? Seruare se non potuit bonus bonum, & facturus est se malus bonum? Cum esset bonus non se seruauit bonum, & cum sit malus dicit, Faciomē bonum: Quid facis malus qui peristi bonus, nisi reficiat te qui permanet bonus? Ipse ergo fecit nos & non ipsi nos. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Ecce fecit nos homines populum suum, qui nos fecit. Non enim creati homines iam populus eius eramus, Videte fratres mei, & de ipsius Psalmi verbis attendite, vnde dixerit, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Hinc dixit, Fecit nos & non ipsi nos: vt simus populus eius & oues pascuæ eius. Ipse fecit nos. Nam & Pagani nascuntur, & omnes impii, omnes aduersarii ecclesiæ eius, vt nascerentur ipse fecit eos: Non enim alius deus creauit eos. Qui de Paganis nascuntur, ab ipso facti sunt, ab ipso creati sunt, & non sunt populus eius, nec oues pascuæ eius. Communis est omnibus natura, non gratia. Natura non putetur gratia, sed & si putetur gratia, ideo putetur gratia, quia & ipsa

Roma.4. Ephes.1. gratis concessa est. Non enim homo qui non erat promeruit vt esset: si promeruit, iā erat, sed nondum erat. Ergo qui promereretur non erat, & tamen factus est, nec vt pecora factus est, nec vt arbor factus est, nec vt saxum factus est, sed factus est ad imaginem creatoris. Hoc beneficium quis dedit? Deus qui erat, & ex æterno erat. Cui dedit? Homini qui nondum erat. Dedit qui erat, accepit qui non erat. Quis autem hoc

1.sē.di.36 cap. ad qđ facere potuit, nisi qui vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt? De quo dicit Apostolus, Qui nos elegit ante mundi constitutionem. In mundo isto facti sumus, nec mundus erat quando electi sumus, Ineffabilia mirabilia fratres mei. Quis hoc explicare sufficerit? Quis saltem quod explicet cogitare? Eligūtur qui non sunt, nec erat qui eligit, nec vane eligite legittñ & habet electos quos creaturus est eligēdos, habet autem apud semetipsum, non in natura sua, sed in præscientia sua. Ergo nolite extolli: Homines sumus, ipse nos fecit, & fideles sumus, si tamen sumus, quando ista contra gratiam disputamus. Sed ecce fideles sumus, & iam fideles, & iam iusti:

Quia iustus ex fide viuit: Ipse fecit nos & non ipsi nos. Quæro quid nos fecerit: Dicturus es, Homines. Non inde Psalmus loquebatur, illud scimus, illud notum est, illud patet, nec magna, vt hoc nouerimus, doctrina indigemus, qa homines ipse nos fecit. Sed vnde loquebatur, vide, Ipse fecit nos & non ipsi nos. Quid nos fecit, nisi qđ sumus? Quid autem sumus? Nos autem ecce quid sumus? Quid? Populus eius & oues pascuæ eius. Ipse nos fecit populum suum, ipse nos fecit oues pascuæ suæ, qui misit ugulādā ouē innoxiā, fecit oues de lupis, Hæc est gratia. Excepta illa, cōi gra natur, q̄ hoies facti sumus, nec digni fuimus, q nō fuimus. Excepta illa gra, ē maior gratia q̄

Ioan.1. facti sumus populus eius & oues pascuæ eius, per Iesum xp̄m dñm nostrū. Sed dicat aliqs p Iesū xp̄m facti sumus, vt etiam homines essemus. Ita vero per Iesum Christū facti sunt & Pagani, non vt essent Pagani, sed vt essent homines. Quis est enim Iesus Christus, nisi in principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbum? Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt. Illi ergo debēt & Pagani qudd homines creati sunt, & tanto magis puniendi quia dimiserunt eum a quo facti sunt, & coluerunt quod ipsi fecerunt. Excepta ergo illa gratia qua condita est humana natura, hæc enim Christianis Paganisq̄ communis est, hęc est maior gratia, non quod per verbum homines creati sumus, sed q̄ per verbum carnem factum

1.Tim.2. fideles facti sumus. Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum homo Chri-

stus Iesus, in principio erat verbum. Nondum erat homo Christus Iesus, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Ipse mundus non erat, quando deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt & mundus per ipsum factus est. Ergo tunc quando nos fecit vt homines essemus, nondum erat homo. Magnam istam gratiam commendat Apostolus Christianis, Vbi dicit, Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum. Non ait Christus Iesus, ne tu putares secūdum verbum dictum, sed addidit, homo mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Quid est mediator? Per quē coniungeremur, per quem reconciliaremur, quia peccatis propriis separati iacebamus, in morte eramus, prorsus perieramus. Non erat Christus homo quando creatus est homo, [sed postea factus est homo] ne periret homo ille qui factus est homo. Hęc uobis contra nouellam hæresim quæ tentat assurgere, vt sæpe disputare cogimur, qa uos firmos volumus esse in bono, integros autem a malo. Hæc enim est disputatio eorum quando primo exoriri cœperunt, & contra gratiam disputare, multum tribuēs non libertati hominis, sed infirmitati, & iacentem miserum hominem ideo extollentes, ne manu sibi desuper porrecta valeat surgere. Disputantes ergo contra gratiā pro libero arbitrio, fecerunt auribus piis & catholicis offensionem, cœperunt horrere, cœperunt vt certa pernicies deuitari, cœpit de illis dici, q̄ contra gratiam disputarent, & inuenerunt ad reuelandam istam inuidiam tale commentum. Non, inquit, cō tra gratiam dei disputo. Vnde probas? Eo ipso, inquit, non contra gratiam dei disputo, q̄ liberum arbitrium defendo. Videte acumen, sed vitreum. Quasi lucet vanitate, sed frangitur veritate. Attendite quām sit quasi acute excogitatum quod dicere voluerunt. Hoc ipso, inquit, quia liberum arbitrium hominis defendo, & dico quia libero arbitrio sufficiens est vt iustus sit, non sine gratia dei dico, Erectæ sunt aures piorum, iam qui ista audit, incipit gratulari. Deo gratias. Non sine dei gratia defendit liberum arbitrium. Est enim liberum arbitrium, sed nihil valet sine dei gratia. Si ergo liberum arbitrium non sine dei gratia defendunt, quid mali dicūt? Expone ergo nobis o doctor quām dicas gratiam. Cum dico, inquit, liberum hominis arbitrium, vide quia homi uis dico. Quid deinde? Homo est, quis creauit? Deus. Quis ei liberum arbitrium dedit? Deus. Si ergo hominem deus creauit, & homini deus liberum donauit arbitriū, quicquid potest homo de libero arbitrio, cuius gratiæ debetur nisi eius qui eum condidit cum libero arbitrio? Et hoc quasi acute ab ipsis dictum. Videte tamen fratres mei, quomodo illam generalem gratiam prædicent, qua creatus est homo, qua homines sumus, & vtique & cum impiis homines sumus, sed non cum impiis Christiani sumus. Hanc ergo gratiam qua Christiani sumus, ipsam volumus p̄dicent, ipsam volumus agnoscāt, ipsam volumus, de qua dicit Apostolus, Nō irritā facio gratiā dei. Nā si per legē iustitia, ergo xp̄s gratis mortuus est. Videte vnde dixit Apostolus. De lege dixit, Si per legē iustitia, ergo xp̄s gratis mortuus est. Quia ergo ex lege non erat iustitia, ideo mortuus est xp̄s, vt per fidē iustificentur qui ex lege nō iustificabantur. Si. n inquit, data esset lex q̄ posset iustificare, o modo ex lege esset iustitia. Qđ et hesterno die cōmemorauimus: sed cōclusit scriptura oīa sub pcō, vt p̄missio, nō prædictio. Qui p̄misit ipse facit. Vt p̄missio, inquit, ex fide Iesu xp̄i daretur credētibus. Ecce quales nos inuenit gratia saluatoris, quos nec lex sanos facere potuit. Quare lex data, si sufficiebat natura? Et tñ nec lex sufficere potuit, ita infirma erat ipsa natura: data est est lex, sed nō quæ posset viuificare. Quare ergo data ē lex? Lex, inquit Apostolus, p̄uaricationis gratia data est, p̄uaricationis gratia posita est, vt te faceret p̄uaricatorē. Quare, vt me faceret p̄uaricatorē? Quia nouerat deus supbiā tuā, nouerat quia dicebas, O si sit qui doceat, o si sit, qui mihi oñdat. Ecce lex tibi dicit, Nō cōcupisces. Cognouisti legē dicētē, Nō cōcupisces: Surrexit cōcupiscētia quā non noueras: inerat. n sed nesciebatur, cœpisti cōuari vinceee qđ inerat, & apparuit qđ lateqat, Superbe p̄ legē factus es p̄uaricator: agnosce gratiā & esto laudator. Sed legē, inquis, quis dedit? Quia sunt hoies vani, & pcius impii, q dñt legē ab alio datā, gratiam vero per dñm nostrū Iesum Christū: quasi legē malā, quasi legē peruersam, gratiam vero rectam: & volunt ita discernere duo testamenta, vt vetus tēstamentum dicant esse, nescio, a quo principe tenebrarum: nouum aūt testm a domino deo patre domini nostri Iesu Christi. Ipsum Paulum audi, Si propterea putas legem datam

Ioan.1. 1.Tim.2. Galat.2. iGala.3. Roma.7. Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab alio non a deo, quia per illam factus es præuaricator, audi ipsum Apostolum le-
gis laudatorem. Itaq; inquit, lex quidem sancta, & mandatum sanctum, adde & iustũ
adhuc adde & bonum. Quod ergo bonum est, inquit, mihi factũ est mors? Absit. Sed
peccatum vt appareat peccatum. Erat enim peccatum, sed latebat peccatum. Quan-
do latebat peccatum? Quando te aduersarium nondum patiebatur. Cœpisti conari,
& apparuit qui tenebat, Quando sequebaris, catenam non sentiebas, quæsisti refu-
gium & apparuit vinculum, voluisti fugere & cœpisti trahi. Quia ergo cœpisti trahi,
Ioan. 8. subueniat tibi qui non est ligatus. Quis non est ligatus, nisi qui dixit, Si inueneritis
Ioan. 14. in me peccatum, dicite? Quis non est ligatus, nisi qui dixit, Ecce venit princeps mun-
di, & in me nihil inueniet quare me occidat. Quare nihil inueniet? Quia mors pec-
cato iusta debetur. Quare ergo moreris? Vt sciant, inquit, omnes, quia voluntatem
patris mei facio. Ipse soluit qui ligatus nõ est, ipse a mortuis liberat, qui est in mor-
Psal. 87. tuis liber. Sed ipse misit & legem & gratiam. Per seruum suum legem, per seipsum
Ioan. 1. gratiam. Attende Helisæum in magno altoq; mysterio, tanquam Prophetam, agendo
4. Reg. 4. prænunciantem, non solum loquendo. Mortuus erat filius hospitæ ipsius, Quid si-
gnificauit morruus puer nisi Adam? Nunciatum est sancto Propheræ, gerenti in pro-
phetia typum domini nostri Iesu Christi, misit per seruum baculum suum, & ait il-
li. Vade, vade, pone supra puerum mortuum. Perrexit ille tanquam seruus obediens.
Sciebat Propheta quid fecerat. Posuit baculum supra mortuum, non surrexit. Si n-
Gala. 3. data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Non ergo potuit lex
lex viuificare. Venit ipse grandis ad paruulum, saluator ad saluãdum, viuus ad mor-
tuum, venit ipse. Et quid fecit? Iuuenilia membra contraxit tanquam seipsum extra
Philip. 2. niens, vt formam serui susciperet. Iuuenilia ergo membra contraxit, paruum se par-
uo coaptauit, vt efficeret corpus humilitatis nostræ conformẽ corpori gloriæ suæ.
Itaque in isto typo Christo propheticæ expresso susciratus est mortuus, tanquam iu-
Philip. 3. stificatus est impius. Ista gratia prædicetur, ista est gratia Christianorum per homi-
nem mediatorem, per passum & resuscitatum, qui ascendit in cœlum, & captiuauit ca
ptiuitatem, & dedit dona hominibus. Ista, inquam, gratiã prædicetur, contra istã gra-
tiam ab ingratis non disputetur. Baculus propheticus mortuo non suffecit, ipsa mor
tua natura sufficeret? Et istam quam conditi sumus, quamquã hoc nomine appella-
tam minime legerimus, tamen quia gratis data est, gratiam fateamur. Sed ostenda-
mus vobis maiorem esse istam qua Christiani sumus: attendite. Antequam conditi
essemus nihil boni merebamur, & ideo gratia qua conditi sumus cũ boni nihil mere
remur. Si ergo magna est gratia quando nihil boni merebamur, quanta gratia est qñ
tantum mali merebamur? Qui nondum erat, bene non merebatur, peccator eriã ma-
le merebatur. Nondum erat qui factus est, nondum erat, sed nec offenderat, Nondum
erat & factus est, offendit & saluus est. Qui nõdum erat, nihil sperabat, factus lapsus
Psal. 99. est, lapsus autem damnationem expectabat, & liberatus est. Hæc est gratia per Iesum
2. Cor. 5. Christum dominum nostrum. Ipse fecit nos, & antequã essemus oino ipse fecit nos,
& factos & lapsos ipse iustos fecit nos, & non ipsi nos. Si qua igitur in Christo noua
Roma. 9. creatura, lapsa est vetus, facta est noua. Vna erat massa perditionis ex Adam, cui non
nisi supplicium debebatur, facta sunt vasa inde in honorem ex eadem massa. Habet
enim potestatem figulus luti, ex eadem massa. Qua massa? Certe iam perierat, certe
iam illi massæ iusta damnatio debebatur. Gratulare, quia euasisti, mortem quippe de
bitam euasisti, & vitam non debitam reperisti Habet potestatem figulus luti ex eadẽ
massa facere aliud vas in honorem, aliud in cõtumeliam. Sed dicis, Me quare fecit in
honorem, & alium in contumeliam? Quid respõsurus sum? Auditurus es Augusti-
num qui non audisti Apostolum dicentem, O homo tu quis es qui respondeas deo?
Roma. 9. Duo paruuli nati sunt, si debitum quæras, ambo tenent massam perditionis. Sed cur
mater alium portat ad gratiam, alium mater dormiens suffocat? Dicturus es mihi,
Quid ille meruit qui portabatur ad gratiam? Quid ille meruit quem mater dormien
do suffocat? Ambo nihil boni meruerunt. Sed habet figulus luti potestatem ex eadẽ
massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Disputare vis mecum? Im
mo mirare mecum & exclama mecum, O altitudo diuitiarum. Ambo in pauore con-
cordemus, ne in errore pereamus. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q̃

quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Scrutare in-
scrutabilia. fac impossibilia, corrumpe incorruptibilia, vide inuisibilia. Inscrutabilia
sunt iudicia eius, audisti, sufficiat tibi, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit
sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribue-
tur ei? Quis prior dedit cum totum gratis accepit. Quis prior dedit illi, & retribuetur
ei?] Si dominus retribuere vellet, nihil nisi pœnam debitam retribuisset. Nihil dede-
runt vt eis retribueretur, pro nihilo saluos faciet illos. Quis prior dedit illi, quasi suo
rum gratia meritorum, quis prior dedit illi, quis præuenit gratiam quę gratis datur.
Si aliquid meritorum anteuenit gratiam, iam non gratis datur, sed ex debito reddi-
tur: si autem gratis non datur, gratia quare vocatur? Quis ergo prior dedit illi, & re-
tribuetur ei? Quñ ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quæ vtiq; nisi omnia
bona quæ ab illo accepimus, & accepimus vt boni simus? Omne.n. datum optimum
& omne donum perfectum, desursum est descendens a patre luminum, apud quem
non est immutatio. Nam tu in peius mutatus es, Apud quem non est immutatio. Ipse
subuenit apud quem non est nec momenti obumbratio, nam tu in tenebris noctis
tuæ iaces. Ab illo ergo omnia. Nemo illi prior aliquid dedit, nemo exigat debitũ, Gra
tia illi salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed dei donum est. Sed mouet
me, inquis, ꝙ ille perit, ille baptizetur, mouet me, mouet tanquam hominem. Si verũ
vis audire, & me mouet quia homo sum. Sed si & tu homo & ego homo, ambo audia-
mus dicentem, O homo: vtiq; si ideo mouemur quia homines sumus, ipsam naturã
humanam infirmam ac debilem Apostolus alloquitur dicẽs, O homo tu quis es qui
respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, cur me sic fecisti? Si pos-
set loqui pecus & dicere deo, quare istum hominem fecisti, & me pecudem? nonne iu
ste succenseres & diceres, O pecus tu quis es qui respondeas deo? Et tu homo es, sed
ad deum pecus es, & vtinam sis pecus eius, & ouis pascuæ eius. Agnosce beneficia pa
storis, & non sequeris lupum erroris. Lupi eramus. Fuimus & nos natura filii iræ si-
cut & cæteri, sed mortua est ouis, & fecit nos oues. Ecce agnus dei, ecce qui tollit pec-
catum, non huius aut illius, sed mundi. Nihil ergo fratres mei ex eo quod aliquid su
mus, si tamen in eius fide aliquid sumus quantumcunque sumus, nihil nobis arroge
mus, ne & quod accepimus perdamus: sed in eo quod accepimus, illi gloriam demus
ipsum honoremus, semina sua ipse compluat. Quid haberet terra nostra, nisi ipse se
minasset? Sed dat & pluuiam, non deserit quod seminauit. Dominus dabit suauitatẽ,
& terra nostra dabit fructus suos. Conuersi ad dominum.

Psal. 55.

Iaco. 1.

Ephe 2.

Roma. 9.

Psal. 94.
Ephe. 2.
Ioan. 1.

De verbis Psalmi centesimi decimi octaui, Gressus meos dirige secũdum verbũ tuũ.
Et quod lex spiritalis & non carnalis sit. De pugna quoque inter carnem & spiri-
tum.

Psal. 84.

Sermo XII.

Sine dubio fratres grauem quandam sarcinam, & grande iugum iniquitatis vita-
recupiebat, qui deo dicebat, Gressus meos dirige secundum verbum tuũ, & nõ
dominetur mihi omnis iniquitas. Videamus ergo quando homini dominetur iniqui
tas, vt intelligamus quid orantem audierimus, & quid respondendo etiam ipsi nos
orauerimus. Omnes enim ad sanctum Psalmum, quantum arbitror, deuoto & veraci
corde respondimus, orantes & dicentes domino deo nostro, Gressus meos dirige se-
cundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius pessimę
dominæ dominatu, pręcioso sanguine redempti sumus. Et quid proderat legem acce
pisse iubentem ac minantem & non adiuuantem, vt sub illa essemus rei ante gratiam
dei? Frustra lex minatur, quãdo iniquitas dominatur. Lex enim nõ est corporalis, nõ
est carnalis, Sed quoniam deus spiritus est qui legem dedit, proculdubio lex spirita-
lis est. Sed quid ait Apostolus? Scimus enim quia lex spiritalis est, ego autem carna-
lis sum venundatus sub peccato. Noli ergo mirari o venũdate sub peccato, si tibi do
minatur cui es venundatus. Audi Apostolum Ioannem, Peccatum iniquitas est. Con
tra talem ergo dominam inuocamus dominum cui dicimus, Gressus meos dirige se-
cundum verbũ tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas. Venundatus clamat,
redemptor exaudiat. Ipse homo se vendidit per liberum arbitrium, sed dominante
iniquitate, & accepit pretium exiguum, & de arbore vetita voluptatem. Ipse ergo cla
mat, Itinera mea dirige quæ ego distorsi, Gressus meos dirige quos ipse meo arbitrio

Psal. 118.

Psal. 118.

Ioan. 4.
Roma. 7.

1. Ioan. 3.
Psal. 118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

depraua ui. Dirige ſecundum verbum tuum. Quid eſt dirige ſecundum verbum tuũ? 67
Vt recti ſint greſſus mei, quia rectum eſt verbum tuum. Ego inquit, diſtortus ſum M
pondere iniquitatis, ſed verbum tuum eſt regula veritatis. Me ergo diſtortum a me,
corrige tanquam ad regulam, hoc eſt, ad verbum tuum. Ergo greſſus meos dirige ſe-
cundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas, Vēdidi me, redime
me. Vendidi me arbitrio meo, redime me ſanguine tuo. In venditore erubeſcat ſuper-
bia, in redemptore glorietur gratia. Deus enim ſuperbis reſiſtit, humilibus autē dat
gratiam. Lex enim ſpiritalis eſt, ego aũt carnalis ſum venundatus ſub peccato, Quod
Iaco. 4. enim operor ignoro, non enim quod volo ago. Non quod volo ago, cum carnalis di-
Roma. 7. cit, non legem, ſed ſe accuſat, nam lex ſpiritalis non habet culpam. Carnalis vendi-
tus in culpam, non agit quod vult, cum vult non poteſt, quia quando poterat noluit.
Per malum velle, perdidit bonum poſſe, & captiuus iam loquitur & dicit captiuus,
Non quod volo ago, non enim quod facio bonum, ſed quod odi malum hoc ago, nõ
quod volo. Homo, vis prorſus. Non quod volo ago. Omnino quod vis agis. Non quod
1. Cor. 2. volo ago. Crede mihi frater, non quod volo ago. O ſi velles ageres, quia non vis non
agis bonum. Non quod volo ago. Crede mihi, noui quid in me agatur, non quod vo-
Sapien. 9. lo ago. Contradictor gratiæ, non es arbiter conſcientię. Ego mẽ noui non quod vo- 68
Gala. 5. lo agere, & tu dicis quod vis agis? Nemo ſcit quid agatur in homine, niſi ſpũs homi- A
nis qui in ipſo eſt. Et tu homo es, ſi non vis credere mihi, intende tibi. Itane tu
ita viuis in hoc corruptibili corpore quod aggrauat animam, vt caro non concupi-
ſcat aduerſus ſpiritum tuum, & ſpiritus aduerſus carnem tuam? Iſta rixa non eſt in
te. Nulla eſt concupiſcentia carnis, quæ reſiſtet legi mentis? Si nihil in te alteri reſi-
ſtit, vide totum vbi ſit. Si ſpiritus tuus a carne contra concupiſcente non diſſentit, vi
de ne forte carni mens tua tota conſentiat, vide ne forte ideo nõ ſit bellum, quia pax
peruerſa eſt. Forte in totum carni conſentit, & nulla rixa eſt. Quam ſpẽ habes q poſ-
ſis aliquando vincere, qui nondum cœpiſti pugnare? Si aũt condelectaris legi dei ſe-
cundum interiorem hominem vides autem aliam legem in membris tuis repugnan
tem legi mentis tuæ, ſi hac condelectaris, hac ligaris, liber es in mente, ſeruus in car-
ne: ſi iam ita eſt, compatere potius homini dicenti, Non quod volo ago. Tu enim non
vis vt cõcupiſcentia illa quæ reſiſtit menti tuæ, omnino non ſitin te? Mali voti homo
es, ſi tali aduerſario non vis carere. Ego fateor tibi, quicquid in me rebellat aduer-
ſus mentem meã, & litigat mecum delectatione contraria, quicquid tale in me eſt
omnino interficere volo. Et ſi forte, adiuuante domino, non conſentio, nolo habere
cum quo litigem. Multo eſt mihi optabilius inimicum non habere quã vincere. Nã- 69
que enim ilſud ipſum quod caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, nõ eſt mecũ aut ve- B
ro ex contraria natura compactus ſum? Et illud meum eſt, & q ei nõ conſentio, meũ
eſt. Pars aliquantulum libera reſiſtit reliquiis ſeruituris, totum ſanum ſit volo, quia
totus ſum. Ergo nolo vt a me caro mea tanquam extranea in æternum ſeparetur, ſed
vt mecum tota ſanetur. Si hoc totum non vis, neſcio quid de carne ſentias, arbitror
te putare quod neſcio vnde ſit, quaſi de gente contraria. Falſum eſt, hæreticum eſt,
blaſphemum eſt, mentis & carnis vnus eſt artifex, ipſe quando hoiem creauit vtrũq;
cõiunxit, carnem animæ ſubdidit, animam ſibi. Si ſemper illa ſtaret ſub domino ſuo
ſemper & iſta obediret dominæ ſuæ. Noli ergo mirari, ſi ea quæ deſeruit ſuperiorem,
Gala. 5. pœnas patitur per inferiorẽ. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus au-
tem aduerſus carnem. Hæc n. ſibi, inquit, inuicem aduerſantur, vt non ea quæ vultis
faciatis. Inde & iſte, Non quod volo ago. Concupiſcit enim caro aduerſus ſpiri-
tum, & nolo vt concupiſcat, pro magno habeo ſi non conſentiam, opto tamen vt ca-
ream. Ergo non quod volo ago. Volo enim vt non concupiſcat caro aduerſus ſpiritũ
Roma. 7. & non poſſum: hoc eſt quod dixi, Non quod volo ago. [Quid mihi hic calummaris?
Ego dico, Non quod volo ago: & tu dicis, Quod vis agis.] Quid mihi calummaris?
Ingrate medico, quid calũniaris infirmo? Sine vt medicum rogem, Redime me a cã-
lũnijs hominũ, & cuſtodiam legem tuam. Cuſtodiam per redemptionem tuam, non
per poteſtatem meam. Ideo mihi ſanitatem quia nondum habeo non arrogo, quia
Pſal. 118. medicum rogo. Tu autem naturæ defenſor, quod vtinã non eſſes, non quaſi ſanæ de-
fenſione falſam adhiberes, ſed pro nondũ ſana medicũ rogares. Nũc vero tu natu-

defenſor, vel potius oppugnator, dum quaſi de natura ſana laudas creatorem, excu-
dis a languida ſaluatorem. Qui creauit ſanat, ruentem per ſeipſam, leuat per ſeip-
ſum. Ipſa fides eſt, ipſa veritas, hoc eſt chriſtianæ fidei fundamentum, unus & vnus.
Vnus homo per quem ruina, alius homo per quem ſtructura. Per illum ruina, per
hunc ſtructura. Cedit qui non manſit, erigit qui non cecidit. Ruit ille quia dimiſit
manentem, manens ille deſcendit ad iacentem. Si ergo concupiſcit caro aduerſus ſpi-
ritũ, vt in hoc ipſo non quod vis agas, quia vis vt non concupiſcat, & non potes, tene
ſaltem in gratia dñi voluntatem, & in eius adiutorio perſeuera: dic ei quod cantaſti,
Greſſus meos dirige ſecundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniqui-
tas. Quid eſt, ne dominetur mihi omnis iniquitas? Audi Apoſtolum, Non regnet pec Roma. 6.
catum in veſtro mortali corpore. Quid eſt non regnet? Obediendo deſiderijs eius.
Non dixit, noli habere deſideria mala. Quomodo enim in hac carne mortali, vbi caro
concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpũs aduerſus carnem, non habeo deſideria mala?
Illud ergo fac, Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſi- Galat. 5.
derijs eius. Et ſi ſunt deſideria, non eis obediatur, ne iniquitas dominetur. Nec exhi Rom. 6.
beatis membra veſtra, arma iniquitatis peccato. Non fiant membra tua arma ini-
quitatis, & non dominatur tibi omnis iniquitas. Sed etiam hoc vt non fiant membra
arma iniquitatis, nunquid tu tibi viribus tuis præſtas? Hoc ipſum inquam, hoc ip-
ſum q̃ non ſint membra tua arma iniquitatis, [tu tibi præſtas viribus tuis? Cum. n.
non fiunt membra arma iniquitatis,] eſt quidem iniquitas in membris tuis in deſi-
derijs illicitis, ſed non regnat. Quomodo regnet, qui arma non habet? Pars tua, caro
tua, concupiſcentia carnis tuę languor rebellat aduerſus te, languor iſte tyrãnus eſt.
Si vis te tyranni eſſe victorem, Chriſtum inuoca imperatorem. Nam ſcio quid mihi
eras dicturus, vel quid apud teipſum modo dicas, Quiſquis talis hic es & audis me,
ſcio quid tibi intus loquatur iniquitas. Adhuc enim ſub iugo es iniquitatis, quando
non agnoſcis pretium redemptoris. Scio quid tibi dicas, Ecce concupiſcit caro mea
aduerſus ſpiritum meum, concupiſcit adulterium, ſed non conſentio, non annuo, nõ
decerno, non ſolum non ago, ſed nec agere conſentio. Non ſolum foris per carnem
non perpetro, ſed nec ipſa mente ſequor rebellantem. Conſentio repugnanti, cedo lu
ctanti? Non facio. Ecce non dominatur mihi omnis iniquitas. Ita eſt, verum eſt,
Gratias age, ſi ita eſt, ei qui tibi donauit vt ita ſit. Noli tibi hoc arrogare, ne perdas
quod accepiſti, & incipias fruſtra rogare. Non times, Deus ſuperbis reſiſtit, humili- Iacob. 4.
bus autem dat gratiam? Ergo tu tibi præſtas, vt non dominetur tibi omnis iniquitas?
Si uera eſt iſta tua præſumptio, vana eſt noſtra oratio, vbi dicimus deo, Non domine
dicebamus, Greſſus meos dirige ſecundum verbum tuum, & nõ dominetur mihi om
nis iniquitas? Hic eras, cantaſti verba iſta, puto te non negaturum. Ergo cantaſti in Pſal. 118.
populo dei, & rogaſti deum dicens, Greſſus meos dirige ſecundum verbum tuum, &
non dominetur mihi omnis iniquitas. Si tibi hoc præſtabas, quare mecum rogabas?
Teneo precãtẽ, conuinco laborantẽ: ſimul ergo audiamus dicẽtem, Venite ad me oẽs
qui laboratis. Audiamus & veniamus. Quid eſt veniamus: Credendo, pficiamus gra-
tias agẽdo accipiamus, pſeuerãdo, pueniamus, veniamus ad eũ q dicit, Venite ad me
oẽs q laboratis. Et tu laboras, & ego laboro, illũ audiamus, ad illum veniamus, inter
nos quare litigamus? Ambo audiamus, qa ambo laboramus: quare iter nos litigam⁹?
an vt medicũ vocãtẽ nõ audiamus? O infœlix infirmitas, ad ſe vocat medicus, & liti-
bus occupatur ęgrotus. Vide qd dicat vocãdo, Venite ad me oẽs q laboratis. Vbi labo Mat. 11.
ratis, niſi ſub ſarcinis peccatorũ, niſi ſub iugo malæ dominę iniquitatis? Venite ergo
ad me oẽs q laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiã. Ego q feci reficiã, ego, inqt, Ioan. 15.
vos reficiã, qa ſine me nihil poteſtis facere. Quo uos reficiã? Tollite iugũ meũ ſuper Mat. 12.
vos, & diſcite a me. Quid diſcimus a te? Nouimus te dñe in principio verbũ, verbum Ioan. 1.
deũ, verbũ apud deũ, oĩa p te facta nouimus quæ uidimus & quæ nõ vidimus. Quid
diſcimus a te? Non enim alium mundũ diſcipuli tui tanquã diſcipuli artificis & fa-
bricatoris condituri ſumus: vnum mundum condidiſti, cœlum & terram feciſti, u-
trunque ſuis creaturis ornamentisq; illuſtraſti. Quid a te diſcimus? Diſcite a me,
inquit, cum eſſem in principio apud deum creaui vos? Hoc nolo diſcatis a me,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Philip. 2. sed factus sum quod feci, ne perirent quæ feci. Vnde sum factus quod feci? Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum. Hoc discite a me. Humiliauit enim semetipsum, inquit. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Non enim inquit, hoc uos doceo, quasi in forma dei aliquando fuissetis, non rapinã arbitrantes, esse uos æquales deo. Illi uni proprium erat, illi rapina non erat cui natura erat. In patris

Mat 11.

Philip 2. æqualitate, natus est de patre. Quid tamen fecit propter te? Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. Ecce propter te deus factus est homo, & non te uis agnoscere, cum sis homo. Ecce propter te deus factus est homo sine peccato, & non vis te agnoscere cum peccato, vt uenias ad illum qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego

Mat. 11. uos reficiam. Tollite iugum meum super uos. Tulisti hoc iugum? Tulisti? Sentis te habere sessorem? Tulisti hoc iugum? Dicis, tuli. Sentis te habere sessorem? Sentis te habere rectorem? Sentio, inquis. Illi ergo dic, Gressus meos dirige secundum uerbũ

Psal. 118. tuum. Regit te sub iugo suo, & sub sarcina sua. Vt enim sarcina eius sit tibi leuis, & iugum eius suaue, ille tibi amorem inspirauit. Amanti suaue est, non amanti durũ est. Amanti suaue est, dominus dedit suauitatem. An forte quia uel uenisti, audiens, uenite ad me: hoc ipsum tibi arrogare intendis, quia uenisti? Ecce, inquis, ueni ad illũ arbitrio meo, uoluntate mea. Quia ueni, reficit me: quia ueni, iugum suum imponit mihi suaue, quia dat amorem: sarcinam suam leuem imponit mihi amanti & diligenti.

1. Cor. 4. Hæc omnia fecit in me, sed quia ueni ad eum. Ergo hoc sapis quia uenisti, tu tibi hoc præstitisti? Quid enim habes quod non accepisti? Quomodo uenisti? Credendo uenisti, sed nondum peruenisti. Adhuc in uia sumus, uenimus, sed nondum peruenimus. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore, nequando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Time, ne cum tibi arrogas quia inuenta est a te uia

Psal. 2. iusta, ipsa arrogantia pereas de uia iusta. Ego, inquis, ueni, arbitrio meo ueni, uoluntate mea uenii. Quid turgescis? quid tumescis? Vis nosse quia & hoc præstitum est tibi? Ipsum audi uocantem, Nemo uenit ad me, nisi pater qui me misit traxerit eum. Conuersi ad dominum.

Ioan. 6.

Galat. 3. De verbis Apostoli, Si enim data esset lex quę posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia:

Sermo XIII.

* alias, clara. VErbi dei altitudo exercet studium, non denegat intellectum. Si enim omnia clausa * essent, nihil esset unde reuelarentur obscura. Rursus si omnia reclusa essent, non esset unde alimentum anima perciperet, & haberet uires quibus posset ad clausa pulsare. In lectionibus apostolicis superioribus quas charitati uestræ, quantum dominus adiuuare dignatus est, exposuimus, multum laborem & solicitudinem passi sumus. Compatiebamur uobis, & soliciti eramus, & pro nobis & pro uobis. Quantum autem existimo, adiuuit & nos & uos dominus, & ea quæ prolixius difficilima uidebantur, sic per nos enodare dignatus est, ut nulla quæstio remaneret quæ conturbet mentem piam. Impia enim mens odit etiam ipsum intellectum, & homo aliquando nimium mente peruersa timet intelligere, ne cogatur quod intellexerit facere. De talibus ait Psalmista, Noluerunt intelligere ut bene ageret. Vos charissimi, quia bonum est bene sentire de uobis, exigitis intellectum, exiget deus fructum. Intellectus enim sicut scriptum est, bonus omnibus facientibus eum. Hoc tamen quod restat & hodie recitatum est, quanuis non habeat tantam difficultatem quantam habuerunt superiora, quę iam, ut potuimus, adiuuante domino, transacti sumus, desiderat tamen intentionem uestram; uelut enim conclusio sit, propter illa quæ dicta sunt. In superioribus lectionibus laboratur, ne forte reus constituere-

Psal. 35. Psal. 110.

Roma. 7. tur Apostolus omnium quodammodo peccatorum dicendo, Non enim quod uolo ago. Deinde ne lex uideretur aut sufficere posse homini habẽti liberum arbitrium, esset nullum ultra auxilium diuinum porrigeretur, aut certe frustra data fuisse crederetur, dicta est & causa quare sit lex data, quia & ipsa in adiutorium data est, sed non sine cut gratia. Data est enim sicut iam exposuimus, & tenere debetis, & uobis uehementius & diligentius nos commendare debemus, Data est ut inueniret se homo, ut non † alias, morbus sanaretur, sed ut prædicatione † morbo crescente medicus quæreretur. Et

quis est iste medicus, nisi qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. præuarica-
H Qui ergo non confitentur creatorem, negat superbus authorem. Qui autem negat tione.
63 ægritudinem suam, superfluum iudicat saluatorem. Ergo & in natura nostra creatorem laudemus, & propter uitium quod nobis infliximus, saluatorem quæramus. Et Mat. 9.
quomodo quærimus saluatorem? Vt det legem? Parum est. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino esset ex lege iustitia. Si ergo non est data lex quæ posset viuificare, quare data est? Sequitur & ostendit quare sit data, quia etiam sic in adiutorium data est, ne te sanum putares. Si ergo data esset lex quæ posset viuificare omni- Galat. 3.
no ex lege esset iustitia. Et quasi quæreremus, quare ergo data est? Sed conclusit, inquit, scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quando audis promissorem, expecta factorem. Idonea fuit humana natura p liberum arbitrium vulnerare se, sed iam vulnerata & sauciata non est idonea per liberum arbitrium sanare se. Si enim uolueris intemperanter uiuere ut ægrotes, ad hoc medicum non requiris, ad labem sufficis tibi. Cum autem intemperanter agens cœperis esse ægrotus, non sic potes ab ęgritudine liberare te, quomodo potuisti per intemperantiam te in ęgritudinem præcipitare: & tamen medicus etiam sano præcipit temperantiam. Bonus medicus hoc facit, non uult esse necessarius ægrotanti. Sic
63 etiam dominus deus creato homini sine uitio temperantiam prȩcipere dignatus est,
1 quam si ille seruasset, medicum postea morbo suo non desideraret: sed quia non seruauit, languidus factus est, cecidit infirmus, creauit infirmos, id est, infirmos genuit infirmus: & tamen in omnibus qui nascuntur infirmis deus quod bonum est operatur, formando corpus, uiuificando corpus, alimenta præbendo, pluuiam suam & solẽ suum super bonos & malos dando, non est unde accusent boni nec mali: etiam insuper genus humanum iusto suo iudicio condemnatum noluit in interitum sempiternum relinquere, sed misit & medicum, misit saluatorem, misit eum qui gratis sanaret. Parum est qui gratis sanaret, qui sanatis etiam mercedem daret. Nihil addi ad istã Mat. 5.
beneuolentiam potest. Quis est qui dicat, sanem te & do tibi mercedem? Optime fecit. Sciebat enim se diuiteu uenisse ad pauperem, & sanat ægrotos, & sanatis donat, & non aliud q̃ seipsum donat. Saluator est adiutorium languidi, ipse saluator est prȩmium sanati. Ergo fratres quod hodie admoniti estis, debitores sumus non carni, ut Rom. 8.
secundum carnem uiuamus: ad hoc enim adiuti sumus, ad hoc spiritum dei accepimus, ad hoc etiam in laboribus nostris quotidianum adiutorium postulamus. Lex cui minatur non implendo quod iubet, eum facit esse sub se, hi sunt sub lege, nõ sub
62 gratia. Bona est lex, si quis ea legitime utatur. Quid est ergo legitime uti lege? Per le- Lege uti le
gem agnoscere morbum suum & quærere ad sanitatem diuinum adiutorium: quia si gitimeqd?
cut dixi, & sępe dicendum est, Si lex posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia, nec quęreretur saluator, nec ueniret Christus, nec sanguine suo ouem perditam quę reret. Sic enim dicit alio loco idem Apostolus, Nam si per legem iustitia, ergo Chri- Galat. 2.
stus gratis mortuus est. Quæ igitur utilitas legis, & quod adiutorium? Quia conclusit scriptura omnia sub peccato ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaque lex, inquit, pædagogus noster erat in Christo Iesu. Ex ista similitudine rem de qua loquor attendite Pædagogus puerum non ducit ad seipsum, sed ad magi Pędagog⁹.
strum: sed cum puer bene institutus iam creuerit, sub pædagogo non erit. Tractans de his Apostolus etiam alio loco, ualde enim asidue hoc commendat, sed utinam non surdis. Commendat autem hoc asidue, commendans fidem gentibus, qua fide impetrant adiutorium ut impleant legem, non per legem, sed uires implendi impetrantes per fidem: ad hoc asidue ducit & commendat ista Apostolus, propter Iudęos, qui de lege gloriabantur, & libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur: ac per hoc quia libero suo arbitrio legem sufficere arbitrabantur, Ignorantes dei iustitiam, Rom. 10.
62 id est ex fide iustitiam datam a domino, & suam uolentes statuere, quasi suis uiribus
1 impletam, non dante fide impetratam, iustitiæ dei, sicut dicit, non sunt subiecti. Finis enim legis Christus, ait, ad iustitiam omni credenti. Ergo cum de his tractat, oppo- Galat. 3.
suit sibi, Quid ergo lex? Quasi quæ utilitas legis? Respondit, Prȩuaricationis gratia Roma. 5.
posita est. Hoc est quod dicit alibi, Lex subintrauit, ut abundaret delictum. Et ibi qd addidit? Vbi autem abundauit delictum, super abundauit gratia, quia leuiore ægritu

Universidad de Deusto
Biblioteca

dine contẽnebatur adiutorium medicinæ, creuit morbus, & quæsitus est medicus. Quid ergo lex? Præuaricationis gratia posita est, vnde humiliaretur ceruix superborũ multũ sibi tribuentiũ, & voluntati suę tantũ arrogantiũ, vt sibi liberũ arbitrium posse putarent ad iustitiã sufficere: quę tunc quando erat integra libertate, id est, in paradiso ostendit uires suas, ostendit quantũ posset, sed ad ruendũ non ad surgendũ.

Gala.3. Lex ergo præuaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est, disposita per angelos in manu mediatoris. Mediator autẽ vnius non est, deus autẽ vnus est, Quid est, mediator vnius non est? Quia inter duos vtiq; mediator est. Si vnus est deus, & mediator non est vnius, inter quid & deũ quærimus mediatorem, quia mediator vnius non est, deus autẽ vnus est? Inter quid & quid sit mediator, inuenimus

1.Tim.2. ipso Apostolo dicente, Vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum, hõ Christus Iesus. Si non iaceres, mediatorem necessariũ non haberes: quia uero iaces, & surgere non potes, mediatorem quodãmodo deus tibi porrexit brachiũ suũ. Et brachiũ

Esa. 53.& Ioan.11. domini cui reuelatũ est? Nemo ergo dicat, quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia: ergo peccemus, ergo quod uolumus faciamus. Qui hoc dicit, ægritudinẽ amat, non sanitatem. Gratia medicina est. Qui vult semper ægrotare, ingratus est medicinæ. Ergo fratres accepto adiutorio, porrecto nobis desuper diuino auxilio brachio domini, & ipso brachio domini porrecto nobis auxilio spiritu sancto, debitores sumus non carni, vt secundum carnem ambulemus, quia fides bene operari non potest nisi

Roma.8. per dilectionem. Ipsa est enim fidelium fides ne sit dæmonum fides, quia & dæmones

Iac. 2. credunt & contremiscunt. Illa est ergo laudabilis fides, ipsa est vera gratiæ fides, quæ

Fides laudabilis. per dilectionẽ operatur. Vt autẽ habeamus dilectionẽ, & ex ea postimus habere bonã operationẽ, nunquid eam nobis dare nos possumus, cũ scriptum sit, Charitas dei

Roma.5. diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Charitas us-

1.Ioan.4. queadeo est donum dei ut deus uocetur, Apostolo Ioanne dicente, Deus charitas est, & qui manet in charitate in deo manet & deus in eo manet. Ergo fratres debitores sũ-

Rom.8. mus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secũdũ carnem uixeritis, moriemini: non quia caro malũ est, nam & ipsa dei natura est, & ab eo condita a quo & anima, nec illa, nec illa pars dei, sed & illa & illa creatura dei. Ergo caro non est malũ, sed secũdũ carnem uiuere malum est. Deus summe bonus est, quia summe est qui ait,

Exo.3. Ego sum qui sum. Deus ergo summe bonus est, anima magnũ bonũ, sed non summũ bonum. Cum autem audis, Deus summe bonus est, noli putare de deo tantum patre dictum, sed de patre & filio & spiritu sancto. Hæc enim trinitas unum sunt, & unus est deus & summe bonus est. Ita planẽ unus est deus, ut quando de ipsa trinitate interrogaris, hoc respondeas, ne forte cum audieris, Vnus est deus, putes ipsum esse patrem, ipsum esse filium, ipsum esse spiritum sanctum. Non ita est, sed qui pater est in illa tri-
nitate non est filius, qui filius est in illa trinitate non est pater, qui spiritus sanctus est
in illa trinitate, nec filius est nec pater, sed spiritus patris, idemq; spiritus filij: ipse est
enim unus spiritus sanctus & patris & filij coeternus, patri & filio consubstantialis &

1.Retra 1. æqualis. Hæc tota trinitas, unus deus summe bon⁹. Anima uero, ut dixi, creata a summo bono, non tamen summũ bonũ, sed magnum bonum. Ita caro nec summũ bonum, nec magnum bonum, sed paruũ tamen bonum. Anima ergo magnum bonum sed non summũ bonum, viuens inter summum bonum & paruũ bonum, id est, inter deũ, & carnem, inferior deo, carne superior. Quare non viuit secundũ summũ bonũ, sed viuit secundum paruũ bonũ? Hoc planius dicitur, quare non viuit secũdũ deũ, sed viuit secũdũ carnem? Debitrix enim est non carni, vt secũdũ carnem viuat. Caro debet secundum ipsam viuere, non ipsa secundum carnem. Ipsa viuat secundum ipsam quæ viuit de ipsa. Certe vna quæq; secundum hoc viuat, vnde viuit. Vnde viuit caro tua. De anima tua. Vnde viuit anima tua? De deo tuo. Vna quęq; harum secundum vitam suam viuit. Caro enim non est vita, sed anima carnis est vita. Anima sibi non est vita, sed deus est animæ vita. Anima ergo quæ debet secundum deum viuere, non debitrix est carni, vt secundum carnem viuat. Ergo quæ secundum deum debet viuere, si secundum seipsam viuat, deficit, secundum carnem viuit & proficit?

Caro quo recte secũ- Tunc autem recte viuit caro secundum animam, si anima viuat secundum deum. Nam si anima, non dico secundum carnem, sed secundum seipsam, vt dixi, voluerit

viuerẽ, dicturus vobis sum quid sit secundum seipsam uiuere; bonum est enim ut hoc noueritis & ualde salubre. Fuerunt philosophi seculi huius, alij putauerunt nõ esse beatitudinem nisi secundum carnem uiuere, & bonum hominis in uoluptate corporis posuerũt. Isti philosophi Epicuræi dicti sunt, ab Epicuro quodam authore magistro suo, & alij similes eorũ. Extiterũt autem alij superbi quasi a carne se remouentes, & totam spem beatitudinis suæ in anima sua constituentes posuerunt summum bonum in uirtute sua. Vocem Psalmi in uobis affectus pietatis agnouit: scitis, nostis, agnouistis quomodo irrisi sunt in sancto Psalmo, Qui confidunt in virtute sua. Tales fuerunt Philosophi qui Stoici nuncupati sunt. Illi secũdum carnem viuentes, isti secundum animã viuentes, nec illi nec isti secũdum deũ uiuẽtes. Ideo cum ad vrbem Athenięsiũ, ubi istæ philosophorũ disciplinæ studio & contẽtione feruebãt, uenisset Apostolus Paulus, sicut in Act. Apostolorũ legitur, ubi uos gaudeo nostrũ agnoscẽdo & recolendo p uenire sermonẽ: sicut ibi scriptum est, Contulerũt cũ illo quidam philosophorũ Epicuræorũ & Stoicorũ, contulerunt cũ illo secũdũ carnem uiuentes, contulerũt cũ illo secũdũ animam uiuentes, contulit cũ illis secũdũ deũ uiuens. Dicebat Epicureus, Mihi frui carne bonũ est. Dicebat Stoicus, Mihi frui mea mente bonũ est. Dicebat Apostolus, Mihi autẽ adhærere deo bonũ est. Dicebat Epicuræus, Beatus cuius est in fructu voluptas carnis eius Dicebat Stoicus, Immo beatus cuius est in fructu uirtus animi eius. Dicebat Apostolus, Beatus cuius est nomẽ domini spes eius. Errat Epicuræus, falsum est enim esse hominẽ beatũ cuius est i fructu uoluptas carnis eius. Fallitur & Stoicus, falsum est enim & oino mendosissimũ, beatũ esse hominẽ cuius est in fructu uirtus animi eius. Beatus ergo cuius est nomẽ domini spes eius Et quia illi uani sunt & mentiuntur, Et non respexit, inquit, in uanitates & insanias mendaces: ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus, sicut Epicuræi: sed ẽ si secũdũ seipsam sibi uoluerit uiuere anima, carnalis erit, carnẽ sapit, de carne nõ surgit: nõ est enim quemadmodũ inde surgat qui brachium porrectũ iacenti non tenet. Si enim secũdũ carnẽ uixeritis, moriemini. Vbi enim dictum est, Quid mihi faciat homo: ibi dictũ est, Quid faciat mihi caro. Si secundũ carnem uixeritis, moriemini: non ista morte cũ de corpore exitur, ista enim moriemini & si secũdũ spiritũ uixeritis, sed illa morte de qua dominus in Euãgelio terribiliter dicit, Eum timete qui hẽt potestatẽ & animã & corpus perdere in gehẽnam ignis. Si ergo secũdũ carnẽ uixeritis, moriemini: si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis. Hoc est opus uestrũ in hac uita, actiones carnis spiritu mortificare, quotidie affligere, minuere, frenare, interimere, Quã multos enim proficientes nõ iam delectãt quæ antea delectabãt. Quando ergo delectabat & non ei consentiebatur, mortificabatur, quia iam non delectat, mortificatũ est, Calca mortuum, transi ad uiuum. Calca iacentem, conflige cum resistente. Mortua est enim una delectatio, sed uiuit altera, & illam dum non consentis mortificas, cum cœperit omnino delectare, mortificasti. Hęc est actio nostra, hæc est militia nostra. In hoc agone cũ confligimus, deũ habemus spectatorem: in hoc agone cũ laboramus, deum posscimus adiutorem. Si enim nos ipse non adiuuat, non dico uincere, sed nec pugnare poterimus. Cũ ergo dixisset Apostolus, Si autem spiritu actiones carnis mortificaueritis uiuetis: id est, illas cõcupiscentias carnis morbidas, & de morte habentes contentionem: quibus non consentire magna laus est, quas non habere perfectio est: hic iam metuendum est, ne qsquam rursus ad mortificandas actiones carnis de spiritu suo audeat præsumere. Non solum enim deus spiritus est, sed & anima tua spiritus est, & mens tua spiritus est. Et cum dicis, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati, quia spiritus concupiscit aduersus carnem, & caro aduersus spiritum, Ergo ne ad carnis actiones mortificandas de spiritu tuo præsumas & superbia pereas, & tibi superbo resistatur, non humili gratia concedatur, Deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, Ne forte ergo suboriretur tibi ista superbia, uide quid sequatur. Cũ enim dixisset, Si spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis: ne hic se extolleret humanus spũs, & ad hoc opus se idoneũ firmũq; iactaret, subiecit & ait, Quotquot.n. spũ dei agũtur, hi filij sũt dei. Qui te ergo iã uolebas extollere, ubi audisti, Si spũ actio

dũ animã uiuant.

Scdm carnẽ uiuere quid?

Epicuræi.

Pſal. 48.

Stoici.

Epicurẽorum Stoicorũ christianorum discrimẽ.

Pſal. 72.

Pſal. 39.

Pſal. 39.

Rom. 8.

Roma. 8.

Pſal. 55.

Roma. 8.

Mat. 10.

Ioan. 4.

Roma. 7.

Galat. 5.

Iacob. 4.

Roma. 8.

Act. 17.

Roma. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes carnis mortificaueris viuetis? Dicturus enim eras hoc potest voluntas mea, hoc
pot liberum arbitrium meum. Quę voluntas? Quod liberū arbitrium? Nisi ille regat
cadis, nisi ille regat iaces. Quo ergo spiritu tuo, cum audias Apostolū dicētem, Quot
quot.n. spū dei aguntur, hi filii sunt dei? Tu te vis agere, a tēipso vis agi ad actiones
Roma. 8. carnis mortificandas? Quid tibi prodest quia non eris Epicuræus & eris Stoicus? Si-
ue Epicuræus eris, siue Stoicus eris, inter filios dei non eris. Quotquot enim spiritu
dei aguntur, hi sunt filii dei, non qui secundum carnem viuunt suam, non qui secun
dum spiritum suum viuunt, non qui carnis voluptate ducuntur, non qui spiritu suo
aguntur, sed quotquot spiritu dei aguntur, hi filii sunt dei. Dicit mihi aliquis, Ergo
agimur, non agimus. Respondeo. Immo & agis & ageris. Et tunc bene agis, si a bono
agaris. Spiritus.n. dei qui te agit, agentibus adiutor est ipsum nomen adiutoris præ-
Psal. 26. scribit tibi, quia & tuipse aliquid agis. Agnosce quid poscas, agnosce quid confitearis
quando dicis, Adiutor meus esto ne derelinquas me. Adiutorem vtiq; inuocas deū.
Nemo adiuuatur, si ab illo nihil agatur. Quotquot enim inquit, spiritu dei aguntur
Roma. 28. hi filij sunt dei, non litera sed spiritu, nō lege prēcipiente, minante, promittente, sed
spiritu exhortante, illuminante, adiuuante, Scimus, inquit idem Apostolus, quia di-
ligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Si non esses operator, ille non esset
Ibid. cooperator. Sed hic fortiter vigilate, ne forte dicat spiritus vester, si subtraxerit se co
operatio dei, & adiutorium dei, spiritus meus facit hoc, & si cum labore, & si cū aliqua
difficultate, potest tamen implere. Non potest. Quomodo si aliquis dicat, Remis qui-
dem peruenimus, sed cū aliquo labore: o si ventum habeamus facilius peruenimus:
Non sic est adiutorium dei, non sic est adiutorium Christi, non sic est adiutoriū spi-
ritussancti. Prorsus si defuerit, nihil boni agere poteris, agis quidem illo nō adiuuan
te libera voluntate, sed male. Ad hoc idonea est voluntas tua quæ vocatur libera, &
male agendo fit damnabilis ancilla. Cum dico tibi, sine adiutorio dei nihil agis, nihil
boni dico. Nam ad male agendum habes sine adiutorio dei liberam voluntatē, quā-
2. Petr. 2. quam non est illa libera. A quo.n. quis deuictus est, huic & seruus addictus est: & om
Ioan. 8. nis qui facit peccatum seruus est peccati, & si vos filius liberauerit, tunc vere liberi
eritis. Prorsus hoc credite, sic vos agere bona voluntate quia viuitis vtique agitis, nō
enim adiutor est ille si nihil agatis, non enim cooperator est ille si nihil operamini.
Sic vos tamen scitote agere bona, vt sit rector spiritus adiutor. quia si vero defuerit,
nihil boni omnino agere valetis: non sicut vt quidā dicere cœperunt, qui coarctiat
sunt aliquando gratiam confiteri, & benedicimus deum, quia vel hoc aliquando di-
xerunt. Accedendo enim proficere potuerunt, & ad id quod vere rectum est peruenire,
Iam ergo dicunt adiutricem esse gratiam dei, ad facilius facienda, Ista sunt verba
eorum. Ad hoc dedit, inquiunt, deus gratiam suam hominibus, vt quod facere iuben
tur per liberum arbitrium, facilius possint implere per gratiam. Velo facilius, remo
difficilius, tamen & remo itur. Iumento facilius, pedibus difficilius, sed tamen & pe-
dibus peruenitur. Non est sic. Magister enim verus qui neminem palpat, neminē fal-
lit, uerax doctor idemq; saluator, ad quem nos duxit molestissimus pædagogus, cū
Ioan. 8. de bonis operibus, id est, de sarmentorum & palmitum fructibus loqueretur: non ait
sine me facere quidem potestis aliquid, sed facilius per me: non ait, fructum uestrū si
ne me potestis aliquid facere, sed uberiorem per me: non hoc dixit, legite quid dixe-
rit, Euangelium sanctum est, omnium superba colla subduntur. Non hæc dicit Au-
Ibidem. gustinus, hæc dicit dominus. Quid dicit dominus? Sine me nihil potestis facere. Iam
Roma. 8. nunc cum audis, Quotquot spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, nolite uos demitte-
re. Neque enim templum suum sic de uobis ædificat deus quasi de lapidibus, qui non
habent motum suum, leuantur, ab structore ponuntur. Non sic sunt lapides uiui, &
Ephe. 2: uos tanquam lapides uiui coædificamini in tēplum dei. Ducimini, sed currite, & uos
ducimini sed sequimini, quia cum secuti fueritis, verum erit illud, quia sine illo nihil
Roma 9. facere potestis. Non enim volentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Forte dicturi
eratis. Et lex sufficit nobis. Lex timorem dedit: & videte quid hic subiunxit Apostō-
Roma. 5. lus cum diceret, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei, quia qui cum
Roma 8. spiritu dei aguntur, charitate aguntur, Charitas enim dei diffusa est in cordibus no
stris per spiritum sanctum qui datus est nobis, locutus adiunxit, Non accepistis spi-
ritum

ritum seruitutis iterum in timorem. Quid est iterum? Quomodo terrente mole-
stissimo pædagogo. Quid est iterum? Sicut in monte Sina accepistis spiritum ser-
uitutis. Dicit aliquis, Alius est spiritus seruitutis, alius spiritus libertatis. Si alius es
set, non diceret Apostolus: Iterum, Idem ergo spiritus, sed in tabulis lapideis in ti-
more, in tabulis cordis in dilectione. Iam nudiustertius qui affuistis audistis, quomo
do longe positam plebem, voces, ignis, fumus in monte terrebat: quomodo autem ue
niens spiritus sanctus, id est, ipse digitus dei quinquagesimo die post vmbram paschæ
quomodo venerit, & igneis linguis super vnumquenq; eorum insederit. Iam ergo
non in timore, sed in dilectione, vt non serui sed filij simus. Qui enim adhuc ideo be
ne agit, quia & pœnam timet, deum non amat, nondum est inter filios, vtinam tamen
vel pœnam timeat. Timor seruus est, charitas libera est. & vt sic dicamus, timor est
seruus charitatis. Ne posslideat diabolus cor tuum, præcedat seruus in corde tuo, &
seruet dominæ venturæ locum. Fac fac, vel timore pœnæ, si nondum potes amore
iustitiæ. Veniet domina, & seruus abscedit, quia consummata charitas foras mittit
timorem. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Nouum testa-
mentum est non vetus. Vetera transierunt, & ecce noua facta sunt omnia, omnia au
tem ex deo. Denique quid sequitur? Quid ergo accepimus, si diceres? Sed accepi-
stis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Dominus timetur,
pater amatur. Accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pa-
ter. Clamor iste cordis est non faucium, non labiorum, intus sonat, auribus dei so-
nat. Clauso ore, labijsq; immotis Susanna ista voce clamabat. Sed accepistis spiri-
tum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Cor clamet, Pater noster qui
es in cœlis. Ergo quare non tantum pater? Quid sibi vult abba pater? Si enim quę
ris quid sit abba, respondetur tibi, pater. Abba enim Hebraice, pater dicitur. Qua-
re voluit vtrunque Apostolus ponere? Quia videbat lapidem angularem quem re-
probauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli: non sine causa angularem
dictum, nisi quia in osculum * recipit utrunque parietem de diuerso venientem. Hinc
circuncisio, inde præputium, tanta a se & inter se longe, quantum ab angulo longe;
quantum autem ad angulum propē, & inter se vtique prope, in angulo autem inter
se iuncti. Ipse est enim pax nostra, qui fecit vtraque vnum, Ergo inde circuncisio,
inde præputium, parietum concordia, anguli gloria. Accepistis spiritum adoptionis
filiorum, in quo clamamus abba pater. Qualis res est, si pignus tale est? Non pi-
gnus, sed arra dicenda est. Pignus enim quando ponitur, cum fuerit res ipsa reddi-
ta pignus aufertur, Arra autem de ipsa reddatur, quæ dando promittitur, vt res quā
do redditur, impleatur quod datum est, non mutetur. Vnusquisque ergo attendat
cor suum, vtrum ex intimis cordis medullis & syncera charitate dicat. Pater. Non
modo quęritur quanta sit ipsa charitas, vtrum magna an parua, an mediocris, utrū
vel sit, quæro. Si nata est, latendo crescit, crescendo perficietur, perfecta permanebit.
Non enim perfecta vergit in senium, & a senectute veniet ad mortem: ad hoc perfi-
cietur vt ęterna permaneat. Vide enim quid sequitur, Clamamus abba pater, Ipse
spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quia sumus filij dei. Non spiritus noster
reddit testimonium spiritui nostro quia sumus filij dei, sed spiritus dei arra reddit
testimonium pro ea re quæ nobis promissa est. Ipse spiritus testimonium reddit spi
ritui nostro, quia sumus filij dei. Si autem filij, & hæredes. Non enim inaniter fi-
lij, hæc est merces, & hæreditas. Hoc est quod paulo antē dicebam, quia medicus no
ster & sanitatem nobis donat, & mercedem insuper largiri dignatur. Quæ est illa
merces? Hæreditas, sed non quomodo est hominis patris hęreditas. Relinquit enim
filijs suis, non possidet cum filijs suis, & tamen magnum se facit, & gratias sibi agi
desiderat, quia voluit dare quod non posset auferre. Moriens enim tolleret secum:
puto quia si posset, nihil hic filijs suis dimisisset. Hæredes dei sic sunt, vt ipse deus sit
hæreditas nostra. Cui dicit Psalmus, Dominus pars hęreditatis meæ. Hæredes qui
dem dei: si parum uobis est audite, quod amplius gaudeatis. Hęredes quidem dei,
cohæredes autem Christi. Conuersi ad dominum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De baptismo paruulorum, contra Pelagianos. Sermo XIIII.

NAtale sancti Ioānis inter cætera quæ dicenda videbantur ad baptismū paruulo
rum nostri sermo deductus est, & quia iam prolixus erat, & de illo terminando
cogitabatur, non tanta dicta sunt de tanta quæstione, quāta in periculo tāto a solici-
tis dici debuerunt. Solicitos autem nos facit non ipsa sententia iam olim in ecclesia ca
tholica summa authoritate fundata, sed disputationes quorundā quę modo crebre-
scere, & multorū animos euertere moliuntur. Hodie ergo adiuuante dño placuit no-
bis hinc loqui. Die quidē solēnē martyris celebramus, sed maior causa est omniū fi-
deliū quā tantūmodo martyrum. Non enim omnes fideles etiam martyres, sed ideo
illi martyres, quia fideles. Videamus ergo quid ab eis ꝓponatur, quid eos mouer, quo
niam & de ipsis non tam refellendis quā sanandis cogitare debemus. Concedūt pa-
uulos baptizari oportere. Non ergo quæstio est inter nos & ipsos vtrū paruuli baptī-
zandi sunt, sed de causa quæritur quare baptizandi sint. Hoc ergo quod conceditur,
sine ulla cū illis dubitatione teneamus. Baptizandos esse paruulos nemo dubiter, qñ
nec illi hinc dubitant, qui ex parte aliqua contradicunt. Sed nos dicimus eos aliter
salutem & uitam æternam nō habituros, nisi baptizentur in Christo, illi autem dicūt
non ꝓpter salutē, non ꝓpter vitam æternam, sed ꝓpter regnum cœlorum. Quid sit
hoc dum exponimus vt possumus, parūper attendite. Paruulus, inquiunt, & si nō ba-
ptizaretur, merito innocentiæ, eo quod nullum habeat omnino nec ꝓpriū nec origi-
nale peccatū, nec ex se, nec de Adam tractū, necesse est, aiūt, vt habeat salutem, & ui-
tam æternam, etiam si non baptizetur: sed ꝓpterea baptizandus est, ut intret etiā in
regnum dei, hoc est, in regnum cœlorum. Si discutiendum est hoc, discutiendum est
ꝓpter illos, nó ꝓpter nos. Fratres enim nostri permoti sunt profunditate quęstionis,
sed regi debuerunt gubernaculo authoritatis. Cum enim dicunt non esse baptizan-
dos, salutis & vitæ æternę percipiendę causa, sed tantūmodo regni cœlorum, & regni
dei: baptizandos quidem fatentur, sed non ꝓpter vitam ęternam, sed ꝓpter regnū cœ
lorum. Quid de vita æterna? Habebunt, inquiunt. Quare habebunt? Quia nullū pec-
catum habent, & ad dānationem pertinere possunt. Ergo est ęterna uita extra regnū
cœlorum? Primus hic error auersandus ab auribus, extirpandus a mentibus. Hoc no-
uum in ecclesia prius inauditum est, esse vitam æternam pręter regnum cœlorum, et
se salutem æternam præter regnum dei. Prius vide frater, ne forte hinc consentire
nobis debeas, quisquis ad regnum dei non pertinet, eum ad damnationem sine dubio
pertinere. Venturus est dominus, & iudicaturus de viuis & mortuis, sicut Euangelio
Mat. 25. loquitur, duas partes facturus est, dexteram, & sinistram. Sinistris dicturus, Ite in
ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Dextris dicturus, Venite be
nedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Hāc
regnum nominat, hanc cum diabolo damnationem. Nullus relictus est medius lo-
cus, vbi ponere queas infantes. De viuis & mortuis iudicabitur, alij erunt ad dexte
rā, alij ad sinistram, non noui aliud. Qui inducis medium recede de medio, non te of-
fendat qui dexteram quærit, & teipsum admonet, recede de medio, sed noli in sini-
stram. Si ergo dextera erit & sinistra, & nullum medium locum in Euāgelio nouimus,
ecce in dextera regnum cœlorum est, Percipite, inquit, regnum. Qui ibi non est, in si-
nistra est. Quid erit in sinistra? Ite in ignem æternum. In dextera ad regnum vtique
æternum, in sinistra in ignem æternum. Qui non in dextera, proculdubio in sinistra.
Ergo qui non in regno, proculdubio in ignem æternum. Certe habere non potest vi-
tam æternam qui non baptizatur, non erit in dextera. i. in regno non erit. Vitam ęter
nam computas ignem æternū? Et de ipsa vita æterna audi expressius, quia nihil aliud
est regnum quā vita æterna. Prius regnum nominauit, sed in dextris, ignem ęternū
in sinistris. Extrema autē sententia vt doceret quid sit regnum, & quid sit ignis ęter-
Mat. 25. nus. Tunc, inquit, abibunt isti in combustionem æternam, iusti aūt in vitam æternam. Fe-
ce expossuit tibi qd sit regnum, & quid ignis æternus, vt quando confiteris paruulū
non futurum in regno, fatearis futurum in ignem æternum. Regnum enim cœlorū
est vita æterna. Nec aliud etiam Paulus Apostolus, cum terret homines, non paru-
los non baptizatos, sed scelestos, facinorosos, contaminatos, perditos, non eos terruit

quod erunt in igne sempiterno, quo sine dubio ibūt si nō corrigūtur: sed tm terruit,
70 H quia in regno non erunt: vt cū viderint se perdere spē regni non viderent esse conse-
quēs, nisi pœnam ignis æterni. Nolite, inquit, errare, neq; fornicatores, neq; idolis ser 1. Cor. 6.
uientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum cōcubitores, neq; fures, neq; auā
ri, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum dei possidebunt. Non dixit, illi &
illis tales & tales igni æterno torquebūtur: sed, regnum dei non possidebunt. Subtra
cta dextera, non remanebit nisi sinistra. Vnde aūt euadūt ab igne sempiterno, nō ob
aliud nisi quia erunt in regno. Sequitur, Et hæc quidem fuistis, Et vnde iam nō sunt?
Sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi, & in spū dei
nostri. In nomine dñi nostri Iesu Xpi. Nō enim est aliud nomē sub cœlo, in quo opor Acto. 4.
tet saluos fieri omnes, pusillos cum magnis. Si autem saluos fieri oportet nos in hoc
nomine, sine hoc nomine ꝓculdubio nec salus erit quæ sine Christo ꝓmittitur paru-
uulis. Pace eorum dicam, qui cuiquam salutem ꝓmittit sine Christo, nescio vtrum ip
se salutem habere possit in Christo. Deinde quærimus ab eis. Quod si aliquis dicat,
paruulos merito innocentiæ suę, sicut dicitis, atq; ꝺmunes ab oi delicto, non solum ha
bituros salutem & vitam æternam, sed & regnum dei: vnde apud vos definitum cer-
tūq; est, sine baptismo regnum dei non habituros paruulos. vt diuideretis eis pro ar-
bitrio vestro non adiutores paruulorum, sed oppressores miserorum, vt diuideritis
70 I eis pro arbitrio vestro, & dareris eis salutem & vitam æternam p̄ter regnum cœlorū?
Alius beneuolentior vobis & misericordior, & vt putatis iustior, totum eis dabit, &
vitam æternam, & regnum cœlorum. Istū quomodo superabitis? quoniā vos aliquā-
do contra euidentissimam authoritatem ratio humana delectat, proferte ipsam regu
lam rationis vestræ, & asserite quantis viribus valueritis, vnde deuincatur iste q̄ pa-
uulis propter merita innocentiæ, propter nullam sicut dicitis culpam, hoc est, origi-
nale peccatum, dare voluerit etiam non baptizatis, non solum vitam æternam, verū
etiam regnum cœlorum. Istum vincite. Ego sine præiudicio partes huius paruin per
fusci pio, & dicam quod ipse non sentio, sed admoneo vos, vt acriorem aduersarium
videatis. Ecce existit nescio quis & dicit, Paruulus non habens vllum omnino pecca-
tum, nec quod sua vita contraxit, nec quod de vita primi parentis traxit, habebit &
regnum cœlorum, & vitam æternam. Respondete, vincite hominem resistentem uo-
bis qui aliter diuiditis vos enim dicitis, Vitam quidem habebit iste non baptizatus
æternam, sed non habebit regnum cœlorum. Ille contra, Immo & uitam & regnū cœ
lorum. Quare enim patrimonium regni cœlorum abripis innocenti? A quo regnum
70 cœlorum non acquiritur, profecto magno bono fraudatur. Quę est ista iustitia? Dic
K quare. Quid offendit paruulus non baptizatus, nullam habens culpam, nec suā, nec
de parente tractam? Quid offendit dic mihi, vt non intret in regnum cœlorum, vt se-
parētur a sorte sanctorū, vt sit exul a societate angelorum? Videris enim tibi miseri-
cors, quia non aufers ei vitam, damnas tamen quem separas a regno cœlorum. Dam-
nas, nō eum percutis, sed in exilium mittis. Nam & qui exulantur, viuūt, si sani sunt,
in doloribus corporis non sunt, nec torquentur, non carceris tenebris affliguntur,
hæc illis sola pœna est non esse in patria. Si amatur patria magna pœna, si autem non
amatur patria, peior est cordis pœna. Paruum malum est in hominis corde, qui socie-
tatē non quærit sanctorū, qui non desiderat regnū cœlorū? Si non desiderat, pœna
est de peruersitate: si autem desiderat pœna est de fraudata charitate. Sed si, quod vis,
parua sit pœna, & ipsa parua magna est, si nulla culpa est. Hic defende iustitiam dei.
Quare vel parua pœna infligitur innocenti in quo nullum inuenitur omnino pecca-
tum? Dic contra istū aduersariū, qui paruulis non baptizatis, mia & iustitia maiore
quā tu, dare vult non solum vitam æternam, verū etiam regnū cœlorū. Respondē si
potes, sed rationem affer, hac enim te gloriari delectat. Ergo istam quęstionem pro-
fundā sentio, & ad eius fundū rimandū vires meas idoneas non agnosco. Libet me &
hic exclamare quod Paulus, O altitudo diuitiarum. Paruulus non baptizatus pergit Roma. 11.
70 L in damnationē, Apostoli. n. verba sunt, Ex vno in condemnationē. Non satis inuenio Roma. 5.
dignā causam, quia non inuenio, non quia non est. Vbi ergo non inuenio in profun-
do, ꝓfundū, attendere debeo humanā infirmitatē, nō damnare diuinā authoritatem.
Ego prorsus exclamo nec me pudet, O altitudo diuitiarum sapientię & scientiæ dei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.11. quam inscrutabilia sunt iudicia eius,& inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini,aut quis consiliarius eius fuit,aut quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Quoniam ex ipso,& per ipsum,& in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum,Amen. Ego infirmitatem meam his verbis munio,& hac cautela circũseptus, aduersus sagittas ratiocinationum tuarum muratus assisto. Sed tu bellator,hoc est, fortis ratiocinator,huic responde qui tibi dicit, Prorsus innocens paruulus & immunis ab omni peccato,& proprio & originali, non solam vitam æternam habebit, sed etiam regnum cœlorum. Hoc est iustum. Qui nihil mali habet,quare aliquid boni non habet? Sed scio,inquis. Vnde scis? Quia dominus dixit, Tandem venisti. Non ergo quia tu ratiocinaris,sed quia dominus dixit. Laudo hoc plane, quia sanum est. Si sicut homo non inuenisti ratiouem,fugis ad authoritatem,Approbo,prorsus approbo. Bene facis,non inuenis quid respondeas,ad authoritatem fuge, non ibi te persequor,non inde expello,immo fugientem recipio & amplector. Profer ergo authoritatem,stemus in ea simul contra communem inimicum. Quia enim paruulus non baptizatur,non intrat in regnum cœlorum,& tu dicis,& ego. Illi igitur communi aduersario qui dicit non baptizatum paruulum intraturum in regnum cœlorum,resistamus ambo,& aduersus eius insidiosissima iacula scutum fidei proferamus. Ceda

Ephes.6. pauli sper cõtectura rationis humanæ,assumãtur arma diuina. Assumite, inquit Apostolus,armaturam dei. Ecce simul dicamus huic homini, Christianus es? Christianus,inquit. Audi Euangelium qui vis non baptizatos paruulos mittere in regnũ cœ

Ioan. 3. lum,audi Euangelium? Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto,nõ intrabit in regnũ cœlorum. Domini sententia est,huic non resistit nisi non Christianus. Repulsus est ille,remanet mihi tecum certum,& forte vnde vicisti bono illius,inde bo-

Ioan. 3. no vinceris tuo. Nam quem vicisti,si durus non est docuisti. Noli ergo esse durus & tu,simul teneamus interim sententiam istã,Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto,non intrabit in regnũ cœlorum. Ideo,inquis,paruulo non baptizato polliceri regnũ dei nõ possum,contra domini sententiã apertam. Ecce quare dico,regnũ dei non habebunt,Ecce quare dico,ideo baptizandi sunt vt habeant regnum dei. Ideo dicis? Ideo inquit. Vide tamẽ propter illa quæ supra diximus,ne forte non inue nias vitam æternã prẽter regnũ dei. Multum enim aperta sunt dicta de duabus illis partibus,dextera & sinistra,vbi nullum in medio dedit locum vitæ sine regno. Parũ te hoc corrigit,parum admonet,ipsam mecum lectionem vnde hanc sententiã protulisti paululum aduerte. Dixisti.n.te ideo regnum cœlorum non baptizatis pueris nolle promittere,quia sententia domini aperta est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua 71
& spiritu non intrabit in regnum cœlorum. Nõ ibi aduertisti cum quereret Nicode- F
mus,quõ ista fierent,id est,quomodo renasceretur homo,quomodo denuo nascere- 8
tur,quoniã non potest vtiq; iterum introire In vterum matris, & denuo nasci, quid audierit a domino,quid audierit a magistro bono,quid audierit error a veritate? In

Ioan. 1. ter cetera enim ostẽdens quemadmodum fiat,etiam similitudinem posuit, sed prius ait,Nemo ascendit in cœlum,nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. In terra erat,& in cœlo se esse dicebat, & quod est maius in cœlo filium hominis;

Ioan. 1. vt vnam demonstraret in vtraque natura personam: in eo quod dei filius erat æqualis patri,verbum dei in principio deus apud deum: & in eo quod filius hominis erat, assumens animam humanam, & carnem humanam,& indutus hominem exiens ad homines: quia in hoc vtroque non duo Christi sunt, nec duo filij dei, sed vna persona,vnus Christus dei filius,idemq; vnus Christus,non alius filius hominis,sed dei filius secundum diuinitatem,hominis filius secundum carnem. Quis autem nostrũ qui parum aduertimus,aut parum sapimus,non potius ita vellet distinguere, filius dei in cœlo, & filius hominis in terra? Sed ne sic diuideremus,& ita diuidendo duas personas induceremus, Non ascendit in cœlum,inquit,nisi qui de cœlo descendit,filius hominis. Filius ergo hominis descendit de cœlo? Nõne filius hominis in terra fa-

Ioan.3. ctus est? Nõne filius hois per Mariã factus est? Sed o homo,noli,inquit, separare, quẽ volo copulare. Parũ est quia filius hois descẽdit, xps.n.descẽdit,idẽq; filius hominis qui filius est dei,sedet in cœlo,q ambulat in terra. In cœlo erat, quia vbiq; Christus idem ẽ Christus & filius dei, & filius hois. Propter vnitatem personæ in terra filius dei,

dei,propter eandem vnitatem personæ esse probauimus in cœlo filium hominis, ex
71 his verbis domini,Filius hominis,inquit,qui est in cœlis. Propter vnitatem personæ
D nonnè in terra constituto atque conspicuo Petrus dicit, Tu es Christus filius dei vi- Mat.16.
ui? Ergo discat Nicodemus quomodo fiat illud quod ei minus intelligenti,incredibile,& quasi impossib ile videbatur,Nemo ascendit in cœlum,nisi qui de cœlo descendit. Omnes autem qui renascuntur,vtiq; ascendunt in cœlum,cæterorũ nemo prorsus. Et omnes qui renascuntur per gratiam dei ascendunt in cœlum, & nemo ascendit in cœlũ,nisi qui de cœlo descẽdit,filius hominis qui est in cœlo. Vnde hoc? Quia omnes qui renascuntur,membra ipsius fiunt,& solus Christus de Maria natus vnus est Christus,& cum corpore suo caput vnus est Christus. Hoc ergo dicere voluit, Nemo ascendit nisi qui descendit,Non ergo ascendit nisi Christus. Si vis ascendere, esto in corpore Christi. Si uis ascendere,esto membrum Christi. Sicut enim in vno Roma.12.
corpore multa membra habemus omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum est corpus: sic & Christus,quia caput & corpus Christus. Et quomodo fit hoc, adhuc quæramus. Latet quæstio,exaltatur illã profunditas. Christus peccatum non habet,nec originale traxit,nec suum addidit,extra voluptatem carnalis libidinis venit,non ibi fuit complexus maritalis,de uirginis corpore non assumpsit vulnus, sed
71 medicamentum,non assumpsit quod sanaret,sed vnde sanaret. Quantum ad peccatũ
E pertinet dico. Solus ergo ille sine peccato,quomodo erunt membra eius,quorum nul
lus est sine peccato? Quomodo? Audi similitudinem quæ sequitur, Et sicut Moyses Ioan.3.
exaltauit serpentem in deserto,ita exaltari oportet filium hominis,vt omnis qui credit in eum,non pereat,sed habeat vitam æternam. Vnde tibi non videbatur peccatores homines posse fieri membra Christi,id est,illius, qui nullum omnino haberet peccatum? Serpentis morsu mouebaris,ideo crucifigitur Christus, ideo fundit san- Nume.21.
guinem Christus in remissionem peccatorum,quia propter peccatum, id est,serpentis venenum,Sicut exaltauit Moyses serpentem in eremo,unde sanarentur qui in illo deserto a serpentibus mordebantur, & illum exaltatum attendere iubebantur, & quisquis attenderet sanabatur: sic oportet exaltari filium hominis,ut omnis qui credit in eum,id est,qui attendit exaltatum,qui non erubescit crucifixum, qui in cruce Christi gloriatur,non pereat,sed habeat vitam æternam. Non pereat? Vnde? Credendo in eum. Vnde non pereat? Attendendo exaltatum, alioquin periisset. Hoc est enim Omnis qui credit in eum,non pereat,sed habeat uitam æternam. Profers paruulum mihi,& iubes attendat exaltatum,quem negas habere serpentis venenum. Immo si saues ei,si mouet te innocentia in uita propria,noli negare tractum aliquem reatum de uita prima,non sua,sed parentis sui primi. Noli negare,confitere uenenum ut po-
71 scas medicamentum,aliter non sanatur. Aut quid ei dicis vt credat? Hoc.n.respon-
F detur aportãte paruulum. Ad verba aliena sanatur,quia ad factum alienum nulnera tur. Credit in Iesum Christum,fit interrogatio,respondetur,credit. Pro non loquente,pro silente,flente,& flendo quodammodo ut subueniatur orante, respondetur & ualet. An etiam hoc serpens ille persuadere conatur,quia non ualet? Absit a corporibus qualiscunque Christianorum. Ergo respondetur & ualet. Conspiratione quadã communicat spiritus,credit in altero quia peccauit in altero. An vero inuenit uitam præsentis seculi quem parturiuit infirmitas,& non inuenit uitam futuri seculi, quẽ parturiuit charitas? Ego Moyses exaltauit serpentem in eremo, ut omnis a serpente Gene.3.
percussus intueretur exaltatum,& sanaretur. [Sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis a serpente uenenatus intueatur exaltatum & sanetur.] Adam primus accepit morsum serpentis cum ueneno, Ergo natus in carne peccati, fit saluus in Christo per similitudinem carnis peccati. Misit enim deus filium suum,non in carne peccati, sed sicut sequitur qui scripsit, In similitudine carnis peccati, quia non de complexu
71 maritali,sed de utero uiriginali. Misit in similitudinem carnis peccati. Vt quid hoc? Rom.8.
G Vt de peccato damnaret peccatum in carne,de peccato damnauit peccatum, de serpente serpentem,] Quis enim dubitet nomine serpentis appellari peccatum? Ergo de peccato peccatum,de serpente serpentem.] Sed de similitudine, quia in Christo nullum peccatũ. sed sola similitudo carnis peccati. Ideo exaltatus est serpens, sed æreus. Exaltata est similitudo carnis peccati, ut sanaretur origo peccati, quia misit deus filiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

filium suum in similitudinem carnis peccati, non in similitudinem carnis. Nam vera caro est, sed in similitudinem carnis peccati, quia mortalis caro sine vllo omnino peccato, vt de peccato propter similitudinem damnaret peccatum in carne, propter veram iniquitatem. Vera iniquitas in Christo non fuit, sed mortalis in illo fuit. Peccatum non suscepit, sed pœnam peccati suscepit. Suscipiendo sine culpa pœnam, & pœnam sanauit & culpam. Ecce quo fiunt ista. Quæ admiratus Nicodemus dixerat, Quo possunt ista fieri? Sic. n. sanamur, non quia meremur. Ecce quo fiunt ista. Modo vbi mihi paruulos ponis? Iam dicis, nullo veneno sauciati sunt, Aufer eos a conspectu exaltati serpentis. Si autem non auferes, sanandos dicis, venenatos confiteris. Deinde ipse dominus in eodem sermone ad Nicodemum non audistis quid dixerit, cum eadem lectio hodie legeretur? Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non crediderit, iam iudicatus est. Et hic quæris medium homo de medio, & disputas, & attenderis, nec attendis, Qui credit in eum non iudicatur, qui autem non crediderit iam iudicatus est, Quid est autem, iam iudicatus est? Damnatus est. Nam iudicium pro damnatione plerũq; poni nostis, scripturę testes sunt, maxime ille vno testimonio aptissimo, cui nemo est qui cõtradicat. De resurrectione cum ageret dominus, Qui benefecerunt in resurrectionem vitæ, qui male egerunt, in resurrectionem iudicii: vtique iudicium pro damnatione posuit, & tu aliter audes differere aut credere? Qui non credit, iam diiudicatus est. Alio loco, Qui credit in filium, habet vitam æternã, quam tu paruulis promittebas non baptizatis. Qui credit in filium, habet vitam æternam. Sed habet, inquit, & qui non credit paruulus, quamuis non habeat regnum dei. Sed vide quod sequitur, Qui autem incredulus est filio, nõ habet vitam, sed ira dei manet super eum. Vbi ponis paruulos baptizatos? Profecto in numero credentium. Nam ideo & cõsuetudine ecclesiæ antiqua canonica fundatissima, paruuli baptizati fideles vocantur. Et sic de his quærimus, Iste infans Christianus est? Respondetur, xpianus, Catechumenus, an fidelis? Fidelis vtique a fide, fides a credendo: Inter credentes igitur baptizatos paruulos numerabis, nec iudicare vllo modo aliter audebis, si nõ vis esse apertus hæreticus. Ergo ideo habent vitam æternam, quia qui credit in filium, habet vitã æternam. Noli eis sine ista fide, & sine isto sacramento huius fidei promittere vitam æternam. Qui autem incredulus est filio, & qui non credit in filium, non habet vitã sed ira dei manet super eum. Non dixit, veniet super eum: sed, manet super eum. Respexit originem cum ait, Ira dei manet super eum. Quam respiciens & Apostolus dixit, Fuimus & nos aliquando natura filii irę. Non accusamus naturam, Naturæ author deus est. A deo bona est instituta natura, sed per malam voluntatem a serpente vitiata est, ideo quod fuit in Adam culpæ nõ naturæ, nobis propagatis factum est ũ naturæ. Ab hoc vitio naturæ cum quo nascitur homo: non liberat nisi qui natus est sine uitio. Ab hac carne peccati, non liberat, nisi ille qui natus est sine peccato per similitudinem carnis peccati. Ab hoc veneno serpentis, non liberat nisi exaltatio serpentis. Quid ad hęc dicis? Satisne hoc est? Est vnum aliquid acutissimum, quod ab eis profertur. Paululum attendite. Cũ cœperint vrgeri verbis Apostoli dicentis, Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt: quæ verba nescio quis non intelligat, in qbus verbis nescio vtrũ quisqnã expositorẽ requirat, conatur respondere & dicere, ideo dictum est hoc ab apostolo, quia primus peccauit Adam, & qui postea peccauerunt, illum imitando peccauerũt. Hoc quid est aliud, q̃ conari tenebras aperto lumini effundere? Peccatum per vnum hominem intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Propter imitationẽ dicis, quia primus peccauit Adam. Respondeo prorsus, non primus peccauit Adam. Si primum peccatorem requiris, diabolum vide. Sed humani generis massam volens ostendere apostolus de origine venenatum, ideo eum posuit vnde nati sumus, non eum quem imitati sumus. Dicitur quidem & pater tuus, quem fueris imitatus. Filij mei, inquit, quos iterum parturio. Quid identidem dicit imitatores mei estote. Et propter ipsam imitationem dicitur impijs, Vos a patre diabolo estis, Nam constat in catholica fide, quod diabolus nec generauit nostram naturam nec condidit, sola in illa seductio est precedentis, imitatio consequentis. Denique quomodo dictum est de Adam, in quo

Ioan. 3.

Ioan. 3.

Iudicium pro dãnatione.

Ioan. 5.

Ioan. 3.

Ibid.

Ioan. 3.

Ephe. 2.

Roma. 5.

Roma. 5.
2. sen. di.
30. ca. hoc autem.

Gala. 4.
1. Cor. 4.
& 11.

omnes peccauerunt, legatur mihi alicubi, omnes in diabolo peccauerunt. Aliud est illo præcedente & seducente peccare, aliud in illo peccare, Quia secundum propaginem carnis in illo eramus omnes antequam nati essemus tanquam in parente, tanquam in radice ibi eramus, sic venenata est ista arbor, ibi eramus. Nam quia ad diabolum, hoc est principem peccati, & veræ primum peccatorem nõ pertinet origo, sed imitatio, cum de illo scriptura loqueretur, Inuidia, inquit, diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem enm qui sunt ex parte ipsius. Imitando eum fiũt ex parte ipsius. Nunquid dictum est, in illo peccauerunt? Cum vero de Adam dicere tur, propter origiuem, propter posteritatem, propter propaginem viscerum, in quo omnes, inquit, peccauerunt. Nam si propterea primus constitutus est Adam, quia primus peccauit, tanquam in exemplo sit non in origine, vt quid tam in lõginquo, post tam prolixa tempora contra Adam quæritur Christus? Si omnes peccatores ad Adã propterea pertinent, quia primus peccator, omnes iusti debuerunt ad Abel pertinere, quia primus iustus. Quare Christus quæritur? Expergescere frater, Quare Christus quæritur, nisi quia in Adam damnata est generatio, in Christo quæritur regeneratio. Proinde nemo nos fallat. Scriptura euidens est, authoritas fundatissima est, fides catholicis sima est. Omnis generatus, dãnatus, nemo liberatus, nisi regeneratus.

71 M

Ioan. 8.

Sap. 2.

Rom. 5.

71 A

Vnde & alteri versutiæ illorum iam vos instructi, respondete charissimi. Quando dicunt & paruulos turbant, si de peccatore peccatores nati sunt, quare non de baptizato iam fideli, cui remissa sunt omnia peccata iusti nascuntur? Cito respondete, Ideo de baptizato non iustus nascitur, quia non eum generat vnde regeneratus est, sed vnde generatus est. De Christo dictum est, Mortificatus carne, viuificatus spiritu. sic de homine dici potest, Tabefactus carne, iustificatus spiritu. Quod nascitur de carne, caro est. Quæris vt de iusto iustus nascatur, cum videas iustum esse nisi regeneratum omnino non posse, Nec attendis domini sententiam, quam tuipse in ore habes, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu? Puto quia non hoc factum est in concubitu. Miraris quare peccator nascatur de semine iusti, non te delectat mirari quare electer nascatur de semine olluæ? Accipe aliam similitudinem. Iustum baptizatum, pone granum purgatum. Non attendis quia de grano purgato frumẽtum cũ palea nascitur, sine qua seminatur. Deinde cum sit propagine natorũ [generatio carnalis, in propagine renatorum] generatio spiritalis, vis vt de baptizato baptizatus nascatur, cum videas de circũciso non nasci circumcisum? Carnalis est certe ista generatio & carnalis est circũcisio, & tamẽ de circũcisio nõ nascitur circũcisus: sic ergo de baptizato non potest nasci baptizatus, quia nemo renatus, antequã natus. Aliud eorum quasi acutissimum. Sed quid acutum non obtunditur scuto veritatis? Aliud dicunt, videte quale. Si Adam, inquiunt, nocet his qui non peccauerunt, ergo & Christus prodesse debet etiam his qui non crediderunt. Videtis certe quã hoc acutum sit contra veritatem, audite quantum adiuuet veritatem, Qui. n. hoc dicit, nihil aliud aliud dicit, nisi Christum nihil prodesse non credentibus. Hoc est verum. Quis non acceptet? Quis non consentiat, quia Christus non credentibus non prodest, credentibus prodest? Sed dic mihi obsecro te, Paruulis baptizatus xps aliquid prodest, an nihil prodest? Necesse est vt dicat prodesse. Premitur mole matris ecclesię, forte quidẽ vellent hoc dicere. Nã ratiocinationes eorum ad hoc videntur complere, sed authoritate reprimuntur ecclesię, ne non dicam sputis hoium obruantur, sed ipsorum infantium lacrymis tanquã fluuio pertrahantur. Si. n. dixerint nihil prdoesse Christũ baptizatis infantibus, nihil aliud dicũt q̃ superfluo baptizantur infantes. Vt autẽ non superfluo baptizentur, quia hoc dicere non audent, prodesse xpm baptizatis infantibu: confitentur. Si prodest baptizatis, quæro quibus prosit, credentibus an non credentibus? Eligãt qd volunt. Si dixerint non credẽtibus, vbi est ergo qd calumniabaris, quia Christus non credentibus prodesse non põt? Ecce tu confiteris prodesse infantibus, non tamen credentibus. Ad quodlibet prodest? Nõ putas ad vitam æternã? Non putas ad salutem æternã? Ad ipsum regnũ cœlorum percipiendum? Vtique prodest Christus paruulus baptizatis. Prodest ergo non credentibus? Sed absit, vt ego dicam non credentes infantes. Iam superius disputaui. credit in altero, qui peccauit in altero, dicitur, credit & valet, & inter fideles baptizatos cõputatur. Hoc hẽt autho-

72 B

72 C

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritas matris ecclesiæ,hoc fundatus veritatis obtinet canon, contra hoc rubor, contra
hunc inexpugnabilem murū quisquis arietat,ipse confringitur.Ergo prodest Chri- 71
stus aliquid infantibus baptizatis, & sicut ego doceo, & sicut mecum tota ecclesia di- 72 D
cit credentibus prodest,fidelibus prodest,tu quod vis elige. Volo quidem ut quod ve
rius est,eligas,vt nobiscum dicas quia credentibus prodest.Sed si dixeris,non creden
tibus prodest,contra te dixisti. Si dixeris,credentibus prodest, mecum dixisti. Elige
utrum cōtra te dicas quod falsum est,an mecum dicas quod uerum est.Tu enim pau
lo ante dicebas, Christum non credentibus nihil prodesse, volens efficere quia sic &
Adam non peccantibus nihil nocuit,quomodo Christus non credentibus nihil pro-
dest. Ecce iā fateris infantibus non credentibus baptizatis aliquid prodesse Christū.
Sed si credentibus dicis,bene dicis,mecum dicis,credunt & infantes. Vnde credunt?
Quomodo credūt? Fide parentū. Si fide parentū purgantur, peccato parentū pollu-
ti sunt. Corpus mortis in primis parentibus generauit eos peccatores, spiritus vitæ
in posterioribus regenerauit eos fideles. Tu das fidem non respondenti, & ego pecca-
tum nihil agenti. Sancti,inquit,de sanctis nasci debuerunt,quia sicut dicit Apostol',
1.Cor. 7. Alioqn filij vestri immundi essent,nunc autem sancti sunt.Et quomodo hoc accipis?
Quomodo intelligis de fidelibus natum ita sanctum,vt baptizari non debeat? Quo-
modolibet accipias istam sanctitatem.Multi enim modi sunt sanctitatis,& multi mo- 73
di sunt sanctificationis.Non enim omne qđ sanctificatur,ad regnum cœlorum mitti E
1.Tio.4. tur. De esca nostra dixit Apostolus.Sanctificatur per verbum dei, & orationem. Nun
quid quia esca nostra sanctificatur,non scimus quō mittatur? Discere ergo esse aliqđ
modum,& quasi umbraculum quoddam sanctificationis, quod non sufficiat ad per-
ceptionem salutis.Distat,& quid distet deo notum est. Tamen cum filio fidelium curra
tur ad baptismum,non sic errent parentes,vt putent eum iam fidelem natum.Natum
enim possunt dicere,non renatum. Nam ut noueris quomodo intelligas sanctifica-
tos filios fidelium,vt modo non quæram, quia longum est, modum sanctificationis
1.Cor. 7. huius,ibi & maritum habes infidelem, ibi hēs & vxorem fidelem. Sanctificatur, inquit,
vir infidelis in vxore,sanctificatur mulier infidelis in fratre. Nunquid quia est in for-
te modus aliquis sanctificationis,vt vir infidelis sanctificetur in vxore fideli, ideo iā
securitatem debet accipere,qđ in regnum cœlorum intraturus est, & non baptizādus,
non regenerandus,non Christi sanguine redimendus? Quomodo ergo sanctificatur
vir infidelis in vxore,& tamen perit,nisi baptizetur: sic filij fidelium, & si ad quendā
modum sanctificati sunt,pereunt tamen si non fuerint baptizati. Rogo vos vt paulu
lum acquiescatis.Lego tantum Sanctus Cyprianus est,quem in manus sumpsi,anti-
quus Episcopus sedis huius, quid senserit de baptismo paruulorum,immo quid sem 74
per ecclesiam sensisse monstrauerit paululum accipite. Parum est enim quia isti disse F
runt & disputant,nescio.quas impias nouitates,& nos conantur arguere, quod aliqđ
nouum dicamus. Ad hoc ergo lego sanctum Cyprianum,vt videatis quō sit intelle-
ctus canonicus,& catholicus sensus in his verbis,quæ paulo ante tractaui.Interroga
tus est sanctus Cyprianus, vtrum infans baptizari debeat ante octauum diem, quia
Gene.17. in veteri lege non licebat circūcidi infantem,nisi octauo die. Quæstio inde erat nata
de die baptizandi,nam de origine peccati nulla erat quęstio,& ideo ex ea re,vnde nul
la erat quæstio,soluta est extorta quęstio. Sanctus Cyprianus dixit inter cætera quæ
superius dixit: Propter quod neminem putamus ad gratiam consequendam impediē
dum esse a lege quæ iam statuta est,nec spiritalem circūcisionem impediri carnali cir
cūcisione debere,sed omnem omnino admittendum esse ad gratiam Christi,quando
Acto.20. & Petrus in Actibus Apostolorum loquitur & dicit,Deus mihi dixit neminem homi-
nem cōmunem dicendum & immundum. Cæterum si homines impedire aliquid ad
consecutionem gratiæ possit,magis adultos & prouectos & maiores natu possint im
pedire grauiora peccata. Porro autem etiam grauissimis delictoribus & in domino
multum antē peccantibus, cum postea crediderint, remissio peccatorum datur, &
a baptismo atque gratia nemo prohibetur, quanto magis non debet prohiberi in-
fans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus
contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, qui ad remissam peccato-
rum accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quod illi dimittuntur non propria

sed aliena peccata. Videte quemadmodum de hac re nihil dubitans, soluit illam vn-
de dubitabatur, Hoc de fundamento ecclesiæ sumpsit ad confirmandum lapidem 71
nutātem. Impetremus ergo, si possumus a fratribus nostris,ne nos in super appellēt G
hæreticos qđ eos talia disputantes nos appellare posimus forsitā si vellemus,nec ta-
men appellamus. Sustineat eos mater piis visceribus sanādos,portet docēdos,ne plan
gat mortuos. Nimiū est quo progrediuntur,multū est,vix ferendū est, magnę patiē
tię adhuc ferri. Nō abutatur hac patientia ecclesię,corrigantur bonū est,vt amici ex
hortamur,non vt inimici litigamus. Detrahunt nobis,ferimus, canoni detrahunt,ve
ritati non detrahant. Ecclesiæ sancta pro remissione peccati originalis paruulorum
quotidie laboranti non contradicant. Fundata ista res est,ferendus est disputator er-
rans in aliis quæstionibus non diligenter digestis,nondum plena ecclesiæ authorita
te firmitas,ibi ferendus est error,non tantum progredi debet, vt etiam fundamentū
ipsum ecclesiæ quatere moliatur. Non expedit, adhuc forte nostra non est reprehen-
denda patientia,sed debemus timere ne culpetur etiam negligentia. Sufficiat chari-
tati vestrę,habete ad illos qui nostis illos, habete cum illis amice, fraterne, placide,
amanter,dolenter,quicquid potest faciat pietas,quia postea diligenda nō erit impie-
tas,Conuersi ad dominum.

De verbis Apostoli,Nos enim sumus circuncisio,qui spiritui dei seruimus. Philip.3. 72 H

Sermo. XV.

AD apostolicam lectionem aures & animum intēdat sanctitas vestra, adiuuan
te nos affectu vestro apud dominum dum nostrum,vt ea quæ illic nobis re
uelare dignatur,ad vos apte atque salubriter proferre posimus. Ergo cum Philip.3.
legeretur,audistis dicentem Apostolum Paulum, Nos enim sumus circuncisio,qui
spiritui dei seruimus. Scio pleroſq; codices habere,qui spiritu deo seruimus. Quantū
autem inspicere potuimus,plures Græci hoc habent,qui spiritui dei seruimus. Sed
non ibi quæstio est. Manifestum est enim vtrunq; & cōgruum regulæ veritatis,quia
& spiritui dei seruimus,& nō carne,sed spiritu deo seruimus. Carne enim seruit,deo
qui de rebus carnalibus sperat se placere deo. Cum vero & ipsa caro ad bona opera
spiritui subditur,spiritu seruimus deo,quia carnem domamus, vt spiritus obtempe-
ret deo. Spiritus enim regit,caro regitur,nec spiritus bene regit,si non regatur. Cum
ergo ait,Nos sumus circuncisio,videte quid voluerit intelligi in illa circūsione, quæ
in vmbra data est significante,quæ remota est luce veniente. Cur autem non dixe-
rit,Nos habemus circuncisionem,sed nos sumus circūcisio? Sic accipite hoc voluisse
Apostolum dicere,Nos sumus iustitia,Circūcisio enim iustitia est. Magis.n cōmen- 72 I Circumci
dat,cum dicit dicendo nos esse iustitiam,quā dicendo nos esse iustos,ita tamen vt cū sio iustiti-
iustitiam dicit,esse iustos intelligamus. Non sumus illa commutabilis iustitia, cuius tia est.
participes facti sumus sed quemadmodum dicitur,magna ibi iuuentus est, pro mul-
tis iuuenibus,sic dicitur iustitia,vt intelligantur iusti. Audite hoc ipsum euidentius
eodem dicente Apostolo,Vt nos,inquit,simus iustitia dei in ipso. Nos simus iustitia
non nostra,sed dei,ab illo accepta,non a nobis assumpta,impartita non vsurpata,do
nata non rapta. Cuidā.n.rapina erat esse æqualis dei,& quoniā quæsiuit rapinā,inue
nit ruinam. Dns autem noster Iesus Christus,cū in forma dei esset, non rapinā arbi- Philip. 2.
tratus est esse æqualis deo. Gui.n.æqualitas dei natura erat,rapina non erat,sed tamē
semetipsum exinauit formam serui accipiens, vt nos essemus iustitia dei in ipso. Si
enim ille paupertatem vitaret,nos paupertate nō careremus. Pauper enim ille factus
est,cum diues esset,vt illius paupertate,sicut scriptum est,nos ditaremur. Diuitiæ il- 2.Cor.8.
lius quid nobis facturæ sunt,cuius paupertas nos diuites facit? Apostolus ergo non
tibi negauit circuncisionē,sed exposuit,lucem prætendit,vmbram remouit. Nos su-
mus,inquit,circūcisio,qui spiritu deo seruimus,& gloriamur in Christo Iesu,& non
in carne fidentes. Respexit quosdam in carne fidentes, ipsi erant qui de carnis circū- 72 K Philip. 3.
cisione gloriabātur. De quibus alio loco dicit, Quorum deus venter est,gloria in pu-
dendis eorum. Intellige tu circuncisionē,& esto circuncisio,intellige & esto. Intelle- Psal. 110.
ctus enim bonus,sed omnibus qui faciunt eum. Non vtique frustra octauo die ius-
sus est infans circūcidi,nisi quia petra qua circūcidimur Christus erat. Cultellis.n. Gene. 17.
petrinis circuncisus est populus. Petra autē erat Christus. Quare ergo octauo die?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iosue. 5. Quia in hebdomadis idē primus qui & octauus. Completis enim septē diebus redi-
1. Cor. 10. tur ad primū, finitus septimus, dñs sepultus, reditur ad primū, dñs resuscitatus. Dñi
Circunci- enim resuscitatio ꝓmisit nobis æternum diem, & consecrauit nobis dominicū diem.
sio ꝗre o- Qui uocatur dominicus, ipse uidetur ꝓprie ad dominū pertinere, quia eo die domin⁹
ctauo die resurrexit. Reddita est petra, circuncidantur qui volunt dicere, Nos enim sumus cir-
fiebat. cuncisio. Traditus est enim ꝓpter peccata nostra, & resurrexit ꝓpter iustificationem
Philip. 3. nostram. Iustificatio tua, circuncisio tua, non est a te. Gratia salui facti estis per fidē,
Roma. 4. & hoc non ex vobis, sed dei donum est, Non ex operibus, ne forte dicas, Promeruī, &
Ephe 2. ideo accepi. Non putes te promerendo accepisse, qui non promereres nisi accepisses.
Gratia præcesit meritum tuum, non gratia ex merito, sed meritum ex gratia. Nam
si gratia ex merito, emisti, non gratis accepisti. Pro nihilo, inquit, saluos facies eos.
Psal. 55. Quid est, Pro nihilo saluos facies? Nihil in eis inuenis vnde salues, & tamen saluas.
Gratis das, gratis saluas. Omnia merita p̄cedis, ut dona tua consequātur merita tua.
Prorsus gratis das, gratis saluas, qui nihil inuenis vnde salues & multum inuenis un-
Philip 3. de damnes, Nos ergo, inquit, sumus circuncisio qui spiritu dei seruimus, & gloriamur
2. Co. 10. in Christo Iesu. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et non in carne fidentes. Et qd
Fidere in est fidere in carne? Audite, inquit. Quanquam ego, inquit, habeam fiduciam & in
carne. carne. Si quis alius in carne putat se habere fiduciam, magis ego. Ne arbitremini,
inquit, me hoc contemnere quod non habeo. Quid magnum est, si homo abiectus,
plebeius, ignobilis, contemnat nobilitatem, & tunc exhibeat ueram humilitatem?
Quanquam ego, inquit, habeam fiduciam & in carne. Ideo vos, inquit, doceo con-
temnere, quoniam videtis me habere quod contemnam. Si quis alius in carne putat
se habere fiduciam, magis ego. Et audi in carne fiduciam: circuncisione octaui diei,
id est, non proselytus; non aduena ad populum dei, non maior circuncisus, sed a pa-
Philip. 3. rentibus natus Iudæus. Habeo circuncisionem octaui diei ex genere Israel, de tri-
bu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundum legem Pharisęus. Primarij quidem
Pharisæi. erant, & quasi ad nobilitatem Iudaicam segregati, non contemptibili plebi commi-
Egregius xti, qui dicebantur Pharisæi, Nam dicitur hoc uerbum, quasi segregationem inter-
Israelitæ pretari, quomodo in Latina lingua egregius, quasi a grege separatus. Fuerunt autem
3. Re. 12. Israelitæ. i. ex genere Israel, etiam illi qui separati fuerunt a templo. Remansit autem
ad templum tribus Iuda, & tribus Beniamin, Tribus Leui in sacerdotibus, tribus Iu-
da regia, & tribus Beniamin: hoc solum remansit in Ierusalem & ad templum dei,
quando facta est separatio illa in seruo Salomonis. Non ergo leuiter accipiatis quod
Philip. 3. ait, Tribus Beniamin inhærens Iudæ, non recedens a templo. Hebræus ex Hebræis,
secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens ecclesiam dei. In-
ter merita sua commemorat ꝙ fuerit persecutor: secundum æmulationem, inquit.
Qua ęmulatione? Non eram, inquit, piger Iudæus, quicquid erat quod legi meæ ad-
uersarium uidebatur, impatienter ferebam, acriter insequebar. Hæc apud Iudæos
1. Reg. 10. nobilitas, sed apud Christum quæritur humilitas. Ideo ibi iste Saulus, hic Paulus.
Saulus a Saule nomen deriuatur. Qui fuerit Saul nostis, ipsius electa est statura pro
cera. Sic eum describit scriptura, quod supereminens esset de omnibus, quando ele-
ctus est vt vngeretur in regem. Non fuit sic Saulus, sed factus Paulus, Paulus enim
Philip. 3. paruus, ideo Paulus modicus. Ergo secundum æmulationem, inquit, persequens
ecclesiam. Hinc intelligant homines qualis apud Iudæos fuerim, qui Christi eccle-
siam persequar æmulatione traditionum paternarum. Addit, Secundum iustitiam
quæ est in lege, qua fuerim sine querela. Nouit charitas uestra dictos esse sine quere-
Lucę. 1. la, ambulasse in omnibus iustificationibus domini, Zachariam & Elizabeth. In om-
nibus, inquit scriptura, iustificationibus domini ambulasse sine querela. Ecce hoc
erat & Paulus noster. Quando Saulus erat, in lege sine querela ambulabat. Et quod
in eo fuit sine querela, hoc de illo faciebat magnam querelam. Quid ergo putamus
Philip. 3. fratres esse sine querela? Secundum iustitiam quæ in lege est esse malum est: Si ma-
lum est secundum iustitiam quæ in lege est esse sine querela, ergo aliquid malī est
lex? Sed habemus eundem Apostolum dicentem, Itaque lex quidem sancta, & man-
Roma 7. datum sanctum, & iustum, & bonum. Si lex sancta, & mandatum sanctum, & iu-
stum, & bonum, secundum iustitiam quę est ex lege sancta conuersaris sine quere-

la, quomodo potest non esse bonum? Quomodo pōt non esse sanctū? An forte san-
ctum non est? Audiamus ipsum Apostolum quid dicat, Quæ mihi lucra fuerūt, hæc Philip. 3.
propter Christum damna esse duxi. Damna sua dicit, & inter damna sua computat,
quod in iustitia quę est in lege fuerit sine querela. Verūtamen, inquit, & arbitror oīa
damna esse propter eminentem scientiam Christi Iesu domini nostri. Attendo, inqt,
laudes meas, comparo eminentiæ domini nostri Iesu christi. Illud sitio, hoc contem-
no. Parum est hoc. Propter quem arbitror, inquit, omnia non solum detrimenta esse,
verum & stercora existimaui esse, vt christum lucrifacerem. Quęstio maior exorta
est o Paule, Si secundum iustitiam quæ in lege est versabaris sine querela, & hoc in
detrimentis tuis, in damnis, in stercoribus computas, vt christum lucrifacias, ergo iu
73 stitia illa a christo prohibebat? Obsecro te, expone hoc paululum. Deo potius diea-
D mus, vt illuminet & nos, a quo & ipse illuminatus est, qui epistolam istam scripsit no
bis, non atramento, sed spiritu dei viui. Videtis charissimi q̄ sit arduum, q̄ difficile in 2. Cor. 3
telligere hoc, cum constet legem sanctam esse, & mandatum sanctum, & iustum, & bo
num, constetq̄ omnino inter fideles catholicos, ita vt nemo dissentiat nisi qui non
vult esse catholicus, hanc legem non datam nisi a domino deo nostro: secundum istā
iustitiam quæ in lege est, conuersari sine querela, impedimentum fuisse Apostoli, ne
veniret ad christum: nec eum venisse ad christum, nisi hoc quod fuit secūdū iustitiā,
quæ in lege est sine querela inter damna & detrimenta, & stercora computasset. Se-
quamur ergo, & accedamus aliquantulum, ne forte in ipsis verbis Apostoli eluceſcat
nobis aliquid, vnde ista remoueatur & soluatur obscuritas. Detrimēta, inquit, credidi
hæc omnia, & stercora existimaui, vt christum lucrifacerē. Intendite obsecro. Dāna,
detrimenta, stercora ista existimaui, in quibus ēt illud cōmemoro quod fuerim sine
querela secudum iustitiā quæ in lege est. Existimaui ergo hæc oīa detrimenta & ster- Philip. 3.
cora, vt christum lucrifaciā, & inueniar in illo, non habens meā iustitiam quę ex lege
est. Qui preueniſtis intellectu exponē, arbitramini vos tāq̄ veloces in via cū tardiori
bus ambulare. Celeritas aliquantū reprimatur, ne comes tardior deseratur. Vt chri-
73 stū, inquit, lucrifaciā, & inueniar in illo, non habens meā iustitiā, quæ ex lege est. Si
E meā dixerat, quare addidit ex lege? Si. n. ex lege esset, qūo tua est? Nunquid tu tibi im
posuisti legem? Deus legem dedit, deus legem imposuit, deus legi suæ te obtēperare
præcepit. Lex si non te doceret: quemadmodū viuere deberes, qūo posses habere iu-
stitiā sine querela secūdum legem? Si secundum legem habes, qūo dicis, non habens
meam iustitiam quæ ex lege est, sed eā quæ est per fidem christi quæ est a deo? Iā er-
go dicam vt potero, reuelet melius qui vos potest, donet & intellectum & effectum.
Donabit enim effectum, si donabit affectum, † hoc est enim quod volo dicere. Lege †alias in-
dei proposita: ipsa enim dixit, Non concupisces: Lege ergo dei proposita, exceptis il- tellectum
lis carnalibus sacramentis quæ fuerunt vmbræ futurorum, Lege dei proposita quis- Exod. 20.
quis tumuerit, & suis viribus eam implere se posse putauerit, & fecerit quod lex iu-
ber, non amando iustitiam, sed timendo pœnam, fuit quidem secundum iustitiam
quæ ex lege est homo sine querela, non furatur, non adulterat, non dicit falsum testi
monium, non facit homicidium, non concupiscit rem proximi sui. Potest hoc, po-
test fortasis. Vnde? Timore pœnę, quāmquām qui timore pœnę non concupiscit,
puto quia concupiscit. Terrore ingenti armorum atque telorum, & circundantis
forsitan multitudinis vel obuiam euntis, etiam leo reuocatur a præda: & tamen leo
73 venit, leo redit, prędam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis es, adhuc iustitia tua
F est qua iustitia tibi consulis ne torquearis. Quid magnum est pœnam timere?
Quis eam non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nepharius? Sed hoc interest
inter timorem tuum, timoremq̄ latronis, quòd latro timet leges hominum, & ideo fa
cit latrocinium, quia sperat se fallere leges hominum: tu autem leges eius times, eius
pœnam times, quem fallere non potes. Nam si fallere posses, quid non fecisses?
Ergo & concupiscentiam tuam malam non amor tollit, sed timor præmit. Ad
ouile venit lupus, latratu canum, & clamore pastorum ab ouili reuersus est lu-
pus. Ipse tamen lupus in ouem vertatur. Facit enim & hoc dominus, sed ipsa est
iustitia eius, non tua. Nam quandiu habes tuam, potes timere pœnam, non ama-
re iustitiam. Ergo fratres mei, habet delicias suas iniquitas, & iustitia non habet?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pſal. 84. Delectat malum,& non delectat bonum? Delectat omnino, ſed dominus dabit ſuauitatem,& terra noſtra dabit fructum ſuum. Ille niſi prior det ſuauitatem, terra noſtra
Pſal. 83. non dabit niſi ſterilitatem. Hāc ergo iuſtitiam concupiuit. Apoſtolus, delectatus eſt,
memor fuit dei,& delectatus eſt: concupiuit anima eius & æſtuauit in atria dominiſ
Philip. 3. & viluerunt omnia quæ pro magno habebat, facta ſunt damna, detrimenta, ſtercora. Hinc enim erat & illud quod eccleſiam perſequebatur, ſecundum æmulationem
Gala. 1. paternarum traditionum. Inde erat quia ſuam iuſtitiam conſtituebat, non iuſtitiam
dei quærebat. Videte enim quia inde perſequebatur eccleſiam. Quid ergo dicimus?
Roma. 9. Aut alio loco ipſe Apoſtolus, Quia gentes quæ non ſectabantur iuſtitiam, apprehenderunt iuſtitiam. Sed quam? Iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Gentes autem quæ nō
ſectabantur iuſtitiam quæ ex lege eſt, quaſi propriam ſuam quæ fit de timore pœnæ,
non de amore iuſtitiæ, quia non ſectabantur iuſtitiam apprehenderunt iuſtitiam, iuſtitiam autem quæ ex fide eſt. Iſrael autem, inquit, perſequens legem iuſtitiæ, in legē
Roma. 4. iuſtitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide. Quid eſt quia non ex fide? Non ſperauit in deum, non illam petiuit a deo, non credidit in eum qui iuſtificat iumpiū, Non
Luc. 18. fuit ſimilis publicano oculos in terram deiicienti, pectus ſuum percutienti & dicenti, Domine propitius eſto mihi peccatori. Ergo perſequens legem iuſtitię, in legem iu
Roma. 9. ſtitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, ſed quaſi ex operibus offenderunt in lapidem offenſionis. Ecce vnde Saulus perſequebatur eccleſiam: quando enim perſequebatur eccleſiam, in lapidem offenſionis offendebat. Chriſtus humilis in terra iacebat, in cœlis quidem & ipſe erat, leuata illa & carne ſua a mortuis reſuſcitata: ſed
Acto. 9. niſi & in terra Chriſtus iaceret, nō ipſi Saulo clamaret, quid me perſequeris: ergo ille iacebat qa humilitatē pia perferebat: ille offendebat, qa nō videbat. Et totū hoc nō videre, vñ erat? De tumore ſupbię? Quid ē de tumore ſupbię? Quaſi de iuſtitia ſua. Ex
lege quidē, ſed ſua. Quid eſt ex lege? Quia in mandatis legis. Quid eſt, ſua? Tāquā de viribus ſuis. Amor deerat, amor iuſtitiæ, amor charitatis Chriſti. Et vnde illi amor?
Solus poſſidebat timor. charitati venturæ locum in corde ſeruabat. Cum fæuiret ere
Galat. 1. ctus, iactabundus, glorians apud ipſos Iudæos, & ſecundum æmulatione paternarū traditionum perſequebatur eccleſiam, cum ſibi videretur excelſus, audiuit deſuper
Acto. 9. vocem domini noſtri Ieſu Chriſti iam in cœlo ſedentis, & adhuc humilitatem commendantis Saule, inquit, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi aduerſus ſtimulum calces mittere. Poſſim te dimittere, tu enim vexareris punctionibus meis, non
ego frangerer calcibus tuis, ſed non te dimitto. Sæuis & miſereor. Quid me perſequeris? Non enim timeo te, ne iterum crucifigas me, ſed volo agnoſcas me, ne occidas, nō
me, ſed te. Horruit ergo Apoſtolus, percuſſus & proſtratus, erectus & inſtructus. Factū
Deute. 32. eſt enim in illo, Ego percutiam, & ego ſanabo. Nō enim ait, Sanabo & percutiam: ſed percutiam & ſanabo. Percutiam te, & dabo tibi me. Sic proſtratus horruit iuſtitiam
Philip. 3. ſuā, in qua erat certe ſine quærela, laudabilis, magnus, quaſi glorioſus apud Iudęos. Detrimenta exiſtimauit, damna credidit, ſtercora deputauit vt inueniretur in illo nō
habens ſuam iuſtitiam quæ ex lege eſt, ſed eam quæ per fidem eſt Chriſti, quæ eſt, in
quit, ex deo, Illi autem qui offenderunt in lapidem offenſionis, quid de illis dicit ipſe
Rom. 9. Apoſtolus? Quia non, inquit, ex fide, ſed tanquam ex operibus, quia ipſi quaſi ſua iuſtitia offenderunt in lapidem offenſionis, ſicut ſcriptum eſt, Ecce pono in Sion lapi-
Eſaiæ. 28. dem offenſionis, & petram ſcandali, & qui crediderit in eum non confundetur. Qui enim crediderit in eum, non habebit ſuam iuſtitiam quæ ex lege eſt, quāuis ſit bona lex, ſed implebit ipſam legem, non ſua iuſtitia, ſed data ex deo. Ita enim non confundetur, Charitas enim plenitudo eſt legis. Et vnde iſta charitas diffuſa eſt in cordibus
Roma. 13. noſtris? Non vtique a nobis, ſed per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. OffendeRom. 5. runt ergo illi in lapidem offenſionis, & petram ſcandali, Et ait de illis, Fratres, bona
Roma. 9 voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad dominum pro illis in ſalutem. Depre-
Roma. 10. catur Apoſtolus pro non credentibus vt credant, pro auerſis vt conuertantur. Vide-
Vbi ſup. tis quia nec ipſa conuerſio ſine adiutorio dei. Deprecatio, inquit, ad deum pro illis ad ſalutem. Teſtimonium enim perhibeo, quia zelum dei habent. Sic habebat & ipſe zelum dei habebat. Sed quomodo? Quomodo habebat? Sed non ſecundum ſcientiā.
Roma. 10. Quid eſt hoc, non ſecundum ſcientiam? Ignorantes enim dei iuſtitiam, & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti.

lentes conſtituere. Vnde iſte correctus, inquit, non habens meam iuſtitiam. Illi vo-
73. L lunt ſuam conſtituere, adhuc eos delectat in ſtercore iacere. Ego non habeo meā iuRoma. 4. ſtitiam, ſed eam quæ eſt per fidem Chriſti, iuſtitiam ex deo, iuſtitiam, inquā, ex deo,
qui iuſtificat impium. Tolle te, tolle inquam te a te, impedis te, ſi tu te ędificas, ruinam ædificas. Niſi dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædi- Pſal. 126.
ficant eam. Noli ergo velle habere iuſtitiam tuam. Certe ex lege eſt, nempe ex lege eſt. Certe deus dedit legem, & quia iuſtitia ex lege eſt, non ſit tua. Apoſtolus Paulus loquitur, minantes iuſtitiam ſuam non calumnientur. Ecce vbi illum habes, Apē, lege, audi, vide, tuam iuſtitiam noli habere, ſtercora illam deputat Apoſtolus, quāuis ſit ex lege, tamen quia ſuam. Ignorantes enim dei iuſtitiam, & ſuam volentes cō- Rom. 16.
ſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Noli putare quia Chriſtianus vocaris, ideo te
non poſſe offendere in lapidē offenſionis. Cuius gratiæ derogas, in ipſum offendis.
Minus eſt offendere chriſtum in cruce pendentem, quām in cœlo ſedentem. Iuſtitia
ſit, ſed ex gratia ſit, a deo tibi ſit, non tua ſit. Sacerdotes tui, inquit, induantur iuſti- Pſal. 131.
tia. Veſtis accipitur, non cum capillis naſcitur, pecora de ſuo veſtiuntur. Hanc prædicat Apoſtolus Paulus, a deo tibi ſit, Geme vt impetres, ploravt impetres, crede vt im- Ioelis. 2.
petres. Qui inuocauerit nomen domini ſaluus erit. An putatis ſic dictum eſſe, Qui
73 M inuocauerit nomen domini ſaluus erit, quaſi a febre, aut a peſte, aut a podagra, aut ali
quo dolore corporis? Non ſic, ſed ſaluus erit, iuſtus erit, Quia non eſt opus ſanis me- QMat. 9.
dicus, ſed male habentibus, Expoſuit cum dicit, Non veni vocare iuſtos, ſed peccato Philip. 3.
res. Videte ergo quid ſequitur. Et inueniar, inquit, in illo, non habens meam iuſtitiā
quæ ex lege eſt: quāuis ex lege, tamen meam: ſed eam quæ per fidem chriſti, quę impetratur a deo, quæ eſt ex deo, iuſtitiam in fide ad cognoſcendum eum, & virtutem
reſurrectionis eius. Aliquid magnum eſt, agnoſcere virtutem reſurrectionis chriſti.
Hoc putatis eſſe magnum, quia carnem ſuam reſuſcitauit? Ipſam dixit virtutem reſurrectionis eius? Nonne erit etiam noſtra in fine ſeculi reſurrectio? Nonne & noſtrū I. Cor. 15.
corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem?
Nonne quomodo ipſe reſurrexit a mortuis, & iam non moritur, & mors ei vltra non
dominabitur, ſic & nos mirabilius, vt ita dicam? Nam illius caro non vidit corruptionem, noſtra de cinere reparatur. Magnum eſt quidem quia præcesſit in exemplo, & Rom. 6.
dedit nobis quid ſperaremus, ſed non hoc eſt ſolum, Ille qui de iuſtitia loquebatur Acto. 2.
non ſua, ſed illa quæ ex deo eſt, & ibi nominauit virtutem reſurrectionis chriſti: A-
74 A gnoſce ibi iuſtificationem tuam, Ex illius enim reſurrectione iuſtificamur, tanquam a petra circuncidamur, propterea inde cœpit, Nos ſumus circunciſio. Vnde circuncinus? Dominico die. Hanc ergo fratres mei iuſtificationem, & habeamus inquantum habemus, & augeamus inquantum minores ſumus, & perficiamus cum illuc veneri- 1. Cor. 15.
mus, vbi dicetur, Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors aculeus tuus? Sed totum ex
deo, non tamen quaſi dormientes, non quaſi vt non conemur, non quaſi vt non veli
mus. Sine voluntate tua, non erit in te iuſtitia dei. Voluntas quidem non eſt niſi tua,
iuſtitia non eſt niſi dei. Eſſe poteſt iuſtitia dei ſine voluntate tua, ſed in te eſſe non poteſt, niſi per voluntatem tuam. Demonſtratum eſt quid agere debeas. Iuſsit lex, non facias illud, non illud, fac hoc atque illud, Demonſtratum eſt tibi, iuſſum eſt tibi, apertum eſt tibi, ſi tibi eſt cor intellexiſti quid facias, roga vt facias, ſi cognoſcis
virtutem reſurrectionis chriſti. Traditus eſt enim propter delicta noſtra, & reſurre- Roma. 4.
xit propter iuſtificationem noſtram. Quid eſt propter iuſtificationem noſtram? vt iuſtificet nos, & iuſtos faciat nos, Eris opus dei, non ſolum quia homo es, ſed etiā quia
iuſtus es, Melius eſt enim iuſtum eſſe, quām te hominem eſſe. Si hominem te fecit
deus, & iuſtum tu te facis, melius aliquid facis quàm fecit deus, ſed ſine te fecit te
deus. Non enim adhibuiſti aliquem conſenſum ut te faceret deus. Quomodo con-
74 B ſentiebas qui non eras? Qui ergo fecit te ſine te, non te iuſtificat ſine te: Ergo fecit
neſcientem, iuſtificat uolentem. Tamen ipſe iuſtificat ne ſit iuſtitia tua, ne redeas
ad damna, ad detrimenta & ſtercora, inuenire in illo non habens iuſtitiam tuam quę
ex lege eſt, ſed iuſtitiam per fidem chriſti quæ eſt ex deo: iuſtitiam ex fide ad cognoſcendum eum, & virtutem reſurrectionis eius, & comunicationem paſsionum eius:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipsa virtus tua erit, communicatio passionum Christi virtus tua erit. Quid autem erit in communicationibus passionum Christi, si charitas non erit? Nonne inueniuntur torti latrones in tanta fortitudine corporum, vt quidam eorum non solum conscios prodere noluerit, sed nec oia sua confiteri dignati sint? Inter cruciatus, inter tormenta effossis lateribus, & pene perditis membris, manserit animus in obstinatione nequissima. Vide ergo quid amabat. Facere tamen ista sine magno amore non poterant, Sed non sic amator dei. Deus non amatur nisi de deo. Amauit ille nescio quid aliud de carne, sicut homo: Quodlibet amauit, socios suos amauerit, conscientiã scelerum amauerit, gloriam in facinoribus amauerit, quodlibet amauerit. Multum amauit, qui torqueri non potuit, deficere non potuit. Si ergo ille non poterit tanta perferre sine amore, nec tu poteris communicare Christi passionibus sine amore. Sed quæro quo amore, Non sit cupiditas, sed sit charitas. Si n inquit, tradidero corpus meũ vt ardeam, & charitatem non habeam, nihil mihi prodest. Vt prosit tibi communicatio passionum Christi, charitas asit. Vnde tibi charitas? O mendicissima infirmitas vnde tibi charitas dei? Vis ostendo tibi vnde sit tibi? Ipsum interroga horreariũ dominicum. Si. n. in te fuerit charitas dei, communicabis Christi passionibus, & verus eris martyr in quo charitas coronatur. Ipse erit verus martyr in quo charitas coronatur. Ipse erit verus martyr. Vnde ergo tibi? Habemus thesaurũ istũ in vasis fictilibus ait ipse Apostolus, vt eminentia virtutis dei sit, & non ex vobis. Ergo vnde tibi charitas, nisi quia diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Ecce ad quod geme, Cõtẽne spiritum tuum, accipe spiritũ dei. Non te timeat spiritus tuus, ne cum cœperit in te habitare spiritus dei, angustias patiatur in corpore tuo Cũ habitare in corpore tuo cœperit spũs dei, nõ inde excludet spiritũ tuũ. Noli timere. Si diuitem aliquẽ hospitio suscipias, pateris angustias, vbi maneas tu nõ inuenis, vbi ille lectus paretur, vbi cõiunx, vbi filij, vbi familia: Quid ago, inquis? Quo eo? Quo migrabo? Suscipe diuitẽ spiritũ dei, dilataberis, non angustaberis. Dilatasti gressus tuos subtus me: dic, Dicis hospiti tuo. Dilatasti gressus meos subter me. Quando non hic eras angustias patiebar implesti cellã meam, & non me exclusisti, sed angustiam meam. Cũ. n. dicit, Charitas dei diffusa est, ipsa diffusio latitudinem significat. Non ergo timeas angustias, recipe hospitẽ istũ, & nõ sit hospes quasi de transeuntibus. Non. n. habet dare discedẽdo, venies habitet in te, & debet. Ipsius esto, nõ te deserat, nõ inde migret, tene illum oino, & dic illi, Dñe deus noster posside nos. Ergo ad hoc, inquit, habeamus iustitiã quæ ex deo est ad cognoscendũ eũ, & virtutẽ resurrectionis eius, & cõionem passionum eius, & conformati morti ipsius. Consepulti, inquit, sumus cũ xp̃o per baptismum in morte, vt quẽadmodum xps surrexit a mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus. Morere vt viuas, sepelire vt resurgas. Cũ enim sepultus fueris & resurrexeris, tunc verum erit, sursum cor. Sapuit quod dixi. Nũquid iste sermo saperet, nisi esset in vobis interna dulcedo? Cõformatus, inquit, morti ipsius, si quo occurrã in resurrectione mortuorũ. De iustitia loquebatur, iustitia quę ex fide Christi, iustitia quæ a deo est, & sic cuncta executus est. Et cum iustitiã quæreret, dicẽs, Vt inueniat in illo non habẽs meã iustitiã quæ ex lege est, sed iustitiã quæ est ex fide xp̃i, quæ est ex deo, dicit modo, Si quo occurrã in resurrectione mortuorum Quare dixisti, si quo occurrã? Non quia iã acceperim aut iam perfectus sim, sequor autẽ si quo apprehendã, in quo & apprehensus sum a Christo Iesu. Præuenit me iustitia ipsius, sequatur illũ mea. Tũc autem sequatur mea, si non sit mea. Si quo occurram, non quia iam acceperim aut iam perfectus sim. Cœperunt mirari qui hoc audiebant dicentem Apostolum, nõ quia iam acceperim aut iam perfectus sim, Quid est quod nondum acceperat? Fidem habebat, virtutem habebat, spẽ habebat, charitate flagrabat, virtutes operabatur, inuictissime prædicabat, oés persecutiones tolerabat, in oibus patiens, amans Ecclesiam, solicitudinẽ oium Ecclesiarum corde gestans Quid nondum acceperat? Non quia iam acceperint, aut iam perfectus sim. Quid est quod dicis? Dicis & miramur, dicis & stupemus. Nouimus n. quid audiamus. Quid dicis? Fratres ait. Quid est qđ dicis? Quid dicis? Ego me non arbitror apphendisse. Nolite, inqt, in me falli, plus meipse noui q̃ vos. Si nescio, qd mihi deficit, nescio, qd absit, Ego meipsum nõ arbitror apphendisse, Vnũ autẽ, hoc non me arbitror apprehendisse, Multa habeo, & vnum nondum apprehendi. Vnam petii a domino, hãc requiram. Quid petisti, aut quid requiris? Vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitæ meæ? Vt quid? Vt contempler delectationem domini. Ipsum est vnũ quod dicebat nondum apprehendisse Apostolus, & quantum illi deerat, intantũ nõdum perfectus erat, Meministis fratres mei Euangelicæ illius lectionis, vbi duæ sorores dominum susceperunt, Martha & Maria. Certe recolitis, Martha in multo ministerio conuersabatur, & occupata erat circa curam domini, quippe dominum hospitio receperat & discipulos eius. Satagebat omni cura religiosissima, ne sancti apud eã villam paterentur iniuriam. Cum ergo esset occupata circa multum ministeriũ, Maria soror eius sedebat ad pedes domini, & verbum eius audiebat. Illa in labore stoma chabunda, ꝙ illam videret sedentem & de suis laboribus nihil curantem, interpellauit dominum. Placet, inquit, tibi domine ꝙ soror mea deseruit me, & ecce tantum in ministerio laboro? Et dominus, Martha Martha circa multũ es occupata. Porro vnũ est necessarium. Maria meliorem partem elegit quæ non auferetur ab ea. Tu bonam, sed ista meliorem. Tu bonam, bonum est enim conuersari in obsequio sanctorũ, sed ista meliorem. Deniq; quod tu elegisti transit. Ministras esurientibus, ministras sitiẽtibus, ministras lectulos dormituris, præbes domum habitare volentibus, omnia ista transeunt. Erit tempus vbi nemo esuriat, nemo sitiat, nemo dormiat. Ergo cura tua auferetur a te. Maria meliorem elegit partem, quę non auferetur ab ea. Nõ auferetur: Contemplari elegit, verbo viuere elegit. Qualis erit vita de verbo sine verbo? Modo ista viuebat de verbo, sed sonante verbo. Erit vita de verbo, nullo sonante verbo. Ipsum verbum vita est. Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est Ipsa erit vna, vt cõtempletur delectationem domini. Hoc in seculi huius nocte nõ possumus. Mane astabo tibi & contemplabor. Ergo ego, inquit, me non arbitror apprehendisse. Vnum autem, Quid ergo facio? Quæ retro oblitus in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor. Adhuc sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu: adhuc sequor, adhuc proficio, adhuc ambulo, adhuc in via sua sum, adhuc me extendo, nondum peruenI. Ergo si & tu ambulas, si te extendis, si ea quæ ventura sunt cogitas, obliuiscere præterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas vbi respexeris. Mementote vxoris Loth. Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus, Dixerat, non sum perfectus, & dicit, Quotquot perfecti hoc sapiamus Ergo me non arbitror apprehendisse, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim & dicit, quotquot perfecti hoc sapiamus, Perfecti, & non perfecti. Perfecti viatores, nundum perfecti possessores. Ee vt noueritis, ꝙ perfectos viatores dicat, qui iam in via ambulant perfecti viatores sunt: Vt scias viatores eum dixisse non habitatores, non possessores: audi quod sequitur, Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & siquid aliter sapitis, ne forte surrepat vobis quia vos aliquid estis: Qui autem seipsum putat esse aliquid cũ nihil sit, seipsum seducit: Et qui se putat aliquid scire nondum scit quemadmodum oporteat scire: ergo & siquid aliter sapitis, quasi paruulis id quoque vobis deus reuelabit. Verũtamen in quod peruenimus in eo ambulemus, vt reuelet nobis deus, & qđ aliter sapimus, in quo peruenimus non in eo remaneamus, sed in eo ambulemus. Videtis quia viatores sumus. Dicitis, Quid est ambulare? Breuiter dico, proficere, ne forte non intelligatis & pigrius ambuletis. Proficite fratres mei, discutite vos semper sine dolo, sine adulatione, sine palpatione. Nõ. n. aliquis est intus tecũ, cui erubescas, & iactes te, Est ibi, sed cui placet humilitas, ipse te ꝓbet. Proba & teipsum tuipse. Sẽper tibi displiceas quod es, si uis peruenire ad id quod nõdum es. Nã vbi tibi placuisti, ibi remansisti. Si autem dixeris, sufficit, & peristi: semper adde, semper ambula, semper ꝓfice, noli in via remanere, noli retro redire, noli deuiare. Remanet qui non proficit, retro redit qui ad ea reuoluitur vnde iam absscesserat, deuiat qui apostatat. Melius it claudus in uia, quàm cursor præter viam.

De verbis Apostoli, Si deus pro nobis, quis contra nos? Sermo XVI.

APostolũ beatũ audiuimus exhortãtẽ & cõfirmãtẽ nos, cũ diceret nobis, Si deus ꝓ nobis, qs cõtra nos? Pro qb⁹ aũt sit deus supius oñdit, vbi ait, Quos ãt p̃destinauit, illos & vocauit: quos ãt vocauit, illos & iustificauit: quos ãt iustificauit, illos & glorificauit. qd ergo dicim⁹ ad hęc? Si de⁹ ꝓ nobis, qs cõ. nos? De⁹ ꝓ nobis vt p̃dastinaret nos

Lucę. 10.

Psal. 26.

Lucę. 17.

Philip. 3.

Galat. 3.

2. Cor. 8.

Philip. 3.

Ambulare quid.

Rom. 8.

Vbi sup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus pro nobis vt vocaret nos, deus pro nobis vt iustificaret nos, deus pro nobis vt glorificaret nos. Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Prædestinauit antequam essemus, vocauit cum auersi essemus, iustificauit cum peccatores essemus, glorificauit cũ mortales essemus. Si deus pro nobis, quis contra nos? Prædestinatis a deo vocatis, iustificatis, glorificatis, qui vult aduersari, paret se si potest bellare aduersus deum. Vbi enim audiuimus, Si deus pro nobis, quis contra nos: ibi audiuimus, nisi qui deũ vincit non lædit nos. Et quis est qui vincit omnipotentem? Quicunque reluctari uolerit sibi nocet. Hoc est quando & Paulo adhuc Saulò de cœlo Christus clamauit, non tibi expedit contra stimulum calcitrare. Sæuiat, sęuiat, quantum potest, qui calces aduersus stimulum mittit, nonne in seipsum sæuit? In his autem quatuor reb⁹ quas Actor. 9. commendauit Apostolus insignes, quæ pertineant ad deum pro quibus est deus, id est, prædestinatione, vocatione, iustificatione, glorificatione: In his ergo quatuor rebus considerare debemus, quid iam habeamus, & quid iam expectemus. In his enim quæ iam habemus, laudemus deum largitorem, in his quę nondum habemus, teneamus debitorem. Debitor enim factus est, non aliquid a nobis accipiẽdo, sed quod ei placuit promittendo. Aliter enim dicimus homini, debes mihi quæ dedi tibi: & aliter dicimus, debes mihi quia promisisti mihi. Quando dicis, debes mihi, quia dedi tibi, a te processit beneficium, sed mutuatum non donatum. Quando autem dicis, debes mihi quia promisisti mihi, tu nihil dedisti & tamen exigis. Bonitas enim eius qui promisit dabit, ne in malitiam fides conuertatur. Qui autem fallit, malus est. Deo igitur quid dicimus? Redde mihi quia dedi tibi? Quid dedimus deo, quando totum quod sumus, & quod habemus boni, ab illo habemus? Nihil ergo ei dedimus, non est quemadmodum ista voce exigamus debitorem deum, maxime dicente nobis Apostolo, Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit, aut Roma. 11. quis prior dedit illi & retribuetur ei? Illo ergo modo possumus exigere dominũ nostrum, vt dicamus, redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti, & hoc tu fecisti qui laborantes iuuisti. Nemo ergo dicat, ideo me vocauit deus quia colui deum. Quomodo coluisses si vocatus non fuisses? Si propterea te vocauit deus quia colуisti deum, ergo prior dedisti, & retribuetur tibi. Nonne istam tibi vocem Apostolus tollit, cum dicit, Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Sed ecce quando vocatus es uel iam eras, quando prędestinareris non eras, quid deo dedisti quando qui aliquid dares non eras? Quid ergo fecit deus, quando prædestinauit qui non erant? Quod ait Ioan. 4. Apostolus, Qui uocat ea quæ non sunt tanquàm ea quæ sunt. Si iam esses, non prædestinareris, nisi auersus esses, non vocareris, nisi impius esses, non iustificareris, nisi terrenus & abiectus esses, non glorificareris. Quis ergo prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Quid ergo reddimus? Ipsi gloria quia non eramus quando sumus prædestinati, quia auersi eramus quando iustificati sumus vocati, quia peccatores eramus quando sumus iustificati. Agamus deo gratias, nec remaneamus ingrati. Proposueramus autem considerare de his quatuor rebus quid iam consecuti fuerimus, quid adhuc adipiscendum expectemus. Prædestinati enim iam sumus & antequam essemus, uocati sumus quãdo Christiani facti sumus. Iam ergo & hoc habemus, Iustificati quid? Quid est iustificati? Audemus dicere, iam hoc tertium habere nos? Et erit quisquam nostrum qui audeat dicere, iustus sum? Puto enim hoc esse iustus sum, quod est peccator non sum. Si audes hoc dicere, occurrit tibi Ioannes, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & 1. Ioan. 1 veritas in nobis non est. Quid ergo? Nihil habemus de iustitia, an habemus? Sed non totum habemus. Hoc ergo quæramus, Si enim aliquid habemus & aliquid non habemus, crescat quod habemus, & implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati sunt homines, omnia illis peccata dimissa sunt, iustificati sunt a peccatis, negare non possumus, restat tamen lucta cum carne, restat lucta cum mundo, restat lucta cum diabolo. Qui autem luctatur aliquando ferit, aliquando percutitur, aliquãdo uincit, aliquãdo perimitur, quomodo de stadio exeat attendatur. Nam si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Item si dixerimus quia iustitiæ nihil habemus, aduersum dei dona mentimur. Si n. iustitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidem non habemus, Christiani non sumus.

sumus. Si aũt fidẽ habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Ipsum aliquid, vis nosse quantũ sit? Iustus ex fide viuit: iustus, inquã, ex fide viuit, quia crẽdit qđ non videt, Abac. 2.
Patres arietes sancti duces Apostoli, quãdo annũciauerũt nõ solũ viderũt oculis, sed Roma. 1.
etiã manibus tractauerũt, & tamẽ dominus seruãs nobis donum fidei, cuidã discipulorũ suorũ tractãti, palpãti, veritatẽ digitis inquirẽti & inueniẽti exclamãti, Dominus Ioan. 20.
meus & deus meus, ait ipse dominus & deus, Quia vidisti credidisti, & nos futuros in tuẽs, Beati, inquit, qui nõ viderũt & crediderũt. Nõ vidimus, audiuimus & credidimus. Beati prædicti sumus, & de iustitia nihil habemus? Venit dominus carnaliter Psal. 17.
ad Iudæos, & occisus est, nõ venit ad nos, & acceptus est, Populus quẽ nõ cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi. Nos sumus, & de iustitia nihil habem⁹? Omnino habemus. Grati simus ex eo quod habemus, [vt addatur quod nõ habemus,] & non perdamus quod habemus. Ergo & hoc tertiũ iam agitur in nobis. Iustificati sumus, sed ipsa iustitia cũ ꝓficimus crescit. Et quõ crescit dicã, & vobiscum quodãmo conferã, vt vnusquisq; vestrum iam in ipsa iustificatione constitutus, accepta. remissione peccatorũ per lauacrũ regenerationis, accepto spiritusancto, proficiẽs de die in diem, videat vbi sit, accedat, ꝓficiat & crescat donec consummetur, non vt finiatur, sed vt perficiatur. Incipit homo a fide. Quid pertinet ad fidẽ? Credere. Sed Fidẽs.
adhuc ista fides discernatur ab imũdis spiritibus. Ad fidem quid pertinet? Credere. Sed ait Apostolus Iacobus, Et dęmones credunt, & contremiscũt. Si tantũ credis & sine spe viuis, vel dilectionẽ non habes, & dęmones credũt & contremiscunt. Quid magnũ est? Dicis Christũ filiũ dei, hoc dixit Petrus, & audiuit, Beatus es Simon bar Iona: hoc dixerunt dæmones, & audierunt, obmutescite. Ille beatus, dicitur ei, Quia nõ reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui ĩ cœlis est: Illi autẽ audiunt, obmutescite, & hoc ipsum dicunt & repelluntur. Vna vox est, sed dominus radicẽ interrogat, non florem. Vnde dicitur ad Hebræos, Ne qua radix amaritudinis sursum germinãs molestet, & per illã contaminẽtur multi. Prius ergo discerne fidẽ tuã a fide dæmonis. Vnde eã discernis? Dæmones hoc dixerunt timendo, Petrus amando. Adde ergo fidei spem. Et quæ spes est nisi de aliqua conscientię bonitate? Speiq; ipsi adde charitatẽ. Desuper eminentẽ uiã habemus, dicente Apostolo, Supereminentem viam uobis demonstro, Si linguis hominũ loquar & angelorũ, charitatẽ autẽ non habeam, factus sum velut æramentũ sonans, aut cymbalũ tinniens: & cætera narrat bona, & sine charitate nihil ꝓdesse confirmat. Maneant ergo hæc, fides, spes, charitas, Maior autẽ horũ est charitas. Sectamini charitatẽ. Discernite ergo fidem vestrã. Iam estis de prędestinatis, vocatis, iustificatis: Paulus Apostolus dicit, Neq; circuncisio aliquid valet, neq; præputium, sed fides. Dic adhuc Apostole, adde, discerne, quia & dæmones credunt & contremiscunt: ergo adde, Dæmones enim credũt & contremiscunt quod oderunt. Distingue Apostole & circũcide fidem meam, & discerne causam meã de gente non sancta. Planè distinguit, discernit, circuncidit. Et fides, inquit, quæ per dilectionem operatur. Vnusquisq; ergo fratres mei inspiciat se intus, appendat se, probet se in omnibus factis suis bonis operibus suis, quę faciat cum charitate, nõ expectans retributionem tẽporalẽ, sed ꝓmissum dei, faciẽ dei. Non enim quicquid deus tibi ꝓmittit valet aliquid præter ipsum deũ. Omnino non me satiaret deus, nisi promitteret mihi seipsum deum. Quid est tota terra? Quid est totum mare? Quid est totum cœlum? Quid sunt omnia sydera? Quid sol, quid luna, quid exercitus angelorum? Omnium istorum creatorem scio, ipsum sitio, ipsum esurio, ipsi dico, Quoniã Psal. 35.
apud te est fons vitæ. Quid mihi dicit? Ego sum panis viuus qui de cœlo descẽdi. Esu- Ioan. 6.
riat & sitiat peregrinatio vt satietur. Pũtia mea arridet mundus, multis rebus pulchris, fortibus, varijs, pulcrior est ille qui fecit, fortior & clarior ille qui fecit, suauior ille est qui fecit. Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Fides ergo quę per dilectionem operatur Psal. 16.
si est in vobis, iam pertinetis ad prædestinatos, vocatos, iustificatos, ergo crescat in vobis. Fides enim quæ per dilectionem operatur, sine spe esse non potest. Cum autem venerimus, iam erit ibi fides? Dicetur nobis, crede? Non vtiq; Videbimus enim contemplabimur enim. Dilectissimi filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Quia nondum apparuit, ideo fides. Filij dei sumus prædestinati, vocati, iustificati. Filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Modo ergo fi-

Spes.
1. Cor. 13.
Charitas.
Galat. 5.
Iacob. 2.
Psal. 42.
Galat. 5.
Galat. 5.
1. Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

des,antequàm appareat quod erimus, Scimus q; cum apparuerit similes ei erimus.
Nunquid quia credidimus? Non. Quare ergo? Quoniam videbimus eum sicuti
est, Quid spes erit tibi? Spes iam non erit, quando erit res. Etenim ipsa spes pere-
grinationi necessaria est, ipsa est quæ consolatur in via. Viator enim quando labo-
Roma.8. rat ambulando,ideo laborem tolerat, quia peruenire sperat. Tolle illi spem perue-
niendi,continuo franguntur vires ambulandi. Ergo & spes quæ nunc est, ad iusti-
tiam pertinet peregrinationis nostræ. Ipsum Apostolum audi, Adoptionem,inquit,
expectantes,in nobismetipsis ingemiscimns adhuc. Vbi est gemitus,iam non potest
dici illa fœlicitas,de qua scriptura dicit, Transijt labor & gemitus. Ergo adhuc,in-
quit,in nobismetipsis ingemiscimus,adoptionem expectantes redemptionem corpo
Roma. 8. ris nostri. Adhuc ingemiscimus. Quare? Spe.n. salui facti sumus. Spes autem quæ
vitur non est spes. Si enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus
speramus,per patientiam expectamus. In hac ergo patientia martyres coronaban-
tur,desiderabant quæ non videbant,contemnebant quæ ferebant. In hac spe dice-
bant, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecu-
Psal.42. tio,an fames,an nuditas, an gladius? Quia propter te. Et vbi est propter quem?
Ioan.20. Quia propter te,inquit, mortificamur tota die. Propter te Et vbi est? Beati qui non
Ephe 3. viderunt & crediderunt? Ecce vbi est, In te est,quia & fides ipsa in teipso est. An fal-
lit nos Apostolus, qui dicit habitare Christum per fidē in cordibus nostris? Modo
per fidem, tunc per speciem,modo per fidem quandiu in via,quandiu in peregrina-
2.Cor.5. tione. Quandiu enim sumus in corpore,peregrinamur a domino. Per fidem enim
2.Cor.15. ambulamus,non per speciem. Si hoc est fides, quid erit species? Audi quid erit, Vt
sit deus omnia in omnibus. Quid est omnia? Quicquid hic quærebas, quicquid
hic pro magno habebas, Ipse tibi erit: quicquid hic volebas,quicquid hic amabas,
manducare & bibere,ipse tibi erit cibus,ipse tibi erit & potus: quicquid hic volebas,
sanitatem corporis fragilem,transeuntem,ipse tibi immortalitas erit. Quid hic quæ
Psal.3. rebas,diuitias amabas? Auare, Quid enim tibi sufficit,si deus ipse non sufficit? Sed
Ephe.5.& quid amabas? Gloriam? honores? deus tibi erit gloria,cui & modo dicitur, Gloria
Colo.1. mea,& exaltans caput meum. Iam enim exaltauit caput meum. Caput nostrum Chri
Ephe.1. stus est Sed quia miraris,quia caput & cætera membra exaltabuntur,tunc erit deus
omnia in omnibus: hoc modo credimus,hoc modo speramus,cum venerimus,tene-
bimus,& iam res visio erit,non pes: cum venerimus tenebimus, & iam res erit, non
spes. Charitas quid? Nunquid & ipsa modo est, & tunc non erit? Si amamus cre-
dendo & non videndo,quomodo amabimus videndo & tenendo? Ergo charitas erit
2. Cor.13. sed perfecta erit: sicut Apostolus ait, Fides, spes, charitas tria hæc,maior autem ho-
rum charitas. Hanc habentes, & in nobis nutrientes, securi illo adiuuante perseue-
Roma.8. rantes in eo dicamus, Quis nos separabit a charitate Christi,donec ipse miseretur?
Tribulatio,an angustia,an fames,an nuditas, an periculum, an gladius? Quoniam
propter te mortificamur tota die,deputati sumus vt oues occisionis. Et quis suppor
tat? Quis omnia tolerat? Sed in his omnibus superamus. Vnde? Per eum qui di
lexit nos. Ergo si deus pro nobis, quis contra nos?

Psal.43. De verbis Apostoli, Humanum dico propter infi-mitatem carnis vestrę. Ser. XVII.
Roma 3.

HEsterno die de iustificatione nostra, quæ nobis est a domino deo nostro, sermo
productus est,ministrantibus nobis donante illo, audientibus vobis, & cum si-
mus in hac vita onerati sarcina corruptibilis carnis, non vtiq; sine peccato: Quia si
dixerimus quia peccatum non habemus,nosipsos seducimus, & veritas in nobis no
est. Iustificatos tamen nos esse secundum modum peregrinationis nostræ, viuentes
ex fide quousq; fruamur specie claruit quantum arbitror charitati vestræ. Incipitur
ergo a fide,vt perueniatur ad speciem,via curritur,patria quæritur: In peregrinatio
Roma.6. ne dicit anima nostra,Quoniam ante te est omne desiderium meum & gemitus meus
a te non est absconditus: In patria vero nullus orandi locus erit, sed tantum laudan
di. Quare orandi locus nullus erit? Quia nihil deest. Quod hic creditur, ibi videtur,
quod hic speratur,ibi tenebitur, quod hic petitur, ibi accipitur. Perfectio tamen in
hac vita nonnulla est,ad quam sancti martyres peruenerunt: Ideoq; habet ecclesiasti
ca disciplina quod fideles nouerunt, cum martyres eo loco recitantur ad altare dei,

vbi non pro ipsis oretur,pro cæteris autem commemoratis defunctis oretur. Iniuria
rst enim pro martyre orare,cuius nos debemus orationibus commendari: Certauit Psal.37.
enim contra peccatum vsq; ad sanguinem. Quibusdam vero adhuc imperfectis & tñ Iniuria est
ex parte iustificatis,ad Hebręos dicit Apostolus,Nondum enim vsque ad sanguinem ℘ martyē
pugnastis,aduersus peccatum certantes. Si ergo illi nondum vsq; ad sanguinem,pro- orare. 4.
culdubio aliqui vsq; ad sanguinem. Qui vsq; ad sanguinem? Vtiq; sancti martyres: sen. di.44.
de quibus lectio sancti Apostoli Iacobi modo audita est, Omne gaudium existimate Est qdem.
fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Perfectis iā dicitur qui etiā possunt Hebr.12.
dicere,Proba me domine & tenta me. Scientes, inquit,quia tribulatio patientiā ope- Iacobi. 1.
ratur,patientia autem opus perfectum habet. Amanda est.n. iustitia, & in hac iusti- Psal. 138.
tia amanda gradus sunt proficientium, Prius est vt amori iustitiæ non præponātur Roma.4.
omnia quę delectant,ipse est primus gradus. Quid est quod dixi? vt inter omnia quæ
delectant plus te delectet ipsa iustitia, non vt alia non delectent, sed prius ipsa dele-
ctet. Delectant.n. quædam naturaliter infirmitatem nostram,vt cibus,vt potus,dele-
ctant esurientes atque sitientes: vt nos delectat hæc lux quæ de cœlo funditur sole
exorto,vel q̄ syderibus & luna fulget,vel q̄ in terra accenditur luminibus cō solanti
bus tenebras oculorū: delectat canora vox & suauissima cantilena,delectat odor bo-
nus: delectant etiā tactū nostrū q̄cunq; pertinent ad carnis aliquam voluptatem: &
hæc omnia quæ nos delectant in sensibus corporis,aliqua licita sunt. Delectant.n vt
dixi,oculos & spectacula ista magna naturæ, sed delectant oculos etiam spectacula
theatrorum: Hęc licita,illa illicita. Psalmus sacer suauiter cantatus delectat auditum,
sed delectant auditum etiam cantica histrionum: Hoc licite,illud illicite. Delectant
olfactum flores & aromata,& hæc dei creatura, delectant olfactum etiā thura in aris
dæmoniorum: Hoc licite,illud illicite. Delectat gustum cibus non prohibitus,dele-
ctant gustum etiam epulæ sacrilegorum sacrificiorum: Hoc licite,illud illicite. Dele-
ctant coniugales amplexus,delectant etiam meretricum: Hoc licite, illud illicite. Vi-
detis ergo charissimi etiam in istis corporis sensibus licitas esse & illicitas delectatio-
nes Iustitia sic delectet,vt vincat etiam licitas delectationes, & ei delectationi qua li-
cite delectaris præpone iustitiam. Constituamus ante oculos,propter hoc quod dixi,
exemplum certaminis. Interrogo vtrum ames iustitiam,respondebis,amo Quod nō
responderes veraciter,nisi te aliquatenus delectaret,Non.n. amatur nisi qd delectat.
Delectare in dño, scriptura dicit, Dñs aūt iustitia est. Non.n. tibi fingere debes deū Psal.35.
quasi idolū. Inuisibilibus similis est deus, & ea in nobis sunt meliora quæ sunt inui
sibilia. Mulier est fides q̄ caro. Melior est fides q̄ aurum,& melior est fides quàm argē
tum,quàm pecunia,quàm prædia,quàm familia,quam diuitiæ, & ista omnia viden-
tur,fides non videntur. Cui ergo similiorem putabimus deum, visibilibus vilibus,
an preciolis inuisibilibus? De vilioribus loquar. Habes duos seruos,vnū deformem
corpore,alium pulcherrimum,sed illum deformem fidelem,alterum infidelem. Dic
mihi quem plus diligas,& video te amare inuisibilia. Quid ergo? Quando plus amas
seruum fidelem,licet corpore deformem,quam pulchrum infidelem,errasti, & fœda
pulchris præposuisti? Vtique non,sed pulchriora fœdis præposuisti. Contempsisti.n.
oculos carnis,& erexisti oculos cordis. Interrogasti oculos carnis, & quid tibi renun
ciauerunt? Ille pulcher est,ille fœdus. Repulisti eos, eorum testimonium reprobasti,
erexisti oculos cordis in seruum fidelem,& non in seruum pulchrum. Illum inueni-
sti fœdum carne,illum pulchrum,sed pronunciasti & dixisti, Quid fide pulchrius?
Quid infidelitate deformius? Ergo præ omnibus voluptatibus,hoc est delectatio-
nibus etiam licitis, amanda est iustitia. Si enim habes sensus interiores, omnes il-
li interiores sensus delestantur delectatione iustitiæ. Si habes oculos interiores vi-
des iustitiæ lumen, Quoniā apud te est fons vitæ,& in lumine tuo videbimus lu- Psal.35.
men: de illo lumine dicit Psalmus, Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam Psal.12.
in morte. Item si habes aures interiores audies iustitiam. Tales aures quærebat, Luc. 8.
qui dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat. Si habes olfactum interius, audis 2.Cor.2.
Apostolū, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Si habes gustum interius Psal. 33.
audis, Gustate, & videte quoniam suauis est dominus. Si habes tactum inte-
rius,audi quid sponsa cantet de sponso, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius Canti. 2.

amplexetur me. Exemplum ergo, vt dicere cœperam, huius certaminis proponamus. Videamus fratres mei quis nam sit, interroget & respondeat, quod dicturus sum, Vtrum sic delectetur iustitia vt eam cæteris ad hos sensus corporis pertinentibus delectationibus anteponat. Ecce delectat te aurum tuum, oculos tuos delectat, metallum est pulcrum, fulgentissimum, delectat, pulcrum est non nego, nam si pulcrum negauero, creatori iniuriam facio. Venit ergo tentator, & dicit tibi, Tollo tibi aurum nisi dixeris pro me falsum testimonium, si autem dixeris, addo tibi. Delectantur in te duæ delectationes. Modo interrogo te quid proponas, quid te plus delectet, aurum an veritas, aurum an verum testimonium, an hoc lucet, & illud non lucet? Fides quæritur in vero testimonio. Aurum lucet, fides nō lucet? Erubesce, habeto oculos, quod amabas in seruo tuo, redde domino tuo. Iamdudum enim cum interrogaré de duobus seruis tuis, vno deformi fideli, alio pulcro infideli, quem magis diligeres, respondebas mihi iuste, & præponēbas quod præponendum fuit. Redi in te, quia modo agitur de teipso. Certe amasti seruum fidelem. Dominus tuus indignus est si te habeat seruum fidelem, & tu seruo tuo fideli pro magno quid promittebas, vt multum diligeres, summum præmium libertatis. Quid magnum promittebas fideli seruo tuo? Libertatem temporalem. Nonne videmus multos seruientes non egentes, & liberos mendicantes? Et exigebas ab eo fidem cui promittebas libertatem, nec ei seruas fidē qui tibi promittit æternitatem? Longum est per singulos corporis sensus excurrere, sed quod de eo oculis dixi, hoc de cæteris intelligite, & præponite delectationi carnis delectationem mentis. Carnem quippe vestram delectant illicitę voluptates, mentē vestram delectet inuisibilis, pulcra, casta, sancta, canora, dulcis iustitia, vt non ad eā timore cogamini, Si enim ad eam timore cogimini, nondum delectat, peccare nō debes, non timore pœnę, sed amore iustitię. Hinc Apostolus dicit, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire iniustitiæ & iniquitati, sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificatione. Quid dixi? Humanum dico, quod potestis portare dico. Quando exhibuistis membra vestra iniquitati ad flagitia perpetranda, timore adducti estis, an delectatione inuitati? Quid dicitis? Respondete nobis, quia & qui bene viuitis, male aliquando fortasse vixistis. Quando peccabatis, delectabamini in peccatis vestris, timor vos adducebat ad peccandum, an suauitas peccati? Respōdebitis, suauitas. Ad peccatū suauitas adducit, & ad iustitiam timor impingit? Probate vos, inspicite vos, tollat aurū qui minatur, suauior est iustitia, lucidior est iustitia. Non det aurum qui promittit, præponenda auro iustitia, delectando præponenda est, fulgentior est, lucidior est, suauior est, dulcior est. Iam ergo si quis se probat & in certamine superauit, audiuit Apostolum dicentem, Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sine dubio pepercit infirmitati, & nescio quid gratius minus idoneis dicere tentauit. Ecce, inquit, hoc dico quod capere potestis, Exhibuistis membra vestra delitiis illicitis, peccatorū suauitate ducti estis vt illa faceretis: ducat vos ad recta facta suauitas & dulcedo iustitiæ, amate iustitiam quomodo amastis iniquitatem. Digna est iustitia quę a vobis impetret vt exhibeatis illi quod exhibuistis iniquitati: hoc est, humanū dico, hoc est quod infirmitas vestra tolerare adhuc potest. Quid ergo suspendit Apostolus? Quid distulit dicere? Quid distulit? Dicam si potero. Appende iustitiam & iniquitatem. Tantumne digna est iustitia, quantum digna fuit iniquitas? Sic amanda est ista iustitia, quomodo amata est illa? Absit, vt sic, sed & vtinam vel sic. Ergo plus? Plus omnino. In iniquitate secutus es voluptatem, pro iustitia tolera dolorem. In iniustitia in quā sectatus es delectationem, pro iustitia tolera dolorem, hoc est plus. Ecce nescio quis ętatis lubricæ impudicus adolescens, suauitate illiciente iniecit oculos in coniugem alienam, amauit, cupit peruenire, quærit tamen latere. Sic enim amat voluptatem, vt plus timeat dolorē. Quare q̄rit latere? Timet apprehēdi, ligari, adduci, includi, produci, torqueri, occidi, Hæc.n: oīa timēdo, illa appetitione suauitatis suæ latebras q̄rit, aucupatur absentiā mariti, ipsum adiutorē flagitii sui timet inuenire, qa cōscio se formidat iplicare: Et videmus eū suauitate duci, sed suauitas illa nō est tāta vt vincat ēt timorē & dolorē timorēq; pœnarū. Da mihi pulcrā iustitiā, da mihi fidei pulcritudinē. Procedat in mediū, oñdat se oculis cordis, inspiret feruorem amatoribus suis. Iā tibi dicitur,

*alias, In veteri deest dictio interroget & clausula, quod dicturus sum.

*alias, De certant.

Roma. 6.

dicitur, Frui me vis, contēne quicquid to aliud delectat, contēne pro me. Ecce contēpsisti, parum est illi: Humanum est hoc propter infirmitatē carnis vestræ. Parum est vt contemnas quicquid te delectabat, contemne quicquid te terrebat, contemne carceres, contemne vincula, contemne eculeum, contemne tormenta, contemne mortē, Hæc vicisti, me inuenisti. In vtroque gradu amatores iustitiæ vos probate. Inuenimus forsitan aliquos qui præponant iustitiæ delectationem, voluptatibus & delectationi corporis sui. Qui autem pro illa pœnas, dolores mortemq; contemnat, putas est aliquis in vobis? Saltem cogitemus q̄ profiteri non audemus. Quid cogitamus? Vbi cogitamus? Milia martyrum, adiacent oculis nostri-, ipsi veri amatores perfectiq; iustitiæ: de illis dictum est, Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis, scientes q̄ probatio fidei vestræ patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Quid addi potest ut opus perfectum habeatur, amat, ardet, feruet, calcat omnia quæ delectant & transit, venit ad aspera, horrenda, ttuculenta, minacia, calcat, frangit & transit. O amare, o ire, o sibi perire, o ad deum peruenire. Qui animam suam amat perdet illam, & qui perdiderit animam suā propter me, in vitam æternam inueniet illam. Sic armandus est amator iustitiæ, sic armandus est amator inuisibilis pulcritudinis. Quæ dico vobis in tenebris, dicite in lumine, & quę in aure auditis super tecta prædicate. Quid est quę dico vobis in tenebris, dicite in lumine? Quæ dico & auditis mente, dicite præsumentes. Et quod in aure auditis, super tecta prædicate. Quid est, in aure auditis? In secreto auditis, quia profiteri & confiteri adhuc timeris. Quid est ergo super tecta prædicate? Domus vestræ corpora vestra, domus vestrę carnes vestræ. Ascende in tectum, calca carnem & prædica verbū. Sed prius fratres mei plangite quod eratis, vt quod nōdum estis esse posšitis, hoc est quod loquor. Magnum est. Et vnde nobis magnum? Summum est, perfectū est, optimum est. Vnde nobis? Audite vnde nobis, Omne datum optimum, & omne donum perfectum desurſum est, descendens a patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec visitudinis obūbratio. Inde est, quod nondum habemus bonum, inde est quod nondum habemus Non habetis, petite accipietis. Si vos, ait Saluator, si vos cū sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quantomagis pater vester cœlestis dabit bona petentibus se? Examinet se ergo omnis homo, & quicquid in se boni inuenerit, quod pertineat ad iustificationem nostram, agat gratias illi qui dedit, & agendo gratias illi qui dedit, ab illo petat & quod nondū dedit. Non enim tu in accipiendo prosis eis, & ille in dando defecit. Quantūlibet capaces fauces, capacem ventrem afferas, fons uincit sitientem.

Roma. 6.

Mat. 10.

Iacobi. 1.

Mat. 7.

Iacobi. 1.

De verbis Apostoli, Nescitis quia corpora vestra mēbra Christi sunt. Ser. XVIII.

2. Cor. 6.

APostolum audiuimus cum legeretur, corripientem & coercentem humanas libidines, & dicentem, Nescitis quia corpora vestra mēbra Christi sunt? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Corpora ergo nostra membra Christi esse dixit, q̄m Christus caput nostrum est, eo q̄ homo factus est propter nos. Caput de quo dictum est, ipse Saluator corporis nostri, corpus autē eius ecclesia est. Si ergo dominus noster Iesus Christus tantūmodo aīam humanam susciperet, membra eius non essent nisi animæ nostræ: quia vero & corpus susceperit, per quod etiam caput est nobis qui ex anima & corpore constamus, profecto illius membra sunt & corpora nostra. Si ergo vnusquisque cupiens fornicari vilescat sibi, & in seipso contemnat seipsum, vt non in se contemnat Christū, non dicat, Faciā, nihil sum: Omnis caro fœnū: sed corpus tuū mēbrū est Christi. Quo ibas? Redi. Quo te præcipitare cupiebas? Parce in te christo, agnosce in te christū. Tollens ergo membra christi, faciam membra meretricis? Meretrix est enim quę tibi in adulterium conuicem invobis contēnitis Christum, nec agnoscitis dominum vestrum, nec cogitatis precium vestrū Qualis aūt ille dominus, qui seruos fecit fratres suos? Sed parum erat fratres suos, nisi faceret membra sua? Itane tanta dignitas viluit? Quia tam beni gne prstita est, non honor ei retribuitur? Si non præstaretur, desideraretur: quia præstita est, contemnitur. Hæc autem corpora nostra, quæ dicit Apostolus membra esse Christi propter corpus christi quod ex genere corporis nostri susćepit: hęc ergo cor-

Vbi sup.

Ephe. 5. & Colo. 1.

Esaiæ. 40.

2. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora nostra dicit idem Apostolus, templum esse in nobis spiritussancti quem habemus a deo. Propter corpus xpi corpora nostra membra sunt Christi, propter inhabi-
Roma. 8 tantem spiritum Christi corpora nostra sunt templum spiritussancti. Quid horum
in te contemnis? Christum cuius membrum es, an spiritum sanctum cuius templum
es,? Ipsam meretricem quę tibi consentit ad malum, non audes fortasse introducere
in cubiculum tuum, vbi habes lectum tuum coniugalem, sed quæris aliquem abiectum in domo tua & turpem locum in quo turpiter voluteris. Defers ergo honorem
cubiculo vxoris tuæ, & non defers templo dei tui? Non introducis impudicam vbi
dormis cum coniuge tua, & turpse is ad impudicam cum sis templum dei? Puto quam
melius est templum dei, q̄ cubiculum vxoris tuę. Quocūq; n. ieris Iesus videt te qui
fecit te, & perditum redemit te, & pro mortuo mortuus est pro te. Tu te non cogno-
Psal. 33. scis, sed ille a te oculos non auertit, non ad adiuuandū sed ad puniendū. Oculi enim
domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Continuo subiecit, & terruit eos
qui sibi malam securitatem dabant, qui sibi dicebant, Faciam, Non. n. deus me me tā
turpia facientem dignatur attendere. Audi quid sequitur, cuius sis attende, qm quo-
cunq; ieris Iesus videt. Vultus autē domini super facientes mala, vt perdat de terra
Psal. 141. memoriam eorū. Sed de qua terra? Vbi dicitur, Spes mea es, tu portio mea in terra
viuentium Forte. n. malus, iniquus, adulter, impudicus, fornicarius gaudet quia fa-
cit, & senescit in quo libido non senescit, dicit apud se, Certe verum est, Vultus autē
domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorū. Ecce ego iam senui,
qui ab ineunte ætate vsque ad hodiernum diem tanta committo, multos castos ante
me sepeliui, multorū castorū funera iuuenū ad sepulcrū ipse deduxi, & pudicis im-
Psal. 33. pudicus superuixi. Quid est quod dicitur, Vultus domini super facientes mala, vt
1. Cor. 6. perdat de terra memoriā eorum? Est alia terra, vbi non est impudicus, est alia terra in
regno dei. Nolite errare, neq; fornicatores, neque idolis seruientes neq; adulteri, neq;
molles, neq; masculorū cōcubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledi-
Psal. 33. ci regnū dei possidebunt: hoc est, Perdit de terra memoriā eorū. Multi n. talia cōmit-
tentes, spem sibi ponunt: propter eos qui perdite viuentes, spem sibi ponunt in re-
gno dei, quo non accessuri sunt: dictū est, Perdit de terra memoriā eorum. Erit enim
Apoca. 21. cœlū nouum, & terra noua quā iusti inhabitabunt: Ibi impii, ibi mali ibi nequissimi
Habitatio habitare non sinuntur. Eligat modo qui talis est vbi desideret habitare cum tempus
nes duæ. est vt possit mutari. Duæ quippe habitationes sunt, vna in igne æterno, alia in regno
Mat. 10. æterno. Puta quia in igne æterno aliter ille, aliter ille torquebuntur, vbi erunt, tamē
Mat. 25. ibi omnes cruciabuntur, minus ille, plus ille, Quia tolerabilius erit Sodomæ in die iu-
dicii q̄ alteri ciuitati: & quidam circumeunt mare & terram facere vnum proselytum,
quem cum fecerint, faciunt eum filium gehennæ duplo quam sint ipsi. Puta quia alii
duplo, alii simplo, puta quia alii plus, alii minus. Non est regio vbi eligas locū. Quæ-
cūq; ibi mitiora tormēta sunt, peiora sunt q̄ quæ formidas in isto seculo. Cogita quo
modo tremebas si tibi aliquis calūnietur, ne mittaris in carcerem, & tuipse contra te
male viuis vt mittaris in ignē? Contremiscis, conturbaris, pellescis, ad ecclesiam cu-
ris, Episcopum videre desideras, ad pedes eius volutaris. Quærit quare? Libera me.
Quid agitur? Ecce ille mihi calūniatur. Et quid tibi facturus est? Dne concutior, dñe
†alias con fusio. in carcere mittor, miserere mei, libera me. Ecce quo timetur carcer, quo timetur † con-
clusio, & non timetur gehennæ exustio. Postremo qn̄ augetur calamitas, & pressura
sæuit atrocior, & vsq; ad mortem sæuit, qn̄ bonū videtur homini ne memoriatur, ne
occidatur, debere succurri oēs clamant, adiutoria cuncta implorātur subuenite, cur-
rite, propter animā. Tota exaggeratio calamitatis est, quia dicitur, ppter aiam: Suc-
currendū est quidem, nec huic timori adiutoriū denegandū, faciendū quod fieri pōt
a quo pōt. Verūtamen ego interrogare uolo periclitantem, & isto nomine mea vise-
ra cōmouentem, qm̄ dicit, currite propter aiam. Facile huic ego respondeo, Ego qui-
dem curro propter carnem tuam, vtinam tu curreres propter aiam tuā. Et vt nouē-
ris, quia propter corpus tuum curro, non propter animam tuam, melius audi Chri-
Mat. 10. stum vera dicentem, q̄ te timore falso murmurantem. Ipse enim dominus dicit, Noli
te timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere. Certe pro-
pter animam tuā me vis currere. Ecce quem times & sub cuius cōminationibus ex-

pallescis, non potest occidere animam tuam, vsq; ad corpus sæuit, tu noli sæuire in
77 animam tuam. Ab illo occidi non potest, a te potest, non lancea, sed lingua. Inimicus
C qui te percutit finit hanc vitam: Os autem quod mentitur, occidit animam. Ex his Sapi. 1
ergo quæ in hoc tempore homines timent, coniiciant quę timere debeant. Timet. n.
carcerem? & non timet gehennam, timet quæstionarios tortores, & non timet infer-
nales angelos, timet cruciatum temporalem, & non timet pœnas ignis æterni, postre-
mo timet ad modicum mori, & non timet in æternum mori. Ille qui te occisurus est
quem times, quem exhorrescis, quem fugis, a cuius timore nō sineris dormire, & ip-
sum in somnis si vides cum dormieris, expauescis, quid est facturus tibi? Excluſurus
est de carne tua animam tuam. Anima tua excluſa quo eat vide. Nec. n. potest ille ali-
ter carnem tuam occidere, nisi inde excludat animam tuam, per quam viuit caro tua.
Præsentia quippe aiæ tuæ caro viuit, & quādiu in carne tua præsens est anima tua,
necesse est vt viuat caro tua. Ille aūt qui tuā mortem quęrit eiicere vult de carne tua
vitam tuā qua viuit caro tua. Putas, non est aliqua vita qua viuit ipsa aia tua? Est. n.
aia tua vita quædā, qua viuit caro tua. Putas nulla alia vita est: qua viuit ipsa anima
tua? Aut qūo habet caro tua vitam, animā qua viuit caro tua? Fit & ipsa anima tua
vt habeat aliquam vitam suam; & qūo caro cum moritur expirat animā vitam suā,
77 sic & anima quando moritur expirat aliquam vitam suam. Si inuenerimus quæ sit
D hæc vita, non corporis tui quod est anima tua, sed vita vitæ corporis tui, hoc est vita
animę tuæ, Si inuenerimus eam ex hac morte qua times ne de carne eiiciatur anima
tua, puto quia plus debes timere illam mortem, nec vita animæ tuæ proiiciatur de
anima tua. Breuiter ego dicam, Et quid multis teneor? Vita corporis anima est, vita
aiæ deus est. Spūs dei habitat in aia, & per aiam in corpore, vt & corpora nostra tem- 2. Cor. 6.
plū sint spiritussancti quem habemus a deo. Venit. n. spiritus ad aiam nostrā, quia cha Rom. 5.
ritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritūsanctū, qui datus est nobis, & totū
possidet qui principalem tenet. In te quippe illud principatur qd melius est. Tenens
deus qd melius ē, id est, cor tuū, mentem tuā, animā tuā, profecto per meliorem pos-
sidet & inferiorem quod est corpus tuū. Sęuiat igitur inimicus, minetur mortem, fa-
ciat si permittitur, excludat de carne aiam tuam, aia tua non excludat a se vitā suā.
Si recte plangis, & putas te miserabiliter dicere potenti inimico tuo. Noli ferire, parce Eccl. 30.
sanguini meo, non tibi dicit deus, Miserere animę tuæ placens deo? Anima tua forte
dicit, Roga illum ne feriat, nā dimitto te. Si. n. percusserit, manere tecū non possum:
Roga ne feriat, si vis vt non te dimittā. Quę tibi dicit, si vis vt nō te dimittam? Tu
ipse. Tu. n. qui loqueris, aia es. Si. n. percusserit carnem, tu fugis, tu exis, tu migras, ia-
77 cet terra in terra. Vbi erit quod animauit terram, quod flatu dei tibi datum est, vbi
E erit? Si non efflauit vitam suam, id est, deum suum, in illo erit quem non perdidit, in
illo erit quem non a se excluſit. Si autem optemperas infirmitati animæ tuæ, dicenti
tibi, Ferit & dimitto te, non times deum dicentem tibi, Peccas, & dimitto te. De timo-
re vano timorem vtilem capiamus, Timor vanus est omnium hominum timentium
amittere temporalia, quandoque migraturorum & migrare trepidantium, volentiū
semper differre quod non possunt auferre. Vanus est ille timor hominum & tamen
est & vehemens est, & resisti ei non potest. Hinc increpandi, hinc obiurgandi, hinc
plangendi, hinc lugendi hoomines timentes mori, & nihil aliud agentes, nisi serius
mori. Quare non agunt non mori? Quoniam qui id agunt, non efficiunt vt non mo-
riantur, possunt autem aliquid agere, quo efficiant vt nunquā moriantur? Nullo mo-
do, Prorsus quicquid egeris, quantūcunque inuigilaueris, quocunque fugeris, quæ-
libet munimenta quæsieris, quibuslibet diuitiis te redemeris, quibuslibet calliditati-
bus hostem fefelleris, non fallis febrem. Nihil enim aliud agit ut non cito ab hoste
moriaris, nisi vt serius aliquando a febre moriaris. Habes quod agas vt nunquam
77 moriaris. Si times mortem, ama vitam. Vita tua deus est, vita tua Christus est, vita
F tua spiritussanctus est. Non illi places male agendo, templum ruinosum non inhabi
tat, templum sordidum nnn ingreditur, sed geme ad illum vt mundet sibi locum, ge-
me ad illum vt ædificet templum sibi, quod tu destruxisti ipse construat, quod
tu exterminasti ipse reformet, quod tu deiecisti ipse erigat. Clama ad deum,
clama interius, clama ubi audit, quia & ibi peccas ubi uidet, clama ubi audit: &

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum timore te correxeris,& vtiliter timere cœperis,non tẽporales cruciatus,sed æter
1.Cor.6. ni ignis supplicia,& ideo adulter non fueris: Hinc enim loquebamur propter Aposto
lum,qui dixit,Corpora vestra membra Christi sunt: Cum ergo ideo adulter esse nō
cœperis,quia times ardere in igne sempiterno, nondum laudandus es, non quidem
ita dolendus vt antè,sed tamen nondum laudandus. Quid enim magnum est timere
pœnam? Magnum est,sed amare iustitiam. Interrogo te,& inuento te. Tu inspice in-
terrogationem meam sonantem,& fac de teipso interrogationem silẽtem. Dico ergo
tibi,Libidine victus habes consentientem,quare non committis adulterium? Et re-
spondebis, quia timeo gehennam, timeo supplicium ignis æterni, timeo iudicium
Christi,timeo societatem diaboli,ne puniar ab illo,cum illo ardeam: Quid dicturus
sum? Male times? Quomodo tibi dicebam de aduersario,quia quærebat corpus tuũ
Mat.10. occidere? Ibi enim recte dicebam,male times, securum te fecit dominus tuus dicens,
Nolite timere eos qui corpus occidunt. Modo cum dicis mihi,gehennam timeo,arde
re timeo,in æternum puniri timeo,Quid dicturus sum? Male times? vane times? Non
audeo, quandoquidem ipse dominus ablato timore subiecit timorem, & ait,Vbi di-
xit, Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant; sed
eum timete,qui habet potestatem & corpus & animam mittere in gehennam ignis:
ita dico vobis, hunc timete. Cum ergo dominus timorem incusserit, & vehementer
incusserit,& repetendo verbum,comminationem ingeminauerit, dicturus ego sum,
male times ista? Non dicam,Plane time,nihil melius times, nihil est quod magis ti-
mere debeas. Sed interrogo te, Si non te videret deus,quando facis, nec quisquam te
conuinceret in iudicio illius, faceres? Tu te vide. Non enim potes ad verba omnia
† al. castitatem nõdũ amas. mea respondere,inspice teipsum. Faceres? Si faceres, ergo pœnam times, charita-
tem nondum habes, † seruiliter times,formido est mali,nondum delectatio boni,sed
time etiam vt ista formido custodiat te, vt perducat ad dilectionem. Timor.n. iste
quo gehennam times,& ideo mala non facis,continet te,& sic volentem peccare ani-
mo interiore non sinit: est quidam custos timor,quasi pædagogus legis,litera est mi-
nans,nondum gratia iuuans. Custodiat tamen timor iste dum non facis timendo,
& veniet charitas,intrat in cor tuum, & quantum illa intrat,tantum timor exit. Ti-
mor enim id agebat ne faceres,charitas hoc agit vt nolis facere etiam si impune pos-
sis admittere. Dixi quid timeatis,dixi quid appetatis. Sectamini charitatem, intret
charitas,admittite illam,timendo peccare admittite amorem nõ peccantem,admitti-
te amorem bene viuentem. Illa vt dicere cœperam intrante,incipit timor exire. Quã
toplus illa intrauerit, tanto timor minor erit. Cum illa tota intrauerit,nullus timor
1.Ioan.4. erit, quia perfecta charitas foras mittit timorem. Intrat ergo charitas, pellit timo-
rem,non autem intret & ipsa incomitata. Habet secum suum timorem quem intro-
Psal.18. ducit,ipsa,sed illum castum permanentem in seculum seculi. Seruilis timor est quo
times cum diabolo ardere, timor castus est quo times deo displicere. Considerate
Charissimi, & ipsos humanos interrogate affectus. Timet seruus offendere domi-
num suum,ne iubeat eum verberari, iubeat in compedes mitti,iubeat carcere inclu
di, iubeat eum pistrino conteri. Hæc timens seruus non peccat, sed quando senserit
absentes oculos domini sui,nec habuerit testem a quo possit conuinci facit. Quare
Ioan.8. facit? Quia pœnam timebat,non iustitiam diligebat. Vir autem bonus, vir iustus,
homo liber (nam solus iustus liber. Omnis enim qui facit peccatum, seruus est pec-
cati) delectatur ipsa iustitia,& si possit sine teste peccare,& testem reformidat & deũ:
& si possit audire deum dicentem sibi, uideo te cum peccas, non te damnabo,sed di-
splices mihi,ille nolens displicere oculis patris,non formidolosi iudicis,timet non ne
damnetur,non ne puniatur,non ne crucietur: sed ne offendat gaudium paternum,
ne displiceat oculis amantis. Si enim amat ipse,& amantem sui dominum sentit,nõ
facit quod displicet amanti se. Lubricos & inhonestos amores attendite. Siquis amo
re fœminæ lasciuus & nequam vestit se aliter quàm illi placet, vestit se aliter quàm
amatę suæ placet,aut ornat se aliter quàm illi placet,& illa dixerit, nolo te habere ta-
le byrrhum,non habet: si per hyemem illi dicat,in lacerna te amo,eligit tremere quã
displicere. Nunquid illa cui displicet damnatura est? Nunquid in carcerem mitte-
ra? Nunquid tortores adhibitura? Hoc solum ibi timetur, non te uidebo, hoc so-

lum ibi contremiscitur, faciem meam non videbis. Si hoc impudica dicit & terret,
deus dicit & non terret? Sanè plurimum sed & si amamus. Si autem non amamus,
non inde terremur, sed terremur vt serui de igne, de gehenna, de atrocissimis tarta-
reis minis, de exaggeratissimis diaboli angelis, eiusq; supplicij, vel inde terreamur.
Si illud minus amamus,vel illa timeamus: non ergo fiant fornicationes. Templum 1.Cor.3.
dei estis,& spiritus dei habitat in vobis. Siquis templum dei corruperit, corrumpet
illum deus. Licita sunt matrimonia,nihil amplius requiratis. Non enim grande onus
impositum est virginibus,maior amor imposuit maius onus. Virgines quod licebat
noluerunt,vt plus placerent ei cui se deuouerunt. Ambierunt illam maiorem pul-
critudinem cordis sui. Quid iubes? Tanquàm dicerent. Quid iubes? Ne adulteræ
simus hoc præcipis? Amando te, plus facimus quã iubes. De virginibus, ait Aposto 1.Cor.7.
lus, præceptum domini non habeo. Ergo quare hoc faciunt? Consilium autem do.
Illæ autem amantes,quibus terrenæ nuptiæ viluerunt,quæ terrenos amplexus non
desiderauerunt,vsqueadeo acceptauerunt præceptum,vt non recusarent consilium,
vt plus placerent,plus se ornauerunt. Corporis enim huius,id est, exterioris homi-
nis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto sunt interioris maiora detrimenta.
Quanto autem minus appetuntur ornamenta exterioris hominis, tanto magis mo-
ribus pulcris homo interior adornatur. Vnde dicit & Petrus, Ornantes se non intor 1.Pet.3.
tis criminibus. Cum enim dixisset, Ornantes se, quid aliud a carnalibus quàm visi
bilia ista ornamenta putarentur? Continuo tulit cogitationi quod cupiditas inqui
rebat. Non,inquit,intortis crinibus,neque auro,vel margaritis, vel veste preciosa,
sed ille absconditus cordis homo, qui est ante deum dives. Neque enim deus diui-
tias daret exteriori homini, & inopem relinqueret interiorem: dedit inuisibili diui-
tias inuisibiles, & inuisibilem ornauit inuisibiliter. His ornamentis studentes dei
puellæ, sanctæ virgines,nec quod licebat appetierunt,nec quod cogebantur consen-
serunt. Multæ etiam parentum suorum contrarios conatus, igne superni amoris su-
perauerunt. Iratus est pater,plorauit mater,non curauit illa, cui ante oculos versaba
tur speciosus forma præ filijs hominum. Et quippe se ornare desiderauit, vt totam Psal.44.
eius curam gereret. Et quia quæ nupta est cogitat quæ sunt mundi, quomodo viro 1.Cor.7.
placeat: quæ autem innupta est,cogitat quę sunt dei,quomodo placeat deo. Videte
quid sit amare. Non dixit,cogitat ne damnetur a deo. Adhuc enim iste timor ille ser
uilis est,custos quidem malorum vt abstineant a malis,& abstinendo digni sint ad se
admittere charitatem. Sed illę non cogitant quemadmodum nõ puniantur a deo,sed
quomodo placeant deo pulcritudine interiore, decore occulti hominis, decore cor-
dis,vbi illius oculis nudæ sunt,nudę intus non foris,integrę & intus & foris. Vel vir-
gines doceant coniugatos & coniugatas, non ire in adulterium. Illæ faciunt plus
quàm licet,illæ non faciant quod non licet.

De verbis Apostoli, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; prout gesit siue bona siue mala: Sermo XIX.

OMnium Christianorum spes fratres charissimi in futurum tempus extenditur, Sermo
vt quod hic seruimus deo, alibi nos seruisse lætemur. Hic.n. nobis posita sunt xxxiiii.
certamina,sed in futuro seculo certaminum præmia reseruata. Iuste siquidem & pro-
uide diuina sapientia separauit tempus laboris & præmij. Hic ergo laboramus, hic
seruimus deo & mandata eius seruamus,vt in futuro seculo,id est,in cœlorum regno
æterna præmia capiamus. Scire.n. debemus fratres dilectissimi quid nobis scriptura
diuina cõmendet, id est, futurum esse iudicium dei,quod post resurrectionem com-
plebitur mortuorum. Hoc est quod præcipue Christianos a gentili errore secernit, qa
illi hanc tantummodo vitam esse credunt,& ideo sine deo esse & diuersis peccatis atq;
criminibus non metuunt inquinari, Nos vero ita in hac vita conuersemur, vt nos ad
aliam præparemus,in qua & bonis bona & malis mala retribuentur, sicut dixit Apo-
stolus, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; 2.Cor.5.
prout gesit, siue bona siue mala. Sicut hic modo astamus in ecclesia & nos inuicem
præsentes aspicimus,ita etiam post resurrectionem mortuorum astituri sumus ante
tribunal Christi. Hanc.n. etiam ipsam animam tunc habebimus quã modo habem⁹,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in hoc ipso quo nũc induimur sumus corpe resuscitãdi. Nó n. sicut muta aĩalia fa-
cti sumus, nõ sicut equi & boues vt æterna morte pereamus, qa postquã hic vixeri-
mus, alibi iudicabimur, vt aut ꝓ pctis pœnas, aut ꝓ bonis operibus p̃mia consequa-
mur æterna. Nemo ergo frẽs mei charissimi de resurrectione desperet, in qua christia
norũ spes tota cõsistit. Credit frẽs Apostolo p̃dicãti, & nihil de resurrectione dubitã
tes ad diẽ iudicij vos p̃parate. An forte sicut impij & increduli nõ putatis fieri posse
vt a mortuis resurgamus? Planè dicat hoc qui omnipotẽtẽ nõ credit esse deũ, qui hoc
ꝓmittit futurũ: nos aũt qui scimus dei omnipotẽtis esse virtutẽ, qua ꝓmisisse deũ le-
gimus q̃ resurrectionẽ mortuorũ faciat, nõ possumus de resurrectione mortuorũ du
bitare, quã se facturũ esse ꝓmittit, & qui omnipotẽs est, & mẽtiri nescit. Sed te appel-
lo quicunq; infideli aio de resurrectione dubitas, & putas nos posse mortuos resusci-
tari. Quid est amplius, ex nihilo hoies facere qui viuant, an eos qui facti sunt atq; vi
xerũt reparare post mortẽ: Vtiq; plus est facere qd nũquã fuit, quã reparare quod fue
rit. Qũo ergo impossibile esse dicis, vt deus qui hominẽ formauit ex nihilo reformet?
Qũo nos suscitare nõ potest cõuersos in puluerẽ, qui si ẽt in nihilũ rediremus, face-
re poterat vt essemus, sicut & fecit nos esse, cũ antea nũquã fuissemus? Ita. n. beatus
1. Cor. 15. Apostolus Paulus dixit. Sed dicũt aliqui, Qũo resurgũt mortui? Quali aũt corpe ve-
niũt? Insipiẽs tu qd seminas nõ viuificatur nisi prius moriatur, & quod seminas nõ
corpus qd futurũ est, seminas, sed nudũ granũ, vtpote tritici aut alicuius cęterorum.
Deus aũt dat illi corpus sicut voluit, & vnicuiq; seminũ ꝓpriũ corpus. Noli ergo in-
credule hõ de resurrectione dubitare. Qui grana seminũ mortua & putrefacta viuifi
cat, p quæ in hoc seculo viuas multomagis teipsum resuscitabit vt viuas in æternũ.
Qui illa reparat quę tibi sunt necessaria; qũo teipsum nõ reparat, ꝓpter quẽ & alia
reparare dignatus est? Itaq; si velimus cõsiderare quæ ĩ isto seculo videmus, diuinæ
administrationis opera signa sunt futurorũ. Tota ergo huius mũdi administratio te-
stimoniũ ẽ resurrectionis futurę. Videmus certe hyemis tpe vel aduẽtu arbores spo-
liari pomis, nudari foliis: sed eas rursus verno tpe spẽm resurrectionis exprimere:
quæ primo quidẽ incipiũt turgere in gẽmis, dehinc ornari in floribus, vestiri & foliis,
& post modũ pomis grauari. Interrogo te infidelis hõ qui de resurrectione dubitas,
vbi sint ista quæ tpe quo deus disposuit ꝓducũtur? Dic mihi vbi latitãt antequã ꝓ-
ducãtur, quę nusquã quidẽ videtur, sed tamẽ deus qui omnipotẽs est & ea ex nihilo
cõdidit, secreta sua virtute ꝓducit? Hinc iã ad cãpos & prata respicite, quę æstate tran
facta herbis suis spoliãtur ac floribus, & nuda remanẽt ipsa spatia terrarũ, sed iterum
verni tpe reuestiũtur, & nouo vbiq; germine, incipiẽte lætatur agricola. Certe herba
quæ ante vixit & moritur, rursus reuiuiscit ex semine: sic ẽt & nostrũ corpus reuiui-
scet ex puluere. Sed dicis o hõ incredule, Ideo credimus futurũ vt arbores & herbæ &
oĩa reuiuiscãt, quia illa iã facta cognoscimus. Vnde aũt cognoscere possumus qa mor
tui resurgũt, cũ adhuc a mortuis nemo surrexerit? Quisq; hoc dicis uel cogitas, audi
patiẽter, & intellige sapiẽter. Ideo n. dns noster Iesus Xps mori voluit & resurgere, ne
tu de resurrectione dubitares. Tñ qũo potes dubitare quia nõ sumus resurrecturi a
mortuis, cũ hoc ꝓmittat deus qui nescit aliquãdo mẽtiri, qui pot facere qcquid vult,
quia omnipotens est, & implet oĩa quæ ꝓmittit, qa verax est, & mẽdaciũ in eo nõ esti
Et dedit nobis pius & misericors dns virtutis suæ pignus, & grãdi testimonio spẽ no
bis resurrectionis ostẽdit, quia vnigenitũ filiũ suũ ꝓ nobis hoiem factũ & mortuũ a
mortuis suscitauit. Ideo n. dns noster Iesus Christus nasci ex hoie, id est, ex Maria vir
gine est dignatus, & a Iudæis crucifigi, & die tertia resurgere, vt nos tali exẽplo ani-
mati, resurrectionẽ ex mortuis certissime crederemus: quã qui nõ credit futurã, nec
hoc quidẽ credit q̃ Xps resurrexit a mortuis. Qui aũt dominũ Iesum resurrexisse a
mortuis cõfitetur, nec de sua poterit dubitare. Abstinete ergo vos ab omni opere ma
lo, ab inimicitijs, ab ebrietate, a fornicatione, a furto, a periurio, a falso testimonio,
detractione, quia hæc omnia odit deus, & eos qui ista faciunt puniet in futuro. Esto
te autem benigni, misericordes, inuicem honorem habentes, & ea semper operantes,
quæ in sanctis suis diligit deus, vt posĩtis cum sanctis eius ad æternam & immorta-
lem gloriam peruenire, & viuere in secula seculorum, Amen.

De eisdem verbis Apostoli, quibus in sermone præcedenti.

Sermo. XX. Ser. 35.

78 G FRatres charissimi, dum diuina lectio legeretur, audiuimus beatum Apostolum terribiliter nos & salubriter admonentem. Sic. n. ait, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis sui prout gessit, siue bonum siue malum. Quam rẽ etiã dominus in Euangelio denunciat dicens, Filius hominis venturus est in gloria sua cum angelis suis, & tunc reddet vnicuiq; secundum opera sua. Diligenter quæso attendite fratres, & mecum pariter pauescite, quia non dixit quod reddat vnicuiq; secundum misericordiam suam, sed secundum opera sua. Hic enim est misericors, ibi iustus. Nam quod non statim in peccatores vindicat, patientia est, non negligentia. Non ille potẽtiam perdidit, sed nos ad pœnitentiam reseruauit. Vnde valde timendum est, ne quanto diutius expectat vt corrigamur, tanto grauius vindicet si emendari noluerimus, Scire & intelligere debemus fratres charissimi nihil vobis esse salubrius, quam vt dãnatis omnium præsentium rerum voluptatibus, id potius cogitemus quando erimus de hoc seculo transituri, vel quando tabernaculum corporis vltimo die superueniente deposituri, & iterum illud resurrectionis tempore recepturi, vt cum eodem recipiamus prout gessimus, siue bonum siue malum. Et ideo rogo fratres, vt quotidie cogitemus quales erimus in die iudicij, purissimis angelorum conspectibus offerendi, & æterno iudici rationem de libris conscientię reddituri, remotis omnibus probationibus. Certum est in die illa ipsum ante se hominem constituendũ, & ipsam sui vitam in cordis speculo demonstrandam, & testes contra eam non deforis aliquãdo, sed intus de ipsa anima proferendos. Adicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimium nota testimonia, id est, opera sua. Ordinabuntur ante infœlicem animam peccata vel crimina sua, vt eã & conuincat probatio & confundat agnitio, secundum illud quod scriptum est. Arguante & constituam te ante faciem tuam. Quicunque se modo dum licet emenda- Psal. 49.
re neglexerit, ante illum cœlestem populum primum excepturus erit de confusione supplicium: & anima quæ modo per pœnitentiam compendiosam transactam pecca
torum suorum putredines curare dissimulat, ante illud tribunal metuendum sine vllo remedio, in perpetuo tartaro manebit. Quæ cum ita sint, bene nobiscum agere-
tur si iam nunc pœniteremus super malis nostris, quomodo tunc sine vllo remedio pœnitebimus: si fœditates & confusiones nostras quemadmodum tunc visuri sumus, sic iam eas nunc videre & horrere possemus. O si iam nunc faciem peccatricis
78 1 animæ liceret oculis corporis intueri, & conscientiæ nostræ vultum in oculorũ p̃sentiam permitteremur adducere. Quod si liceret, nec dici potest, quanto studio quanto metu vrgemur fœdata componere, maculata tergere, vulnerata curare. Ideoq;
quia non possumus oculis corporis, inspiciamus, nos inquantum possumus oculis cordis, & vnusquisque conscientiam suam ante conspectum interioris hois constituat. Ipsi nosmetipsos castigemus, ipsi nobiscum rõnẽ de quotidiana conuersatione
faciamus, ipsi nos accusemus quotidie iudici nostro & dũ in hac carne sumus contra ipsam carnẽ auxiliãte domino, quotidie dimicemus, vincamus voluptates & delecta
tiones nras, vt nobis tps illud spectatissimũ ac beatissimũ ęternæ vitę pro fœlici ma
tatione succedat, qñ implebitur illud qd dns dixit, Et erũt similes angelis. Et iterũ, Mat. 22.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Putas qualis tunc erit splendor Mat. 13.
animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? Tunc enim cum ad istã beatitudinẽ venerimus, nulla erit tristitia, nullus timor, nulla ĩfirmitas, nulla mors.
Habebimus plenam beatitudinem fratres inter illa immensa beneficia domini no- Mat. 25.
stri, vt nunquã cessemus referẽdo ei gratiarũ actionẽ de beatitudine qua sumus fruituri cohæredes effecti eius qui dixit, Venite benedicti, percipite regnum quod vobis
78 paratum est ab origine mundi, donante ipso cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De verbis Apostoli, Non sic pugno quasi aerem cædens. Et de constituendis Episcopis. Sermo. XXI.

Se. 21.

BEati Apostoli epistola cum legeretur de constituendis Episcopis commemorauit nos sine dubio respicere in nos & vos, commemorauit iudicare nos, maxime quia omnes audiuimus capitula Euangelicę recentis lectionis nouissima

Ioan. 7.

sententia, Nolite iudicare personaliter, sed iustum iudicium iudicate. Persona itaque

1. Cor. 9.

iudicando nemo accipit alienam, si non accipit suam. Beatus Apostolus ait quodam loco, Non sic pugno quasi aerem cædens, sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo, ne forte alijs prędicans ipse reprobus inueniar. Suo timore nos terruit. Quid enim faciet agnus, vbi aries tremuit? Inter multa ergo qbus scripsit Apostolus, qua-

ad. Tit. 1.

lis esse Episcopus debeat, etiam illud audiuimus, vnde modo forsitā loqui & disputare non sufficiat. Si n. singula discutere, & de singulis, vt dignum est disputare conemur, nec nostræ vires sufficiunt ad loquendum, nec vestræ ad audiendum. Quid ergo est quod volo dicere, si adiuuet me quod terruit me? Inter cætera ait Episcopum

Psal. 90.

potentem esse debere in doctrina sana, vt contradicentes redarguere possit. Magnum opus est, grauis sarcina, procliuum, arduum. Sed sperabo, inquit, in deum, quoniam ipse liberabit me de laqueo venantium & a verbo aspero. Nulla. n. causa est quæ magis facit hominem dispensatorem dei pigriorem ad redarguendos contradicentes, q̄ timor verbi asperi. Prius ergo quid sit contradicentes redarguere vt dominus donarit, exponam vobis. Contradicentes non vno modo intelligendi sunt, Pauciss̄imi. n.

Luc. 12.

nobis contradicunt loquendo, sed multi male viuendo. Quando mihi audet dicere Christianus, bonum esse rapere res elienas, quando quidē non audet dicere bonū esse tenaciter seruare res suas? Nūquid enim dives ille cui successerat regio, & non inueniebat vbi poneret fructus suos, & se consilium inuenisse gaudebat destruendi veteres apothecas. & construendi nouas ampliores, vt impleret eas, & diceret animæ suæ, Anima habes multa bona in multum tempus, lætare, iocundare, satiare. Nunquid ergo iste dives aliena quærebat? Fructus suos colligere disponebat, vbi poneret consul tabat, non de cuiusque vicini agris, non limite perturbato, non expoliato paupere, non circūuento simplice, sed tantūmodo de suis colligendis cogitabat. Audite qd audierit qui tenaciter seruabat sua, & hinc intelligite quid expectent qui rapiunt aliena. Cum ergo se prudentissimum consilium inuenisse arbitraretur, de apothecis veteribus angustis deiiciendis, & ampliotibus nouis ędificandis, & omnibus suis fructibus colligendis & recondendis, non alienis concupiscendis atque rapiendis: ait illi deus, Stulte, vbi tibi sapiens videris ibi stulte. Stulte, inquit, hac nocte repetūr a te

79 D

animam tuam, hęc quę prępararsti cuius erunt? Si seruaueris tua non erunt, si erogaueris tua erunt. Quid, inquit, reponis, quod relicturus es? Ecce increpatus est stultus

Luc. 12.

male recondens. Si stultus est qui recondit sua, vos inuenite nomē eius qui tollit aliena. Si sordidus est reconditor suorum, vlcerosus est raptor alienorum. Sed non quaelis ille vlcerosus qui iacebat ante ianuam diuitis, & cuius carnes lingebant vlcera. Ille enim vlcerosus erat in corpore, raptor in corde. Fortasis aliquis respondeat & dicat, Non valde magna pœna erat illi homini, cui dixit deus, Stulte. Nō sic dicit deus, Stulte, quomodo homo dicit. Tale in quenquam dei verbum iudicium est. Nūquid enim deus stultis daturus est regnum cœlorum? Quibus autem non est daturus regnum cœlorum, quid eis restat nisi pœna gehennarum? Cōiicere hoc videmur, aperte hoc manifesteq̄ videamus. Nam & ille dives ante cuius ianuam iacebat pauperrimus vlcerosus, non est dictus raptor rerum alienarum. Erat quidam dives, inquit, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendide. Dives, inquit, erat: non dixit, calūniator: nō dixit, pauperum oppressor: non dixit, rerum alienarū raptor, aut delator, aut receptor: non dixit, pupillorū spoliator: non dixit, viduarum persecutor: Nihil horum, sed erat quidam dives. Quid magnū est? Dives erat, de suo dives erat. Cui aliquid tulerat? An forte ille auferret, & dominus de illo reticeret, & p̄sonam eius acciperet, si crimina eius abscōderet, qui nobis dicit, Nolite personaliter iudicare? Si vis ergo audire crimen diuitis illius, noli amplius quærere quam audis a veritate, Dives erat induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendide. Quod ergo eius crimen? Iacens ante ianuā vlcerosus & non auditus. Hoc enim aperte

aperte de illo dictum est, q̄ immisericors erat. Nunquid enim charissimi, si pauper ille ante ianuam iacens sufficientem panem a diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, Propter hanc solam inhumanitatem qua contēnebat pauperē ante ianuam suam iacentem, nec congrue dignęq̄ pascebat, mortuus & in inferno sepultus est. Et cum apud inferos in tormentis esset, leuauit oculos suos, & vidit pauperē in sinu Abrahæ. Et quid multis immorer? Desiderauit guttam, qui non dedit micam. Nonne accepit iustam sententiam, qui nō dedit crudeli auaritia? Si hæc ergo pœna est auarorum, quæ pœna raptorum. Sed ait mihi raptor rerum alienarum. Ergo similis illius diuitis non sum, Agapes facio, vinctis in carcere victum mitto, nudos uestio, peregrinos suscipio. Dare te putas, tollere noli, & dedisti. Cui dederis gaudet, cui abstuleris plorat: quem duorū istorū exauditurus est dominus? Dicis ei cui dederis, Gratias age quia accepisti. Sed alter tibi ex alia parte dicit, Ego gemo cui abstulisti. & pene totum tenuisti, & exiguum illi dedisti. Si ergo quod alteri abstulisses egentibus dedisses, nec talia opera diligit deus. Dicit tibi deus, stulte, iussi vt dares, sed non de alieno. Si habes, da de tuo, si non habes q̄ des de tuo, melius nulli dabis, quā alteros spoliabis. Dicturus est dominus Christus cnm in iudicio suo sederit, & alios ad dexteram, & ad sinistram alios separauerit, bene operantibus, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Sterilibus autē qui nihil boni in pauperes operati sunt, Ite in ignem æternum. Et quid dicturus est bonis? Esuriui enim & dedistis mihi manducare, & cętera. Et respōdebunt illi. Domine quando te vidimus esurientem? Et ille ad eos, Cum vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Intellige ergo stulte, qui vis eleemosynas facere de rapinis, qm̄ si quando pascis christianum, pascis Christum, quando spolias christianum, spolias Christum. Attendite quid sinistris dicturus est, Ite in ignem æternum. Quare? Esuriui, & non dedistis mihi manducare: nudus fui, & non vestistis me. Ite. Quo? In ignē ętternum. Prorsus ite. Quare? Nudus fui, & non vestistis me. Si ergo in ignem æternum ibit cui dicturus est Christus, Nudus fui, & nō vestisti me, quem locum in igne æterno habebit, cui dicturus erit, Vestitus fui, & spoliasti me? Hic fortasse vt euadas hanc vocem, ne dicat tibi Christus, vestitus fui, & spoliasti me: mutata consuetudine, cogitas spoliare Paganum, & vestire Christianum. Et hic respondebit tibi Christus, immio respondet tibi nunc per seruum qualemcunque ministrum suum, respondebit tibi Christus & dicet, Etiam hic parce damnis meis. Cum enim qui Christianus es spolias Paganum, impedis fieri christianum. Etiam & hic fortasse respōdebis, Adhuc ergo non odio pœnam ingero, sed dilectione potius disciplinæ, Ideo spolio Paganū vt per hanc asperam & salubrem disciplinam faciam christianum. Audirem & crederem, si quod abstulisti Pagano, redderes christiano. Diximus contra vnum vitium rapinarum, quo res humanæ vsquequaque uastantur, diximus, & nemo nobis contradicit, Quis enim audet apertissimæ loquendo contradicere veritati? Non ergo faci-

ad Tit. 1.

mus quod Apostolus monuit, non contradicentes redarguimus, obedientes alloquimur, laudantes instruimus, non contradicentes redarguimus. Ita vero non contradicunt lingua, sed vita. Moneo, rapit: doceo, rapit: præcipio, rapit, arguo, rapit. Quo nō contradicit? Dicam ergo quod de hac re sufficere existimo. Abstinete vos fratres, abstinete vos filij, abstinete vos a consuetudine rapiendi, & vos qui sub manibus raptorum gemitis, abstinete vos a cupiditate rapiendi. Alius potēs est & rapit, tu in manu raptoris gemis, quia rape non potes, ideo non facis. Habeto facultatem, & ibi laudabo domitam cupiditatem. Beatum sancta scriptura dicit, qui post aurū non abiit, qui

Eccli. 32.

potuit transgredi, & non est transgressus, qui facere mala potuit & non fecit. Tu autē dicis. Nunquam negaui rem alienā. Quia forte nemo tibi cōmendauit, aut forte commendauit, sed sub testibus commendauit. Dic mihi, Reddisti quando a solo solus accepisti, vbi deus inter vos fuerat? Si tunc reddisti si mortuo qui commendauerat, nescienti filio reddisti, tunc te laudabo, quia post aurum non isti, quia potuisti trāsgredi & nos es transgressurus, quia potuisti mala facere & non fecisti. Si forte alienum sacculum solidorum, vbi nemo te vidit in via inuenisti, & sine vlla mora cuius fuerat reddisti. Eia fratres, redite ad vos, inspicite vos, interrogate vos, vera respondete vobis, & iudicate vos non secundum personam, sed iustum iudicium iudicate. Ecce

Universidad de Deusto
Biblioteca

christianus es,ecclesiam frequentans,verbum dei audis, de lectione verbi dei lætiſi
me cõmoueris, Tu laudas tractantẽ, ego quæro facientem: tu inquã laudas dicentẽ, 79
ego quæro facientem. Christianus es,frequẽtans ecclesiam,amas verbum dei,liben- K
ter audis. Ecce hoc quod propono in eo te examina, in eo te appende, in eo aſcende
mentis tuæ tribunal,& conſtituet tẽ ante te,iudica te, & ſi prauum inueneris,corri-
ge te. Propono ergo. Deus dicit in lege ſua,inuentionem eſſe reddendam: deus in le-
ge ſua dicit,quam primo populo dedit, pro quibus Chriſtus nondum erat mortuus
inuentionem tanquam alienum eſſe reddendam. Si quiſquam,verbi gratia,in via in-
ueniat alienum ſacculum ſolidorum,deberet reddere,ſed neſcit cui. Non ſe excuſat
ignorantia,ſi non dominetur auaritia. Dicã veſtræ charitati, quoniã dona dei ſunt,
& ſunt in populo dei qui non fruſtra audiunt verbum dei. Dicam quid fecerit pau-
perrimus homo,nobis apud Mediolanum conſtitutis,tam pauper vt proſcolus eſſet
Grammatici,ſed plane chriſtianus,quamuis ille eſſet Paganus Grammaticus,meliot
ad velum quam ad cathedram. Inuenit ſacculum,niſi forte me numerus fallit, cum
ſolidis ferme ducentis,mẽmor legis propoſuit pittacium publice. Reddendum enim 79
ſciebat,ſed cui redderet ignorabat,propoſuit pitacium publice, Qui ſolidos perdidit L
veniat ad locum illum,& quẽrat hoiem illum. Ille qui plangens circũquaque vaga-
batur,inuento & lecto pittacio,venit ad hoiem:& ne forte quæreret alienum,quæ ſi-
uit ſigna,interrogauit ſacculi qualitatem,ſigillum ſolidorũ,etiã & numerum. Et cũ
oĩa illi fideliter reſpondiſſet,reddidit quod inuenerat, Ille autem repletus gaudio &
quærens vicem rependere,tanquã decimas obtulit illi viginti,qui noluit accipe. Ob-
tulit vel decem,noluit accipere. Saltẽ rogauit vel quinque acciperet,noluit ille. Sto-
machabundus hõ proiecit ſacculũ,Nihil perdidi ait,Si non vis aliquid a me accipe-
re,nec ego aliquid perdidi. Quale certamen fratres mei,quale certamẽ,qualis pugna,
qualis conflictus: theatrum mũdus,ſpectator deus. Victus tandem ille quod offerebã
tur accepit,& cõtinuo totũ pauperibus erogauit,vnũ ſolidũ in domo ſua non dimi-
ſit. Quid eſt? Si aliquid egi in cordibus veſtris,ſi verbũ dei inſedit in uobis,ſi requiẽ
inuenit apud vos,facite hoc fratres mei,nolite putare damnum uos pati ſi feceritis,
magnum lucrũ eſt ſi feceritis quod dico. Perdidi viginti ſolidos,pdidi ducẽtos, quin
gentos. Quid pdidiſti? De domo tua perierant,alter pdiderat, non tu Terra cõis eſt,
in vna domo eſtis,in hoc mundo ambo viatores, huius vitæ vnum ſtabulum intra-
ſtis. Poſuit ille,oblitus eſt ille: cecidit ab illo,tu inueniſti. Quis inueniſti? Chriſtia-
nus,Quis inueniſti? Qui legem audiſti,chriſtianus qui legem audiſti. Quis inueni-
ſti? Qui cum audires multa laudaſti, tu inueniſti. Si ergo veraciter laudaſti reddi
2 4. quęſt. quod inueniſti. Si ergo non reddiſti quod inueniſti quando laudaſti, teſtimonium
5. ca. ſi qd. contra te dixiſti. Eſtote fideles inuentores, & tunc iniquos vituperare raptores.
Nam quod inueniſti & non reddiſti, rapuiſti, Quantum potuiſti feciſti, quia plus
non potuiſti,idẽo non plus feciſti. Qui alienum negat, ſi poſſet & tolleret. Quod
non tollis,timor prohibet,nõ bonum facis, ſed malum metuis. Quid eſt magnum
timere malũ? Magnũ eſt non facere malum,magnum eſt amare bonum. Nam & latro
timet malũ,& vbi nõ põt non facit,& tamen latro eſt. Deus.n.cor interrogat,non ma-
num. Lupus venit,ad ouile ouiũ,quærit inuadere, quęrit iugulare, quęrit deuorare.
Vigilant paſtores,latrãt canes,nihil poterit,nõ aufert,non occidit, ſed tamen lupus
venit, lupus redit. Nunquid quia ouẽ nõ tulit,ideo lupus venit,& ouis redit? Lupus
venit fremens,lupus redit tremẽs,lupus eſt tamẽ & fremẽs & tremẽs. Interroga ergo
te qſquis vis iudicare. & vide ſi tũc nõ facis male quando potes facere, & ab hoie nõ
puniris? tunc time deũ,nemo eſt ibi niſi tu & ille cui facis malum,& deus qui ambos
videt. Vide,ibi time. Parũ eſt quod dico,vide,ibi time malum,ibi ama bonũ. Nã etiã
ſi timore gehennæ nõ facis malũ,nõdum es perfectus: audeo dicere, ſi timore gehen-
næ non facis malũ,eſt quidẽ in te fides,quia credis futurũ dei eſſe iudiciũ, gaudeo ſi
dei tuę,ſed adhuc timeo malitiæ tuæ. Quid eſt qđ dixi? Quia ſi timore gehẽnæ non
facis malũ,non amore iuſtitię facis bonum. Aliud eſt timere pœnam,aliud eſt amare
iuſtitiã. Amor caſtus in te eſſe debet,quo amore deſideres videre, nõ cœlum & terrã,
1. Ioan. 3. nõ cãpos liquidos maris,non ſpectacula nugatoria,nõ fulgores nitoresq; gemmarũ,
ſed deſidera videre deum tuum, amare deum tuum,quia dictum eſt, Dilectiſsimi ſi

li dei ſumus,& nondũ apparuit qđ erimus. Scimus aũt,qa cum apparuerit ſimiles ei 79
erimus,qm videbimus eũ ſicuti eſt. Ecce pp quã viſionẽ fac bouum, ecce pp quã vi- K
ſionem noli facere malum. Si enim amas videre deum tuũ,ſi in hac peregrinatione il
lo amore ſuſpiras,ecce probat te dominus deus tuus, quaſi dicat tibi, Ecce fac quæ
vis,imple cupiditates tuas,extende nequitiam,dilata luxuriam, quicquid libuerit li-
citum puta,non hinc te punio,non te in gehennas mitto,faciem meã tantũ tibi nega
bo. Si expauiſti,amaſti,ſi hoc quod dictum eſt,faciem ſuam tibi negabit deus, con-
tremuit cor tuum in non videndo deum tuũ,magnã pœnã putaſti, gratis amaſti. Si
ergo ſermo meus inuenit in cordibus veſtris aliquam ſcintillã gratuiti amoris dei,
ipſam nutrire. Ad hanc augendam vos aduocate preçe,humilitate,dolore pænitẽtiæ,
dilectione iuſtitiæ,operibus bonis,gemitibus ſynceris,conuerſatione laudabili, ami
citia fideli. Hanc ſcintillã boni amoris flate in vobis,nutrite in vobis,ipſa cum cre-
uerit & flammam dignisſimam & amplisſimam fecerit,omnium cupiditatum carna-
lium fœna conſumit.

De pſalmo nonageſimo quinto: & qua rationẽ dictũ ſit, Miſerebor cui miſertus fue-
ro &c. Quodq; ratio illius non ſit ſcrutanda. Sermo XXII.

QVo modo ianua introducit in domum,ſic titulus Pſalmi introducit in intel Sermo. 20.
lectum. Prænotatur.n.ſic, Quando domus ædificabatur poſt captiuitatem. Su. Ser. 3.
Quæris quæ domus,indicat tibi iam pſalmus, Cantate domino canticum Pſal. 85.
nouum,cantate domino omnis terra. Ecce quę domus, Qñ oĩs terra cãtat canticum
nouum,domus dei eſt. Cantando ædificatur,credendo fundatur,ſperando erigitur,
diligendo perficitur, Modo ergo ædificatur,ſed in fine ſeculi dedicatur. Concurrant
ergo lapides viui ad canticum nouum,concurrãt & coaptentur in ſtructuram tẽpli
dei,agnoſcãt ſaluatorẽ,recipiant habitatorem. Dictũ eſt quę domus,dicendũ eſt poſt
quam captiuitatem. Et hoc tibi indicat Pſalmus. Sequere paululũ, Cantate domino
canticum nouũ,cantate dño omnis terra. Cantate domino,benedicite nomini eius,
bene nunciate de die in diem ſalutare eius. Annunciate inter gentes mirabilia eius
in oĩbus populis gloriam eius, Quoniã oẽs dij gentium dæmonia. Ecce ſub quorum
captiuitate latebat domus. Ex prima.n. tranſgreſsione primi hominis,vniuerſum ge
nus humanum narum cũ obligatione peccati victor diabolus poſsidebat. Si.n. ſub
captiuitate non teneremur,redẽptore non indigeremus. Venit ad captiuos non ca- 79
ptus,venit ad captiuos redimẽdos nihil in ſe captiuitatis,hoc eſt iniquitatis habens, M
ſed carne mortali precium noſtrum portans. Si.n. carnem mortalẽ non haberet, vn- Roma. 1.
de in verbo ſanguis quẽ pro captiuis funderet? Ille autem qui ad captiuitatem no-
ſtram venit cum ſimilitudine carnis peccati,non cum carne peccati venit: ſimilitu-
do enim erat illa carnis peccati: vera caro,ſed ſimilis carni peccati: vera caro, ſed nõ
pcti caro. Ille ergo qui ita venit,quis erat? Bene nunciate de die in diẽ. Ecce quis erat, Ioan. 1.
Dedie in diẽ erat,deus de deo erat,lumen de lumine erat,ſed verbũ caro factũ eſt, vt
hab itaret in nobis,latens maieſtas,apparens infirmitas vt moriatur infirmitas,& te
neatur maieſtas. Si ergo vniuerſus mundus ſub captiuitate tenebatur,benedictũ eſt, Exod. 33.
Miſerebor cui miſertus fuero,& miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero. Si.n. Roma. 9.
totus mundus ſub captiuitate, totus mundus in peccato, totus mundus iuſtisſime
ſupplicio deſtinatus,ſed ex parte per miſericordiam liberatus. Quis dicat deo,quare
damnas mundum? Quomodo accuſatur iudex deus, quando damnatur mundus
reus es. Si quid debeas conſideres,pœna vocatur,nec cum a te debitum exigitur, exa
ctor iuſte reprehenditur. Reprehenditur exactor ſi indebitum exigit: cum vero de- 80
bitum exigit,quis reprehendat exactorem,quãuis expectat donatorem? Cui vult mi A
ſeretur,& quem vult obdurat. Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam Roma. 9.
volũtati eius quis reſiſtit? O homo tu quis es qui reſpõdeas deo? Quis ſit ille attẽde
quis ſis tu attẽde. Ille deus eſt,tu hõ. Sed iuſtitiã tibi loqui videris tu,& fons ille iuſti
tiæ ſiccatus eſt? Si iuſtũ loqueris,vñ tibi? Aut ſi iniuſtũ loqueris,debes tacere? Aut ſi
iuſtum loqueris,& nõ habes niſi de fonte iuſtitiæ. Fons aũt iuſtitię quis eſt niſi de-
us. Primũ ergo fundamentũ fidei ponẽ. Nũquid iniquitas apud deũ? Latere te ęqtas
aũt,eſſe ibi iniqtas nõ poteſt. Expectas a me fortaſſe vt dicã tibi ire cui vult miſere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& quẽm vult obdurat.Expectas a me homo.Si & tu homo & ego homo, ambo au
diamus.O homo tu quis es quis reſpondeas deo? Melior eſt ergo fidelis ignorantia,
quam temeraria ſcientia. Deus mihi dicit,per Apoſtolum Chriſtus loquitur, O ho-
mo tu quis es qui reſpondeas deo?Et ego indignor, quia non noui iuſtitiam dei. Si ho
homo ſum,non indigner,excedam hominem ſi poſſum,& forte attingam. Sed & ſi at
tigero homini nõ dicam excedat & ipſe & attingat mecum.Et quis eſt,inquis,qui ho
1.Cor.1. mo hominem excedat?Ergo non quibuſdam exprobat Apoſtolus,& dicit, Cum.n.di
citis,Ego Pauli,ego Apollo,nonne homines eſtis? Quid eos facere volebat,quibus ex
Ioan.15. exprobabat ꝙ homines erant?Homo es,ad Adã pertines.Pertine ad filium hominis,
& forte dicit tibi,Iam non dico vos ſeruos,ſed amicos, quoniam quæ audiui a patre
meo,nota feci vobis.Sed diſcipulis hoc dixit, Apoſtolis illis hoc dixit: non debemus
Ioan.15. contriſtari quia nondum tales ſumus.Et tamen etiam ipſis quomodo hoc dixit, Oia
quæ audiui a patre meo nota feci vobis?Puto quia in ſpe dixit hoc, nõdum in re:pu
puto quod ſacturus erat, non quod erat, non quod iam fecerat. Et vnde probatur
Pſal.21. cum ille dicat,nota vobis feci,non dicat,nota faciam: Quia dicũtur quædam in ſcri-
Tit.3. pturis de præterito,cum intelligantur de futuro. Quomodo dicuntur de præterito,
cum intelligantur de futuro?Foderunt,inquit,manus meas & pedes meos, dinume-
rauerunt omnia oſſa mea. Nondum factum erat & tanquam factum annunciabatur
quod futurum erat.Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.Alio autem loco ip
Rom8. ſe dicit,Spe ſalui facti ſumus.Spes autem quæ videtur non eſt ſpes.Spe ſalui facti ſu
mus,non niſi de præterito dicimus: & quoniã ſpe ſalui facti ſumus nondũ re, adhuc
futurum eſt quod ſperamus.Nam iam videmus & tenemus,ſed nõdum res, ſed ſpes.
Quod enim videt quis,inquit,quod ſperat? Si autem quod non videmus ſperamus,
per patientiam expectamus.Et tamen ſalui facti ſumus, & tamen adhuc ſalutem ſpe-
Ioan.35. ramus,& expectamus,nondum tenemus,Sic & dominus diſcipulis ait, Omnia quæ
Ioan.16. audiui a patre meo,nota vobis feci.Si hoc iam factum erat,quare alio loco dicit illis:
Adhuc multa habeo vobis dicere,ſed non poteſtis portare modo ? Certe omnia quæ
audiui a patre meo nota feci vobis.Sed cum dicit, Non poteſtis illa portare modo,&
dicit,habeo vobis dicere,differt non aufert.Propter certam ergo ſpem,quam ſine du
bio ſciebat id ſe fuiſſe facturum,apud illum tanquam factum computabatur, & ideo
2.Cor.6. dicebat,Nota vobis. Quãdiu ergo ſumus in corpore peregrinamur a domino. Per fi-
dem enim ambulamus non per ſpeciem. Quantum nobis datur & fidem teneamus,
& de iuſtitia dei non dubitemus: iniquitatem apud illum eſſe omnino nõ credamus,
ne in magnam voraginẽ impietatis veniamus,& cum perfecta fide tenuerimus, nul
lam apud eum eſſe iniquitatem,& ſi illam modo non videmus,ideſt,æquitatem quæ
eſt apud ipſum,ſiniatur via & veniemus ad patriam.Non poteſt videri tempore fidei
videbitur tempore ſpeciei.Nunc enim per fidem ambulamus, tunc per ſpeciem.Quid
Pſal.44. eſt per ſpeciem? Speciosus forma præ filijs hominum: quia in principio erat verbũ,
Ioan.1. & verbum erat apud deum,& deus erat verbum. Qui diligit me, inquit,mãdata mea
Ioan.3. cuſtodit,& qui diligit me,diligetur a patre meo, & ego diligam eum. Et quid illi da-
1.Ioan.3. bis? Et oſtendam meipſum illi. Hæc erit ſpecies quando faciet quod dixit, & oſtendã
meipſum illi. Ibi æquitatem dei videbis,ibi ſine codice in verbo leges.Ergo cum vide
rimus eum ſicuti eſt,iam tranſiet peregrinatio noſtra,poſtea vero gaudebimus gau-
dio angelorum. Hęc enim in via. Quid eſt via? Fides eſt. Propter fidem tuam factus
eſt deformis Chriſtus,manet autẽ ſpecioſus Chriſtus,Speciosus forma præ filiis ho-
minum videbitur poſt peregrinationem.Modo autẽ fide qualis videtur: Et vidimus
Eſai.53. eum & non habebat ſpeciem neque decorem , ſed vultus eius abiectus , & defor-
mis poſitio eius,hoc eſt,vultus eius. Deſpectus & deformis poſitio eius,homo in pla
ga poſitus,& ſciens ferre infirmitates. Deformitas Chriſti te format. Ille enim ſi de-
formis eſſe noluiſſet,tu formam quam perdidiſti non recipiſſes,pendebat ergo in cru
ce deformis,ſed deformitas illius pulchritudo noſtra erat. In hac ergo vitam defor-
mẽ Chriſtum teneamus. Quid eſt deformẽ Chriſtum? Abſit mihi gloriari niſi in cru
ce dñi noſtri Ieſu Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt & ego mundo. Hæc
eſt deformitas Chriſti Nũquid dixi me aliquid ſcire in uobis niſi viam ? Hæc eſt via,
credere in Chriſtum crucifixum,huius deformitatis ſignum in fronte portamus: de

iſta deformitatẽ Chriſti non erubeſcamus. Hanc viã teneamus,& ad ſpeciem perue-
niemus. Cum peruenerimus ad ſpẽm,æquitatem dei videbimus: & iam non erit ibi
dicere, quare huic ſubuenit,& huic non: quare iſte adductus eſt a gubernatione dei
vt baptizaretur: ille autem cũ bene catechumenus vixerit,ſubito ruina mortuus eſt,
& ad baptiſmum non peruenit: ille cum ſcelerate vixerit,cum luxurioſus, cum mœ-
chus,cum ſcenicus, cum venator ægrotauit, baptizatus eſt, diſceſſit, peccatum in eo
conuictum eſt,peccatum in eo deletum eſt,Quęre merita,non inuenies niſi pœnam,
quęre gratiam,O altitudo diuitiarum. Petrus negat, latro credit. O altitudo diuitia- Roma.11.
rum. Hoc nos putas perſcrutari poſſe,quod Apoſtolus beatus expauit? Et cum tãtã
ꝓfunditatem & altitudinẽ inſpiciens contremiſceret,exclamauit, O altitudo diuitia
rũ ſapientiæ & ſcientiæ dei. Quid enim dixerat antẽ,vt ad hãc exclamationem veni-
ret? Rẽ dixerat,vbi ſi nõ credatur deo,quia nõ eſt iniquitas apud deũ, iniquitas iudi-
cabitur. Gentibus dicebat,fidelibus dicebat de Iudęis, Sicut vos,inquit, non credidi- Roma. 9.
ſtis deo,nunc autem miam conſecuti eſtis illorum incredulitate,ſic & hi non credide Roma. 11.
runt in veſtram miam,vt & ipſi miam conſequantur. Concluſit enim oẽs deus in cre
dulitate,vt oĩum miſereatur. Hinc poſtea Paulus dixit,Et quę iſta ratio eſt æquitatis
& iuſtitiæ dei,concludere omnes in incredulitate vt oĩum miſereatur ? Quęris tu ra-
tionem,ego expaueſcã altitudinem. O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ dei. Tu
rationare,ego mirer: tu diſputa,ego credam: altitudinem video, ad ꝓfundũ non per-
uenio. O altitudo diuitiarũ ſapientiæ & ſcientiæ dei, quã inſcrutabilia ſunt iudicia
eius,& inueſtigabiles viæ eius: forte expoſiturus es? Quis enim cognouit ſenſum do
mini,aut quis conſiliarius eius fuit,aut quis prior dedit illi,& retribuetur ei? Qm ex Rom.11.
ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia , ipſi gloria in ſecula ſeculorum . Requieuit,
quia inuenit admirationem,nemo quærat a me occultorum rationẽ. Ille dicit,Inſcru
tabilia ſunt iudicia eius,& tu ſcrutari veniſti ? Ille dicit, Inueſtigabiles ſunt viæ eius,
& tu inueſtigare veniſti ? Si inſcrutabilia ſcrutari veniſti, & inueſtigabilia inueſtiga
re veniſti,crede,iam periſti. Tale eſt velle ſcrutari inſcrutabilia & inueſtigabilia inue
ſtigare,quale eſt velle inuiſibilia videre, & inffabilia fari. Ergo ædificetur domus, cũ
peruenerit ad dedicationem, tunc fortaſſe inueniet iſtorum occultorum apertiſſi-
mam rationem.

De verbis Apoſtoli , Inuicem onera veſtra portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti: Galat. 6.

Sermo XXI. Sermoxxi.

QVia lex vẽteris teſtamẽti.ſ.cuſtodita timorẽ habebat,non potuit apertius ſi
gnificari noui teſtamẽti donũ eſſe charitẽ , quã hoc loco vbi Apoſtolus ait ,
Inuicem onera veſtra portate,& ſic adimplebitis legẽ Xpi. Hanc enim legẽ Galat.6.
Xps dicere intelligitur,qua ipſe dns præcepit vt nos inuicem diligamus,tm in ea ſen
tentia præcepti pondus conſtituens vt diceret, In hoc cognoſcent qm diſcipuli mei Ioan.13.
eſtis,ſi uos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officiũ eſt, Inuicem onera ve-
ſtra portate: ſed hoc officiũ non eſt ſempiternũ. Perducet ſanè ad beatitudinem ſem-
piternã in qua nulla erunt onera noſtra quę inuicẽ portare iubeamur: nunc uero cũ
in hac uita,id eſt, cũ in hac uia ſumus, onera noſtra inuicẽ portemus, ut ad eam uitã
quę caret oĩ onere peruenire poſſimus. Sicut enim de ceruis nõnulli talium cognitio
num ſtudioſi ſcripſerunt,cum fretum ad inſulam tranſeunt paſcuarũ gratia,ſic ſe or
dinant, ut onera capitum ſuorum quæ geſtant in cornibus ſuper inuicẽ portent , ita
ut poſterior ſuper anteriorem ceruice ,piecta caput collocet. Et quia neceſſe eſt unũ
eſſe qui cæteros præcedens non ante ſe habeat cui caput inclinet, uicibus dicuntur
id agere,ut laſſatus ſui capitis onere,ille qui præcedit poſt omnes redeat, & ei ſucce-
dat cuius ferebat caput cum ipſe prẽiret : ita inuicem onera ſua portantes fretum
tranſeunt,donec ueniãt ad terrę ſtabilitatem. Iſtam ceruorũ naturã fortaſſe intende-
rit Salomon cũ ait , Ceruus amicitiæ & pullus gratiarũ colloquatur tecũ. Nihil enim Prouer. 3.
ſic ꝓbat amicũ, quemadmodũ oneris amici portatio . Nec tamẽ inuicẽ portaremus
onera noſtra,ſi unũ tẽpus eſſet infirmitatis ambor ũ qui onera ſua ſuſtinent : aut. n.
unũ infirmitatis genus, ſed diuerſa tẽpora: aut eadem tẽpora & diuerſa genera infir-
mitatis faciunt ut onera noſtra inuicem portare ualeamus. Verbi gratia : Iran. fratris
tunc portabis cum tu aduerſus eũ non iraſceris, ut rurſum eo tpe quo te ira ꝓcupa

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerit,ille te lenitate & tranquillitate supportet. Hoc exẽplũ ad id pertinet cum diuersa sint tẽpora portantium onera sua,quãuis ipsa diuersa non sit infirmitas, in ambobus enim ab inuicẽ ira portatur. Ad diuersum autẽ infirmitatis genus aliud exemplũ videndũ est, veluti, Siquis in se loquacitatẽ vicerit, & pertinaciam nondum vicerit; alius vero sit adhuc loquax, sed etiam pertinax non sit: debet ille huius loquacitatẽ, & iste illius pertinaciã, donec illud in illo, & istud in isto sanetur charitate portare. Para quippe infirmitas in duobus si vno accidat tpe, tolerare seinuicẽ non valent, cum aduersus se intenditur. Nam aduersus aliquẽ tertiũ & duo irati sibi conueniunt & tolerant: quãquã nec tolerare seinuicem dicendi sunt, sed potius seinuicem consolati: sicut & tristes de vna re magis se portant, & quasi incumbunt sibi, q̃ si vnus tristis esset, & alius gauderet si autem aduersus se tristes sint, prorsus se tolerare non possunt. Et ideo in huiuscemodi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa ægritudo de quauis parte alĩ liberari, & sic suscipienda, vt ad auxilium, non ad æqualitatẽ miseriæ valeat: quemadmodum se inclinat q manũ iacẽti porrigit. Nõ enim se proiicit vt ambo iaceat, sed incuruat tantũ vt iacẽtẽ erigat. Neque vlla res officiosum istu laborẽ, ad portanda onera aliorũ facit libẽter impẽdi, sicut cũ cogitamus quanta pro nobis pertulit dñs. Hinc enim admonẽs ait Apostolus. Hoc sentite in vobis, qđ & in Philip.2. Xpo Iesu, Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã arbitratus esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs, in similitudinẽ hominũ factus, & habitu inuẽtus vt homo, humiliauit semetipsum factus obediẽs vsque ad mortẽ, mortem autẽ crucis. Superius enim dixerat, Nõ quæ sua sunt vnusquisq; intẽdentes, sed ea quæ aliorũ. Huic sententiæ contexuit qđ dictũ est. Nam ita sequitur: Hoc sentite in vobis Ioan. 1. qđ & in Christo Iesu: ad hoc dũtaxat, vt quemadmodũ ille in eo ꝙ verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis, & sine peccato cũ esset, peccata nostra suscepit, non attendit sua, sed nostra, ita & nos libẽter ad eius imitationẽ inuicem onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiã illa cogitatio, qua ille suscepit hoiem, nos aũt hoies sumus, & considerare debemus ꝙ ægritudinem siue aiæ siue corporis, quã in homine alio videmus, ẽt nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus ei cuius infirmitatẽ portare volumus, quod ab illo nobis velimus exhiberi: si forte nos in ea 1.Cor.9. essemus, & ipse nõ esset. Ad hoc pertineret qđ ipse Apostolus ait, Oĩa oĩbus factꝰ sum, vt omnes lucrifacerẽ: cogitando. Si in eo vitiũ ẽt se esse potuisse vnde cupiebat alium liberare: compatiẽdo enim potius id agebat, nõ mẽtiendo sicut quidã suspicantur, & hi maxime qui mẽdacijs suis defendẽdis quæ negare nõ possunt, alicuius magni exẽpli patrocinij requirunt. Deinde ẽt illud cogitãdũ, nullũ esse hoiem qui nõ possit habere aliquid boni qđ tu nondũ habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quæ cogitatio ad contũdẽdam, & edomãdã superbiam valet. Ne arbitreris, qm̃ tuam quædã bona eminẽt & apparant, ideo alterũ nulla habere quæ lateãt, & fortasse maioris ponderis bona quibus te superat nesciẽtẽ. Nõ enim falli nos, aut adulatione potius vti Apostolus iubet cũ dicit, Nihil p contentionẽ neq; p inanẽ gloriã, Philip.2. sed in humilitate mentis alter alterũ existimantes superiorẽ sibi. Non hoc ita debemus existimare, vt nõ existimemus, sed nos existimare fingamus: sed vere existimemus, posse esse aliquid occultũ in alio quo nobis superior sit, ẽt si bonum nostrũ quo illo videmur superiores esse nõ sit occultũ. Hæ cogitationes deprimẽtes superbiã, & acuentes charitatẽ, faciunt onera fraterna inuicem, non solum æquo animo, sed etiã libentissime sustineri. Nullo modo autem de quoquam hoie incognito ferenda sententia est, & nemo nisi per amicitiam cognoscitur, & ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectant & tenent. Nullius itaque repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non vt statim recipiatur, sed In amicitiam receptus. vt recipiendus optetur, atque ita tractetur vt recipi possit. Illud enim receptum in amicitiam possumus dicere, cui omnia consilia nostra refundere audeamus. Et si sit quisquam, qui se non audet ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo nostro temporali honore aut dignitate reuocatur, descendendum est ad eum, & offerendum illi quadam comitate & submissione animæ, quod petere per semetipsum non audet. Sanè, quanuis raro, tamen aliquoties accidit, vt eius quem volumus in amicitiam recipere, prius nobis innotescant mala quàm bona, quibus

offensi & quodammodo repercussi relinquimus eum, & ad bonorum eius quę forte
81 occultiora sunt indagationem non peruenimus. Admonet itaq; dominus noster Ie-
B sus Christus, qui nos vult effici imitatores suos vt eius infirma toleremus, vt ad quę
dam sana, in quorum delectatione acquiescamus, per charitatis tolerantiam perducamur. Ait enim. Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus. Ideoq; si ꝓpter Chri Mat.9.
sti charitatem etiam eũ qui ex omni parte fortassis ægrotat, repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per verbum dei: quãto minus eum qui propter nos videri potest totus ægrotus, quia quædam eius saucia in primo ingressu amicitiæ nõ potuimus sustinere, & quod est grauius cum offensione animi de toto homine ausi sumus temerariam præiudicii ferte sententiam, non timentes quod dictum est, Noli Mat.7.
tene iudicare iudicemini, & in qua mẽsura mẽsi fueritis, in ea remetietur vobis. Sępe aũt illa quæ bona sunt prius apparent, in quibus etiam temerariũ beneuolẽtiæ iudicium cauendum est: ne cum totum bonum putaueris, ea quæ postea mala apparuerint, securum & imparatum te inueniant, & grauius offendant, & eum quem temere
81 dilexeras, acerbius oderis: quod nefas est, quia etiamsi nulla eius bona præcederent,
C & hæc quæ postea apparuerunt mala prius eminerent, toleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres quibus talia sanari solent: quantomagis cum ea bona præcesserunt, quæ tanquam pignora nos debent ad posteriora toleranda constringere. Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicem onera nostra portemus. Christum autem diligendo facile sustineamus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter sua bona diligimus, Cogitamus enim quia ille quem diligimus dominus propter eum mortuus est. Ipsius. n. domini charitatem nobis Apostolus ingesit, cum diceret, & peribit in- 2.Cor.8.
firmus in tua scientia frater propter quem Christus mortuus est: vt si illum infirmũ propter vitium quo infirmus est minus diligimus, illum in eo cõsideremus qui mortuus est propter ipsum Christum autem non diligere, non infirmitas sed mors est. Quapropter ingenti cura & implorata dei misericordia cogitandum est, ne Christũ negligamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christũ.

De eisdem verbis Apostoli, quibus in sermone præcedenti. Sermo XXIIII.

Galat.6.

OMnes nos per Apostolum admonuit veritas, vt inuicem onera nostra portemus, & in eo ipso quo nos admonet vt inuicem onera nostra portemus, quo fructu Sermo.22.
id faciamus ostendit, adiungens dicit, & sic adimplebitis legem Christi. Quæ nõ implebitur, nisi inuicem onera nostra portemus. Quæ sint onera ista, & quemadmo-
81 du ea portaada sint, quoniam quidem omnes pro nostris viribus conari debemus im-
D plere legem Christi, adiuuante domino conabor ostendere. Quiddam me demonstraturum esse proposui, mementote vt exigatis, vt cum reddidero non petatis. Hoc me demonstraturum esse proposui, adiuuante domino intentionem meam, & ꝓ me oratione vestra, quæ sint onera quæ inuicẽ nos iubet, vt portemus Apostolus & quẽadmodũ portanda sint. Hoc si fecerimus, illud vbi fructum posuit sua sponte consequitur, vt impleamus legẽ xpi. Dicit aliquis, Obscure n. Apostolus locutus est, vt tu coneris exponere, q̃ sint ista onera, vel quẽadmodũ inuicẽ sustinẽda. Et illic q̃stio q̃ nos cogit onera distinguere, & in ipso quippe capitulo lectionis habes ibi positum, Vnusquisq; aũt ꝓpriũ onus portabit. Iã ergo occurrit sensibus vestris. Si vnusquisq; Galat.6.
onus ꝓpriũ portabit, qũo dicit, inuicẽ onera vestra portate, nisi quia onera nostra distinguenda sunt, ne sibi contraria loqui putetur Apostolus, Nõ. n. longe, nõ. n in alia epistola, nõ. n. in hac ipsa lõge superius aut inferius, sed in eo ipso loco, ita ut sibi sint eadẽ verba contigua vtrũq; posuit. Et quia vnusquisq; propriũ onus portabit, & qđ admonuit & hortatus est, vt inuicẽ onera nostra portemus. Alia ergo sunt onera in quibus vnusquisq; propriũ portat, nec portat cũ alio alter, nec ꝓpicit in alterũ: & alia
81 sunt onera in quibus recte dicis fratri, porto tecũ, aut porto pro te. Si ergo distinctio- Onera diuersa.
E ne opus est, nõ est facilis intellectus. Cõtra eos ergo qui putabãt posse hominẽ cõtaminari peccatis alienis, rñdit Apostolus, Vnusquisq; onus ꝓpriũ portabit. Itẽ contra eos quibus p hoc posset negligẽtia subintrare, vt quasi securi facti qđ nõ contamina rentur peccatis alienis neminẽ curarẽt corrigere, inuicẽ onera nostra portare breuiter dictum, breuiterq; distinctum est, & quantum existimo manifestationem veritatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

is non impediunt. Nam & breuiter audistis, & cito intellexistis. Corda vestra non vidi, sed testes cordis voces audiui. Iam ergo tanquam de intellectis securi, aliquanto latius differamus, non vt intelligendum insinuetur, sed vt quod intellectum est commendetur. Onera quæ vnusquisq; sua portat peccata sunt. Has detestabilium onerū
Mat. 11. sarcinas portantibus hominibus, & sub eis frustra sudantibus, dominus dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Quo reficit peccatis oneratos, nisi indulgentia peccatorum? Concionator mundi, de quadam specula excelsæ authoritatis exclamat, Audi genus humanum, audite filij Adam, audi genus la-
Mat. 23. boriosum & in fructuosum: video laborem vestrum, videte donum meum, scio laboratis & onerati estis, & quid est miserius pernicioſas sarcinas vestris humeris alligatis, adhuc quod peius est onera addi vobis petitis, non deponi. Quis nostrum breui tempore potest multiplicitatem & varietatem harum differere sarcinarum? Tamen inde pauca commemoremus, & de his cætera coniectemus. Videte hominem oneratum sarcina auaritiæ, videte illum sub hac sarcina sudantem, anhelantem, sitientem, & laborando sarcinam addentem. Quid expectas o auare, amplectens onus tuum & [catenis cupiditatis alligās malam] sarcinā sub humeros tuos? Quid expectas? Quid laboras? Quid inhias? Quid concupiscis? Nempe satiare auaritiam. O vota inania & facta nequissima. Expectas ergo satiare auaritiam. Illa te potest præmere, tu illā non potes satiare. An forte non est grauis? Vsqueadeo sub hac sarcina sensum etiam perdidisti? Non est grauis auaritia? Quare ergo te de somno excitat, quæ te aliquando etiam dormire non sinit? Et fortasse habes cum illa alterum onus pigritiæ, & ista duo nequissima onera secumq; pugnantia præmunt te, & dilaniant te. Non enim paria imperant, non enim similia iubent. Pigritia dicit, dormi: auaritia dicit, surge: pigritia dicit, noli pati frigidos dies: auaritia, tolera in mari etiā tempestates. Illa dicit quiescere: illa non sinit quiescere, iubet non solū procede, sed & nauiga trans mare, quære terras quas ignoras, merces in India deportandæ sunt, non nosti linguam Indorum, sed intelligibilis videtur sermo auaritię. Venies ignotus ad ignotum, das, accipis, emis, portas, periclitatus venisti, cum periculo redis, exclamas in mari exagitatus tempesta-
te, peus libera me. Non audis respondentem, Quare? Misi te? Auaritia tibi iussit vt acquireres quod non habebas, ego tibi iussi vt sine labore ante ostium tuum pauperi dares quod habebas. Illa te ad Indos misit ad deportandum aurū, ego tibi ante ostium Christum posui, a quo emeres regnum cœlorum. Laboras in iussione auaritiæ, in iussione mea nō laboras. Ambo iussimus, nō audisti me, cui obaudisti liberet te. Quàm multi has sarcinas portant, quanti mihi modo contra ipsas sarcinas loquenti sub ipsis positi exclamant. Cum sarcinis intrarunt, cum sarcinis exeūt, auari ingressi, sunt auari discedunt. Ego loquendo contra istas sarcinas laboraui. Si clamatis, ponite q̄
pMat. 11. portatis. Postremo me nolite audire, imperatorem vestrum audite clamantem, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Non enim venitis, nisi laborare desinatis. Vultis ad me currere, sed cum grauibus sarcinis non potestis. Venite, inquit, ad me qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Do veniam præteritorum peccatorū, tollam quod præmebat oculos vestros, sanabo quod nocuit humeris vestris. Tollam quidem sarccinas, sed inanes a sarcinis non dimittam. Tollam sarcinas malas, & imponam bonas. Cum enim dixisset, Et ego vos reficiam, adiunxit, Tollite iugum meum super vos. Male te subiugauerat cupiditas, salubriter te subiuget charitas. Tollite iugum meum super vos, & discite a me. Si vobis viluit humanum qualecunq; magisterium, discite a me. Christus clamat magister, vnicus filius dei, solus verax, verus, veritas clamat, discite a me.
Ioan. 1. Quid? Quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt? Nunquid hoc ab eo discere poterimus, mundum fabricare, cœlum luminibus implere, diei noctisq; vicissitudines ordinare, tpa & secula iubere percurrere, seminibus vim tribuere, animalibus terram implere? Nihil horū nos iubet discere magister cœlestis, illa facit vt deus. Sed quia iste des & hō esse dignatus est, in eo q̄ deus est audi vt recreeris, in eo q̄ homo est audi vt imiteris. Discite, inquit, a me, non mundum fabricare & creare naturas, nella quidem alia quæ hic latens deus, homo manifestus esse-
cit: nec ipsa dicit, discite a me febres ab ægrotantibus pellere, fugare dæmonia,

nia, mortuos suscitare, ventis & fluctibus imperare, super aquas ambulare, nec hoc dicit, discite a me. Hæc enim dedit quibusdam discipulis suis, quibusdam non dedit. Hoc autem discite a me, omnibus dicit, ab hoc præcepto nemo se excuset, discite a me Matt. 11.
quia mitis sum & humilis corde. Quare dubitas hanc sarcinam ferre? Hæc sarcina grauis est, humilitas & pietas? Hæc sarcina grauis est, fides, spes, charitas,? Ista enim humilem, ista mitem reddunt. Et vide quia oneratus non eris, si ipsum audieris. Iugum enim meum leue est, & sarcina mea leuis. Quid est, leuis est? Quid si habet pondus, sed minus? Plus habet auaritia, minus iustitia. Nolo sic intelligas. Hæc sarcina non est pondus onerati, sed alæ volaturi. Habent enim & aues pennarum suarū sarcinas. Et quid dicimus? Portant illas, & portantur. Portant illas in terra, portātur ab illis in cœlo. Tu si misericordiam velis præbere aui, præsertim æstate & dicas, miserā istam auiculam onerant pennæ & detrahas onus hoc, in terra remanebit, cui subuenire voluisti. Porta ergo pennas pacis, alas accipe charitatis. Hęc est sarcina, sic implebitur lex Christi. Distincta sunt onera. Videte nunc nescio quis auarus intrat, nosti illum auarum, stat tecum, & tu non es auarus, sed etiam misericors, das pauperi quod habes, non inhias in ea quæ non habes, audi dicentem Apostolum, Præcipe 1. Tim. 6.
diuitibus huius mundi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum: diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicēt, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant ueram vitam. Audisti, agnouisti,, didicisti, tenuisti, fecisti. Fac quod facis, noli pigrescere, noli cessare, Qui perseuerauerit vsq; in finem hic sal- Mat. 10.
uus erit. Bene fecisti homini, ingratus est homo, non te pœniteat bene fecisse, ne fundas pœnitendo quod impleuisti miserando: dic in corde tuo, Non videt iste in quem feci, videt ille propter quem feci, quia iste si videret, si ingratus non esset, sibi potius quàm mihi prodesset. Ad deum me teneam quem non latet quod facio, non solum quod facio, sed etiam quo corde facio, illum sperem retributorem, qui facti mei non quæret testem. Talis es, & forte in populo dei stat iuxta te auarus raptor inhians rebus alienis. Quem nosti talem, & fidelis est, uel potius fidelis vocatur, nō eum potes de ecclesia pellere, non habes aliquem aditum castigando & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare, noli timere, vnusquisq; proprium onus portabit, memento Apostoli vt securus accedas, Vnusquisq; proprium onus portabit: tantummodo tibi non dicat, porta mecum. Nam si cum illo communicare volueris auaritiam, Galat. 6.
onus non minuitur, sed duo grauabuntur. Portet ergo sarcinam suam, & tu tuā, quo niam quando ex humeris dominus tuus talem sarcinam excussit, alteram imposuit. Excussit cupiditatis, imposuit charitatis. Ergo secundum cupiditates malas vnusquisq; sarcinam suam portat, malus malam, bonus bonam. Conuerte te iam & ad illud præceptum, Inuicem onera vestra portate. Habes enim sarcinam Christi, vnde Vbi sup.
portes cum altero onus proprium. Pauper est, diues es, onus illius paupertas est, tu tale onus non habes. Vide ne forte cū te interpellauerit paupertas, dicas, Vnusquisq; onus proprium portabit. Hic alterum præceptum audi, Inuicem onera vestra portate, paupertas non est onus meum, sed est onus fratris mei. Vide ne diuitiæ sint maius onus tuū. Nā non habes onus paupertatē, sed habes onus diuitias: si bene intendas, onus est, ille alterum onus habet, tu alterum. Porta cum illo, & portat tecum, vt inuicem onera uestra portetis. Quid est onus paupertatis? Non habere. Quid est diuitia- On' paup
rum onus? Plus quàm opus est habere. Et ille oneratus est, & tu oneratus es. Porta cū tatis diui-
illo non habere, portet tecum plus habere, vt fiant æquales sarcinæ vestræ. Si n. dede- tiarumq;
ris indigenti, minuis illi non habenti onus ipsius quod erat non habere, si ei dederis, incipit habere: minutum est illi onus quod vocatur non habere minuit & ipse onus tuū quod vocatur plus habere. Duo ambulatis viam dei in peregrinatione huius seculi, tu portabas sumptus magnos superfluos, ille autem sumptus nō habebat, adhęsit tibi comes tuus esse desiderans, noli negligere, noli spernere, noli relinquere. Non vides quantum portes? Nihil portanti & non habenti da aliquid, & comitem adiuuabis, & te releuabis. Apostolica sententia satis, quantum opinor, exposita est. Non uobis fumos vendant qui dicunt, Sancti sumus, non portamus sarcinas vestras, ideo vobis non cōicabimus. Maiores isti portant sarcinas diuisionis, maiores isti portant

Universidad de Deusto
Biblioteca

sarcinas precisionis, sarcinas schismatis, sarcinas hæresis, sarcinas dissensionis, sarcinas animositatis, sarcinas falsorum testimoniorum, sarcinas calumniosarum criminationum. Has sarcinas conati sumus,& conamur deponere de humeris fratrũ nostrorum. Illi amant tenentes illas ad se,minores esse nolunt,quia ipsis sarcinis tumue
runt. Nam & qui ponit sarcinam quam gestabat collo quasi minor fit,sed pondus posuit non staturam. Sed ego,inquis,non cõico peccatis alienis, quasi hoc dicam,veni cõica peccatis alienis. Nõ hoc dico,noui quid dicat Apostolus, sed illud dico propter peccata aliena. Si vera essent,& non tua magis essent, gregem dei mixtum ouibus & hœdis non desereres,aream dominicam quãdiu palea trituratur non relinqueres,re-
Mat. 13. tia dominica quandiu bonos & malos pisces ad littus trahit nõ dirumperes. Et qũo, inquis,ferrem quem noui malum? Nonne melius ipsum ferres,quàm te foras effe-
Galat. 3. res? Ecce qũo ferres si attenderes Apostolum dicentem, Vnusquisq; proprium onus portabit. Liberet te ista sententia. Non n. cũ illo communicares auaritiam, sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid tibi obesset, si cũm illo communicares
1. Cor. 11. Christi mensam? Apostolus dicit, Qui enim manducat & bibit indigne,iudicium sibi manducat & bibit. Sibi non tibi. Sanè si iudex es,si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula si apud te accusatur, innumeris documentis tristibusq; conuincatur,corce,corripe,excommunica, degrada. Sic vigilet tolerantia, vt non dormiat disciplina. Sed damnatus est,inquiunt, Cæcilianus. Damnatus. A quibus? Primo absens,deinde a traditoribus innocens. Allegata sunt ista,gestis inserta,probata sunt. Eneruare quidam vires veritatis conati sunt,& inanium nebulis persecutionũ, eius serenitatem nebulare quantum potuerunt ensi sunt, adfuit dominus, vicit serenitas eius nebulas eorum. Et videte qũo nescientes absoluerũt Ecclesiã orbis terrarũ, cuius cõmunione gaudemus,qualescunq; in ea simus,non ipsos nos,sed ipsam tue-
Mat. 3. mur,defendimus,obtinemus aream dominicam defendendo. Pro area dominica clamo,tu quis in ea sim nolo cures. Ventilabrum expecto,nolo,inquam, vt cures, aut si curare vis,noli cum lite curare,vt possis fratrem sanare. Cura paleam, si potes,sed triticum noli relinquere,si paleam curare non potes. Excutiuntur aliquando de area dominica & paleæ,interdum & grana,sed non longe. Sunt autem operarii boni,circumeunt aream,& ea quæ foris excussa sunt quibusdam mundatoriis,trahunt & reuocant in aream,& si trahendo,& si cogendo. Mũdatoria instrumenta sunt leges istæ mundanæ. Reuoca, etiam cum terra trahe triticum,ne propter terram pereat triticũ. Damnatus est,inquiunt, Cæcilianus,damnatus est semel assens,ter absolutus est pissens. Respondimus eis,& homines iudociles,quantum potuimus breuiter de suis sanctis admonuimus & diximus, Quid recitatis contra Cæcilianum concilium septuaginta Episcoporum sententias in absentem proferentium? Plures ploratę sunt a Maximianistarum concilio contra absentem Primianum. Diximus,absens ab illis damnatus est Cæcilianus,absens ab istis damnatus Primianus. Qũo isti non præiudicat absenti Primiano,sic & illi præiudicare non potuerunt absenti Cæciliano. Quid eos putatis in hac angustia respondisse? Quid enim picerent? Quo euaderent inclusi retibus veritatis? Vt hæc retia violenter rumperent, quid dixerunt breuiter & absolute pro nobis? Equidem multa,& penè omnia pro nobis, sicut gesta indicabunt, quæ iam vestra charitas proponenda lectura est. Sed hoc loco rogo vos,obsecro per Christum,ut teneatis,dicatis,in ore semper habeatis. Non potuit enim pro nobis breuior, & certior,& liquidior ferri sententia Quid ergo dixit,cum hoc obiiceremus, sic non præiudicant isti Cæciliano,quomodo nec illi Primiano. Et ille defensor illorum,nec causa causæ præiudicat,nec persona personæ, O responsum breue,liquidum,verũ.
Ioan. 11. Non enim sciuit quid dixit,sed Caiphæ similis cum esset pontifex prophetauit. Nec causa causæ præiudicat,nec persona personæ. Si nec causa causæ, nec persona personę prejudicat,ergo vnusquisq; sarcinam suam portat. Eat nunc & obiiciat tibi Cæcilianum,non tibi cuicunq; homini,sed ipsi orbi terrarum obiiciat Cæcilianum. Quis cum facit,innocentem obiicit innocentibus. Prorsus gesta iudicabunt. Liquidissime purgatus est Cæcilianus. Sed fac eum non purgatum,fac criminosum inuentũ. Audi vocem tuam ab orbe terrarum: Nec causa causæ, nec persona personę præiudicat. Anima hæretica,insanabilis,animosa, cum tu in te sententiam dicas, iudicem quid

accusas? Si illum ego corrupi,vt iudicaret pro me, te quis corrupit vt damnares te? Vtinam hæc aliquando cogitent,vel sero cogitent, vel detumescente animositate cogitent,ap se redeant,se interrogent,se discutiant,sibi respondeant pro veritate, non timeat eos quibus fallitatem diutissime vendiderunt. Ipsos enim timent offendere, erubescunt humanæ infirmitati,& non erubescunt inuictissimæ veritati, Vtiq; hoc timent ne dicatur eis, Quare ergo nos decepistis? Quare nos seduxistis? quare tanta mala & falsa dixistis? Respondere deberent,si deum timerent, Humanum fuit errare, diabolicum est per animositatem in errore manere. Melius quidem erat, si nunquã erraremus,sed vel quod secundum est faciamus,vt errorem aliquando emendemus. Decepimus,quia decepti eramus,falsa præiudicamus,quia præiudicantibus falsa credidimus, Dicant suis,simul errauimus,simul ab errore recedamus. Duces vobis fuimus ad foueam,& secuti estis cum duceremus ad foueam,& non sequimini cum ducimus ad Ecclesiam? Possent ista dicere,indignantibus dicerent,iratis dicerent,aliqñ & illi ponerent indignationem,amarent vel sero vnitatem. Nos tamen fratres patientes circa illos simus. In feruore sunt & tumore oculi quos curamus, non dico vt curare cessemus,sed vt non insultantibus ad maiores amaritudines prouocemus, rõnẽ leuiter reddamus,non de victoria superbe exultemus. Seruum enim domini litigare
1. Tim. 2. non oportet, Apostolus dicit,sed mitem esse ad omnes,docibilem,patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes,ne forte det illis deus pœnitentiam, & resipiscant a diaboli laqueis,a quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem. Patienter ergo ferte,si sani estis,patienter ferte,inquantum sani estis. Nam quis perfecte sanus cum rex iustus sederit in throno? Quis gloriabitur mundum se habere cor? Aut
Prou. 20. quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Ergo quãdiu tales sumus, hoc nobis debemus,vt inuicem onera nostra portemus. Conuersi ad dominum.
Gala. 2. Roma. 8.

De uerbis Apostolis,Spe salui facti sumus. Spes autem quę videtur, non est spes. Sermo XXV.

Sicut Apostolum dixisse meminit sanctitas vestra fratres charissimi, Spe salui facti sumus. Spes autem,inquit, quæ videtur,non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramus, per patientiã expectamus. Hinc vobis exhortatorium & consolatorium præbere sermonem admonet nos ipse dominus deus noster,cui dicitur in Psalmo, Spes mea es tu,portio mea in terra viuentiũ: ipse,inquam,qui spes nostra est in terra viuentium, iubet vt vos alloquamur in hac terra morientium,vt non respiciatis quæ videntur,sed quæ non videtur, Quæ enim uidentur,temporalia sunt,quæ autem non videntur,æterna. Quia ergo quod nõ videmus speramus,& per patientiam expectamus,merito nobis in Psalmis dicitur, Sustine dominum,uiriliter age,& confortetur cor tuum,& sustine dominum. Mũdi. n. promissa semper fallunt,dei autem promissa nunquam fallunt. Sed quia mundus q, pollicetur,hic videtur daturus,id est,in hac terra morientium, in qua nunc sumus. deus autem quod pollicetur,in terra viuentium nobis daturus est: multi fatigantur expectare veracem,& non erubescunt amare fallacem. De talibus dicit scriptura, Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & diuerterunt in vias prauas: cum etiam viriliter agentibus,& corde confortato deum sustinentibus, filii sempiternę mortis insultare non cessant,iactãtes suas delitias tpales,q̃ ad tps obdulcãt fauces eorum,postea vero amariores felle inueniẽt eas. Dñt'n nobis, Vbi est qd vobis ꝓmittitur post hãc vitã? Quis huc inde reuersus est,& indicauit vera esse q̃ creditis? Ecce nos in nr̃ã voluptatũ facietate lętamur,quia qd videmus speramus, vos aũt in laboribus cõtinẽtiæ cruciamini,credendo quod non videtis. Deinde subiungũt qd cũmemorauit Apostolus, Mãducemus & bibamus,cras. n. moriemur. Se videte qd ipse cauendũ monuerit, Corrũpũt,inqt,mores bonos colloqa mala. Sobrii estote iusti,& nolite peccare. Caute ergo frẽs,ne talib⁹ colloqis mores vr̃i corrũpãtur,euertatur spes,eneruetur patientia,& diuertatis in vias prauas. Immo vero mites atq; mãsueti tenete vias rectas, q̃s vos docet dñs de qb⁹ Psalmus picit, Diriget mites in iudicio, docebit mãsuetos uias suas. Patiẽtiã qppe in laborib⁹ huius vitę sine q̃ nõ põt custodiri spes futurę vitę, ne mo põt ppetuo, retinere, nisi mitis atq; mãsuet⁹, q nõ resistit voluntati dei, cuius iugũ lene est, & sarcina leuis, sed credentibus deo,& sperantibus in eum, & diligenti-
Sermo. 23. Psal. 141. 1. Cor. 4. Psal. 26. Eccle. 2. 1. Cor. 15. Psal. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus eum. Ita quippe mites atque mansuetinon solum consolationes eius amabitis,
sed etiam flagella eius tanquam boni filii tolerabitis, vt quoniam quod non vide-
tis speratis,per patientiam expectetis.Sic agite,sic ambulate. In Christo enim ambu-
Ioan. 14. latis,qui dixit,Ego sum via.Quomodo in illo ambulandum sit discite,non solũ eius
Rom 8. verbo, sed etiam eius exemplo. Huic enim proprio filio suo,non pepercit pater,sed p
Philip.2. nobis omnibus tradidit illum,non vtique nolentem, neque recusantem, sed pariter
volentem: quia vna est voluntas patris & filij secundum æqualitatem formæ dei, in
qua cum esset non rapinam arbitratus est esse æqualis deo: & singulariter obedien-
tem,secundum quod semetipsum euacuauit formam serui accipiens. Nam ipse dile-
Ephes.5. xit nos,& tradidit semetipsum ꝓ nobis oblationem,& hostiam deo in odorem suaui-
tatis.Sic ergo pater proprio filio non pepercit,sed ꝓ nobis omnibus tradidit eum, vt
Psal.21. & ipse filius traderet semetipsum pro nobis. Traditus est ergo excelsus,per quem fa-
cta sunt omnia, Traditus propter formam serui in opprobrium hominum, & abie-
ctionẽ plebis,in contumelias,in flagella,in mortem crucis. Docuit ergo nos exemplo
passionis,cum quanta patientia in illo ambulemus: & firmauit nos exemplo suæ re-
surrectionis quid ab illo patienter sperare debeamus.Si enim quod non videmus spe
ramus,per patientiam expectamus.Quod non videmus quidem, speramus, sed cor-
Colos.1. pus sumus illius capitis,in quo iam perfectum est quod speramus. De illo enim scri-
2.Cor.12. ptum est,quod ipse est caput corporis Ecclesię,primogenitus,ipse primatum tenens.
Et de nobis scriptum est, Vos autem estis corpus Christi & membra. Si autem quod
non videmus speramus, per patientiam expectamus securi, quoniam qui resurrexit
caput nostrum est,seruat spem nostram.Et quia priusquã resurgeret, flagellatum est
Hebr.12. caput nostrum,firmauit patientiam nostram.Scriptum est enim.Quem enim diligit
dominus corripit,flagellat autem omnem filium quem recipit. Non itaque in flagel-
Rom.8. lo deficiamus,vt in resurrectione gaudeamus.Ita enim verum est, quod flagellat om
nem filium quem recipit,vt nec vnico suo pepercerit, sed pro nobis omnibus tradi-
derit eum.Intuẽtes ergo eum,qui sine peccati merito flagellatus est, qui mortuus est
Roma.4. propter delicta nostra,& resurrexit propter iustificationem nostram, non timeamus
nẽ abijciamur flagellati,sed potius confidamus quia recipiemur iustificati.Quanuis
enim nondum venerit nostri gaudii plenitudo, nec modo tamen sine gaudio relicti
Rom.8. sumus,quia spe salui facti sumus. Ideo & ipse Apostolus qui ait,Si quod non videmꝰ
speramus,per patientiam expectamus: dicit alio loco, Spe gaudentes, in tribulatione
Roma.12. patientes.Habentes ergo talem spem,multa fiducia vtamur: & sermo noster in gratia
Colos.4. conditus sit sale,vt sciamus quemadmodum oporteat vnicuiq; respondere. Dicendũ
est enim eis,qui cum perdidissent,vel nunquã suscepissent sustinentiam,nobis susti-
nentibus dominum,quia quod non videmus sperantes, per patientiam expectamus,
etiam insultare audent,cum imitari deberent, Vbi sunt delitiæ vestræ, propter quas
ambulatis per vias prauas? Non dicimus vbi erunt,cum hęc vita transierit, sed mo-
do vbi sunt? Cum hesternum diem hodiernus abstulerit,& hodiernum crastinus ab
laturus sit,quid eorum,quæ diligitis,non transcurrit & transuolat? Quid non fugit
penè antequã capitur,cum ex ipso hodierno die nulla possit vel hora retineri? Ita.n.
secunda excluditur a tertia, sicut prima exclusa est a secunda: ipsius horæ vnius quę
præsens videtur,nihil est præsens,omnes enim partes eius,& omnia momenta fugiti
ua sunt.Propter quid peccat homo,si non cæcatur? Cum peccat,vel cum peccaret at-
tendat, poterat videre quia voluptas transitura sine prudentia desideratur, vel cum
transierit,cum pœnitentia cogitatur.Nos irridetis quia speramus æterna, quæ non
videmus, cũ vos eis quæ videtur tẽporalibus subditi,nesciatis,qualis vobis dies cra
stina illucescat.Quem sæpe bonum sperantes malum inuenitis, nec si bonus fuerit,
eum ne fugiat tenere poteritis.Nos irridetis quia speramus ęterna,quę cum venerint
non transibunt,quia nec ipsa veniunt, sed semper manent: nos autem ad illa venie-
rius,cũ per viam dominicam ista quæ transeunt transierimus.A vobis vero tempo-
ralia nec sperari aliquãdo desinũt,& tamen crebro sperata vos fallũt: nec cessant vos
inflãmare ventura,corrumpere venientia,torquere transeuntia.Nõne ipsa sunt quæ
concupita inardescũt,adepta vilescunt,amissa vanescunt? Vtimur eis & nos secundũ
peregrinationis nostræ necessitatem,sed non in eis gaudia nostra figimus,ne illis la-

bentibus lubruamur.Vtimur.n.hoc mundo tanquã non vtentes,vt veniamus ad eũ
qui fecit hunc mundũ,& in eo maneamus,eius æternitate perfruentes. Quid est au-
tem qđ dicitis, quis huc inde venit, & quid apud inferos geratur quis hominibus in-
dicauit?Et hinc vobis os clausit,qui mortuũ quarto die resuscitauit,& vltra nõ mori Ioan.11.
turus die tertio resurrexit,& antequã moreretur,qualis vita morientes excipiat,tan- Rom.6.
quã ille quẽ nihil lateret,& in paupere quiescente,& in diuite ardente narrauit.Sed il Lucę.16.
li ista non credunt,qui dicunt,Quis huc reuersus est? Crediturosse volunt vide
ri,siquis parentum suorũ remitteret. Sed maledictus ois qui spẽ suã ponit in homi Iere.17.
ne.Ideo ergo deus homo factus, mori & resurgere voluit,vt & quod futurũ esset ho-
mini in hominis carne ostenderetur, & deo tamen, non homini crederetur. Et certe
ecclesia fidelium toto orbe diffusa,iam ante oculos eorũ est. Legant eam ante tot se- Rom.4.
cula vni homini promissam,qui contra spem in spe credidit,vt fieret pater multarum
gentium. Quod ergo vni Abrahę credenti promissum est,iam videmus impletum,&
qđ vniuerso orbi ꝓmittitur credenti,desperamus esse venturum? Eant nunc & dicãt,
Manducemus & bibamus,cras enim moriemur. Illi se adhuc cras dicunt morituros,
veritas autẽ illos iam cũ ista dicunt inuenit mortuos.Vos autem fratres, filii resurre
ctionis,ciues sanctorum angelorum dei,hæredes,& Christi cohæredes,cauete imita-
ri eos, qui cras sperando moriuntur, & hodie bibendo sepeliuntur, sed sicut dicit idẽ
Apostolus,Ne corrumpant vestros mores bonos colloquia mala,Sobrii estote iusti,& 1.Cor.15.
nolite peccare, & ambulantes angustam, sed certam viam ducentem ad latitudinem
Ierusalem cœlestis, quæ mater nostra æterna est, firmissime sperate quod non vide-
tis,patienter expectate,quod nondum habetis,quia veracem promissorem Christum
fidelissime retinetis.

De verbis Apostoli, Videte quomodo caute ambuletis, non vt insipientes, sed vt sa- Ephe.5.
pientes:

Sermo XXVI.

APostolum cum legeretur audistis,immo omnes audiuimus dicentem nobis, Sermo
Videte quo caute ambuletis,non vt insipientes,sed vt sapientes, redimentes xxiii.
tempus quoniã dies mali sunt. Dies malos fratres duæ res faciunt, malitia & Ephe.5.
miseria.Per malitiam hominũ & miseriã ducuntur dies mali. Cæterum dies isti,quã- Dies ma-
tum pertinet ad spatia horarum ordinati sunt,Ducunt vices,agunt tẽpora,oritur sol, los duę res
occidit sol,transeunt tẽpora. Cui molesta sunt tẽpora,si homines sibi non sint mole- efficiunt.
sti?Ergo dies malos,sicut dixi,duæ res faciunt,miseria hominum,& malitia hominũ.
Sed miseria hominũ cõmunis est,nõ debet malitia esse cõmunis.Ex quo enim lapsus Gene.3.
est Adam,& de paradiso expulsus nunquam fuerunt dies nisi mali. Istos pueros qui
nascuntur,interrogemus,quare a ploratu incipiunt,qui & ridere possunt.Nascitur &
statim plorat,post nescio quot dies,ridet. Quando plorabat nascens, propheta suæ ca
lamitatis erat,lachrymę.n.testes sunt miseriæ.Nõdũ loquitur, & iam ꝓphetat.Quid
prophetat? In labore se venturum,uel in timore,& si bene uixerit,& iustus fuerit,cer
te in mediis positus tentationibus semper timebit. Quid ait Apostolus? Omnes qui 2.Timo.3.
uolunt in Christo pie uiuere,persecutionem patiuntur.Ecce quia dies mali sunt,sine
persecutione uiuere hic iusti non pñt. Qui inter malos uiuunt,persecutionem patiũ
tur.Omnes mali psequũtur bonos,si non ferro & lapidibus,sed uita & moribus.Nun 2.Pet.2.
quid aliquis sanctum Loth persequebatur in Sodomis? Nemo illi molestus erat,& tñ
inter impios uiuebat,& inter imundos,superbos,blasphemos persecutionem patieba
tur,non uapulando,sed malos uidendo. Quisquis me audis,sed nondũ uiuis incipe ĩ
xpo pie uiuere,& probas qđ dico. Deniq; Apostolus cũ cõmemoraret pericula sua,Pe 2. Cor.11.
riculis,inquit,in mari,periculis in fluminibus,periculis in deserto,periculis in latro-
nibus,periculis in falsis fratribus. Cætera pericula quiescere possunt,pericula a falsis
fratribus usq; in finem seculi non nouerunt.Redidamus tẽpus,qm dies mali sunt.Ex
pectatis a me forte scire,quid est tẽpus redimere.Dicturus sum qđ pauci audiũt,pau
ci ferunt,pauci aggrediũtur,pauci agũt: tamẽ dicã, qm ipsi pauci q me audituri sunt
inter malos uiuũt.Redimere tẽpus hoc est,quando aliquis tibi infert litem, perde ali Redimere
quid ut deo uaces,non litibus,perde.Ergo ex eo qđ perdes,pretium est tẽporis. Cer- tẽpus qđ.
te quãdo pro tuis necesitatibus procedis ad publicum,das numos,& emis tibi pane,
aut uinum,aut oleum,aut lignum,aut aliquam supellectilem,das & accipis, aliquid

Universidad de Deusto
Biblioteca

amittis,aliquid acquiris,hoc est emere.Nam si nihil amittas, & habeas quod non habebas,aut inueneris,aut donatum acceperis,aut hæreditate acquisisti. Quando autē aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis, quod habes emptum est,quod amittis pretium est. Quomodo ergo perdis nūmos, vt emas tibi aliquid, sic perde nummos, vt emas tibi quietem.Ecce hoc est tempus redimere.Prouerbium notum est punicū, quod quidem latine vobis dicam,quia punice non omnes nostis. Punicum enim prouerbium est antiquum,Nummum quærit pestilentia,duos illi da,& vt ducat se. Num quid non hoc ꝓuerbium de Euangelio videtur natum? Nam quid aliud dixit deus, qua redimentes tempus,quando ait,Siquis vult in iudicio tecum contendere,& tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium? In iudicio vult tecum cōtendere, & tunicā tuam tollere,auocare te habet litibus a deo tuo,non habebis quietum cor,non habebis tranquillum animum,euerteris cogitationibus tuis, iritaris aduersus eum aduersarium tuum,Ecce tempus perdidisti. Quanto ergo melius est, vt nummum amittas, & tempus redimas? Fratres mei in causis & negocijs vestris, quando ad nos iudicanda veniunt, si homini Christiano dico, vt ꝓ tempore redimendo perdat aliquid suum, quanto maiore cura & fiducia debeo dicere vt reddat alienum? Ambos.n. Christianos audio. Iam ille calumniosus qui vult alteri facere causam,& tollere ab illo vel propositione,gaudet ad ista verba, Apostolus dixit, Redimentes tempus,quoniam dies mali sunt. Facio ergo calumniam Christiano illi, velit nolit, dat mihi aliquid vt tempus redimat,quia Apostolum audiuit.Dic mihi,Si illi dicturus sum, perde aliqd, vt sis otiosus: tibi non sum dicturus calumniose,perdite, fili diaboli, quare res alienas auferre moliris? Causam non habes,& calumnia plenus es.Si ergo illi dixero,illi da aliquid,vt recedat a calumnia,tu vbi eris qui habebas de calumnia pecuniam? Ille qui propter vitandam calumniam tempus a te redimit,hic tolerat dies malos: tu autem qui de calumnijs pasceris,hic habebis dies malos, & post istos habiturus es in die iudicij peiores. Sed hoc forte rides,quia pecuniam rapis. Ride ride,& contemne, ego erogem, veniet qui exigat.

Mat. 5.

Ephe. 5.

Acto. 4.

De verbis sancti Lucæ in Actibus Apostolorum,Nemo quicquam ex eo quod possidebat, suum proprium esse dicebat:

Sermo XXVII.

Sermo XXV. Hic sermo bis habetur inter Ambrosianos, nume. 9. & 29

LEgimus in libro, qui Apostolorū actibus adscribitur, tantam sub memoratis viris deuotionem plebis fuisse,ita populi Christiani floruisse primitias,vt post acceptam fidem nemo domum ꝓpriam sibi defenderet, & nemo suum aliquid vendicaret,sed iure fraternitatis essent illis tuncta cōmunia. s. vt qui eodem consortio religionis tenebantur,eodem consortio fruerentur & vitę: hoc est,vt quibus erat vna fides,esset vna substantia,& quibus erat cōmunis Xps, cōmunis esset & sumptus. Nefas enim putabant religiosi viri eum sibi participem non ascisc̄re in substantia, qui particeps erat in gratia: atq; ideo charitate fraternitatis omnibus cōmuniter vtebantur,quia maior est fraternitas Xpi q̄ sanguinis.Sanguinis enim fraternitas similitudinem rātūmodo corporis refert,Xpi autem fraternitas vnanimitatem cordis antę demonstrat,sicut scriptum est,Erat autem credentium cor atq; anima vna. Vere ergo frater ille est,qui tam corpore q̄ vnanimitate germanus est: verius,inquam,frater est, cuius idem spiritus & voluntas in fratre est. Melior ergo est,sicut dixi, fraternitate sanguinis,Xpi fraternitas,qm̄ interdum illa sibi inimica est, Xpi autem fraternitas sine intermissione pacifica est. Illa inter se cōmunia cum æmulatione diuidit, hæc etiam cum gratulatione cōmunicat. Illa in consortio sępe despicit germanos, hæc assumit frequēter alienū. Tāta ergo,sicut dixi, illo in tempore Christianæ plebis deuotio fuit,vt nemo domum suam diceret,nemo proprium aliquid vendicaret, sicut ait sanctus Lucas,dicens,Nemo quicq̄ ex eo qd̄ possidebat,suū ꝓprium esse dicebat.Nō enim inquā,erat quisquā egens inter ipsos. Beata igitur plebs, quæ dū plures in Christo habet diuites,vullū in seculo habet indigētē,& quæ dū æternas cogitat diuitias,a fratribus tēporalē repulit paupertatē. Vēdebāt enim sicut ait scriptura,prædia,& domos suas,& pretia vēditorū ante pedes Apostolorū ponebant,vt erogaretur ꝓut cuiq; opus erat. Videte sanctorū virorū fidē, quēadmodū ꝓpter Xpm toto se exposuerint periculo,& nihil sibi reliqui faciebāt: nō.n. verebātur ne esurirēt,ipsi diuitiabāt patrimonio,& nihil sibi reliqui faciebāt: nō.n. verebātur ne esurirēt,ipsi diuitiabāt patrimonio,& nihil sibi reliqui faciebāt: nō.n. verebātur ne esurirēt,ipsi timebāt ne alius esuriret.Hæc igitur sub Apostolis fuit plebis deuotio.Modo quid in-

Acto. 4. Frater verus quis.

Acto. 4.

millerereperimus? Et certe Christus in nobis,idem quidem Christus in nobis,sed non idem animus in nobis. Eadem plebis fides,sed non in plebe est ipsa largitio. Ita alter de alterius inopia non cogitat,vt illud sit quod dicit Apostolus,Alius quidem esurit, alius ebrius est: sed etiam diripiunt aliena: non solum,inquam,colligentes pecunias suas ad pedes Apostolorum non deferunt, sed confugientes fratres suos pertrahunt a pedibus sacerdotum. Nunc est illud tempus, quod describit beatus Apostolus dicens,In nouissimis diebus abundabit iniquitas multorum,& refrigescet charitas. Modo abundat auaritia & iniquitas,quæ ante largitatis bonitate cessabāt: & refrigescit charitas fraternitatis,quæ prius Christi amore feruebat. Tanta enim sub Apostolis fraternitatis dilectio fuit,vt tunc in conuentu suo non inueniretur indigentia. Tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, vt in cœtu nostro vix inuenias locupletem: locupetem autem non tam facultabus dico vix inueniri, sed operibus. Ait enim Apostolus,Diuites sint in bonis operibus. Locupletem enim in ecclesia intelligi voluit,qui diues in Christo est. Nam & ibi quod ait, sub Apostolis neminem indigentem fuisse,ostendit vtiq; tanta eos gratia fuisse fidei præditos,, vt oēs cœlestium diuitiarum abundauerit largitate. Raro igitur hoc tempore inuenimus in Christiano populo locupletem,& si plerique in domibus auro sint diuites, tamen in Ecclesia sunt mendici. Dum enim circa pauperes non pro eo quod prębalent operantur, nec hoc est gratum quod offerunt,nec illud est satiabile quod reseruant. Dicit dominus ad Cain cum offeret munera,Si autem recte offeras,recte autem non diuidas, peccasti. Sic & tu Christiane non recte diuidis,qui de tanto auro tuo maiorē partem mammonæ seruas quam deo largiris. Sic nāque Ananias in actibus Apostolorum,dū putat se recte offerre,& non recte diuidit,pecuniam quā obtulit perdidit,& quam domi seruauit amisit: pecuniam,inquam,pariter perdidit & salutem. Dum enim ex eo qd̄ promiserat partem subtraxit,sccrilegij simul condemnatur & fraudis. Sacrilegij, ꝙ deum in pollicitatione fefellerit. Fraudis, ꝙ integris muneribus portionē quandam putauerit subtrahendam. Ait enim Apostolus Petrus, Non es mentitus hominibus, sed deo. Si ergo fratres Ananias condēnatur,ꝙ non totum dederit quod de suo ipse promiserat,quid censemus de eo,qui non vult reddere quod alius repromisit? Videte ergo & vos fratres quod promiseritis deo, cum primum fidei gratiam percepistis. Ecce abundant in ciuitate postra hospes,facite quod polliciti estis, ne dicatur & vobis quod Ananiæ dictum est,Non mentiti estis hominibus,sed deo.

2. Tim. 3. Mat. 24.

1. Tim. 6.

Genē. 4.

Acto. 5.

Vbi sup.

D verbis sancti Lucæ in Actibus Apostolorum, Petrus & Ioannes ascendebant in templum.

Acto. 3.

Sermo. XXVIII.

POst resurrectionem Christi, quorum operum patrocinio prædicatio Apostolorum muniatur,lectio quam audistis exposuit. Ascendentes,inquit, Petrus & Ioannes in templum. Materiam sermoni, ideſt prædicationi ingressum, per signa præpararunt. Præcedere quippe stupor debuit, vt mirandę rei expositio sequeretur. Fulgor ergo signorum, populorum corda percusit. Nā erat quidam a natiuitate sua claudus, qui portabatur manibus. Et mendicabat,inquit, ad speciosam portam templi. Qui cū ingredientes vidissent Apostolos,eleemosynam ex more poscebat. Sed cum in eum conuertissent intuitum,nihil ille claudus vltra notum solamen operiēs credidit affuturam vilem de Apostolorum manibus largitatem. Sed Petrus Apostolus ait ad eum,Intende in nos. Quos cum respexisset,Argētum,inquit, & aurum nō est mihi,qd̄ aūt habeo hoc tibi do,In noīe Iesu xpi Nazareni,surge & ambula. Verborum ipsorū ordinē debemus diligēter exponere. Neq;.n. ptinebat ad rē,cū virtutū diuitię sequeretur,vt sensus paupies narraretur,nisi ipsam virtutē voluisset Apostolus cū sui attestatione ꝓferre. Ne.n. mirareris possessorē virtutū,antea professus est abrenunciatorē diuitiarū. Iuste nāq; sequebatur vt largietur signa, q opes cōtemserat. Quid hac pauptate ditius? Quid hac virtute pauperius? Testimoniū ergo virtutis secutura est professio pauptatis. Vnde Apostolus loquebatur, Tanq̄ nihil habentes & oia possidētes. Quid igitur hac pauptate diutius,argentū & aurū non habeo? Sed qd habet qui argentū non habet? Eloquium vehemens eloquium igne purgatum. Qui aurum non habet,fidem habet. Videamus quid amplius coruscet, virtus an aurū qd̄ ita est in abscondito, vt illud videatur prouidēs hoibus natura damnasse, nec expo-

Sermo. 26. Acto. 3.

2. Cor. 6.

Psal. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse rem successuram oculis cupidorum: atq; vt adiuuaretur paupertas difficultatē parandarum diuitiarum, cū labore fecit, quæri, quod noluerat inueniri. Ergo videamus qui aurum non habet, quod habet. Fidem habet, virtutem habet. Expendamus quod diximus, quid amplius coruscet. Aurum quod ærūna perquirit, quod auaritia cupit, quod solicitudo custodit, aurum materia laborum, periculosa res possidentiū aurum eneruatio virtutum, aurum malus dominus, proditor seruus. Ergo qui aurū non habet, quid habet? Fidem habet. Videamus vt diximus, quid amplius coruscet. Aurum quod nemo tutum habet, nisi qui semper abscondit? Aurum quod in perniciem domini fulget? Aurum quod per tenebras quæritur, per tenebras custoditur? Aurum cuius inquisitio damnatos habet, cuius amor Iudam facit, & ne alicui sit notum? Vt ad regnum cœlorum veniret diues, possessione sua obtinere posset? nunc obtinet, vt cōtemptu perueniat. Multo ergo plus fulget fides quam aurum: aurū latebris tenebrescit animum, fides ingenito splendore cōspicuat. Aurum tuto prodi nō prodest, fides bono publico semper fulget dignitatem fidei fiducia ipsa testatur. Aurum nec inter conuenientes tutum est, fides etiam inter pugnantes secura est. Quid ergo donauit Apostolus pauper censu, diues fide, lectionis ordo proloquitur Aurum & argentum nō est mihi. Sed pro his quid habet? Quod habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula. De effectibus, pretia rerum æstimentur. Qui aurum donabant, implebant pauperis ventrem, maius onus pedibus debilibus futurum, solabantur infirmitatem, sanitatem reddere non valebant. Ille autem qui aurum non habeo, Ideo igitur tantas virtutum opes p̄tulit. Quod habeo, hoc tibi do, In nomine Iesu Christi surge & ambula. Hoc plane non in marsupio, sed in animo tenebatur. Quid ei dedit? In nomine Iesu Christi surge & ambula, Pauperem hominem expauit infirmitas, æqua lege, & æqua potentia regis captiuos; & constringens. Non potuit sustinere iussionem pauperis regibus dominans. Parum est quod infirmitatē nominamus. Pauperis imperium, etiam natura non pertulit. Ille enim claudus erat, ex vtero matris suę. Debilitas itaque quam et inuexerat natiuitas, vi pauperis iubentis exclusa est Quod profecto non fieret, nisi pauper Apostolus plenus esset illo deo qui est author naturæ. Nihil ergo hac ditius paupertate, Quid donat qui ęs non habet? Virtutes

Coloss. 3.

Aggæi. 2.

Psal. 111.

&c. 3.

tes largitur, & gratis confert. Quid. n. potest? In nomine Iesu Christi surge & ambula. Obedientiæ subditur, quod ex necessitate veniebat. Dicitur homini, Surge, quod semper obtabat, sed quoniam naturalibus vinculis impeditus erat, non poterat qđ volebat. Nunc autem tanta facilitate insensibilia seruiunt, vt ad nutum iubentis illa pedum infinitas auolaret. Surge & ambula. Et surrexit, inquit, continuo & stetit. Animo imperatur, & pedes seruiunt. Exilient, inquit Propheta, tāquam vituli de vinculis laxati. Et consolidatæ sunt bases pedum eius. Quanta velocitate res agatur attendite. Vix aures debilis sermo intrauerat iubentis, & continuo vis sanitatis irrupit & exclusa infirmitate vsui membra redduntur testimonium velocis resurrectionis est, velocitas ex debilitate surgentis. In momēto, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canent enim tuba, & mortui resurgent, & nos immutabimur. Futura metire de factis. In quanto momento mortui excitentur, debilibus a natura crede vestigiis. Surrexit. Cōsolidatæ sunt, inquit, bases pedum eius. Parum erat quod dicebatur, in vsum claudus rediisse, virtus ei cum sanitate restituitur. Non enim dixit, Restituitæ sunt, sed consolidatæ sunt bases. Tam abundantem recipiunt sanitatem, vt ferant laborem. Exiliens, inquit, ambulabat. Saltus frequenter etiam sanis grauis est. Non senserunt illi pedes pigra remedia, nec velut vnguenti modo lita vestigia reuocantur, ad monumentum vis medicinæ irrumpentis ostenditur, signaturq; fuga infirmitatis exclusæ. Sic exilit qui sanatur a paupere. Sanatur ergo ab Apostolis caro, hoc ipso indicans, quid a deo suo conditore mereatur, Conuincantur itaque signis omnibus Manichęi cuncta salutis genera quæ carni deferuntur, testimonium bonæ naturæ sunt. Digna enim diuino opere comprobantur, quæ non ereduntur indigna beneficijs. Nomen debilitatem, ad ipsam quodāmodo inuocati nominis authoritas destinatur. Cognoscit qui iusserit, obsequiturq; suo domino, refragatur contrario. Si caro a diabolo est, expugnanda est a Christi discipulis, non curanda. Si rationem interroges, obligandum est quicquid inimicū est. Nolo hoc solum cogitationi credas, diuina ad hūc sensum succurrat authoritas. Dominus ait in Euangelio, Nemo ingreditur in domū fortis, vt vasa eius diripiat, nisi prius alligauerit fortem. In suis ergo erat operibus diabolus alligandus, nunc autem non colligatur diabolus, sed honoratur, si res eius per signa curatur. Magni beneficti debitator xp̄s carni est, si quod posfit in eius salute monstrauit. Non esset materia loquendi, nisi testimonium misericordiæ caro cura ta fecisset. Suffragatur p̄dicationi xp̄i caro, in ipsa est administratio signorū. Claudus surgit, vt Apostoli loquantur. Diximus quoniā si huius dei opus caro non esset, ille claudus non erat in pedibus sanandus, sed in brachiis colligādus. Nūc aūt surgit claudus, vt Apostoli loquantur, præitorq; fit p̄dicationis. Vt xp̄i euangelium sonet, claudus exilit. Impudenter Apostoli fecerunt, si dei eorum opus caro non esset: nunc autem quoniam id dicere sacrilegum est, non faciunt Apostoli impudēter. Caro igitur opus dei est, Cum formatur opus dei est: cum conditur, opus dei est: cum producitur, dei opus est: cum signatur, opus dei est, cum curatur, opus dei est. Quid debet diabolo, toties opus dei? Irrideantur ergo Manichęi, & propter honorē dei, carnis natura laudetur, atque omne vitium in voluntate ponatur. Spes emendationis homini bus suggeratur, vt se intelligant non carnis necessitate, sed tantum voluntatis prauitate delinquere. Nos autem carnem diuino afferebimus operi, quam videmus in Christi resurrectione diuini consortij gloriam consecutam, quam a Christo condito re sno susceptt, qui viuit & regnat in secula seculorum.

De verbis beati Peiri, Audiuimus vocem delatā de cœlo, hic est filius meus dilectus: Et habemus certiorem propheticum sermonem. Sermo. XXIX.

INitium bonæ vitæ, cui vita etiam æterna debetur, recta fides est. Est autem fides credere quod nondum vides, cuius fidei merces est videre quod credis. Tempore igitur fidei tanquam tempore sementis, non deficiamus, & vsq; in finem nō deficiamus, sed perseueremus donec quod seminauimus metamus. Cum enim auersum esset genus humanū a deo, & iaceret in delicijs suis, sicut creatore opus habebamus

Mat. 12.

Malac. 4. Act. 3.

2. Col. 16.

2. Pet. 1.

Ser. 28. Fides qd. Fidei merces.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt essemus,sic saluatore vt reuiuisceremus. Iustus deus damnauit hominem, misericors deus liberat hominem Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi
Psal.67. suæ benedictus deus. Sed accipiunt credentes,non accipiunt contemnentes. Nec de ipsa fide tamen ita gloriandum est,quasi aliquid nos posimus.Non n fides nihil est, sed magnum aliquid,quam si habes profecto accepisti. Quid enim habes quod non
1. Cor.4. accepisti? Videte charissimi,vnde domino deo gratias agatis, ne in aliquo dono eius ingrati maneatis,& propter hoc quod ingrati estis,quod accepistis perdatis. Laus fidei explicari a me nullatenus potest,sed a fidelibus cogitari potest. Porro si ex aliqua parte,vt dignum est cogitetur,quis digne cogitet,quam multis donis dei ipsius preferatur?Et si minora dei dona in nobis debemus agnoscere, quanto magis illud quod ea superat debemus agnoscere? A deo debemus esse quod sumus.Quia non nihil sumus,a quo nisi a deo habemus? Sed sunt & ligna,sunt & lapides,a quo nisi a deo? Nos ergo quid plus? Non viuunt ligna & lapides, nos autem viuimus. Sed adhuc nobis idipsum viuere,cum arboribus frutetisq; commune est. Dicuntur enim & vites viPsal.77. uere.Nam si non viuerent,non scriptum esset, Occidit in grandine vineas eorũ. Viuit cum viret,arescit cum moritur. Sed vita ista non habet sensum. Quid nos amplius? sentimus Quinquepertitus corporis motus est sensus,Videmus,olfacimus,gustamus,tactu etiam per totum corpus nostrum mollia,diiudicamus & dura,aspera & lenia,calida & frigida.Est enim in nobis sensus quinquepertitus,sed hunc habent & bestiæ Habemus ergo aliquid amplius nos.Et ista tamẽ quæ enumerauimus fratres mei,si consideremus in nobis,quantam de his gratiarum actionem, quantam creatori laudem debemus? Sed tamen amplius quid habemus? Mentem,rationem,consilium, quod non habent bestiæ,non habent volucres,non habent pisces,in eo facti sumus ad imaginem dei Deniq;vbi scriptura narrat,quod facti sumus,ibi subiungit,vt nos pecoribus non solum anteponat,sed & præponat,id est,vt ea nobis subiecta sint. Fa-
Gene.1. ciamus,inquit,hominem ad imaginem & similitudinem nostram,& habeat potestatem piscium maris,& uolatilium cœli, & omnium pecorum, & serpentium quæ rep-
Psal.31. unt super terram. Vnde habeat potestatem· Propter imaginem dei. Vnde quibusdã dicitur increpando,Nolite esse sicut equus & mulus,quibus non est intellectus. Sed
Aliud est intellectus & aliud rõ aliud est intellectus,aliud ratio.Nam rationem habemus,& antequam intelligamus, sed intelligere nõ valemus,nisi rationem habeamus. Est ergo animal rationis capax. Verum vt melius & citius dicam,animal rationale, cui natura inest ratio,& antequã intelligat iam rationem habet. Nam ideo vult intelligere, quia ratione præcedit. Hoc ergo vnde bestias antecedimus;maxime in nobis excolere debemus & rescalpere quodãmodo & reformare. Sed quis poterit, nisi sit ártifex qui formauit? Imaginẽ
In nobis dei deformare potuimus,reformare non possumus. Habemus ergo,vt cuncta breuiter retexam,ipsum eẽ cũ lignis & lapidibus, uiuere cũ arboribus, sentire cum bestiis,intelligere cũ angelis. Diiudicamus ergo oculis colores,auribus sonores,naribus odores,gustu sapores,tactu calores,intellectu mores. Intelligere,Ois hõ vult intelligere,nemo est qui nolit. Credere non oẽs volũt. Dicit mihi hõ, Intelligã vt credã,Rñdeo,crede vt intelligas. Cũ ergo nata inter nos sit cõtrouersia talis quodãmõ, vt ille mihi dicat,intelligã ut credã, Ego ei rñdeã,immo crede ut intelligas: cum hac controuersia veniamus ad iudicẽ,neuter nostrũ præsumat pro sua parte sentẽtiam. Quem iudicem inuenturi sumus ? Discussis oibus,nescio vtrũ meliorem iudicem inuenire possimus,q̃ hoiem per quem loquitur deus: Non eamus ergo in hac re,& in hac controuersia ad literas seculares,non inter nos iudicet Poeta, sed Propheta. Beatus Apostolus Petrus cũ duobus aliis xpi dñi discipulis Iacobo & Ioanne in monte
Mat.17. cũ ipso dño cõstitutus,audiuit vocẽ delatam de cœlo, Hic est filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui,ipsum audite. Quod cõmendans memoratus Apostolus in epistola sua dixit Hanc uocẽ audiuimus de cœlo delatã, cũ essemus cũ illo in monte
2.Petr.1. sancto. Et cum dixisset,Hanc vocem nos audiuimus de cœlo delatam,subiunxit atq; ait,Et habemus certiorem propheticum sermonem. Sonuit illa vox de cœlo, certior est propheticus sermo. Attendite charissimi adiuuet dominus, & volũtatẽ meam, & expectationem vestram,vt dicam quod uolo,qũo uolo. Quis n nostrum non nouerit, delata voce de cœlo certiorem propheticum sermonem ab Apostolo dictum

esse? Certiorem sane dixit;certiorẽ,non meliorem, non veriorem. Tam.n.verus ille sermo de cœlo,quã sermo propheticus tam bonus,tam vtilis, Quid est ergo, Certiorem,nisi in quo magis confirmetur auditor? Quare hoc? Quoniam sunt homines in-
fideles, qui sic detrahunt Christo, vt dicant eum magicis artibus feciſſe quæ fecit. Possent ergo infideles etiam istam vocem delatam de cœlo, per cõiecturas humanas
8 & illicitas curiositates ad magicas artes referre. Sed Prophetæ antea fuerunt,non di
C co ante istam vocem,sed ante Christi carnem. Nondum erat homo Christus,quãdo misit Prophetas. Quisquis eum dicit magũ fuisse,si ergo magicis artibus fecit,vt coleretur & mortuus,nunquid magus erat antequã natus? Ecce quare ait Apostolus Petrus,Habemus certiorem propheticum sermonem. Vox de cœlo qua fideles admoneantur,propheticus sermo,quo infideles conuincantur. Intelleximus quantum mihi videtur charissimi,quare dixerit Apostolus Petrus,Habemus certiorem propheti
cum sermonem,post vocem de cœlo delatam. Et ipsa Christi quanta dignatio. Petrus iste,qui sic loquitur,piscator fuit,& modo magnam laudem habet orator, si potuerit ab illo intelligi piscator. Propterea primis Christianis loquens Apostolus Paulus,ait 1.Cor.1.
Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multa potentes, non multi nobiles, sed infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia & stulta mundi elegit deus, & confundat sapientes,& ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quę non sunt, tanquam sint vt ea quæ sunt euacuarentur. Si enim eligeret Christus primitus oratorem, diceret orator, Eloquentiæ meę merito electus sum. Si eligeret senatorem, diceret senator, Dignitatis meæ merito electus sum. Postremo, si prius eligeret imperatorem, diceret imperator,Potestatis meæ merito electus sum. Quiescant & differantur isti,paululum quiescant,non dimittantur,non contẽnantur,sed aliquantulum differantur,ne possint gloriari de semetipsis in semetipsis. Da mihi, inquit,illum piscatorem, da mihi idiotam,da mihi imperitum,da mihi eum,cum quo non dignatur loqui senator, nęc quando emit piscem: ipsum,inquit,da,Hunc si impleuero,manifestum erit quod ego facio,quãquam & senatorem & oratorẽ,& imperatorem ego sum facturus, quandocunque facturus ego & senatorẽ,sed certius ego piscatorem. Potest senator gloriari de semetipso,potest orator,potest imperator, non potest nisi de xpo piscator. Veniat propter docendam humilitatem salubrem, prius veniat piscator, per ipsum melius adducitur imperator. Mementote ergo piscatorẽ sanctum,iustum, bonum, Christo plenũ,ad cuius missa per mundũ retia capiẽdus cũ cęteris etiam Apostolis * iste per * alias po
tinuit;Ergo mẽtote eũ dixisse,Habemus certiorẽ propheticũ sermonẽ. Da mihi ergo pulis.
ad illam controuersiam iudicẽ Prophetam. Quid inter nos agebatur? Tu dicebas intelligam vt credam,ego dicebam,vt intelligas crede. Nata controuersia,veniamus ad iudicem indicet Propheta,imo vero deus iudicet per Prophetam. Ambo taceamus. Quid ambo dixerimus auditũ est. Intelligã,inqs,vt credã: crede,inquã,vt intelligas. Reſpõdeat Propheta, Nisi credideritis,nõ intelligetis. Putatis aute charissimi nihil Esaiæ. 7.
dicere etiam illum quam dicit,Intelligã vt credã? Quid n.nunc agimus,nisi vt credãt,nõ qa nõ credũt,sed quia adhuc parũ credũt. Nã si nullo modo credidissent, hic nõ essent. Fides eos adduxit vt audiãt, fides eos fecit pũtes verbo dei, sed ipsa fides quæ germinauit irrigãda est,nutrienda est,roborãda est. Hoc est qd agimus. Ego,in
quit,plãtaui,Apollo rigauit,sed deus incremẽtum dedit. Itaq; neq; qui plãtat est ali- 1. Cor.3.
quid,neq; qui rigat,sed qui incremẽtũ dat deus. Loquẽdo, hortãdo,docẽdo,suadendo plãtare possumus & rigare,nõ aũt incrementũ dare Nouerat aũt ille cum quo loquebatur,qui fidei suę germinanti & adhuc infirmæ,& ex magna parte titubãti,non tñ nullę fidei,sed alicui fidei adiutorẽ orabat,cui dicebat,Credo dñe. Modo cũ Euan Mar.9.
geliũ legeretur audistis,Si potes credere,ait dñs Iesus patri pueri,si potes credere,oia possibilia sunt credenti. Et ille intuens semetipsum,& positus ante semetipsum,non habens temerariam confidentiam,sed prius discutiens conscientiam,vidit in se esse aliquam fidem,vidit & titubationẽ,vtrunq; vidit. Vnũ habere se confessus est,& alteri adiutorium postulauit. Credo,inquit domine,Quid sequebatur,nisi adiua fidẽ meã? Nõ hoc dixit,Credo dñe,video hic aliqd vnde nõ mẽtior. Credo verũ dico,sed video hic etiã,nescio quid,qd mihi displiceat. Stare volo, sed adhuc nuto. Stans lo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quor,nou cecidi,quia credo,sed tamen adhuc nuto,adiuua incredulitatem meam.Er
go charissimi & ille quem contra me constituisti, & propter cuius controuersiam in
ter nos nos natam Prohetam iudicem postulaui,nō nihil dicit, etiam cum ipse dicit,
intelligam vt credam.Nam vtique modo quod loquor, ad hoc loquos, vt credāt qui
nondum credunt,& tamen nisi quod loquor intelligant, credere non possunt. Ergo
ex aliqua parte verum est quod ille dicit,intelligam vt credam: & ego qui dico, sicut
dicit Propheta,immo crede vt intelligas:verum dicimus,concordemus.Ergo intelli
ge vt credas,cerde vt intelligas. Breuiter dico, quomodo vtrūque sine controuersia
accipiamus. Intellige vt credas verbum meum,crede vt intelligas verbum dei.

Iacob.5. De verbis beati Iacobi,Ante omnia nolite iurare: Sermo. XXX.

Ser.28. PRima lectio quę nnbis hodie recitata est, Apostoli Iacobi oblata nobis est ad
disserendum,& quodammodo indicta. Intentos enim nos fecit,admonens ante
omnia ne iuretis. Difficilis quęstio est. Hoc peccatum quem non reum teneat,

Vbi supra. si iurare peecatum est? Nam periurium peccatum esse,& grande peccatum nemo du
bitat: sed non ait Apostolus,de cuius lectione tractamus, Ante omnia fratres mei no
lite periurare: sed nolite iurare. Præcesit etiam ipsius domini Iesu Christi in Euan

Mat.5. gelio similis admonitio. Audistis,inquit,quia dictum est antiquis, Non periurabis:
ego autem dico vobis,Nolite iurare,neque per cœlum, quia sedes dei est: neque per
terram,quia scabellum est pedum eius: neque per caput tuum iurabis, quia non tibi
est potestas facere vnum capillum album aut nigrum. Sit autem sermo vester,est,est,

Iacob. 5. nō nō: siqd amplius,a malo est. Huic dominicæ admonitioni memorata Apostoli ler
ctio omnino sic congruit,vt nihil aliud iussisse videatur: quia nullus alius hoc dixit
quam ille qui per Apostolum dixit,Ante omnia,inquit,fratres mei,nolite iurare,ne
que per cœlum,neque per terram,neque aliud quodcunque iuramentum, Sit autem
sermo vester est est,non non: nisi quod iste addidit, Ante omnia ex quo multum feci
intentos,auxitq; difficultatem quęstionis. Inuenimus.n. iurasse sanctos,iurasse primi

Psal. 109. tus ipsum dominum,in quo non est omnino peccatum. Iurauit dominus, & non pœ
nitebit eum,tu es sacerdos in æternum,secundum ordinem Melchisedech. Æternita
tem sacerdotij filio cū iuratione promisit. Habes etiā, Per memetipsum iuro,dicit

Gen.22. dominus. Et illud iuratio est,Viuo ego,dicit dominus. Quomodo homo per deū,sic
deus per seipsum. Non est ergo peccatum iurare,sed durum est hoc dicere. Et quoniā
diximus deum iurasse,quam blasphemū est hoc dicere? Iurat deus qui peccatum nō
habet. Non ergo est peccatum iurare,sed magis peccatum est peierare. Fortasse quis

22.q.2.ho mines. dicat non esse proponēdum de dño deo iurationis exemplum. Deus.n. est,& forte illi
soli cōpetit iurare,qui nō pōt peierare. Hoīes.n. falsum iurāt, vel cū fallūt vel cū fal

3. sen. dis. luntur. Aut.n putat homo verū esse quod falsum est,& temere iurat: aut scit vel pu
39.c20.2. tat falsum esse,& tamen pro vero iurat,& nihilominus cum scelere iurat. Distant ta
men ista periura quę duo commemoraui,Facilius iurat qui verū putat esse, pro quo
iurat,verum putat esse,& tamen falsum est. Non ex animo iste periurat,fallitur, hoc
pro vero habet,quod falsum est, non pro re falsa sciens iurationem interponit. Pa
alium,quod scit falsum esse,& dicit verum esse,& iurat tāquam verum sit, quod scit
falsum esse. Videtis quam ista detestanda sit belua, & de rebus humanis exterminan
da. Quis.n. hoc fieri velit? Omnes homines talia detestantur. Fac alium,putat falsum
esse,& iurat tāquam verum sit,& forte verum est,Verbi gratia, vt intelligatis, Pluit
illo loco,interrogas hominem,& putat non pluisse, & ad negocium eius competit, vt
dicet pluit,sed putat non pluisse,dicitur ei, Vere pluit? Vere & iurat,& tamen pluit
ibi sed ille nescit,& putat non pluisse,periurus est. Interest,quemadmodum verbum
procedat ex animo Ream linguam non facit,nisi mens rea. Quis est autem qui non
fallitur,& si noluit fallere? Quis homo cui non surrepat fallacia,Et tamen iuratio ab
ore non discedit,frequentatur,plura sunt plerūque iuramenta quam verba. Si disco
tiat homo quoties iuret per totum diem,quoties se vulneret, quoties gladio linguæ
feriat & transfigurat,quis in illo locus inuenietur sanus? Quia ergo graue pecratum
est peierare. compendium tibi dedit scriptura,Nolite iurare. Quid tibi dicturus sum

Sapien 9. homo,verum iura? Ecce verum iura,non peccas,si verum iuras, non peccas. Sed ho
mo inter tentationes positus carne,inuolutus,calcans terram sub terra,dum corpus
quod

quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa
cogitantem,inter ista multa tua cogitata incerta,volatica,coniecturas humanas,fal
lacias humanas,quando non subrepit tibi quod falsum est, posito in regione falsita
tis? Vis ergo longe esse a periurio? Iurare noli. Qui enim iurat, aliquādo verū iurare
potest,qui autem nō iurat,mēdaciū iurare nūquā potest. Iuret ergo deus qui iurat
securus,quē nihil fallit,quem nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli
potest. Cum enim iurat,se adhibet testem. Quomodo tu cū iuras, deum adhibes te
stē,sic ipse cū iurat,se testē adhibet. Tu quando illū adhibes testē, forte supra men
daciū tuū,accipis in vanū nomē domini dei tui. Ne mendaciū iures,ergo noli iurare. Exod. 20.
Ipsa est angustia. Periurij præcipitium est. Qui iurat iuxta est,qui nō iurat longe ē.
Peccat,& grauiter, qui falsum iurat: non peccat qui verū iurat,sed nec ille peccat qui
omnino non iurat. Sed qui non iurat,& non peccat, longe est a peccato: qui autē ve
rū iurat,nō peccat,sed ppe est ad peccatū. Fac te ambulare in aliquo loco, vbi a parte
dextera spatiosa sit terra,nec vsquam angustias patiaris: a sinistra præceps locus est,
vbi eligis ambulare? Super sinē terræ in labio præcipitij,an inde longe? Puto quia in
de longe. Sic qui & iurat,in fine ambulat,& ambulat pedibus infirmis, quia huma
nis. Si offenderis,deorsum is,si lapsus fueris,deorsum is. Et quid te excipit? Periurij
pœna. Ergo volebas verū iurare,audi consiliū dei, Noli iurare. Si peccatū esset iura- 22. q. 1. Si
tio,nec in vetere lege diceretur: Nō periurabis,reddes autē domino iusiurandū tuū. peccatum.
Non enim peccatū preciperetur nobis. Sed ait tibi deus tuus, Si iuraueris non dāna- Leuiti. 19.
bo,si verū iuraueris non damnabo. Sed nūquid si nō iuraueris damnabo? Duo sunt,
inquit,quę nō damnabo vnquā veram iurationē,& nullā iurationem, damno aūt fal
sam iurationē. Falsa iuratio exitiosa est,vera iuratio periculosa est, nulla iuratio secu
ra est. Scio esse difficilē quæstionē,& charitati vestræ fateor,semper illā vitaui, Nunc
aūt cum die dominico debito reddendi sermonis recitaretur eadem lectio, diuinitus
mihi inspiratum † esse credidi,vt inde tractarem. Hinc me dicere deus voluit, hinc † aliàs, im
vos audire. Obsecro ne cōtemnatis, obsecro vt cor stabiliatis, linguæ mobilitates mu peratum.
tetis Non frustra est omnino,non vacat q; cū eā,vt dixi, quæstionem semper deuita
te voluerim,impositā est necessitati meæ,vt imponatur & charitati vestræ. Vt noueri 22. q. 1.
tis verum iurare non esse peccatum inuenimus & Apostolū Paulū iurasse, Quotidie Vt noueri.
morior per vestrā gloriam fratres,quā habeo in Xpo Iesu domino nostro. Per vestrā 1. Cor. 15.
gloriam iuratio est: nō enim sic ait,Per vestram gloriam morior, quasi vestra gloria Cōcor. 22.
me fecit mori,quomodo si diceret,per uenenum mortuus est, per gladium mortuus q. 1. Nō ē.
est,per bestiam mortuus est,per inimicum mortuus est, id faciente inimico, faciente
gladio,faciente veneno & similia,non sic dixit per vestram gloriam. Ambiguitatem De iureiu-
Græcus sermo dissoluit. Inspicitur in epistola Græca,& inuenitur ibi iuratio quæ nō rā. & sixp̄s.
est ambigua, ni thin imeteran chiesin. Ni tuteon, ubi dixerit Græcus iurat. Quoti
die auditis Græcos & qui Græce non nostis,ni ton Theon, Quādo dicit,ni ton Theō,
iuratio est per deum, ni ton Theon, Ergo nemo dubitet iurasse Apostolum Paulum,
cum dixit, Per vestram gloriam fratres. Et ne putemus eum per humanam gloriā iu
rasse,quam habeo in Xpo Iesu domino nostro. Et alio loco iuratio prsus certa & ex- 2. Cor. 1.
pressa, Testem deum inuoco super animam meam,quia parcens vobis nondum veni Galat. 1.
Corinthum. Et alio loco ad Galatas, Quæ autem scribo vobis,ecce coram deo quia
non mentior. Intendite quæso,& aduertite, & si non tā plausibilis sermo vobis sit, p-
ptec angustias quæstionis,vtilis tamen est si aduiscera vestra perueniat. Ecce iurauit
Apostolus. Non vos fallant q(nescio quomodo volentes ipsas iurationes discernere
vel potius non intelligere, dicunt non esse iurationē, quando dicit homo, Scit deus,
testis est deus,inuoco deū super deū animā meā verū me dicere. Inuocauit, inquit,
deū,testem fecit deū. Nūquid iurauit? Qui hęc dicunt, nihil aliud volunt, nisi inuo
cato deo teste mentiri. Ita ne vero quisquis es praui cordis & peruersi cordis, si dicas,
per deū,iuras,si dicas,testis est deus,non iuras? Quid est enim per deū, nisi testis est 3. sen. d. 39
deus? Aut quid est,testis est deus,nisi per deū? Quid est aūt iurare, ius reddere ca. Hic q̄ri
deo quando per deū iuras,ius saluti tuæ reddere quando per salutem tu. iuras,ius tur durare
filijs tuis reddere quando per filios tuos iuras? Quod autem ius debemus saluti no quid.
strę, filiis nostris,deo nostro,nisi charitatis,veritatis,& non falsitatis? Maxime aūtē

Universidad de Deusto
Biblioteca

per deum cum fit, ipsa est vera iuratio, quia & cum dicit quisque, per meam salutem, salutem suam deo obligat: quando dicit, per filios meos, oppignerat deo filios suos, vt hoc veniat in caput eorum quod exit de ore ipsius, si verum verum, si falsum falsum. Cum ergo filios suos, vel caput suum, vel salutem suam quisq; in iuratione nominans, quicquid nominat obligat deo, quanto magis quãdo peierat per ipsum deũ? Timet enim falsum iurare per filium suum, & non timet falsum iurare per deũ suũ: Fortasis hoc dicens in animo suo, Timeo per filium meum falso iurare ne moriatur, deo autem qui non moritur, & si falsum per eum iuretur quid mali contingit? Bene quidem dicis, nihil mali contingit deo quando falsum iuras per deum: sed contingit mali multum tibi, qui fallis proximum, cui testem adhibes deum. Si aliquid teste filio tuo faceres, & amico vel proximo tuo vel cuilibet homini diceres, non feci, & tangeres filio tuo caput, quo teste fecisti, & diceres, per huius salutem, quia non feci: exclamaret forte filius tuus sub paterna manu tremens, nec tamen paternam manum, sed diuinam tremens: noli pater, non tibi vilis sit salus mea, deum super me inuocasti, ego te vidi, fecisti, noli peierare, te quidem habeo genitorem, sed plus & tuum & meũ timeo creatorem: Sed quia deus quando per eum iuras, non tibi dicit, Ego te vidi no li iurare, fecisti, sed times ne te iste occidat, tu te ante occidis. Quia ergo non dicit, ego te vidi, putas quia non vidit? Et vbi est quod dicit, Tacui tacui, nunquid semper tacebo? Et tamen plerunq; dicit, Ego te vidi, sed aliter quando vindicat in periurium: sed non in omnes, ideo homines educantur ad exemplum. Ego scio, ille mihi falsum iurauit & viuit, ille tibi falsum iurauit & viuit, falsum iurauit & viuit, ille falsum iurauit tu falleris. Si & tu oculos haberes, vnde mortem huius videres, si & tu in eo quod est mori & non mori non fallereris, videres huius mortem. Et modo intende scripturam, & ibi inuenies iacentem quem putas viuentem. Quia pedibus ambulat, quia manibus contrectat, quia oculis videt, & audit auribus, officijs cæteris membrorum sanctis vtitur, viuentem putas. Viuit sed corpus eius, mortua est autem anima eius, mortuum est quod melius est eius. Viuit habitaculum, mortuus est habitator. Quomodo, inquies, cum viuat corpus mortua est anima, cum corpus non viueret nisi viuificatum ab anima. Quomodo ergo mortua est anima de quâ viuit corpus. Audi ergo & disce, Corpus hominis creatura dei est, & anima hominis creatura dei est. Deus anima deus viuificat carnem, ipsam item animam viuificat de seipso non de seipsa. Vita ergo corporis anima est, vita animę deus est. Moritur corpus cum recedit anima, moritur ergo anima si recedit deus. Recedit anima cum corpus percutitur gladio, & putas quia non recedit deus cum ipsa anima feritur periurio? Vis videre quia mortuus est de quo loqueris? Lege scripturam, Os qđ mentitur occidit animam. Sed tu præsentem deum vltorem putas, si ille qui te iuratione falsa deceperit cõtinuo expiret. Si expiret ante oculos tuos, expirauit caro ipsius. Quid est expirauit? Caro ipsius spũm quo viuificabatur, eiecit. Hoc est expirauit excluso spũ quo viuebat caro. Peierauit, exclusit spũm quo viuebat anima. Expirauit, sed nescis, expirauit sed non vides. Carnem enim iacentem sine aĩa vides, aĩam miseram sine deo videre non potes. Crede ergo, adhibe oculos fidei. Nemo periurius impunitus, prsus nemo, cum illo est pœna sua. Si haberet in cubiculo suo tortorem carnis punitus esset, habet in secreto cordis sui tortorem conscientiæ suæ & impunitus vocatur? Et tamen quid dicis? Viuit, gaudet, luxuriatur qui mihi mentiẽdo iurauit. Quid est ꝙ me mittis ad inuisibilia? Quia & ipse deus per quem iurauit inuisibilis est. Iurauit per inuisibilem, feritur pœnam uisibili. Sed viuit, inquit, & quodammodo scatet & bullit luxurijs. Si hoc ita est ꝙ scatet luxurijs, ꝙ bullit luxurijs, vermes sunt aĩæ mortuæ. Deniq; omnis hõ prudẽs quales luxuriãtes puros attẽdit, sano cordis olfactu auertit se, nõ vult tueri, nõ vult videre, nõ vult audire. Vnde se ista sanitas auertit nisi qa putet aĩa mortua? Breuiter ergo audite fratres mei, concludã sermonẽ, figẽs in cordibus vestris curam salubrẽ, Ante omnia nolite iurare. Quare ante omnia? Si magnum est facinus peierare, nulla culpa est verum iurare. Quare ante omnia nolite iurare? Debuit enim dicere, ante omnia nolite peierare. Ante omnia, inquit, nolite iurare. Iurare enim peius est q̃ furari? Iurare peius est quàm adulterare? Non dico falsum iurare, iurare dico, iurare peius est q̃ hominem occidere? Absit. Hominem occidere, adulterari, furari, peccatum est.

Vita corporis ẽ aĩa & aĩæ uita, deus. Sapi. 1

Iacob. 5.

Iurare non est peccatum, sed falsum iurare peccatum est. Quare ergo ante omnia? Isto verbo quod ait, Ante omnia, cautos nos fecit aduersus linguam nostram. Ante omnia, ait, vt attendatis, præ cæteris, vt vigiletis ne surrepat vobis consuetudo iurandi. Tanquam in specula ita te posuit contra te, ante omnia leuauit te super cætera vnde te attendas. Considera enim te iurare per deum, per Christum occido illum, & hæc quotiens per diem, quotiens per horam? Non aperis os, nisi a tali iuratione. Nolles vt diceret tibi ante omnia, vt te aduersus consuetudinem intentissimum redderet, vt omnia tua inspiceres, omnes motus linguæ tuæ diligentissime custodires, et ses custos malæ consuetudinis tuę? Ad eam constringendam, audi ante omnia. Dormiebas pungo, ante omnia spinas admoueo. Quid est ante omnia? Ante omnia vigila, ante omnia intentus esto. Iurauimus & nos, pasim habuimus istam teterrimam consuetudinem & mortiferam. Dico charitati vestræ, exquo deo seruire cœpimus, & quantum malum sit in periurio vidimus, timuimus vehementer, & veternosissimam consuetudinem timore frænauimus. Frenata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & malę consuetudini bona succedit. Deniq; non vobis dicimus, nos non iurare. Si enim hoc dicimus mentimur. Quantum ad me pertinet iuro, sed quantum mihi videtur magna necessitate compulsus. Cum videro non mihi credi nisi faciam, & ei qui mihi non credit non expedire quod non credit, hac perpensa ratione & consideratione librata cum magno timore dico, Coram deo, aut testis est deus, aut scit Christus sic esse in animo meo: & video quia plus est, id est, quia amplius est quã est est, non non, sed quod amplius est a malo est, & si non a malo iurantis, a malo est non credentis. Deniq; non ait, si amplius facit malus est: & sit in ore vestro, est est, non non, si quis amplius facit malus est: sed, sit in ore vestro, est est, non non, quod autem amplius eo, a malo est: sed quære cuius. Sed tamen aliud habet humana pessima consuetudo. Et cum tibi creditur iuras, & cum nemo exigit iuras, & horrentibus hominibus iuras, non taces iurando, vix es sanus non periurando. Nisi forte putatis fratres, quia si sciret Apostolus Paulus credere sibi Galatas, adderet iurationem & diceret, Quæ autem scribo vobis ecce coram deo quia non mentior. Videbat ibi eos qui credebant: Videbat & alios qui non credebant, Ergo noli dicere non iuro, si forte exigitur. A malo est enim quod facis, sed illius qui exigit. Nam tu quomodo te purges non habes, quomodo satisfacias negocio quod instat non inuenis. Sed aliud est cum exigitur iuratio, aliud cum offertur: & hoc ipsum quod offertur, aliud cum offertur non credenti aliud cum ventilatur & credenti. Tene ergo linguam & cõsuetudinem quantum potes, non quomodo quidam quando illis dicitur, verum dicis non credo, non fecisti, non credo, deus iudicet, iura mihi. Et ipse qui exigit iurationem multum interest si nescit illum falsum iuraturum an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi vt fides ei fiat, non audeo dicere nòn esse peccatum, tamẽ humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, & nouit fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est. Ille enim suo periurio se perimit, sed iste manum interficientis & expressit & pressit. Cum vero aliquis sceleratus fur audit, iura si non tulisti, iura si non fecisti ab eo qui nescit an fecit: ille tunc, christiano non licet iurare: quando ab illo exigitur iusiurandum, non licet iurare, Christianus sum non mihi licet. Capta talem, auerte te ab illo, dissimula a negocio de quo loquebaris, misce alias fabulas & in ueniens eum millies iurantem, qui semel iurare noluit. Istam ergo consuetudinẽ quotidianam, crebram, sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, iurandi: auertite a vobis, amputate a linguis vestris, circundite ab ore vestro. Sed consuetudo est, solet dici. Solet dici quando non dico? Hoc est ante omnia. Quid est ante omnia? Præ cæteris cautus esto, plus ad hoc intentus esto quàm ad alia. Maior consuetudo maiorem intentionem flagitat, non rei leuis consuetudo. Si de manu aliquid faceres, facilius manui tuę imperares ne faceret: si pedibus aliquo eundum esset, pigritia retardante excitares te vt surgeres & ires: lingua facilitatem habet motus, in vdo posita est, facile in lubrico labitur. Quando illa citius & facilius mouetur, tanto tu aduersus illã fixus esto, Domabis si vigilabis, vigilabis si timebis, timebis si xpianũ te esse cogitaueris. Nã tm̃ mali hẽt iuratio, vt q̃ lapides colũt

22. q. 2. Sipeccatũ.

Mat. 5. De ele. signifi. De iureiu. & si Christus. Gala. 1.

22. q. 5. qui exigit. 3. sen. di. 39. cap. vlti.

Iurãdi consuetudoyi tanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

timeant falsum iurare per lapides: tu non times deum præsentem, deum viuentem,
deum scientem, deum manentem, deum in contemptores vindicantem? Clauditille
tem, lum super lapidem, & it ad domum suam, ipse super deum suum clausit, & ta-
22.q.4.ecce dico. sẽdi.39. cap. Hic ꝙritur
men quando illi dicitur, iura per Iouem, præsentis oculos timet. Et ecce dico charitati uestræ, & qui per lapidem falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? Quia multi & in hoc falluntur, & putant quia nihil est per quod iurant, non se crimine teneri periurii. Prorsus periurus es, quia per id quod sanctum putas, falsum iuras. Sed ego illũ sanctum non puto. Sanctum puta cui iuras. Non enim quando iuras tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem, sed nunquid non ante deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit te deus fallentem. Ante omnia ergo fratres mei obsecro uos, ne sine causa me deus hęc loqui compuluerit, Dico enim ante ipsum quod dixi, sæpe me istam quæstionẽ deuitasse: timui ne monendo & ꝓcipiẽdo plus reos facerẽ non audituros, hodie aũt plus timui ne loqui recusarẽ quod loqui iuberer. Quasi vero paruus sit fructus sudoris huius mei, si omnes qui me acclamauerunt, clament & contra se, ne falsum iurent aduersum se: si tot homines qui me attentissime audierũt, attẽti sint aduersus cõsuetudinẽ suã, & admoneãt se hodie cũ ad domos suas venerint, cũ consuetudinẽ suã, id est, lapsum linguę repetiuerint, admoneat ꝓximus ꝓximũ. Hoc est quod hodie audiuimus, hoc est qđ obstricti sumus. Nõ fiat hodie, certe cũ recẽs sermo est, expertus loquar, nõ fiat hodie, pigrius fit cras si & cras factũ nõ fuerit, min' laboraturus ẽ qui custodit, adiuuatur. n. cõsuetudine superioris diei, triduo moritur pestis de qua laboramus, & gaudebimus de fructu uestro, quia magno bono abundabitis, si tam magno malo carebitis. Conuersi ad dominũ.

1. Ioan. 1. De verbis beati Ioannis, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est:

Sermo XXXI.

Sermo. 29. 1. Ioan. 1. BEatissimus Ioannes Apostolus salubriter & veraciter scribens inter cætera, ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus & veritas in nobis non est: Si autem confessi simus peccata nostra, fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. His verbis docuit beatus Ioannes, immo ipse dñs Iesus nõ se tacẽs ꝑ Ioannẽ, neminẽ in ista carne, in isto corruptibili
Iob. 15. corpe, in ista terra, in isto maligno seculo, in ista vita tẽtationibus plena, neminẽ hic viuere sine pctõ. Absoluta sñia est, nec expositore idiget: Si dixerimus qa peccatũ nõ hẽmus, Quis. n. est q non hẽt peccatũ? Sicut scriptura dicit, Nec infans cuius est vita diei vnius sup terrã. Talis paruulus peccatũ nõ fecit, sed de parẽtib⁹ traxit. Ergo nullo mõ qsquã põt dicere non se habuisse peccatũ, sed accesisse ꝑ fidẽ ad lauacrũ regenerationis hõ fidelis, & oĩa dimissa sunt ei. Iã sub gr̃a viuit, in fide viuit, mẽbrũ xpi factus est, templũ dei factus est: & tñ sic qũo membrum xpi & templum dei factus est, si dixerit se non habere peccatũ, seipsum seducit, & veritas in eo non est: prorsus mẽtitur si dicat, iustus sum. Sunt autem quidam inflati vtres, spiritu elationis pleni non magnitudine ingentes, sed superbiæ morbo tumentes, vt dicere audeant inueniri homines absque peccato. Dicunt ergo iustos prorsus in hac vita nullum habere peccatum. Hæretici autem sunt Pelagiani, idemq; Cœlestiani, qui hoc dicunt. Et cum responsum illis fuerit, quid est quod dicitis, Ergo viuit hic homo sine peccato, & nõ habet omnino vllum peccatum nec facto nec verbo nec cogitatione? Respondent de illo superbiæ uento quo pleni sunt, quem ventum vtinam finirent, reflarentur & tacerent, id est, humiles fierent non elati? Respondent, inquam, prorsus isti, Homines sancti fideles dei, nec facto, nec verbo, nec cogitatione possunt vllum habere peccatum. Et cum eis dicitur, Qui sunt isti iusti qui sine peccato sunt, respondent & dicũt, Tota ecclesia. Mirari potuissem, si inuenirem vnum, duos, tres, decem, quod quærebat Abraham. Abraham enim a quinquaginta usque ad decem descendit, tu hæretico
Gene. 18. respondes & dicis mihi totam ecclesiam. Vnde hoc probas? probo inquis. Proba rogo te. Magnum enim mihi gaudium affers, si docere potueris, totam prorsus ecclesiam in singulis qbusq; fidelibus suis nullũ hẽre pcm. Probo, inquis. Dic vñ. Apostolus loquitur. Quid loquitur Apostolus? xps, inquit, dilexit ecclesiã. Audio, & Apostoli verba
Ephe. 5. eẽ cognosco, Mũdãs eã lauacro aq̃ in verbo, vt exhiberet sibi gloriosã ecclesiã nõ habẽtem maculam aut rugã, aut aliquid huiusmodi. Audiuimus de nube magna tonitrua.

nitura. Nubes ẽnim dei Apostolus. Verba ista sonuerunt, & tremere nos fecerunt. Sed dicite nobis antequam quæramus quomodo ista verba Apostolus dixerit, dicite, inquam, nobis, vtrum vos iusti estis an non? Respondent, iusti sumus. Ergo non habetis peccatum? Per omnes dies, per omnes noctes nihil mali facitis, nihil mali dicitis, nihil mali cogitatis? Non audent dicere, nihil. Sed quid respondent? Nos quidem peccatores sumus, sed de sanctis loquimur non de nobis. Hoc vos interrogo, Christiani estis? Non dico iusti estis. Curistiani estis? Non audẽt negare. Christiani, inquiunt, sumus. Fideles ergo estis? Baptizati estis? Baptizati inquiunt sumus. Dimissa uobis cuncta peccata? Dimissa, inquiunt. Qũo ergo estis peccatores? Sufficit mihi vnde te repelã. Vos Christiani estis, baptizati estis, fideles estis, mẽbra ecclesiæ estis, & habetis maculas & rugas. Qũo ergo est ecclesia isto tempore sine macula & ruga, cum vos sitis ruga eius & macula? Aut si nõ vultis esse Ecclesiam nisi eã quæ sine macula & ruga est, cum rugis vestris & maculis præciditevos a membris eius, præcidite vos a corpore eius. Sed quid adhuc dicam vt se ab Ecclesia segregent, cum hoc iam fecerint? Hæretici. n. sunt, iam foris sunt, cum tota mũditia sua foris remanserunt. Redite & audite, audite, & credite. Forte dicturi estis in corde vestro tumido & inflato, Nunquid potuimus dicere quia iusti sumus? Necesse vtique erat propter humilitatẽ ut dicerem⁹ nos pcores eẽ pp humilitatẽ ergo mẽtiris? Iustus es, sine pcõ es, sed propter humilitatem dicis te peccatorem. Quomodo te accipiam tanquam Christianum in alterum testem, quem contra teipsum testem falsum teneo? Iustus es, sine peccato es, & dicis tę habere peccatum. Testis ergo falsus es contra te. Non accipiet ergo deus mendacem humilitatem tuam. Inspice uitam tuam, vide conscientiam tuam. Ergo iustus es, sed non potes nisi dicere te peccatorem. Aupi Ioannẽ, ipse tibi repetit quod etiam superius veraciter dixit, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis nobis non est. Tu non habes peccatum, & dicis te habere peccatum, veritas in te non est. Quia non dixit Ioannes, Si dixerimus quia peccatum non habemus, humilitas in nobis non est: sed dixit, nosipsos seducimus & veritas in nobis non est: Ergo mentimur si dixerimus nos non habere peccatum. Si mendacium timuit Ioannes, tu mendacium non times, ut cũ es iustus, dicas te esse peccatorem? Quomodo ergo te accipiam ad alienam causam testẽ, qui in causa tua mentiris? Sanctos reos constituis, dum contra te falsum testimonium dicis, Quid facturus es alteri, qui te infamas? Quomodo alter tuam calumniam deuitabit, quando te tuæ linguæ mendacio reum facis? Iterum te interrogo alio modo, Iustus es aut peccator? Respondes, Peccator. Mentiris, quia nõ quod te esse corde credis hoc ore dicis. Ergo & si non eras peccator eẽ, incipis dũ mentiris. Dicis enim Humilitatis causa nos dicimus peccatores esse, nam deus videt quia iusti sumus. Cum ergo humilitatis causa mentiris, si non eras peccator antequam mentireris, mentiendo efficieris quod euitaueras. Veritas in te non est, nisi te ita dixeris peccatorem vt etiam esse cognoscas, veritas autem ipsa est, ut quod es dicas. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas? Postremo omittamus Ioannis verba: Ecce in corpore Ecclesiæ quam dicis non habere maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi & esse sine peccato, ecce venit hora orationis, oratura est tota Ecclesia, & tu quidem foris es, veni ad orationẽ dominicam, veni ad trutinam, veni dic, Pater noster qui es in cœlis. Sequere, Sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Sequere & dic, Dimitte nobis debita nostra. Respondes hæreticæ, quæ sunt debita nostra. An forte pecuniam mutuam a deo accepisti? Non, inquit. Non te ergo amplius interrogabo de hoc. Ipse enim dominus expositurus est, quæ sint debita, quæ nobis petimus relaxari. Dicamus ergo sequentia, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Exponat hoc dominus, Si. n. dimiseritis hominibus peccata: Ergo debita uestra peccata sunt, Dimittet uobis & pater uester peccata uestra. Redi ergo hæretice ad orationem, si obsurduisti contra uerã fidei rationem, Dimitte nobis debita nostra dicis, an non dicis? Si non dicis, & si præsens fueris corpore, foris tamen es ab ecclesia. Ecclesiæ enim oratio est, uox est de magisterio domini veniens. Ipse dixit, sic orate, discipulis dixit, Apostolis dixit, & nobis qualescũque agniculi sumus dixit, arietibus gregis dixit, sic orate. Videte quis

1, C

1, D

1, E

1, F

1, G

1, H

1, I

1, K

1, L

1, M

1, N

1, O

1, P

1, Q

1, R

1, S

1, T

1, V

1, X

1, Y

1, Z

1, AA

1, BB

1, CC

1, DD

1, EE

1, FF

1, GG

1, HH

1, II

1, KK

1, LL

1, MM

1, NN

1, OO

1, PP

1, QQ

1, RR

1, SS

1, TT

1, VV

1, XX

1, YY

1, ZZ

1, AAA

1, BBB

1, CCC

1, DDD

1, EEE

1, FFF

1, GGG

1, HHH

1, III

1, KKK

1, LLL

1, MMM

1, NNN

1, OOO

1, PPP

1, QQQ

1, RRR

1, SSS

1, TTT

1, VVV

1, XXX

1, YYY

1, ZZZ

1, AAAA

1, BBBB

1, CCCC

1, DDDD

1, EEEE

1, FFFF

1, GGGG

1, HHHH

1, IIII

1, KKKK

1, LLLL

1, MMMM

1, NNNN

1, OOOO

1, PPPP

1, QQQQ

1, RRRR

1, SSSS

1, TTTT

1, VVVV

1, XXXX

1, YYYY

1, ZZZZ

1, AAAAA

1, BBBBB

1, CCCCC

1, DDDDD

1, EEEEE

1, FFFFF

1, GGGGG

1, HHHHH

1, IIIII

1, KKKKK

1, LLLLL

1, MMMMM

1, NNNNN

1, OOOOO

1, PPPPP

1, QQQQQ

1, RRRRR

1, SSSSS

1, TTTTT

1, VVVVV

1, XXXXX

1, YYYYY

1, ZZZZZ

1, AAAAAA

1, BBBBBB

1, CCCCCC

1, DDDDDD

1, EEEEEE

1, FFFFFF

1, GGGGGG

1, HHHHHH

1, IIIIII

1, KKKKKK

1, LLLLLL

1, MMMMMM

1, NNNNNN

1, OOOOOO

1, PPPPPP

1, QQQQQQ

1, RRRRRR

1, SSSSSS

1, TTTTTT

1, VVVVVV

1, XXXXXX

1, YYYYYY

1, ZZZZZZ

1, AAAAAAA

1, BBBBBBB

1, CCCCCCC

1, DDDDDDD

1, EEEEEEE

1, FFFFFFF

1, GGGGGGG

1, HHHHHHH

1, IIIIIII

1, KKKKKKK

1, LLLLLLL

1, MMMMMMM

1, NNNNNNN

1, OOOOOOO

1, PPPPPPP

1, QQQQQQQ

1, RRRRRRR

1, SSSSSSS

1, TTTTTTT

1, VVVVVVV

1, XXXXXXX

1, YYYYYYY

1, ZZZZZZZ

1, AAAAAAAA

1, BBBBBBBB

1, CCCCCCCC

1, DDDDDDDD

1, EEEEEEEE

1, FFFFFFFF

1, GGGGGGGG

1, HHHHHHHH

1, IIIIIIII

1, KKKKKKKK

1, LLLLLLLL

1, MMMMMMMM

1, NNNNNNNN

1, OOOOOOOO

1, PPPPPPPP

1, QQQQQQQQ

1, RRRRRRRR

1, SSSSSSSS

1, TTTTTTTT

1, VVVVVVVV

1, XXXXXXXX

1, YYYYYYYY

1, ZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAA

1, BBBBBBBBB

1, CCCCCCCCC

1, DDDDDDDDD

1, EEEEEEEEE

1, FFFFFFFFF

1, GGGGGGGGG

1, HHHHHHHHH

1, IIIIIIIII

1, KKKKKKKKK

1, LLLLLLLLL

1, MMMMMMMMM

1, NNNNNNNNN

1, OOOOOOOOO

1, PPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRR

1, SSSSSSSSS

1, TTTTTTTTT

1, VVVVVVVVV

1, XXXXXXXXX

1, YYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

1, BBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBBB

1, CCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCCC

1, DDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDDD

1, EEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEEE

1, FFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFFF

1, GGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGGG

1, HHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHHH

1, IIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIIII

1, KKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKKK

1, LLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLLL

1, MMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMMM

1, NNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNNN

1, OOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOOO

1, PPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPPP

1, QQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQQ

1, RRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRRR

1, SSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSSS

1, TTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTTT

1, VVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVVV

1, XXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXXX

1, YYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYYY

1, ZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZZ

1, AAAAAAAAAAAAAAAAAAAAAA

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixerit,& quibus dixerit,Veritas discipulis,pastor pastorum arietibus dixit,sic ora-
te,Dimitte nobis debita nostra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.Rex mi- 87
litibus dominus seruis,Christus Apostolis,ueritas hominibus loquebatur,sublimi- G
tas humilibus loquebatur.Scio quid in vobis agatur. Ego vos appendo, ego de tru-
tina mea renuncio,prorsus dico quid in vobis agatur. Hoc enim ego plus quàm vos
scio,dicite, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos, dimittimus debitoribus no-
stris. Interrogo te homo iuste, sancte, homo sine macula & ruga, interrogo te, in-
quam,Oratio ista ex deo est,fidelium est,an catechumenorum? Certe vtique rege-
neratorum est,id est,baptizatorum:Postremo quod totum superat,filiorum est.Nam
si non est filiorum,qua fronte dicitur, Pater noster qui es in cœlis? Vbi ergo estis o
iusti & sancti? In membris Ecclesiæ huius estis,an non estis? Ibi eratis,sed iam non
estis ibi. Et vtinam iam præcisi accepta ratione audiant & credant. Ergo si tota ec-
clesia dicit,Dimitte nobis debita nostra,reprobus est qui hoc non dicit. Et nos qui-
dem cum dicimus,debita nostra quousque id quod petimus accipiamus reprobi su-
mus quia peccatores sumus. Sed quod vos non facitis,nos faciendo, id est, peccata
Mat. 6. nostra confitendo mundamur, si tamen faciamus quod dicimus,Sicut & nos dimitti
mus debitoribus nostris.Vbi es ergo hæretice Pelagiane, vel cœlestiane? Ecce tota
Ecclesia dicit,Dimitte nobis debita nostra. Habet ergo maculas & rugas,sed confes- 87
sione ruga extenditur,confessione macula abluitur. Stat ecclesia in oratione ut mi- L
detur confessione:& quandiu hic vitiitui sic stat, & cum de corpore exierit vnus-
quisque, dimittetur ei que talia habebat vt dimitterentur debita, quia & quotidia-
nis precibus dimittuntur:& tunc exit mundatus,& thesaurizatur Ecclesia in thesau
ros domini aurum purum,ac per hoc in thesauros domini Ecclesia est sine macula
& ruga. Et si ibi sine macula & ruga est,hic quod orandum est? Vt venia percipiatur.
Quid agit venia? Maculam extergit. Qui ignoscit,rugam extendit,Et vbi extendi
tur ruga nostra tanquam in tendicula magni fullonis? In cruce Christi. In ipsa enim
Mat.26. cruce,id est,in ipsa tendicula pro nobis sanguinem fudit, & nostis fideles quale testi-
Ephe 5. monium perhibeatis sanguini quem accepistis. Certe enim dicitis, Amen: Nostis
quid sit sanguis,qui pro multis effusus est in remissionem peccatorum. Ecce quo-
modo fit. Ecclesia sine macula & ruga,tanquam bene mundata in tendicala crucis
extenditur,sed hic omnino potest id agi. Exhibet sibi Ecclesiam gloriosam domi-
nus,non habentem maculam aut rugam Agit hoc & hic,exhibet ibi.Hoc enim agit,
vt non habeamus maculam aut rugam. Magnus est qui hoc agit,bene curat,doctis-
simus artifex est. Extendit in ligno & facit nos sine ruga, quos abluendo fecerat si-
ne macula. Ipse qui uenit sine macula & sine ruga extensus est in tendicula,sed pro
pter nos, non propter se,ut non faceret sine macula & ruga. Rogemus eum ut faciat,
& postquam fecerit ad horrea nos ducat, ibiq; nos reponat ubi pressorium non erit.
Tu ergo qui loquebaris sine macula & ruga es? Quid hic facis in Ecclesia,quæ dicis,
Dimitte nobis debita nostra? Debita se habere confitetur quæ relaxentur. Qui non
confitentur non ideo non habent,sed ideo eis non relaxabuntur. Confessio nos fa-
cit & vita cauta,uita humilis,oratio cum fide,contritio cordis,lacrymæ non fictæ de
1.Ioan 1. vena cordis profluentes,vt dimittantur nobis peccata sine quibus esse nõ possumus:
Confessio,inquam,nos sanat, dicente Apostolo Ioanne, Si confiteamur peccata no
stra,fidelis est & iustus vt dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate.
Non autem quia dico quòd non possumus hic esse sine peccato,homicidia facere de
bemus,aut adulteria,uel cætera mortifera peccata quæ vno ictu perimunt. Talia
non facit bonæ fidei & bonæ spei Christianus,sed illa sola quæ quotidiano oratio-
Mat.6. nis penicillo tergantur. Humiles & deuoti,dicamus quotidie, Dimitte nobis debita
nostra:sed si faciamus quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.
Sponsio hæc cum deo,uera sponsio & fixa conditio est. Tu homo es, & habes debi-
torem,& debitor etiam tu es. Accedis ad deum qui habet debitores, & debitor non
est, ut postules tibi debita relaxari. Sed hoc tibi dicit,Ego debita non habeo,tu ha-
bes pebita, debes enim mihi sed etiam frater tuus debet tibi. Debitor meus es,ha-
bes & tu debitorem. Debitor meus es,quia peccasti in me, habes debitorem fratre
quia peccauit in te. Quod feceris cum debitore tuo,facio & ego cum meo, id est, si

dimittis dimitto,si tenes teneo. Tu contra te tenes, qui alteri non dimittis. Nemo
ergo dicat se esse sine peccato,sed non tamen ideo debemus amare peccatum. Oderi-
87 mus ea fratres & si non sumus sine peccatis, oderimus tamen ea, & maxime a crimi-
nibus nos abstineamus, abstineamus quantum possumus a leuibus peccatis. Ego,
ait,nescio quis,non habeo peccata,seipsum decipit, & veritas in eo non est. Prorsus
oremus vt deus dimittat,sed faciamus quod dicitur,Dimittamus & nos debitoribus
nostris,cum dicitur,& dimittetur nobis. Quotidie dicimus hoc, & quotidie facimus
& quotidie fit in nobis. Non hic sumns sine peccato,sed exibimus hinc sine peccato.

De verbis beati Ioannis, Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiri- 1.Ioan.4.
tus si ex deo sunt: Et cnnfutatione Manichæorum, Sermo XXXII.

QVando Ioannes Apostolus legebatur,audiuimus loquentem per eum spiri- Ser. 30.
tum sanctum,& dicentem, Charissimi,nolite omni spiritui credere, sed pro
bate spiritus si ex deo sunt. Repeto,quia necessarium est vt repetam,& hoc
mentibus uestris,quantum dominus adiuuat, vehementer inculcem. Charissimi no
lite omni spiritui credere,sed probate spiritus si ex deo sunt. Quoniam multi pseu
87 do prophetæ prodierunt in hunc mundum,præcepit spiritussanctus ne omni spiri- 1.Ioan.4.
L tui credamus,& causam cur hoc præceperit,dixit,Quę illa causa est? Quoniam mul- ibid.
ti,inquit,pseudoprophetę prodierunt in hunc mundum. Quisquis ergo ista prece-
pta contempserit,& omni spiritui credendum putauerit, necesse est incurrat in pseu-
doprophetas,& quod peius est,blasphemet ueros prophetas. Hic iam ex isto præce-
pto homo cautus effectus dicturus est mihi, Audiui, teneo, obtemperare desidero,
quia & eho in pseudoprophetas nolo incurrere. Quis enim hoc velit, a mendacibus
decipi? Siquidem pseudopropheta,est mendax propheta. Da mihi hominem reli-
giosum, non vult fallere: da mihi hominem impium,sacrilegum, fallere vult,falli Pseudo
non vult. Cum ergo nolint fallere boni, falli autem nec boni uelint nec mali, quis prophera.
est qui in pseudoprophetam velit incurrere? Verba dico consulentis me,sed utique
in pseudoprophetam nemo nisi inuitus incurrit. Audiui præceptum Ioannis,immo 1.Ioan.4.
domini per Ioannem, Nolite omni suiritui credere Ecce accipio, ita uolo. Addidit &
dicit, Sed probate spiritus si ex deo sunt. Vnde probo, Probare vellem,si errare
non possim. Certe nisi probauero spiritus qui ex deo sunt, incurram necesse est in
87 spiritus qui ex deo non sunt, & ex hoc seducar a pseudoprophetis. Quid agam?
M Quomodo obseruem? O si sanctus Ioannes quomodo nobis dixit, Nolite omni
spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, dicere dignaretur, quomodo
probentur spiritus q ex deo sunt. Noli esse solicitus, & hoc aud. Hinc cognoscitur
spiritus dei: Hoc certe expectabas audire,ut probares spiritus qui ex deo sunt. Hinc
cognoscitur spiritus dei. Ioannes dixit, non ego. Hoc sequitur in lectione quam ibid.
tracto. Cum enim nos propterea faceret solicitos & cautos, ne omni spiritui creda-
mus sed probemus spiritus qui ex deo sunt,quia multi pseudopropheræ prodierunt
in hunc mundum:continuo vidit quid desideraremus, occurrit expectationi, inie-
cit oculum tacitæ cogitationi. Gratias deo, quia & hoc per illum loqui dignatus
est. Hinc cognoscitur spiritus dei. Eia, audite audite, intelligite, discernite,
inhærete ueritati,resistite falsitati. Hinc cognoscitur spiritus dei. Vnde rogo te?
Hoc est quod audire cupiebam. Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in
carne uenisse ex deo est: Et omnis qui non confitetur Iesum Christum in carne ve-
nisse, ex deo non est. Interim ergo charissimi repellite ab auribus vestris omnem
disputatorem, prædicatorem, scriptorem,susurratorem, qui negat Iesum christum 1.Ioan.4.
incarne uenisse. Ergo repellite Manichæos a domibus, ab auribus a cordibus ue-
28 stris. Manichei enim christum in carne uenisse apertissime negant. Spiritus ergo
A illorum non est ex deo. Hic uideo vnde uelit lupus obrepere agno, & quantum ua-
leo deuitandum esse demonstro: Hinc in eo quod dixi, uel potius ab Apostolo
dictum commemoraui, quia omnis spiritus qui negat Iesum christum in car-
ne uenisse ex deo non est, insidiatur Manichæus in hoc uerbo, & dicit mihi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce spiritus qui negat Iesum Christũ in carne venisse, ex deo nõ est. Vnde est ergo? Si ex deo nõ est, inquit, vnde est? Nunquid enim pót esse nisi aliunde: Si ergo, inquit, ex deo non est, & aliunde est, vides esse duas naturas. Inuenimus lupum, retia saluberia tendamus, venemur, capiamus, captum trucidemus. Trucidemus planè: Moriatur error, viuat homo. Ecce in eo quod dixi capiamus, trucidemus, moriatur error, uiuat homo, ibi soluitur quæstio. Sed recolite quod proposui, ne obliti quæstionem non intelligatis solutionem. Omnis spiritus qui non confitetur Iesum in carne venisse, ex deo non est. Et Manichæus contmuo, Et vnde est? Si ex deo non est, aliunde est. Si aliunde est, docui esse duas naturas. Hanc quęstionem tenete, & mentes ad illa mea verba reuocate vbi dixi, capiamus, trucidemus, moriatur error, viuat homo.

Ioan. 1. Error non est ex deo, homo ex deo est. Redite ad quæstionem. Oĩs spũs qui non confitetur Iesum in carne venisse ex deo non est. Dico & ego, Oĩa per ipsum facta sunt,

Psal. 150. Oĩs spiritus laudet dominũ. Sed si non oĩs spũs ex deo est, quomodo spũs qui ex deo non est laudat dominũ? Prorsus oĩs spũs laudet dominũ. Vtrunque video, languidũ intelligo, vitium sanetur, natura liberetur. Vitium natura non est, sed naturæ inimi-

Ioan. 4. cum est. Sana vnde langues, remanet vnde laudes. Medicina vitium persequitur non naturam. Oĩs qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo non est. Iuquantũ nõ cõfitetur Xpm in carne venisse, intãtũ ex deo non est, quia iste error q nõ cõfitetur Christum in carne venisse ex deo non est. Fratres quid est quod renascimur? Natura quæ corrupta fuerat reparatur, natura quæ lapsa fuerat erigitur, natura quæ deformis iacebat gratia reformatur. Solus enim creator, solus creator pater, filius, spiritussanctus, sed trina vnitas, vna trinitas, sola illa natura immutabilis, incõmutabilis, nec defectui, nec profectui obnoxia, nec cadit vt minus sit, nec transcẽdit vt plus sit, perfecta, sempiterna, omnimodo imutabilis, sola illa natura. Creatura vero bona, sed creatori impar valde. Vis adhærere diabolo desertori, si æquare contendis condita creatori. Agnoscat anima conditionem suã non est deus. Cũ se anima putat deũ, offendit deum, non inuenit salua-

Mat. 6. torem, inuenit damnatorem: qm̃ deus quãdo animas malas damnat, non se damnat, aũt aia hoc est qđ deus, se damnat. Demus honorẽ deo nostro frẽs, cui clamamus, Libera nos a malo: & succurret tibi hodie vt in oratione inuenias tentationem, & dicat tibi, Quid est quod clamasti, libera nos a malo? Certe non est malum. Respondeo illi, Ego sum malus. Et si liberauit me a malo, ero de malo bonus, liberet me a me, ne incurram in te: Hoc dic Manichæo, Si deus liberauit me a me, non incurram in te, quia si deus libera uit me a malo, ero bonus. Si bonus ero, sapiens ero. Si sapiens ero, non

Psal. 73. errabo. Si non errabo, a te decipi non potero. Liberet ergo deus me a me, & non incurram ib te. Meũ est enim vitium vt errem & credam tibi, qm̃ anima mea impleta est illusionibus. Non sum mihi ipse lumen, nam si essem, nunquã errassem. Ideo pars dei non sum, quia substantia dei, natura dei errare non potest. Ergo autem erro, nam & tuipse confiteris. Sapientem te dicis, ab errore me liberare conaris. Vnde ego erro, si natura dei sum? Erubesce, da honorem deo. Ego dico quia multum adhuc erras, sed sicut tuipse confiteris erraueras. Errauerat ergo natura dei? Ierat in immunditiam natura dei? Adulteria committebat natura dei? Stupra illicita faciebat natura dei?

Ioan. 5. Cæca nesciebat quà iret natura dei? Facinoribus & flagitus obruebatur natura dei? Erubesce, da honorem deo, lumen esse non potes. Erat lumen verum. In comparatione Ioannis dictum est, Erat lumen verum. Nunquid non & Ioannes lucerna? Ille erat lucerna ardens & lucens, dominus dixit, Nunquid lucerna lumen non est? Sed erat lumen verum. Lucerna & accendi potest, & extingui potest, lumen verum accendere potest, extingui non potest. Erat ergo lumen verum, quod illuminat omnem hominem

Psal. 25. venientem in hunc mundum. Illuminandi sumus: non lumen sumus. Expergiscere, clama mecum, Dominus illuminatio mea. Quid est quod dicis? Ergo non sunt mala?

Mat. 6. Sunt mala, sed mutantur, & ipsa erunt bona, quia ipsa mala, vitio sunt mala non natura? Quid est, libera nos a malo? Nònne possemus & possumus hęc verba dicere, libera nos a tenebris? A quibus tenebris? A nobisipsis, si quæ in nobis sunt reliquiæ tenebrarum, donec in totum lux efficiamur, nihil habentes a nobis quod resistat charitati, quod repugnet veritati, quod subiaceat infirmitati, quod conditione

1. Co. 15. mortalitatis deficiat. Tunc totum videte quid erit, quando corruptibile hoc induetur incorruptione, & mortale hoc induetur immortalitate. Tũc fiet sermo qui scriptꝰ est, Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus aũt mortis est peccatũ, Vbi malum modo? Mala hominum quæ? Error & infirmitas Aut nescis quid agas, & errando laberis: aut scis quid agi debeat & infirmitate superaris. Ergo omne malum hominis error & infirmitas. Cõtra errorem clama, Dominus illuminatio mea: Contra infirmitatẽ adde, Et salus mea Crede, bonus Psal. 26.
esto, tu es malus, tu eris bonus. Noli diuidere. Natura in te sananda est, nõ separanda. Vis nosse quid es? Tenebręs. Quare tenebræ? Homo qui dicis, corrumpitur deus, aliquid his tenebris potest esse profundius? Crede, agnosce christum in carne uenisse, accepisse quod non erat, non amisisse quod erat, hominẽ in se mutasse, non in hominem fuisse mutatũ. Agnosce, & tu ipse ex malo eris bonus, ex tenebris eris lux. Ne mentior, & non est vnde conuincã? Apostolum accipis, si te non fingis accipere Apostolum, legis & deciperis, & decipis. Vnde deciperis? Errando malo tuo teipso. Si au-
tem crederis, erroremq; discussseris, audies ab Apostolo, Fuistis. n. aliquando tene- Ephes. 5.
bræ, nunc autem lux. Sed addidit lux. Sed ubi? In dño. Ergo tenebræ in te, lux in domino: quia non tibi potes lucere accedendo illum, naris, recedendo tenebraris: quia
non tibi lumen tuipse es aliunde illuminaris, Accedite ad eum & illuminamini. Scio Psal. 33.
charissimi de ista lectione sancti Ioannis in re una multũ me fuisse immoratum, nec uos esse fatigãdos ultra uideo, uel ultra capacitatẽ replẽdos, & nostra infirmitas cogitanda est. Nam hæc uerba sancti Ioannis habent adhuc magnas latebras suas. Interim eos qui negant Christum in carne uenisse repellite. Cõstat. n. eos non esse ex deo inquantum errant, inquantũ peccant, inquantum blasphemant non sunt ex deo, sanentur & ex deo erunt, quia & natura ex deo erant. Hinc quantũcunq; disputaui, attendite scripturas. Nolite credere eis qui negãt Christũ in carne uenisse. Sed certe di- 1. Ioan. 4.
cturus es mihi, Ergo qui dicit Christũ in carne uenisse, ex deo est. Audiamus Donatistas qui confitentur Christum in carne uenisse: Audiamus Arrianos qui confitentur Christũ in carne uenisse: Audiamus Eunomianos qui confitentur Christum in carne uenisse: audiamus Photinianos qui confitentur Christũ in carne uenisse. Si. n. omnes spiritus qui confitentur Christum in carne uenisse ex deo sunt, quam multę sunt hæreses mendaces, deceptrices, insanæ, confitentur tamen Christum in carne uenisse. Quid ergo dicturi samus: Quomodo istam quęstionem soluturi? Quocunq; soluenda sit, hodié solui non potest. Tenete me debitorem, sed deum pro me & pro uobis orate adiutorem.

De uerbis beati Ioannis, Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne ue- Vbi sup.
nisse, ex deo est:

Sermo XXXIII.

Sermo XXXI.

VEstræ charitatis expectatio, mei debiti exactio est. Nõ dubito meminisse vos, quid in adiutorio domini de sancti Ioãnis lectione ꝓmiserim. Cũ ergo audi-
stis lectorẽ, credo vos cogitasse me debere esse debiti redditorẽ. Magnã quippe quæstionem sermone in longũ ꝓcedente distulimus, quo recte possit intelligi qd 1. Ioan. 4.
ait in epistola sua beatus Ioannes, non Baptista sed Euangelista, Omnis spũs qui confitetur Iesum Christum in carne uenisse ex deo est, Videmus enim multas hæreses cõfiteri Christũ in carne uenisse, & tamen non eas possumus dicere ex deo esse. Negat Christũ in carne uenisse Manichæus, Non est laborandũ neq; vobis diutius suadẽdũ, ꝙ iste error non sit ex deo. Sed Arrianus confitetur Christum in carne uenisse, Eunomianus, Sabellianus, Photinianus. Quid istis conuincẽdis querimus testes? Quis tot numerat pestes? Sed interim quæ sunt notiora tractemus. Multis quippe hęreses illæ quas nominaui ignotæ sunt, & est ista ignorantia tutior. Certe quod nouimus. Dona tista confitetur Xpm in carne uenisse, tamen absit vt sit hic error ex deo. Vt de recentioribus hęreticis loquar, Pelagianista confitetur Xpm in carne uenisse, tamen omnino non est hic error ex deo. Proinde charissimi diligenter consideremus, qm̃ non dubitamus veram esse sententiã, Oĩs spũs qui confitetur Christum in carne uenisse, ex deo est: conuincendi sunt isti ꝙ nõ confiteãtur Christum in carne uenisse. Nam si eis istam concesserimus confessionem, ex deo illos esse fatebimur. Quomodo vos ab eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum erroribus vel prohibemus, vel deterrimus, vel aduersus eos scuto veritatis defendimus? Adiuuet nos dominus, quia & vestra expectatio pro nobis oratio est, ut conuincantur isti qui non confitentur Christum in carne venisse. Arrianus audit, & prædicat partum virginis Mariæ. Confitetur ergo Christum in carne venisse? Non.

1. Ioan. 4. Quomodo probamus? Si adiuuet dominus intelligentias vestras, facillime. Quid est quod exigimus? Vt confiteatur Iesum Christum in carne venisse. Quomodo confiteri potest in carnè venisse Iesum Christum, qui negat ipsum Christum. Quis.n. Christus? Beatum Petrum interrogemus, Modo cum Euangelium legeretur audistis, cũ quæsisset dominus ipse Iesus Christus quem illum dicerent homines filium hominis, Responderunt discipuli opiniones alienas, & dixerunt, Alii Ioannem Baptistam,

Mat. 6. alii Heliam, alii Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Qui hæc confitebantur vel confitentur, Iesum Christum plus q̃ hominem non nouerunt. Si autem Iesum Christũ plus q̃ hominem non nouerunt, Iesum Christum vtique non norunt. Si enim tantũ modo homo est, nihil amplius, non est ipse Iesus Christus. Vos ergo, inquit, quem me esse dicitis? Respondit Petrus vnus pro omnibus, quia vnitas in omnibus, Tu es christus filius dei viui, Ecce habes confessionem veram, confessionem plenam. Iungere enim debes vtrunq; quod de se Christus, & quod de Christo Petrus. Quid de se Christus? Quem me dicunt homines esse filium hominis? Quid de Christo Petrus? Tu es Christus filius dei viui. Vtrũq; coniunge, & venit Christus in carne. Hoc de se Christus quod minus est, hoc de Christo Petrus quod maius est. Respondit de veritate humilitas, & de humilitate veritas. hoc est de veritate dei humilitas, & de humilitate hominis veritas. Quem me dicunt homines esse, inquit, filium hominis? Dico ergo q factus sum propter vos, dic tu Petre quis est qui fecit vos. Qui ergo confitetur Iesum Christum in carne venisse, profecto confitetur filium dei in carne uenisse. Dicat nũc Arrianus, vtrum confiteatur Christum in carne venisse. Si filium dei confitetur in carne venisse, Christum confitetur in carne venisse. Si filium dei negat Christum, nescit Christum, alium pro alio dicit, non ipsum dicit. Quid est enim filius dei? Quomodo quærebamus, quid est Xps, & audiebamus q̃ sit filius dei, quæramus quid est filius dei? Ecce filius dei, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus

Ioan. 1. erat verbum, hoc erat in principio apud deum. In principio erat verbum. Quid dicis

Gen. 1. Arriane? In principio, sicut dicit Genesis, fecit deus cœlũ & terrã: tu aũt dicis, In principio fecit deus verbũ. Factũ enim dicis verbũ, creaturã dicis verbũ. Tu ergo dicis, In principio fecit deus verbum, sed Euangelista dicit, in principio erat verbum: Et ideo in principio fecit deus cœlum & terram, quia erat verbum. Oĩa per ipsum facta sunt, factum dicis. Si factum dicis, filium negas. Filium enim quærimus natura non gratia, filiũ vnicũ, vnigenitũ, non adoptatum. Talem filiũ quærimus, tam verum filiũ quærimus, qui cum in forma dei esset, Apostoli verba sunt, ꝓpter rudes commemoro ne mea putentur: Illum filiũ quærimus, qui cum in forma dei esset, sicut dicit Apostol,

Philip. 2. non rapinã arbitratus est esse ęqualis deo Non rapina, quia natura: Natura erat, rapina non erat. Non rapinam arbitratus esse æqualis deo. Nõ erat ei rapina, natura erat: sic erat ex ęternitate, sic erat coæternus gignenti, sic erat æqualis patri, sic erat, semetipsum exinaniuit, vt confiteamur Iesum Xpm in carne venisse. Semetipsum exinaniuit Quomodo? Amittendo qđ erat, an assumendo qđ non erat? Sequatur Apostolus,

Vbi supra. Audiamus, Semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens. Sic se exinaniuit, formã serui accipiens, non formã dei amittẽs. Forma serui accesit, non forma dei discessit. Hoc est confiteri Xpm in carne uenisse. Arrhianus aũt qui non confitetur ęqualem, non confitetur filiũ. Si non confitetur filiũ, non confitetur Xpm. Qui non confitetur Xpm filiũ, quomodo confitetur Xpm in carne venisse? Sic & Eunomius par ei, socius ei, non multum diuersus. Etenim dicũtur Arrhiani confessi fuisse, quia vel similis est patri filius, & si non æqualis dixerunt, sed similis. Ille nec similis. Et iste ergo negat Xpm. Si enim Xps verus patri æqualis est & similis, profecto qui negat æqualem negat Xpm, qui negat similem negat Xpm. Qui ergo negat ęqualem & similem, negat carne venisse Xpm. Quero.n. Venit in carne Xps? Respondet, Venit Et putamus quia confitetur? Interrogo, Quis Xps venit in carne, æqualis patri an inæqualis? Respondit, Inæqualis. Inæqualem ergo patri dicis venisse in carne, negat Xpm in carne ve-

nisse, quia Christus æqualis est patri, Sabellianum audi. Ipse est filius qui est & pater. Hoc dicit, hinc pungit, hinc venena diffundit. Ipse est, inquit. Pater quando vult pater est. Non est ipse Christus, Et tu erras si hunc Christum dicis in carne venisse, quia iste Christus non est, negas Christum in carne venisse. Quid dicis Photine? Ait Photinus, Christus solus homo est, deus non est. Formam serui confiteris, formã dei negas. Et xps in forma dei ęqualis est patri, in forma serui consors est nobis. Et tu negas xpm in carne venisse. Donatista qd? Donatistæ plurimi hoc cõfitentur de filio qđ nos, q̃ æqualis sit patri filius eiusdemq̃ substantiæ: alij vero eorum, eiusdem quidẽ substantiæ confitentur, sed æqualem negant. Quid opus est disputare de his qui negant ęqualem? Si enim negãt ęqualem, negant filium. Si negant filium, negant Christum. Si negant Christum, quomodo confitentur in carne venisse Christum? De illis subtilior disputatio est, qui hoc confitntur quod nos, vnigenitum filium ęqualem patri, einsdem substantiæ, æterno coæternũ, & tamen Donatistæ sunt. Dicamus eis, Verbis confitemini, factis negatis. Aliquis enim negat factis. Non omnis qui negat, verbo negat. Plane sunt homines qui factis negant. Interrogemus Apostolum, Oĩa, inquit, munda mundis, immundis aũt & infidelibus nihil est mundum, sed pollutæ sunt eorum & mens & conscia. Confitentur.n. deum se nosse, factis aũt negant. Quid est negare factis? Superbire & schismata facere, nõ in deo, sed in homine gloriari. Ita factis negatur Christus vnitatem quippe amat Christus. Postremo ecce qũo & ipsi Christum negant, vt apertius loquamur. Nos eum dicimus Christũ, de quo ait Ioannes Baptista, Qui habet sponsam sponsus est. Bonũ cõiugium, sanctæ nuptię. Sponsus Christus, sponsa ecclesia. Ab sponso cognoscimus spõsam. Dicat nobis ipse sponsus, quam habet sponsam, dicat ne fortasis erremus, & inuitati ad nuptias sancta vota turbemus: dicat, ostẽdat primo seipsum sponsum. Post resurrectionem ait discipulis suis, Non sciebatis, quia oportebat impleri oĩa quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me? Tunc euangelista sequitur & dicit, Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit eis, Quia sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die. Ecce sponsus quem confessus est Petrus, hoc est filiũ dei viui oportebat vt pateretur, & tertia die, resurgeret, & factũ erat, Impletũ videbãt caput tenebant, corpus quærebant. Qđ est caput? Ipse Christus passus est, tertia die resurrexit, caput ecclesiæ. Corpus quod est? Ipsa ecclesia. Videbant ergo discipuli caput corpus non videbant. Ergo eos corpus non videntes, doceat caput. Dic dñe Iesu dic sanctæ sponse, instrue nos de corpore tuo, de sponsa tua, de dilecta tua, de colũba tua, quam dotasti sanguine tuo, dic, Oportebat Christũ pati, & resurgere a mortuis tertia die. Ecce sponsus. Dic de sponsa, imple tabulas matrimoniales. Audite spõsum, Et ꝑdicari, inquit. Hoc.n. sequitur, Oportebat xpm pati & resurgere a mortuis tertia die & prædicari in noie eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorum per oẽs gẽtes. Vbi te abscondis? Per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem Sic est factum. Legimus promissum, videmus impletum, Ecce lux mea, vbi est obscuritas tua? Ergo xps sponsus est huius ecclesię quæ prędicatur in omnes gentes, & pullulat & crescit vsq; ad fines terræ, incipientibus ab Hierusalem: Huius sponsus christus. Tu quid dicis, cuius sponsus est Christus? Partis Donati? Non est ipse, non est ipse Homo bone non est ipse, immo homo male non est ipse. Ad nuptias veniamus, tabulas legamus, & non litigemus. Ergo si tu dicis Christus est sponsus patris Donati, ego tabulas lego & inuenio esse xpm sponsum ecclesię diffusæ toto orbe terrarũ. Si dicis ipse est, & non est ipse, negas Christum in carne uenisse. Pelagianista restat, non ex hæresibus oĩbus, sed eis quas pro paruo tpe cõmemoraui, Iam.n. dixi, quis numerat tot pestes. Quid dicis Pelagista? Audite quid dicit, Videtur cunfiteri Christum in carne uenisse, sed discussus inuenitur negare. Christus enim in carne venit, quæ similitudo esset carnis pectĩ, non esset caro peccati. Apostoli uerba sunt, Misit deus filium suũ in similitudine carnis peccati: non in similitudine carnis, quasi caro non esset caro, sed in similitudine carnis peccati, quia caro erat, sed peccati caro non erat. Iste autem Pelagius carnem omnis infantis carni christi conatur æquare. Nõ est charissimi. Nõ pro magno õmendaretur in xpo similitudo carnis peccati, nisi oĩs cętera caro esset caro peccati. Quid ergo prodest, quia dicis christum in carne uenisse, & omnium infantium

Titum. 1.

Ibidem.

Ioan. 3.

Luc. 24.

Ephe. 5. & Col. 1.

Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carni eum coronaris æquare? Et tibi hoc dico qđ Donatistæ, nõ est ipse. Ecce video ecclesiam matrem testimonium reddentem ipsis vberibus suis. Accurrunt matres eũ paruulis filiis, ingerunt Saluatori saluandos, non Pelagio damnandos. Mater quæ libet mulier pietate currẽs cũ paruulo suo, dicit, Baptizetur vt saluetur. Pelagius contra, Quid saluatur? Nõ est quod in eo saluetur, nihil habet vitij, nihil ex traduce damnationis traxit. Si equalis est Christo, quare quærit Christum? Ecce dico tibi, Spõsus filius dei qui venit in carne saluator est & maiorum & minorum, saluator est & grandium & infantium, & ipse est Christus: tu autem dicis saluatorẽ Christum maiorem non minorum, Non est ipse. Si non est ipse, negas & tu Christum in carne venisse. Et si discutiamus omnes hæreses, inuenimus eas negare Christum in carne venisse. Omnes hæretici negant Christum in carne venisse. Quid miramini si pagani negant Christum in carne venisse? Quid miramini, si Iudæi negant Christum in carne venisse: Quid miramini si Manichęi apertissime negant Christum in carne venisse?

Titum. 1. Sed dico charitati vestrę, etiam omnes mali catholici verbis confitentur Christũ in carne venisse, factis autem negant. Nolite ergo esse tanquam de fide securi, adiungite fidei rectæ vitam rectã, vt Christum confiteamini in carne venisse, & verbis vera dicendo, & factis bene viuendo. Nam si confiteamini verbis, & factis negetis, fides talium malorum prope est fides dæmoniorum. Audite me charissimi, audite me, ne sit vobis testis sudor hic meus, audite me: Iacobus Apostolus cum de fide & operibus

Iaco. 2. loqueretur aduersus eos qui sibi putabant fidem sufficere & opera bona habere nole bant, ait, Tu credis quia vnus est deus, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Nunquid ideo dæmones ab æterno igne liberabuntur, quia credunt & contremiscunt? Ecce modo quod audistis in Euangelio, quod ait Petrus: Tu es Christus

Mat. 16. Marci. 9. filius dei viui: legite & inuenietis dixisse dęmones, Scimus quia sis filius dei. Petrus tamen laudatur, dęmon cõpescitur. Vna vox, facta diuersa. Vnde separãtur istæ duæ confessiones? Laudatur amor, damnatur timor, Non enim amore dicebãt hoc dæmones. Tu es filius dei, timore hoc dicebãt non amore. Denique illi in confessione diserunt. Quid nobis & tibi? Petrus aũt, tecũ sum vsq; ad mortem. Sed & ipse Petrus vnde fratres mei, vnde illi diceret ex amore, Tu es xps filius dei viui? Vnde illi? Itane

Mat. 16. de suo? Absit. Bene, quod ipsum Euangelij capitulum vtrunq; dęmonstrat, quid Petrus dei, quid de suo, vtrunq; ibi habes, lege, non est quod a me expectes audire, Cõmemoro Euangelium, Tu es Christus filius dei viui. Et dominus ad eum, Beatus es Simon Bar Iona. Quare? De tuo beatus? Non, quia caro & sanguis non reuelauit tibi hoc enim es tu: non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Et sequitur, & dicit cætera quę commemorare longum est. Paulopost dominus ibi, post hæc verba sua quibus apptobauit fidem Petri, eamq; esse petram monstrauit, cœpit ostendere discipulis suis, quia oportebat eum venire Ierosolymam & multa pati, & exprobari a senioribus & scribis & sacerdotibus & occidi, & tertia die resurgere. Ibi

Ioan. 10. Petrus de suo expauit, & horruit mortẽ Christi, expauit æger medicinã suam, Absit
Ioan. 15. a te domine, inquit, propitius tibi esto, non fiat hoc. Et vbi est, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam? Oblitus es Petrei

Ioan. 15. Oblitus es. Maiorem charitatem nemo habet quam vt animam suã ponat quis pro amicis suis? Oblitus es? Obliuio illa de ipsius, trepidatio, horror & timor mortis, totum de Petri, immo de Simonis nõ de Petri. Et dominus, Vade retro satanas. Beatus es Simon bariona, sed de dei. Vade retro satanas. Vnde? Recolite vnde beatus. Iam dixi, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Vnde satanas dicat dominus. Neque enim sapis quę dei sunt, sed quæ sunt hominum. Sperate in domino, & veræ fidei bona facta coniungite. Confitemini Christum in carne venisse, & credendo & bene viuendo, & vtrũque ab illo acceptum tenete, ab illo augendum & perficiendum sperate. Maledictus enim omnis homo qui spem suam ponit

Iere. 17. in homine. Et bonum est homini, vt qui gloriatur, in domino glorietur.

1. Cor. 1. De verbis Apostoli, Vt de dormientibus non contristemur sicut & cæteri &c. Et de operibus misericordię quibus mortui adiuuantur. Sermo. XXXIIII.

Ser. 32. ADmonet nos btũs Apostolus vt de dormientibus, hoc est, mortuis charissimis non contristemur, sicut & cęteri qui spem non habent, spem scilicet resurrectionis

ctionis & incorruptionis æternæ. Nam ideo & dormientes eos appellat scripturę ve- Psal. 40.
racissima cõsuetudo, vt cum dormiẽtes audimus, euigilaturos minime desperemus.
Vnde etiam cantatur in psalmo, Nunquid qui dormit, non adiiciet vt resurgat? Est
ergo de mortuis eis qui diliguntur, quędam tristitia quodammodo naturalis. Mortẽ
quippe horret, non opinio sed natura. Nec mors homini accideret, nisi ex pœna quã
præcesserat culpa. Quapropter si aĩalia quę ita creata sunt, vt suo quoq; tempore moriantur mortem fugiunt, diligunt vitam, quanto magis homo qui sic fuerat creatus, vt si viuere sine peccato voluisset, sine termino viueret; Hinc itaq; necesse est vt tristes simus, quando nos moriendo deserũt quos amamus, quia & si nouimus eos, non in ęternum relinquere nos mansuros, sed aliquantum præcedere secuturos: tamen mors ipsa quam natura refugit cum occupat dilectũ, contristat in nobis ipsius dilectionis affectum. Ideo monuit Apostolus non vt non contristemur, sed non sicut cę teri qui spem non habent. Contristamur ergo nos in nostrorum mortibus necessita- 1. Thes. 4.
te amittendi, sed cũ spe recipiendi, Inde angimur, hinc cõsolamur. Inde infirmitas afficit, hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat diuina promissio. Proinde pompa funeris, ahmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, viuorum sunt qualiacunq; solatia, non adiutoria mortuorum. Orationibus vero sanctæ ecclesiæ & sacrificio salutari, & eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, vt cũ eis misericordius agatur a domino, quam eorũ peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditũ vniuersa obseruat ecclesia, vt pro eis qui in corporis & sanguinis xpi cõione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo cõmemorantur oretur, ac pro illis quoque id offerri cõmemoretur. Cũ vero eorũ cõmendandorum causa operatra misericordiæ celebrãtur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes deo nõ inaniter allegantur? Non omnino ambigendum est ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita vixerint ante mortem, vt possint eis hęc vtilia esse post mortẽ. Nã qui sine Galat. 5.
fide quę per dilectionem operatur, eiusq; sacramentis de corporibus exierũt, frustra illis a suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent pignore caruerunt, vel non suscipientes vel inuacuum suscipientes dei gratiam, & sibi non misericordiam thesaurizantes, sed iram. Non ergo mortuis noua merita comparantur, cum pro eis boni aliquid impendunt sui, sed eorum præcedentibus cõsequentia ista redduntur. Non enim dictum est nisi cum hic viuerent, vt eos hęc aliquid adiuuarẽt, cum hic viuere destitissent. Et ideo istam finiens quisq; vitam, nisi quod meruit in ipsa non poterit habere post ipsam. Permittãtur itaque pia corda charorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili, & consolabiles lacrymas fundant conditione mortali, quas cito reprimat fidei gaudium, qua credunt fideles quando moriuntur paululum a nobis abire & ad meliora transire. Consolẽtur eos etiã fraterna obsequia, sine quę funeribus exhibentur, siue quæ dolentibus adhibentur, ne sit iusta querela dicentium, Sustinui qui simul contristaretur & non fuit, & consolantes, & non inue- Psal. 68.
ni, Sit pro viribus cura sepeliendi & sepulcrha construendi, quia & hæc in scripturis sanctis inter bona opera deputata sunt. Nec solum in corporibus patriarcharũ alio- Gene. 49.
rumq; sanctorum, & humanis cadaueribus quorumq; iacentium, verumetiam in ipsius domini corpore prædicati atque collaudati sunt qui ista fecerunt. Impleant hęc homines erga suos officia postremi muneris, & sui humana lenimenta mœroris. Ve- Ioan. 19.
rum illa quæ adiuuent spiritus defunctorum oblationes, orationes, erogationes, multo pro eis obseruantius, instantius, abundantius impendant * qui suos carne non spiritu mortuos, non solum carnaliter, sed etiam spiritaliter amant.

* al. Verũ illi vtique abluũt spiritus &c. impedũt. Ser. 34. Psal. 115. Psal. 111.

De celebratione dierum fratrum defunctorum, & resurrectione mortuorum.

Sermo. XXXV.

QVando celebramus dies fratrum defunctorum, in mente habere debemus, & quid sperandum, & quid timendum sit. Secundum hoc enim sperandum est, quia prætiosa in cõspectu domini mors sanctorum eius: secundum hoc autem timendum est, quia mors peccatorũ pessima. Ideoq; pp spem in memoria æterna erit iustus, pp timorẽ ab auditu malo non timebit. Erit enim auditus quo nullus sit peior, quando dicitur sinistris, Ite in ignem æternum. Ab hoc auditu malo iustus

Mat.25. non timebit. Erit.n.ad dexteram inter illos quibus dicetur. Venite benedicti patris
mei percipite regnum. In hac aũt vita quæ media ante ſumma bona & ante ſumma
mala ducitur,in medio bonorũ malorumq; mediornm,id eſt,in neutra parte ſummo-
rũ: quia & bona quæcunq; hic fuerint homini, in comparatione bonorum æternorũ
nulla ſunt: & mala quæcunq; in hac uita experitur homo, in cõparatione ignis æterni nec comparanda ſunt. In hac ergo medietate vitæ illud quod audiuimus nunc ex

Ioan.11. Euangelio tenere debemus, Qui credit, inquit, in me, licet moriatur, viuit: & vitam
pronunciat,& mortem nõ negat. Qui credit in me,licet moriatur, viuit. Quid eſt mo-
riatur, viuit? Licet moriatur corpore, viuit ſpiritu. Deinde adiungit, Et qui viuit &
credit in me,non morietur in æternum. Certe licet moriatur, quomodo ſi non morie-
tur? Sed licet moriatur ad tempus, non morietur in æternum. Sic iſta ſoluitur quæ-
ſtio, vt non ſint inter ſe contraria verba veritatis, & poſsint inſtruere affectum pietā-
tis. Ergo licet corpore morituri ſimus, viuimus ſi credimus. Eſt autem fides noſtra
maxime diſcreta ab omni fide gentilium in reſurrectione mortuorũ. Hanc.n. illi oĩno
non recipiunt, quia vbi recipiant non habent. A dño.n. præparatur voluntas hoĩs, vt

Ioan.14. ſit fidei receptaculum. Dicit Iudæis dñs, Sermo meus non capit in vobis. Ergo in his
capit in quibus inuenit quod capiat. In his.n. inuenit q̃ capiat ſermo qui capit, quos

Luc.15. deus pollicẽdo non decipit, ille.n. qui quẽrit ouẽ perditã, & quã quærit nouit, & vbi
quærit, & qũo eius mẽbra diſperſa colligat, & in vnã ſalutẽ reducat, & ita conſtituat

1. Theſ.4. vt eam vlterius non perdat. Conſolemur ergo nos inuicem, & in his ſermonibus no-
ſtris. Põt nõ dolere cor humanũ defuncto chariſsimo, melius tñ dolet & ſanatur cor
humanum, q̃ non dolendo ſit in humanũ. Maria domino cohærebat, & mortuum fra-

Ioan.11. trem dolebat. Sed quid miraris quia Maria dolebat, tunc cum ipſe dominus flebat?
Mouere autem quẽuis põt, qũo flebat mortuum, ſi continuo iubet victurum? Non
mortuum flebat quẽ ſuſcitauit, ſed mortẽ quam ſibi homo peccando cõparauit. Si.n.
peccatum non præceſsiſſet, ſine dubio mors ſecuta non fuiſſet, Secuta eſt ergo mors
etiam corporis, quam præceſsit mors animę. Mors animæ præceſsit deſerente deo, &
mors corporis ſecuta eſt deſerente anima. Deſeruit volens, & coacta eſt deſerere no-
lens. Tanquam illi diceretur, Receſsiſti ab eo quẽ diligere debuiſti, recede ab eo quẽ

Ioan.21. dilexiſti. Quis enim vult mori? Prorſus nemo, & ita nemo, vt beato Petro diceretur,
Alter te cinget & ducet quò tu non uis. Si ergo nulla eſſet mortis amaritudo, non eſſet

1. Theſ.4. magna martyrũ fortitudo. Ideo & Apoſtolus de dormientibus inquit, Nolo vos igno-
rare fratres, vt non contriſtemini ſicut & gentes quæ ſpẽ non habent. Non tantũ ait,
Vt non contriſtemini, ſed vt non ſic contriſtemini quemadmodum gentes quæ ſpem
non habent. Neceſſe eſt.n. vt contriſtemini. Sed vbi contriſtaris? Vbi corpus quod vi-
uit ex aĩa fit examine. Diſcedente anima qui ambulabat iacet, loquebatur tacet, oculi
lucem non capiunt, aures nulla voce pateſcunt, oĩa membrorum officia conquieue-
runt, non eſt qui moueat greſſus ad ambulandum, manus ad operandum, ſenſus ad
percipiendum. Nõne iſta eſt domus, quam neſcio quis inuiſibilis habitator ornabat?
Diſceſsit qui non videtur, remanſit quod cum dolore videatur. Iſta eſt cauſa triſtitię.
Si hæc eſt cauſa triſtitiæ, eſt & huius triſtitiæ conſolatio. quæ conſolatio? Quia ipſe
dñs in iuſſu & in voce archangeli in nouiſsima tuba deſcendet de cœlo, & mortui in
Chriſto reſurgent primi, deindẽ nos viuentes, qui reliqui ſumus, ſimul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ita ſemper cum dño erimus. Pereat co-

1. Teſ.4. triſtatio, vbi tanta eſt conſolatio, detergatur luctus ex animo, fides expellat dolorem.
In tanta ſpe non decet eſſe triſte templũ dei. Ibi habitat bonus conſolator, ibi qui nõ
fallit promiſſor. Scio vt mortuum diu plangamus, quoniam mors amara eſt, per illã
tranſiuit & dominus. Sufficiant hæc pauca charitati veſtrę, conſoletur vos abundan-
tius qui non migrat de corde veſtro, ſed ita dignetur habitare, vt nos dignetur etiam
in fine mutare.

Sermo xxiiij. & xxv. habentur ſupra numero xix. & xx.

Sermonum de verbis Apoſtoli finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Liber Quinquagínta Homíliarum.

De eo quod Propheta dicit in Pſalmo, Quis eſt homo qui vult vitam, & diligit videre dies bonos. Homilia. I.

Pſal.33.

VOcans genus humanum ſpiritus dei, iubendo quid facere & pro-
mittendo quid ſperare debeamus, prius mentem noſtram inflam-
mat ad præmium, vt quod præcipitur magis bonum amando, Pſal.33.
quam malum timẽdo faciamus. Quis eſt homo, inquit, qui vult
vitam, & diligit videre dies bonos? Sic interrogans quis iſte ſit,
quaſi poſsit inueniri qui non ſit. Quis enim nõ vult vitam? Quis
non diligit videre dies bonos? Audi ergo quod ſequitur, quicun-
que hoc vis & diligis homo, audi quod ſequitur, Omnis homo, cohibe, inquit, linguã
tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo & fac bonum, quære
pacem & ſequere eam. Horum omnium cætera ſuperiora ſunt in præcepto, vltimum
in præmio. Nam vt cohibeamus linguam noſtram a malo, & labia noſtra ne loquan-
tur dolum, declinemus a malo & faciamus bonum, vt quæramus pacem præcipitur
nobis: vt autem ſequamur eã, promittitur nobis. Quę iſta pax eſt; niſi quam non ha-
bet mundus? Quę iſta pax eſt, niſi quam non habet iſta vita, quæ in huius vitæ com-
paratione nec vita eſt? Neque n. de hac vita diceret, Quis eſt homo qui vult vitam,
& ad iſtam vel retinendam vel producendam præceptis conſequentibus hortaretur,
quãquam & iſtam quis non velit. Nam & hæc ſaltem optatur prolixa, quia eſſe non
poteſt ſempiterna, & per hanc põt homo peruenire ad illam, ſi quemadmodum vult
eam longam, ſic velit & bonam. Quantum eſt autem in hac vita longum, quod erit
aliquando finitum? Et quod erat longum erit nullum, quia & quando erat nõ ſtabat,
quando producebatur non augebatur, nec addendo creſcebat, quia veniendo recede-
bat. Quiſquis igitur es amator longæ vitæ, eſto potius bone vitæ. Nam ſi male viue-
re volueris, longa vita non erit verum bonum, ſed erit longum malum. Vide autem
quam ſis abſurdus atque peruerſus, cum te villam fatearis plus amare quam vitam.
Villam vis potius bonam habere quã vitam? Nam vt inhiando & male concupiſcen-
do adipiſcaris villã bonã, fraudãdo efficis vitam malã. Tñ ſi tibi diceretur, ſi a te quę
reretur, vtrũ males villa bona carere perdendo, an vita mala moriendo, reſponderes
te, ſi vtrũq; retinere nõ poſſes, paratiorẽ eſſe vt villa tibi auferretur. Cur igitur nõ ſic
amatur vita vt ſit ẽt bona, quę abs te oĩbus tuis bonis p̃fertur ẽt mala? Cupis certe
vt lõga ſit, licet mala ſit: ĩmo fac vt bona ſit, & noli timere ne breuis ſit. Nã ſi te ſollici
to bene agitur, te ſecuro cito finietur. Succedet ei nãq; vita æterna, ſine metu btã, ſi-
ne fine lõga. De illa qppe vita interrogat q dicit, Quis eſt hõ q vult vitã, & diligit vi-
dere dies bonos? In hac aũt vita iubet nos Apoſtol⁹ redimere tp̃s, qm̃ dies mali ſunt.
Et qd eſt redimere tp̃s, niſi cũ opus eſt ẽt detrimẽto tpaliũ cõmodorũ ad æterna quę
rẽda & capeſſenda ſpatia tpis cõparare? Vñ & dñs p̃cepit dicẽs, Si q̃s voluerit tecũ iudi- Ephe.5.
cio cõtendere & tunieã tuã tollere, dimitte illi & pallium, vt.ſ. amiſſa re tpali, impẽdas Redimere
ad quietẽ, qd̃ erat impẽſurus ad litẽ. Qd̃ itaq; non de vita & diebus huius tpis loqua- tp̃s quid.
tur ſp̃us dei dicẽs, Quis eſt hõ qui vult vitã, & cupit videre dies bonos, ſequẽtia do- Mat. 5.
cet. Talia.n. p̃cepta ſubiungit quibus obaudiẽdo vitã & dies bonos habere poſsimus,
vt hæc vita quã nũc agimus, & hi dies, pro eiſdẽ p̃ceptis implẽdis plerũq; amittendi
ſint. Proinde ſi hãc vitã, in qua nũc ſumus intellexerimus in eo qd̃ dictũ eſt, Quis eſt
hõ q vult vitã, & pp hãc habendã quæ cõnectuntur p̃cepta faciamus, qd acturi ſum⁹
cũ aliqs in malitia potẽs mortẽ nobis fuerit cõminatus, niſi falſum teſtimoniũ dixe-
rimus? Profecto.n ſi fecerimus qd̃ hic iubetur: Cohibe linguã tuã a malo, vt pp hoc
p̃ceptũ teſtimonij fallaciã recuſemus, q̃ſi decepti videbimur, qa pp habendæ vitæ cu-
piditatẽ p̃ceptũ ſeruare ſuſcepim⁹, & eã magis p̃ceptũ ſeruãdo pdidim⁹. Porro ſi vitã

Mat.19. Dies p̄sentes seculi.

intellexerimus in æternū beatā, q̄ post istā deus dabit obediētibus sibi: de qua dñs dixit ad quendā, Si vis venire ad vitam, serua mandata, Tunc vero interrogati, Quis est homo qui vult vitam, & respondemus nos velle vitam, & iam sub ipso percussoris ictu veritatem seruabimus in testimonio, mortem contēnimus in mundo, vitā consequimur in cœlo. Hæc de diebus bonis intelligamus, nam si pp dies præsentis seculi qui boni dicuntur & non sunt, in sepultura cordis per epularum aggeres, in luxu ac vinolentiæ gurgitibus, in turpissimis ingluuiū voluptatibus. Si ergo pp istos dies quasi Propter dies bonos susceperimus præceptum vt labia nostra nō loquātur dolum, plerūq; tales dies cogūt amatores suos loqui dolum, & tales dies negantur eis qui nō loquuntur dolum. Quid est.n. aliud loqui dolum, nisi aliud labiis promere cū aliud claudatur in pectore? Ad hoc maxime adulatorum exarsit negociū qui pene semper ne prohibeantur ab opimis mensis apparatisq; conuiuijs, blandiēdo nō tacēt falsum, ne ab his prohibeantur si amando deum dixerint verum. Ergo pp istos dies quos putant bonos, vt eis exhibeantur, loquuntur dolum, & eis negantur si non loquuntur dolum. Alij sunt igitur dies boni de quibus admonemur, vt si eos videre diligimus, cohibeamus a malo linguam, ne dolum loquamur. Non sunt de isto seculo dies illi, non eos habet cœlum quod transiet, sed qđ permanebit. Non eos nouit terra morientium, sed terra viuentium. Hos quisque intellexerit & dilexerit, linguā cohibet a malo. Et si iam terror mortis cogat ad malum, labia eius non loquuntur dolū: & si diebus fallaciter bonis inuitetur ad dolum, declinat a malo, etiam inter bona facit bonū, etiā inter mala querit pacē quę non est super terram, & sequitur eam in illo qui fecit cœlum & terram. Proinde fratres concupiscite vitam, & diligite videre dies bonos, vbi nulla nox erit, vitam in quam dies malus non timeatur, dies bonos in quibus nunq̄ finiatur. Sed si hanc mercedem diligitis, cauete ne opus cuius ea merces est, recusetis. Illam enim pacem quęrendo sequimini, quęretis autem manibus vestris nocte coram deo, & non decipiemini. Quid est autem manibus vestris nocte, nisi etiam in tribulatione. Quid est coram deo, nisi in conscientiæ puritate? Sic viuendo & hoc amādo habebitis deum in contemplatione, & in illo vitam sine defectione, dies bonos sine cōtenebratione, pacem sine dissensione.

Loquendi dolū qd.

Dies boni.

Dē continentię aīę. cap. 13.

Psal.79.

Quęrere manibus nocte & coram deo.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, vsq; ad hoc, Constituam te ante faciem tuam. Homilia. II.

Psal.49.

FRequenter fratres chartsimi cum Psalmista cantamus versiculum illum, per quē detractores spiritali gladio feriuntur. Sic enim ait, Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Quod aūt dixit, Sedens, ostendere voluit quod non transitorie detraxerit, nec ei surreptum sit vt malè de proximo loqueretur. Sedens, id est, ex ocio, quasi ad hoc vacans vt derogaret proximo suo, Hęc fecisti & tacui &c. Nemo, fratres charissimi, falsa securitate se decipiat, & putet se ante tribunal Christi non esse venturum, nec reddituru de factis propriis rationē. Veniet enim dominus deus noster nō silebit. Modo enim silere dicitur, quia adhuc vindictam suspendere videtur, Hæc fecisti & tacui. Quid est tacui, nisi non vindicaui? Seueritatem meam distuli, patientiam tibi prologaui, pœnitentiā tuā diu expectaui. Hæc fecisti & tacui. Ego autem cum adhuc expectarem vt te pœniteret, tu aūt & me contempsisti, & Apostolum audire noluisti. Et secundum duritiā cordis tui & cor impœnitens, thesaurizasti tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Suspicatus es inique quod ero tibi similis. Parum est quia mala facta tua placent tibi, placere putas & mihi. Deum quia non statim pateris vltorem, vis tenere participem, & tanquam corruptum iudicem prædæ socium vis habere. Dē multis quę rapuisti paruas eleemosynas faciens, & adhuc peccata non deserens, quasi corruptu iudicem putas te posse redimere, cum si etiam totum dares & peccata ipsa non desereres, teipsum deciperes pecuniam perdendo & peccata non redimendo. Suspicatus es inique, cp ero tibi similis. Arguam te, Quando? Veniet enim dominus deus noster & non silebit. Arguam te. Et quid faciendo arguendo te? Quid tibi faciam. Modo te non vides, facio vt videas te, quia si videres te & displiceres tibi, placeres mihi. Quia vero te non videns placuisti tibi, displicebis & mihi & tibi. Mihi cum iudicaberis, tibi cum ardebis. Quid enim tibi faciam, inquit, Constituam te ante faciem tuam.

Psal.49.

Roma.2.

Quod enim vis latere teipsum, in dorso tuo tibi est. Non te uides, facio ut uideas te. Quod tu post dorsum tuum posuisti, ego ante faciem tuam ponam. Videbis fœdita tē tuam, non vt corrigas, sed vt erubescas. Modo.n. frēs charissimi, oēs amatores luxuriæ, & qui cū delectatione faciunt iniquitatem, peccata sua post dorsum proijciunt. Si vero aliquid boni casu aliquo vel per quamlibet occasionem fecerint ante se ponunt, & inde assidue gloriantur & dicunt, Ego illum liberaui, ego illi benefeci, ego illi tm̄ dedi. Et dum bona quæ per illos deus fecit, sibi assignant: per vanitatem perdūt quod per eleemosynā acquirere videntur. Ac sic ante tribunal xpi perditis bonis quæ ante se habebant, peccata quæ post dorsum proiecerant ante faciem eorum reuocātur: & sine vllo termino sustinebunt supplicium qui sibi dum viuerent noluerunt prouidere remedium. Et hæc quidē faciunt illi qui plus diligunt p̄tia q̄ futura. Qui vero de animæ suę salute attentius cogitant, econtrario faciunt. Bona quæcunq; fecerint post dorsum proiiciunt, mala autem quæcunque surrepserint ante oculos ponunt: & dum de ipsis in p̄ti seculo erubescunt, & vulnera curare & mortua resuscitare, & sordida abluere tota fidei deuotione contendunt: cū in die iudicii ante tribunal xp̄i venerint, mala quæ antē faciem suam posuerant & bonis operibus redempta sunt, auferentur: bona quæ propter vanitatem post dorsum proiecerant, ante oculos collocabuntur, & merebūtur audire, Venite benedicti patris mei percipite regnū. Et licet hęc ita sint, non tn̄ de illis desperandū est qui adhuc mala sua nō solū corrigere nolunt, sed ēt defensare non erubescunt: sicut nec illa ciuitas desperata fuit, de qua dictum est, Adhuc triduo, & Niniue subuertetur. In ipso tn̄ triduo idonea fuit cō uerti, orare, plangere, & de pœna imminenti misericordiam promereri. Audiant ergo qui tales sunt dum licet audire tacentem. i.in præsenti non vindicantem. Veniet.n. dñs deus noster & non silebit. Et tunc arguet, q̄n correctionis locus non erit. Statuam te, inquit, ante faciem tuam. Modo ergo, sicut iam supra dictū est, quisquis talis es, fac quod tibi minatur dñs facere: tolle te de dorso tuo vbi te videre nō vis dissimulans a factis tuis & cōstitue te ante te. Ascēde tribunal mentis tuæ, esto tibi iudex: torqueat te timor, erumpat confessio, dic deo tuo, Qm̄ iniquitatem meam ego agnosco, & delictum meum ante me est semper: Quod erat post te, fiat ante te. Et cum factū fuerit ante te, puniatur a te, ne tu ipse postea a deo iudice fias ante te, & non sit quò fugias a te. Intelligite aūt hæc qui obliuiscimini deum. Non cogitabas de vita tua mala: intellige qui oblitus es dñm, Ne q̄n rapiat sicut leo, & non sit qui eruat. Quid est sicut leo? Sicut potens, sicut fortis, sicut ille cui resistere nemo potest. Illi.n. quos supra diximus, id est, amatores mundi, in ore suo deū laudare videntur, sed longe aliud operibus exercere probantur. Secundū illud quod ait Propheta, Populus hic labijs me honorat, cor aūt eorū longe est a me. Sed clamat illis sp̄ūssanctus, Peccatori autē dixit dominus, Vt quid tu enarras iustitias meas, & assumis testm̄ meum per os tuū? Tanquam si diceret ei, nihil tibi prodest q̄ laudas deum. Illis.n. qui bene viuunt prodest quod laudant, tu aūt si laudas & peccata non deseris, nihil tibi prodest. Vt quid me laudas? Audi scripturam dicentem, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Si.n. male vitiis & bona dicis, nondum laudas. Sed rursus si cum cœperis bene viuere, meritis tuis tribuis, nondum laudas. Nolo te esse latronem insultantē cruci domini: sed nec te illum volo esse iactantē merita sua, & occultantē vulnera sua. Si fueris iniquus & perseuerans illa iniquitate, non dico tibi, non proderit laus, sed non me laudas, istā laudē non deputo. Rursus si fueris quasi iustus. i. humilis & pius, & de iustitia inflatus incesseris, & alios in tua comparatione contempseris, aut superextuleris te, tanquam glorians de meritis tuis, non me laudas. Nec ille me laudat qui male viuit: nec ille me laudat qui quasi de suo, bene viuit. Sed nunquid ille Pharisæus quasi de suo talis erat cum diceret, Gratias tibi ago quia non sum sicut cæteri homines? Gratias deo agebat ex eo cp bonum in se hēbat, Quamuis ergo boni aliquid in te sit non ex te esse quod bonum est, sed a deo te accepisse, profitere. Tamen in eo ipso si te exulteris supra alium non habentem, elatus teneberis, nondum laudator meus eris. Primū ergo corrige te a via pessima, incipe bene viuere, intellige quia non corrigeris nisi deo. A domino.n. gressus hois dirigentur. Hoc cum intellexeris, faue & alijs vt sint quod & tu es, quia hoc eras & tu qd & illi sunt. Faue quantū potes, & noli desperare.

Mat.25.

Ionæ 3. 18. de Ciuit. dei c. 44. Et lib. 21.c.18.

Psal.49.

Psal.50.

Psal.49.

Esai.29.

Psal.49.

Eccl.15.

Lucæ 23.

Lucæ 18.

Psal.36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non enim vsque ad te dines est deus. Quod enim tibi dedit, crede quòd etiam & aliis & velit & posit dare. Non ergo laudat, qui cum iam cœperit bene viuere, de suo putat esse quòd bene viuit, non acceptum a deo. Nec ille laudat, qui cum scia se quod viuit accepisse a deo tantum vsque ad se vult esse diuitem deum, & non vult vt alius sit misericors deus. Ille itaque qui dicebat, Gratias tibi ago deus quia Luc. 18. non sum sicut cæteri homines iniusti, raptores, adulteri, sicut & publicanus iste: non ne & ibi potuerat dicere, Domine dona & publicano huic quod mihi donasti, supple & mihi quæ nondum dedisti? Sed etiam quasi saturatus eructabat. Pauper vero ille, id est, publicanus, quid dicebat? Domine propitius esto mihi peccatori. Ideo de- Psal. 49. scendit iustificatus publicanus magis quàm ille Pharisæus. Ergo audite qui bene viuitis, audite qui male viuitis. Sacrificium laudis glorificabit me. Nemo mihi offert hoc sacrificium & malus est. Non dico, non mihi hoc offert malus, sed nemo mihi hoc offert malus. Qui enim laudat bonus est, quia si laudat etiam bene viuit. Qui si laudat, non solum lingua laudat, sed & vita cum lingua consentit. Et ideo rogo vos fratres charissimi, quantum possumus cum dei adiutorio studeamus, vt quomodo deum laudamus vocibus, sic etiam bonis moribus collaudemus. Melius est enim tacere & benefacere, quàm deum laudare & peccata committere. Qui enim laudat deum vita simul & lingua, vocibus pariter & bonis operibus, dupliciter in se provocat gratiam dei. Si vero non prœualet deum laudare vocibus, laudet bonis operibus, assiduis orationibus, cogitationibus sanctis. Si enim hæc diligenter attendimus, & in hoc seculo cum secura conscientia laudare deum possumus, & in futuro ad æternũ gaudium fœliciter veniemus.

Ephe. 3. De eo quod Apostolus dicit, Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, altitudo & profundum, Homilia III.

QVi enim cognouit, inquit, latitudinem & longitudinem, altitudinem & profundum, & supereminentem scientiæ charitatem Christi, vidit & Christum, vidit & patrem. Ego hæc verba Apostoli Pauli sic intelligere soleo. In latitudine bona opera charitatis. In longitudine perseuerantiam vsq; in finem. In altitudine spẽ cœlestium præmiorum. In profundo inscrutabilia iudicia dei, vnde ista gratia in homines venit. Et hunc intellectum possumus coaptare etiam sacramento crucis, vt in latitudine intelligatur transuersum lignum quo extenduntur manus propter operum significationem. In longitudine ab ipso vsque in terram, vbi totũ corpus crucifixũ stare videtur, qd significat persistere, hoc est, lõganimiter permanere. In altitudine ab ipso transuerso ligno sursum versus, quo caput eminet, propter expectationem supernorum, ne illa opera bona atq; in eis perseuerantia propter beneficia dei terrena ac temporalia facienda credantur: sed potius propter illud quod Gala. 5. desuper sempiternum sperat fides quæ per dilectionem operatur. In profundo autem pars illa ligni quæ in terræ abdito defixa latet, sed inde consurgit illud omne quod Ephe. 4. eminet, sicut ex occulta dei voluntate vocatur homo ad participationem tantæ gra- Philip. 4. tiæ, alius sic, alius autem sic. Supereminentem vero scientię charitatem Christi, eam profecto vbi pax illa est quæ præcellit omnem intellectum.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Homilia IIII.

INter cætera quibus beatus Dauid infirmitatibus nostrarum medetur animarum, sub quadam trinitatis regula orandi nos formam tenere tanquam peritissimus Psal. 118. magister erudit dicens, Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. Solicitus itaque fratres intendite quas sibi potissimum virtutes tribui rex propheticus deprecatur, Bonitatem & disciplinam, inquit, & scientiam me doce domine, vere nouit re- Orare recte. cte viuere qui recte nouit orare. Non enim petit mundanarum diuitiarum thesauros, non regna finitiua, non tempora prolixiora viuendi, sed bonitatem se doceri simul & disciplinam poscit. Bonitas enim facit amabilem disciplinam, & disciplina esse-

cit inculpabilem bonitatem. Nec quenquam latere puto, quia bonitas sine disciplina delictorum mater est, & disciplina sine bonitate tristis quædam amaritudo uiuendi. Scientiam præstari sibi pariter implorat, ut nouerit scienter sapienterq; distinguere qui sint termini bonitatis, & quam debeat habere disciplina mensuram: ne forte aut nimię remissionis vitio bonitas inconsulta fœdetur, aut disciplina durior ipsa sui austeritate crudelescat. Vis frater bonus esse peccanti? Benigne quidem fac, & vt vere sis bonus, vigorem ei adhibe disciplinæ, vt tua illi bonitas proficiat in salutem. Quem utique si nulla coercentis censuræ increpatione terrueris, pernicioſa erit ei hæc bonitas tua qua permittis perire peccantem, quem poteras saluatore correctum. Rursum si nimio disciplinæ rigore nullam scientia bonitatis prætenderis medicinam, dum rigorem tuum refugit peccans, peccati ægritudinem non curabis. Et quę tandem viuendi ratio erit, quæue iustitia erit, ut solutior lenitas cohibentiam præbeat peccatori, aut immoderata seueritas a lapsu non reuocet delinquentem? Vt autem bonitatis huius disciplinæq; magisterium in nostris fuisse maioribus plenius perfectiusq; discamus, pauca de pluribus venerabilium patrum recenseamus exempla. Impleuit sine dubio bonitatis ac disciplinæ istius formam beatus Petrus, cum sicut uere bonus oblatos sibi dicitur curasse infirmos, & ut disciplinę cœlestis amator, iusta ultione puniſſe mendaces perhibetur. Nimirum bonitatis eius gratiam testatur Aeneas ille debilis qui claudus ab Acto. 9. infantia sedens in porta templi domini, atque mendicaus in nomine Christi Iesu Apostoli curantis imperio antiquam recepit sanitatem. Probauerunt & disciplinæ eius seueritatem Ananias & Sapphira, qui distrahentes agrum quem vendere ne- Acto. 5. mo cogebat, dum de pretii quantitate mentiuntur Apostolo, mortem sibi falsitate mercati sunt. Quo facto edocuit glorioſisimus Petrus ineſſe sibi bonitatem ac disciplinam, dum remedium prestat infirmo, & competentem sumit de mendacibus vltionem, quòd eum recte sancteq; feciſſe cœlestis iudicii consensus ostendit. De perfectione uero scientiæ eius quis ambigat, qui Christum dominum viui dei filium esse de cœlo sibi patre reuelante cognouit. Et quia bonitas ac disciplina scientiaq; Mat. 6. non deerat, pascendas illi dominus suas commendauit ouiculas Tenuit bonita- Ioan. 21. tem ac disciplinam etiam glorioſisimus Paulus, qui ut eius scripta testantur, discipulis suis & virgam correctionis & spritum mansuetudinis prætendebat, propter quod faciebat eum omnibus amabilem bonitas, & disciplina terribilem. Nam etiã inter ipsa mundi primordia ut bonitatem ac disciplinam Christi doceret ecclesias, 2. Thes. 3. & remoueri iusſit peccantem a communione sanctorum & eundem recipi correctum. De scientia autem eius quid nos dicemus, cum omnes eum nouerint in cœlestibus didiciſſe quæ doceret in terris? Ibi talia se memorauit edoctum, qualia loqui mortalibus non liceret. Habuit nihilominus bonitatem & disciplinam testis dominicus & Baptista Ioannes, qui resipiscentes a peccatis suis propheticæ pieta- Mat. 3. tis affatu pœnitentię baptiſmo diluebat atque ut uere legalium præceptorum co- Mat. 14. stos immobilis & Herodem regem de illicita accusabat vxore, & cunctis ad se concurrentibus purgatioris uitæ præcepta mandabat. Scientiæ autem illius plenitudinem quis potest agnoscere, qui quod pro salute mundi venit è cœlo, primus omnibus reuelauit. Videtis itaque fratres quo orandi compendio & qua paucitate uerborum perfectionem viuendi venerabilis Propheta quærebat. Breuiſsimo nanque sermone conclusit, quotquot spiritalium habet multitudo uirtutum. Si ergo ille prophetarum præcipuus doceri se a deo sanctiores uias tãtopere præcabatur, quid facere nos oportet qui & tardi sensus infirmitate torpemus, & noxia remissioris vitę consuetudine deprauamur? Nos, inquam, magis orare deqemus dicentes, Bonitatem, & disciplinã & sciam doce nos dñe, quatenus in nobis bonitas malitiã vincat, vitia ac voluptates disciplina castiget, & ignorãtiæ cęcitatẽ scia veritatis illuminet. Si enim scieris oipotẽtẽ deum filiumq; eius vnigenitum vnius esse substantiæ, spiritum quoque sanctum pari credideris æternitate regnantem, nulla vnquam te vel Pagano rum vana persualio, vel Arrhianorum perfida turbabit impietas. Si futuri iudicii scientia cor tuum mentemq; repleuerit, habebis in tuis moribus disciplinam. Rursus si disciplinæ ipsius mensuram regulasq; seruaueris, congruã tenebis in om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus bonitatem,quia bonitas est temperamentum disciplinæ, & disciplina condimentum est bonitatis. Caue ergo frater ne ita velis bonus videri,vt abiicias disciplinam,aut ita arduam secteris disciplinam, vt remoueas bonitatem, Quibus beatus 92
Dauid idcirco scientiam præcatur adiungi,vt directo mentis nostrę iudicio scire possimus,qualiter in nobis esse possit & districtior bonitas,& blandior disciplina.

2.Tim. 4 De eo quod Apostolus dicit,prædica verbum,insta opportune,importune argue, increpa,obsecra cum omni patientia & doctrina, Homilia V.

2. Tim. 4. Ezec. 3. FRequenter in scripturis sanctis audiuit charitas, vestra, fratres charis. in quo sint sacerdotes periculo constituti,si noluerint implere illud quod contestatur Apostolus,Prædica verbum,insta opportune importune,argue,obsecra,increpa cum omni patientia & doctrina. Et quia tam graue pondus imminet cernicibus nostris,quibus dicitur,Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requirā: necesse nobis est quoscūq; negligētes aut secrete aut publice castigare. Sed qñ corripim⁹ ille quē corripim⁹ si malus ē,attēdit a quo corripiatur, & facilius in correptore suo,quàm in se libenter agnoscit qd corrigat. Et si vera inuenerit quæ & ipse dicat in eum a quo corripitur, gaudet: quanto melius gauderet de sua sanitate correptus,quàm de alieno languore correptus? Ecce puta verum esse qđ dicis. Inuenisti aliquid in homine a quo reprehensus es, tamen per illum tibi veritas 92
loquebatur,per malum,per iniquum veritas tibi loquebatur. Quæris quid reprehendas in homine,inueni potius quid reprehendas in veritate. Velis,nolis illa est aduersaria tua,in qua non inuenis quod accuses. Illam fac amicam si potes. Aduersarius tuus sermo dei est. Proferat eum peccator,proferat eum iustus, sermo dei,iuculpabilis est. Ipse est aduersarius tuus,concorda cum eo cum es in via cum illo. Via vita ista est. Aduersarius oīum iniquorū sermo dei est. Parū tibi est ꝙ cū esset manens in sua

Mat.5. beatissima & sacratissima sede venit ad te, ut esset tecum in via, & tecū uoluit commutari,ut cum ambulas & in potestate habes, componas cām tuā & dicas, Qñ finiturus

Verb ūdei aduersarius in via. sum uiā? Et cū finieris uiā,non erit cum quo cām tuā cōponere possis,& aduersarius tradet te iudici,iudex aūt ministro,minister aūt in carcerē. Nō exibis inde donec reddideris nouissimū quadrātē. Est. n. verbū dei,quasi aduersarius in via,habes i ptāte, cōpone. Quid a te quęrit aduersarius iste ut concordes cū illo? Quid? Nisi salute tuā. Ambulat cū aduersariis suis & dicit eis ut concordēt cū illo. Fiat. Nōdū finita est via. Qđ heri nō est factū fiat hodie,nondū finita est via. Quid expectatis quousq; finiatur: Cū finita fuerit non erit alia ubi cū aduersario concordetis. Iudex restat minister & carcer. Multis hæc via cū sibi plures promitterent in ea annos, subito finita est. 92
Sed ecce fac quia lōga erit via tua,ut semper tecū aduersarius tuus ambulet. Nō erubescis tanto tpe cū tali aduersario habere discordiā? Sermo dei,quantum est in ipso, amicus tuus est,aduersariū tu tibi eū facis. Ipse. n. tibi bene vult, tu tibi e contrario male. Ille iubet,Non fureris,tu furaris: ille iubet non adulteres, tu adulteras: ille iubet fraudē non facias,tu facis: vetat te iurare,tu falsum iuras,facis oīa contra quæ dicit. Tu tibi facis sermonē dei inimicū,Nec mirū quādo tu tibi ipse inimicus es. Qui

Psal. 10. enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Si enim diligendo iniquitatem oditi animā tuā, quid miraris quia audisti sermonē dei qui vult bene aīæ tuæ? Ergo tacebimus & neminē oīno corripiemus? Corripianus planè, sed prius nos. Proximū vis cor-

Mat.22. ripere, nihil est tibi teipso propinquius. Quis is longe? Te habes ante te. Quid n. per scripturam? Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Si ergo teipsum non diligis,proximum quomodo diligis? Regulam dilectionis in proximum ex te accepisti. Diligo eum inquies. Ideo dico,prius te dilige, & dic tibi. Si autem uere ex dilectione dicis,manifestum est quòd intus egit aliquid,uerbum quod procedit. Sed

1.Ioan.3. timendum est ne te non diligas,& velis alium corripere & facias hoc cum odio. Si autem odisti fratrem, leuiora obiicis quàm facis. Qui odit fratrem suum, homicida est. Audistis hodie lecta est epista Ioannis. Ait scriptuta. Ne contemnerent homines quæ intus habent in corde, & illa accusarent quæ fiunt per corpus iam qui odit fratrem suum dixit, homicida est. Nondum manus armata est, nondum

nondum faucem obsedit,nondum insidias præparauit,nondum venena quæsiuit, & reus in oculis dei concepto odio iam tenetur. Adhuc viuit quem quærit occidere, & occidisse iam iudicatur. Si ergo cum odio corripis, audes aliquem homicidam corri- 92
pere? An quia non te tenent homines, & ducunt te ad iudicem, ideo in oculis summi E
dei & iudicis non agnoscis crimen tuum? Si non vis agnoscere crimen tuum, agnoscis pœnam tuam. Non enim ille parcit homicidis. Sed corrigo me, inquis, cum sum in via. Corrige ergo te & tunc poteris fratrem corripere. Leuiora obiicis,grauiora cō Mat.7.
mittis, Festucam vides in oculo fratris tui,trabem autē in oculo tuo non vides. Hoc enim dixit dominus propter homines qui cum odio corripiunt. Irascentem corripis, & tu odio contabescis? Appende in statera considerationis iram & odium, Quid est ira? Feruor quidam animi. Ad præsens displicet tibi, Iam in te ira ista inueterata est, ideo fecit odium. Ira festuca est,trabes futura crescendo. Sicut enim festuca crescit in trabem,sic ira inueterata fit odium. Iam tu odisti & corripis irascentem, iam in illo festuca displicet,in te adhuc placet trabes. Vultis videre quantum interfit? Sæpe inuenimus irasci patrem filio, patrem odisse filium difficile inuenies. Filio quem diligit irasci potest pater, irascitur & amat potest dici, odit & amat non potest dici. Hæc dixi propter homines qui minora in aliis puniunt, in se maiora non puniunt. Hæc ergo,fratres charissimi,salubriter cogitantes, faciamus amicitias cum aduersario no- 92
stro dum sumus in via cum illo: hoc est,consentiamus verbo dei dum adhuc sumus F Lucę. 12.
in hac vita,quia postea cum de hoc seculo transierimus,nulla compunctio vel aliqua satisfactio remanebit. Iudex restat,minister & carcer. Vt ergo hæc omnia, domino auxiliante ,possimus implere, diligamus toto corde non solum amicos,sed etiā inimicos,vt in nobis impleatur illud quod scriptum est,Omnis lex in vno sermone impleatur in uobis,Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Et illud,Charitas ope Gala. 4.
rit multitudinem peccatorum. Quam rem ipse qui est vera charitas nobis præstare 1.Pet.4.
dignetur,qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat deus in secula seculorū,Amē.

De eo quod dominus dicit in Euangelio,Diligite inimicos vestros,benefacite his qui vos oderunt, Homilia. VI. Mat. 5.

FRequenter in Euangelio,fratres charissimi,audiuimus dominum dicentem,Diligite inimicos vestros,benefacite his qui vos oderunt. Quare autem dominus dixit, Diligite inimicos vestros, nisi quia passuri eramus inimicos? Sed dicit aliquis, Quis potest diligere inimicos? Prius te dilexit impium deus tuus qui nunquam fuit Vbi supra
impius. Tu autem etiamsi non es impius,fuisti tamen aliquando, quia nemo fit iustus nisi ex peccatore. Sicut frequenter cantauimus, Beati quorum remissæ sunt ini- 92
tates,nō dixit,beati qui non fecerunt peccata, sed beati quorum remittæ sunt iniqui G Psal. 31.
quitates. Si. n. queris qui non fecerit,non inuenies. Vnde ergo quisquam erit beatus nisi remittatur quod fecit,nisi tegatur quod cōmisit? Si ergo iam tibi peccatū dimissum est,ille te insequitur qui nondū est iustus. Et tu antequā iustificareris alios perse quebaris,perieras & inuētus es. Et ille qui tibi aduersatur inuenietur & nō persequetur. Noli cogitare ꝙ tuis meritis talis factus sis, quia gratia dei te talem fecit. Et bene considerans videbis,potentē esse deū qui talē faciat eū,quē iuste videris odisse. Dicis enim tu tibi quasi iustus, Magna est patientia dei quæ illum talem viuere sinit. Atq; vtinam hoc solū dicas,sed timeo ꝙ insuper reprehendas dicens, Quid placuit deo talibus parcere? Quare tanta mala faciunt hoīes & uiuunt? Sic dicat alius, O deus, quare viuit iste qui tāta dicit,& tuā iustitiā reprehendit? Nō. n. attendit quid ipse dicat,sed attendit quid alius faciat. Qui tibi displicet fortasis non reprehendit, nec effundit istas contumelias in deū,quo tu facis. Ecce putas quia deus quo tuvis,nulli malo velit parcere, quid de te facturus est qui sine peccato esse nō potes? Non attendis vbi te inueniat. Rogo ergo vt non solū aliis,sed ēt & tibi parcat. Hoc itaq; fratres hñt quasi 92
propriū oēs iniqui,nolunt vt parcat deus iniquis, & non vident quid ipsi sint, ēt ex M
hoc ipso qđ ita volūt. Sed ego iustus sum inquis. Si tibi nō parceret deus cū esses iniquus, quo ad iustitiā puenisses: An forte volebas vt deus vsque ad te patiēs eēt quousque tu peruenires ad iustitiam? Quia deus extendit pontem misericordiæ suæ vt tu tranfire posses, hoc vis vt iam subducat ne alius tranſeat. Diligamus ergo inimicos nostros fratres charissimi, Forte qui hodie est amicus tuus, talia pecca-

Prou.27. ta facturus est, ut in uita æterna tecum esse non possit. Non enim scis quod pariat crastinus dies. Et econtra qui inimicus erat, forte sic ad pniam conuertetur, vt in illa cœlesti Hierusalem conciuis tuus esse mereatur, & forte ēt maior efficiatur. Non vobis hoc difficile videatur. Interrogemus scripturas, & in ipsis hoc euidētius agnoscere poterimus. Paulus Apostolus prius sceleratus erat inimicus Christianorum, sæpiebat, vastabat, sæuiebat. Vbi? Quando lapidatus est martyr Stephanus, parum illi erāt manus suæ, manibus oīum lapidabat: quia vt illi non impedirentur vestimētis suis, sed liberis manibus saxa proiicerent, oīum vestimēta seruauit, ac sic in oīum manib' illud scelus operabatur. Videte istum virum vna voce domini ex persecutore factū prædicatorē. Præcesit eos qui oderat: Illi.n. oēs xp̄iani quos insequebatur tales non erant, qualis ipse factus est. Non n. oēs illi Apostoli erant, quod ipse factus est. Videtis fieri posse, vt inimicus qui erat hodie, sit non solum amicus & frater in gratia, sed etiā pręcedat, & melior fiat. Ergo fratres mei, Christiani illi oēs quos persequebatur Saulus, putatis quia non rogabant? Vtiq; si nouerant Xp̄m, si Christiani erant, si nouerant ipsum dominum Iesum pro impiis mortuum. Non n. mortuus est pro fidelibus, sed mortuus est os vt faceret fideles. Rogo vos fratres diligenter attendite, dñs & saluator noster, qui mortem suam præstitit infidelibus, quale sit illud quod seruat fidelibus? Et hoc considerate, quia quos persequebatur Paulus Apostolus, bene nouerant misericordiam dñi, & sciebāt q̄ Saulus ille persecutor poterat fieri prædicator, & ideo orauerunt pro illo, & exauditi sunt. Ille persequebatur, sed illi vicerunt. Illi eum magis occiderunt, & interfecerunt rogando pro eo. Q̄ō? Ecce vna voce prostratus est persecutor. Resurrexit. n. iam non persecutor, sed prædicator. Qui.n. persequebatur mortuus est. Quære persecutorem, & non inuenies iam, quia surrexit. Ergo illi potius occiderunt eum orando, q̄ ille persequendo. Et vos ergo fratres sic orate p̄ inimicis vestris, vt occidat eos deus, id est, vt eorum malitiam quæ vobis inimicatur occidat. Sic. n. non occidit quod creauit, sed quod ipsi sibi fecerunt. Homo. n. & peccator duo nomina sunt. In ipsis duobus nominibus quære quid fecit deus, quære quid

Cōcor. 23. quæst. 4. Duo. suaserit diabolus. Homo a deo factus est, peccatū suadente diabolo ab hoīe factū est. Quis horum te persequitur? Si enim tu bene viuis, non te persequitur, nisi qui malus est. Non ergo homo, sed peccator te insequitur. Roga pro homine, vt extinguat deus peccatorem. Cū enim mortuus fuerit peccator, nihil tibi aduersabitur, immo consolabitur viuēns, qui te in peccatis mortuus persequebatur. Non vobis ergo graue sit, per ipsius domini misericordiam vos obtestor, quia spes nobis alia non est, nisi dimittamus quicquid nos læserint homines. Nemo vos fallat. Aliud maius sacrificium nō est quod debeamus deo, nisi quicquid boni est, ēt malis hoībus, si tamen hoībus fecerimus. Dicit tibi deus, Ego non ex te cresco, sed tu ex me. Sacrificium volo quod prosit homini, sic ad me peruenit quod tibi prosit. Potes mihi dicere, non habeo quod tribuam indigenti, non possum ieiunare frequenter, & a vino & carnibus abstinere non possum. Nunquid potes mihi dicere, charitatem te habere non posse? Ipsa est cuius possessio tanto plus augetur, quanto amplius erogatur. Dimitte ergo quod tenebas,

Luc. 6. 45. dist. duæ. Eleemosynę duę. ne aduersus te ille teneat aliquid, cui non habes quod dimittas. Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis. Scitote frēs charissimi, quia duę sunt eleemosynæ, Vna cordis, alia pecuniæ. Eleemosyna cordis est, dimittere ei a quo læsus es. Nā dare aliquid indigenti, aliqū quęris & non habes. Indulgere peccanti quantū volueris, redūdabit tibi. Aurū & argentū, vestem, frumentum, vinū & oleū pōt fieri, vt aliquoties non habeas vnde pauperibus tribuas: vt autem oēs hoīes diligas, & hoc alius, quā tibiipse velis, & inimicis tuis indulgeas, nūquā te poteris excusare, Quia si in cellario vel in horreo non habes quod dare possis, de thesauro cordis tui potes proferre q̄d tribuas. Et q̄d oībus hoībus, ēt si sola sit bona voluntas sufficiat, & eleemosyna cordis multo maior sit, q̄ eleemosyna corpis, quis est q̄ vel vmbrā excusationis possit prætendere? Et illud attendite frēs, qa charitatis eleemosyna sine terrena subā sufficit sibi, illa vero q̄ corpaliter datur, si non benigno corde tribuitur, omnino non sufficit. Et quia sicut ipsi videtis fratres charissimi, ad remissionem omnium peccatorum, si substantia terræ non fuerit, charitas & dilectio inimicorum satis abundeq̄ sufficiunt, nulla nobis excusatio de hac re in die iudicii remanebit, Nec dicere aliquis

potèrit, non se habuisse vnde sua peccata redimeret. Et ideo omnes hominēs studeamus toto corde diligere, orantes ut qui boni sunt meliores fiant, & in opere bono permaneant, qui mali sunt cito se corrigant, timentes illud quop dominus cōminatus est dicens, Si non dimiseritis hominibus peccata eorum. nec pater vester dimittet vobis peccata vestra, Sed magis cum ipsius adiutorio laboremus, vt illud in nobis possit impleri, Date, & dabitur vobis: dimittite & dimittetur vobis. Cum ergo secundum præfatam domini sniam qua dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorū, dimittet vobis pater uester cœlestis peccata vestra: in potestate nostra positum sit, qualiter in die iudicii iudicemur: dimittamus omnibus inimicis nostris, vt libera cō scientia possimus in oratione dominica dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Mat. 6. Luc. 6. Mat. 6.

De eo quod Esaias dicit, Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo peccata eorum: Homilia VII. Esaiæ. 58.

SI diligenter attenditis fratres charissimi, oēs sacardotes dñi, non solum Ep̄os sed etiā presbyteros & ministros ecclesiarū, in grandi periculo esse cognoscitis. Ipsis enim contestatur spiritus sanctus, dicens, Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocē tuā & annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorū. Et iterū, Si nō annunciaueris iniquo iniquitatē suā, sanguinem eius de manu tua requirā. De ipsis etiā Apostolus dicit, Obedite prepositis vestris, & subiacete eis, Ipsi. n. perui gilāt tanq̄ rationē reddituri de aīabus vestris. Si pro se fratres charissimi vnusquisq; vix poterit in die iudicii rationem reddere, quid de sacerdotibus futurum est, a quibus sunt omnium animæ requirende? Et ideo considerantes periculū nostrū, orate pro nobis, vt cōmissis nobis gregibus, ita spiritalia pascua studeamus iugiter prouidere, ut pro eis rationē bonam mereamur. Considerate ergo fratres charissimi, quid sit quod vobis uestræ dilectioni suggerere, si tamē orantibus vobis merear, ut adiuuet me qui teret me. Inter cętera præcepta sua beatus Apostolus hoc etiam ait, Episcopum potē tem esse debere in doctrina sana, contradicentes redarguere. Magnum opus, * sed grauis sarcina, Sperabo tamen in deum, quoniam adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, liberabit nos de laqueo venantium, & a uerbo aspero. Nulla enim causa est, quæ magis faciat dispensatorem dei pigriorem ad arguendos contradicentes, quam timor uerbi asperi. Dum enim timemus detractiones, irrisiones, & opprobria hominum superborum, dumq̄ ab eis in terrena substantia metuimus prægrauari, timentes perdere temporalia, minus quām oportet prædicamus æterna. Et ideo dum per illorum nequitiam aliquid mundanum perdere formidamus, peccatorum eorum uulnera medicamentis spiritalibus curare negligimus. Vnde timendum est, ne & pro nobis & pro illis quibus pro amore terrenarum rerum non loquimur dura, rationem in die iudicii reddere compellamur, Videamus ergo quid sit contradicentes redarguere, Contradicentes non vno modo intelligendi sunt, Paucissimi. n. nobis cōtradicūt ligua plurimi male viuēdo. Quis mō mihi audet dicere xp̄ia nus, bonū eē rapere res alienas, q̄nquidē nō audet dicere bonū esse tenaciter seruare res suas? Nunquid enim diues ille cui successerat regio, & non inueniebat quo reponeret fructus suos, & se consilium inuenisse gaudebat, destruendi veteres apotechas, & construendi nouas ampliores vt impleret eas, & diceret animæ suæ. Habes multa bona in multū tempus, iocundare, lætare, satiare, Nunquid ergo iste diues aliena quę rebat? Fructus suos colligere disponebat, vbi poneret cogitabat, Nulli violētiā facere, non de cuiusquā vicini agris limite pertur bando, non spoliando paupere, non circūueniendo simplici, sed tantummodo vbi proprios fructus reconderet cogitabat. Audite quid audierit, qui tenaciter seruabat sua, & hinc intelligite quid expectent qui rapiūt aliena. Cū ergo prudentissimū se cōsiliū inuenisse arbitraretur de apothecis veteribꝰ angustioribꝰ deiciēdis, & amplioribus nouis ędificādis, & oibꝰ suis fructibꝰ colligēdis & recōdēdis, non alienis concupiscendis atq; rapiendis, ait illi deus, Stulte ubi tibi sapiēs uiderit, ibi stultus es, Stulte, inquit, hac nocte repetitur a te anima tua, hæc quæ parasti cuius erunt? Si seruaueris, tua non erunt, si erogaueris, tua erunt.

Titum. 2. * al. magnus honor. Psal. 90.

Contradicentes qui dicantur.

Luc. 12.

Luc. 16. Quid,inquit,reponis quod relicturus es? Præcedāt ergo magis, quo ſequuturus es. Ecce increpatus eſt ſtultus male recondens. Si ſtultus eſt qui recondit ſua, vos inuenite ei nomē qui rapit aliena. Si ſordidus eſt reconditor ſuarum, vlceroſus eſt raptor alienarum, Sed non qualis ille vlceroſus qui iacebat ante ianuam diuitis, & canes lingebant eius vulnera. Ille enim vlceroſus erat in corpore, non raptor in corde. Fortaſſis aliquis reſpondeat & dicat, nō ualde magna pœna erat illi homini cui dixit deus, Stulte. Nō ſic dicit deus, ſtulte, qūo dicit homo. Tale in quēquam dei uerbum, iudicium eſt. Nunquid.n. ſtultis deus daturus eſt regnū cœlorū? Probāt hoc illæ quinque uirgines ſtultæ, quę extra ianuā leguntur excluſæ. Quibus autem nō eſt daturus regnum cœlorum, quid eis reſtat niſi pœna gehennarum? Cōſiderare aūt attētius debemus, ut hoc aperttus uidere poſſimus. Nā & ille diues, ante cuius ianuam iacebat

Mat. 25.

Luc. 16. pauper ille ulceroſus, non eſt dictus raptor rerum alienarū. Erat quidam diues, inquit, qui induebatur purpura & byſſo. Diues, inquit, erat: nō dixit, calūniator: non dixit, pauperum oppreſſor, non dixit, rerum alienarum aut delator aut receptor: nō dixit, pupillorū expoliator: non dixit, uiduarum perſequutor. Nihil horum, ſed erat quidam diues. Quid magnū eſt, Diues erat, ſed de ſuo diues erat. Cui aliquid abſtulerat? An forte ille auferret, & deus de illo reticeret, & perſonam eius acciperet, ſi crimina eius abſconderet, qui nobis dicit, Nolite perſonaliter iudicare? Si uis ergo audire

*al. commiſſum. conſilium * diuitis illius, noli amplius quærere quā audis a ueritate. Diues erat, induebatur purpura & cætera. Quod ergo eius crimē, niſi iacens ante ianuam ulceroſus & non adiutus? Hoc enim aperte de illo dictum eſt, q̄ immiſericors erat, non quia aliena rapuit, ſed quia de propriis erogare noluit. Nunquid.n. charisſimi, ſi pauper ille ante ianuam iacens, ſufficientem panem a diuite acciperet, diceretur de illo, quia cupiebat ſaturari de micis quæ cadebant de menſa diuitis? Propter ſolam inhumanitatem, quia contēnebat pauperem ante ianuam ſuam iacentē, nec congrue dignęq; paſcebat, mortuus eſt, & ſepultus in inferno. Et cum eſſet apud inferos in tormentis, leuauit oculos, uidit pauperē in ſinu Abrahæ. Quid pluribus immorer. Deſiderauit guttam qui non dedit micam. Accepit iuſtam ſententiam, qui non dedit crudeli auaritia. Si hęc eſt pœna auarorum, quæ erit pœna amatorum? Sed ait mihi raptot rerū alienarum, Ego ſimilis illius diuitis non ſum, Agapem facio, incluſis in carcere victū mitto, nudos ueſtio, peregrinos ſuſpicio. Dare te putas, tollere noli, & dediſti. Cui deberis gaudet, cui abſtuleris, plorat. Quem duorum iſtorum exauditurus eſt deus? Dicis ei cui dederis, gratias age quia accepiſti, ſed alius tibi ex alia parte dicit, ego gemo cui abſtuliſti, Et pene totum tuliſti, & exiguū illi dediſti. Si totum quod alteri abſtuliſſes, egentibus dediſſes, nec talia opera diligit deus. Dicit tibi deus, Stulte, iuſſi vt dares, ſed non de alieno. Si habes, da de tuo. Si non habes quod des de tuo, melius nulli dabis, quam alterum expoliabis. Dicturus eſt dominus Ieſus, cum in iudicio ſuo ſederit, & alios ad dexterā, alios ad ſiniſtram ſeparauerit: bene operantibus, Venite benedicti patris mei percipite regnū. Sterilibus aūt qui nihil boni in pauperes operati ſunt, Ite in ignē ęternum. Et quę dicturus eſt bonis? Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Et reſpondebunt illi, Dñe quando te uidimus eſurientē? Et ille ad eos, Cū uni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, Intellige ergo ſtulte, qui uis de rapinis eleemoſynam facere, quia ſi quando paſcis Chriſtianū, paſcis xp̄m. Attende quid ſiniſtris dicturus eſt, Ite in ignem ęternū. Quare? Eſuriui.n. & non dediſtis mihi māducare, nudus fui, & non ueſtiſtis me, Ite. Quo? In ignem ęternum. Prorſus ite. Quare? Quia nudus fui & non ueſtiſtis me. Si ergo in ignem æternū ibit cui dicturus eſt xp̄s, Nudus fui, & non ueſtiſti me, quē locū habebit in igne ęterno, cui dicturus eſt: Veſtitus fui & ſpoliaſti me? Hic fortaſſe ut euadas hāc uocē, ne dicat tibi xp̄s, Veſtitus fui, & ſpoliaſti me, mutata cōſuetudine, cogitas ſpoliare hereticū uel Iudæū, & nō ueſtitū xp̄ianum. * Et hic rñdebit tibi xp̄s, immo nunc rñdet tibi per ſeruum ſuū qualemcunque miniſtrū ſuū, reſpondet tibi etiā hic, Parce damnis meis. Cū.n. tu qui xp̄ianus es ſpolias Iudæū, impedis fieri Chriſtianū. Et tū hic adhuc forte reſpondebis, Ego non ex aliquo odio pœnam ingero, ſed ex dilectione potius diſciplinā, Ideo ſpolio Iudæū vt per hanc aſperā ac ſalubrem diſciplinam faciam xp̄ianū. Audirem & crederem, ſi quod abſtuliſti Iudæo, redderes Chriſtiano. Forte & hoc ſecum cogitat aliquis, & di-

*alias & veſtire xp̄ianū.

cit. Multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum ſi illis abſtulero & pauperibus dedero. Vnde.n. illi nihil bona faciunt, mercedem habere potero, ſi ego eleemoſynas dedero. Etiam in hac re parcat vnuſquiſq; aīę ſuæ, quia huiuſmodi cogitatio ex diaboli caliditate ſuggeritur. Nā etiamſi totum tribuat, quod abſtulerit, addit potius peccata, quā minuat. Diximus cōtra vnum vitium rapinarum, per quod res humanæ vſquequaq; vaſtantur. Diximus, & nemo nobis contradicit. Quis.n. audet contradicere veritati? Non ergo facimus quod Apoſtolus admonuit, non contradicentes arguimus, obedientes alloquimur, laudantes inſtruimus, non contradicentes redarguimus? Ita vero non contradicunt lingua, ſed vita. Moneo rapit, præcipio rapii, arguo rapit. Qūo nō cōtradicit? Dicā ergo quod de hac re ſufficere exiſtimo. Et ideo abſtinete vos fratres, abſtinete vos filij, abſtinete vos a conſuetudine rapiēdi, & vos qui ſub manu raptorū gemitis, abſtinete vos a cupiditate rapiēdi. Alius potens eſt & rapit, tu in manu raptorum gemis, quia rapere non potes, ideo non facis. Habete facultatem, & ibi laudabo domitā cupiditatē. Hæc ergo fratres ſi ſecundū veſtram conſuetudinem fideliter & diligenter attenditis, & impietatem auaritiæ, vel cupiditatis, poteritis euadere, & pro operibus miſericordiæ ad æterna præmia fœliciter peruenire, Amen.

14.q.5. forte.

Titum. 1.

De eo quod Apoſtolus dicit, Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidā appetentes naufragauerūt a fide, & inſeruerūt ſe doloribus multis. Hom. VIII.

1. Tim. 6.

BEatus Apoſtolus Paulus fratres charisſimi, vt nobis ueræ ac perfectæ charitatis dulcedinem cōm endaret, amaritudinē cupiditatis nobis expoſuit, & velut periſimis ac ſpiritalibus medicus quid fugere, & quid expetere debeamus oſtēdit. Et quia radix omnium malorū eſt cupiditas, & radix omnium bonorum eſt charitas, & ſimul ambæ eſſe non poſſunt: niſi una radicitus euulſa fuerit, alia plantari non potest: ſine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi radicem non cōtendit euellere. Sic.n. idem ait Apoſtolus, Radix omnium malorum eſt cupiditas, quam quidā appetentes naufragauerunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autem homo dei hæc fuge. Audiamus ergo conſilium illius, in quo Chriſtus dñs loquebatur, & quantum poſſumus ſtudeamus amaritudinem auaritiæ fugere, ſi uolumus ad charitatis dulce dinē peruenire. Sed quādo de contēptu diuitiarū loquimur, reſpondet mihi aliquis diues. Didici nō ſperare in incerto diuitiarum, nolo diues eſſe, ne incidam in tētationem, Sed quia iam ſum, quid facturus ſum de his quæ mihi iā cōtingit habere? Et ſequitur Apoſtolus, Facile tribuant & cōmunicent. Quid eſt communicare, niſi cōemrem tuam facere cum illo qui non habet? Si ergo cōicare cœperis, non eris ille prædo & ille raptor, qui neceſſarijs pauperum tanquā rebus alienis incubat. Et enim cōem fecisti rem tuā cū his qui non habet, & amplius præſtas, qui etiam prerogator pauperum factus es, Tu aliquātulā curā geris, vt ad ſecurum pauperū uictus perueniat, & in hoc miſericordiā prerogas, & propterea defert tibi deus honorem, & quaſi dicit tibi, Prior de cōi tolle quod ſufficit neceſsitatibus domus tuæ, quod reliquum eſt da Chriſto. Para te audire, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab initio mūdi. Eſuriui enim & dediſtis mihi manducare. Forte cōtemnebas neſcio quem pauperē aut egenū, noli contemnere xp̄m in cœlo ſedentem, in terra egentem, ueniet cum retributione, & uita æterna, & ignis æternus. Hoc ergo cogitans potes cū aliqua ſpe etiā diues eſſe. Si aūt adhuc uis fieri diues, & non ſolū ea quę ſuperflua tibi iacēt non uis erogare indigētibus, ſed etiā augere uis patrimoniū tuū, Vnde uis augere? Emēdo. Innocēs tibi videris, quia emendo vis augere. Forte & de rapinis aliquam ſpē habes? Niſi forte hoc dicas, Scit deus quia nō de rapinis nolo auge re patrimoniū meū? Et de rapina non es malus, ſed uoto malus es. Si quis tibi dicat, Vnde res tuas, exhorreſcis, expaueſcis, maledictū putas. Dū ergo emere cupis, nonne hoc optas ut res ſuas alij uendāt? Nam qūo poteris emere, ſi alius non cōpulſus fuerit uenūdare? Et hoc uidete fratres, quantū laboret qui expoliare uult ueſtitum, Et quō ſine labore fit ille q̄ ueſtire uult nudū. Si.n. habet, profert & dat: ſi non habet, ſufficit ei corā deo uoluntas bona. Ecce nō laborat ſi habet: ſi uero nō habet, quia quod ualde neceſſariū eſt, pauper eſt in arca, ſed diues in cōſcientia. Pauper eſt in domo, ſed diues eſt in aio. An forte nihil habes, quia bonam uoluntatem habes? Audi nato do-

De pœ. di. 2. quia radix.

1. Tim. 6.

Mat. 25.

mino clamantes angelos, Gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonę volũ
Lucę.2. tatis. Quã paruo constat regnum cœlorum, quã vili pretio tanta possessio proponi-
Regnũ cœ tur. Proponitur enim in terra, qđ possideas in cœlo: proponitur in tẽpore, qđ possi-
lorũ quan deas in æternũ. Non potes dicere, Non habeo vnde emere possim, quia tanta est illa
tũ valeat. possessio q̃ ad p̃tium cõgruum inuenire nõ possim. Nõne tãtum valet, quãtum habe
re potueris? Et hoc superfluum. Quãtum valuit Zachæo? Dimidium patrimonium,
Lucę.19. Erat enim diues. Dimidiũ rerũ mearũ dixit do pauperibus. Sed quia prior emit, for-
te tu non inuenis qđ emas? Emit enim regnũ cœlorum. Et ille emit, & tibi integrum
Marci. 12. seruatur qđ emas, Noli timere ne angustet te possessor, oĩbus latum est quod charitas
possidet, Duobus enim minutis emit quędam vidua regnum cœlorum, quæ misit in
gazophilacĩũ duos nũmos. Amen dico vobis, nullus amplius misit in domũ dei quã
ista vidua. Illi enim de abundãtia sua miserunt, hęc aũt totum qđ habuit misit. Quia
enim præbebat ei dominus victum, iam ei duo numi superflui restiterant ad victum
eius diei, ideo misit illos in domum dei, & emit sibi regnũ cœlorũ, Ecce quod timebas
ne carum esset, & non esses idoneus. En duobus numis valet. Si terrebat te p̃tium qđ
dedit Zachæus, consoletur te hoc p̃tium quod dedit hęc vidua. Plus addo charissimi,
Lucę.12. valet & vilius. Vilior est calix aquę frigidę, vilior est sola bona voluntas. Audi clamã-
tes angelos, In terra pax hoĩbus bonæ voluntatis. An forte non bene diximus vilio-
rem bonam voluntatem? Imó ipsa est omnibus carior, & totum hẽt qui bonam volũ
tatem hẽt, quia in dimidio rerum suarum Zachæus si bonã voluntatem non habe-
ret, nihil dedisset. Bona enim voluntas, ipsa dicitur charitas. Et quid ait Apostolus? Si
1. Cor.13. distribuero oĩa mea pauperibus, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest.
Totum ergo hẽt, q bonam voluntatem hẽt. Ipsa est quæ põt sufficere, si cętera non
sint. Si aũt sola desit, nihil prodest qui cquid habitum fuerit. Sola sufficit si asit. Cę-
tera omnia nihil ꝓsunt, si sola charitas desit. Si haberes in domo tua thesauros vnde
securus esses, gauderes & exultares: in corde tuo hẽs bonam volũtatem, & tristis es?
In arca posses timere furem, in corde tuo quem times? Te noli pati hostem in corde
tuo, bonam voluntatem habens nihil times. Forte aliquis cogitat & dicit, Si res meas
pauperibus dare cœpero, & de aduersarijs meis ꝓ dei amore me vindicare noluero, &
humilis ac mansuetus esse contendero, statim mihi necesse erit persecutiones homi-
Acto.14. num malorũ sustinere. Qui hęc times nõ legisti, Quia per multas tribulationes opor-
Eccle 2. tet nos introire in regnum dei? Non audisti scripturam dicentem, Fili accedens ad
seruitutem dei sta in iustitia & timore, & prępara aiam tuam ad tentationem? Verum
est, quia vbi deum in veritate cœperis quęrere, necesse tibi erit superborum vel mę-
lorum hominum nequitiam sustinere, quia non sic ab illis colitur Christus, quomo-
do eis quotidie prædicatur, Quoniam & quicquid volunt, quicquid petũt a deo, in
luxurijs suis & conuiuijs volunt consumere, in spectaculis, in nugis, in fornicatio-
bus, in ebrietatibus. In his volunt consumere, quo desiderant abundare, & tunc pu-
tant q̃ bonus sit deus, quando illis præstat vnde corrumpantur. Sed dicit aliquis, Ec
ce tępora aspera sunt, & asperiora erunt. Per ista asperiora proficit magis ecclesia, pro
ficiunt illi qui sursum cor habent: & illi qui sursum cor non habent, tumultuantur eis
cor in terra, & discunt cordi suo locum mutare, vt etiam ipsi sursum cor habeant, con
Psal.42. tantes nobiscum, Ad te domine leuaui animam meam. Tale est dicere, Sæuiora sunt
tępora, quale siquis dicat, sęuiora esse tępora oliuæ cum fructus inde colligitur, q̃ cũ
in torcular mittitur. Quando enim pẽdebat arbore, lęta tempora videbãtur, & nõ ate-
tendunt quia amurca plena erat. Venit enim quasi asperius tempus, venit trepus tor
cularis, veniunt maiores pressuræ. Per peccata enim & crimina superborũ, per auari-
tiam, luxuriãq; malorum, maiores pressuræ fiunt generi humano. Omnes enim mali
& amatores mundi quasi torcularia sunt, Sic enim in torcularibus & vua premitur, &
oliua, vt vinum & oleum reponatur in cauea: ita per nequitiam malorum hominũ,
qui boni & iusti sunt, multis tribulationibus corporaliter fatigantur, vt aiæ eorũ ran
quam oleum ac vinum recondi in terra tabernacula mereantur. Noli ergo de dei mi-
sericordia vel iustitia desperare, quoties te videris ab iniquis hoĩbus fatigari, sed co
sidera q̃ illi qui te persequuntur, apud deum velut molę ac torcularia deputãtur. Tu
vero quasi oliua, & quasi vua legitima, paruo tempore p̃ssuram malorum hominum

sustinere cogeris. Sed postea illis sine fine remanebit opprobrium, tu fœlici cõmuta-
E tione transibis ad regnum. Et tunc liberatus ab omnibus malis cum Propheta pote-
24 ris dicere, Transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Sed vt Psal.65.
ad istam merearis beatitudinem peruenire, ora pro illis qui te persequuntur, quia po
tens est deus vt illos conuertat ad bonum. Et qui nunc paleæ esse videntur, de zíza-
nijs in triticum, de amurca in oleum transeant. Et qui modo alios per nequitiam per-
sequuntur, ipsi postea persecutionem propter iustitiam patiantur. Et qui nunc res
alienas crudeliter volunt rapere, res suas incipiant pauperibus misericorditer eroga-
re. Quam rem, si orantibus vobis secundum suam consuetudinem pietas diuina præ
stiterit, non solum de vestra, sed & de aliorum salute duplicem mercedem in æterna
beatitudine remunerante deo capietis. Quod ipse præstare dignetur, qui cum patre
& spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est, Beatus vir qui post aurum non abijt, nec speraùit in pecu-
nię thesauris: Homilia IX. Eccle.31.

IN scripturis diuinis legimus charissimi, q̃ beatus sit qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecuniæ thesauris. Qui potuit transgredi & non est transgressus: facere malum & non fecit. Fratres interrogemus conscientias nostras & videa-
mus si ita cupiditatem contẽnimus, vt istius beatitudinis participes esse possimus.
24 Forte aliquis intra se cogitat & dicit, Nec furtum, nec violentiam facio, nec rapinas
F exerceo, nec res alienas aliquando negaui. Forte ideo non negasti, quia tibi nemo cõ-
mendare voluit, aut si cõmendauit, sub testibus cõmendauit. Dic mihi si reddidisti,
quando a solo solus, vbi deus inter vos fuerat, accepisti? Si tunc reddidisti, si mortuo
eo qui commendauit, nescienti filio reddidisti, tunc te laudabo, quia post aurum nõ
iuisti, quia potuisti transgredi, & non es transgressus: quia potuisti facere malum, &
non fecisti. Aut si forte sacculum alienum solidorum, vbi te nemo vidit in via inue- Eccle.31.
nisti, & sine vlla mora cuius fuerat reddidisti, ita fratres redite ad vos, iterrogate, vos,
respicite vos, vera respõdete vobis, & iudicate vos non secũdũ personam, sed iustum
iudicium iudicate. Ecce Christianus es, frequentas ecclesiam, verbũ dei libenter au- Ioan.7.
dis, de lectione verbi lætissime commoueris Tu laudas tractantem, ego quęro facien
tem: Christianus es frequentas ecclesiam: verbũ dei amas & libenter audis. Ecce hoc
quod propono, in eo te examina, in eo te appende, in eo ascende ad mentis tuæ tribu-
94 nal, & constitue te ante te & iudica te. Et si te prauum inueneris, corrige te. Conside-
G ra qđ ꝓpono. Deus dicit in lege sua inuentionem esse reddendam. Deus in lege sua Leui. 6.
dicit, quam priori populo dedit, pro quibus Christus nondum erat mortuus, Vt qui
cunq; rem cuiuscunq; inuenerit, tãquã alienam cito restituat. Quia sine dubio & si ip
se perdidisset, hoc sibi ab alio fieri voluisset. Secundum illud qđ scriptũ est, oĩa quæ Matt.7.
vultis vt faciant vobis homines, & uos faciatis illis similiter. Si quisquam, verbi gra-
tia, inueniat in uia alienũ sacculũ solidorum, debet reddere. Sed nescit cui. Se excusat
ignorãtia, si non dominetur auaritia. Dicã uestræ charitati, quomodo dei dona sunt,
& sunt in populo dei, qui non frustra audiũt uerbũ dei. Dicam quid fecerit hõ quidã
pauperrimus, eo tẽpore quo sanctus Ambrosius Mediolani erat Episcopus, ubi tunc
pśens erat etiam Augustinus nõdum Episcopus. Tã pauper erat ille de quo loqui- Supra de
mur, ut proscholasticus esset grãmatici sed plane uerus & perfectus Christianus. Sed uerbis Apostoli ser.19.
melior fuit ille qui ad uelum stabat, quã ille qui in cathedra sedebat. Pauper ergo iste
inuenit sacculũ ducẽtorũ solidorum, memor tamen diuinæ legis, proposuit pittaciũ
publicẽ, Qui solidos perdidit ueniat ad illum locũ ut quærat illũ hoĩem. Ille qui plan
gẽs circũquaq; uagabatur, inuento & lecto pittacio uenit ad hoĩem. Et ne forte alie-
nũ quæreret, sed suũ, quæsiuit signa, interrogauit sacculi qualitatẽ, solidorũ etiam &
numerũ. Cũ oĩa fideliter etiã ille respõdisset, reddidit qđ inuenerat. Ille repletus gau
dio, & quærens uicẽ rependere, tãquã decimas obtulit illi solidos uiginti. Noluit acci-
pere. Obtulit decẽ: Noluit accipere. Saltẽ rogauit ut uel quinq; acciperet. Noluit. Ille
stomachãs, iecit sacculũ, Nihil pdidi aut. Si nõ uis a me aliqd accipere, nec ego aliqd
pdidi. Quale certamẽ fratres mei, ꝙle certamẽ, ꝙlis pugna, ꝙlis cõflictus. Theatrũ mũ
dus, spectator deus. Victus ille, quod offerebatur accepit, & continuo totũ pauperi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus erogauit. Vnum ſolidum in domum ſuam non miſit. Conſiderate fratres tã glorioſum exemplum,& tam admirabile factum. Egit aliquid in cordibus veſtris,ſi verbum dei requieuit in animis veſtris. Facite hoc fratres mei. Nolite putare vos damnũ pati,ſi quod a vobis inuentum fuerit reddideritis. Credite quia magnum lucrum eſt, ſi feceritis quod ſuggero. Forte aliquis veniens in domo tua perdidit ſolidos. Terra communis eſt,in vna domo eſtis in hoc mundo,ambo viatores eſtis huius vitæ. Vnũ ſtabulum intraſtis. Poſuit ille,oblitus eſt, vel cecidit ab illo. Inueniſti qui in lege audiſti,inuentionem eſſe reddendam. Quis inueniſti, qui cum audires verbum dei laudaſti,tu inueniſti,ſi ergo veraciter laudaſti,redde quod inueniſti. Si autem nõ reddas quod inueniſti,quando laudaſti,teſtimonium contra te dixiſti. Eſtote fideles inuentores,& tunc iniquos vituperate raptores. Nam ſiquid inueniſti,& non reddidiſti,rapuiſti. Quantum potuiſti feciſti,quia plus non inueniſti,ideo plus non rapuiſti. Qui alienum negat,ſi poſſet & tolleret,quod non tollis timor te cohibet. Non bonum facis,ſed malũ metuis. Et latro timet malum,& vbi non poteſt non facit, & tamen latro eſt. Deus enim cor interrogat,non manum. Lupus venit ad ouile ouium quærit intuadere,quærit lacerare,quærit deuorare. Vigilant paſtores, latrant canes, nihil põt, nihil aufert,non occidit,ſed tamen lupus venit,& lupus redit. Nunquid quia ouẽ nõ tulit,ideo lupus non venit,& ouis redit? Lupus venit fremens & timens. Interroga ergo quiſquis vis de altero iudicare,ſi tunc non facis male, quando potes facere, & ab homine non puniris,tunc times deum. Nemo eſt ibi niſi tu & ille cui facis malum,& deus qui ambos videt, hoc time. Parum eſt quod dico,Ibi time malum, ibi ama bonum. Nam etiam ſi timore gehennæ non facis malum,nondum perfectus es. Audeo dicere,ſi timore gehennæ non facis malum, eſt quidem in te fides quia credis futurũ dei eſſe iudicium,gaudeo fidei tuæ, ſed adhuc timeo malitiæ tuæ. Quid eſt quod dixi? Quia ſi timore gehennę non facis malum,non amore iuſtitiæ facis bonum. Aliud eſt timere pœnam aliud eſt amare iuſtitiam, Amor caſtus in te eſſe debet, quo amore deſideres uidere non cœlum,& terram,nõ campos liquidos maris, non ſpectaculanu gatoria,non fulgores nitores; gemmarum,ſed deſideres videre deum tuum, amare deum tuum. Quia dictum eſt,dilectiſsimi filij dei ſumus,& nondum apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit,ſimiles ei erimus,quoniam uidebimus eum ſicuti eſt, Ecce ꝓpter quã viſionem fac bonum, ecce ꝓpter quã viſionem noli facere malum. Si enim amas uidere deum tuum in hac peregrinatione, ad illum toto amore ſuſpira,illum deſidera. Ecce fac quo te probare uult deus tuus,ut appareat pro quibus rebus diligas deum,utrum pro ſeipſo, an pro rebus terrenis quas tibi præſtitit, & dicat tibi, Fac quod uis imple cupiditates tuas,extende nequitiam, dilata luxuriã, quicquid libuerit licitum puta. Non te hic punio,non te in gehennam mitto, faciem meam tamen nunquam uidebis. Si ad iſtam ſentẽtiam expauiſti,amaſti. Si ad hoc quod dictum eſt, Faciem ſuam tibi negabit deus tuus,contremit cor tuum,& in non uidendo deum tuum magnam pœnam putaſti,gratis amaſti. Hoc ideo diximus fratres, quia ſunt homines ita negligentes & tepidi,& quod peius eſt, etiam infideles qui dicunt, Vtinam hic mihi deus in hoc ſeculo omnia bona tribuat, non ad me pertinet quod in futuro ſeculo de me fieri uelit. O infœlix anima, etiam ſi te deus non mittat in pœnam & tantummodo faciem ſuam te uidere non permittat, nunquid non melius fuerat te non fuiſſe natum? Cum uero fieri non poſſit, ut qui faciem eius non meruerit uidere,ignem æternum euadere poſsit, quare ſic amas præſentis ſeculi uoluptatem, ut non expaueſcas æterni ignis ardorem? Si ergo meus ſermo inuenit in cordibus veſtris aliquam ſcintillam gratuiti amoris dei, ipſam nutrite. Ad hanc augendam vos aduocate prece humilitatis,dolore pœnitentiæ, delectatione iuſtitiæ, operibus bonis,gemitibus ſynceris,conuerſatione laudabili,amicitia fideli. Hanc ſcintillam boni amoris, dominus dicit, Ignem veni mittere in terram, & quid uolo niſi vt ardeat? flate in vobis,nutrite in uobis, Ipſa cum creuerit,& flammam dignisſimam ſecerit,omnium cupiditatem carnalium ligna conſumet. Quod ipſe præſtare dignetur, qui uiuit & regnat deus, &cæt.

Leuit.6.

14. q.5. Si quid.

Aliud ẽ timere pœnã, aliud amare iuſtitiam.

1. Ioan. 3.

Lucę.12.

De eo quod Apoſtolus ait, Videte quomodo caute ambuletis, non vt inſipientes, ſed ut ſapientes redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Homilia. X. Ephes.5.

APoſtolum cum legeretur audiſtis,imo omnes audiuimus dicentem nobis, Videte quomodo caute ambuletis,non vt inſipientes,ſed vt ſapientes,redimentes tempus,quoniam dies mali ſunt. Dies malos fratres duę res faciunt, malitia & miſeria. Per malitiam hominum ducuntur dies mali. Cæterum dies iſti quantum pertinent ad ſpatia horarum,ordinati ſunt,Ducunt vices ſuas, agunt tempora. Oritur ſol & occidit,Sol iterũ oritur & occidit,Veniunt tempora,tranſeunt tpa. Cui moleſta ſunt tempora,ſi homines ſibi moleſti non ſunt? Ergo dies malos, ſicut dixi, duę res faciunt,miſeria hominum & malitia. Sed miſeria horum cõis eſt, non debet malitia eſſe communis. Ex quo.n. de peccato Adam omnes miſeri nati ſumus, cõmunis eſt miſeria. Sed contra generationem quę nos miſeros fecit,prouidit deus regenerationem,vnde nos a miſeria liberaret. Generatio mittit in miſeriam, regeneratio dignat ad beatitudinem. Non enim quia dixi,regeneratio liberat a miſeria, iam nos continuo vt regenerati ſumus,beati ſumus. Si mox regenerati,iam beati eſſemus, & dies bonos ageremus,non nobis Apoſtolus diceret,qui iam regeneratis, & fidelibus loquitur. Redimentes tempus,quia dies mali ſunt. Et regenerati,dies malos ducimus quouſque finiatur pœna mortalitatis,& ſuccedat gratiæ ſummæ fœlicitatis. Si nihil nobis ad futurõ ſeculũ prodeſt qđ colimus deũ,qd colimus eũ? Vt hic habeamus fœlicitatẽ. Quãti illã hñt qui non colunt deũ? Vt hic ſeneſcamus,& decepti efficiamur. Quanti ſeneſcunt blaſphematores dei? Ideo colendus eſt deus, vt cultores illius habeant filios,& non ſint ſtertles: Filios deus & leonibus,& onagris, & ſerpentibus dat, Nun ergo pro magno & vero bono petendum eſt, quod & Iudæis,& Paganis,& hæreticis,etiam & ipſis beſtiis datur, Aurum.n. & argentum,honores,filios & patrimonia multa habent etiam & mali. Qui enim vere Chriſtianus eſt,non iſta oĩa tranſitoria debet petere,ſed totum pondus intentionis vel orationis ſuæ ad expetendam ęternã beatitudinem debet impendere. Iſta.n. temporalia bona, & quando dat deus, gratiæ agantur,& quando tollit,ſimiliter gratiæ agantur, Iſta quãdo voluerit tribuet, quando voluerit tollet, tantum eſt, vt ſeipſum nobis non auferat. Nemo ergo dicat in corde ſuo fratres,quando auditis lectionem iſtã beati Apoſtoli, Redimentes tempus,qm dies mali ſunt: nemo dicat in corde ſuo parentes noſtri dies bonos habuerunt, nos malos dies habemus. Quare? parentes noſtri,nũquid non Chriſtiani fuerunt? Iſta lectio non eſt recitata ab ipſis temporibus Apoſtolorum, ante tot annos quando recitabatur non ad eam gemebatur,& quod dicebat non agnoſcebatur, ex eo quod lapſus eſt Adam & de paradiſo proiectus eſt, nunquam fuerunt dies niſi mali, Iſtos pueros qui naſcuntur interrogemus, quare a ploratu incipiant qui & ridere poſſunt. Naſcitur & ſtatim plorat, poſt neſcio quot dies ridet. Quando plorabat naſcens, Propheta ſuæ calamitatis erat, Lacrymæ enim teſtes ſunt miſeriæ. Nondum loquitur, & iã prophetat in labore ſe futurum in timore: & ſi bene uixerit, & iuſtus fuerit, certe in mediis tentationibus poſitus ſemper timebit. Quid enim quia iuſtus eſt? Ecce iuſtus eſt. Quid ait Apoſtolus? Omnes enim qui volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patientur. Ecce quia dies mali ſunt, ſine perſecutione hic uiuere iuſti non poſſunt. Sed dicis mihi. Quid? Quando pax eſt, quando prouinciarum iudices honorant eccleſiam, quando prouinciarum iudices honorant eccleſiam, quando inimicos reges eccleſia non patitur, quando omnes leges pro ipſa ſunt, qũo qui pie viuunt perſecutionẽm patiuntur? Qui inter malos viuunt perſecutionem patiuntur? Quare? Quia omnes mali perſequũtur bonos, non ferro & lapidibus, ſed vita & moribus. Nũquid aliquis ſanctum Loth perſequebatur in Sodomis? Nemo illi moleſtus erat, & tamen inter impios viuebat, inter impuros, immundos, ſuperbos, blaſphemos perſecutionẽ patiebatur, non vapulando, ſed inter malos viuendo. Omnis enim qui iuſtus & pius eſt, quando videt aliquos male viuere, luxurię ſeruire, iuſtitiam non tenere, ſuperbiã ſectari, charitatem cõtemnere, quando iſtos tales vident illi qui boni ſunt dolent, afliguntur & contriſtantur. Lugent.n. cum Apoſtolo eos qui peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Quiſquis me audis, & nõdum viuis in Chriſto pie, incipe in xpo

Dies malos efficiunt malitia & miſeria.

Ephe.5.

Ephe.5.

2. Tim.3.

Gene.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pie viuere. Et pro quo dico, Nũquid Apostolus Paulus qui eo tempore fuit, quando
a dhuc in mũdo fides noua semin abatur, & neceſſe erat vt multos aduersarios patere
Luc. 2. tur, quia hoc dictum est de Christo, In signum cui contradicetur: Nunquid eas tantũ
perſecutiones commemorat, quas patiebatur vel a Iudæis vel a gentibus? Non ipſas
2. Cor. 11. tantum, nam illas sic commemorat, A Iudæis quinquies quadragenas vna minus ac-
cepi, Lapidatus sum, & cætera quæ nouimus quãdo legimus. Sed ille erant etiã pſecu-
2. Cor. 7. tiones, ſine quibus in hoc ſeculo nullus iuſtus viuere poteſt. Foris pugnę, intus ti-
mores. Deniq; cum commemoraret pericula ſua, Periculis, inquit, in mari, periculis
in fluminibus, periculis in deſerto, periculis in latronibus, periculis in falſis fratri-
2. Cor. 11. bus. Cætera pericula poſſunt quieſcere, pericula a falſis fratribus, quieſcere vſq; in
Periculum finem ſeculi nou nouerunt. Redimamus ergo tps qm dies mali sunt. Expectatis a me
in falſis fra forte ſcire, quid eſt tps redimere. Quomodo habemus redimere tẽpus, dicturus ſum,
tribus. quod pauci audiunt, pauci ferunt, pauci aggrediuntur, pauci agunt, tamen dicã qm
ipſi pauci qui me audituri ſunt inter malos viuũt, quoniã dies mali ſunt. Redimere
Redimere tẽpus, hoc eſt, quando aliquis tibi ingerit litem perde aliquid, vt deo vaces, non li-
tps Supra tibus perde. Ex eo quod perdis precium eſt temporis. Certe quando pro tuis neceſſi-
eode hom. tatibus procedis ad publicum, das nummos, & emis tibi panem aut vinum aut oleũ
prima. aut lignum, aut veſtem, aut aliquam ſuppellectilem, aut quodcunq; tibi opus eſt, das
& accipis, aliquid amittis, aliquid accipis, hoc eſt emere. Nam ſi nihil amittas, & ha-
beas quod non habebas, aut inueniſti aut donatum accepiſti, aut hæreditate acquiſi-
ſti. Quando autem aliquid amittis, vt aliquid habeas, tunc emis. Quod habebis em-
ptum eſt, quod amittis precium eſt. Quod ergo perdis nũmos vt emas tibi panes, ſic
perde nummos vt emas tibi quietem. Et hoc eſt tempus redimere. Prouerbium noſtri
eſt Punicum, quod quidem Latine vobis dicã, quia Punice non omnes noſtis. Puni-
cum eſt prouerbium antiquum, Vt enim habeas tempus quietum, perde aliquid. Au-
di prouerbium antiquum, vtile & neceſſarium. Peſtilentia ante oſtium venit & num-
mum quærit, Duos illi da, & ducat ſe. Peſtilentia eſt homo malus, qui te vult per-
lumniam expoliare, Peſtilentia eſt homo malus, calũniator, proditor. Iſte talis ſic eſt,
quomodo poſtula mala in corpore. Sicut. n. quando puſtulã incurrit homo, deſiderat
vt cito ſpondylum faciat, & optat vt ſine aliqua mora ipſa mala puſtula cum aliqua
particula tollatur de corpore, & cũ ipſa diſcedat, ne venenum ipſius totum corpus
occupet, & animam petat, Ita etiam quando iniquus & malus homo qui non vult ni
ſi litibus vacare, aliquam tibi calũniam facit, puta illum eſſe puſtulã malã, & acquie
ſce vt qualemcunq; particulã de ſubſtantia tua perdas, ne dũ te nimiũ litigando oc-
cupas, quietum cor habere, & deo vacare non poſsis. Nunquid non ſupradictum pro
uerbium de Euangelio videtur natũ? Nunquid aliud dixit dominus, quã redime tps
quando ait, Si quis vult indicio tecum contendere, & tunicã tuã tollere, dimitte illi &
pallium? Auocare te habet litibus a deo tuo, non habebis quietũ cor, nõ habebis tran-
Mat. 5. quillum animum. Euerteris cogitationibus tuis, iritaris aduerſus ipſum aduerſarium
tuum. Ecce tempus perdidiſti. Quanto melius nummũ amitteres, & tps redimeres.
Certe omnibus placuit qd dictũ eſt, Venitur ad negocia veſtra, & ibi vos inueniõ.
Et tamen fratres meis in caauſis veſtris, in negocijs veſtris, quando ad nos diiudican-
da veniunt, ſi homini Chriſtiano dico vt pro tempore rẽdimẽdo perdat aliquid ſuũ,
quanto maiore cura & fiducia debeo illi dicere vt reddat alienum. Ambos enim Chri-
ſtianos audio. Ille calumnioſus qui vult facere alteri cauſam, & tollere ab illo velut
Ephe. 5. pro compoſitione, gaudet ad iſta verba. Apoſtolus dixit, Redimentes tempus, quoniã
dies mali ſunt. Facio calũniam Chriſtiano, ille velit nolit dat mihi aliquid vt tẽpus
redimat, quia Apoſtolum audiuit. Vide ne forte cum tu putas aſtutũ, inuenias liti-
gioſum, & malit erogare vt vincat te, quã perdere, vt careat te Tamen ſi illi dicturus
ſum, perde aliquid ocioſus, redime tempus, Apoſtolũ audis quoniam dies mali ſunt:
ſi illi qui bonus & iuſtus eſt dico, perde aliquid vt ſis tibi quietus, non ſum calum-
nioſo dicturus, perdite fili diaboli, nullam cauſam habes, & res alienas auferre me-
liris. Cauſam non habes, & calumnia plenus es, Chriſtianus es tu, nunquid volo il-
lum acquirere, & te perdere? Si illi dixero, da illi aliquid vt recedat a calũnia, tu vbi
eris, qui habebis pecuniã de calumnia? Ille qui propter uitandam calumniam tem-

pus a tẽ redemit, hic tolerat dies malos: tu qui calumnijs paſceris, & hic habes dies
malos, & poſt dies ipſos habiturus es in die iudicij peiores. Sed hic forte rides, quia
numerum attendis, Ride, ride, & contẽne, ego erogẽ, veniet qui exigat. Sed credimus
de dei miſericordia, qꝑ ſic oĩbus non ſolum ſanctis & deum timentibus Chriſtianis,
ſed etiam illis qui multis litibus & ſe & alios inquietant, ipſe pius dominus inſpira-
re dignabitur, vt omni contentione & æmulatione ſemota, ita paci & charitati ſtu-
deant, vt non propter diſcordiam dei iracundiam incurrere, ſed magis propter dile-
ctionem & pacem ad æterna mereantur prędmia peruenire, Præſtante domino noſtro
Ieſu Chriſto, cui eſt honor & imperium cum patre, & ſpiritu ſancto in ſecula, &c.

De eo quod Propheta dicit in Pſalmo, Suſtine dominum, viriliter age, & confortetur
cor tuum.

Homilia XI.

FRequenter fratres cũ Pſalmiſta cantauimus, Suſtine dominũ, viriliter age, & con-
fortetur cor tuũ, & ſuſtine dñm. Quid eſt, Suſtine dominũ? Vt tũc accipias quan-
do dabit, non tunc exigas quando vis. Tempus dandi nondum eſt. Suſtinuit te, ſu-
ſtine illum Quid eſt quod dixi, ſuſtinuit te, ſuſtinẽ illum? Si iam iuſte viuis, ſi iã ad
illum conuerſus es, ſi tibi diſplicent facta tua præterita, ſi iam placuit tibi eligere vi-
tam bonam nouam, noli feſtinare exigere. Suſtinuit te vt mutares vitam tuam malã
ſuſtine illum vt coronet vitam tuam bonam. Nam & ſi ille non ſuſtineret, non eſſet
cui daret. Saſtine ergo quia ſuſtentatus es. Tu vero qui non vis corrigi, O qſquis hic
es qui adhuc nõ vis corrigi, quaſi vnus ſit, qui magis dicere debui quicunq; hi eſtis.
Te tamen qui hic es, q non ſtatuiſti corrigi, ſic loquar quaſi ad vnum. Quiſquis nõ
vis corrigi qd tibi promittis? Deſperando peris, an ſperando? Quiſquis deſperando
peris, hoc dicis in ãia tua, Iniquitas mea ſuper me eſt, in peccatis meis contabeſco,
Quæ mihi ſpes eſt viuendi? Audi Prophetam dicẽtem, Nolo mortem impij, tantũ re-
uertatur impius a via ſua peſsima, & viuat. Sperando peris. Quid eſt, ſperãdo peris?
Hoc dicis in animo tuo, Bonus eſt deus, miſericors eſt deus, ignoſcit omnia, non red
det mala pro malis. Audi Apoſtolum dicentem. Ignoras qm patientia ad pniam te ad
ducit. Quid ergo reſtat? Quia ſi obtinuimus apud te aliquid, ſi intrauit in cor quod
dixi, Video quid mihi reſpondeas. Verum eſt, nec deſpero vt deſperando peream, nec
ſpero male vt ſperando peream, Non mihi illud dico. Iniquitas mea ſuper me eſt, iam
nullam ſpem habeo. Nec mihi illud dico, Bonus eſt deus, nemini reddet mala. Nec il-
lud dico, nec hoc dico, premit me Propheta, premit me Apoſtolus: Et quid dicis? Ad-
huc modicũ tps viuã qũo volo. Iſti ſunt qui nos fatigant, plurimi ſunt, moleſti ſunt.
Adhuc modicũ tps viuã qũo volo, poſtea me correxero. Vtiq; verum eſt qd Prophe-
ta dixit, Nolo mortẽ impij, tantũ reuertatur impius a via ſua peſsima & viuat. Quan-
do conuerſus fuero, delebit omnia mala mea, Quare non addo aliquid voluptatibus
meis, & viuo quantũ volo, qũo volo, poſtea me cõuerſurus ad deũ? Quare hoc dicis
frater? Quare? Quia promilit deus indulgentiam ſi me mutauero. Video, ſcio, promi
ſit deus indulgentiã, per ſanctũ Prophetam hanc promittit, & per me minim ũſeruũ
ſuũ promittit, verũ eſt qd ꝑmittit, hãc promiſit p vnicũ filiũ ſuũ. Sed qd vis addere
dies malos diebus malis? Sufficiat diei malitia ſua. Malus dies heſternus, malus & ho
diernus, malus & craſtinus, An putas eẽ bonos dies, qñ ſatisfacis voluptatibꝰ tuis, qñ
in luxurijs enutris cor tuũ, qñ inſidiaris alienæ pudicitiæ, qñ fraude cõtriſtas ꝓxi-
mum tuũ, qñ cõmendata negas, quãdo falſum pro nũmo iuras, quãdo exhibes tibi
bonũ prandium, ideo putas, quia bonũ diẽ ducis? Vnde fieri non põt, vt dies bonus
ſit, cũ malus ſit hõ? Malos dies uis addere malis diebus? rogo. Aliquantulũ, inqt, di-
mittetur mihi. Quare? Quia ꝓmiſit mihi deus indulgentiã. Sed craſtino die te victu
rum nemo tibi ꝓmiſit. Aut lege mihi, qũo legis Prophetã, Euangeliũ, Apoſtolũ: qa
cum te cõuerteris, deus delet oẽs iniquitates tuas: lege mihi, vbi tibi promiſſus eſt
craſtinus dies, & viue craſtino die malo. Quanquam frater meus non tibi hoc debui
dicere. Longa erit forte uita tua. Si longa erit, bona ſit. Quare uis habere longam
uitam & malam? Aut longa non erit, & illa longa debet te delectare, quæ non ha-
bet finẽ. Aut longa erit, & quid mali erit, qa diu bene uixiſtiſ? Tu male uis diu uiuere
Ne tardes cõuerti ad deũ. Verba iſta mea nõ ſunt, ſed & mea ſunt. Si amo, mea ſunt.

Pſal. 26.

Suſtinere dominum. quid.

Ezec. 33.

Roma. 2.

Mat. 6.

1. Retra. cap. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amate,& vestra sunt. Sermo iste quem modo dico, sanctæ scripturæ est. Si cõtemnis
illum,aduersarius tuus est. Sed audi dominum dicentem,Concorda cum aduersario
Mat.5. tuo cito. Audiam omnes,verba recito scripturæ diuinæ,O male dilator,o crastini ma
le appetitor,audi dominum dicentem,audi scripturam sanctam prędicentẽ, De isto
loco speculator sum.Ne tardes conuerti ad deum,neq; differas de die in diem. Vide si
non vidit illos,vide si non inspexit,illos qui dicunt, Crastino bene viuo, hodie mele
viuam:& cum cras venerit,hoc dicturus es:ne tardes conuerti ad deũ, neq; differas
de die in diem. Subito enim veniet ira eius,& in tempore vindictę disperdet te. Nun
quid ego scripsi hoc? Nũquid ego delere illud possum? Si deleuero timeo deleri. Illud
possum tacere,timeo tacere. Prædicare cogor,territus terreo Timete mecum,vt gau-
Eccli.5. deatis mecum. Ne tardes conuerti ad deum,Domine vide quæ dico, Domine scias qa
quia terruisti me,cum tuus dropheta legeretur,Domine nosti in illa cathedra timo-
rem meum,cum tuus Propheta legeretur. Ecce dico,Ne tardes conuerti ad deũ, neq;
differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius,& in tempore vindictæ disperdet
te. Sed nolo perdat te. Nolo mihi dicas,perire volo,quia ego nolo. Melius est ergo no
De verbis dñi ser.59. lo meum quam volo tuum. Si lethargicus pater tuus ęgrotaret inter manus tuas, &
tu adesses iuuenis ægrotanti seni,& diceret medicus,periclitatur pater tuus. Sõus
iste grauedo est quædam lætalis,obserua eum,noli permittere dormire,si videris eũ
dormire excita eum,si parũ est excitare, vellica:si & hoc parum,stimula eum ne mo-
riatur pater tuus,adesses iuuenis seni onerosus. Ille in dulcem morbum resolutus
iret,oculos grauedine illa premente clauderet,tu contra clamares patri noli dormi-
re. At ille,dimitte me,dormire volo. Et tu,sed medicus dixit si voluerit dormire non
dormiat. Et ille,Rogo dimitte me.mori volo. Sed ego nolo,dicit filius patri, qui vtiq;
optat se mori. Et tamen vis differre mortem patris tui,& aliquanto diutius viuere cũ
morituro sene patre tuo. Dominus tibi clamat, Noli dormire,ne in æternũ dormias.
Euigila,vt mecum viuas,& patrem habeas quẽ nunquã efferes, Audis & surdus es?
Quid ergo speculator? Liber sum,non vos grauo. Scio dicturos esse quosdam, Quid
nobis voluit dicere? Terruit grauiter nos,reos nos fecit. Immo a reatu voluit libera-
re. Fœdum est,turpe est,Nolo dicere malum,nolo dicere periculosum,nolo dicere exi
tiosum. Turpe est vt vos fallam,si deus me non fallit. Dominus mortem minatur im
piis,nequissimis,fraudatotibus,sceleratis,adulteris.voluptatũ inquisitoribus, suis
contenptoribus,detractoribus,murmurantibus,& mores suos non mutantibus. Do-
minus illi mortem minatur, gehẽnas minatur,interitũ sempiternum minatur. Quid
volunt? Vt ergo promittam quod ille non promittit? Ecce dat tibi securitatem pro-
curator. Quid tibi prodest si pater familias non acceptet? Procurator sum, seruus
vis dicã tibi,viue quomodo vis,dominus te non perdet? Securitatem tibi procurator
dedit,Nihil valet securitas procuratoris. Vtinam dominus tibi securitatem daret, &
ego te solicitum facerem. Domini enim securitas valet etiamsi nolim. Mea vero nihil
valet,si ille noluerit. Quę est aũt securitas fratres vel mea vel vestra, nisi vt domini
iussa intente diligẽterq; audiamus,& promissa fideliter expectemus? In his fatigamur
quia homines sumus,ipsius adiutorium imploremus. Ad illum ingemiscamus, pre-
ces nostræ non sint pro rebus secularibus prætereuntibus,transitorijs, & vice vapo
ris euanescentibus,Sed sint pręces nostræ pro ipsa implenda iustitia, & sanctificatio
ne pro nomine dei. Non pro vincendo vicino, sed pro vincẽda libidine, non pro fe-
nanda carne,sed pro domanda auaritia. Hinc sint preces nostræ, intus nos adiuuent
iuctantes,vt coronent vincentes.

De eo quod beatus Iacobus dicit, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate
Iacobi.5. pro inuicem,vt saluemini. Homilia. XII.

IN omnibus scripturis diuinis fratres dilectissimi, viriliter ac salutariter admone-
mur,vt peccatę nostra debeamus iugiter & humiliter non solum deo, sed etiam
sanctis,& deum timentibus confiteri. Sic enim per Iacobum Apostolum nos ad
Iacobi.5. monet spiritussanctus dicens,Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro
inuicem,vt saluemini. Et Psalmista, Confitemini domino quoniam bonus. Et iterũ
Dixi pronunciabo aduersum me iniustitias meas domino,& tu remisisti impietatem
cordis mei. Quomodo enim nobis peccatorum vulnera nunquam deesse possunt,&

confessionis medicamenta deesse non debent. Non n. ideo vult deus vt confitẽamur
peccata nostra,q̃ ea ipse scire non possit,sed quia diabolus hoc desiderat,vt inueniat Psal.31.
quod nobis ante tribunal iudicis æterni obijciat ideo vult vt magis defendere ꝙ accu
sare peccata nostra velimus. Ecõtrariò autem deus noster,quia pius est & misericors,
vult vt ea confiteamur in hoc seculo,ne pro illis confundamur postmodum in futu-
ro. Si n. nos confitemur,ille parcit. Si nos agnoscimus,ille ignoscit. Primo hoi non di-
ctum est, Confitere peccatum,quia non fecerat quod fateretur, sed dictũ est ei vt nõ
peccaret. Non obtemperauit, peccauit. Nati sumus mortales ex vinculo peccati, pro- Gene.2.
pagata est miseria nostra per successionẽ fragilitatis humanæ, & dicitur nobis, Fate- Gene.3.
mini peccata vestre. Serpens aũt ille quo tunc institit,vt non seruaret homo quod illi
dictum est,ne peccaret,si nunc instat vt non seruet hõ quod ei dictum est, Confitere
peccatum. Quo enim tunc fecit vt caderet qui stabat,sic nunc agit surgat qui cecidit.
Itaq; aduersus incantationes eius & insidias,quibus nunc impedire vult reditum no
strum, suscipiamus pręcepta saluberrima aduersus eum qui nunc impedire vult no-
bis confessionem peccati. Quia scit non nos posse redire nisi per humilitatẽ, qui per
superbiã lapsi sumus, Dux nobis ipse fuit ad superbiam, modo ad humilitatẽ ducem
Christũ sequamur. Dicit homini serpens ille per Mathematicos & Manichæos,ne cõ-
fiteatur hõ peccatũ. Per Mathematicos sic loquitur, Nunquid hõ peccat? Stellę sic po- 2.De Ge.
tæ sunt,nectsse est vt faciat hõ peccatũ. Dicit ergo per Mathematicos, quia stella facit ad litera.
vt hõ peccet. Nã ipse non peccat. Sic blasphemias cõuertit in deũ. Creator. n. stellarũ 27.Et 28.
deus est,& dum non vult hõ se accusare in eo quod fecit,deũ accusat a quo factus est q.45.
hõ. Itẽ per quosdam Manichęos ita suggerit, Non tu peccas,gens tenebrarũ peccat, tu
non habes peccatum. Dicit hæc animæ,& erigit eã in superbiã, vt putet quia non pec
cat. Non est hoc tollere sed geminare peccatũ. Item multi sic confessionem peccati fu
giunt,vt ipsum Satanam accusent,se aũt nihil mali feciss dicant. Et cũ castigãtur ali-
qui & dicitur eis,quare hoc feciſtis? Respondent, Quia diabolus hoc fecit. Non est. n.
vnde plus gaudeat diabolus,nisi qñ hõ dicit ꝙ ipse faceret vt peccaret. Quando. n. di-
cit diabolus hoc fecit,non se accusat,& dũ peccata sua dissimulat confiteri, indulgen
tiã non mereretur accipere. Rñdet ergo & dicit, Diabolus hoc fecit, quasi reuera traxe
rit eũ diabolus,aut violentiã fecerit. Suadere. n. & solicitare põt,cogere oino non po-
test. Et ideo cum per dei adiutorium in potestate tua sit vtrũ consentias diabolo,qua
re non magis deo q̃ ipsi obtemperare deliberas? Si n. solus diabolus daret cõsilium &
deus taceret,haberes quo excusari posses. Cũ vero xps tibi & conscientia tua contra-
dicat, & per scripturas diuinas audias in ecclesia ꝙ non debeas facere malum, quare
eligis mortẽ & deseris vitam,& magis vis sequi diabolũ ad luxuriam, q̃ obtemperare
xpo qui te inuitat ad vitam æternam? Rogo ergo vos frẽs charissimi quare Satanas
seducit ad peccandũ,cum deus posuerit homini in potestate non consentire Satanæ?
Est. n. a detris quodammodo pręcipiens deus,a finistris seducens Satanas, hõ in me-
dio cõstitutus. Cor quod inclinatur ad diabolum, quare non potius erigitur ad deũ?
Non enim diabolus cogendo sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum,
sed petit: Nos diabolũ non adiuuemus,& vincimus. Dat quidem ille consilium, sed
deo auxiliante nostrum est vel eligere vel repudiare quod suggerit. Attẽdite & aliud,
quando dicit hõ ꝙ seductus est a Satana,quando dicit se seductum, confitetur ex par
te,sed tamẽ negat se feciss,& dicit. Ego nihil feci, diabolus fecit. Conatus est dicere
illud Adã: Ipse se enim excusare voluit de muliere, mulier se excusare voluit de ser-
pente. Dominus aũt deus qui liberum arbitrium dedit homini, & eum pręcepto suo
aduersus serpentis venena firmauerat, non audiuit istas excusationes: Quia mulier
propterea data erat vt doceretur a viro, non vt doceret virum. Et sic erat constituta
voluntas amborũ,sic erat fabricatum liberum arbitriũ, vt si nollet consentire serpẽ-
ti,discederet serpens in sua falsitate confusus,& remaneret hõ in dño creatore firma-
tus. Ista sunt mala verba quæ diximus, quia mõ serpens vult suadere excusationes
peccatorum. Tunc fecit quod non accuses,modo autẽ vult facere quod excuses. Deus
confitenti tanquã in apertũ sinum indulgentiam paratus erat dare, excusas, claudis
sinum, includis peccatum, excludis indulgentiam peccati. Ecce quid feciſti? Non vt
non tolleretur peccatum, vt dixi iandudum,sed intercluderetur medicina peccati. Sa

Universidad de Deusto
Biblioteca

nare te habebat deus per indulgentiam si fatereris, quęris per quem excuſes, ſed nō
quærit ille quem pro te puniat. Dic ergo deuoto corde quod dixi pauloante, Ego de- 96
Pſal.40. xi, domine miſerere mei Quare addidiſti, Ego dixi? Propter Manichæos qui dicunt nō A
tu peccas Clama, Ego dixi domine miſerere mei, ſana animam meam quoniam pec-
De natura & gratia. 19. in fine. cauī tibi. Sanat te deus, confitere tantum vulnus tuum. Iaces ſub manibus medici,
Pſal.140. patienter implora auxilium. Fouet, vrit, ſecat, æquanimiter tolera, tantum noli atten-
dere niſi vt ſaneris. Sanaberis autem ſi oſtendas te medico: non quia ille non videt ſi
tu te abſcondas, ſed ipſa confeſsio initium ſanitatis eſt. Emendabit me iuſtus in miſe-
ricordia, & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid
eſt hoc? Melius eſt mihi vt quando videt iuſtus peccatum meum emendet me,
non mihi parcat, dicat quia peccaui, ſæuiat in peccatum meum, vt me liberet a pecca-
to. Videtur acerbe clamare, ſed intus lenis eſt in miſericordia. Ideo dixit, Emendabit
me iuſtus in miſericordia & arguet me. Quando ergo arguit, & quando clamat, & qui
iuſtus ſæuit, miſeretur: & totum illud de miſericordia paterna eſt, non de ſæuitia ini-
mici. Magis autem quando non vult te teneri ſub peccato, magis amat, quia ſecat. Nō
vult enim putredine peccati cætera membra tua contabeſcere, ferrum profert, ſed nō
li timere, noli paueſcere, medicum eſt ferrum. Non contra te ferrum fertur, ſed cōtra
vulnus tuum. Ergo ſic ait, Emendabit me iuſtus in miſericordia & arguet me, oleum
Oleū pec- catoris. autem peccatoris non impinguet caput meum. Quid eſt autem oleum peccatoris, niſi 97
blandimentum adulatoris? Si quis aliquem vehementer obiurget, videtur ſæuire in B
Pſal.4. peccatū ira eius: & libere ei dicat mala quæ commiſit, & ille imitabitur fortaſſe ob-
iurgatorem ſuum, ſimul cum illo iraſcitur peccato ſuo: Quare dictum eſt, Iraſcimini
& nolite peccare, quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimi-
ni. Ergo dicat ille vera, forte corrigitur: alius, vero veniat ad eū & aſſentetur & dicat
Pſal.9. imò laudabiliter feciſti, Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & qui
Lucæ.6. iniqua gerit benedicitur. Diffluit, lętus vocatur. Auarus eſt & dicitur de eo, quia fe-
uat rem ſuam. Vindicat ſe de inimico, cum dictum ſit. Dimitte vt dimittatur tibi, co-
mis vocatur. Sic conſidera cætera, quemadmodum aſſentatores, id eſt, adulato, es ha-
Eſai.5. beant verba fallacia, habeant noxia laudis, ipſa eſt vnctio peccatoris. Nos autem audia-
mus Prophetam dicentem, Populus meus qui vos fœlices dicunt, in errorem vos mit-
tunt, & conturbant ſemitas pedum veſtrorum. Ergo ſi dicatur ab aliquo libere pecca
tū alicuius, & ab alio palpetur, ſi videat aliquis tertius & interrogatur quid fit factū, 97
nonne ita ſolet reſpondere, Ille dixi ei vera & non eſt blanditus? Quid ille alter? Quid C
fecit? Vnxit ei caput & abſceſsit. Nos vero fratres ſi vere ſpiritales medici ſumus, & de
animarum veſtrarum remedio attentius cogitamus, non debemus palpare quenquā,
nec vos, nec nos, Confiteamur peccata noſtra, non excuſemus, tu feciſti, tu reus es, tu
peccata tua confitere, tibi ignoſcitur, Si autem dicis, Non ego feci: Vbicunque verba
excuſare volueris, peccatū tuum manet in te. Peccati reus es, & non illius peccati tan
tummodo quod feciſti, ſed huius ēt ſuperbiæ q̄ cōfiteri noluiſti. De quo peccato nos
dominus liberare dignetur: Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula
Eccl.5. ſeculorum. Amen.
Eccl.5. De eo quod ſcriptum eſt, Ne tardes conuerti ad deum, neque differas de die in diem:

Homilia XIII.

AVdiuimus fratres chariſsimi per Prophetam dicentem deum. Ne tardes con-
uerti ad deum, neque differas de die in diem. Subito enim veniet ira eius,
& in tempore vindictæ diſperdet te. Promiſit enim tibi, quoniam quo
die conuerſus fueris, obliuiſcitur mala tua prēterita, ſed nunquam vitam crāſtinum
diei promiſit tibi. An forte non tibi illam promiſit deus, & promiſit illam tibi Ma-
thematicus vt damnet & te & illum? Deus diem mortis incertum ſalubriter cō-
ſtituit: Diem vltimum ſuum quiſque ſalubriter cogitet. Miſericordia dei eſt, quia nō
ſcit homo quando moriatur: Latet vltimus dies, vt obſeruentur omnes dies. Sed
net te mundus, illecebrę circunquaq; blandiuntur, delectat pecunię magnitudo, de-
1. Tim. 6. ctat honoris fulgor, delectat potentiæ terror. Delectant iſta, ſed audiatur Apoſtolus:
Luc.24. Nihil intulimus in hunc mundum, ſed nec auferre quid poſſumus. Honor te quærere
debet, non ipſum tu. Debes enim in loco humiliori diſcumbere, vt qui te honorā-

rem locum aſcendere. Si autem noluerit, vbi recumbis manduca: Quia nihil huc in- 97
tuliſti in hunc mundum. Parum eſt tibi, quia de alieno manducas? Diſcūbe vbicunq; A
& manduca. Dicturus es, de meo. Audi Apoſtolum. Nihil intulimus in hunc mundū.
Ad mundum veniſti, plenam mēnſam inueniſti: Sed dñi eſt terra & plenitudo eius. Pſal 23.
Nam qui volunt, inquit, diuites fieri: Non dixit, qui diuites ſunt: ſed, qui volunt diui 1. Tim. 6.
tes fieri, cupiditates accuſauit, non facultates. Qui volunt diuites fieri, incidunt
in tentationem & deſideria multa & noxia, quæ mergunt homines in interitum &
perditionem. Pecunia delectat, iſtam non times? Bona res eſt pecunia, bona res
eſt magna pecunia. Incidunt hoīes in tentationes, non times? In deſideria multa inci-
dunt ſtulta & noxia, non times? Deſideria quo ducunt time. Quid eſt, quō ducunt?
Quæ mergunt, inquit, hoīes in interitum & perditionē. Et adhuc ſurdus es? Interitū 1. Tim. 6.
& perditionē nō times? Sic deus tonat, & ſtertis. Cæterū his qui iā diuites ſunt adhuc
conſilium dedit Apoſtolus, Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi non ſuperbe ſape-
re. Vermis diuitiarū ſuperbia eſt Difficile eſt vt non ſit ſuperbus qui diues eſt. Tolle
ſuperbiā, diuitiæ non nocebunt. Sed attende quid inde facere debeas, ne vacet apud 97
te quod largitus eſt deus: Non ſuperbe ſapere. Iſta vitia tolle, neq; ſpera in incerto di- B
uitiarum. Tolle & hoc vitium, Cum abſtuleris iſta, exerce opera bona, Qui diuites
ſunt, inquit, in operibus bonis non ſperent in incerto diuitiarum. Sed vbi ſperent? In
deum viuum qui præſtat nobis oīa abundanter ad fruendum. Mūdum præſtat deus
pauperi, præſtat & diuiti. Nunquid quia diues eſt, duos ventres impleturus eſt? Atten-
dite & videte quoniam de datis dei pauperes ſaturati dormiunt. Qui paſcit vos, paſcit
illos per vos. Ergo non ametur pecunia. ſed ſi iā habetur, hoc inde fiat. Diuites qui il-
lam habetis eſtote. Sed vbi diuites? In operibus bonis. Facile, inquit, tribuant, cōmu-
nicent. Hic iam auaritia contrahit ſe quando audit, Facile tribuant, communicent,
veluti aqua frigida perfunditur, rigeſcit, ſtringit ſinum & dicit, Non perdo labores
meos. Infœlix perdere vis labores tuos. Ecce morieris, & qui nihil huc attuliſti, nihil
hinc potes auferre. Cum nihil abſtuleris, nonne perdidiſti omnes labores tuos? Audi
ergo conſilium dei. Nolo terrearis, quia dixit, Facile tribuant, cōicent. Audi & quod ſe
quitur, expecta, noli cōtra me claudere oſtiū, nec aditum cordis tui: Expecta. Vis noſ-
fe: Facile tribuant, communicent, quia non perdes, & hoc ſolum non perdes. Theſau-
rizent, inquit, ſibi fundamentū bonum in futuro, vt apprehendant veram vitam. Iſta
ergo quę te delectat falſa vita eſt, quaſi in ſomnis hic viuis. Si quaſi in ſomnis hic vi
uis, euigilaturus es qñ morieris, & nihil habes in manbus tuis inuenire. Quomodo
ſi mendicus dormiat & in ſomnis illi veniat hęreditas, nihil illo fœlicius antequā ſur-
gat. Videt ſe in ſomnis tractare in manibus veſtes egregias, pretioſa vaſa aurea & ar-
gētea, intrare in amœniſsima & ampliſsima prædia, obſequi ſibi magnas familias. E-
uigilat & plorat. Et quomodo vigilans accuſat hominem qui illum expoliauit, ſic il-
lum accuſat qui illum excitauit. Apertiſsime hinc locutus eſt Pſalmus, Dormierunt,
inquit, ſomnum ſuum & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis,
poſteaquā finierunt ſomnum ſuum Quia ergo nihil attuliſti, nihil hinc ablaturus
es: Mitte ſurſum quod inueniſti & non perditurus es. Da Chriſto, Chriſtus enim hic
voluit accipere. Da Chriſto & perdis? Non perdis. Si commendas ſeruo tuo quod ac-
quiſiſti & non perdis, commendas domino tuo & perdis? Si commendas ſeruo tuo
quod acquiſiſti & non perdis, perdes ſi commendes domino tuo q̄d accepiſti ab ipſo 3. Reg.17.
domino tuo? Egere voluit Chriſtus ſed propter nos. Oēs pauperes quos videtis, po-
tuit illos Chriſtus paſcere quomodo per coruū Eliam pauit, & tamen ipſi Eliæ ſub-
traxit coruū: vt a uidua paſceretur, non Eliæ præſtitit, ſed uiduæ. Quando ergo deus
pauperes facit, quia ipſe non uult ut ipſi habeant, quando facit pauperes probat diui-
tes. Sic enim ſcriptum eſt, Pauper & diues occurrerunt ſibi. Vbi ſibi occurrerunt? In
hac uita. Natus eſt ille, natus eſt & ille, inuenerunt ſe, occurrerunt ſibi. Et quis fecit il Pro. 22.
los ambos? dominus. Diuitē unde pauperē adiuuaret, pauperem unde diuitem pro-
baret. Pro uiribus ſuis unuſquiſq; faciat. Nō ſic faciat, ut ipſe patiatur anguſtias. Nō
hoc dicimus, Superflua tua neceſſaria ſunt alijs. Audiſtis modo cū Euāgeliū legere- Mat.10.
tur. Quicūq; dederit calicē aquæ frigidæ uni ex minimis meis pp me, nō pdet merce
dē ſuā. Regnū cœlorū uenale ꝓpoſuit, & p̄tiū eius calicē aq̄ frigidę ēē uoluit. Sed qñ

Universidad de Deusto
Biblioteca

est pauper qui facit eleemosynas, tunc debent eleemosynæ eius esse calix aquę frigi-
Mar. 12. dæ Qui plus habet, plus faciat. Vidua illa de duobus minutis fecit: Zacheus dimi-
Lucę. 19. dium rerum suarum dedit, & ad reddendas fraudes suas, aliud dimidium reseruauit.
Eleemosynæ illis prosunt, qui vitam mutauerunt. Das enim Christo egenti, vt pecca-
ta tua redimas pręterita. Nam si ideo illi das ut liceat tibi semper impune, peccare,
non Christum pascis, sed iudicem corrũpere conaris. Ergo ad hoc facite eleemosy-
nas, ut vestræ orationes exaudiantur, & adiuuet uos deus ad vitam in melius cõmu-
tandã, Et qui commutatis eandem vitam in melius cõmutate, ut per eleemosynas &
orationes deleantur mala uestra præterita, & futura bona ueniant sempiterna.

De eo quod dominus ait in Euangelio, Capillus de capite uestro
Lucæ 12. non peribit: Homilia XIIII.

DOminus noster Iesus Christus, testibus. i. martyribus suis pro humana fragi-
litate solicitis, ne forte eum confitendo atque moriendo perirent, magnã secu-
ritatem dedit, dicens, Capillus de capite vestro non peribit. Times ergo ne pe-
Luc. 21. reas, cuius capillus non peribit? Si sic custodiuntur superflua tua, in quanta securita-
te est anima tua? Non perit capillus qui cũ tondetur nõ sentis, & perit anima per quã
sentis? Sanè multa dura eos passuros esse prædixit, ut prędicendo faceret paratiores,
Psal. 56. dicerentq; illi, Paratum cor meũ. Quid est, paratum cor meum, nisi parata voluntas
mea? Paratam ergo habent martyres uoluntatem in martyrio, sed præparatur uolun-
Lucæ. 21. tas a domino. [Illis autem in malis duris atq; asperis futuris commemorãs adiecit,]
in uestra patientia possidebitis animas vestras. In uestra patientia, inquit, Non. n. es-
set patientia tua, si non ibi esset & uoluntas tua. In vestra patientia, sed unde vestra?
Nostrum est quod a nobis habetur, nostrum est & quod nobis donatur. Quo n. alio
quid donas, nisi ut eius sit cui donas? Aperta est. n. illa confessio: Nonne deo subiicie-
tur anima mea, ab ipso. n. est patientia mea? Dicit nobis ipse, in uestra patientia, Dica-
Psal. 61. mus illi & nos, Patientia mea ab ipso est. Tuũ fecit donando, noli ingratus esse tibi
asignando. Nonne in oratione dominica dicimus & nostrũ est quod a deo est? Quo-
Mat 6. tidie dicimus, Panem nostrum quotidianum. Iam dixisti, nostrũ, & dicis, da nobis. Ec-
ce nostrum, ecce da nobis. Illo dante fit nostrũ: si illo dãte fit uestrũ, nobis superbis
tibus fit alienũ. Dicis nostrũ, & dicis, da nobis. Quid ergo tibi asignas, quod nõ tibi
2. Cor. 4. ipse dedisti? Quid. n. habes qd̃ non accepisti? Dicis nostrũ, & da nobis. Agnosce largi-
torẽ, confitere te accipere, ut libenter ille dignetur dare. Quid si non egeres qui mẽdi-
cas & superbus es? An nõ medicas qui panẽ petis [Panis noster æternus xps in patria
æqualitate, Panis noster quotidianus, xps in carne, æternus sine tpe, quotidianus in
Ioan. 6. tpe. Tũ ipse est panis qui de cœlo descendit. Fortes sunt martyres, fimi sunt martyres,
Psal. 103. sed panis confirmat cor hois. Nũc ergo audiamus. Paulũ apostolũ dicẽtẽ, cũ passioni
sue appropinquaret, de corona sibi parata p̃sumentẽ, Bonũ, inquit, certamẽ certaui,
2. Tim 4. cursum cõsumaui, fidẽ seruaui. De cætero supereſt mihi corona iustitiæ, quã reddet
mihi dñs in illa die iustus iudex. Nõ solũ ãt mihi sed & oĩbus qui diligũt manifesta-
tionẽ eius. Reddet, inquit, mihi dñs coronã iustus iudex. Debet ergo, Quid reddet?
De gratia & lib. arb. cap. Reddet ergo iustus iudex. Nõ. n. opere inspecto põt negare mercedẽ qui opus inspi-
cit. Bonũ certamẽ certaui, opus est. Cursum cõsummaui, opus est. Fidẽ seruaui, opus
est. Supereſt mihi corona iustitiæ, merces est, sed in mercede tu mihi agis, in opere nõ
solus agis. Corona tibi est ab ipso, opus aũt abs te, sed non nisi ipso adiuuante. Cum
ãt Paulus apostolus, prius Saulus, crudelissimus esset & ĩmanissimus persecutor, ni-
hil oĩno boni merebatur, ĩmo merebatur plurimũ malũ. Merebatur. n. dãnari, non
eligi. Et ecce subito cũ mala faceret, & mala mereretur, vna cœlesti voce, pstermitur.
2. Timo. 1. Persecutor deijcitur, p̃dicator erigitur. Audi eũ hoc ipsum confitentẽ, Qui prius fui
blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed mĩam consecutus sum. Nũquid ibi dixit,
1. Tim. 4. Reddet mihi iustus iudex? Mĩam, inquit consecutus sum, mala merebar, bona accepi.
Psal. 102. Non secũdũ pcã nostra fecit nobis. Mĩam consecutus sum. Debita mihi non sunt re-
dita. Si enim debita redderentur, supplicĩũ redderetur. Non, inquit, accepi qd̃ debebar
tur: Misericordiam consecutus sum Non secundum peccata nostra fecit nobis. Quan-
tum distat Oriens ab occasu, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quantum di-
stat Oriens ab Occidente, auertere ab Occidente, conuertere ad Orientem. Occi-
dunt

dunt ibi peccata, oritur inde iustitia. In occidente vetus, in Oriente nouus. In Occi-
dente Saulus, in Oriente Paulus. Vnde hoc Saulo, vnde hoc crudeli, vnde hoc perse-
cutori, vnde hoc non pastori? Ipse enim est lupus rapax de tribu Beniamin. Ipse di-
cit, Dictum autem erat in prophetia, Beniamin lupus rapax, mane rapit prædam, & Gene. 49.
ad uesperam diuidit escas. Prius consumpsit, posterius pascit. Rapiebat prorsus, ra-
piebat. Legite rapiebat, legite librum actuum Apostolorum. Literas a põtificibus ac-
cipiebat, vt quoscunque inueniret sectantes viam Christi, vinctos adduceret punien
dos. Ibat, sæuiebat, cędes & sanguinem anhelabat. Ecce rapit, sed adhuc mane est:
Vanitas sub sole est. Fit ei uespera quando cæcitate percutitur. Ecce vnus homo Sau
lus & Paulus, persecutor in Occidente prędicator in Oriente. Oculi eius ad huius
mundi vanitatem clauduntur, alii interiores illuminantur. Vas pauloante perditio-
nis, diuisiones escarum eius quotidie recitantur. Vide quemadmodum diuidat escas.
Nouit quid cui congruat. Diuidit, non passim, non confuse erogat. Diuidit, hoc est,
distribuit, distinguit, non passim confuseq; dispensat, loquitur sapientiam inter per-
fectos. Quiquĩdam vero non valentibus capere solidum cibum, diuidens dicit, Lac 1. Cor. 2.
vobis potum dedi. Ecce hoc facit qui pauloãte faciebat: Quid? Nolo recordari: Imo 1. Cor. 3.
recorder hominis nequitiam, vt approbem dei misericordiam. A quo patiebatur xps,
patitur pro Christo. Fit vero Paulus ex Saulo. Qui spargebat colligit, qui oppugna
bat defendit. Vnde hoc Saulo? Quid dicamus? Ipsum audiamus. Queritis, inquit, vn- 1. Tes. 1.
de hoc mihi? Misericordiã cõsecutus sum. Nõ est, inquit, mihi hoc a me, misericordiã Psal. 151.
consecutus sum. Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi? Retri-
buit enim sed non mala pro malis. Retribuit planè, sed nõ mala pro malis. Retribuit
bona pro malis. Quid ergo ego retribuam? Calicem salutaris accipiam, Certe retri-
buebas. Aliter adhuc accipis, Ad hoc accepi. Sed modo planè propinquante passione,
retribuam bona pro bonis, non bona pro malis. Prius ergo dominus debebat mala
pro malis, noluit autem retribuere mala pro malis, & retribuit bona pro malis. Re-
tribuendo bona pro malis, inuenit quo retribueret bona pro bonis. Ecce enim in
Paulo prius Saulo nihil boni inuenit. Cũ in illo nihil boni inuenisset, mala dimisit,
bona retribuit. Cum ergo, inquis, bona retribuit, pręuenit se dando bona quibus re
tribueret bona. Ecce retribuit mercedem his bonis, operibus bonis. Bonum certamẽ 2. Tim. 4.
certanti, cursum consummanti, fidem seruanti, retribuit bona. Sed quibus bonis?
Quæ ipsæ dedit. An non ipse dedit, vt bonum certamen certares? Si non ipse dedit, 2. Cor. 15.
quid est quod alio loco dicis, Plus illis omnibus laboraui? Non autem ego, sed gra-
tia dei mecum. Ecce iterum dicis, Cursum consummaui. Non & ipse dedit, ut cursum
consummares? Si non ipse dedit vt cursum consummares: quid est quod alio loco di Roma. 9.
cis, Non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei? Fidem seruaui. Seruasti? Agno
sco & probo. Fateor seruasti. Sed nisi dominus custodierit ciuitatem, in uanum uigi- Psal. 126.
lat qui custodit eam. Aq illo ergo ipso adiuuante, ipsoq; donante, & bonum agonem
certasti, & cursum consummasti, & fidem seruasti. Da veniam Apostole, propria tua
non noui nisi mala. Da veniam Apostole, Dicimus, quia tu docuisti, Audio confiten-
tem non inuenio ingratum. Prorsus tua a te tibi parata non nouimus nisi mala. Cũ
ergo deus coronat merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Hãc fidem & verã pietatẽ,
ne quis extollatur de lib. arb. in bonis operibus, quisquis sic accipiat ut nouerit dan
tẽ, aut quisquis datori non sit ingratus, medico non superbiat, uel insanus adhuc vel
non a se sanus. Hanc, inquã, fidem suã atq; pietatẽ nullæ argumentationes euellant
de cordibus uestris. Seruate quod accepistis. Quid. n. habetis quod non accepistis? 1. Cor. 4.
Hoc est deo confiteri, dicere quod ait Apostolus, Nos aũt non spiritũ huius mũdi ac-
cepimus. Spũs huius mundi facit superbos, spiritus huius mundi facit inflatos, spiri Spũs huius
tus huius mundi facit ut putet se quisque aliquid esse, cũ nihil sit. Sed quid ait Apo- mundi.
stolus contra spiritũ huius mundi inflatũ, superbũ, tumidũ, elatũ, non solidũ? Quid 1. Cor. 2
ait? Nos non spiritũ huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est. Vnde probas
ut sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Audiamus ergo dñm dicẽtẽ, Sine me nihil Ioan. 15.
potestis facere. Et illud, Nemo habet quicquã nisi ei datũ fuerit desuper. Et nemo ve Ioan. 19.
nit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ. Et illud, Ego sum uitis, uos palmites. Si Ioan. 6.
cut palmes non potest facere fructum a semetipso nisi manserit in vite, sic nec uos Ioan. 15.

nisi in me manseritis. Et illud quod Iacobus Apostolus protestatur, dicens, Omne da-
Iacob. 1. tum bonum, & omne donum perfectũ desursum est, descendens a patre luminum. Et
quod Apostolus Paulus ad reprimendã presumptionem illorũ qui de libero arbitrio
1. Cor. 4. gloriantur, clamat & dicit, Quid habes quod non accepisti? Si aũt accepisti, quid glo
Ephes. 2. riaris quasi non acceperis? Et illud, Gratia salui facti sumus per fidem, & hoc non ex
Philip. 1. nobis. Dei. n. donũ est ut nequis extollatur. Et illud, Vobis donatũ est pro xpo, nõ so-
Vbi sup. lũ ut in eũ credatis, sed ẽt ut p ipso patiamini. Et illud, Deus qui cœpit in uobis opus
bonũ perficiet. Hæc ergo & his similia diligenter ac fideliter cogitantes, non acquie-
Philip. 2. scamus eis qui liberũ arbitriũ in superbiã extollentes, præcipitare magis q̃ eleuare
conantur. Sed humiliter cõsideremus illud quod Apostolus dicit, Deus qui operatur
in vobis & velle & perficere. Gratias agamus dño ac salutari nostro, qui nos nullis
præcedentibus meritis vulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuita-
te redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad vitã reuocauit: & humiliter cõ-
Psal. 58. fitentes fragilitatẽ nostram illius misericordiam deprecemur, ut quia nos secundum
Psalmistã, misericordia sua præuenit, dignetur in nobis non solũ custodire, sed etiã
augere munera uel beneficia sua quæ ipse dignatus est dare: Qui cũ patre & spiritu
sancto uiuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

De modo quo nos inuicem diligere debeamus. Homilia XV.

QValiter nos inuicem diligere debeamus fratres charissimi mei, etiã de sani-
tate uel firmitate membrorum corporalium possumus euidenter agnosce-
re, Si. n. sic nos amare uoluerimus, quo seinuicẽ amant mẽbra corporis no-
stri, perfecta in nobis charitas poterit custodiri. Considerate & videte quid fiat in no
bis carnaliter, quando sanũ est caput, quo cõgaudent omnia membra, & placent sibi
de singulis cætera mẽbra. Econtrario aũt quando aliquid mali patitur vnum mem-
2. Cor. 12. brum, compatiuntur oĩa mẽbra. Ecce spinam calcat pes: Quid tam longe ab oculis q̃
pes? Longe est loco, proximus charitatis affectu. Modicũ pungit spina, & perparuum
locum tenet in pede, uide quo illuc conuertuntur oĩa mẽbra. Primo ipsa spina dorsa
incuruat se, & deponunt se omnia membra. Nunquid oculi cessant quærere? Nunquid
aures cessant audire? Forte alii qui vident ubi sit, dicunt, ecce ibi est, statim hoc au-
diunt aures, & sequuntur cõsiliũ: ibi & oculi quærunt, & manus operãtur: &, ut dixi,
totũ corpus illuc incuruatur, & nihil vacat in hoĩe ad subueniẽdũ. Et solũ pede fa
ctũ ẽ vulnus, & totũ qd est in hoĩe opatur nũqd oĩa pũcta sunt? Attẽdite. Nũquid oĩa
dolent? Sana est manus, sani sunt oculi, sanũ est caput, sana alia membra, ipse pes ſa-
nus est, ibi tm dolet vbi punctus est. Non est ergo cõis calamitas oĩbus, sed per com-
Vbi sup. passionẽ charitatis oĩa ueniunt ad subueniendũ, & oĩa volunt succurrere: ut, simplici-
tur quod ait Apostolus, Si patitur vnum mẽbrũ compatiuntur omnia mẽbra, & si
glorificatur vnum membrum congaudent omnia membra. Quid ergo? Nescio quis
habet donum dei in uirtutibus, nõ habes tu, noli inuidere ne præcidaris de corpore.
Videte fratres, qui inuidet, sic est qũo tabes, qũo vulnus, qũo apostema. Non uis con
gaudere glorificato: Videt in te inuidiæ morbũ cœlestis ille medicus, & præcidet te de
corpore. Noli ergo inuidere. Sed quid facis, gaude. Noli dicere in animo tuo, Ego si
Christianus essem, vtiq; & ad deũ pertinerẽ, possem facere quod alius facit. Tale est
enim ac si diceret auris, Ego si ad corpus pertinerem, possem uidere lunam & solem,
& non illud habet tamen nec auris nec manus, sed faciunt singula quod possunt, & ca
concordia seruiunt sibi inuicem omnia membra. Sic ergo & tu congaude illi cui deus
aliquã gratiam dedit, & potes in illo quod in te nõ potes. Ille habet forte virginitatẽ,
ama illum & tua est. Iterum tu habes maiorem patientiam, diligat te & sua est. Ille
potest satis uigilare, si non inuides, tuum est studium eius. Tu forte potes amplius
ieiunare, si amat te, suum est ieiunium tuum. Hoc ideo quia in illo tu es. Per proprie-
tatem. n non es tu, per charitatẽ tu es. Considerate fratres & videte exemplum domi-
ni nostri qui nos peregrinos fecit, & ut sit ut per charitatis viam currendo veniamus
ad cœlestem ciuitatem. Nunquid aliquis potest dicere, quia egrotauit hic dominus, &
Mat. 25. Quid est ergo quod ait, Infirmus fui & non uisitastis me? Quid nisi quod ipsi con-
tentur, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut nudum, aut infirmum, aut
in carcere, & non ministrauimus tibi? Et ille quãuis sedeat in cœlo, tamen compatiẽs

membris laborantibus, quia caput est membrorũ & uniuersi corporis, Qñ, vni, inqt,
ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Iam certe erat in cœlo qn Paulum ex
persecutore fecit p̃dicatorem. Nã misertus eius, & incorporans eũ vniuerso corpori
suo dixit de cœlo, Saule Saule, quid me persequeris? Nunquid ergo ipsum perseque- Acto. 9.
batur in cœlo? Quid est ergo, quid me persequeris? Persequebatur Saulus xpianos,
nunquid xp̃m qui sedebat in cœlo? Sed quia ipse erat in xpianis, cõpatiens membris
omnibus, vt verũ esset in ipso, quod ait, Si patitur vnũ membrũ compatiuntur oĩa
membra: quid ait? Saule Saule, quid me persequeris? Certe iam in cœlo sum, tamen 1. Cor. 12.
quando minimos meos persequeris, me persequeris: In ipsis mẽbris meis adhuc ego
persecutionem patior. Et illud attendite fratres, quod etiam nos aliquoties facimus.
Attendite in populo qñ statur, & est aliqua coarctatio, si alter alterũ calcet, lingua di-
cit, calcas me: Num ipsa calcata est? Quid est ergo quod sonat, calcas me? Si & ille re-
spondeat, libera es o lingua, in ore tuo vocem habes: Ego si calcaui, pedẽ calcaui. Sed
calcas me charitas dicit, calcas me compassio vnitatis & vinculum societatis dicit. Si-
cut ergo dicere cœperam cognoscant omnes inuidi qui de aliorũ etiamsi inimici eo-
rum sunt, tribulationibus gaudent, quia mẽbra sunt putrefacta abscissa & mortua, &
ideo non hñt sensum, & cũ discedunt ab aliis membris non sentient, quia sine sensu
erunt. Sensus noster fratres vna fides est, vna charitas, vna sanitas est. Teneamus fi-
dem tanquã sensum, teneamus charitatem tanquã sanitatẽ. Et quãuis diuersa mem-
bra diuersa munera habeant, tamen charitatis vnitate tenentur, & oĩa merentur ire
post caput. Caput. n. in cœlo est, nos hic laboremus & inuicẽ onera nostra portemus.
Quo. n. iuit caput, cętera membra itura sunt. Certe audistis quod pauloante dictum
est, dñm clamasse de cœlo, Saule Saule, quid me persequeris? Rogo uos fratres, si dñs Act. 9.
& saluator noster qui nullum peccatum habuit, tanto affectu nos peccatores amare
dignatur ut quod nos patimur se pati testetur, quare nos qui sine peccato nõ sumus,
& qui peccata nostra per charitatem redimere possumus, non tam perfecto amore di
ligimus, ut si quid mali alius pertulerit charitatis affectu compatiamur, & si quid bo
ni alius acceperit, quasi nosipsi accipiamus ita gaudeamus, & pro illo qui accepit deo
gratias referamus? Ecce iam vt dictum est, patitur aliquis aut tribulationem aut dã-
num: Si doles pro illo, in corpore ecclesiæ constitutus es, si non doles p̃cisus es. Chari
tas. n. q colligit & uiuificat oĩa ecclesiæ mẽbra, si te viderit de alterius ruina gaudere,
statim te p̃cidet a corpore. Et forte iã ideo nõ doles, qa p̃cisus es. Si. n. ibi esses, sine du
bio doleres. Cõsiderate frẽs & diligẽter attẽdite quia tãdiu dolet mẽbrũ quãdiu i cor
pore cõtinetur. Si ãt abscissum fuerit, nec dolere poterit nec sentire, Cũ. n. manus aut
aliud mẽbrũ fuerit abscissum a corpore, si totũ corpus postea multis partibus diuida
tur, manus illa nõ sentit, quia iã a reliquorũ mẽbrorũ societate diuisa est atq; disiun
cta. Talis est xpianus qui de alterius aut dãnis aut afflictionibus aut ẽt morte, nõ so
lũ nõ dolet, sed qd peius est forte ẽt gaudet. Et qa iã est alienus a corpore, iõ affectũ
charitatis nõ tenet in corde. Nos uero si verã & p̃fectã charitatẽ volumus custodire,
oẽs sicut nosmetipsos studeamus diligere, ut quia caput nostrũ xps est, & mẽbra il- Coloss. 3.
lius nos eẽ meruimus, cũ xps apparuerit gloria nra, ẽt & nos p cõcordiam charitatis
quasi uera & p̃fecta mẽbra illius absq; ullo dolo malitiæ uel inuidiæ oẽs hoies sicut
nosmetipsos amãtes, cũ ipso apparere mereamur in gloria.

De resurrectione domini & cantatione Halleluia: Homilia XVI.

REsurrectio & glorificatio domini nostri Iesu Christi fratres charissimi ostendit
nobis vitam quam accepturi sumus cum venerit retribuere digna dignis, mala
malis, bona bonis. Et modo quidem mali hoies cantare nobiscũ possunt halleluia.
Si aũt in malitia sua perseuerauerint, canticum vitæ nostræ futuræ labijs dicere pos
sunt, ipsam vero vitam quæ tunc erit in ea veritate quę nunc significatur obtinere
non possunt quia noluerunt meditari antequam veniret, & tenere quod futurũ erat.
Nunc ergo fratres charissimi exhortamur vos vt laudetis deũ, & hoc est qd nos oẽs
dicimus, quãdo dicimus halleluia, laudate deum. Dicis tu alteri, dicit ipse tibi. Cũ se laudare
oẽs exhortamur, oẽs faciunt qd hortantur. Sed laudate de totis votis, i. ut nõ sola lin deum.
gua uestra & uox laudet deũ, sed & cõscientia uestra, uita uestra, facta uestra, Etenim
laudamus modo in ecclesia: quãdo cõgregamur. Cũ quisq; discedit ad propria, qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

si cessat laudare deum: Non cesset bene viuere,& semper laudat deum. Tunc desinis
laudare deum,quando a iustitia & ab eo quod illi placet declinas. Nam si a vita bona
nunquã declines,lingua tua tacet,vita tua clamat,& aures dei ad cor tuum. Quomo
do enim aures nostræ ad voces nostras,sic aures dei ad cogitationes nostras. Non po
test autem fieri vt habeat mala facta,qui hẽt cogitationes bonas. Facta enim de cogi
tatione proceduntNec quisquam potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendũ mẽ
bra mouere,nisi primo processerit iussio cogitationis. Quomodo de interiori palatio
quicquid iusserit Imperator,per imperium Romanum emanat, quicquid videtis agi
per prouincias,quantus motus fit ad vnam iussionem imperatoris intus sedẽtis, mo
uet ille solum labia cum loquitur, & mouetur omnis prouincia cum fit quod loqui
tur: Sic & in vnoquoq; nostrum intus est Imperator,in corde sedet: si bonus bona iu
bet & bona fiunt: si malus mala iuber,& mala fiunt. Cum ibi sedet Christus, quid po
test iubere nisi bona? Cum possidet diabolus,quid potest iubere nisi mala? In tuo au
tem arbitrio deus posuit,cui pares locum,deo an diabolo. Cum parueris,qui possi
debit ipse imperabit. Ergo fratres non tantum ad sonum attendite cum laudatis,deũ
toti laudate. Cantet vox,cantet vita,cantẽt facta. Et si est adhuc gemitus, tentatio,tri
bulatio spera transitoria omnia, & illum venturum diem in quo sine defectu lauda
bimus. Interim donec veniat ille dies,in quo coniuncti angelis deum sine vlla fatiga
tione & sine vllo fine laudare mereamur,vt ad illud ineffabile gaudium venire possi
mus quantum possumus bonis operibus studeamus insistere: & quotidie conscientias
nostras intus aspicientes,si aliquid in stola animæ nostrę aut per negligentiam dissu
tum,aut per luxuriam sordidatum,aut per iracundiam combustum, aut per inuidiã
concisum,aut per auaritiam tenebrosum esse cognoscimus, dum adhuc in potestate
nostra est,cum dei adiutorio festinemus vulnerata curare,reparare perdita, & ad cã
dorem iustitiæ ea quæ obscurata fuerant reuocare. Ne forte si bonis operibus nudi,
& vitiorum pannis sordentibus inuoluti,ante tribunal æterni iudicis veniamus,illa
ad nos terribilis sententia dirigatur: Discedite a me maledicti in ignem æternum, q
paratus est diabolo & angelis eius. Et ideo quantum possumus fructus iustitię studea
mus afferre, timentes illud quod dominus dixit, Omnis arbor quæ non facit fructũ
bonum excidetur & in ignem mittetur Hæc sententia euidenter ostendit, quia non
solum malum feciſſe,sed etiam bonum non egisse, damnabile erit. Et ideo ista quæ
diximus attentis cordibus iugiter cogitemus, ne nos tarde pœniteat sub conspectu
ignis æterni,qui interrogabit medullas, ossa & cogitationes nostras. Qm tunc vnus
quisq; puniendus optabit ne unquam mulierem alienam concupisset, ne unquã cor
poris sui uestem,ne unquã baptismi holosericam maculasset, ne unquã pterisset con
silia & monita sacerdotum. Nam si sacerdotibus grande periculum est aliena peccata
non arguere,quanto periculosius erit propria noluisse corrigere: Atque ea non soli
non emendasse,uerum etiam defendisse,& defendendo cumulasse. Et ideo ex ptractu
erit illic inextinguibilis concrematio,quicquid hic medicabilis satisfactio, quicquid
hic salutifera dissimulauerat sanare conuersio. Ardens enim inferni puteus aperie
tur,descensus erit,reditus non erit. Illic fidei uestę nudati,& capitaliter mortui,in pe
petuum demergentur,eiiciendi in tenebras exteriores ubi non uisitabit æternus: In
tenebras ex tenebris infœliciter excluſi,infœlicius includẽdi. De hoc puteo prophe
ta orat atq; cõmemorat. Neq; absorbeat me profundum,neq; urgeat super me pute
os suum. Ideo autem dixit,Neq; urgeat super me puteus os suum, quia cum sine pe
nitentiæ remedio infœlices peccatores exceperit, claudetur sursum, aperietur deor
sum,ac dilatabitur in profundum. Nullum spiramen,nullus liber anhelitus,clausus
desuper argentibus relinquetur. Detrudenter illuc ualedicentes rerum naturæ,ultra
nescientur a deo qui deum scire noluerunt,morituri uitæ, & morti sine fine uicturi.
Fœlices qui nunc beate uiuentes, facultatibus uel corpori suo necessariis contenti &
de suo largi,in se casti,in alios non cruenti, ab huius putei profundi flammea nocte
se redimunt. Hęc pœna illos manebit qui amisso & non reparato per pœnitentiam ba
ptismo,in æternum peribunt. Ad quos dicitur,Paleas autem comburet igni inextin
guibili. Hi uero qui temporalibus pœnis digna gesserunt, de quibus Apostolus dicit,
Si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi

Mat. 25.

Mat.3.

Mat. 22.

Psal 68.

Mat 3.

per ignem. per fluuium igneum,de quo propheticus sermo commemorat, Et fluuius
igneus currebat ante eum: per fluuium igneum & vada feruentibus globis horrẽda 1.Cor.3.
transibunt. Quanta fuerit peccati materia,tanta & pertranseundi mora. Quantum Danie.7.
exegerit culpa tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis di
sciplina. Et quantum stulta iniquitas suggesserit,tantum sapiens pœna desæuiet. Et
quia sermo diuinus quodam loco æneæ ollæ aiam peccatricem comparat,dicens, Po Ezec.24.
ne ollam super prunas vacuam,donec cõcalescat æs eius & omne stagnum eius de
fluat,illic sermones otiosi & cogitationes iniquæ vel sordidę, illic multitudo leuium
peccatorum,quæ puritatem nobilis naturæ insecerãt exũdabunt: illic stagnum vel
plurimum diuersorum surrepentium delictorum,quæ diuinam imaginem obscura
uerant,consumentur: quæ omnia hic ab anima separari per eleemosynas & lacrymas
compendiosa transactione potuissent. Ecce sic exigere habet ab homine rationẽ,qui
seipsum pro homine dedit,& confixus clauis,legis mortis se iunxit, Quæ cũ ita sint
dilectissimi,intelligamus quia effugere intoleranda supplicia, & incendia æterna nõ
poterunt,nisi qui prius in se ignem carnalis concupiscentiæ ac multimodæ cupidita
tis extinxerint. Et ideo fratres charissimi conuertamus nos ad meliora, dum in no
stra sunt potestate remedia. Curramus dum lucem habemus, ne prætereuntia salu
tis tempora negligamus. Hinc extinguamus mortem moriendo peccatis, hic vitam Ephe.6.
vitæ meritis comparemus.

De eo quod Apostolus dicit,Pax fratribus & charitas cum fide magna. Hom VVII.

SEcundum vasis electionis confessionem atq; doctrinam, quoniam fides miseri- Ephes.2.
cordiæ dei donum est,lectionibus,canticis,sermonibus diuinis,& quod est præ
cipuum gratia sua ædificet dominus cor vestrum,vt quod verum auditis,non audia
tis ad iudicium sed ad præmium. Faciet hoc,quoniam qui promisit potens est & face Rom.4.
cere. Ita credidit Abraham dans gloriam deo: vnde & plenissime credens,quoniam
quæ promisit potens est & facere,magnum nostrum gaudiũ nobis promisit. Abrahę
nos promissionis filij sumus. Quando enim dictum est Abrahæ, In semine tuo bene Gala.4.
dicentur omnes gentes,nos promissi sumus. Ergo ipse nos fecit fidei filios Abrahæ, Gen.22.
qui potens est facere quod promisit. Nemo dicat,Ego feci. Non enim promittit deus
& facis tu. Potest autem recte dici,quia quæ promittis tu,facit deus. Tu enim infir- Rom.4.
mus es,tu omnipotens nõ es. Quando enim promittis nisi faciat deus, inanis est pro
missio tua,Dei autem promissio non pendet ex te sed ex illo. Sed ego,inquis,credidi. Ephes.6.
Concedo. Verum dicis,Tu credidisti,sed non tibi tu fidem dedisti. Vnde autem credi De gratia
disti,nisi ex fide? Fides in te donum dei est. Audi Apostolum ipsum fidei disputatorẽ &li ar.c.30
& gratiæ magnum defensorẽ: audi eum dicentem,Pax fratribus & charitas cum fide & 41.
magna. Tria dixit,Pax,charitas,fides,A fine cœpit,ad iuitium terminauit. Initiũ est Iacc.2.
enim in fide,finis in pace,quia enim credimus ipsa est fides: Sed fides debet esse Chri Marci.3.
stianorum,non dæmoniorum. Nam sicut dicit Iacobus Apostolus, Et dæmones cre- Fides alia
dunt & contremiscunt. Et dæmones dixerunt Christo,Tu es filius dei. Confitebantur seculorũ &
tur dæmones,quod non credebant homines. Illi tremuerunt, illi occiderunt. Quid alia dæmo
enim? Quia dixerunt dæmones,Tu es filius dei,scimus qui sis, ideo regnaturi sunt num.
cum filio dei? Absit. Discernenda est ergo fides dæmonum a fide sanctorum. Plane di- Mat.16.
scernenda vigilanter & diligenter. Nam & Petrus hoc dixit, domino dicenti, Quem
me esse dicitis? Tu es xps filius dei,Et dominus,Beatus es Simon Bariona,O domine
hoc tibi dixerũt & dæmones. Quare ipsi non sunt beati? Quare? Quia dæmones hoc
dixerunt timore,Petrus amore,ideo initium est a fide. Sed quali fide? Quam defini- Gala.5.
uit Apostolus,Neq; circuncisio aliquid valet neque prepputium,sed fides. Dic quæ fi
des? Quę per dilectionem operatur. Hanc dæmones non habent fidem quæ per dile- 1.Ret.22.
ctionem operatur,sed soli serui dei,soli sancti dei,soli fide filij Abrahę, soli filij dile
ctionis,filij promissionis. Ideo est & charitas dicta. Tria illa dicta sunt ab Apostolo,
Pax fratribus & charitas cum fide. Vnde pax & charitas? Vnde charitas cum fide? Si
enim non credas,non amas. Dixit ergo Apostolus, sic incipiens a fine, & veniens ad
initium,Pax,charitas,cum fide. Nos dicamus, Fides,charitas,pax. Crede,ama regna.
Si enim credis & non amas adhuc nõ discreuisti fidẽ tuã ab eis qui tremebant & di
cebãt,Scimus quia sis filius dei viui. Ergo tu ama,qua charitas cum fide ipsa te per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducit ad pacem. Quam pacem? Veram pacem,plenam pacem,ſolidam pacem, ſecuram pacem. Vbi nulla peſtis, nullus hoſtis. Ipſa pax eſt finis omnium deſideriorum bonorum. Charitas cum fide,& ſi ſic dicas,bene dicis,fides cum charitate. Magna ergo bona commemorauit Apoſtolus,Pax fratribus & charitas cum fide. Magna bona. Ephe. 6. Sed dicat,vnde bona iſta, vnde ſunt,a nobis an a deo? Si dicis a nobis, in te gloriaris 1. Cor. 1. non in deo. Si autem didiciſti,q̃ ait ipſe Apoſtolus,Vt qui gloriatur in dño glorietur: confitere pacẽ,charitatẽ cum fide,non tibi eſſe niſi a deo. Sed reſpondes mihi,Tu hoc dicis,proba quod dicis. Probo ipſum Apoſtolũ teſtẽ vocabo. Ecce habetis. Apoſtolus dixit,Pax fratribus & charitas,cum fide. Ipſe dixit. Quid ipſe dixit? Vnde? Sequitur, Pax fratribus & charitas cum fide,a deo patre noſtro & dño Ieſu xp̃o. Quid ergo ha- 1. Cor. 4. bes quod non accepiſti? Si aũt accepiſti,quid gloriaris quaſi non acceperis? Non ſic gloriatus eſt Abraham? Ex fide gloriatus eſt. Quę eſt fides plena & perfecta? Quæ credit ex deo eſſe omnia bona noſtra,& ipſam fidem. Iterum dicit Apoſtolus, Miſericor- 1. Tim. 1. diam conſecutus ſum. O confeſsio, Non ait,miſericordiã conſecutus ſum, q̃a fidelis eram: ſed,vt fidelis eſſem miſericordiã cõſecutus ſum. Veniamus ad eius primordia, videamus Saulũ ſæuientẽ,ſpectemus furentẽ,ſpectemus odia anhelantẽ, ſanguinẽq̃ Acto. 7. ſitientẽ. Spectemus frẽs eum, magnũ ſpectaculũ. Ecce poſt Stephani necẽ, poſt effuſum teſtis dei lapidibus ſanguinẽ, vbi veſtimẽta ſeruabat lapidantiũ vt in eorũ etiã Acto. 8. manibus lapidaret,tunc diſperſi ſunt frẽs qui erãt Hieroſolymis cõgregati, & ille ſæuiens cui parũ erat vidiſſe & fudiſſe ſanguinẽ Stephani, accepit literas a principibus Acto. 9. ſacerdorũ vt iret Damaſcũ,& quoſcũq; ibi inuenĩret xp̃ianos vinctos adduceret. Et De verbis apoſtoli ſer. 9. ibat. Hęc Pauli via erat,cuius via nõdũ erat xp̃s adhuc Sauli,nondũ Pauli. Ibat. Quid habebat in corde? Quid niſi malũ? Date mihi merita eius. Si merita quęris, dãnationis ſunt non liberationis. Ibat ergo ſæuire in mẽbra xp̃i,ibat ſanguinẽ fundere, ibat lupus paſtor futurus. Sitiebat. Non.n. poterat aliter ire ad illa pp quæ ibat. Et cum ſic ambulabat,cogitabat,anhẽlabat cędes,conducit pedes eius ira,mouet mẽbra odium, dum pergit & ambulat, obtẽperat mancipium crudelitati. & ecce vox de cœlo, Saule Acto. 9. Saule,quid me perſequeris? Ecce quare dixit,Miſericordiã cõſecutus ſum. Vt fidelis 1. Tim. 1. eſſem. Erat infidelis,parũ eſt, erat in ipſa infidelitate crudelis,ſed miſericordiã conſecutus eſt vt fidelis eſſet. Quis dicturus eſt deo dicẽti,hoc volo: Ergo dñe ille qui tanta mala in ſanctos tuos facere cupiebat,tali eũ miſericordia dignũ exiſtimas? Hoc volo. Mat. 20. An oculus tuus neq̃ eſt,quia ego bonus ſum? Habete fidẽ,ſed vt habeatis fidẽ,orate Rom. 10. fide. Sed orare fide nõ poteſtis,niſi fidẽ habeatis. Non.n.orat niſi fides. Qũo.n.inuo- De gratia & lib. arb. c. 30. cabunt iu quẽ non crediderunt? Aut qũo credẽt ei quem non audierunt? Qũo autem audient ſine prædicante? Aut quomodo prædicabunt ſi non mittantur: Ideo loquimur, quia miſsi ſumus. Audite nos, audite illum per nos. Ergo ait aliquis, Inuocamus deũ,vt det nobis perſeuerare in his bonis quæ habemus,& addere bona quæ nõ habemus. Præceſsit ergo fides quæ rogat. Certe totũ dat deus. Vt.n.daret mihi rogaui, vt rogarẽ prius credidi. Ergo mihi dedi quod credidi, & deus dedit quod credens oraui. Soluatur quæſtio. Nõ.n.parua eſt. Hoc te video loqui, quia tu prior dediſti aliquid deo,vt cætera daret tibi. Dediſti quippe illi fidẽ tuam & orationem tuã,& vbi eſt Rom. 11. quod ait Apoſtolus, Quis.n.cognouit ſenſum dñi,aut quis conſiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ei,& retribuetur illi? Ecce qualis vis eſſe? Ergo prior dediſti deo,& hoc dediſti quod tiqi non dedit deus? Inueniſti vnde dares? Homo mendice vnde habuiſti? Ergo vnde dares aliquid habuiſti? Quid.n.habes quod non accepiſti? Ergo de de- 1. Cor. 4. das deo? Ex eo quod tibi dedit, a te accepit? Nam mendicitas tua niſi prior dediſſet, inaniſsima remaneret. Audite vnde hoc euidentius probetis, Ecce vos quia credidiſtis & accepiſtis: Quid dicimus de his qui nondum crediderunt quales erant? Saulus qui nondum crediderat, aut accepit vt crederet, poſteaquã credidit xp̃o, tunc cœpit inuocare xp̃m. Ab illo accepit vt crederet,& credendo inuocaret, inuocando cætera acciperet. Quid putamus frẽs? Saulus antẽquã crederet, orabant pro illo qui credidit, & rant an non orabant? Dicatur mihi,ſi nõ pro illo orabãt,quare dixit Stephanus, Dñe ne ſtatuas illis hoc delictũ? Orabatur & p̃ illo,& p̃ aliis infidelibus vt crederent. Ecce nondũ habebant fidẽ,& orationibus fideliũ accipiebant fidẽ. Nondum habebant quã deo offerrent,quia nondum erant miſericordiam conſecuti vt fideles eſſent. Denique

poſteaquã Saulus iſte conuerſus eſt,vna voce eliſus & leuatus eſt. Eliſus perſecutor leuatus p̃dicator: Poſteaquã cœpit euãgelizare fidẽ quã aliquãdo vaſtabat, quid de ſe dixit? Eram aũt ignotus facie eccleſijs Iudeæ quę ſunt in xp̃o, tantum aũt audiebant quia is qui aliquando nos perſequebatur,nunc euangelizat fidẽ quam aliquando vaſtabat,& in me magnificabant deũ. Nunquid dixit, Et in me magnificabat me? & in me qui euangelizabam fidẽ quã aliquando vaſtabam, non me magnificauerũt ſed deum. Ergo ipſe fecit vt Saulus depoſita tunica veteris peccati pannoſa, cædibus ſanguinea,vt depoſita iſta tunica, acciperet tunicam humilitatis, & fieret de Saulo Paulus. Quid eſt Paulus? Minimus. Ego.n.ſum minimus Apoſtolorum. Ecce quid eſt Paulus. Paulum.n. Latine modicum eſt. Sic loquimur,quãdo dicimus, Poſt paulũ vi- 1. Cor. 15. deo te: Paulopoſt facio illud Quid eſt paulopoſt? Modico poſt. Poſt paulum,poſt mo- Paulus minimus mo dicum. Quid eſt Paulus: Quia modicus,modicus,quia nouiſsimus. Ego.n.ſum,inqt, nouiſsimus Apoſtolorum,qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiã dei. Benẽ dicis,vnde debuiſti dãnari,ab eo accepiſti vnde debeas coronari. A quo accepit,vultis audire? Nolite me,ipſum audite,Non ſum,inquit,dignus vocari Apoſtolus,quia perſecutus ſum eccleſiã dei: Sed gratia dei ſum id qd̃ ſum. Er- De gratia & li. ar. c. go qd̃ eras,iniquitate tua eras: qd̃ es,gratia dei es. Et gratia eius,inquit,in me vacua 13. & 15. nõ fuit. Ecce euangelizat fidem quã aliquando vaſtabat,nẽc gratia ipſa vacat in illo q̃ 1. Cor. 15. ait. In me vacua no fuit,ſed plus oĩbus illis laboraui. Obſeruã,erigere te cœpiſti. Vbi Galat. 1. es Paule? Certe modicus eras. Plus oĩbus illis laboraui. Dic vnde? Quid.n.habes qd̃ 1. Cor. 15. nõ accepiſti? Statim reſpexit. Et cũ dixiſſet,Plus oĩbus illis laboraui: quaſi expauit 1. Cor. 4. ad verba ſua,& mox ſubiecit ſe humilẽ Paulum. Non aũt ego ſed gratia dei mecũ. Ergo fratres mei,vt noueritis & fidẽ a domino deo eſſe nobis,orate pro illis qui nondũ crediderunt, Siquis habet forte amicũ infidelem,moneo illum vt oret pro illo. Vere opus eſt vt ergo illud moneã. Maritus chriſtianus eſt, vxor infidelis eſt, non orat pro vxore ſua vt credat? Vxor eſt chriſtiana, maritus infidelis eſt, non orat mulier religioſa prõ marito ſuo vt credat? Quando hoc orat qui orat, quid orat, niſi vt deus det illi fidem? Ergo donum dei eſt fides. Nemo ſe extollat, nemo ſibi arroget, quaſi ſibi aliqd dederit, Qui gloriatur, in domino glorietur.

De eo quod in Eſaia ſcriptum eſt, Frange eſurienti panẽm tuum, & egenos vagosq̃ induc in domum tuam. Homilia. XVII. 2. Cor. 1. Eſaiæ. 58.

DOminus deus noſter nolens noſtrum aliquẽ perire, excolens eccleſiam ſuam velut agrum ſuum, quęrens fructũ de arboribus ſuis antequam tẽpus ſecuris adueniat, cũ neceſſe erit infructuoſas arbores amputare, non ceſſat admonere nos, vt cum tẽpus nobis eſt, cum dei adiutorio in noſtra poteſtate conſiſtit, bona opera faciamus. Cũ.n.tranſierit tempus bene operandi, non reſtat niſi recipiendi. Nemo tibi dicturus eſt poſt reſurrectionem mortuorum in regno dei, Frange eſurienti panẽ tuũ, & egenos vagosq̃ induc in domum tuam, quia non inuenies eſurientem nec egentẽ: Nemo dicturus eſt, Veſti nudũ, vbi omniũ tunica inmortalitas erit. Nemo dicturus Eſaię. 58. eſt. Suſcipe peregrinum, vbi oẽs in patria ſua viuent: Nam modo ſumus inde peregrini. Nemo dicet, Viſita ægrum, vbi eſt ſanitas ſempiterna Nemo dicet, Sepeli mortuũ Mat. 25. vbi mors morietur. Iſta oĩa pietatis officia in vita æterna neceſſaria non erunt, vbi ſola pax erit, & lætitia ſempiterna. In iſto aũt tempore, vt nouerimus, quãtum nobis cõmendat deus opera miſericordiæ, etiam ipſos ſuos ſanctos egere fecit, vt cum fiũt hic amici de mammona iniquitatis, recipiant, & ipſi amicos ſuos in æterna taberna Luc. 16. cula, id eſt, vt cum ſerui dei pij, dum iugiter deo vacant, aliquoties indigent, illi qui habent mundi diuitias, eleemoſynas largiantur. Quomodo eos participes faciunt in terrena ſubſtantia, ſic cum illis partem habere merebuntur in vita ęterna. Hoc dixi propter lectionem Regnorum quam primo audiuimus, Nunquid deus defecerat paſcere ſeruum ſuũ Eliam? Nõne illi quia deerant hoĩes, aliter miniſtrabant? Nõ- 3. Reg. 17. ne illi panẽ offerebat coruus mane, & ad veſperam carnes? Oſtendit ergo deus, quia vnde voluerit, quomodo voluerit paſcere ſuos ſeruos poteſt. Et tamen vt poſſet eum religioſa vidua paſcere fecit eum egere. Egeſtas animæ ſanctæ in abundantiam verſa eſt animæ religioſæ. Non poterat Elias de miſericordia dei dare ſibi, quod lãgun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

culæ dedit? Videtis nempe & manifestum est, quod aliquando serui dei ideo non habent, vt probentur qui habent. Et tñ illa vidua nihil habebat, quod illi reliquum erat finito, fuerat & cum suis filiis moritura. Processit ergo vt faceret sibi panem: Collegerat duo ligna, & tunc eam vidit Helias. Tunc eam homo dei videbat quando illa duo ligna quærebat. Mulier illa typum gerebat ecclesiæ, & quia duo ligna crucem faciunt, quærebat moritura, vnde semper esset victura. Adumbrato ergo mysterio Helias loquitur ad eam quod audiuit, narrat illa dispositionem suam, morituram se dicit cum consummauerit quod remansit. Ibi est ergo quod dominus dixerat Heliæ, Vade in Sarepta Sidoniæ, ibi enim mandaui viduæ vt pascat te. Videtis quemadmodum mandet deus non in aure, sed in corde. Nunquid legimus, quia missus est aliquis Propheta ad illã mulierem, & dictũ est ei, Hæc dicit dñs, venturus est ad te esuriens seruus meus, ex eo quod habes ministra illi, inopiam noli metuere, ego supplebo qđ dederis? Hoc ei dictum non legimus. Nec hoc legimus q̃ in somnis ad eam missus fuerit angelus, & prænunciauerit Heliam esurientem esse venturum, aut de illo pascendo aliquis mulierem illam admonuerit. Sed mandat deus miris modis, qui in cogitationibus loquitur. Dicimus mandasse deum loquendo in corde, suggerendo quod opus erat, persuadendo quod vtile erat rationali aiæ viduæ mulieris. Sic etiam in prophetis legimus q̃ dominus mandauerit vermi vt roderet radicem cucurbitæ. Quid est mandauit, nisi cor præparauit? Inspiratione itaq; domini, vidua illa mulier cor præparatum habebat ad obediendum. Talis venerat, talis cum Helia loquebatur. Qui erat in Helia vt præciperet, ipse erat in vidua vt obediret, Vade, inquit, mihi prius fac de egestate tua, nõ deficient diuitiæ tuæ Patrimonium. n. viduę modicum erat farinæ, & modicum olei. Hoc modicum non defecit. Quis habet talem viduam? Libenter vidua seruũ dei esurientem pascebat, quia patrimonium eius in conclaui pendebat. Quid fœlicius hac paupertate? Si hic talia recepit, qualia in fine sperabit? Ideo hoc dixi vt seminationis nostræ mercedem, non isto tempore quo seminamus speremus. Hic. n. bonorũ operũ messem cum labore seruimus, sed in futuro fructus illius cum gaudio colligemus, secundum illud quod scriptum est, Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Illud. n. pro signo factum est, non pro dono. Nam si vidua illa q̃ pauit hominem dei hic recepit, nõ est magnum quod seminauit, quia non magnam segetem messuit. Temporale est. n. quod accepit, non deficientem farinam, nec diminutum oleum, quousq; daret deus pluuiam super terram, ac sic tunc magis cœpit egere, qñ dignatus est deus pluere. Tunc. n. laboratura erat, expectatura agri fructus & collectura. Quando autem non pluebat, victus eius facile veniebat. Signum hoc ipsum quod deus illi ad paucos dies præstiterat, signum erat futurę vitę, vbi merces nostra deficere nesciet, vbi farina nostra deus erit. Quomodo illa per illos non deficit dies, sic ille dies non deficiet in æternum. Talem mercedem speremus quando bona facimus, ne forte aliquis vestrum retentet tali cogitatione vt dicat, Pascam aliquem seruorum dei esurientem, vt lagena mea non deficiat, & in cupa mea semper vinum inueniam. Noli hoc hic quærere, semina securus, messis tua serius veniet, tardius veniet, sed cum venerit finem non habebit.

Mandare dei qd sit Ionę. 4.

3. Reg. 17.

Psal. 125.

De exhortatione ad eleemosynas faciendas. Homilia XIX.

Ecc. 12.

LEctio ista fratres quam modo audiuimus de sancto Euangelio, ad eleemosynas faciendas nos hortatur, & sic hortatur, vt in iudicio suo dominus has solas factas imputet dextris, has solas non factas imputet sinistris: non quò cætera facta hominum vel bona vel mala non veniant in iudicium, scriptum est n. omnia vẽtura ad iudicium: & tamen non elegit dominus noster Iesus Christus pronunciare nobis iudicium suum futurum, non elegit vnde nos admoneret nisi solas eleemosynas Nunquid dextris non erit dicendum, quia caste vixistis, quia res alienas non rapuistis, quia fidem meam vsq; ad sanguinem cõfessi estis? Omnia. n facta ista bona necesse est honorari in iudicio Iesu Christi. Rursus putatis non esse dicendum sinistris, quia fuistis impudici, quia fornicati estis, quia res alienas rapuistis, quia superbia vestra & malis moribus nomen meum blasphemari fecistis, & cætera quæq; enumerat: tacet tamen dominus noster prænuncians nobis iudicium suum, omnia cætera

recta facta iustorum & solas eleemosynas cõmemorare dignatus est. Tacuit omnia mala facta iniquorum, & solam sterilitatem eleemosynę increpãdam esse iudicauit, non nisi ad nos cõmonendos. Quare hoc? Quia oía crimina eleemosynis redimũtur. Ideo illam laudauit fœcunditatem, istã culpauit & dãnauit ariditatem. Sed audistis, omnia malefacta eleemosynis redimi, nolite sic intelligere, vt intelligunt quidã peruerse. Eleemosynæ enim possunt tibi prodesse ad delenda peccata præterita, si mores mutaueris. Si autem in eisdẽ malis perseueraueris, eleemosynis tuis non corrumpes iudicium dei. Ego dico propter illa scelera & crimina quæ omnes modo uitare debẽt qui accipiunt corpus xpi & sanguinem, Cęterum non me latet uitam istam mortalẽ & in carne corruptibili constitutam sine peccatis esse non posse: sed illa quotidiana & leuia habent etiam sua lauacra quotidiana, hoc est, q̃ pectus tũdimus & dicimus in oratione domino deo nostro, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, Non enim sine causa dicimus hoc. Haud uero ipse cœlestis magister doceret istam orationem nisi nos peccatores esse præuideret. Vidit enim quæ cauere debemus, & uidit quæ cauere difficile sit. Omnia autem cauere impossibile iudicauit esse qui istam orationem quotidianam non quoslibet Christianos, sed ipsos arietes Apostolos docuit. Vbi autem Apostoli pectus tundunt & dicunt, Dimitte nobis debita nostra, hoc est, peccata nostra, audet aliqua ouicula superbire de sua iustitia. Videte qualis fuerit Ioannes Apostolus, supra pectus domini discũbebat, de alto illo fonte sapientiæ secreta bibebat. Inde enim bibit quod in Euangelio eructauit, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ. Et assidue testatur Euangelium, quod dominus precipue ipsum diligebat. Et tamen ait, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Nec tamen quia ista dicuntur, debet quisquam securus esse homicida, si propter quotidianas fornicationes & latrocinia sua uenerit dicere, Dimitte nobis debita nostra. Quod enim deus statuit quotidie dici propter leuia peccata, ille putat ad illa grauia sibi posse opitulari a quibus non uult discedere, sed in his cupit perpetuo permanere. Tundat & de his pectus, faciat & pro his eleemosynas, sed uita mutata, & inde recedat & huc accedat. Si autem dixerit in animo suo, si quotidiana faciam latrocinia, & si quotidianis corruptionibus adulterinis me contaminẽ, & si sortilegos quęrã, idolis sacrificem, mathematicos consulã, & a tali uita omnino nõ recedam, faciẽs tamen quotidianas eleemosynas extinguo omnia peccata: tamẽ extinguis, sed cũ his extingueris. Sic enim tibi erit ista commutatio tua mala, ut non desit qui de te dicat, Et adhuc pusillum & non erit peccator, & quæres locum eius & non inuenies. Vidi impium sicut cedros libani exaltari, transiui, & ecce non erat, quęsiui eum, & non est inuentus locus eius. Pereunt ergo peccata tua sed tecum. Non enim in gehenna peccare permitteris, aut cum te cœperit torquere ignis æternus, de fatiandis libidinibus cogitabis. Pereunt ergo peccata, sed tecum. Si autem uitam mutaueris illa pereunt, tu inuenieris, & dicetur de te, Mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

Eleemosynę quõ possint.

Mat. 6.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

Mat. 6.

Pfal. 36.

Luc. 15.

De eo quod beatus Petrus dicit, Deposita ergo omni malitia & omni dolo & adulatione & inuidia & detractione, tanquam modo nati infantes rationabile & innocens lac concupisce. &c. Homilia XX.

1. Pet. 2.

OMnium quidem aures & mentes quos cura nostras complectitur, soliciti pastoris sermo compellat, quorum recens infantia spiritalis generationis sacramen torum cunabilis insignitur. Vobis enim maxime per Apostolũ Petrum sic diuinum blanditur eloquium Deposita ergo, inquit, omni malitia & omni dolo & adulatione & inuidia & detractione, tanquam modo nati infantes rationabile & innocens hanc concupiscite, ut in illo crescatis in salutem, si gustatis quia dulcis est dominus. Proinde quia gustatis, nos testes sumus. Nos vobis hanc suauitatem nutricis officio ministramus. Agite itaque ad sanctę instar admoniti infantię deponite malitiam, dolum, adulationem & inuidiam & detractionem, hanc innocentiam sic tenere debetis, ut eam crescendo non amittatis, Quid est malitia, nisi nocendi amor? Quid est dolus, nisi aliud agere & aliud simulare? Quid é adulatio, nisi fallaci laude seductio? Quid est inuidia nisi odium fœlicitatis alienæ? Quid est detractio, nisi mordacior quã ueracior reprehensio? Malitia malo delectatur alieno. Inuidentia bono cruciatur alie-

1. Pet. 2.

Quid malitia, Dolus, Adulatio, Inuidia, Detractio.

no. Dolus duplicat cor. Adulatio duplicat linguā, Detractio vulnerat famā. Huius ãt
vestræ innocẽtia sanctitatis, quoniam filia est charitatis, nõ gaudet ſuper iniquitate,
congaudet aũt bonitati. Simplex vt colũba, & ſic aſtuta vt ſerpens, nõ ſtudio nocẽ-
di, ſed nocentẽ cauẽdi. Ad hanc vos exhortor. Taliũ eſt. n. regnum cœlorũ, humiliũ. ſ.
1. Cor. 13. hoc eſt ſpiritaliter paruulorũ. Non cõtennatis, non abhorreatis. Magnorũ eſt. n. iſta
Mat 10. puſillitas, ſuperbia vero fallax infirmorũ eſt magnitudo, que vbi mẽtem poſſederit,
erigendo deij cit, inflando euacuat, diſtendẽdo diſſipat. Humilis eſſe nõ poteſt nocẽs,
Mat. 19. ſuperbus eſſe non põt innocens. Humilitatem illã loquor, que non vult perituris re-
bus excellere, ſed æternum aliquid veraciter cogitat, quo nõ ſuis viribus, ſed alienis
ad vitam peruenit. Hec malum cuius q̃ velle nõ põt, quo nequaquã bonum eius au-
getur. Porro aũt ſuperbia continuo parit inuidiã. Quis vero ſit inuidus, qui non ei
malum velit cuius bono cruciatur? Ergo & inuidia parit cõſequẽter malitiam, unde
procedit & dolus & adulatio & detractio, & omne opus malũ quod pati nolis ab alio.
Pia itaq; humilitate ſeruata, quę in ſcripturis ſanctis, ſancta probatur infantia, ſecuri
Mat. 19. eritis de imortalitate beatorũ. Taliũ eſt. n. regnum cœlorum. Porro qui ſuperbus in
homines non eſt, multo maxime aduerſus deum cõtumax eſſe non debet, qm̃ ſi non
eſt alicui faciendũ quod quiſq; ab alio pati non uult, & nullus hominum uult inobe
dientem pati eum qui ſuo iuri ſubditus fuerit, quãto magis cauendũ eſt ne in deum
quiſquam talis exiſtat, quale in ſe exiſtere hoiem non uult. Fallunt proinde animas ſuas
qui ſufficere exiſtimãt ſi quod ſibi fieri nolunt, nulli hoium faciant, ſeſeq; vita &
luxuriosa ita corrũpunt, ut deo facere conentur quod ſibi fieri ab hoie nolunt. Neq;
.n. uolunt a quoquã peruerti domũ ſuam, qui in ſeipſis domum dei miſerabili cæci-
2. Cor. 3. tate peruertunt, ſurdi aduerſus Apoſtolum clamãtem, Neſcitis quia templũ dei eſtis,
& ſpiritus dei habitat in vobis? Si quis aũt templum dei corrumpit, corrumpet illum
deus. Templum. n. dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, Nemo ſe fallat. Quid ergo ſe putãt
ſeruare circa alios hoies innocentiam ſuã, cum ſibi ita noceant ut deo careant habita
tore & puniantur vltore? Hinc etiam fit vt per noxias voluptates lapſi & effuſi,
non ſolum templa dei eſſe deſinant, verumetiam ruinę fiant, in quibus habitant ma-
Luc 11. la dæmonia, quibus ſupplicare & quæ colere incipiant. Fiantque illis, ut dictum eſt
poſteriora deteriora prioribus. Vnde uos ſemine imortali regen eratos, ſicut ſupe-
rius propter malitioſas nocendi cupiditates, quibus fit hominibus quod oderunt:
ita poſtea ꝓpter turpes & illicitas carnis delectationes & nefaria ſacrilegia quibus
homines nocere hominibus non videntur, non eis faciendo quod nolunt, ſed deo nõ
obediendo cui cuncta ſunt ſubdita, ipſi dominorum domino faciunt, quod ſibi a ſer-
1. Pet. 4. uulis ſuis fieri nolunt: idem ipſe Apoſtolus Petrus loquitur dicens, Chriſto ergo paſ-
ſo per carnem & vos eadem cogitatione armamini. Qui iam mortuus eſt carne, de-
ſinat peccare, vt iam non hominum deſideriis, ſed voluntate dei reliquum in carne
viuat. Sufficit enim præteritum tempus voluntates gentium conſummaſſe in libidi-
nibus & voluptatibus & cõmeſſationibus, põtatione & nefandis idolorum ſeruitutí-
bus. Sufficit enim præteritum tẽpus luteis operibus peccatum, tanquam Aegyptio-
rum dominationi ſeruiſſe. Iam mare rubrum baptiſma ſcilicet xp̃i ſanguine conſe-
cratum vos traiecit, Aegyptios interemit, nihil de peccatis præteritis tanquã de inſe
1. Cor. 10. quentibus a tergo hoſtibus formidetis. De cętero cogitate vitæ huius eremum per-
Exod. 15. meare, & ad terram promiſsionis ſupernam Hieruſalem, terram viuentium peruenī
re, ne verbi dei contemptu tanquam mannæ faſtidio, corda veſtra velut ora interno-
ra deſipiant, ne cibos cõcupiſcentes Aegyptios de alimentis cœleſtibus murmure-
Nume. 21. tis: ne fornicemini ſicut quidam illorum fornicati ſunt: & ne tẽtetis Chriſtum ſicut
quidam illorum tentauerunt, Si vobis fidem gentilium ſitientibus amaritudo illo-
Exod. 17. qua reſiſtentium velut aquarum illarum quas Iſrael non potuit bibere occurrerit,
imitata domini patientia velut iniecto crucis ligno dulceſcant. Si tentatio ſerpentē
na momorderit, conſpecta illius exaltatione ſerpentis, tanquam mortis in carne domi-
ni victæ aiq; triũphatę, eodẽ crucis medicamẽto ſanetur. Si aduerſarius Amalechita
1. Pet. 4. iter intercludere atq; impedire conabitur, pro reuerentiſsima extenſione brachio-
rum eiuſdem crucis indicio ſuperetur. Veri & germani eſtote Chriſtiani: nolite
imitari nomine Chriſtianos, opere uanos. Iterum dico & ſæpe dicendum eſt, Suffi-

cit præteritum tempus uoluptates gentium conſummaſſe. Deteſtamini, auerſamini canes conuerſos ad vomitum ſuum, deteſtamini & auerſamini mundatã & vacantem domum, quo uequiores alii ſeptem ſpiritus adduntur, ut ſint nouiſsima hominis peiora q̃ erant prima: uos ueſtrum mundatorem tenete habitatorem. Præcipientes enim rogamus, ne inuacuum gratiam dei recipiatis. Sufficit præteritum tempus uoluptates gentium conſummaſſe. Audite & Apoſtolum Paulum, Humanum dico propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra deſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniuſtitiam, ſic nunc exhibete membra deſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

Lucę. 11
2. Cor. 6
1. Petr. 4
Roma. 6

De caſtigatione filiorum quos cognoſcimus ire in uanitatem & inſanias mendaces. Homilia XXI.

QXotieſcunq; fratres chariſsimi aliquos ex filiis ueſtris ad ſpectacula uel furioſa uel cruenta uel turpia, quaſi ad aliquod bonũ opus currere uana perſuaſione & peſtifero amore cognoſcitis, uos qui iam deo propitio iſta non ſolum luxurioſa, ſed etiam crudelia oblectamenta deſpicitis, caſtigare eos & abundãtius pro eis domino ſupplicare debetis, quia illos cognoſcitis ire in uanitatem & inſanias mendaces, & negligere quo uocati ſunt. Qui ſi forte in ipſo circo aliqua ex cauſa expaueſcant continuo ſe ſignant, & ſtant illic portantes in fronte vnde abſcederent ſi hoc in corde portarent. Omnis enim qui ad aliquod malum opus currit, ſi forte pedem impegerit, ſignat os ſuum, & neſcit quod includit potius dæmonem quam excludit. Tunc enim bene ſe ſignaret & diabolum de corde ſuo repelleret, ſi ſe ab illo opere nefario reuocaret. Vnde iterum atque iterum rogo uos fratres chariſsimi, vt pro eis totis uiribus ſupplicetis, quatenus ad iſta damnanda intellectũ accipere meantur, & affectũ ad fugienda & miam ad agnoſcendũ. Opportunũ erit ꝓpter aſiduã cõpunctionem pnię, Pſalmũ quinquageſimũ uobis oi die cantare. Loquamur tamen & ad illos quos frequenter ab eccleſiæ conuentu ſpectacula ſuoluptuoſa ſubducunt. Rogo uos tamen fratres chariſsimi, ut quotieſcunq; eos tale aliquid facere uideritis, ad uicem noſtrã ſeueriſsime caſtigetis. Sit ad eos uox noſtra, memoria, ueſtra. corrigite arguendo, conſolamini alloquendo, exẽplũ præbete uiuendo. Aderit eis qui affuit nobis. Non. n. uobis iſta pericula prætergreſsis, fons miæ dei p̃ciſus eſt. Qua ueniſtis, uenient: qua tranſiſtis, tranſibunt. Moleſtũ eſt quidem & nimiũ periculoſum, & ꝓ certo exitiabile, ꝙ a nobis frequenter admoniti, non ignorantes, ſed ſcientes peccant. Aliter. n. ille ad has uanitates currit qui uoce xp̃i contemnit, aliter ille q̃ non nouit qd̃ fugiat. Sed nec de talibus deſperari debere euidenter oſtendit diuinæ miæ magnitudo, quæ non vult mortem morientis, ſed ut cõuertatur & uiuat. Denique etiã in beato Dauid hoc manifeſtiſsime impletũ eſſe cognoſcimus: cuius peccatũ cũ dolore quidem dicimus & tremore, ſed tamen deus noluit taceri qd̃ uoluit ſcribi. Dicã ergo non quod uolo, ſed qd̃ cogor. Dicã non exhortans ad imitationem, ſed inſtruens ad timorẽ. Beatus. n. Dauid uxoris alienæ pulcritudine captus, rex & propheta Dauid, ex cuius ſemine ſecundum carnem dominus uenturus erat, adulterauit eã, cuius etiã maritũ in bello occidendũ mandauit. Homicidiũ auxit adulterio, & poſt factũ hoc miſſus eſt ad eũ Nathan propheta a domino qui eũ argueret de tanto cõmiſſo. Quid caueant hoies diximus: qd̃ vero ſi lapſi fuerint imitentur audiamus. Multi. n. cadere uolunt cũ Dauid, & nolunt ſurgere cũ Dauid Non ergo cadendi exẽplũ propoſitũ eſt, ſed ſi ceciderit reſurgendi. Attende ne cadas. Non ſit delectatio minorũ, lapſus maiorũ, tremor minorũ ſed ſit caſus maiorũ. Ad hoc ꝓpoſitũ eſt, ad hoc ſcriptũ eſt, ad hoc in eccleſia ſæpe cantatũ. Audiant qui nõ ceciderũt ne cadant: audiant qui ceciderunt ut ſurgant. Tanti viri peccatum non tacetur, prædicatur in eccleſia. audiunt me male audientes & quærunt ſibi patrocinia peccandi. Attendunt vnde defendant quod committere parauerunt, non vnde caueant quod non commiſerunt, & dicunt ſibi, Si autem Dauid adulteriũ commiſit, cur non & ego? Inde anima inquior, quæ cum propterea fecerit quia Dauid fecit, ideo peius quam Dauid fecit. Dicã hoc ipſum planius ſi potuero. Dauid nullũ ſibi ita ad exẽplũ propoſuerat ut tu, ceciderat lapſu cupiditatis, non patrocinio ſanctitatis. Tu tibi tanquam ſanctũ proponis vt pecces, non imitaris eius ſanctitatem, ſed ruinã. Hoc amas in Da-

Ezec. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uid quod in se odit Dauid. Præparas te ad peccandū, disponis peccare. Librum dei ut
pecces inspicis: scripturas dei ad hoc auidis ut facias quod displicet deo. Hoc non fe-
cit Dauid, correptus est per prophetam, non lapsus est in propheta. Sed boni
viri ecclesiæ filii, & in Christi amore perfecti audientes tam sancti viri ruinam, me-
tuunt infirmitatem suam: & quæ condēnat deus deuitare cupientes, abstinent ocu-
los, non eos defigunt in pulchritudine carnis alienæ, nec seipsos faciunt de peruersa
simplicitate securos. Non dicunt bono animo attendi, benigne attendi, de charitate
diu aspexi. Proponunt enim sibi casum Dauid, & ad hoc illum magnum vident ceci
disse vt parui non cadant, immo timeant videre vnde possint cadere, Reprimunt er-
go oculos a petulantia, non se facile adiungunt, non se miscent mulieribus alienis,
Roma.6. non leuant oculos facile ad aliena domicilia, ad aliena solaria. De longe enim vidit
Dauid illam in qua captus est. Mulier longe, libido prope. Attendenda est ergo hæc
infirmitas carnis, recordanda sunt verba Apostoli, Non, inquit, regnet peccatum in
vestro mortali corpore. Non dixit non sit, sed non regnet. Ineſt peccatum cū delecta-
ris, regnat si consenseris. Carnalis delectatio præsertim vsq; ad illicita & aliena pro-
grediens, frænanda est non relaxanda, imperio domanda, non in imperio collocāda.
Attendis securus, si non habes vnde mouearis. Sed tu respondes, fortiter teneo. Nun
qd tu fortior Dauid? Dixi enim q; nec Dauid fortior, nec Salomone potes esse sapien-
tior. Si enim illos tam sanctos viros incauta familiaritas mulierū, & pernicioſa blan-
1.Tim.5. dimenta vicerunt, quid de se cogitant illi qui cum extraneis mulieribus non solum
conuersari, sed etiam in vna domo manere, & conuiuio earū aut frequenter aut sem
per interesse nec metuunt, nec erubescunt? De talibus & potest & debet dici illud q̄d
de vidua delicioſa dixit Apostolus, Quia viuens mortua est. Admonet etiam tale exē
plum, non se quenquam debere extollere in prosperis rebus. Multi enim res aduer-
sas timent, res prosperas non timent. Periculosior est res prospera animo, quam ad-
Psal.2. uersa corpori. Prius corrumpunt prospera, vt inueniant quod frangant aduersa. Fra
tres mei aduersus fœlicitates acrius vigilandum est. Propterea videte quemadmodū
eloquium dei in nostra fœlicitate tollat nobis securitatem. Seruite, inquit, domino
Dauidis ca in timore, & exultate ei cū timore. Exultatio vt gratias agamus, tremor ne cadamus.
sus, & rō. Adulterium. n simul & homicidium non fecit Dauid cum persecutorem Saulem pa-
teretur. Quando Dauid sanctus Saulem inimicum patiebatur, quando illius perſecu
tionibus agitabatur, quando per diuersa fugiebat ne in manus eius incideret, nō cu
Psal.114. piuit alienam, nō adulterata vxore occidit virū, erat in infirmitate tribulationis suæ
tanto in domini misericordia intentior, quanto miserior videbatur. At vbi factus est
securus, deuictis hostibus, pressuris caruit, timor excreuit. Valeat ergo hoc exemplū
ad id, vt timeamus fœlicitatem. Tribulationem, inquit, & dolorē inueni, & nomē do
mini inuocaui. Audiant hęc qui hoc malum non cōmiserunt, vt vigilent custodire
integritatem suam. Et cum attendunt magnum cecidisse, parui timeant. Si vero al-
quis iam lapsus hæc audit, & nimio sceleris pondere pressus desperare iam cœpit, at
tendat quidem vulneris magnitudinē, sed non desperet medici potestatem. Peccatū
cum desperatione certa mors. Nemo ergo dicat, Ego si iam aliquid mali feci, iā dam-
nandus sum, deus malis talibus non ignoscit, cur non addo peccata peccatis? Fruat
seculo in voluptate lasciua, in cupiditate nepharia: iam perdita spe reparationis, vel
hoc habeam quod video, si non possum habere quod credo. Deus enim noster sicut
cautos fecit qui non ceciderunt, sic desperatos esse non vult qui ceciderunt. Quisq;
peccasti, & dubitas agere pœnitentiam pro peccato tuo desperando salutem tuam,
audi Dauid agentem. Ad te Nathan propheta nō est missus, ipse Dauid ad te missus
est. Audi eum clamantem, & simul clama. Audi gementem & congemisce. Audi flentē
& collacrymare. Audi correctum, & collætare. Si tibi non potuit intercludi peccatum
Dauidqūo spes veniæ non intercludatur, Missus est enim ad Dauid regem Nathan propheta, li
a pcto̅ sur le aūt non considerauit regni sui sublimitatem, sed humilis & mitis non respuit ver
rexerit. ba præcipientis, Non dixit ad prophetam, Tu cum sis pauper & humilis, quo ausus
es mihi loqui regi? Rex sublimis prophetam audiuit, plebeius humilis Christū au
diat, Audi ergo hęc quicunq; aliquod crimen capitale feci, & dic cum illo, Misere
re mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Qui magnam misericordiam
deprecatur,

deprecatur, magnam miseriam confitetur. Quærant paruam misericordiam tuam.
qui nesciendo peccauerunt. Miserere, inquit, mei deus secundum magnam miseri-
cordiam tuam, Subueni graui vulneri secūdum magnam misericordiam tuam, Gra
ue est quod habeo, sed ad omnipotentem confugio. De meo tam letali vulnere dese-
tarem, nisi tantum medicum reperirem. Miserere mei deus secundum magnam mise-
ricordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquita-
tem meam. Quod ait, dele iniquitatem meam, hoc est, miserere mei, Et quod ait, secū
dum multitudinem miserationum tuarum, hoc est, secundum magnam misericordiā
tuam. Et de magna misericordia tua, multæ sunt miserationes tuę. Attendis contem-
ptores ut corrigas, attendis nescientes ut doceas, attendis confitentes ut ignoscas, Fe
cit quidam hoc nesciens. Et quid ait? Fecerat aliqua, & multa mala fecerat, Misericor-
diam, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Hoc Dauid nō pos 1.Tim.1.
set dicere, ignorans feci: Non enim ignorabat quantum mali esset contrectatio con-
tugis alienæ, aut quantum mali esset interfectio mariti nescientis, & nec saltem ira-
scentis. Consequentur ergo dei misericordiam qui ignorantes fecerunt, & qui scien-
tes consequūtur non quālibet misericordiam, sed magnam misericordiam. Dic ergo,
Miserere mei deus secūdum magnam misericordiam tuam. Sed uide quem inuoces:
iustum inuocas, odit peccata. Si iustus est, uindicat in peccata. Non poteris auferre a
domino deo iustitiam eius. Implora misericordiam, sed attende iustitiam. Misericor-
dia est, vt ignoscat peccanti: iustitia est, ut puniat peccatum. Quid ergo? Quæris
misericordiam? Peccatum impunitum remanebit? Respondeat Dauid, respondeāt la-
psi. Respondeant cū Dauid, ut misericordiam mereantur sicut Dauid & dicant, Non
domine, non erit impunitum peccatum meum. Noui iustitiam, cuius quæro miseri-
cordiam. Non impunitum erit, sed ideo nolo ut tu me punias, quia ego peccatū meū
punio. Ideo peto ut tu ignoscas, quia ego agnosco, & delictum meum coram me est
semper. Non posui post dorsum quod feci, non intueor alios oblitus mei, non affecto Mat.7.
stipulam eiicere de oculo fratris mei, cum sit trabes in oculo meo. Peccatum meum
ante me est, non post me. Fuit enim post me qgando ad me missus est propheta qui de
oue pauperis similitudinem proposuit. Ait enim Nathan propheta ad Dauid, Erat
quidam diues habens plurimas oues, pauper autem vicinus eius habebat vnā ouicu
lam, quam in sinu suo de cibo suo nutriebat. Venit hospes diuiti, nihil de suo grege
abstulit, ouiculam vicini pauperis cōcupiuit, ipsam suo hospiti occidit. Quo dignus
est? Profert iratus sniam, plane. Tunc rex nescius ubi captus, morte dignum diuitē
dixit, & ouem reddendam in quadruplum. Seueriſsime atque iustiſsime iudicauit,
sed peccatum eius nondū erat coram eo: pōst dorsum erat quod fecerat, suam iniqui
tatem nondū agnoscebat, & iō alienę nō ignoscebat. Sed, ppheta ad hoc missus abstu-
lit a dorso pcm, & ante oculos posuit, vt uideret illā sniam tam seuerā in se esse, platā.
Ad secandum & sanandū vulnus cordis eius, ferramentum fecit deus de lingua eius.
Et nos ergo, fratres chariſsimi agnoscentes iniquitatēs nostras, quantum possumus
contra malas concupiscentias repugnemus in ieiuniis, in uigiliis, in orationibus, &
largioribus eleemosynis mala quæ fecimus redimamus, & cum dei adiutorio ita bo-
nis operibus studeamus insistere, ut nos ad peccata pristina non possint concupiscē
tiæ nostræ retrahere, sed perseuerantes in omni opere bono, cum propheta domino Psal.115.
gratias referentes dicamus, Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.
De eo quod dominus ait in Euangelio, Sicut pater suscitat mortuos & uiuificat, sic Ioan.5.
& filius quos uult uiuificat, Homilia XXII.

Audistis, fratres chariſsimi, in lectione Euangelica dominū dicentem, Sicut. n. pa-
ter suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Neq; n pater iu-
dicat quenquā, sed iudiciū omne dedit filio. Et maiora his demonstrabit ei opera, id
est, non solum infirmos curare, sed & mortuos resuscitare. Quod dicit, Neque pater
iudicat quēquā: uel secundum diuinitatem, quia nemo potest eum intueri nec audi-
re, ut illud, Deum nemo uidit vnquam: Sed iudicium omne dedit filio, id est, ut ille Ioan. 1
qui fuit iudicatus secundum carnem, ab illo omnes iudicentur. Amen amen dico vo Ioan.5.
bis, quia qui uerbum meum audit & credit ei qui misit me, habet uitam æternam &
in iudicium non uenit, sed transit a morte in uitam. Quod dicit, In iudicium nō ue-

nit qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, discretionem factam esse inter
iustos & peccatores a domino cernitur: ac si dicat, In numero peccatorum qui ista fe
Ibid. cerit non ueniet, sed transit de morte in vitam: hoc est, de superbia ad humilitatem,
de odio ad charitatem. de temporalibus ad æterna migrabit. Amen amen dico uobis,
quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filii dei, & qui audierint A
uiuent, Mortui, id est, peccatores intelliguntur, qui audierunt Christum & non cre-
diderunt. Et quod subditur. Viuent qui audient, ideo recapitulatur, eo quo paulo spi-
ritus de resurrectione peccatorum dixerat, hic autem de resurrectione mortuorum
loquitur. Sicut enim pater habet vitã in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in
semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Sic dedit er-
go pater filio vitam gignendo sicut ipse habet. Quod dicit, Dedit ei iudicium facere:
pro parte carnis quam assumpsit dedisse patrem filio iudicium dici cognoscimus. Et
futurum iudicium hic significat. In quo iudicio astabit dominus Iesus Christus, &
reddet vnicuique secundum opera eius, quia iudicium hoc loco, damnationem & pe
Psal. 42. nam peccatorum intelligimus. Nam ubi dicit Psalmista, Iudica me deus, & discerne
Ioan. 5. causam meam: iudicium discretionis cognoscimus. Nolite Mirari hoc, quia veniet ho
ra in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedẽt qui bona
egerunt in resurrectionem vitæ: qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii.
Non possum ergo ego a memetipso facere quicquam, sicut audio iudico, & iudicium
meum iustum est, quia non quæro gloriam meam, sed voluntatem eius qui misit me.
Hoc loco apertissime resurrectionem futuram pronunciat, Et quod dixit, Non pos-
sum ego a memetipso facere quicquam: ac si diceret, ideo a meipso quicquam facere
non possum, quia memetipso non veni, sed a patre. Q̃d dicit, Sicut audio iudico &c.
Ioan. 6. Auditio ista in æternitate facta esse significatur. Omne quod dat mihi pater ad me ve
niet & eum qui venit ad me non eiiciam foras. Magnum penetrale & dulce secretum,
sine tædio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentatio-
num & dolorum. Nonne illud secretũ est quo intrabit ille cui dicturus est dominus,
Serue bone, merito intra in gaudium domini tui? Ego & eũ qui venit ad me, inquit,
non eiiciã foras. Et qui ad me uenit humilis fit, qui mihi adhęret humilis erit: quia
non faciet voluntatem sũã, sed dei, & ideo non eiicietur foras. Hæc est autem volun-
tas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo, sed re-
suscitem illud in nouissimo die. Ipse illi datus est qui seruat humilitatem, & hoc ac-
cipit: qui non seruat humilitatẽ, longe est a magistro humilitatis. Vt omne quod de-
Mat. 18. dit mihi non perdam ex eo. Hæc non est voluntas in conspectu patris mei ut pereat
vnus de pusillis istis. De timentibus possunt perire, de pusillis nihil periet, quia nisi
fueritis de pusillis istis non intrabitis in regnum cœlorũ. Omne quod dat mihi pater
Iaco. 6. non perdam ex eo, sed resuscitabo illud in nouissimo die. Videte quẽ admodũ & hic
geminam illam resurrectionem definiat. Qui venit ad me modo resurget humilis fa
Ioan. 5. ctus in membris meis, sed resuscitabo eũ in nouissimo die, id est, secũdũ carnem. Hæc
est. n. voluntas patris mei qui misit me, vt omnis qui videt filium & credit in eum, ha-
beat vitam æternam, & ego resuscitabo eũ in nouissimo die. Soperius dixit, Qui au-
dit verbum meum & credit ei qui misit me: modo aũt, qui videt filium & credit in pa
Credere in filium. trem. Hoc est enim credere in filium quod & in patrem: quia sicut pater habet vitam
in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso: vt omnis qui videt & credit
in ipsum habeat vitam æternam: credendo & transeundo in vitam tanquam prima
illa resurrectione. Et quia non est sola, & resuscitabo eum in nouissimo die.

De remissione peccatorum: Homilia XXIII.

Luc. 7. QVod admonemur domini eloquiis de diuinis lectionibus, hinc credentes
deum velle nos loqui, proferimus charitati vestræ, illo adiuuante, sermonẽ
de remissione peccatorũ Euangeliũ enim cum legeretur attentissime au-
distis, & res gesta narrata atq; versata est ante oculos cordis vestri. Vidistis. n. nõ car-
ne, sed mente dominũ Iesum Christũ in domo Phariſei recũbentẽ, & ab illo inuitã
tũ non fastidientẽ. Vidistis etiã in ciuitate mulierẽ famosam, male vtiq; famæ, quæ
Peccatri- erat peccatrix, non inuitatã irruisse conuiuio, vbi suus medicus recũbebat, & quã
cis mulie- se pia impudẽtia sanitatẽ. Irruens quasi importuna conuiuio, opportuna benefi-

Nouerat. n. quanto morbo laboraret, & illũ ad sanandũ esse idoneũ, ad quem uenerat,
sciebat. Accessit ergo non ad caput domini, sed ad pedes. Et quę diu male ambulaue- ris historia exponi
rat, vestigia recta quærebat. Prius fudit lacrymas cordis, & lauit domini pedes obse- tur.
quio confessionis. Capillis suis tersit, osculabatur, vnxit, tacita loquebatur, non ser-
monem promebat, sed deuotionem ostendebat. Quia ergo tetigit dominum rigãdo,
osculando, tergendo, vngendo pedes eius: Pharisæus qui inuitauerat dominũ Iesum
Christum, quia ex illo genere erat hominũ superborũ, de quibus Esaias propheta di
cit, Qui dicunt, recede longe a me, noli me tangere, q̃m mundus sum; putauit domi-
num nescisse mulierem. Hoc apud se cogitãs, dicebat in corde suo, Hic si esset prophe-
ta, sciret quæ mulier illi accessit ad pedes. Ideo nescire credidit, quia ille non repulit,
quia accedentem non prohibuit, quia tangi se a peccatrice permisit. Nam illum ne-
scisse vnde sciebat? Quid enim sciebas o Pharisæe inuitator & irrisor domini, domi- Esaiæ. 52.
nũ pascis, & a quo pascendus sis non intelligis? Vnde scis dominum nescisse quę fue
rit illa mulier, nisi quia permissa est accedere, nisi quia illo patiente osculata est pedes Luc. 7.
eius, nisi quia tersit, nisi quia vnxit? Hęc. n. non debuit permitti facere in pedibus mũ
dis, mulier immunda? Ad illius ergo Pharisęi pedes si talis mulier accessisset, dicturus Esai. 52.
erat quod Esaias de talibus dicit, Recede a me, noli me tãgere, q̃m mundus sum. Ac-
cessit ad dominũ immunda vt rediret mũda. Accessit ægra, vt rediret sana. Accessit
confessa, vt rediret professa. Audiuit enim dominus Phariseũ cogitãtẽ. Iã hinc intelli
gat Pharisęus, si nõ poterat videre peccãtẽ, qui potuit audire cogitãtẽ. Proposuit er-
go homini similitudinẽ de duobus, qui debebãt vni fœneratori. Etiam ipsum. n. sana
re cupiebat, ne gratis apud eũ panẽ comederet: ipsum pascẽtẽ esuriebat, ipsum emẽ-
dare, ipsum mactare, ipsum mãducare, ipsum in suũ corpus traijcere volebat: sicut &
illi mulieri Samaritanę dixit, Sitio. Quid est sitio? Desidero fidẽ tuã. Dicũtur ergo ver Ioan. 4.
ba domini in hac similitudine, & agitur vtrunq;, vt & inuitator ille sanetur cũ suis cõ
discũbẽtibus dominũ nostrũ Iesum Xp̃m pariter videtibus, pariter ignorantibus, &
vt illa mulier habeat fiduciã cõfessionis suæ, nec pũgatur vlterius aculeis conscietiæ
suę. Debebat vnus, inquit, quinquaginta denarios, alius quingentos. Donauit ambo-
bus. Quis eũ plus dilexit? Respõdit cui similitudo proposita erat, qd̃ respõdere vtiq; Luc. 7.
ratio cõpellebat. Credo domine cui plus donauit. Et attẽdẽs mulierẽ dixit ad Simo-
nẽ, Vides hanc mulierẽ? Intraui in domũ tuã, aquã pedibus meis nõ dedisti, hæc la-
crymis suis lauit mihi pedes, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti, illa ex
quo ingressa est non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vn-
xisti, illa pedes meos vnxit vnguento. Ideo dico, dimittuntur ei peccata multa, quo
niam dilexit mundum. Cui aũt modicũ dimittitur, modicum diligit. Oritur quæstio
profecto soluenda, quæ attentionem vestre charitatis desiderat, ne forte sufficere nõ
posianus verbis ad totam eius obscuritatem remouendam, & dilucidandam, pro Mat. 26.
anguſtia temporis, maxime cum caro ista æstibus fatigata iam recreari desideret, &
debitum suum poscens, & animæ auiditatem impediens, ostendat quod, dictum
est, Spiritus promptus est, caro autem infirma. Metuendum est & valde metuen-
dum, ne in his verbis domini non bene intelligentibus his qui concupiscentias suas
carnales faciunt, & ab eis in libertatem educi pigrescunt, surrepat illa sententia, Rom. 3.
quæ prædicantibus etiam Apostolis nata est in linguis maledicorũ: vnde dicit Apo-
stolus, & sicut quidam dicunt nos dicere, Faciamus mala vt veniant bona. Dicit. n.
aliquis, Si cui modicum dimittitur, modicum diligit: cui autem plus dimittitur,
pl⁹ diligit, expedit plus diligere quã minus diligere, oportet vt multum peccemus,
& multum debeamus quod nobis dimitti cupiamus, vt dimissorẽm magnorum debi
torum amplius diligamus. Peccatrix enim illa mulier, quanto plus debebat, tanto di Luc. 7.
missorem debitorum suorum amplius diligebat, domino ipso dicente, Dimittuntur
ei peccata multa, quia dilexit multum. Quare aũt dilexit multũ, nisi quia debebat
multa? Denique addidit & adiunxit, Cui autem modicum dimittitur, modicum dili-
git. Nõne expedit, inqt, ut multũ mihi dimittatur q̃ minus: vnde amplius diligã do-
minũ meũ? Videtis certe ꝓfunditatẽ qõnis: scio. Videtis angustias tp̃is, & hoc videtis
& sentitis. Accipite ergo pauca, Si magnitudini qõnis nõ satisfecero, interim p̃tem
recondite sermonem, in futuro tenetẽ debitorem. Da nũc duos hgies, ut sub exem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

plis euidentioribus quod proposui cogitetis. Vnus eorũ plenus est peccatis, diu pes-
sime vixit: alter autẽ eorum peccauit pauca. Accedunt ergo ambo ad gratiam, bapti
zantur ambo: intrant debitores, exeunt liberi: plus donatum est vni, minus alteri. In
terrogo quantum quisq; diligat. Si inuenero plus diligere eum cui peccata plura di-
missa sunt, vt illius qui multa peccauit, vtilior erat multa iniquitas, ne esset tepida
charitas. Interrogo alium quantum diligat, inuenio minus: nam si inuenio tãtum &
illum diligere quantum & ille diligit cui multa sunt dimissa, quomodo respondebo
verbis domini, qũo non verum erit quod veritas dixit, Cui modicum dimittitur, mo
dicum diligit? Sed ecce ait aliquis mihi, Modicum dimissum est non multa peccaui, &
tantum diligo quantum iste cui multa dimissa sunt. Tu verum dicis an Christus? Ad
hoc tibi dimissum est mendacium tuum vt mendacij dimissori crimen imponas? Si
modicum tibi dimissum est, modicum diligis. Si enim modicum est tibi dimissum &
plurimum diligis, contradicis eis qui dixit, Cui modicum dimittitur, modicum dili-
git. Illi vero plus credo, qui te plus nouit. Parum tibi dimissum putas, prorsus parũ
diligis. Quid ergo, inquit, facere debui? Multa mala cõmittere, & multa esse quæ pos-
set ille mihi dimittere, vt amplius possem diligere? Angustat nos: sed quia hæc vera
dominus proposuit, ab angustijs liberet me. Dictũ est hoc propter Pharisæum illum,
qui vel nulla vel pauca se putabat habere peccata. Non enim dominum inuitaret ni-
si aliquantulum diligeret. Sed quã parũ erat? Non oscꝰlum dedit, non saltem aquam
ad pedes, & si non lachrymas, non illo obsequio prosecutus est quo illa mulier quæ &
nouerat quod sanaretur, & a quo sanaretur. O Pharisæe ideo parũ diligis, quia parũ
tibi dimitti suspicaris. Non quia parum dimittitur, sed quia parũ putas esse quod di-
mittitur. Quid ergo inquit ille? Ego quia homicidium non feci, homicida deputan-
dus sum: Qui adulterium nõ admisi, pro adulterio puniendus sum? Aut ista mihi di
mittenda sunt quæ non commisi? Ecce iterum constitue duos, & loquamur ad eos.
Venit vnus supplex peccator, coopertus spinis tanquam hericius, & nimis timidus
tanquam lepus. Sed petra est refugium hericijs & leporib. Venit ergo ad petram, in-
uenit refugium, accepit auxiliũ. Alius non multa commisit, quid ei faciemus vt mul
Psal.103. tum diligat? Quid persuadebimus? Contra verba domini veniemus, Cui modicũ di-
mittitur, modicũ diligit? Ita plane cui modicum dimittitur. Sed o tu qui dicis te mul
ta commisisse. Quare? Quo regente: Deo gratias, quod motu & voce vestra intelle-
xisse vos significastis. Iam vt video soluta est quæstio. Hic multa cõmisit, & multorũ
Luc.7. debitor factus est. Ille gubernante deo pauca cõmisit. Cui deputat ille quod dimisit,
huic & iste deputat quod non cõmisit. Adulter nõ fuisti in illa tua vita prꝛterita ple
na ignorantia, nondum illuminatus, nondum bonum malumq; discernens, nondum
credens in illũ qui te nesciẽtẽ regebat. Hoc tibi dicit deus tuus. Regebam te mihi,
seruabam te mihi, vt adulteriũ nõ cõmitteres: sua sor defuit: & vt suasor deesset ego
feci, Locus & tempus defuit, & vt hæc deessent ego feci. Affuit suasor, nõ defuit locus
non defuit tempus, vt non consentires ego terrui. Agnosce ergo gratiam eius, cui de
bes, & quod non admisisti. Mihi debet iste quod factum est, & dimissum vidisti, mihi
debes, & tu quod non admisisti. Nullum est enim peccatum quod fecit homo, quod
non possit facere alter homo, si desit rector a quo factus est homo. Iam nunc quan-
tum potuimus quæstionem profundam in tantilla temporis breuitate soluimus: aut
si non soluimus debitores, vt dixi, tenemur. Illud potius breuiter videamus de remis
sione peccatorum. Homo putabatur Christus, & ab illo qui inuitauit, & ab eis qui pa
riter discũbebãt. Nescio quid illa peccatrix plus in domino viderat, Nam quare fecit
illa omnia, nisi vt sibi dimitterentur peccata? Nouerat ergo illũ posse dimittere pec-
cata, illi autem nouerant hominem non posse peccata dimittere. Et credendum est
quod omnes, id est & illi discumbentes, & illa mulier accedens ad pedes dñi, omnes
hi nouerant hominem non posse peccata dimittere. Cum ergo omnes hoc nossent il-
la quæ credit eum posse peccata dimittere, plus quam hominem esse intellexit. Deni
que cũ dixisset mulieri, Dimittũtur tibi pctã tua: cõtinuo ille, Quis est iste q pctã di-
mittit? Quis est iste quẽ iã mulier peccatrix cognouit? Tu recũbens quasi sanus, me-
di cum ignoras, quia maiori forsitan febre mentem etiam perdidisti. Nam & phrene-
ticus ridẽs ploratur a sanis, Tamẽ illud bene nostis, bene tenetis. Tenete, quia hõ nõ
potest

potest peccata dimittere. Illa quę sibi a Christo peccata dimitti credidit. Christũ nõ
hoiem tantum, sed & deum credidit. Quis est iste, inquiunt, qui etiam peccata dimit
tit: Et dominus (quis est iste dicentibus) non dixit, filius dei, verbum dei, non hoc di
xit, sed in eo quod putabant aliquantum eos manere permittens, soluit quæstionem
& motus illorum. Qui enim videbat discumbentes, audiebat cogitantes: conuersus
ad mulierem, Fides tua, inquit, te saluam fecit. Isti qui dicunt, Quis est iste qui etiam
pctã dimittit: qui me putant hoiem, hoiem putẽt, Fides tua te saluã fecit, Medicus bo
nus ægros nõ solũ præsentes sanabat, sed & futuros etiã prꝛuidebat. Futuri erant ho
mines qui dicerẽt, Ego pctã dimitto, ego iustifico, ego sanctifico, ego sano quęcunq;
baptizo. Ex ipso & isti numero sunt qui dicunt, Noli me tangere. Vsqueadeo ex ipso Esa.52.
numero sunt, vt nuper in collatione nostra qd' etiam in gestis ipsis loqui poterimus
cum eis a cognitore esset consensus oblatus vt federẽt nobiscũ, respondendum puta
rent: scriptum est nobis, cum talibus non sedere, scilicet ne per contractum sub-
selliorum adeos velut nostra contagio perueniret. Vide si non est, Noli me tangere,
quia mundus sum. Alio autem die vbi opportunius erat, commemorauimus eos
huius miserrimæ vnnitatis, cũ agetẽtur de ecclesia, quia mali in ea non contaminãt
bonos: respondimus eis, quia ideo sedere nobiscum noluerunt: & dixerũt, se scriptu-
ra dei fuisse commonitos, quia videlicet scriptum est, Non sedi in concilio vanitatis.
Diximus si ideo nobiscum sedere noluistis, quia scriptum est, Nõ sedi in concilio va Psal.25.
nitatis: quare nobiscũ ingressi estis, cum cõsequenter scriptũ sit, Et cũ iniqua geren
tibus non introibo. Ergo in hoc q̃ dicunt, Noli me tangere, quia mundus sum, simi- Esa.52.
les sunt illi pharisæo qui dñm inuitauerat, & propterea eũ putabat nescisse mulierẽ Luc.7.
quia non eam prohibuerat a contactu pedum suorum. Sed in eo Pharisæus melior,
quia cum putaret hoiem xp̃m, non credebat ab homine posse dimitti peccata. Melior
ergo Iudæis quam hæreticis apparuit intellectus. Iudæi dixerunt, Quis est hic q etiã
peccata dimittit? Audet sibi homo hoc vsurpare? Quid contra hæreticus? Ego dimit-
to, ego mundo, ego sanctifico. Respondeat illi, non ego, sed Christus. O homo, quãdo
ego a Iudæis putatus sum homo, dimissionem peccatorũ fidei dedi. Non ego, sed re- Fideidimiſ
spondet tibi Christus, O hæretice, tu cum sis homo, dicis, veni mulier, ego te saluam sionẽ pec-
facio. Ego cũ putarer hõ dixi, Vade mulier, fides tua te saluam fecit. Rndẽt nescientes catorũ de-
sicut ait Apostolus, neq; q̃ loquũturneq; de quibus affirmant, Rndent & dicũt, Si nõ dit xp̃s.
dimittunt homines peccata, falsum est quod ait Christus, Quæ solueritis in terra, so Luc.7.
luta erunt & in cœlo. Nescis quare hoc dictũ sit, quomodo dictum sit. Daturus erat 1.Tim.1
dominus hoibus spiritũsanctũ, & ab ipso spiritusancto fidelibus suis dimitti peccata Mat. 18.
non meritis hoium volebat intelligi dimitti peccata. Nam quid es homo, nisi æger sa
nandus? Vis mihi esse medicus, mecũ quære medicũ. Nam vt hoc euidenter ostende- 1.q.1. Vt
ret dominus, a spiritusancto quẽ donauit fidelibus suis dimitti peccata, non meritis euidẽter.
hominum, quodam loco sic ait resurgens a mortuis, Accipite spiritum sanctũ: & con-
tinuo subiecit, Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei: hoc est, spũs dimittit, non Ioan.1.
vos. Spiritus autem deus est. Deus ergo dimittit non vos. Sed audi spiritũ. Quid estis
vos? Nescitis quia templũ dei estis, & spũs dei habitat in vobis? Et iterũ, Nescitis, q Ioan.4
corpora vestra templum est spirituſsancti, quem habetis a deo? Deus ergo habitat in
templo suo, hoc est in sanctis suis fidelibus, in ecclesia sua per eos dimittit peccata, 1.Cor.3.
quia viua templa sunt. Sed qui dimittit per hominẽ põt dimittere & præter hoiem. 1.Cor.6.
Neq; n. minus est idoneus per se dare, qui potest per alium dare. Per Ioannem qui-
busdam vedit, ipsi Ioanni per quem dedit? Merito volens deus hoc ostendere & huic
veritati attestari, cum quidam in Samaria ẽuangelizati essent & baptizati a Philippo
euangelista vno de septẽ diaconis primitus electis, nõ acceperũt spm̃sctm̃ & baptiza
ti erãt. Nũciatũ est discipulis q erãt Hierosolymis, & venerũt ad Samariã, vt illi q ba- Actо.8.
ptizati erãt p impositionẽ manus eorũ acciperẽt spm̃sctm̃. Et ita factũ est. Venerũt &
imposuerũt eis manus, acceperũt spũsctũs. Quia tũc si dabatur spũsctũs, vt ẽt appa
reret datus. Qui n. eũ accipiebant linguis oium gentiũ loquebantur, vt significarẽt
ecclesiã in gẽtibus linguis oium locuturã. Acceperũt ergo spm̃sctm̃, & in eis euiden-
ter apparuit. Qd' cũ vidisset Simon putans hoc esse hoium, voluit esse & suum. Quod
hoium putauit, ab hoibus emere voluit. Quantã, inquit, a me vultis pecuniã sumere

vt per impositionē manuū mearū detur spūsctūs? Tūcēū detestatus Petrus ait, Nō
est tibi pars neq; sors in hac fide. Donum dei putas pecunia comparandum? Pecunia
tua tecū sit in perditionē, & cætera quæ ibi cogruenter locutus est. Quare aūt hoc
ego commemorare volui, intendat charitas vestra. Oportebat vt deus prius ostende
Acto.2. ret se p hoies operari, sed deinde ne putarent hoies qđ putauit Simon, hois illud esse
non dei, quāquam & ipsi discipuli hoc nouerant. Nam centum viginti homines colle
cti erant, qñ in eos per nullius manus impositionē venit spiritusctūs, Quis.n. tunc
eis manus imposuerat? Et tamē venit & prius impleuit, post illud scandalū Simonis
Acto.8. quid egit deus? Videte doctorē, sermonibus sed non rebus. Idē ipse Philipus qui ba
ptizauerat hoies, & non in eos venerat spiritusſanctus nisi conuenirent Apostoli, &
eis manus imposuissent, baptizauit eunuchum, id est, spadonem quendā Candacis
reginæ qui adorauerat in Hierusalē, & rediens inde legebat in curru suo Esaiam pro
phetam, & non intelligebat. Admonitus Philippus accessit ad currū, exposuit lectio
nem, instruxit fidem, euangelizauit xp̄m. Credidit eunuchus in Christum, & ait cū
venissent ad quandam aquam, Ecce aqua, quis me prohibet baptizari? Ait illi Philip
pus, Si credis in Iesum xp̄m? Respondit ille, Credo filiū dei esse Iesum. Continuo de
scendit cum illo in aquam. Impleto baptismatis mysterio eo sacramento ne horum
putaretur donū spūs sancti, non expectatum est sicut tunc vt venirent Apostoli, sed
Acto.10. continuo venit spūsctūs. Soluta est Simonis cogitatio, ne in tali cogitatione haberet
imitatores. Deinde aliud mirabilius exemplum. Petrus venit ad centurionem Cor
nelium, ad hominem incircunci sum gentilem, cœpit ei prædicare xp̄m Iesum, & illi
& eis qui cum illo erant. Adhuc loquente Petro, non dico, nondum imponente ma
num, sed nondum etiam baptizante, cum dubitarēt qui erāt cū Petro, vtrū incircun
cisi baptizandi essent,) Natum quippe erat inter eos qui crediderant, & eos qui fide
les ex gentibus facti erant scandalum) Iudæi Christiani, id est, ex Iudeis Christiani,
qui baptizabantur incircuncisi, vt hanc deus tolleret quæstionē, cum loquitur Pe
trus, venit spiritusſanctus, impleuit Cornelium, impleuit eos qui cum illo erant. Et
ipsa attestatione rei magnæ, quasi acclamatum est ad Petrū, Quid de aqua dubitas?
Iam ego hic sum. Secura ergo quælibet aīa a multa nequitia p dñi gratiam se liberan
dam, tanq̄ immunda prostitutione mundanda in ecclesiā credat, accedat ad pedes do
mini, quærat vestigia domini, confiteatur lacrymās fundēs, tergat capillis suis. Pe
des domini, prędicatores Euangelij. Capilli mulieris superfluę possessiones. Tergat
1. Cor.4. capillis. tergat prorsus, operetur misericordiam, & cum terserit osculetur, accipiat pa
Philip.2. cem vt habeat charitatem. Accessit ad talem, baptizata est a tali qualis erat Apostо-
Mat.23. lus Paulus, audiat ab illo, Imitatores dei estote, sicut & ego xp̄i. Baptizata est aūt ab
aliquo sua quærente, non quæ Iesu xp̄i, audiat a domino, Quæ dicunt facite, quę au
tem faciunt, facere nolite. Secura sit & in illo, siue in bonum Euangelistā incurrat, si
ue in eum qui qđ dicit non facit. A domino enim secura audiēt, Vade mulier, fides
tua te saluam fecit.

Luc.7. De anniuersario episcopalis ordinationis, quod in eo attendendum ac recolendum sit. Homilia. XXIIII.

Dle quidem omni & omni hora & cura omnino cōtinua dilectissimi cogitare de
bet Episcopus quantę dispensationis sarcinā gerat, qualem de illa rōnem domi
no reddat suo. Verūtamen cū dies anniuersarius nostræ ordinationis exoritur, tunc
maxime honor huius officij tanquam primo imponatur, attenditur. Inrereſt aūt q
eo die quo id prius suscepimus, tm quēadmodū gerendū esset cogitauimus: at vero
cōsequētibus diebus, præcipueq; illo, quo eius sollēnitas agitur, nō solū futura eius,
quemadmodum deinceps geri debeant, cauta puisione consulimus, verūetiam prete
ta quēadmodū gesta sint inlicita recordatione recolimus: ut nosmetipsos in benefa
ctis imitemur, & si qua culpanda transierunt, ne repetantur curemus, vt ignoscan
tur oremus, & accusationē diaboli vbi possumus recte agendi sedulitate fugiamus,
vbi aūt non possumus, confitendi pietate vincamus. Sicut enim futura peccata ne
gendo iustitiam committuntur, ita præteritam iniustitiam defendendo firmātur.
cut ergo ne fiant prospicit charitas, ita facta delet humilitas, vt quæ iam non possint
recte agendo non admitti, possint saltem non superbiendo dimitti. Didicimus quip-

pe dicere patri nostro qui est in cœlis. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-
cut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod ut ueraciter dicere possimus, etiam
inimicos nostros oportet vt diligamus, quos tamen habere nisi cogente iustitia non Mat.6.
debemus. Nam si hoies nobis pro nostris malis meritis inimici sunt non curandum
est vt eis debita dimittamus, sed timendum potius ne reddamus. Quoniam si nos me Mat.5.
rito nostrę iniquitatis oderunt, nos eorū non ipsi nostri sunt debitores. Die ergo isto
solenni Episcopatus mei prius paucis alloquar debitores meos, qui mihi nescientes
apud deum suffragantur dum faciunt debita quę dimittam, vt & mea mihi debita di
mitti ꝓmereāt. Vobis itaq; dico siue præsentibus siue absentibus, quibus inimicus
efficior verum ꝑdicans, quibus consulendo videor onerosus, quorum requirens vti-
litatem cogor offendere voluntatem, Nolite fieri sicut equus & mulus, non habentes Psal.31.
intellectum. Nam & hæc iumenta eos calce morsuq; appetunt a quibus curantur: vt
vt curentur eorum vulnera contrectantur. Non parcis, nō parco, aduersaris, aduer-
sor, resistis, resisto. Lucta nos cōparat, sed causa separat. Tu inimicus es medico, ego
morbo. Tu diligentiæ meæ, ego pestilentiæ tuæ. Retribuebant, inquit, mihi mala pro Psal.34.
bonis, ego aūt orabam. Quid orabat, nisi, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid fa-
ciunt? Cum vobis, inquit, detraxerint, & dixerint omne malum aduersum vos pro- Luc.25.
pter iustitiam, gaudete, & exultate, quia merces vestra multa est in cœlis. Vos tamen Mat. 5.
corrigite peruersitatem vestram, agnoscite charitatem nostram, reddite dilectionem
dilectioni, nolumus maiorē cū vestra ꝑditione mercedē. Hæc debitoribus meis qui-
bus dimitto vt dimittatur mihi, nunc pauca sufficerent. Deinde alloquendi sunt pau
lulum etiā illi quibus debitor sum, nō sicut ait Apostolus, Græcis & Barbaris, sapien Roma.1.
tibus & insipientibus debitor sum. Nam talis debitor etiā ego pro mearū virium exi
guitate, dispensationisq; portiuncula, non quibusdam sed oibus sum. Verum tunc de
his debitis loquor, quæ mihi dimitti non a me exigi cupio. Neq;.n. sic tum ore vanæ
mentis extollor, vt audeā dicere ex quo huius muneris sarcinā porto, nullū a me ho
minem perperam lęsum: hoc cuilibet homini tam multis & molestis actibus occupa
to atq; distento, ne dicā impossibile, certe difficile est, quanto magis mihi qui noui in
firmitatem meam, quam cū meis & pro me vestris orationibus diebus ac noctibus of
fero sanandā dño meo. Diuersarū ergo curarū æstibus ac difficultatibus conturba-
tus, si quem forte non vt poscebat audiui, si quē tristius q̄ opus erat aspexi, si in quē
verbū dnrius q̄ op3 emisi, si quē corde cōtribulatū & opis indigū rōne incongrua
conturbaui, si quē pauperē mihi in aliud intēto iportunius insistentē vel ꝑtermisi vel
distuli vel etiā nutu aspero cōtristaui, si cui de me falsi aliquid tanquā hoīs de hoīe su
spicanti, iusto acerbius indignatus sum, si quis in sua conscientia non agnouit quod
de illo humanitus suspicatus sum, vos quibus pro his atq; huiusmodi offensis esse
me fateor debitorē, simul me vestrum credite debitorem. Nam pullos quos fouet sæ-
pe in angustijs, sed nō toto pedis pondere calcat & mater, nec ideo desinit esse mater. Luc.6.
Dimittite vt dimittatur vobis. Dimittite amāti vos debita difficultatis, quia nec con
tra inimicos debita erudelitatis tenere debetis. Ad summam omnes obsecro, cōmen-
dare domino curam pro vobis meā. Hanc enim iuste expeto pro me vestrā, vt quicqd
mearum est in præterito offensionum propitius ignoscat, nō seuerus agnoscat, Qđ
mihi deinceps tęporis sub hac sarcina erit, iter agentē regat, & suis oculis placentem
vobisq; vtilem faciat, vt non horrorem ac pœnam meam, sed gaudium & coronam
meam, vos eius cōspectus inueniat.

De eadem re, qua statim supra. Homilia. XXV.

HOdiernus dies iste fratres charissimi, admonet nie attentius cogitare sarcinā
meam. De cuius pondere etiamsi mihi die noctuq; cogitādum sit, nescio, quo
tamen modo anniuersarius iste dies impingat eam sensibus meis, vt ab ea co
gitanda omnino dissimulare non possim. Et quanto anni accędunt, immo dece-
dunt, nosque propinquiores faciunt diei vltimo vtique quandoque sine dubitatio-
ne venturo, tanto mihi est acrir cogitatio, & stimulus plenior, qualem domino deo
nostro rōnem possim reddere pro vobis. Hoc.n. interest inter vnumquēq; vestrum,
& nos, ꝙ vos pene de vobis solis reddituri estis rationem, nos autem & de nobis & de
oibus vobis. Ideo maior est sarcina, sed bene portata maiorem gloriam comparat, In

Universidad de Deusto
Biblioteca

fideliter autem gesta ad immanissimam præcipitat pœnã. Quid ergo mihi hodie maxime faciendum, nisi ut commẽdem vobis periculum meum, ut sitis gaudiũ meum? Periculum autem meum est, si attendam quomodo laudatis, & dissimulem quomodo viuatis. Ille enim nouit sub cuius oculis loquor, imo sub cuius oculis cogito, no
me tam delectari laudibus popularibus, quàm stimulari & angi quomodo uiuãt qui
me laudant. Laudari autem a male viuentibus nolo, abhorreo, detestor, dolori mihi
est non voluptati. Laudari autem a bene viuentibus si dicam nolo, mentior. Si dicã
volo, timeo ne sim inanitatis appetentior, quàm solliditatis. Ergo quid dicam? Nec
plene uolo, nec plene nolo. Non plene uolo, ne in lꝛde humana pericliter. Non plene
nolo, ne ingrati sint quibus prædico. Sarcina autem mea quam modo audistis, cum
Ezechiel propheta legeretur, Parum est enim quia dies ipse admonet nos eandẽ sarcinam cogitare, Insuper etiam talis lectio recitatur, quæ nobis incutiat magnum ti-
morem, ut quid portemus cogitemus, quia nisi nobiscum qui imposuit portet, deficimus. Ecce audistis. Terra, inquit, super quam induxero gladium, & posuerit sibi exploratorem, qui uideat gladium superuenientem, & dicat & denunciet: uenient au-
tem gladio taceat ille explorator, & superueniens gladius super peccatorem occidat
peccator quidem pro sua iniquitate morietur, sanguinem autem eius de manu ex-
ploratoris inquiram. Si autem uiderit gladium superuenientem, & tuba cecinerit &
nunciauerit, & ille cui annunciat non obseruauerit, ille quidem in sua iniquitate mo
rietur, explorator autem animam suam liberauit. Et tu fili hominibus exploratorem
posui te filiis Israel. Exposuit quid dixerit gladium. Exposuit quid dixerit explorato
rem. Exposuit quam dixerit mortem. Non nos permisit in obscuritate lectionis excu
sare negligentiam nostram. Posui te ergo, inquit, exploratorem. Si dixero peccatori,
morte morieris, & tu tacueris, & ille in peccato suo mortuus fuerit, ille quidem in pec
cato suo morietur digne & iuste, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si
autem tu dixeris peccatori, morte morieris, & ille se non obseruauerit, ille in iniqui-
tate sua morietur, tu uero animam tuam liberasti. Releuate ergo fratres, releuate sar
cinam meam, & portate mecum. Bene uiuite, Natalis domini imminet, pascendos co
pauperes nostros habemus, & cum eis communicanda est humanitas. Vobis autem
fercula mea uerba ista sunt, pascere omnes pane tractabili & uisibili non sufficio, In-
de pasco, vnde pascor. Minister sum, paterfamilias non sum. Indevobis appono, vnde
& egoviuo. De thesauro dominico, de epulis illius patrisfamilias, qui propter nos pau
per factus est, cum diues esset, ut eius paupertate nos ditaremur. Si panem uobis po-
nerem, fracto pane, singula frusta ablaturi essetis, etsi ego multum ponerem, perparũ
ad singulos perueniret. Modo aũt quod dico, & omnes totum habent, & singuli quique totum habent. Nunquid enim uerbi mei inter uos syllabas diuisistis? Nunquid
ipsius producti sermonis singula verba abstulistis? Vnusquisq; vestrum totum audi-
uit, sed uideat quomodo audiuit, quia erogator sum, non exactor. Si non erogem, &
pecuniam seruem, terret me Euangelium. Possim enim dicere, Quid mihi est tædio
esse, hominibus dicere iniquis, inique agere nolite, sic agite, sic agere desistite? quid
mihi est oneri esse hominibus? Accepi quomodo uiuam, quomodo iussus sum, quo-
modo præceptus sum. Assignem quomodo accepi, de aliis me reddere rationem quo
mihi? Euangelium me terret. Nam ad istam securitatem ociosissimam nemo me uin
ceret. Nihil est melius, nihil dulcius, quàm diuinum scrutari nullo strepente thesau-
rum. Dulce est, bonum est: Prædicare, arguere, corripere, ædificare, pro vnoquoque
satagere magnum onus, magnum pondus, magnus labor. Quis non refugiat istum
laborem? Sed terret Euangelium. Processit quidam seruus, & ait domino suo, Scieba
te hominem molestum, metere ubi non seminasti, seruaui pecuniam tuam, nolui eã
erogare, tolle quod tuum est, Si aliquid minus est iudica, si integrũ est, noli mihi mo-
lestus esse. Ait autem ille, Serue nequam, ex ore tuo te condẽnabo. Quare hoc? Quia
auarum dixisti me, lucra mea quare neglexisti? Sed timui dare ne perderem, hoc di-
cis. Plerunq; n. dicitur, quid corripis? Perit ad illum quod dicis, non te audit. Et ego
inquit ille, nolui dare ne perderem pecuniam tuam. Ego ueniens cum usuris exigã
rem. Erogatorem, inquit, posueram te, non exactorem. Tu exerceres erogationẽ, mihi relinqueres exactionem. Hoc timens ergo unusquisque prœuideat quomodo acce-

Ezec. 33.

2. Cor. 8.

Mat. 25.

piat. Si ergo ego erogans timeo, qui accipit securus esse debet? Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Hęc est ergo erogatio mea. Qui malus fuit heri, bonus sit hodie. Malus fuit heri, & non est mortuus. Si mortuus esset & malus esset, inde non redisset. Ma
lus fuit heri, uiuit hodie, prosit illi quod uiuit, non male uiuat. Quare ergo diei hesterno hodiernum uult addere malum? Longam vitam uis hẽre, bonam no uis. Quis longum ferat malũ uel prandiũ? Vsqueadeo cæcitas mentis occuluit, vsqueadeo surdus est homo interior, ut omnia bona velit habere prꝛter seipsum? Vis hẽre uillam? Nego te habere uelle malã uillã. Vxorem uis habere? Non uis nisi bonã, domum, non nisi bonam. Quid currà per singula? Caligã non uis habere malam, & uis habere uitam malam, Quid si plus tibi noceat mala caliga, q̃ vita mala? Cũ tibi caliga mala & constricta nocuerit, sedens discalcias te, abiicis, aut corrigis, aut mutas, ne digitũ lædas, & calcias te mala uita, qua animam perdas? Sed plane hoc uideo vnde fallaris. Caliga nocens dolorem facit, uita nocens uoluptatem. Illud nocet, illud libet. Sed quod ad tempus libet, postea peius dolet. Quod aũt ad tp̃s salubriter dolet, postea infinita uoluptate, & abundanti gaudio lætificat. Secũdũ illud quod scriptũ est, Qui seminãt in lacrymis, in gaudio metent. Et illud, Beati qui lugent, qm̃ ipsi consolabuntur. Hæc ergo diligentius attendentes, cogitemus illud quod de luxuria ac uoluptate scriptũ est, Ad tp̃s, inquit, indulcat fauces, postea felle amarior inuenitur, Et quia vita nostra in hoc seculo quasi uia esse cognoscitur, oportet nos de labore ad requiem peruenire, quàm de requie ad laborem. Et melius nobis est in uia breui tempore laborare, ut postea in patria possimus ad æternum gaudium fœliciter peruenire. Præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit regnat in secula seculorum, Amen.

Psal. 125. Mat. 5. Proue. 5.

De permissione ac prohibitione sedendi in Ecclesia, quando uel lectiones leguntur uel uerbum dei prędicatur: Homilia XXVI.

ANte aliquot dies propter eos qui aut pedibus dolent, aut aliqua corporis inæqualitate laborant, paterna pietate solicitus consilium dedi, & quodãmodo supplicaui, ut quando aut passiones prolixę, aut certe aliquæ lectiones longiores leguntur, q̃ stare non possunt humiliter & cũ silentio sedentes: attentis auribus audiant quæ leguntur. Nunc uero aliquæ de filiabus nostris putãt, qd̃ hoc aut oẽs, aut certe plures quæ sanæ sunt corpore, frequenter debeãt facere. Nã ubi uerbũ dei cœperit recitari, quasi in lectulis suis ita iacere uolũt, atq; utinam uel iacerent tantũmodo, & tacẽtes uerbũ dei sitienti corde susciperent, non etiam se ita ociosis fabulis occuparẽt, ut qd̃ prædicatur nec ipsæ audiant, nec alios audire permittant. Vnde ergo vos venerabiles filiæ & solicitudine paterna cõmoneo, vt q̃n aut lectiones legũtur, aut verbũ dei prædicatur, nulla se in terrã proiiciat, nisi forte quã nimiũ grauis infirmitas cogit, Sic tamen non iaceat, sed magis sedeat, & attentis auribus quæ prędicãtur auido corde suscipiat. Interrogo vos fratres vel sorores dicite mihi, Quid vobis plus esse videtur, verbum dei, an corpus xp̃i? Si verum vultis respondere, hoc vtiq; dicere debetis, qd̃ nõ sit minus verbũ dei quã corpus xp̃i. Et ideo quanta solicitudine obseruamus, q̃n nobis corpus xp̃i ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terrã cadat, tanta solicitudine obseruemus, ne verbum dei qd̃ nobis erogatur, dum aliquid aut cogitamus aut loquimur de corde nostro pereat, Quia non minus reus erit, qui verbũ dei negligenter audierit, quam ille qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit. Vellem tamen scire si ab illa hora qua verbum dei prædicari cœperit semper pretiosissimas gẽmas & inaures, vel annulos aureos erogare vellemus, vtrũ stare aut accipere vellent filię nostræ. Sine vlla dubitatione, cum grandi ambitione quæ illis offerrentur acciperent. Nos vero quia ornamẽta corporalia offerre nec possumus nec debemus, ideo non libenter audimur. Sed non est iustum vt spiritalia ministrantes, superflui iudicemur. Qui enim verbum deum libenter audit, inaures animæ de patria paradisi transmissas se suscepisse non dubitet. Qui admonetur vt pauperi tribuat aliquid, dum manus ad eleemosynas expandit, dextralia a xp̃o transmissa percipiet. Quo.n. terrenis ornamentis caro luxuriosa paruo tpe ornaretur, vt carnalibus oculis aut ad suam aut aliorum male concupiscentium ruinam placere possit, sic anima sancta diuinis sermonibus tanquam spiritalibus & æternis bonorum

1. quę. 1. Interrogo

Universidad de Deusto
Biblioteca

operum margaritis componitur,vt ad illius cœlestis sponsi consortium, & nuptiale
conuiuum fœliciter ornata perueniat,vt non ei dicatur illud quod scriptum est in
Mat.22. Euangelio,Amice quō huc intrasti non habens vestem nuptialē? Ne bonorū ornamē
tis expoliatus,ac nudus audire mereatur, Ligate illi manus & pedes, & proiicite in
tenebras exteriores,ubi est fletus & stridor dentiū. Sed magis pro ornamentis bono-
rum operum,illa uox ad eum desiderabilis dirigatur,Euge serue bone & fidelis,intra
Mat.25. in gaudiū dñi tui. Rogo uos filiæ,diligenter ea quę a nobis dicūtur,audite. Si aliqua
mater propriis manibus ornare uelit filiā suā & illa despiciens ornamenta quę accī-
pit,frequētius se inclinet ad terrā,& huc atq; illuc ita per inquietudinem moueatur,
ut illam mater sua secūdū suā uoluntatem ornare non possit, nunquid nō iuste aut
obiurgatur aut cæditur? Me ergo putate matrem vestrarū aiarū esse, & ita uos uelle
Ephes.5. cōponere,ut in uobis nec macula,nec ruga possit ante tribunal æterni iudicis appa-
rere. Aiabus.n.uestris non solū ornamenta,sed etiā medicamenta desiderans prouī-
dere,studeo dissuta consuere, conscissa sarcire, uulnerata curare, abluere sordida, re-
parare perdita,& ea quæ sunt integra,spiritalibus margaritis ornare. Si me nō piget,
quare aliquis fastidiose uelit accipere? Cū enim terrena & tpalia ornamenta corpo-
ris si non inuenitur qui donare uelit charissimo pretio comparantur: quanto magis
æterna aiarū ornamenta,quæ absq; ullo pretio a nobis non cū paruo labore quęsita,
uestris spiritalibus offeruntur,iustorū est ut a uobis cū perfecta charitate suscipian
tur. Nos.n.margaritas uobis de paradisi patria prouidentes, nullā aliā in hoc seculo
mercedem optamus accipere,nisi ut uos patienter & libenter quæ uobis insinuātur
uideamus audire,& cum dei adiutorio secundum uires vestras operibus adimplere.
Fratres charissimi,& uenerabiles filię,non ideo dicimus quod uos agnouerimus ver-
bū dei non libenter accipere. Propitio.n.deo plus q̄ cogitare uel dici potest,de uestra
obedientia gaudet & exultat anima nostra. Sed dum uos uolumus ad meliora semper
ascendere,etiam ea quæ uos perfecte cognoscimus agere,paterna solicitudine præsu
mimus admonere. Et quia non toti uiri uel mulieres uoluerunt hodie ad uigilias con
uenire,rogo uos filii uel filię, ut ea quæ uobis dicta sunt, illis qui absentem fuerunt
fidelissime referatis,ut non solum de uestra,sed et de aliorum correctione mercedem
habere possitis.

De eo quod propheta dicit in Psalmo,Auerte faciem tuam a peccatis meis, & facino
ra mea dele. Ac de utilitate pœnitentiæ: Homilia XXVII.

Psal.50 VOx igitur in his uerbis pœnitentis agnoscitur, Auerte faciem tuam a peccatis
meis,& facinora mea dele. Proinde aliquid de pœnitentia dicere diuinitus iube
mur. Dicamus aliquid de utilitate pœnitentię, præsertim quia & dies ieiuniorum iā
imminet, quo propinquante humiliari animas, & domari corpora studiosius decet.
Pœniten- Triplex autem consideratio agendæ pœnitentiæ in sancta scriptura inuenitur. Nam
tiæ agēdæ neque ad baptismum Christi,in quo oia peccata delentur quisquā bene accedit, nisi
triplex cō agendo pniam de uita pristina. Nemo.n.eligit uitā nouā, nisi quem ueteris pœnitet.
sideratio. Hoc aūt etiam authoritate diuinorum librorū probare debemus, utrum baptizandi
Prima cō- egerint pniam. Q̄n spiritus sanctus missus est,ante promissus, & impleuit dominus
sideratio. fidem pollicitationis suæ,accepto discipuli spiritu sancto, ut nostis, cœperunt loqui
omnibus linguis,ut in illis qui aderant linguam suam quisque cognosceret. Hoc au-
tem miraculo territi,consilium uitæ ab Apostolis quæsierunt. Tunc Petrus annun-
De conse. ciauit eis,eum colendum quem crucifixerunt,ut eius sanguinem biberent credētes,
di.2. cap. quem effuderant sæuientes. Ait illis Petrus, pœnitentiam agite, & baptizetur vnus-
Tunc eis. quisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi,& remittentur uobis pecca-
Acto.2. ta uestra. Quicquid de uita præterita remordebat, quicquid angebat conscientiam,
quicquid omnino uel magnum uel paruum,uel dicendum uel non dicendum,non
dubitet posse dimitti,ne forte quod uult dei miseratio dimitterē,contra se teneat hu-
1. Cor.19. mana tentatio. Ait Apostolus, Omnia hæc figuræ nostræ fuerunt, cum de rebus ta-
talibus loqueretur dicēs, Nolo.n ignorare frēs uos, q̄n patres nostri oēs sub nube
fuerūt,& oēs in Moyse baptizati sunt. Et itē Petra autem est Christus. Has figuras no
stras fuisse ille dixit,cui nemo fidelis vnquā contradicit. Et cū multa enumeraret,vnā

solam soluit dicens, Petra autem erat Christus. Quid sibi velit mare, nubes, manna,
hoc non exposuit,sed petra quid esset ostendit. Per mare transitus,est baptismus,Sed
quia baptismus, id est, salutis aqua, non est salutis, nisi in xpi noīe consecrata,qui ꝑ
nobis sanguinē fudit,cruce ipsius aqua signetur. Hoc vt significaret ille baptismus,
mare rubrum fuit. Manna de cœlo aperte de ipso domino exponitur,Patres vestri mā
ducauerunt manna in eremo & mortui sunt,id est,manna quod manducauerunt,nō
potuit eos a morte liberare. Non quia ipsum manna mors eis fuit, sed quia a morte
eos non liberauit. De cœlo veniebat manna,significans eum qui dixit, Ego sum pa-
nis viuus qui de cœlo descendi. Patres vestri,dicit dominus, manducauerūt manna
in eremo,& mortui sunt. Quid est,patres vestri,nisi quos infidelitate imitamini, quo
rum vias non credendo,& deo resistendo sectamini? Et secundum hoc dicitur, Vos ex Ioan.8.
patre diabolo estis. Neq;.n.diabolus aliquem hominē,aut potentia creauit,vel gene-
rando procreauit & tamen dicitur pater impiorum, nō ꝓp generationem,sed ꝓp imi
tationē. De bonis quoq; dicitur,Ergo Abrahæ semen estis. Pres nīi,inquit,eūdem ci
bū spiritalē manducauerūt,& eūdē potū spiritalē biberūt. Erant.n.ibi qui quod mā 1. Cor.10.
ducabant intelligebant,Erant ibi quibus plus xp̄s in corde, q̄ manna sapiebat in ore. Hebr.3.
Quid de aliis loquamur? Inde erat primitus Moyses famulus domini fidelis in tota
domo eius. De dubitatione Moysi famuli dei volo dicere. Figura.n.erat veterum etiā
ista sanctorum. Dubitat ad aquam Moyses, q̄n petrā virga percussit, vt aqua flueret
dubitauit. Dubitationem aūt eius legens quisq; nec intelligens, forte nec intelligeret, Num.20.
quia nec quærere auderea. Domino deo displicuit illa dubitatio, & eam notauit, non
solum arguendo, sed etiam vindicādo. Nam propter hanc dubitationē dicitur Moysi,
Non introduces tu populum in terram promissionis. Ascende in montem & morere,
Deus hic vtiq; apparet iratus. Quid ergo de Moyse fratres charissimi? Omnis labor
eius,omnis pro populo ęstus eius, & illa charitas dicens, Si dimittis illis peccatum
istud,dimitte: sin autem,dele me de hoc libro tuo: hæc dubitata,& repentina dubita- Exod.32.
tione damnata est,quoniam dicitur,dictum est Mopsi. Hoc enim placuit deo certæ di
spensationis mysterii gratia, ꝓp ipse in terram promissionis non introduceret popu-
lum. Eligitur alius Iesus Naue. Et iste homo non hoc nomine vocabatur. Vocabatur
Osee,& cum ei introducendum populum Moyses commendaret,vocauit eum,& mu
tauit ei nomen Iesum, vt non per Moysen,sed per Iesum i.non per legem,sed per gra Exod.17.
tiam populus dei in terram promissionis intraret. Sicut autem Iesus ille non verus
sed figuratus,ita etiam terra promissionis illa non vera,sed figurata. Illa enim popu-
lo primo temporalis fuit,nobis quę promissa est æterna erit,sed figuris temporalibus
promittebantur,& prænunciabantur ęterna. Sicut ergo ille non verus Iesus,nec illa
terra promissionis vera,sed figurata,ita manna nō cibus vere cœlestis,sed figuratus.
Post illam dubitationem,& post iram dei, & post minas mortis, & post alia multa di-
xisse deum ad Moysen quasi ad amicum,quo & antea loquebatur vsqueadeo, vt & ip
si Iesu Naue obedientiæ exemplum de Moyse proponatur,& hoc moneat eum deus,
vt sic ei seruiat,quomodo seruiuit Moyses,& sic se pollicetur esse futurum cū eo,quo
fuit cum Moyse. Dubitauit Moyses quando lignum accessit ad petram: dubitauerunt
discipuli quando viderunt dīm crucifixum. Horum figuram gerebat Moyses. Ecce
quia lignum accessit ad petram,facta est dubitatio,& impleta est dubitatio Moysi. Et
dominus ad eum,Ascende in montem,& morere. Per corporalem mortem Moysi figu Deut.32.
rata est mors ipsius dubitationis. Sed in monte. O mira mysteria. Ad petram nata est
dubitatio,& in monte mortua est. Quandiu humilis fuit Christus in passione,quasi
petra iacebat ante oculos,merito in illo dubitabatur. Mare rubrum baptismus est,po
pulus transiens baptizabatur. Transitus iste baptismus erat, sed in nube adhuc nubi
labatur quod prenunciabatur. Iam modo præcesserit nubes,manifestę veritatis sereni-
tas facta est,quia præcesserit & velum per quod loquebatur Moyses. Hoc velum in tem Exod.34
plo pendebat,ne templi secreta panderentur. Sed in cruce domini velum conscissum Mat.27.
est,vt paterent. Veni ergo ad baptismum,ingredere intrepidus viam per mare rubrū.
Noli esse de peccato præterito tanquam de Aegypto solicitus. Premebant te pec-
cata tua duro onere seruitutis, sed hoc in Aegypto scilicet in amore huius secu-
li, in peregrinatione longinqua. Cogebant se sectari opera terrena, tanquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

lateres facere, Opera lutea operabaris. Premunt te peccata, veni securus ad baptismū, vsq; ad aquā hostis sequi poterit, ibiq; morietur. Time aliqd de vita præterita, crede aliqd de vita præterita, crede aliquid remansurū tuorū peccatorū, si aliquis remansit Aegyptiorum. Audi vocem pignorum, Ego, inquit, de præteritis peccatis non timeo, omnia mihi in aqua sancta per ecclesiæ ēt charitatem dimitti non dubito, Sed timeo futura peccata. Placet ergo remanere in Aegypto. Interim hostem præsentem euade, qui iam te premit, & iam subiugauit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iā fecisti etiā si nolueris erit. Idē facturum te putas, si volueris non erit. Sed periculosa vita est. Neque enim cum mare rubrum transiero, iam ero in terra repromissionis: Ductus est ille populus per desertum, per longa deserta. Interim ab Aegypto liberare. Quid ergo putas tibi futurum auxiliatorem in vita eum qui te eruit de vetusta captiuitate? Nouos tuos inimicos? Non quiescit qui te a vetustis hostibus liberauit. Transi tantum intrepidus, intrepidus ambula, obediens esto. Noli amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat in hac obedientia. Fateor non desunt hostes. Sicut enim non deerant qui sequerentur fugientes, ita non deerāt qui impedirent ambulantes. Prorsus

Exod. 15. charissimi figuræ nostræ fuerunt. Interim in te non sit quod contristet Moysen. Noli esse a qua amara, quā post mare rubrū nō potuit ille populus bibere. Erat. n. & ibi tentatio. Et tamen quando ista eueniunt, quando amaricat populus, ostēdimus eis xp̄m, quæ pro illis pertulerit, quando pro eis sanguinem fuderit, & mitescunt, tanquam no-

Exod. 17. bis lignum in aquam mittentibus. Plane hostem itineri tuo habebis Amalech. Populus ille habuit hostem Amalech. Tunc orabat Moyses, tunc extendebat manus, & deficiebat Amalech. Et tuæ manus extensæ sint, vt deficiat Amalech tentator, & huius itineris impeditor. Esto vigil & sobrius in orationibus, in operibus bonis, non tamē præter xp̄m, quia extensio illa manum xp̄i crux fuit. In illa extenditur Apostolus cū

Galat. 6. dicit, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ergo deficiat Amalech, vincatur, no impediat transeuntem populum dei. Sed si dimittit manus a bono opere a cruce xp̄i, præualebit Amalech. Tum noli omnimodo aut continuo te sortem futurum putare, aut penitus desperando deficere. Alternatio n. illa defectus est fortitudinis. In manus Moysi serui dei forte alternatio tua fuit. Aliquando enim in tentationibus deficis, sed

Psal. 93. non succumbis, Deponebat ille paululum manus, non omnino ruebat, sed dicebat, Motus est pes meus, ecce misericordia tua domine adiuuabat me. Noli ergo timere, adest in itinere auxiliator, qui in Aegypto fuit liberator. Noli timere, aggredere viā, præsume securus. Aliquando ille deponebat manus, aliquando erigebat, tamē victus

Pniæ sedæ considerat. est Amalech. Debellare potuit, superare non potuit. Itaq; admonemur iam de altera loqui pnia. Triplicem quippe eius considerationem in sancta scriptura esse proposui. Illa prima competentium est & ad baptismum venire sitientium, hanc de scripturis sanctis ostendi: & alia propè quotidiana. Et vbi illam ostendimus pœnitentiam quotidianam? Non habeo vbi melius ostendam, q̄ in oratione dominica, vbi orare nos do-

Matt. 6. cuit, & quid ad patrem dicamus ostendit, & in his verbis posuit, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quæ debita fratres? Quandoquidem debita hic intelligi non p̄nt nisi peccata, quæ debita dimisit & in baptismo iterū vt dimittat oramus? Certe mortuus est omnis Aegyptius qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuum factum est, quid oramus, vt dimittatur, nisi pp manus deficientes contra Amalech? Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus. Constituit medicinam, firmauit pactum. Hic preces constituit, ibi precanti respondit. Nouit quo iure res agatur in cœlo, quomodo impetrari possint desiderata, Dimitti vis, dimitte

Luc. 19. & 10. ait. Quid n. habes qd̄ deo præstes, a quo tibi vis cuncta p̄stari? Nunquid iam xp̄s ipse saluator in terra ambulat? Nunquid suscipit illum modo in domum Zacheus gaudens? Nunquid ei hospitium & epulas præparat Maria? Nihil horum indiget, ad patris sedet dexteram. Sed quando vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Hęc est exte-

Mat. 25. sio manuū sub qua defecit Amalech. Et erogas quidem pauperi, Quando aliquid das pauperi esurienti, forte id quod dederis minus habebis, sed in domo, non in cœlo. Sed hic quoq; in terra, quo iubente præstitisti, ipse supplet quod dedisti. De hac re cum lo-

2. Cor. 9. queretur Apostolus ait, Qui ministrat semen seminanti, & panem in escam subministrabit. Operarius. n. dei es, qn̄ das egenti, seminas hyeme quod metas æstate. Quid

ergo

ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias non pascat operarium suum? Erit & ibi quod sufficiat tibi. Dabit deus totum necessitati, non cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus vt deficiat Amalech. Dic mihi cum ignoscis ei qui peccat in te, quid minus habebis in corde tuo, vnde dominum dimittis, sed nihil amittis. Imò vero vnda charitatis ibat in corde tuo, inde tanquam vena interiore manabat, Tenes odium contra fratrem, obturasti fontem. Non solum ergo nihil pdis, cum ignoscis, sed abundantius irrigaberis. Charitas non angustatur. Sed ecce qd actur us es? Oraturus es? Quid dicam? Quando oraturus es? Hodie. An non es oraturus ira & odio plenus? Vindictam ministrans, non dimittis ex corde. Ecce oras, venit hora orandi, incipis verba illa vel audire vel dicere, dictis & auditis superioribus ven turus es ad hunc versum, at si non venturus, quò iturus? Ne ignoscas inimico, deuiauiabis a Christo. Plane si in oratione deuiabis vt nolis dicere, Dimitte nobis debita

Mat. 6. nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ne tibi cito respondeatur. Sic dimitto, & quomodo & tu dimittis. Ergo quia hoc non potes dicere, & nòn vis dimittere, deuiabis ab hoc versu, & prætermittes & dicis quod sequitur, ne nos patiaris indu ci in tentationem. Ibi te capiet creator tuus, cuius faciem quasi deuiabas. Quomodo quisq; in vico cum occurrit ei cui aliquid debet, si ad manum est diuerticulum, dimit tit quo ibat, & sit per aliam partem, ne faciem videat creditoris. Hoc tu in isto versu te fecisse arbitrat° es, deuitasti dicere, Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, quia non dimittis, & noluisti dicere, deuitans faciem creditoris. Quem deuitas? Quis deuitas? Quo ibis? Vbi tu esse possis, & ille non esses? Dicturus est, Quo ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernū, ades. Quantum potest a Christo debitor fugere, q̄ vt eat in infernum? Adest iste creditor. Et quid ibi facturus es, nisi quod sequitur? Si sumpsero pennas meas in directū, & volauero in extremis maris. i. spe mea finem seculi meditabor, in præceptis tuis viuam, duabus alis charitatis attollar. Imple ergo duas alas charitatis, Diligas proximū sicut teipsum, & non teneas odium vnde fugias creditorem, Restat ergo pœnitentiæ tertium genus, vnde aliquid breuiter dicam, vt adiuuante domino, proposita & promissa persoluā. Est pnia grauior arq; luctuosior, in qua ꝓprie vocātur in Ecclesia pœnitentes, remoti etiam a sacramentis altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium sibi manducent & bibant. Illa vero pœnitentia luctuosa est. Graue vulnus adulterij forte cōmissū ē, forte homicidiū, forte aliqd sacrilegū. (Grauis res, graue vuln°, letale, mortiferū, Sed oīpotēs medic°, iā post suggestionē facti & delectationē, & cōsensionē, & perpetrationē, quasi quatriduanus mortuus putet. Sed nec ipsum dñs deserere vit, sed clamauit, Lazare veni foras. Cessit voci misericordiæ moles sepulturæ. Cessit mors vitæ, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus, processit tumulo, & ligatus erat. Sicut sunt homines in confessione peccati agentes pœnitentiam. Iam processerunt a morte. Nam non confiterentur, nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto & tenebroso procedere est. Sed quid dominus ecclesiæ suæ inquit? Quæ solueritis in terra, soluta erunt in cœlo. Proinde Lazaro procedente, quia impleuit dominus mīæ suę bonum, perducere ad confessionem mortuum latētem, putentem, iam cætera implēr ecclesiæ mysteria, Soluite illum, & sinite abire. Sed charissimi hoc genus pœnitē tiæ nemo sibi proponat, ad hoc genus pœnitentię nemo se præparet. Tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditorem, non tam scelus quod commisit, quàm indulgentię desperatio fecit penitus īterire. Non erat dignus mīa, ideo non fulsit ei lumen in corde, ut ad eius indulgentiam concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eū crucifixerunt, sed desperando occidit, & laqueo se suspendit. Quod fecit in corpore suo, hoc factum est in anima eius. Ipsius enim spiritus dicitur, etiam iste ventus aeris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant, inde se occidunt, quia non ad eos intrat spiritus aeris huius: sic illi qui desperant de indulgentia dei, ipsa desperatione intus se suffocant, vt eos spiritus sanctus visitare non possit. Solebant inde christianis insultare pagani, de pœnitentia quę instituta est in ecclesia. Et contra nōnullas hęreses tenuit ecclesia catholica istam ueritatem, de pœnitentia agenda. Fuerunt qui dicerent quibusdam peccatis non esse dandam pœnitentiam, & excluſi sunt de ecclesia, & hæretici sunt facti. In quibuscunq; peccatis non perdit viscera pia mater ecclesia.

Pſal. 138.

Matt. 22. Pœnitētię tertiū genus.

Ioan. 11.

Mat. 18.

Ioan. 11.

Ergo solēt inde pagani insultare nobis nescientes quid loquantur, quia ad verbū dei quod linguas infantium facit desertas, nondū peruenerunt. Vos, inquiunt, facitis vt peccent homines, cū illis promittitis veniam, siegerint pœnitentiā. Desolatio est hoc, nō admonitio. In hanc sententiam exaggerant verba. Quāta quisq; pōt lingua vel sonāti vel titubanti, nō tacēt. Nō tamē quādo eis loquimur & si vincantur, non consentiūt. Tamē qūo vincantur, breuiter accipiat charitas vestra, quia totū domini mīa optime constituit in ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiā, quia portū pniæ pollicemur. Si clauderetur aditus pniæ, nōne ille peccator tanto magis adderet pctā pctis, quanto magis sibi desperaret ignoscī: Diceret.n. sibi, Ecce peccaui, ecce sceleus admisi, iam mihi veniæ nullus est locus, pœnitentia infructuosa est, damnatus sum, quare iam non viuo vt volo? Quia ibi non inuenio charitatē, hic saltem pascam cupiditatē meā. Quare enim abstineam? Ibi enim mihi locus clausus est, hic qd nō fecero perdo: quia quę post hanc futura est uita mihi nō dabitur, quare ergo non seruio libidinibus meis, vt eas impleā & saturem, & faciam, quicquid non licet sed libet? Dicere tur ei fortasis, Sed miser capieris, accusaberis, torqueberis, punieris. Sciūt ista hoies mali ab hominibus dici, & inter hoies seruari; attendunt multos male & scelerate vi uentes impunita pctā habere, occultare possunt, quæ occultauere non possunt redimere. Vsq; in senectutem vitæ, lasciuias, blasphemias, sacrilegia perdita enumerant fibi, cut ille qui tanta fecit senex mortuus est? Nunquid attendis ideo sceleratū & pec

Roma. 2. catorē senē mortuū, vt ostenderēt in illo patientiā deus, expectans pniam. Vnde Apostolus, Ignoras quia patientia dei ad pniam te adducit? Ille ergo secundum duritiam cordis sui, & cor impœnitētis, thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuiq; secundum opus suū. Opus est ergo, vt hic timor mentes obsideat, opus est vt ille qui peccare non vult, præsentem sibi cogitet, non in publico solum, sed etiam in domo, non in domo solum, sed & in cubiculo, in nocte, in lectulo, in corde suo. Ergo si tuleris portum pœnitentiæ, augebuntur peccata. Ecce nihil dicūt illi q putāt augeri pctā, qa portus pnię in Christiana ꝓponitur fide. Quid ergo? Deus ne per illā spē indulgentiæ augerentur pctā, rursus non debuit produrere? Qūo.n. prodeunt ne desperando augeantur. Qūo.n. reuera auget pctā, qui veniā spe rauerit, vt dicat sibi faciam, deus bonus est, quando me conuertero, ignoscet mihi.

Eccli. 5. Ita plane dicis, sed crastina dies incerta est tibi. Nonne ad hoc te admonet scriptura dicens, Ne tardes cōuerti ad dominum, neq; differas de die in diem? Subito.n. veniet ira eius, & in tempore vindictæ disperdet te. Ecce ad vtrunq; vigilauit pro nobis prouidentia dei, ne desperando augeamus peccata, propositus est pœnitētiæ portus. Ruisus, Ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus.

Psal. 49. De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Deus manifestus veniēt, deus noster, & non silebit,

Homilia. XXVIII.

CAntauimus, Deus manifestus veniet, deus noster, & non silebit. Dominum xpm scriptura prædixit venturum ad iudicium viuorum & mortuoru. Quando n.

1. Cor. 2. prius venit iudicare manifestus erit. Quā fuerit tunc occultus hinc intelligite quod ait Apostolus, Si enim cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Tūc autē siliuit interrogatus, sicut Euangelium loquitur, & impletur in Esaiæ prophetia dicentis, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se fuit

Esa. 53. sine voce, sic non aperuit os suum. Veniet ergo manifestus & non silebit. Ad hoc dictum est, non silebit iudicaturus, quia siluit iudicatus. Nam quantum attinet ad voces ipsius nobis necessarias quando siluit? Non siluit per Patriarchas, non siluit p os carnis suæ. Et modo si sileret, scriptura non loqueretur, Lector ascendit, sed ipse nō silet. Tractator loquitur, si vera loquitur, xps loquitur. Si sileret xps, ego vobis ista nō dicerē. Nec p os vestrū siluit. Nā qñ cantabatis, ipse loquebatur. Nō silet, opus est vt audiamus, sed aure cordis. Nā rnderi facile est aure carnis, Illis auribus audire debemus, quas quærebat magister ipse cū diceret, Qui hēt aures audiendi audiat. Quot enim ante illum qñ ista dicebat, sine auribus carnis stabat? Omnes aures habebant, & pauci habebant. Non omnes habebant aures audiendi, hoc est, obediēdi. Quam ta

biliter locutus est per prophetam Ezech. credo adhibuistis aurem, credo audistis quemadmodum dixerit, Ad domum Israel mittam te, nō ad populum altioris linguæ te mittam. Populus autem ille non vult audire te, quia nō vult audire me. Quid ostēdit nisi quia ipse deus per Prophetam loquebatur? Quia vero in ipsis verbis propheticis nos maxime territi sumus, id est, præpositi quos posuit loqui ad populum suū, prius in illis verbis videamus faciem nostram. Demonstratum est enim nobis, sonante lectore, quasi speculum vbi nos inspiceremus, & inspeximus nos, inspicite vos. Ecce ego facio quod ibi audiui. Si non discreueris, inquit, iustum, si non dixeris peccatori, morte morieris, & ostenderis illi, vt recedat ab iniquitatibus suis, ipse quidē in peccatis suis morietur, sanguinem autem eius de manu tua exquiram. Si autem dixeris, & ille contempserit, & non obedierit, ille in sceleribus suis morietur, tu autem animā tuam liberabis. Dico vobis, libero animam meam. In magno enim sum, non periculo, sed exitio constitutus, si tacuero. Sed cum ego dixero, & impleuero officiū meū, vos iā attendite periculum vestrum. Quid volo, quid desidero, quid cupio, quare loquor, quare hic sedeo, quare hic sedeo, quare viuo, nisi hac intentione, vt cū Christo simul viuamus? Cupiditas mea ista est, honor meus iste est, gloria mea ista est, gaudium meum hoc est, possessio mea ista est. Sed si me non audieritis, & tamen ego non tacuero, animam meam liberabo. Sed nolo esse saluus sine vobis. Nolite ergo contemnere fratres mei peccata, in quibus forte consuetudinem iam fecistis. Omne.n. peccatum consuetudine vilescit, & fit homini quasi nullum sit: obduruit iam, dolorem perdidit quod valde putre est nec dolet. Quod non dolet, non pro sano habendū, sed pro mortuo tuo computandum est. Attendite quæ dicat scriptura, & ibi videte quemadmodum viuere debeatis. Quis non contemnat ebriositatis peccatum? Abundat tale peccatum & contemnitur. Iam cor ebriosorum perdidit sensum, non habet dolorem, quia nec salutem. Quando aliquid pungitur, & dolet, aut sanum est, aut est in illo spes aliqua sanitatis, Quando autem tangitur, pungitur, vellicatur, nec dolet, pro mortuo habendum est, aut de corpore præcidendum. Sed aliqñ nos parcimus, & nō nouimus nisi loqui. Excommunicare, de ecclesia proiiciere pigri sumus. Aliquando enim timemus ne ipso flagello peior fiat qui cæditur. Quamuis qui tales sunt iam in anima mortui sunt, tamen quia medicus noster omnipotens est, non est desperandum de his, sed totis viribus supplicandum, vt aures cordis quas clausas habere probantur, dominus aperire dignetur. Sed nunquid ille parcet, nunquid silebit quē timere debemus? Audistis in Psalmo fratres mei, cum enumeraret peccata peccatoris, ait, Hæc fecisti & tacui. Contra hoc dictum est, Veniet & non silebit. Pœnitentia sua non silebit. Excepto enim quod xps significat, quia siluit in iudicio, vt impleretur in illo etiam ea prophetia quam paulo ante commemoraui, Hoc excepto, modo deus ipse per seipsum dñs Christus tacet. Ascendit.n. in cœlum, & sedet ad dexteram patris, inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Quandiu ibi est donec veniat tacet. Voces eius in libris audiuimus, de ore ipsius non audiuimus. Audistis vocē ipsius de sanctis scripturis isto loco. Audistis cum vosipsi commemoratis, & forte de his rebus inter vos sermocinamini. Qui vult audiri a deo, fratres charissimi, prius audiat deum. Nunquid audis illum quando facis adulterium, & latere te putas, quia homo te non videt? Ille te videt, sed tacet. Quando furtum facis, captas oculos eius cui furaris, & si eum latet facis: si proptera non facis, quia times ne videaris, intus fecisti, in corde fecisti, fur teneris, & nihil tulisti, sed & tu si opportunitas detur ad implendum malum factum tuum, furaris, & lętaris quia tacet. Audi ergo psalmum, te admonuit, te quicunq; es, qui fortē hodie stas, & nocte aliquid fecisti, te admonuit, tibi dixit, Hæc fecisti & tacui, Suspicatus es inique q̄ ero tibi similis, O homines qui hęc verba quæ dicturus sum nec habetis in ore, nec in corde, fœlices estis. Nonne quotidie homines mala facientes, aut quos bene fecisse pœnitet, & pœnitentiam fecisse, peruerse fundunt quod mulserunt? Nonne quotidie dicunt, & ipsa murmura inter se rodunt, Vere si deo displicerent ista, non permitteret illa fieri, vt illi qui ea faciunt fœlices essent in terra? Videmus raptores, videmus infirmorum opressores, uidemus uicinorum expulsores, uidemus violentos limitum inuasores, videmus calumniatores, & tamen potentes, diuites, fœlices in hac vita, Si verē deus ista videret, si ista curaret parceret eis? Adduc t, & hoc, quod peius est, non placent nisi mala. Contingat autem ut faciat bene

Ezec. 3.

Vbi sup.

Psal. 14. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquis,& ſequatur forte aliqua tentatio,continuo ad manum habet,non expedit fa-
Psal.49. cere bene.Parum eſt ꝙ male vis facere,& benefacientibus maledicis? Hęc feciſti, in-
quit,& tacui,ſuſpicatus es inique,ꝙ ero tibi ſimilis.Quid eſt ꝙ ero tibi ſimilis?Quia
fic mihi placet malum,quomodo tibi.Hoc es ſuſpicatus,hoc dixiſti in corde tuo. Qđ
peius eſt in hæc verba progrediuntur,vt nec audiri timeant. Ergo ſuſpicatus es ini-
que ꝙ ero tibi ſimilis.Arguam te quomodo non putas, & quando non putas arguam
te. Sileo cum facis,ſed non ſilebo cum iudico Arguam te. Quid tibi faciam quãdo ar-
guam te? Statuam te ante faciam tuam.Modo enim quando male facis putas quia bo
nus es,quia non vis te videre. Alios reprehendis, te non reſpicis: alios accuſas,de te
non cogitas:alios ponis ante oculos tuos,te ponis poſt dorſum tuum.Ego quando te
arguam,contrâfacio.Tollo te a dorſo tuo,& pono te ante oculos tuos. Videbis te,&
planges te,& non erit iam tunc quomodo corrigas.Contemnis ergo tempus miſeri-
Psal.100. cordiæ,veniet tempus iudicij,quia tu in eccleſia mihi cantaſti,Miſericordiam & iudi
cium cantabo tibi domine.Ex ore noſtro exiet,vbique Eccleſię concrepant Chriſto,
Miſericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tempus eſt miſericordiæ,ut corri-
gamur,nondum venit tempus iudicij.Locus eſt,ſpacium eſt. Peccauimus, corriga-
mur.Nondum finita eſt via,nondum clauſus eſt dies,nondum expiratum eſt, nõ de-
ſperetur,quod peius eſt,Quoniã propter ipſa pctã humana,& tolerabilia, & tãto cre-
briora, quãto minora,cõſtituit deus in eccleſia tempore miæ prærogandæ quotidia-
Mat.6. nam medicinam vt dicamus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus
debitoribus noſtris,vt his verbis lota facie ad altare accedamus, & his uerbis lota fa
cie corpore Chriſti & ſanguine communicemus.Sed quod eſt grauius, ipſam medi-
cinam ſic homines contemnunt,vt non ſolum non dent veniam quando in illos pec
catur,ſed nec velint petere quando ipſi peccant.Intrauit tentatio, ſubrepſit ira,tan-
tum dominata eſt iracundia quantum potuit, vt non ſolum tumultuaretur cor, ſed
& conuicia & crimina vomeret lingua.Non vides quo te impulit? Non vides quo te
præcipitauit?Tandem corrige, dic, male feci, peccaui.Non enim morieris ſi dixeris,
1. Reg. 12. Crede non mihi,ſed deo.Quid ſum ego?Homo ſum, par veſtrum ſum,carnẽm por-
Mat.18. to infirmus.Omnes credamus deo.Attendite vobis. Si peccauerit frater tuus,corripe
eum inter te & ipſum.Si te audierit,lucratus es fratrem tuum.Si te non audierit,adhi
be tecum duos aut tres. In ore duorum aut trium teſtium ſtabit omne verbũ.Si nec
ipſos audierit,refer ad eccleſiam, ſi nec ipſam audierit,ſit tibi tanquam ethnicus &
publicanus.Ethnicus gentilis eſt. Gentilis ille eſt, qui in Chriſto non credit.Si nec
eccleſiam audierit,mortuum puta.Sed ecce viuit,ecce intrat,ecce ſignat,ecce genu fi
git,ecce orat,ecce ad altare accedit,Si tibi tanq̃ ethnicus & publicanus,Noli in illo at
tendere falſa ſigna.Viuẽs mortuus eſt, vnde viuit?Quo viuit?Si dicam alicui in cõ-
ſpectu ueſtro,tu hoc feciſti,reſpondebit poſtea, Quantum errat. Intus me moneret,
intus mihi diceret,quia male feci, intus uideret peccatum meum. Quare in popula
arguit? Quid ſi feci,& non correxiſti? Quid ſi feci, & adhuc perſeueras? Quid ſi feci,
& adhuc tibi benefeciſſe videris in corde tuo? Quia tacet ille,iuſtus es ? Quia modo
Psal.49. ille non vindicat,nihil male feciſti?Non times. Arguam te non times? Cõſtituam te
ante faciem tuam,non times.Sed longe eſt,iniquis,iudicium. Primo quis tibi dixit,
quia longe eſt dies iudicij? Nunquid ſi longe eſt dies iudicij,longe eſt dies tuus? Va
de ſcis quando eſt?Nonne multi ſani dormierunt & obduruerunt? Nonne caſus no-
ſtros nobiſcum in hac carne portamus. Nonne fragiliores ſumus, quam ſi vitrei eſſe
mus? Vitrum enim & ſi fragile eſt,tamen ſeruatum diu durat, & inuenis calices ab
auis & proauis,in quibus bibunt nepotes & pronepotes. Tanta fragilitas cuſtodita
eſt per annos.Nos autem homines & ſub tantis caſibus quotidianis fragiles ambula-
mus,& ſi caſus ipſi repentini non accederent,diu tamen viuere non valeremus.Vita
humana tota breuis eſt.ab infantia vſq; ad decrepitam ſenectutem tota breuis eſt,
Adam ſi adhuc viueret,& hodie moreretur,quid illi vitæ longitudo profuiſſet? Hu-
accedit,quia ipſe dies qui quaſi naturaliter ſeruit morbo illecto incertus eſt, Quot
die moriuntur homines,& qui viuunt deducunt illos,exequias celebrant,& vitam
bi promittunt.Nemo dicit,corrigam me,ne cras hoc ſim quod iſte quẽ deduxi. Pla
cent vobis verba,ego quæro facta.Nolite me contriſtari prauis moribus veſtris,quia
delectatio mea non eſt in hac vita,niſi veſtra bona vita.

Ego

De eo quod ait dominus in Euangelio, Remittite,& remittetur vobis:date,& dabi-
tur vobis. Homilia. XXIX.

EGo frẽs vires puas habeo,ſed verbũ dei magnas habet valere in cordibus ve- Luc.6.
ſtris.Ego & quod lente dicimus,valde auditis ſi obedieritis. Tãquam per nu-
bem ſuam,per Eſaiã prophetã dominus tonuit, ſi ſenſum habetis expauiſtis.
Manifeſte enim dixit,nec expoſitorem habent iſta neceſſarium, ſed factorem. Quo Eſaię.1.
mihi,inquit,multitudinem ſacrificiorum veſtrorũ? Quis.n exquiſiuit iſta de mani- Eleemoſy
bus veſtris?Deus nos quærit,non noſtra.Sed ſacrificiũ xp̃iani eſt eleemoſyna in pau na in pau-
perem,Hinc.n.fit deus peccatis propitius.Niſi autẽ peccatis propitius fiat deus, quis perẽ, ſacri
remanebit niſi reus?Ab eis peccatis & delictis,ſine quibus vita iſta non ducitur,mun ficium eſt
dantur homines per eleemoſynas,Quæ ſunt duorum generum, erogando & remit- xp̃iani.
tendo.Erogando quod habes bonum,remittendo quod pateris malum.Hæc duo ge- Eleemoſy
nera eleemoſynarum dñs magiſter bonus,qui verbum breuiauit ſuper terrã, vt eſſet narũ duo
fructuoſum,& non oneroſum,quã breuiter fuerit cõplexus audite, Remittite,inqt, genera.
& remittetur vobis,pertinet ad ignoſcendum.Date,& dabitur vobis: pertinet ad ero Luc.6.
gandum.Ex illa eleemoſyna qua ignoſcis homini nihil perdis.Ecce ſtatim veniã pe-
tit,ignouiſti,nihil amiſiſti.Charitate amplior domum rediſti. Illud aliud genus ele-
moſynarum,vbi iubemur erogare indigentibus, graue videtur, quia quod quiſque
dederit,hoc ipſum quod dabit non habebit. Equidem & hinc ſecuros nos facit Apo-
ſtolus qui dixit,Prout quiſque habet,non vt aliis ſit refectio vobis anguſtia. Metia- 2.Cor.8.
tur ergo vnuſquiſq; vires ſuas,non theſaurizare attendat in terra, det, non perit qđ
dat.Non dico,hoc non perit,ſed dico hoc ſolum non perit.Alia vero quę non dederis
& abundant tibi,tut cum viuis amittis,aut cũ morieris dimittis. Deinde fratres mei
tanta promiſsio quem non hortatur?Dimittite,inquit,& dimittetur vobis:date & da
bitur vobis.Quãdo dicit,date & dabitur vobis,attẽdite cui dicat, Homini dicit deus Luc.6.
mortali dicit immortalis,mendico dicit tantus paterfamilias. Neq;.n. hoc reuo catu-
rus eſt quod dedimus,inuenimus quem fœneremur.Demus in vſuram,ſed deo,non
homini.Et damus qui abundat,ei damus qui dedit quod demus, & pro modicis re-
bus profert nobis,pro mortalibus,pro putrilibus,pro terrenis quæ æterna ſunt & in
corruptibilia,& ſine fine manentia. Quid multa dicturus ſum? Se promittit qui pro-
mittit.Si amas illum,eme illum ab illo. Et vt noueris te ipſi dare, audi illud dicentẽ,
Eſurrui & dediſtis mihi mãducare. Sitiui,& dediſtis mihi potum. Hoſpes fui,& ſuſce Mat.25.
piſtis me.Nudus fui,& veſtiſtis me.Aeger,viſitaſtis me. Incluſus,veniſtis ad me. Et
dicent illi,Quando te vidimus in his neceſsitatibus conſtitutum, & miniſtrauimus
tibi?Et ille,Quando vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Dat de cœlo, accipit
in terra.Ipſe dat,ipſe accipit,quaſi fœnus traiectitium facis.Hic das,ipſe recipis. Hic
res perituras,ibi recipis res ſine fine manſuras.Et quandocunq; dicis deo,Libera me Psal.139.
domine ab homine malo,hoc enim modo cantauimus.Scio enim quo gemitu dicas,
Libera me domine ab homine malo. Quis enim in iſto ſeculo non patitur aliquẽ ho-
minem malum? Quãdo ergo dicis deo hoc,Libera me domine ab homine malo ſicut
totis præcordijs dicis,ſic intentis oculis te prius attende. Libera me domine ab homi
ne malo.Fac tibi reſpondiſſe deum.A quo?Dicturus es a Caio, a Lucio, a neſcio quo
quem pateris.Et reſpondet tibi,De te mihi nihil dicis. Si ab homine malo libero te,
prius es liberãdus a teipſo.Pateris malum,noli teipſum pati malum.Videamus ſi in
uenit te,quid tibi faciat alter malus.Tu noli eſſe malus.Non tibi dominetur auaritia
non te calcet concupiſcentia tua,non te trituret ira tua. Iſti hoſtes interiores tui qui
ſunt,Tu ipſe non tibi aliquid facias.Videamus quid tibi faciat vicinus malus, patro
nus,malus,potens malus,videamus quid tibi faciat? Iuſtum te inueniat, fidelem te
Chriſtianum te inueniat.Quid tibi facturus eſt? Quod Stephano Iudæi feceruunt. Acto.7.
Faciendo malum,miſerũt ad bonum.Ergo quando oras vt liberet te deus ab homi-
ne malo,attende te,noli tibi parcere a te,te liberat.Quomodo te a te liberat?Dimittẽ
do peccata,donando merita,dando tibi vires pugnãdi aduerſus concupiſcentias tuas
inſpirando virtutem,dando menti tuę cœleſtem delectationem, qua omnis terrena
delectatio ſuperetur.Hæc tibi cum præſtat deus,liberat te a te,& ſecurus expectas in
huius ſeculi malis tranſitorijs cum eis bonis venturum dominum, quæ tranſire nõ

possunt. Satis sint vobis. Videtis certe, quia nescio quo ego inualidus accedo, & loquendo fortis fio. Tantus est animus mihi, tanta intentio in profectu vestro. Operarius enim in agro fructum sperans, minus sentit laborem. Scitis fructus mei qui sint & vobiscum sim, & omnes simus fructus dei.

De eo quod in Aggæo scriptum est, Meum est aurum, & meum est argentum. Homilia. XXX.

Aggæi 2.

IN scripturis diuinis fratres charissimi legimus deum dicentem, Meum est aurũ, & meum est argentum. Hoc ideo dictum est, vt ille qui non vult cũ indigentibus communicare quod habet, cum audit præcepta faciendæ misericordiæ, intelligat deum non de re illius cui iubet, sed de re sua iubere donare: & ille qui aliquid porrigit pauperi, non se arbitretur de suo facere: ne forte non tam confirmetur misericordiæ nomine quam infletur superbię vanitate. Meum est, inquit, aurum, & meum est argẽtum, nõ est vestrum, o diuites terræ. Quid ergo dubitatis pauperi dare de meo? Aut quid extollimini cum datis de meo? Et vis videre quã iusti iudicis res est aurum & argentum, auarus vnde torquetur inde misericors adiuuatur, rem suam diuina distribuente iustitia, & recte facta inde manifestantur, & peccata inde puniuntur. Nunquid non aurum & argentum, atq; omnis terrena possessio, & exercitatio humanitatis est, & supplicium cupiditatis? Cum talia deus nobis hominibus tribuit, ostendit in eis quanta contemnat animus cuius diuitię sunt ipse deus qui tribuit. Non enim potest quisq; apparere contemptor, nisi eius rei, cuius possessor effectus est. Nam & qui non habent possunt ista contemnere, sed vtrũ fingant an vere contemnant, deus videt, qui cordis inspector est. Ab hominibus autem vt imitari possit cogitationem cõtemnentis, non in manibus erogantis inspicitur. Cum autem malis hoĩbus deus ista concedit, ostẽdit in eis quo & in ipsis bonis quæ deus largitur crucietur animus cui voluit qui tanta largitur, Bonis autem subministrat occationes beneficiorũ, malos autem torquet timore damnorum. Et ideo si amittant vtriq; aurum & argentum isti cœlestes diuitias læto corde retinebunt: illis autem & bonis temporalibus inanis domus, & bonis ęteruis inanior conscientia remanebit. Illius est ergo aurũ & argentum, qui nouit vti auro & argento. Nam etiam inter ipsos hoĩes tunc quisq; habere aliquid dicendus est, quando bene vtitur. Nã quod iuste non tractat, iure non tenet. Si suum esse dixerit, non erit vox iusti possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas. Quapropter si homo non importune dicit aliquid suum, non quod iniqua, & stulta cupiditate occupauerit, sed qđ prudentissima potestate, & iustissima moderatione tractauerit, quanto magis deus vere ac proprie suum esse dicit aurum & argentum, quod & largissima bonitate condidit, & iustissimo administrat imperio, vt sine ipsius nutu atque dominatu nec mali nisi ad auaritię supplicium, nec boni, nisi ad vsum misericordiæ possint habere aurum & argẽtum? Quod tamen & instituere vt fit, & vt alteri adsit, alteri desit, distribuere atq; ordinare non possunt. Si autem solis bonis in potestate daretur aurum & argentum, recte putaretur magnum aliquid bonum. Rursus si solis malis deesset, videretur magna pœna paupertas. Si aũt solis bonis deesset, videretur summa beatitudo, paupertas. Nunc vero si scire vis aurũ posse bene haberi, habent & boni: non eos per aurum bonos esse, habent & mali. Item si scire vis quam non sit misera paupertas, sunt quidam pauperes beati, sunt quidã pauperes miseri, si scire vis quam non sit beatitudo paupertas, Ita ergo aurum & argentũ distribuit hominibus conditor rerum & administrator deus, vt ipsum per se natura & genere suo bonum sit, quamuis non summum & magnum bonum, & pro gradu sui ordinis laudabilem conditorem vniuersitatis ostendat. Copia vero eius non extollat bonos, nec lædat inopia. Malos autem & cum offertur excæcet, & cum auferetur excruciet. Res ergo condita & ad conditoris laudem, & bonorum probationem malorumque supplicium, recte vituperari nullo modo potest: & eam vesissime deus dicit, suam, quam non solum condit affluentissima bonitate, sed etiam prouidentissima moderatione dispensat. Cum autem hoc genus rerum dominus in Euangelio mammona iniquitatis appellat, significat esse alterum mammona, id est, alias diuitias, quas nisi iusti & boni possidere non possunt, vt ideo mammona iniquitatis vocetur, quia iniquitas eas vocat diuitias. In iustitia vero nouit esse alias diuitias quibus homo adornatur interior, sicut beatus Petrus dicit, Qui est ante deum diues. Illæ iustæ dicuntur diuitiæ, quia bonis meritis iustisq; tribuuntur. Illę vero dicuntur diuitiæ, quia quisque eas habuerit non egebit. Istæ vero iniustę diuitiæ, non quia in iustum est aurum & argentum, sed quia iniustum est eas putare diuitias, quæ nõ auferant egestatem. Tanto enim magis ardebit quisq; egestate auaritię, quanto magis eas diligens maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diuitiæ quibus crescentibus crescit inopia? Quæ amatoribus suis, quanto fuerint ampliores, non afferunt satietatẽ, sed inflammant cupiditatem. Diuitem tu putas qui minus egeret, si minus haberet. Nam videmus quosdam cum haberent pecuniam paruam, paruis lucris fuisse lætatos: sed postea * cum cœpit abundare verum quidem copijs auri & argenti, sed tamen falsę diuitiæ cum parua obtuleris iam recusant, credas eos iam esse satiatos, sed falsum est. Nam maior pecunia fauces auaritiæ non claudit sed extendit, non irrigat sed accendit. Poculum respuũt, quia fluuium sitiunt. Vtrũ ergo ditior, aut egentior dicendus est, qui cum ideo voluit habere aliquid ne indigeret, ideo plus habet ne minus indigeat? Sed non est hæc auri culpa & argenti. Fac enim misericordem alicui inuenisse thesaurum, nonne operante misericordia præbetur hospitalitas peregrinis, aluntur famelici, nudi vestiuntur, inopes adiuuantur, captiui redimuntur, constituuntur ecclesiæ, reficiuntur lassi, pacantur litigiosi, reparantur naufragi, curantur egroti, corporales opes dispertiuntur in terra, spiritales reconduntur in cœlo? Quis hęc facit? Misericors & bonus. Vnde facit? De auro & argento. Cui seruiens hæc facit? Et qui dixit, Meum est aurum, & meum est argentum. Videtis iam, vt arbitror, fratres, quam magno errore, magnaque dementia in res ipsas quibus male homines vtuntur, crimen male vtentium transferatur. Nam si propterea vituperatur aurum & argentum quia homines auaritia deprauati, neglectis præceptis omnipotentissimi creatoris in ea quę condidit detestabili cupiditate rapiuntur, vituperetur etiam dei omnis creatura. Quia sicut Apostolus dixit, Peruersi quidem homines colluerunt & seruierunt creaturæ potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Vituperetur etiam iste sol quem certe idem Manichæi qui non intelligunt esse creaturam, tanquam ipsum creatorem, vel tanquam eius aliquam partem colere atq; adorare non desinunt. Cur ergo ipsum non vituperant, cum plerunq; homines de visu solis & luminis in ędificijs suis lites iniustissimas concitant, & vt fenestris suis radij liberiores aliquanto largius infundantur, domos alienas deijcere sępe moliũtur, & eos qui contradixerint, etiam si iure certissimo contradicant, inimicitijs acerbissimis insectantur? Si quę igitur infirmorum potentior aliquis iniuste ac nefarie propter vsum solis oppcesserit, dirupuerit, in exilium etiam mortemue compulerit, solis est crimen quo ille abundantius vti desiderat, an potius male vtentis iniquitas? qui dum cupit corporeis oculis temporale lumen largius acquirere, cubiculum cordis luci non aperit ęquitatis. Ex quo isti si possunt intelligant, aut aurum & argentum se accusare non debere, quãuis de auro & argento sæpe homines cupidissimi dimicent, aut accusationes suas de terra in cœlum, & de metallis fulgentibus in sydera, atque ipsum solem se debere transfere, quando iniqui homines inexpiabili sæpe discordia de possidenda solis luce confligunt. Similiter etiam discant quid interfit inter hanc lucem visibilem, lucemq; iustitiæ, Siquidem fieri potest vt quanto maiore auiditate frui quisque hac luce voluerit, tanto maiori cæcitate a iustitię luce deficiat.

Lucę 7.

Diuitiæ duplices. 1. Pet. 3.

Legẽdum arbitror, cœperint abundare veris qdẽ copiis auri & argenti, sedtamẽ falsis diuitiis.

Aggæi. 2.

Roma. 1.

De Monomachia Golię & Dauid. Homilia. XXXI.

1. Reg. 17.

GOlias vnus fuit ex Allophylis, id est, ex alienigenis, qui bellum gerebant illo tempore aduersus filios Israel. Eo tempore Dauid sanctus, cuius est hoc psalterium, imo per quem ministrauit hoc psalteriũ spũsctũs, puer erat pascens oues pris sui tenera ætate, vix dũ adolescẽtulus: fratres eius iã iuuenes militabãt, & in exercitu regis erãt, attulit eis missus a parẽtibus aliquid de domo vsibus ipsorũ. Itaq; illo tpe quo pugnabatur in exercitu, inuentus est nondũ miles, sed militũ minister & frater. Extitit tunc Golias iste de quo mẽtio facta est, ingens statura corporis, armis instructus viribus etiam exercitatus, elatus iactantia, qui superbe prouocaret ad mono-

Universidad de Deusto
Biblioteca

machiam populum aduersarium, hoc est, vt vnus inde electus ab ipsis procederet ad-
uersus eum, vt duobus pugnantibus examen totius belli in medio uersaretur, pacto
& placito addicto, vt quis illorum duorum vicisset, vniuersæ parti vnde iste steterat
1. Reg. 17. retribueretur victoria. Rex ergo ille populi Iudæorum filiorum Israel, Saul erat. An-
gebatur, æstuabat, quærebat in vniuerso exercitu parem illi viro, non inueniebat,
nec forma corporis, nec audacia prouocationis. Cum æstuaret, ausus est puer iste Da-
uid, non præsumens de viribus suis, sed in nomine dei sui procedere aduersus eũ.
Nunciatum est regi, non audacia pueritiæ, sed fiducia pietatis. Nec rex abnuit, nõ re-
cusauit. Intellexit cum videret audentem puerum, aliquid in eo diuinitatis esse, nec
illum tenera ætate sine diuino instinctu talia posse præsumere. Libenter accepit, pro
cessit aduersus Goliam. In omnibus ergo qui erant in ea parte, vnde procedebat, Da-
uid non erat presumptio nisi de deo: in illis autem tota spes in vnius hominis viri-
Psal. 143. bus, Sed quid est homo, nisi quod in isto Psalmo cecinit, Homo vanitati assimilatus
est, dies eius velut vmbra prætereunt? Ergo spes illorum inanis, quæ collocata est in
vmbra transeunte. Armatus est Dauid, vt quoniam ætate & viribus impar erat, quasi
armis par esset: sed arma vetera non adiuuabant potius, quàm onerabant nouã æta-
Coloss. 3. tem, Et ad hoc pertinet quod etiam apostolica lectio ante psalmi canticum præsigna-
1. Reg. 17. uit dicens, Exuite vos veterem hominem, & induite nouum. Noluit Dauid veruſta-
tem armorum, abiecit, onera dixit esse, quia implicabant eum expeditissimus ille ad
prelium procedere cupiebat, forte non in se sed in domino, armatus non tam ferro q̃
fide. Tamen abiectis armis, elegit aliquid vnde pugnaret, & hoc non sine sacramento.
Nam videtis quasi duas quasdam vitas: Nam in alienigenis veterem, aliam in Israeli-
tis nouam, aduersus inuicem dimicare. In alia parte corpus diaboli, in ista præfigura
tio domini nostri Iesu Christi. Tulit quinque lapides de torrente de fluuio, & posuit
in vase pastoris quo lac mulgeri solet. Ita processit armatus. Quinq; lapides lex erat.
Continetur. n. lex quinq; libris Moysi, & in ipsa lege decem præcepta sunt salutaria,
quibus decem præceptis cætera seruiant. Prefiguratur ergo lex & quinario & dena-
Psal. 32. rio numero. Et ideo Dauid pugnauit quinario, qui ait, in psalterio decem cordarum
psallam tibi. Neque omnes quinque lapides, sed vnum tulit. Nanque in numero lapi-
dum, numerum librorum ostendit, in vno lapide vnitatẽ implentium legem. Vnitas
enim ipsa implet legem, id est, charitas. Ideo sublati sunt illi lapides quinque, de
fluuio. Fluuius quid significat? Illo tempore semper in scripturis eadem significan-
tur rebus certis. Quinario numero propter quinque libros Moysi. Quid significant
q̃ de fluuio sunt ablati & positi in vase pastoricio? Iam diximus aduentu domini no-
stri Iesu Christi vt vere vinceretur diabolus, lex trãsiuit ad gratiam. Quid tam signi-
ficat gratiam q̃ lactis copia? Sublati sunt illi lapides de fluuio. Fluuius significat po-
pulum fluxum, deditum temporalibus rebus, amantem transeuntia, & cupiditatis
impetu in mare huius seculi decurrentem, qualis erat populus Iudæorum. Vetus ac-
ceperat legem, sed calcabat legem, & transibat super legem, & terebatur in mare, quo-
modo fluuius super illos lapides. Non enim lapides illi limitem fecerant fluuio ut ista
tuerent fluuium. Quod si ita essent, significarent coertionem legis, & eos qui conflue
re cœperunt voluptatibus & cupiditatibus suis, venientes ad præcepta legis conflite
rent, & refrenarent impetus libidinum suarum. Non autem ita erant illi lapides, sed
in fluuio super quos transibat aqua, sicut supra legem transgressor populus transi-
bat. Inde ergo dominus tulit legem ad gratiam, id est, de fluuio tulit & in uase pasto-
ris posuit. Qui vult ergo implere legem, gratiam cogitet: hoc est, homo totum q̃ inno
tescit ei deus, q̃ dat illi gratiam suam, vnde presumebat Dauid. Golias autem de se,
de viribus suis superbus, elatus, inflatus, primo totam victoriam vniuersę partis sue
in se vno constituit. Et quia omnis superbia habet impudentiam frontis, in ipsa
fronte lapide veniente deiectus est. Euacuata est frons quæ habebat imdudentiam
superbię suæ, & vicit frons quę habebat humilitatem crucis Christi. Propterea &
nos signum ipsum crucis in fronte portamus, quia illud intelligimus. Hoc dixi, fra-
tres mei, quia multi hoc faciunt, & intelligere nolunt. Factorem quærit deus signor
suorum, non pictorem.

De eo

De eo quod dominus ait in Euangelio, Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem: Homilia XXXII.

ARcana & secreta regni dei prius quærunt credẽtes quo faciãt intelligentes. Fides Ioan. 5.
enim gradus est intelligẽdi: intellectus aũt meritũ fidei. Aperte hoc Propheta di-
cit omnibus præpropere & præpostere intelligentiam requirentibus & fidem negligẽ-
tibus. Ait enim. Nisi credideritis non intelligetis. Habet ergo & fides ipsa quoddam Esa. 7.
lumẽ suũ, in scripturis, in prophetia, in Euãgelio, in Apostolicis lectionibus. Oia. n.
ista quæ nobis ad tempus recitantur, lucernæ sunt in obscuro loco vt nutriamur ad
diem. Dicit Apostolus Petrus, Habemus certiorẽ propheticum sermonẽ cui benefaci 2. Pet. 1.
tis intẽdẽtes tãquã lucernę in obscuro loco, donec dies luceſcat, & lucifer oriatur in
cordibus vestris. Videtis ergo fratres, quãdiu sint peruersi & properãdo vitiosi qui tã
quã immaturi conceptus ante ortũ quærunt abortum qui nobis dicunt, quid me iu-
bes credere quod nõ video, videã aliquid vt credã? Iubes credere dum nõ videã: ego
videre volo & videndo credere, nõ audiẽdo. Dicat Prophera, Nisi credideritis non in Esa. 7.
telligetis. Ascendere vis & gradus obliuiſceris. Vtique peruerse homo si iam tibi pos-
sem ostendere quid videres, nõ hortarer vt crederes. Ergo fides est, sicut alibi definitũ Hebr. 11.
est, sperantium substãtia, confictio rerũ quæ non videntur. Si nõ videntur, quo con- Fidei diffi
finguntur quia sunt? Vnde enim sunt ista quæ vides nisi ex illo qd̃ non vides. Vtiq; nitio.
vides aliquid vt credas aliquid, & ex eo qd̃ vides credas qd̃ nõ vides. Ne sis ingratus
ei qui te fecit videre vnde possis credere quod nondũ potes videre. Dedit tibi deus
oculos in corpore, rationẽ in corde, excita rationẽ cordis, erige interiorẽ habitatorem
interiorem oculorũ tuorum, assumat feneſtras suas, inspiciat creaturam dei. Est enim
aliquis intus qui per oculos videat. Nam quando aliquando in me cogitas auerso in-
terius habitatore, quæ sunt ante oculos tuos non vides. Feneſtrę enim fruſtra patẽt,
quãdo qui per eas attendit absens est. Nõ ergo oculi vident, sed quidã per oculos vi-
det, erige illũ, excita illum. Non enim denegatũ est tibi, rationale animal te deus fecit,
præposuit te pecoribus, ad imaginẽ suã te formauit. Siccine vti oculis debes vt pecus Gen. 1.
tantum, vt videas quid addas ventri, non menti? Erige ergo rationalem aspectum, vte
re oculis vt homo, intende cœlum & terram, ornamenta cœli, fœcunditatem terrę, vo
latus auiũ, natatus piſciũ, vim seminum, ordinẽm tẽporũ. Intende facta & quere fa-
ctorem: aspice quæ vides, & quære quem non vides. Crede in eum quẽ non vides pro
pter ista quæ vides. Et ne sermone meo te exhortatum putes, Apostolum audi dicen- Rom. 1.
tem, Inuisibilia enim dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt, conſpiciuntur. Post
ponebas ista nec attendebas vt homo, sed vt animal irrationale. Clamauit ad te Pro-
pheta & fruſtra clamauit, Nolite esse sicut equus & mulus quibus non est intellectus: Psal. 31.
videbas ergo ista & postponebas, Quotidiana miracula dei non facilitate sed assidui-
tate viluerant. Quid enim difficilius cognitione q̃ vt nascatur homo, moriendo disce
dat in secreta qui erat, nascendo procedat in publica qui non erat? Quid tam mirabi
le, quid tam difficile cognitu? Deo autem facile factu. Mirare ista, expergiſcere, insoli-
ta nostri mirare, maiora sunt, q̃ quæ videre consueuisti. Mirati sunt hoies dominum Mat. 14.
deum nostrum Iesum Christum de quinq; panibus saginasse tot milia, & non mirã-
tur per pauca grana impleri segetibus terras. Quæ aqua erat vinum factum, viderũt
homines, & obstupuerunt, quid aliud fit de pluuia per radicem vitis? Ipse illa fecit ip
se ista. Illa vt pascaris, ista ut mireris. Sed utraq; miranda sunt, quia opera dei sunt. Vi
det homo insolita & miratur: unde est ipse homo qui miratur ubi erat, unde proces-
sit, unde forma corporis unde membrorum distinctio, unde habitus iste speciosus, de
quibus primordijs, de quã contẽptibilibus, & miratur alia cum sit ipse mirator ma-
gnũ miraculum. Vnde ergo ista quę uides nisi ex illo quem non uides? Sed ut dicere
cœperam, quia tibi ista uiluerant, uenit ipse ad facienda insolita, ut & in ipsis solitis Ecle. 36.
agnoſceres artificem tuum. Venit ille cui dictum est, Innoua signa. Cui dictum est, Psal. 16.
Mirifica mias tuas. Largiebatur enim eas, largiebatur & nemo mirabatur. Venit er-
go paruus ad paruos, uenit medicus ad ægrotos, qui poterat uenire cum uellet, redi-
re cum uellet, facere quicquid uellet, iudicare ut uellet. Et hoc quod uellet ipsa iusti-
tia est, & quod ille uult, inquam, ipsa iustitia est. Non enim iniquum est quod ille

Universidad de Deusto
Biblioteca

vult,aut equum potest esse quod nō vult. Venit suscitare mortuum miratibus,reddere luci hominē qui erat in luce, qui quotidie qui non erant producit ad luce. Fecit
ista & contemptus est a multis, plus attendentibus non quā magna faceret, sed quā
paruus,tanquā dicentibus apud se: ista diuina sunt,sed iste homo est. Duo ergo vides,diuina & hominem. Si diuina non possunt fieri nisi a deo, vide ne in homine lāteat deus. Attende,inquā,quę vides, crede quæ non vides. Non te deseruit qui vocauit vt credas,quanuis iuberet te illud credere quod non potes videre, nō tamē te dimisit nihil videntem vnde posis credere quod non vides. Paruane signa,paruane indicia sunt creatoris ipsa creatura? Venit etiam, fecit miracula,nō poteras videre deū, non poteras hominem: deus factus est homo vt in vno tibi esset & qđ videres & qđ crederes, In principio erat verbum & verbum erat apud deum & deus erat verbum. Audis & nondum vides. Ecce venit, ecce nascitur, ecce de fœmina procedit qui fecit masculum & fœminam. Qui fecit masculum & fœminam non factus est per masculū & fœminā. Contempturus enim eras forte qui nasceretur, non contemnis quomodo nasceretur,quia semper erat antequā nasceretur. Ecce,inquam,assumpsit corpus, indutus est carne,processit ex vtero. Iāmne vides, iam,inquam,vides carnem,interrogo,sed carnem ostendo,vides aliquid,& non vides aliquid. Ecce in ipso partu, ecce ēt duo sunt, & quod videas & quod non videas, sed vt p ipsum quod vides credas qđ non vides. Contemnere cœperas,quia vides qui natus est: crede quod non vides,quia de virgine natus. Quantulus est,inquit,qui natus est, sed quantus est qui de virgine natus est? Et ille qui de virgine natus est miraculum temporale tibi attulit,nō est natus de patre. s. de patre homine,& natus est de carne. Sed non tibi videatur impossibile,quia natus est per solam matrem qui fecit hominē ante patrem & matrem. Attulit ergo tibi temporale miraculū, vt tu eum quæras & mireris æternum. Etenim ipse tanquā sponsus processit de thalamo suo, de vtero. s. virginali vbi sanctæ nuptiæ factæ sunt verbum & caro, attulit,inquā, miraculum temporale: sed ipse est æternus, ipse est patri coæternus, ipse est qui in principio erat verbum, & verbum erat apud deum,& deus erat verbum. Fecit tibi vnde sanareris vt videre posses quod non videbas. Quod contemnis in Christo, nondum est contemplatio sanati, sed medicamentum ęgroti. Noli festinare ad visionem sanorum. Angeli vident,angeli gaudent,angeli pascuntur & viuunt,nec deficit vnde pascuntur, nec minuitur esca ipsorum. In iis
blimilibus thronis,in partibus cœlorum,in his quæ supra cœlos sunt,videtur verbū
ab angelis & gaudetur,& manducatur & permanet. Sed vt panem angelorum manducaret homo,dominus angelorum factus est homo. Hæc est salus nostra, medicina infirmorum,cibus sanorum. Et loquebatur hominibus & dicebat quod audistis,Nō potest filius a se facere quicquā,nisi quod viderit patrem faciētem. Iam ne putamus, est aliquis qui intelligat? Iam ne putamus, est aliquis in quo proficit collyrium cārnis ad intuendum vtcunq; splendorem diuinitatis? Locutus est,loquamur & nos,ille gaverbum,nos quia de verbo. Quare autem nos vtcunq; de verbo? Quia ad similitudinem verbi per verbum. Quantum ergo capimus, quantum illius ineffabilitatis participes esse possumus, loquamur & nos, ne contradicatur nobis. Præcesit enim fides nostra vt dicamus, Credidi propter quod locutus sum. Loquor ergo quod credo, vtrā etiam vtcunq; video ille magis videt, hoc videre vos non potestis. Sed cum dixero, qui videt quod dico siue credat & me videre quod dixi, siue non credat, quid ad me illud? synceriter videat & de me quod vult credat. Non potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit patrem facientem. Hic Arrianorum error exurgit, sed exurgit vt cadat, quia non humiliatur vt surgat. Quid est quod te mouit? Filium minorem vis dicere? Audisti enim. Non potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit patrem faciente. Minorem vis ex hoc filium dici, Noui hoc, noui hoc te mouit, crede minorem non esse, videre nondum potes, crede, hoc est, quod pauloantē dicebam. Sed quō inquies, cōtra verba ipsius crediturus sum? Ipse dicit, Non potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit patrem facientem. Attende & quod sequitur, Quæcunq; enim facit pater eadem & filius facit: non dixit, talia. Paululum attendat charitas vestra ne vobismetipsis strepitum faciatis. Trāquillo corde opus est pia & deuota fide, intentione religiosa: non in me vasculū, sed in illū attēdite q panē posuit in vasculo. Attendite go paululum. In his enim quę supra diximus hortantes ad fidem vt animus indurus

Ioan. 1.

Gene. 2.

Psal. 18.

Ioan. 1.

Psal. 77.

Ioan. 5.

Psal. 115.

fide sit intellectu capax, ea quæ dicta sunt festiua, læta, facilia sonuerunt, exhilarauerunt mentes vestras, secuti estis: intellexistis quæ dixi. Quæ vero dicturus sum spero aliquos intellecturos, vereor tamen non omnes intellecturos. Et quia deus nobis proposuit per lectionem Euangelii vnde dicamus, nec vitare possumus quod propposuit magister, forte vereor ne qui non intellexerint qui fortasis plures erunt vt putent me frustra sibi locutum, sed tamen propter eos qui intellexerint non frustra loquor. Lætetur qui intelligit patienter ferat qui non intelligit, quod non intelligit, ferat & vt intelligat differat. Non ergo ait, Quæcunque pater facit talia filius facit, tanquam alia faciat pater, & alia filius. Videbatur enim tanquam hoc dixisse cum superius diceret: Non facit a se filius quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Intende, neque ibi ait, nisi quod audierit patrem iubentem: sed viderit, inquit, patrem facientem. Si ergo carnalem intellectū, vel potius sensum interrogemus, quasi duos sibi proposuit artifices patrem & filium, patrem facientem nullo viso, filium facientem a patre viso, carnalis adhuc aspectus est: verūtamen vt ea quæ superiora sunt intelligamus, ista humiliora & abiecta nō declinemus. Primo sic nobis ante oculos constituamus esse duos fabros patrem & filium. Fecit pater arcam quam filius facere nō poterat nisi patrem videret facientem; attendit arcam quam fecit pater, & fecit arcam aliam talem, non eandem. Differo paululum verba quæ sequuntur & iam interrogo Arrianum. Siccine intelligis quō ꝓposui? Fecit pater aliquid quod cū videret filius patrem facientem, fecit & ipse tale aliquid? Hoc.n. videntur sonare verba quibus permotus es. Neq; n. ait, Non pōt a se facere filius quicquā nisi quod audierit patrem iubentem. Sed ait, Non potest a se facere filius quicquam nisi quod uiderit patrem faciētē. Ecce si sic intelligis, fecit pater & attendit filius, ut videret & ipse qđ faceret. Faceret āt aliud aliqđ tale quale fecerat pater, Hoc qđ fecit pater p quē fecit? Si nō per filiū, si nō p verbū incurristi i blasphemiā Euāg. Oia.n.p ipsum fcā sunt. Ergo iā qd fecerat pater, per uerbum fecerat: si per verbum fecerat, per filiū fecerat. Quis est alius qui attendit vt faciat aliud aliquid quod viderit patrē facientem. Non soletis dicere duos filios habere patrem: vnus est unicus de illo genitus. Per misericordiam uero suam solus ad diuinitatem & non solus ad hæreditatem. Cohæredes vnico suo fecit pater: non quos de sua substantia sicut ipsum genuit, sed quos de familia sua per ipsum adoptauit. In adoptionem quippe filiorum vocati sumus, sicut sancta scriptura testatur. Quid ergo dicis? Ipse vnicus loquitur: ipse filius vnigenitus in Euangelio loquitur: ipsum filiū verbū nobis verba fecit, ipsum audiuimus dicentem, Non potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit patrem facientem. Iā fecit pater vt videat quod faciat filius, & tamen nil facit pater nisi per filium. Certe turbaris hęretice, certe turbaris, sed tanquam helleboro accepto turbaris vt saneris. Iam te non inuenis, sententiam tuam & carnalem intuitum tuum, quantum arbitror etiam ipse condemnas. Repone oculos carnis post te, erige si aliquid habes in corde, diuina intuere. Audis quidem humana verba per hominem, per Euāgelistā, per Euāgelium audis humana verba sicut homo. Sed de verbo dei audis vt humana audias, diuina cognoscas. Exagitauit magister vt erudiret, seminauit quæstionē vt moueret intentionem, Non potest filius a se facere quicquā nisi quod viderit patrem facientem. Cōsequens erat quod diceret, Quęcunq; enim pater facit, talia facit filius, Non hoc ait, Sed quęcunq; pater facit, hęc eadē & filius facit. Non alia pater facit, alia filius facit, quia omnia quę pater facit per filiū facit. Suscitauit Lazarum filius, nūquid pater eū nō suscitauit? Illuminauit filius cæcū, nunquid pater nō illuminauit? Illuminauit pater p filium i spiritu sancto. Trinitas est, sed vna operatio, vna maiestas, vna æternitas, vna coæternitas, & opera eadem trinitatis. Non alios homines creat pater, alios filius, alios spiritus sanctus. Vnū eundemq; hominē & pater & filius & spiritus sanctus creat, & pater & filius & spiritus sanctus vnus deus creat. Attendis pluralitatē personarū, sed vni tatē diuinitatis agnosce. Propter pluralitatē n. p sonarū dictū est, Faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā. Nō ait, faciā hoiem, & attēde cū facio vt posis & tu alterū facere. Faciam°, inqt, pluralitatē audio, ad imaginē nostrā, itē pluralitatē audio. Vbi ergo singularitas diuinitatis, lege sequētia, Et fecit deus hoiem. Dicitur, Faciam° hiem, & nō dicitur fecerūt dij hiem. Intelligitur vnitas i eo qđ dictū ē, Fecit de° hiem. Vbi ergo itētio illa carnalis? Cōfūdatur, abicōdatur, pmatur: loquatur nobis verbū

Ioan. 1.

Rom. 8.

Ioan. 5.

Ioan. 11. & 9.

Gene. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei. Iam pij,iam credentes,iam imbuti fide & comparato aliquo merito intelligentiæ
conuertamus nos ad ipsum verbum,ad fontem luminis & dicamus simul, Domine
eadem fecit pater quę tu,quia quicquid facit pater per te facit. Te verbum audiuimus
Ioan. 1. mus in principio,non vidimus sed credimus. Ibi consequenter audiuimus,quia om-
nia per te facta sunt. Oia ergo quæ facit pater per te facit. Eademq; ergo facis quæ pa-
ter. Quid est quare dicere voluisti,non põt filius a se facere quicquam? Video enim
Ioan. 10. æqualitatem quandam tibi cum patre,in eo quod audio, Quæcunq; pater facit,hæc
eadem filius facit: agnosco equalitatẽ,hic intelligo,hic capio vt possum: ego & pater
vnũ sumus,quid est q̃ non potes facere quicquam, nisi qđ videris patrẽ facientem?
Ioan. 5. Quid est hoc? Forte dicat mihi,immo dicat nobis oibus. Hoc enim quod dixi,Nõ po-
test filius facere quicquam nisi quod viderit patrẽ facientem,videre meum qũo intel
ligis,videre meũ quid est? Sequestra paululum serui quã propter te suscepit. Etenim
in illa forma serui dominus noster oculos & aures habebat in carne, & in illa forma
humana qualem & nos portamus eadem figura corporis erat,eadem lineamẽta mem
brorum. Caro illa venerat ex Adam,sed non erat ille Adam. Ergo dominus ambulãs
siue in terra siue in mari,sicut ei placuit sicut voluit: quia quicquid voluit potuit, in
spexit quod voluit,iecit oculos,vidit,auertit oculos & non vidit, a tergo erat qui se-
quebatur,ante erat qui videretur oculis corporis quod ante erat videbat. Diuinita-
tem vero nihil latebat: sepone,sepone,inquã,paululũ formã serui, formam dei vide
in qua erat antequam mundus fieret,in qua erat æqualis patri,per eum hoc accipe &
Philip. 2. & intellige quid tibi ait, Qui cum in forma dei esset non rapinã arbitratus est esse se
Ioan. 1. æqualem deo. Ibi eum vide si potes,vt possis videre quid sit videre ipsius. In princi-
pio erat verbum, Qũo videt verbum? Habetne oculos verbum,an in illo se inuenitur
Matth. 5. oculi nostri & oculi non carnales,sed oculi piorum cordium? Beati enim mundo cor
de,qm̃ ipsi deum videbunt. Aspicis xp̃m hoiem & deũ,ostendit tibi hoiem, seruat ti-
bi deum. Et vide quia deum tibi seruat qui se tibi hominẽ ostendit. Qui diligit me,
Ioan. 14. inquit,mandata mea custodit: qui diligit me diligetur a patre meo, & ego diligã eũ:
& tanquam diceretur,quid ei dabis quem diligis? Et ostendam,inquit, meipsum illi.
Quid est hoc fratres? Quẽ iam videbant ipse se illis demonstraturum promittebat.
De verbis dñi, Se. 18. Quibus? A quibus videbatur: an a quibus & non videbatur? Sic loquens Apostolo
cuidam ait,quærenti videre patrẽ,vt sufficeret ei & dicenti, Ostende nobis patrem, &
Ioan. 14. sufficit nobis. Et ille stans ante oculos serui,in forma serui,seruans oculi deificati for-
mam dei,ait illi,Tanto tpe vobiscum sum & non cognouistis me? Qui me videt, vi-
det & patrem: patrem queris videre, me vide: vides me & non vides me. Vides quod
pro te assumpli,nõ vides quod pro te seruaui,Audi mandata,purga oculos,quia qui
diligit me mandata mea custodit,& ego diligam eum. Tanquam custodientem man-
Videre ver bi. data mea & tanquam sanato per mandata mea ostendam meipsum illi. Si ergo fra-
tres videre non possumus quid sit videre verbi,quo imus, quã visionẽ forte præpro-
pere exigimus,quid nobis ostendi volumus qđ videre possumus? Ideo ista dicta sunt
quę desideramus videre,non quod iam possimus capere. Videre enim verbi,si videas
forte in eo quod vides videre verbi,ipsum verbũ videbis & nõ aliud sit verbũ,aliud
videre verbi,ne ibi sit aliquid coaugmẽtatum & copulatũ & duplex & cõpaginatũ.
Simplex.n. aliquid est ineffabili simplicitate. Non quẽadmodum homo aliud est ho-
mo,aliud videre hominis. Non aliquãdo extinguitur, qđ est videre hoĩs & manet ho
mo,hoc est quod dicebam dicturũ me aliqd quod nõ possent omnes intelligere, etiã
dominus faciat vt aliqui intellexerint. Frattes mei ad hoc exhortatur vt videamus,vt
dere verbi vltra vires nostras esse,quia paruæ sunt nutriantur, perficiantur. Vnde?
Mandatis. Quibus mandatis? Qui diligit me mandata mea custodit. Quę mandata?
Ioan. 14. Iam enim crescere volumus,iam roborari,iam perfici,vt videamus videre verbi. Dic
iam domine quæ mãdata? Mandatum nouum do vobis,vt vos inuicem diligatis. Hãc
Ipan. 13. ergo fratres charitatẽ de vbertate fontis hauriamus,istã capiamus, in ea nutriamur.
Cape per qđ sis capax, Charitas te gignat,charitas nutriat,charitas perficiat,charis
tas roboret vt videas videre verbi non aliud esse verbum & aliud videre ipsius, se
ipsum quod est,videre verbi,hoc esse,verbũ, & cito forte intelliges,quia illud qđ di-
Ioan. 5. ctum est,Non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem,

tale est ac si diceret,non esset filius nisi de patre nasceretur. Sufficiat fratres noui, id
me dixisse,quod cogitatũ forte aperiatur multis. Sæpe verbis dictũ forte oscuretur.
De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum Psal. 83.
viuum.

Homilia. XXXIII.

SEcundum Apostolum,fratres charissimi,qui satis diligit seculum non habet ple-
num diuini amoris affectum. Sic enim audistis legi, Qui dili git seculum non est
perfecta charitas dei in illo. Ac per hoc tunc perfecte incipit Christianus futuram & 1. Ioan. 2.
eternam vitam diligere,cum vitam præsentem cœperit non amare. Et ideo statim se
quitur in Psalmo, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Confirmat- Psal. 83.
quod supra dixerat deum se amare non seculum. Exultauit, sed in deum viuum,hoc
est,non exultauit in hoc mundo,nec exultauit in aliqua oblectamenta quæ mundi
sunt,ideſt,non in diuitiis, non in honore,non in luxuria, non in ebrietate,non in va
natibus mortuis & cito cum omni suo amore morituris,sed in deum viuum. Qua-
re non dixit, In deum tantum,sed addidit in deum viuum? Vt ostenderet,Ş quia totũ
quod non pertineret ad dei cultum deberemus habere quasi mortuum. Simulq; con
siderate huius dicti subtilitatẽ sermonis sacri: cor meũ,inquit, & caro mea exultaue-
runt in deum viuum. Nunquid non sufficerat dicere, Cor meum exultauit in deum
viuum,nisi addidisset,& caro mea? Videamus ergo quomodo in deum & cor simul &
caro hominis exultat. Quomodo,nisi vt homo & carne & corde deo seruiat. Cor.n.
exultat in deum quando honesta & sancta cogitat,quando religiosa opera & deo pla
cita concupiscit. Caro autem exultat quando pudica est,quando sobria, quando nul
la impuritate polluitur,quando nullis immundis actibus sordidatur. Videte enim e
uerso & agnoscite,quam vera sint quæ dico: si viderit aliquis vestrum hominẽ iniu
stã dicentem,nunquid dicere potest q̃ cor illius exultet in deum uiuum? Aut si quis
alium viderit ebriosum impudicum,fornicat orẽ,nunquid dicere potest q̃ caro eius
exultet in deum viuum? Nulla enim caro exultat in deum,quæ viuit in vitio. Ideo er
go Propheta dicebat, Cor meũ & caro mea exultauerũt ĩ deũ uiuũ. Quia & corde reti
nebat plenam religionis fidem,& carne seruabat deuotam corporis sanctitatem. Nec
sine causa in consequentibus statim Psalmista subdidit dicens, Etenim passer inue- Psal. 83.
nit sibi domum,& turtur nidum vbi reponat pullos suos. In turture & passere,salua-
tor noster significatur. Fratres charissimi,passer.n. vt scitis,perparua auis est. Turtur
enim vt legimus pudicissima. Et ideo saluator noster passer dicitur, quia docuit pri-
mus humilitatem. Turtur dictus est,quia docuit primus castitatem. Vnde etiã in can Canti. 2.
ticis canticorum Propheta dixit, Vox turturis audita est in terra nostra. Vox turturis
doctrina intelligitur saluatoris. Audire cœpit,puritatẽ castitatis admauit. Etenim pas
ser inuenit sibi domum,& turtur nidum sibi vt reponat pullos suos. Quę est.n. do-
mus Christi,nisi ecclesia dei? Quæ est domus Christi,nisi conuentus populi Christia
ni? Hanc ergo domum saluator cum ingenti pietate quæsiuit & inuenit? Hanc pecu-
liariter diligit. Merito peculiariter diligit,quam peculiariter suo sanguine compara-
uit. In hac ergo domo saluator congregat pullos suos. Quos ergo credimus xp̃i pul-
los? Quos nisi populos xp̃ianos? Deniq; qui sint domini nostri pulli, ipse hodie con-
uentus vester ostendit. Dum enim aspicio vestram congregationem congregasse in
Ecclesia,pullos vos video saluatoris. Legamus,quãuis in aliis libris scriptum, vt su-
pra dixit Et turtur nidum sibi vt reponat pullos suos,sed vtrũque in persona eccle-
siæ bene conuenit,id est,quod nos saluator & congreget & reponat. Congregat enim
nos vt doctrinã illius audiamus,& reponit,vt ab insidijs diaboli tuti esse possimus.
Quod vt faciat & quotidie faciat,præcemur deum saluatorem nostrum, cui est cum
patre & spiritusancto honor & gloria in secula seculorum, Amen.

De eo quod dominus ait in Euangelio, Ego sum via, veritas & vita.
Homilia. XXXIIII. Ioan. 14.

ERigunt nos diuinæ lectiones ne desperatione frangamur,& rursus terrent ne su Habes hãc
perbia ventilemur. Tenere autem viam mediam, veram, rectam, tanquam inter homiliam
sinistram desperationis & dexteram præsumptionis difficillimũ esset nobis nisi xp̃s fere vsque

vsq; ad medium supra de verbis dñi in Euangel. secũdum Ioannem Serm. 55. usque ad uersiculũ, Non hæc quasi. Psal. 135. Eccli. 9

diceret, Ego sum via: ego sum, inquit, via & veritas & vita. Tanquam diceret. Quavis ire? Ego sum via. Quo vis ire: ego sum veritas. Vbi vis permanere? Ego sum vita Secure ergo ambulemus in via, sed insidias timeamus iuxta viam. Inimicus insidiari non audet in via, quia xps est via. Sed iuxta viam planæ non desinet. Vnde & in Psalmo dicitur, Iuxta semitas scãdala posuerunt mihi. Dicit & alia scriptura, Memento quia in medio laqueorum ingrederis. Isti laquei inter quos ingredimur non sunt in via, sed tamen sunt iuxta viam. Quid formidas in via? Tunc time si deseras viam. Nam ideo etiam permittitur ponere iuxta viam laqueos, ne securitate exultationis via deseratur, & in insidias incidatur. Via Christus humilis, Christus veritas & vita, Christus excelsus & deus. Si ambules in humili, peruenias ad excelsum. Si infirmus humilem non asperneris, in excelso fortissimus permanebis. Quæ enim causa humilitatis Christi, nisi infirmitas tua? Veniret ad te tantus medicus, si vel sic ægrotares vt tu possis venire ad medicum? Venit docẽs humilitatem qua redeamus, quia superbia nos redire non sinebat. Quia & superbia fecerat recedere exaltatum humanum cor aduersus deum, & negligens ipsa sanitate præcepta salutaria, decidit animam in infirmitatem, discat audire infirma quem contempsit fortis. Audiat vt surgat, quia spreuit ut caderet. Audiat tandẽ experimento edocta, quod præcepto noluit obtinere. Docuit enim eam miseria sua quid mali sit a domino fornicari. Recedere enim ab illo simplici & singulari bono, in istas multitudinum voluptates, in amorem secundi corruptionemq; terrenarum, fornicari est a deo. Et quodammodo fornicantem alloquitur est vt rediret, sæpissimæ per Prophetas increpat tanquã fornicariam, non tamen desperatam, quia in manu habet etiam mundationem fornicariæ, qui increpat fornicariam. Non enim sic increpat vt insultet, sed ad confusionẽ vult perducere vt

Iacob. 4

sanet. Exclamauit scriptura vehementer nec palpauit adulãdo, quos voluit reparare sanando. Adulteri, nescitis, quia amicus huius mundi inimicus dei constituetur. Amor mundi adulterat animam, amor fabricatoris mundi castificat animam, sed nisi de corruptione eeubuerit, ad amplexus illos castas redire non concupiscet. Confundatur vt redeat quæ se iactabat ne rediret. Superbia ergo impediebat animæ reditum. Qui autem increpat non facit peccatum, sed ostendit peccatum. Quod nolebat

Mat 7.

anima videre, ponetur ei ante oculos, quod post dorsum habere cupiebat, ad faciem illi admouetur. Vidi te in te. Quid vides stipulam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Reuocatur ad se quæ ibat a se. Sicut a se ierat, sic a domino suo ibat. Se enim respexerat, sibiq; placuerat, suæq; potestatis amatrix facta fuerat, recesserit ab illo, & non remansit in se, & a se repellitur, & a se excluditur, in exteriora prolabitur. Amat mundum, amat temporalia, amat terrena, quæ si ipsam amaret, neglecto a quo facta est iam minus esset, iam deficeret amando quod minus est. Minus est enim ipsa quàm deus, & longe minus, tantoq; minus quantum minus est res facta quàm factor. Ergo amandus erat deus, & amandus est deus, ita vt si fieri potest nosipsos obliuiscamur. Quis ergo est iste transitus: oblita est anima seipsam, sed amando mundum oblita est se: sed non amando artificem mundi, pulsa est & a se. Pulsa ergo & a se quodammodo perdidit se, nec facta sua nouit uidere, iustificat iniquitates suas & fertur & superbit in petulantia in luxuria, in honoribus, potestatibus, in diuitiis, in potentia uanitatis: arguitur, corripitur, ostenditur sibi, displicet sibi, confitetur fœditatem, desiderat pulcritudinem, & quæ ibat effusa, redit confusa. Contra illam uidetur orare, an pro illa qui dicit, Imple facies eorũ ignominia. Aduersarius apparet, inimicus apparet. Audi quod

Psal. 82

sequitur, & vide vtrum orare possit amicus. Imple, inquit, facies eorum ignominia & quærent nomen tuum domine. Oderat eos quorum facies ignominia implere cupiebat. Vide quemadmodum amat eos quos uult quærere nomen domini. Amat tantum, an odit tantum? An & odit & amat? Imo & odit & amat. Odit tua, amat te. Quid est, odit tua amat te? Odit quod fecisti, amat quod

Gene. 1.

fecit deus. Quæ sunt enim tua nisi peccata? Et quid es tu nisi quod fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam? Negligis quod factus es & diligis quod fecisti. Amas extra te opera tua, negligis in te opus dei. Merito is, qui ritolaberis merito & a teipso pergis, merito audis: spiritus ambulans & non re-

uertens. Audi potius vocantem & dicentem, Conuertimini ad me & conuertar ad vos. Non enim deus auertitur & conuertitur, manens corripit, incommutabilis corripit. Auersus est, quia tu te auertisti. Tu ab illo fecisti casum, non ipse ante se cit occasum. Ergo audi dicentem tibi, Couuertimini ad me & conuertar ad uos: hoc est enim conuertar ad vos, quia conuertimini ad me. Fugientis dorsa perse quitur, faciem redeuntis illuminat. Quo enim fugies a deo fugiens? Quo fugies fugiens ab illo qui nullo loco continetur & nusquam absens est? Qui conuersum liberat, punit auersum. Habes iudicem fugiens, patrem habeto rediens. Tumuerat autem superbia & ipso tumore per angustam redire non poterat. Clamat ille qui factus est via: intrate per angustam portam. Conatur ingredi, impedit tumor, & tanto magis pernicioseconatur, quãto magis impedit tumor. Tumidum autem vexat angustia, vexatus autem amplius tumebit. Amplius tumens quando intrabit? Ergo detumescat. Vnde detumescat? Accipiat humilitatis medicamentum, bibat contra tumorem poculũ amarum sed salubre, bibat poculum humilitatis. Quid se arctat? Non sinet moles, nõ magna sed tumida. Magnitudo enim soliditatem habet, tumor inflationem. Nõ sibi magnus tumidus videatur, detumescat vt magnus sit, vt certus sit, vt solidus. Non ista desideret, non de ista pompa rerum labentium, corruptibiliumq; glorietur, audiat eũ ipsum qui dixit, Intrate per angustam portam, dicentem, Ego sum via. Quasi enim quæreret tumidus qua intrabo? Ego sum via, inquit, per me intra, nõ nisi per me ambulas vt intres per ianuam. Nam sicut dixit, Ego sum via; ita etiam, Ego sum ianua. Quid quæris qua redeas, quo redeas, qua intres? Ne alicubi erres, ipse tibi omnia factus est. Breuiter ergo dicit, Humilis esto, mitis esto. Audiamus hoc apertissime dicẽ tem, vt videas qua sit via, quæ sit via, quo sit via, quo vis venire. Certe forte auaritia omnia vis possidere. Omnia mihi, inquit, tradita sunt a patre meo. Fortasse dicturus es, Christo sunt tradita, non mihi. Audi Apostolum dicentem, Audi, vt dixi iamdudum ne desperatione frangaris. Audi quomodo amatus es, turpis, fœdus, antequam esses in te, quod amari dignum esset. Amatus es prius vt dignus fieres qui amareris. Etenim Christus, sicut ait Apostolus, pro impiis mortuus est. An forte impius amari merebatur? Quare? Quid merebatur impius? Damnari, respondes. Christus tamen pro impiis mortuus est. Ecce quid tibi præstitum est impio, iam pio quid seruatur? Quid præstitum est impio? Christus pro impiis mortuus est. Deside rabas autem omnia possidere, noli per auaritiam, per pietatem hoc quære, per humilitatem hoc quære. Si enim ita quæsieris, possidebis. Tenebis enim eum per quem facta sunt omnia, & cum ipso omnia possidebis. Non hæc quasi ratiocinando dicimus, Audi Apostolum ipsum dicentem, Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Auare, ecce habes omnia. Omnia quæ amas vt non impediaris a Christo contemne, & ipsum tene in quo possis omnia possidere. Ipse ergo medicus nihil tali indigens medicamento, tamen ut exhortaretur ægrotum bibit, quod opus non erat tanquam recusantem alloquens, & trepidum erigens bibit prior. Calicem, inquit, quẽ ego bibiturus sum, qui in me non habeo quod ab illo calice sanetur: bibiturus sum tamen ne tu dedigneris bibere cui opus est ut bibas. Iam videte fratres, si amplius ægrotare debet genus humanum accepta tanta medicina? Iam humilis deus, & adhuc superbus homo. Audiat. discat Omnia mihi, inquit, tradita sunt a patre meo. Si desideras omnia, mecum habebis, si desideras patrem, per me habebis & in me habebis. Nemo cognoscit patrem nisi filius, Noli desperare. veni ad filium. Audi quod sequitur, Et cui uoluerit filius reuelare. Dicebas non possum. Per angustam me vocas. Non possum intrare per angustam. Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, Sarcina vobis tumor vester est. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me. Clamat magister angelorum clamat uerbum dei, quo rationales omnes mentes sine defectu pascuntur. Cibus reficiens & integer permanens clamat & dicit, Discite a me. Exaudiat populus dicentem, Discite a me: Respondeat, quid discimus a te? A magno enim artifice nescio quid audituri sumus, cum dicit, Discite a me. Quis est qui dicit, discite a me? Qui formauit terram, qui diui-

Pſal. 77. Zacha. 1.

Mat. 11.

Roma. 5.

Roma. 8.

Num. 20.

Mat. 11.

Ioan. 14

Ioan. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit mare & aridam, qui creauit volatilia, qui creauit animalia terrena, qui posuit in
cœlo sydera, qui distinxit diem & noctẽ, qui firmauit ipsum firmamentum, qui lucẽ
a tenebris separauit, ipse dicit, Discite a me. Nunquid forte hoc nobis dicturus est ut
ista cum illo faciamus? Qui hoc potest: solus deus facit. Noli, inquit, timere, non te
onero. Hoc a me discе quod propter te factus sum. Discite a me, inquit, non formare
creaturam quæ per me facta est, nec illa quidem dico discatis, quia quibusdam dona
ui quibus volui non omnibus, suscitare mortuos, illuminare cęcos, aperire aures
surdorum, nec ista pro magno velitis discere a me. Gauisi discipuli & exultantes re-
Luc. 10. dierunt dicentes, Ecce in nomine tuo & dæmonia nobis subiecta sunt. Ait illis Iesus,
Nolite in hoc gaudere, quia dęmonia vobis subiecta sunt, gaudete potius, quia nomi
na vestra scripta sunt in cœlo. Quibus uoluit donauit expellere dæmonia, donauit
4. Reg. 2. 4. & 5. quibus voluit mortuos suscitare. Facta sunt & hæc miracula ante incarnationem do
mini. Suscitati sunt mortui, mundati sunt leprosi. Legimus hæc. Et quis fecit tunc
nisi ille qui postea homo Christus post Dauid, sed deus Christus ante Abraham, ipse
donauit hęc omnia, ipse per homines fecit, nec tamen omnibus hæc dedit. Nunquid
quibus hęc non dedit desperare debent, dicere se non peruenire ad eum, quia hęc do
na accipere non meruerunt? In corpore membra sunt, aliud potest illud membrum,
aliud illud. Compegit corpus deus, non tribuit auri vt videat, nec oculo vt audiat,
nec fronti vt olfaciat, nec manui vt gustet: non dedit hæc, sed omnibus membris fa-
nitatem dedit, compagem dedit, vnitatem dedit, spiritu omnia pariter viuificauit &
vniuit. Sic ergo dedit cuidam mortuos suscitare, alii dedit disputare: omnibus tamen
quid dedit? Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Quoniam audiuimus dicen
Matt. 11. tem, Mitis sum & humilis corde: Fratres mei, tota medicina nostra ista est, Discite a
me quia mitis sum & humilis corde. Quid prodest si miracula facit & sit superbus,
non sit mitis & non humilis corde? Nonne in illo numero deputabitur eorum qui
Mat. 7. venturi sunt in finem & dicturi, Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine
tuo virtutes multas fecimus? Sed quid audient, non noui vos. Recedite a me omnes
qui operamini iniquitatem. Quid ergo prodest vt discamus quoniam mitis sum &
humilis corde? Charitatem inserit & germanissimam charitatem, sine confusione, si-
ne inflatione, sine elatione, sine fallacia: hoc inserit qui dicit, Discite a me, quia mitis
sum & humilis corde. Quando potest synceriſsimam habere charitatem superbus &
inflatus? Necesse est ut inuideat. An forte qui inuidet amat, & nos erramus? Abſit ut
quisq; sic erret vt inuidum dicat habere charitatem. Ergo quid dicit Apostolus, Cha
1. Cor. 13. ritas non æmulatur. Quare non æmulatur? Non inflatur: causam statim subiecit, vn-
de abstulerit æmulationem charitati. Quia non inflatur, non æmulatur. Primo qui-
dem illud dixit, Charitas non æmulatur, sed tu quasi quæreres, quare non æmula-
tur, addidit, non inflatur. Si ergo ideo æmulatur, quia inflatur: si non inflatur non
Mat. 11. æmulatur. Si charitas non inflatur & ideo non æmulatur, charitatem inserit qui ait,
Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Iam quilibet habeat quod vult, iactet
1. Cor. 13. se vnde vult. Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non ha-
beam, factus sum ut æramentum sonans aut cymbalum tinniens. Quid sublimius
munere linguarum diuersarum? Aeramentum est, cymbalum tinniens, si auferas cha
ritatem. Audi alia munera. Si sciam omnia sacramenta, quid excellentius? quid ma-
gnificentius? Audi adhuc aliud, Si habeam omnem prophetiam & omnem fidem, ita
vt montes transferam: charitatem autem non habeam, nihil sum. Accesit ad amplio
ra fratres, Quid aliud dixit, Si distribuam omnia mea pauperibus: quid potest fieri
Mat. 19. perfectius? Quandoquidem diuiti propter perfectionem hoc dominus imperauit di-
cens, Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Iam ergo
perfectus est, quia uendidit omnia sua & dedit pauperibus. Nam ideo addidit, Et ue-
ni sequere me. Vẽde omnia, inquit, da pauperibus, & ueni sequere me. Quare te se-
quor? Iam uẽditis omnibus distributis pauperibus, nonne perfectus sum? quid opus
est ut te sequar? Sequere me ut discas, quoniam mitis sum & humilis corde. Potest
quisq; uendere omnia sua & dare pauperibus nõdum mitis, non humilis corde. Ce-
te potest. Si enim omnia mea distribuero pauperibus. Et adhuc audi. Nam quid
relictis omnibus quæ habuerunt, iam secuti sunt dominum, sed nondum ad perfe-
ctum

ctum secuti. Ad perfectum.n. sequi, est imitari, Non potuerunt ferre tentamentum
passionis. Iam Petrus, fratres, erat ex his qui dimiserant omnia, & secuti erant do-
minum. Nam diuite illo cum tristitia recedente, ubi conturbati discipuli interroga-
uerunt, ꝙ quis tandem posset esse perfectus, & eos consolatus est dominus, dixerãt
domino, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te quid ergo nobis erit? Et dixit
dominus quid eis hic daret, quid in futurum reseruaret? tamen iste iam ex eorũ nu- Ibidem.
mero qui hæc fecerant. At vbi ventum est ad articulum passionis, ad vocem vnius
ancillæ ter negauit eum, cum quo se moriturum esse promiserat. Intendat ergo cha-
ritas vestra, Vade, inquit, omnia tua vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum
in cœlo, & veni sequere me. Perfectus est Petrus iam domino in cœlo sedente ad de-
xteram patris, tunc perfectus est & maturus factus. Ad passionem ergo cum seque-
retur dominum non perfectus erat. At vbi non esse cœpit in terra quem sequeretur, Mat. 26.
tunc perfectus est, immo vero semper ante te habes quem sequaris, dominus exem-
plum in terram posuit, cum Euangelium ibi reliquit, in Euangelio tecum est. Non
enim mentitus est dicens, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad con-
summationem seculi. Ergo sequere dominum. Quid est, sequere dominum? Imitare Mat. 28.
dominum. Quid est imitare dominum? Discite a me quia mitis sum & humilis cor-
de, Quia si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeã, Mat. 11.
nihil mihi prodest. Exhortator ergo charitatem uestram ad ipsam charitatem: non 1. Cor. 13.
autem exhortarer ad charitatem, nisi aliqua charitate. Quod ergo inchoatum est
exhortor vt impleatur, & quod cœptum est rogo vt perficiatur. Et pro me a vobis
rogari quæso, vt & in me perficiatur quod vos moneo. Omnes.n. imperfecti sumus,
& ibi perficiemur vbi perfecta sunt omnia. Paulus Apostolus dicit, Fratres, ego me
non arbitror apprehendisse. Ipse dicit, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus Philip. 3.
sim. Et quisque hominum se audet de perfectione iactare? Immo confiteamur im-
perfectionem, vt mereamur perfectionem.

De prædictione temporum Christianorum in diuinis scripturis: Ho. XXXV.

IN omnibus scripturis diuinis, fratres charissimi Christianorum tempora præ-
dicta sunt. Hoc ideo, quia futurum erat ut reges terræ, qui propter idola perse-
quebantur Christianos, propter Christum idola delerent, & subiugaretur omnis
potestas iugo Christi, ut impleretur quod dictum est, Vltus sum eas. Quid est.n. Psal. 117.
vltus sum eas? Vindicaui me de ipsis. Corpus Christi loquitur, vindicaui me de ini-
micis meis. Quomodo me uindicaui? Occidendo in eis errorem, suscitando fidem.
Quicquid.n. erat quod in omnibus malis & peruersis persequebatur Christianos,
deletum est. Homo.n. quando te persequitur, noli attendere illam figuram quam fe-
cit deus, aut animam illam quam spirauit deus: non te persequitur quod fecit deus,
sed mala quę fecit homo. Omnia quę fecit deus laudant deum. Audistis in benedi-
ctionibus, & auditis omni solennitate quando leguntur, quõ omnia laudant deum,
cœlestia & terrestria, angeli, homines, luminaria cœli, arbores terræ, flumina, maria,
quicquid deus creauit, siue in cœlo, siue in terra, siue in mari, laudant deum. Nun-
quid aliquando ibi audistis, quia laudat deum auaritia? Nunquid aliquando ibi au-
distis, quia laudat deum ebriositas? Nunquid audistis ibi, quia laudat deum luxu-
ria? Nunquid aliquando ibi audistis, quia laudat deum hæresis? Omnia ista quare
non laudant deum? Quia nõ sunt creata a deo. Et arbor seruauit quod creata est, ho
mo deleuit quod erectus est. Si.n. seruaret in se bonum quod in illo creauit deus, id
est, imaginem suam, semper laudaret deum, non solum lingua, sed & uita. Ergo præ
dicta sunt tempora nostra. Sed in temporibus nostris prædicta sunt futura schisma-
ta. Quomodo ergo pugnauit illa ecclesia contra diabolum, sic, & ista pugnat. Nun-
quid cessatur * pugnare aduersus diabolum? Sed dictum est de diabolo, quia leo & [alias, ces-
draco est, Leo propter impetum, draco propter insidias: leo aperte irascitur, draco oc- sat
culte insidiatur. Pugnauit ecclesia prioribus temporibus aduersus leonem, pugnat
modo aduersus draconem. Sed quomodo victus est leo, vincitur & draco. Quę for-
titudo leonis contra illum leonem de quo scriptum est, Vicit leo de tribu Iuda? Et
quæ fortitudo draconis contra mortem domini qui serpentem suspendit in ligno?
Triumphauit.n. de morte, quam diabolus propinauerat per astutias suas homini. Apoca. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

Num.21. Et cum exaltaret Moyses serpentē in eremo in ligno, populus qui mordebatur a ser-
Ioan.3 pente, attendebat serpentem & sanabatur: sic & modo quēcunq; momorderit astutia
satanæ, intueatur xp̄m in ligno pendentem. Ibi.n. mors occisa est, dñs semper viuit.
Sed vt occideret mortē uestitus est morte. Non.n. potuit mors mori nisi in vita. Non
moritur amaritudo nisi in dulcedine, non moritur frigus nisi in calore, non est mor
tua mors nisi in vita. Quis est uita? xp̄s noster. Sed vita induta erat mortem. Crucifi
xus est, occisus est, mortuus est, & resurrexit tota vita. Interfecta morte & deglutita
Roma.6. morte, iam vita surrexit, vt diceret de illo Apostolus, Scimus quia xp̄s nō moritur,
& mors ei vltra non dominabitur. Quia autem dominata est primo homini mors,
volenti dominata est, inflauit se aduersus eum satelles leonis. Tunc iudex a quo iu-
dicabatur erexit ceruicem & ait, Non mihi respondes? Rugitus sæuit leonis, tument
colla serpentis, sedantur ad responsionem agni, qui nouit occidere leonē. Audi quia
volenti dominata est mors. Cum.n. hæc ab illo audiuit, respondit, Nō haberes in me
potestatem, nisi data tibi esset de cœlo. Quis dedit hanc desuper potestatem? Deus.
Quis est deus? Pater & filius & spiritussanctus. Vt ergo esset homini potestas in deū,
ab ipso deo accepit potestatem homo vt iudicaret deum, deum occultum, hominem
manifestum. Vt ergo leonem & draconem, de quo supra dictum est, possimus cū dei
adiutorio vincere, cum grandi timore ac tremore ante oculos habeamus illud quod
1.Pet.5. ait Apostulus Petrus, Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiens aliquid deuora-
re quærens circuit. Et illud quod de dracone Apostolus nos admonet, vt cum omni
2. Cor.11. solicitudine caueamus. Aptaui vos, inquit, vni viro virginem castam exhibere xp̄o: s
sed timeo ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita & sensus vestri corrumpan-
tur a simplicitate quæ est in xp̄o Iesu. Quando ergo tibi aliqua publica tribulatio
nata fuerit, rabiem ac sæuitiam leonis intellige. Quando te male concupiscentiæ ad
uaritiam vel luxuriam callida seductione solicitant, draconis blandimenta cogno-
sce. Si ergo fidem rectam cupis fideliter custodire in aduersis fortis esto contra leo-
nis sæuitiam. Si vero virginitatem animę integram seruare desideras, quantum po-
tes obserua blandimenta draconis: Ne forte si incautus fueris quinq; sensus quin
te sunt quasi quinque virgines permittas a serpēte corrumpi. Quicquid.n. pulchre-
scit visu, quicquid dulcescit gustu, quicquid blanditur auditu, quicquid lenocinā-
tur odoratu, quicquid mollescit attactu, in his omnibus si incauti fuerimus, & im-
pentibus concupiscentijs malis, animæ virginitatem corrumpi permittimus, &
Hiere.9 pletur in nobis illud quod per Prophetam dictum est, Intrauit mors per fenestras
vestras. Per hos.n. quinque sensus quasi per quasdam ianuas, aut mors, aut vita ani-
mam nostram ingreditur. Simus ergo auxiliante dño de illis quinque virginibus sa-
pientibus, quæ sicut in Euangelio legimus, portauerunt oleum in lampadibus suis.
Mat.25. Et quantum possumus obseruemus ne inter illas stultas inueniamur, quę sibi de
sola corporis integritate plaudentes, virginitatem animæ per corruptionem quinq;
sensuum perdiderunt, quæ non portauerunt oleum secum. Quibus dictum est, Ve
emite uobis a vendentibus oleum. Oleum.n. hoc loco adulatio & laus humana, ven
dunt oleum omnes adulatores. Ergo stultæ illæ dictæ sunt, quæ forinsecus quærebāt
laudem, non intus in conscientia habebant, ideo nō portabant oleum secum: id est,
qui laudēm in aliena lingua, non in conscientia sua volebant habere. Tamen quia
responderunt illis stultis: Ne forte non sufficiat nobis & vobis: quomodo Apostolus
dixit, Sed neque ego meipsum diiudico. Si ergo conscientia nostra sub examine iu-
dicii dei trepidat, & quanuis sibi recta putet, tamen timet ne exeat iustitiæ regula de
thesauro illius, & inueniatur tortum quod videbatur rectum, quanto minus curare
debemus aliena iudicia de nobis charissimi siue mala siue bona, nec valde gaudere
debemus quando laudamur, nec contristari quando vituperamur: nec coronate no
potest laus falsa, nec damnare vituperatio falsa. Quandiu autem viuimus hic, de no
bisipsis nosipsi iudicare non possumus, non dico quid cras erimus, sed quid hodie
simus: quanto minus debemus moueri iudiciis alienis, q̄ de conscientia nostra qui
2. Cor.1 nobis perhibet testimoniū. Nā gloria nostra debet esse cōscientia nostra. Itaq; frater
paululū aduertat charitas vestra vt dicā qd volo, & si nō sicut volo, sicut dñs decle
& voluerit, Qd maxime necessariū ē quotidianis tētationib⁹ & ecclesię catholicæ

inter tentationes viuit, & inter tentationes crescit, & inter tentationes perdurat, &
in tentationes peruenit. Sed cum peruenerit succedet quies labori, recedit tentatio,
manet benedictio. Sed rogo vos fratres ne sine causa audiatis, ista tenete, ruminate,
pascimini inde, non recedat de ore vestro quod modo memoriæ commendatur. Me- Leuiti. 11.
moria hominis sic est, quomodo venter pecoris: Nostis quia in lege immunda dicta
sunt animalia quæ non ruminant, quæ autem ruminant munda sunt, & quæcunque
habent vngulam fissam, pertinent ad discernendum verum & falsum. Fissa vngula
pertinet ad discernendū quid dextrum quid sinistrum. Ruminatio.n. pertinet ad eos
qui cogitant postea quod audierint & tenuerint. Nam modo manducamus, & in me-
moriam tanquam in ventram mittitur. Sed quid facit pecus quando ruminat? Illud
quod in præsepe iactatum fuerat & in ventre repositum, reuocat ad os, & in ipsa dul-
cedine conquiescit, Hoc dixi ut commendarem uobis ne sitis immundi tanquā peco
ra. Accepit illud in ventre, postea non ruminat, & transit tota dulcedo: Et nihil vobis
prodest quod reconditum est, quia non redit ad os dulcedo. Audite illud expresse, &
aperte dictum alia sententia, quod obscure & mystice de ruminantibus animalibus
dictū alio loco aperte expositum est, vt intelligamus quid sit, Thesaurus desiderabi-
lis requiescit in ore sapientis, stultus autem glutit illud. Prouer. 2.

De eo quod in Esaia scriptū est, Ascendet sicut uirgultum, & sicut radix de terra
sitienti:

Homilia XXXVI.

DE domino & saluatore nostro fratres dilectissimi ante multa tempora prophe- Esai. 53.
tatū est, Ascendet sicut virgultū & sicut radix de terra sitienti. Quare vt radix?
Ideo quia non est illi species neq; honor. Passus est, humiliatus est, consputus est, nō
habebat speciem, homo apparebat cum deus esset. Sed quomodo radix non est pul-
cra, sed intus habet vim pulcritudinis suæ. Attendite fratres mei, videte misericordiā
dei. Attendis arborem pulchram, amœnam, foliis virentem, fructibus opulentam, lau-
das. Delectat aliquid de fructu capere, sub umbra eius sedere & requiescere ab æstu:
Laudas totam illam pulchritudinem. Si radix ostendatur tibi, nulla pulchritudo in
ea est. Noli contemnere quod abiectum est, inde processit quod miraris, ut radix
sit in terra sitienti. Attendite modo charitatem arboris, creuit ecclesia, credide-
runt gentes, victi sunt terrę principes sub nomine Christi, vt essent victores in or-
be terrarum. Positum est collum eorum sub iugo Christi persequebantur ante Chri
stianos pro idolis, persequuntur idola propter Christum. Oēs confugiunt ad auxi-
lium ecclesię, in omni pressura, in omni tribulatione sua. Creuit illud granū sinapis,
factum est maius super omnia olera. Veniunt volatilia cœli, superbi seculi, & requie- Mat.13.
scunt sub ramis eius. Vnde hæc tanta pulcritudo⁹? Nescio de qua radice surrexit, &
ista pulcritudo in magna gloria est. Quæramus radicem. Consputus est, humiliatus
est, flagellatus est, crucifixus est, vulneratus est, contemptus est. Ecce hic species non
est, sed in ecclesia gloria radicis pollet. Ergo ipsum describit sponsum, illū contēptū, Esa. 53.
inhonoratū, abiectū. Sed modo videre habetis arborē quæ surrexit de ista radice, &
impleuit orbē terrarū. Radix de terra sitienti, non est species illi neq; honor: Et vidi- Esa. 53.
mus illū & non habuit speciem neq; decorē. Nōne hic est fabri filius qui non habuit
decorem, vt diceretur, Nōne verum dicimus quia dæmoniū habes? In nomine aūt ip Ioan. 8.
sius dæmonia fugiebāt, & illi obijcitur, qa dæmoniū hēs. Sed quare hoc? Vidimus eū, Esa. 5.
& nō hēbat spēm neq; decorē. Quæ spēs illius intus erat vbi nō videbatur? In princip. Ioan. 1.
erat verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū. Quæ est spēs illius? Qui cū in
forma dei esset, nō rapinā arbitratus est esse se ęqualē deo, & vbi visus ē nō here spēm Philip. 2.
neq; decorē Etnō habuit spēm, sed vultus eius abiectus, & deformis positio eius ab oī Esa 53.
bus; hoibus, hō in plaga, in plaga hō ante plagam deus, post plagam deus homo, ho-
mo in plaga & qui sciat ferre infirmitates. Infirmitates quorum? Ipsorū a quibus pa-
tiebatur. Medicus ferebat infirmitates phreneticorum, & cum ipse crucifigeretur, Luc. 23.
orabat & dicebat, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Attendite quo-
modo amemus, sponsus quanto magis deformis nobis commendatur, tanto cha-
tior, tanto dulcior factus sponsæ, propter quod & auertit se. Auertit se ne illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligerent illi qui eum crucifigebant. Facies eius iniuriata est, nec magni æsti-
Esaiæ. 53. mata est, Hic infirmitates nr̃as portat, & pro nobis in doloribus est & nos existimaui-
mus illū in doloribus esse & in plaga, & in pœna, ipse aũt vulneratus est pp p̃ctã nr̃a
& infirmatus est pp iniquitates nr̃as. Eruditio pacis nr̃ę in eum, liuore eius sanati sũ-
mus. Oẽs vt oues errauimus, & dominus tradidit illum pro peccatis nostris. Euange-
lium est an prophetia? Quid dicunt contra ista Iudæi? Nonne mirum est audire eos
ista, habere illos ista, legere illos ista? Non inueniri de quo dici potuerunt, nisi de illo
uno qui in Euangelio prædicatur per orbem terrarum, & adhuc non esse Christia-
nos, sed sic esse illos cęcos aduersus euidentissima eloquia Prophetarum. Noli mi-
rari cęcitatem Iudęorum de Christo. Ecce transiit quod dicitur de sponso, incipit dici
& de sponsa. Et quomodo in sponso mirabaris cæcitatem Iudæorũ, sic in sponsa mi-
raberis cæcitatem Iudæorum. Iam modo miremur cæcitatem Iudæorum. Dominus
tradidit illum pro peccatis nostris, & ipse quoniam traditus est non aperuit os. Vt
ouis ad immolandum ductus est, ut agnus ante eum qui se tonderet fuit sine uoce,
sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est, &, ne contẽnas,
Psal. 109. Generationem eius quis quis enarrabit? Quam generationem? Ante Luciferum ge-
nui te. Ecce una generatio, Ante Luciferum, ante omnia quæ facta sunt, ante omnes
Ioan. 1. angelos ante omnem creaturam. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt. Sed for-
te secunda eius generatio narratur. Quis illam narrat? Fide concipitur, masculus
non accedit, uterus virginis tumet, procedit tanquam sponsus de thalamo suo: mi-
rabilis ista generatio, mirabilis ista humana quia sine patre, mirabilis illa, quia sine
matre. Vt ouis ad immolandum ductus est, & ut agnus antè eum qui se tonderet, sic
non aperuit os suum. in humilitate iudicium eius sublatum est, Generationem eius
quis enarrabit? Qm̃ tolletur de terra uita eius. Resurrectionem eius prædicat. Vide-
Luc. 24. tis quia verus dominus quasi potẽs non posset, nisi vere charitas hæc dicebat, Quę
scripta sunt in lege & prophetis & Psalmis de me, quia oportebat Christum pati &
resurgere. Audistis & resurgere. Modo audistis, qm̃ tolletur de terra uita eius: & pĉ-
cari in noĩe eius pniam & remissionẽ peccatorũ per omnes gentes, incipiens ab Hie-
rusalem. Audietis & illud ab isto Propheta, non quia debemus Prophetam præpo-
nere deo, præco præcessit, iudex secutus est. Non sua sed iudicicis uerba præco dice-
Esaię. 53. bat, & iudex consequens uerba sua in præcone firmauit. Quoniam tolletur de terra
vita eius. Ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Audiebatis modo di-
Ioan. 8. centem illis, Quid uobis feci? Si inueneritis in me peccatum, arguite me. Et illi, Cru-
cifige crucifige, ut putabant hominem, tamen innocentem. Ergo ab iniquitatibus
Esaiæ. 53. populi mei ductus est ad mortem. Dabo ergo malos pro sepultura eius. Quid est
hoc, Dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius? Malos propter sepul-
Ioan. 19. turam eius, & diuites propter mortem eius. Diues ille ab Arimathia Ioseph, cum do-
minus penderet in cruce intrauit ad Pilatum & petijt corpus eius, obsecutus est ut
sepeliret, dati sunt diuites pro morte eius. Sepeliuit pauperem in quo diuitias requi-
rebat. Ergo diuites propter mortem eius. Quod postea dixit primo factum est, quod
primo dixit postea factum est, malos pro sepultura eius. Vbi ostendimus? Intraue-
Matt. 27 runt Iudęi ad Pilatum & dixerunt ei, Domine auiuimus quia ille planus, id est, ille
impostor dixit discipulis suis, quia resurrecturus erit occisus, iube custodiatur se-
pulcrum, ne forte ueniant discipuli eius nocte & auferant eum, & fiat error maior
priore, Ait illis Pilatus, Habetis milites, ite custodite sicut uultis. Acceperunt milites
posuerunt ibi. Mali sunt isti, ipsi sunt dati propter sepulturam eius ad custodiendũ.
Sed vnde probauimus, quia mali sunt? Milites innocentes erant missi, iudex eis præ-
Mat. 28. cepit, venerunt ad sepulcrum, custodierunt. Audi quia mali sunt. Lege Euangelium.
Postea quã resurrexit dominus & uiderunt angelum, conterriti & consternati sunt.
Quando dictum est alijs, Nolite timere vos, isti timore percussi, quia fide subleuati
non sunt: Et tamen cum ista scirent, venerunt ad Iudæos, dixerunt illis ista omnia
De uerbis dñi, se. 45. Dixerunt Iudæi, Damus uobis pecuniam. Ergo mali erant: ueritatem abscondere
Matt. 28. mendacium vendiderunt. Et quo mẽdacium vendiderunt? Nõ mirum, mendacia
vendiderunt, mendaciũ cæci cæcis. Dicite, dictum est illis, quia dormientibus nob
venerunt discipuli eius & subtraxerunt illum. O vanitas vendens vanitatem, vani-
tatem

tatem audituris uanis crẽdituris. Hodieq; hoc est apud Iudęos, sic habetur ipsa fa-
ma q̃ uana, q̃ falsa, quàm inani. Testimoniũ martyrum nolunt audire ut uiuant, &
testimonium dormientium audiunt vt pereant. Si dormiebant custodes, vnde scire
potuerunt quis illum tulerit de sepulcro? Aut quid vigilabas male? O male de quo
non sine cã dixit Propheta, Dabo malos pro sepultura eius. O mali, o pessimi aut vi- Esaiæ. 53.
gilabatis & custodire debuistis, aut dormiebatis & quid sit factũ nescitis. Impletum
est. n. quod spiritussanctus per Psalmistã multum ante p̃dixerat, Cogitauerũt consi- Psal. 20
lium quod nõ potuerunt stabilire. Nos ergo frẽs charissimi pro quorum salute ista
gia & p̃dicta sunt & impleta gratias agamus diuinæ misericordię, & quantum possu-
mus totis viribus laboremus, vt beneficia dei non nobis iudiciũ pariant sed profe-
ctum, vt cũ tremendus iudicij dies & tps reddẽdæ rõnis aduenerit, quicquid nobis
dñs & saluator noster contulit iudicatus, integrũ inueniat iudicaturus. Equidẽ ille
cũ venerit redditurus est quod promisit, sed acquisiturus est quod redemit, & quod
in primo aduentu contulit, exacturus est in secundo. Quãuis multũ p̃sumere de-
beamus de misericordia dei, nõ tamẽ negligẽter debemus timere iustitiam eius. Cũ
iustitia. n. te iudicabit, qui cum misericordia te redemit. Nam q; tam longo tpe pecca
mus & parcit, non est negligentia sed patientia. Non ille potentiam perdidit, sed nos
ad pœnitentiam reseruauit. Teneamus ergo iustitiã cuius misericordiã desideram⁹.
Parcit. n. modo sed non tacet, sed si tacet nõ semper tacebit. Audiamus ergo eũ dum
non tacet in p̃cepto, si volumus ut nobis parcat cũ nõ tacuerit in iudicio. Modo. n. Mat. 16
p̃rogatur nobis misericordia, tunc a nobis exigetur iustitia, & reddet vnicuique Iacobi. 2
secundum opera sua, ac fiet illud quod Apostolus dixit, Iudicium sine misercordia
illi qui non fecit misericordiam.

De eo quod dñs dicit in Euãgelio, Qui amat aĩam suã perdet illã. Hom. XXXVII. Ioan 12

MOdo fratres charissimi cum diuina lectio legeretur, audiuimus dñm dicen
tem, Qui amat aĩam suam, perdet illam. Huic sententię quasi contrariũ vi-
detur esse quod ait Apostolus, Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Si Eph 5.
ergo nemo est qui carnem suam oderit, quantomagis nemo est qui oderit aĩam suã?
Multum quippe anima carni præponitur, qa ipsa est habitatrix, caro habitaculum.
Et anima, do minatur. caro aũt seruit. Anima superior est, caro subiecta est. Si ergo ne
mo unquam carnem suam odio habuit, quis est qui animam suam oderit? Propter
hoc non paruam quæstionem nobis intulit præsens Euangelica lectio, vbi audiui-
mus, Qui amat animam suam perdet illam. Periculosum est homini animam amare
ne perdat. Sed si propterea periculosum est ut ames animam tuam ne pereat anima
tua, ideo non debes illam amare, quia non uis illam perire, Si aũt non vis illam peri- Mat. 16
re, amas illam. Quid est hoc si amo perdo? Ergo non amem ne perdam. Sed quia ti-
meo perdere ideo non amo, vtiq; eo q; timeo. Dicit & alibi dominus, Quid prodest ho
mini, si totum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur? Ecce quia
sic est amanda anima, vt lucro totius mundi præferatur, & tamẽ obseruet qui aĩam
amat, quia si amat, perdet illam, Non vis perdere eam, noli illam amare. Sed si non vis
eam perdere, non potes eam non amare. Sunt ergo qui peruerse aiam suam amant,
& hoc vult dei sermo corrigere, nõ vt oderint animam suã, sed ut recte diligant. Ma-
le. n. diligendo perdunt eam, & fit quiddã magnum quasi prępostorum & contrariũ.
Sed ita tamen fit vt si diligas eam peruerse, perdas illam. Si oderis illam recte conser
ues illam. Est ergo quidam peruersus amor eius, & quoddam rectum odiũ eius. Sed
amor peruersus ab odio, odium rectum ab amore est. Quis est peruersus animæ a-
mor: Quando diligis animam tuam in iniquitatibus, audi quia ab odio venit amor Psal. 10
iste peruersus. Qui aũt diligit iniquitatem, odit animam suam. Odium autem rectũ Ioan. 12
vide, quia ab amore venit. Ibi dominus secutus ait, Qui autem odit animam suã in
hoc seculo, in vitam æternam, inueniet eam. Vtique quod inuenire vis in vitam
æternam, multum amas. Quod amas ad tempus quid proderit? Aut subduceris
illi, aut subducitur tibi. Cum fueris tu subtractus, perit ipse amor, cum fuerit
illud subtractum, perit quod amasti. Vbi ergo aut amator perit, aut quod ama-
tur, non est amandum. Sed quid est amandum? Quod nobiscum potest esse in ęter-
num. Sed si vis animam tuam in æternum habere saluam, oderis eam ad tempus. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

go odium rectum ab amore venit, peruersus amor ab odio venit. Quis igitur modus diligendendi animam? Putatis martyres non amare animas suas? Videtis certe modo si cuius vita præsentis seculi periclitetur, quo amici eius currunt pro ea, quo currit ad Ecclesiam, rogatur episcopus vt intermittat si quas habet actiones, currat, festinet. Quare? Pro anima. Et omnes contremiscunt, omnibus cæteris rebus intermissis festinandum esse decernunt. Omnis festinatio laudatur, ois tardatio accusatur. Quare? Pro anima. Quid est pro anima? Ne moriatur homo. Non nouerãt martyres amare animas suas, & tamen hoc est pro anima ne moriatur homo. Mors hominis iniquitas est. Si curris pro hac vita centum milia, quot milia debes currere pro vita æterna? Si festinas lucrari dies paucos & ipsos incertos. Hodie. n. homo a morte liberatus, nescit vtrum cras moriatur: tamen si sic curritur propter lucrum paucorũ dierum, quia & vsq; in senectam pauci dies sunt, quo currẽdum est pro vita æterna? Amor ergo peruersus animæ abundat, amor autem rectus valde paucorum est. Nã sicut nemo est qui non diligat animam suam, sic nemo est qui non amet carnẽ suã. Vnde fieri potest vt & verum sit quod ait Apostolus, Nemo vnquam carnem suã odio habuit, & anima non amietur? Discamus ergo fratres amare animas nostras. Omnis voluptas seculi transitoria est. Est amor utilis, est amor noxius, amor amore impeditur, amor noxius recedat, & amor vtilis succedat. Sed quia homines nolunt illinc recedere, ideo in illos non pot aliud introire: vt non capiant, pleni sunt, fundant & capiunt. Pleni n. sunt amore voluptatũ carnalium, pleni sunt amore vitæ præsentis, pleni sunt amore auri & argẽti, possessione seculi huius. Quia ergo pleni sunt, sic sunt quo vasa. Vis vt intret mel vnde acetum nondum fudisti? Funde quod habes vt capias quod non habes. Ideo prima renunciatio est huic seculo, & deinde conuersio ad deum. Qui renunciat fundit, qui conuertitur impletur, sed si non fiat corpore solo, sed & corde. Quæritur autem fratres quo crescat iste amor. Habet. n. initia sua, habet augmenta sua, habet perfectionem suam. Et debemus nosse quis cœperit, vt eum augmento cohortemur: quis nec cœperit ut eum quo incipiat moneamus: quis & cœperit & creuerit, vt eum ad perfectionem incitemus. Primo illud attendat charitas vestra, & amores omnes & dilectiones prius sunt in hominibus de se, & licet de alia re quam diligunt. Si diligis aurum, prius te diligis & sic aurum, quia si tu mortuus fueris, nullus erit qui aurum possideat. Ergo dilectio unicuique a se incipit, & non pot nisi a se incipere, & nemo monetur vt se diligat, Hoc. n. non solum inest hominibus, sed & pecoribus. Videtis. n. fratres quemadmodum non tantũ ingentes bestiæ & magna animalia, vt sunt boues aut cameli vel elephanti, sed & muscæ, sed & vermiculi minimi quo nolunt mori & diligunt se. Omnia animalia mortem fugiunt. Ergo diligant se, custodire se volunt, alia velocitate, alia latebris, alia resistendo repugnãdo. Omnia tamẽ animalia pro vita sua pugnant, mori nolunt, custodire se volunt. Amant ergo se, incipit & aliud amari. Sed quod est ipsum aliud? Quicquid amaueris, aut hoc est quod tu, aut inferius te est, aut superius te est. Si inferius te est quod amas, ad consolandum ama, ad tractandum ama, ad utendum ama, non ad diligendum. Verbi gratia, aurum amas, noli te illigare auro, quãto melior es quam aurum. Aurum enim terra est fulgens, tu autem vt illuminareris a domino, ad imaginem dei factus es. Cum sit aurum creatura dei, non tamen fecit deus aurũ ad imaginem suam, sed te. Ergo posuit sub te aurum. Amor ergo iste contemnendus est. Ad vsum assumenda sunt ista, non eis vinculo amoris quasi glutino hærendum est. Nõ facias tibi membra quæ cum cœperint præcidi, dolebis atque cruciaberis: Quid ergo? Assurge ab isto amore quo amas inferiora quàm tu es, incipe amare parta, id est, quod tu es: Sed quid multis opus est? Si volueris breuiter poteris, Quo ordine autẽ verum amorem & veram charitatem habere possimus, ipse dominus dixit nobis in Euangelio euidenter ostẽdens, sic enim ait, Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & proximum tuum sicut teipsum: Primum ergo dilige deum, deinde teipsum, post hæc dilige proximum tuum sicut teipsum: Prius tamẽ disce amare teipm, sic dilige proximũ tuũ sicut teipm. Nõ teipsum nõ nosti amare, quo proximũ poteris in veritate diligere? Putant. n. nõnulli homines legitimo ordine se amare, quando res alienas rapiunt, quãdo se inebrio

Pſal. 10.

Ioan. 12.

Genẽ. 1

Mat. 22.

Seipsum amare qd.

quando libidini seruiunt, quando per diuersas calumnias iniusta lucra conquirunt. Isti tales audiant scripturam dicentem, Qui diligit iniquitatem odit animam suam. Si ergo amando iniquitatem, teipsum non solum non diligis, sed etiam odio habes, quo aut deũ aut proximũ diligere poteris? Si ergo vis veræ charitatis ordinem custodire, fac iustitiam, dilige misericordiã, fuge luxuriam, incipe secundũ præceptũ domini non solũ amicos sed etiam inimicos diligere. Et hæc cum fideliter custodire toto corde contenderis, istis virtutibus quibusdam gradibus poteris ascendere, ut merearis deum toto animo & tota virtute diligere. Et cũ ad istam fœlicem perfectionẽ uenieris, oẽs concupiscentias istius mundi tanquã stercora computabis. Et cum propheta poteris dicere, Mihi autem adhærere deo bonum est.

Pſal. 72.

De eo quod dominus dicit in Euangelio, Diliges proximum tuum sicut teipsum: Homilia XXXVIII.

NOn solum in nouo sed etiam in veteri testamento admonemur fratres charissimi, qualiter perfectam charitatem tenere debeamus. Sic enim ipse dominus in Euangelio dixit, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Tractemus ergo aliquã tum de amore hominis in hoiem, quia sunt amores hominũ peruersi. Ipse peruerse amat alterũ qui & se pperse amat: Qui aũt recte se amat, & alterũ recte amat. Verbi gratia, Sũt amores flagitiosi detestabiles: Amores adulterorũ, amores corruptorũ, immundi amores. Malos amores detestantur omnes leges humanę, & leges diuinæ. Remone ergo istos illicitos, quæramus licitos. Incipit amor licitus a coniugio sed adhuc carnalis est. Videtis quia cõis est cũ pecoribus, & passeres illi qui personant habent coniugia, & nidos faciunt, simul oua consouent, simul pullos nutriunt. Licitus quidẽ amor iste in hoibus, sed uidetis quia carnalis est. Secũdus amor filiorũ est, sed adhuc & ipse carnalis est, Non. n. est laudandus qui amat filios, sed detestandus qui nõ amat. Pro magno. n. laudaturus sum in hoie, qd' video in tigride: Serpentes amant filios, suos, leones, & lupi amant filios suos. Noli ergo magnum putare q; amas filios tuos: Adhuc in amore hoc serpentibus compararis. Si non amaueris, a serpentibus viceris. Honestos amores iam dico illos. n. flagitiosos exclusi. Alius amor qui est propinquorum, iam iste videtur proprius hominum, si non sit consuetudinis. Nam maior est amor qui extenditur vltra propinquos, q̃ qui tenetur inter propinquos. Qui amat propinquos suos, adhuc sanguinem suum amat. Amet alios, qui non sunt propinqui, suscipiat peregrinum, iam multum dilatatus est amor iste. Tm autem crescit, ut a cõnge ad filios, a filijs ad propinquos, a propinquis ad extraneos, ab extraneis ad inimicos perueniat. Sed ut perueniat illuc, multos habet gradus. De amicitia ergo videte quid dicã. Sunt amicie xcepta amicitia, quæ nec amicitia dicenda est, quam facit mala conscientia. Sunt. n. homines qui pariter mala cõmittunt, & ideo uidentur sibi coniuncti quia conscientia mala ligati sunt. Excepta illa nepharia amicitia, est quædam amicitia adhuc carnalis per consuetudinem cohabitandi, colloquendi, simul cõuerlandi, ut contristetur homo quando deseritur ab amico cum quo solet colloqui & habere coniunctiones. Conueniunt duo homines, ambulant secum triduo, & iam nolunt a se recedere. Et ista quædam amicitiæ dulcedo est. Honesta quidẽ, sed adhuc discutiamus illam, quia gradus amoris huius quærimus, & videamus q uoaduſq; perueneramus usq; ad amicitiam talem qualem dixi. Est ergo ista amicitia consuetudinis, non rationis. Habent illam & pecora. Duo equi manducant simul desiderant se ad aliam diem, precedit vnus festinat alter, desiderans quasi amicum suum, vix regi ruã a sessore, & tandiu se impetu suo prouocat quousq; perueniat, Cumq; peruenerit ad eum qui præcessit, sedatur pondus illud, ferebatur pondere, amore vr gebatur, venit tanquam ad locum suum & conquieuit. Adhuc & ista amicitia consuetudinis est in pecoribus. Surgamus adhuc & ab ista. Est & alia superior amicitia, non consuetudinis sed rationis, qua diligimus hominẽ propter fidem & mutuam beneuolentiã in ista uita mortali. At superius quicquid iam inuenerimus diuinũ est: Incipiat homo amare deũ, & non amabit in hoie nisi deũ. Videat. n. charitas uestra primũ amicitiæ amor qualiter debeat eẽ gratuitus. Nõ. n. ppea debes hẽre amicũ uel amare ut aliqd tibi pstet. Si ppea illũ amas ut pstet tibi uel pecuniã uel aliqd cõmodũ tpale, nõ illum amas, sed illud quod præstat. Amicus gratis amandus est, ppter sese non ppter

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliud. Si hominem te hortatur amicitię regula ut gratis diligas q̄ gratis amandus est deus qui iubet vt hominem diligas? Nihil delectabilius deo. Nā in homine sunt quæ offendant, per amicitiam tamen cogis te vt etiam illa quæ offendunt in homine tole res propter amicitiam. Si ergo non debes propter quædam toleranda dissoluere hominis amicitiam, dei amicitia quibus rebus debet cogi vt dissoluatur a te? Nihil inuenis delectabilius deo. Deus non est qui te offendat si tu eum non offendas, nihil illo pulcrius, nihil illo dulcius. Sed dicturus es mihi, Non illū video, qūo sum amaturus quem non video. Et qūo dicis amare quem non vides? Modo ostendo vnde coneris videre, quod istis oculis non potes videre. Ecce amas amicum, quid in illo amas? Gratis eum amas. Sed forte amicus iste tuus, ut alia omittam, senex homo est. Fieri enim potest vt habeas amicum senem. Quid amas in sene? Incuruū corpus, album caput, rugas in fronte, contractam maxillam. Si corpus quod vides, nihil deformius præ nectute: & tamen aliquid amas, & corpus quod uides non amas, quia deforme est: vnde vides quod amas? Si enim quæram a te quare amas, respōsurus es mihi, homo est fidelis. Ergo fidem amas. Si fidem amas, quibus oculis uidetur fides, ipsis oculis vi

Apoc. 12. detur deus. Incipe ergo deum amare, & amabis & hominem propter deū. Audite magnum testimonium, diabolus certe accusator sanctorum est. Et qūia non apud talem iudicem cogit quem fallat, non potest in nos crimina falsa dicere. Nouit apud quem

Iob. 1. dicat. Quia ergo falsa contra nos non potest dicere, quærit vera quæ dicat. Ideo tentat vt habeat quod dicat. Hic ergo aduersarius noster qui nobis inuidet regnum cœlorum, qui non vult ut ibi simus vnde ipse deiectus est: Nunquid, inquit, Iob gratis g colit deum? Adhuc ad hoc prouocamur ab aduersario, vt gratis deum colamus, quando ille quærens quod obiiciat, pro magno se putauit inuenisse quia dixit, Nunquid gratis Iob colit deum? Non quia viderat cor ipsius, sed quia videbat diuitias eius. Ca uere debemus, ne ad præmium diligamus deū. Quid enim? Propter præmium dilecturus es deum? Quale præmium est quod tibi daturus est deus? Quicquid tibi aliud dederit minus est q̄ ipse. Colis non gratis, ut aliquid ab ipso accipias. Gratis cole, & ipsum accipies. Si enim seruat tibi deus quo fruaris, & si amas quę fecit, qualis est ille qui fecit? Si pulcher est mundus, qualis artifex mundi? Euelle ergo cor tuū ab amore

Psal. 72. creaturæ, ut inhæreas creatori, & dicas quod in psalmo scriptum est, Mihi autē adhærere deo bonum est. Si aūt deseris eum qui te fecit, & amas illa quæ fecit, deserto illo qui te fecit, adulter es. Sic clamat epistola Iacobi, adulteros appellans, adulteri. Et vn-

Iacob. 4. de adulteri? Quæris vnde? Nescitis, inqt, quia amicitia huius mūdi inimica est deo?

1. Retrac. cap. 18. Quicunq; ergo uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituitur. Expresserat quid dixerat adulter. Anima deserto creatore amans creaturam adultera est. Illius enim amore nihil castius, nihil delectabilius. Illo deserto hoc amplectendo, effi- 1 cieris immunda. O anima vt illius amplexibus digna sis, dimitte ista, & illi inhære gratis. Nam inde dixit Psalmus, Mihi aūt adhærere deo bonum est. Versum priorem sic dixit, Perdidisti oēs q fornicantur abs te. Et quasi onderet quæ sit fornicatio, subiecit, Mihi āt adhærere deo bonū est: nihil aliud volo, sed ipsum. Adhærere illi, hoc est bonū meū, hoc ē gratuitū bonū meū. Ideo & gra dicitur, quia gratis cōstat. Cū ergo cœperis amare gratis, securitas est, quia amicū gratis amas, & ad hoc eū amas ut tecū amet deū. Attēdite n. ipsam amicitiā, vulgari mō cœpim⁹ p quā gradus fecimus. Attēdite illā, Amat maritus vxorē, & vxor maritū. Sine dubio & ille illā, & illa illū saluū vult. Vult illū hēre incolumē, vult illū hēre fœlicē. Ad hoc amat quia ipsa vult, q̄ sibi vult, & illi hoc vult. Amat filios, quis nō vult hēre nisi filios suos? Amat amicū, quis nō nisi incolumē hēre vult, adeo ut si forte cōtingat illi aliquid, cōtremiscit, cōrrigitur, cōturbatur currit, accedit cū accesserit plāgit? Quid ergo vult? saluū hēre. Si ergo

Daniel. 3. oīs qui amat, saluū vult hēre q̄ amat, si intelligat q̄ sit vera salus incipit illā amare

2. Mar. 7 in se, & ipsam cogitur verā amare & in amico. Si oculis carneis q̄ris deū, vide tres pueros de igne liberatos. Si fide q̄ris deū, vide Machabęos in igne coronatos. Salus ergo illa amāda ē, ista vtēda. Hæc. n. ad vsum necessaria ē, nā trānsitura ē. Nō. n. uera salus frēs, qūo dnt medici, pægrotamur quodāmō. Nā ægritudo ppetua est, in ista fragili te carnis. Putatis. n. tūc hoiem ęgrotare qn̄ febricitat, & sanū eē qn̄ esurit? San⁹ est. Vis videre q̄tū malū est esurire? Dimitte illū sine medicamēto septē dieb. occidetur.

Sed quia ponis quotidie medicamentum viuit. Medicamentum autem famis cibus est, medicamentum sitis potus est, medicamentum lassitudinis somnus est, medicamentum sessionis deambulatio est, medicamentum deambulationis sessio est, medicamentum fatigationis dormitio est, medicamentum dormitionis vigilatio est. Et vide q̄ imbecille sit corpus humanum: Hoc ipsum adiutorium quod dixi qui assumit, si in eo perseuerauerit deficit. Esuriendo cibi quęrebas adiutorium. Ecce adest adiutorium cibi: Māducas, reficeris. Si plus feceris plus deficies. Adiutoriū sitis quærebas potum. Multum bibēdo suffocaris, qui sitiendo vrgebaris. Lassasti ambulando, sedere vis, Sede perpetuo vide si nō lassabis. Quidquid ergo assumpserit vt aliud pellat, in eo ipso si perseuerauerit deficit. Qualis est ergo ista salus fratres, transitura, fragilis, peritura, vana, vere quomodo dictum est, Quæ. n. est vita vestra? Vapor Iacob. 4. est ad modicum parens. Qui ergo in vita ista amat animam suam, perdet eam. Qui Ioan. 12. autem in hoc seculo odio habuerit animam suam, in vitam æternam custodit eam. Quæ est vita æterna? Vera salus. Et si amicum tuum videris quem amabas in hoc seculo vt saluus esset, quia tu talem salutem desideras quæ æterna est, ad ipsam salutē diligis amicum tuum, & totum est quicquid vis amico tuo præstare, vt illam tecum teneat salutem. Amas. n. iustitiam, uis illum esse iustum. Amas sub deo esse, vis & illum esse sub deo. Amas vitam æternam, illic eum vis tecum regnare in æternū. Inimicum tuum vides persequi te, iniquitas est quę te persequitur. In illo irasci debes misericordia, febrit in anima. Quomodo ergo amicus huius seculi secundum seculum amans animam suam, febrem vult pellere de amico suo quem similiter amat vt se propter presentem salutem, sic tu quemcunque diligis propter vitam æternam dilige. Cum inueneris iram, indignationem, odium, iniquitatem, sic coneris expellere morbum animi, quomodo amicus seculi morbum corporis. Ad hoc. n. ama vt facias quod & tu es, & erit in te perfecta charitas. Hoc si inueneris, ad hoc ama coniugem, ad hoc ama filium, ad hoc ama propinquum, vicinum, ignotum, inimicum, & erit in te perfecta charitas. Quæ si fuerit, uincis mundum & pellitur foras princeps mundi. Audistis. n. quod ait dominus, Princeps huius mundi missus est foras. Quia ipse pas- Ioan. 12. surus erat, & per passionem suam facturus in hominibus dilectionem. Maiorem hac Ioan. 15. dilectionem nemo habet, q̄ ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Vt ergo amaretur prior amauit, vt in nomine eius nemo mori timeret, prior pro omnibus mortuus est. Ad hoc ergo vt ædificaret in cordibus hominum charitatem, misit diabolū foras. Quo foras? De cordibus hominum. Cupiditas intromittit illum, charitas eum foras mittit. Nos vero fratres suprascriptos charitatis gradus cum grandi diligentia cogitantes, non reddamus domino pro bonis mala. Et quia ille veniens alligauit fortem. i. diabolum, & nos omnes qui vasa eius fuimus de potestate illius abstulit, per gratiam ipsius euacuati omnibus malis, studeamus repleri abundantibus bonis, timentes illud quod ipse dominus dixit, Cum immundus spiritus exierit ab homine Matt. 12 & Luc. 11. ambulat per loca arida, quęrens requiē & non inueniet. Post hæc reuersus inueniens domum vnde exiuit vacuam, adduxit secum septem spiritus nequiores se, & facta sunt hominis illius posteriora peiora prioribus. Ne ergo & nos tale aliquid patiamur, quantum possumus elaboremus, in locis vitiorum virtutes inducere, vt possimus ad dei misericordiam peruenire.

Diabolus qūo mittatur foras: Matt. 12.

De eo quod Propheta dicit in Psalmo, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum dominus: Homelia XXXIX. Psal. 40.

FOelix operarius cultor eleemosynarum, eo q̄ære suo comparauerit cœlum, & dans panem esurientibus, delictorum suorum presit incendium. Cui Propheta tale exhibet testimonium, & patronum habet spiritum sanctum. In tali cā operatius fœlix viuit, & securus iam moritur, cum quo ambulat patrimonium in immortale horreum, in quo debitorem fecit dominum, dum pascit alterum dando. Si accepit in se modicum panis in pera, comparauit in se vitam cœlestem, se faciens hæredem in die iudicij. Nullam poterit incurrere perniciem, qui comparauerit eleemosynis pietatem. Cui propheta tale exhibet testimonium, Salua eum & viuifica eum domine. O duplex prophetæ beneficium. Saluat pariter & commendat pariter ut salue tur, quia & ipse saluauit vt viuificaretur, & ipse vitā poscenti donauit in terra. Bea-

Psal. 40. tus est iste dum usque sic currit in cœlum. Sed ne aliquando uacet in ullo uitæ bene-
ficiũ, festinet ad p̃mium, magnũ dimittat in seculo testimoniũ. Qua de re dicit, Ecce
Esaię. 58. tus qui intelligit sup egenũ & pauperẽ, in die mala liberabit eũ dñs. Et iterũ Esaias
dicit & sic testatur, Solue, inquit, oẽm nodum iniustitiæ, Solue suffocationes impo-
tentium cõmerciorum, dimitte quassatos in requiem, & oẽm consummatione iniu-
stam dissipa. Frange esurienti panẽ tuum, & egenũ sine tecto induc in domũ tuam.
Si videris nudũ uesti, & domesticos seminis tui ne despicias, Tunc erũpet tempora-
neũ lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur, & pibit ante te iustitia, & claritas dei cir-
cundabit te. Tũc exclamabis, & dñs exaudiet te, dũ adhuc loqueris, dicit, Ecce assum.
Misericordia perfecta quæ. Perfecta est ergo misericordia fratres charissimi, ut ante occurrat esurienti cib⁹ quã
roget mendicus. Non n. est pfecta misericordia q̃ precibus extorq̃tur. Sed si tacet me-
dicus, loquitur pallor in facie, pene lassus, fessus est cœlisq̃ suspectus. Festina pietas
succurrere ne audias roganté, ne quod debetur dño uendices tibi. Imitare deũ tuũ
Matt. 5 qui solem suũ oriri facit sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et ecce
veniet tibi pluuia anteq̃ roges, descendet ubertas nocte dũ stertis, dum adhuc in lec-
to es ex p̃cepto vigilat dies, excubant elementa, fructus te nesciente effunduntur.
Iactat cœlũ & parturit terra, tot cellaria messium dũ nescimus sic accipimus & tãtas
Mat. 15. opes comedimus antequã rogemus. Et tu hõ modicus est ipse panis & pcibus vẽdis?
Non rogauerunt quatuor milia Iesum in deserto septẽ panes & paucos pisces ut imẽ-
nita agmina pranderent, quo prandio vicissent saltẽ usura mensurã. Qui cũ erogasset,
Colligite, inquit, fragmenta ne quid depereat, quia sanctũ fuerat totũ quod ipse con-
fecerat. Redigantur septẽ sportã buccellarũ, saturata sunt tanta milia & nihil mino-
ratũ est. Et creuit eis cibus dũ impenditur uictus, sic & eleemosyna si indigentibus
Eccle. 3. erogetur. Magnũ opus est eleemosyna, fratres charissimi, ut faciat homo quod fecit
p quem & nobis liceat erogare. Sed si ubiq; fuisset abundans, perierat misericordia,
dedit nobis de secundũ baptismũ. Quis n. sine pctõ? Nã sicut aqua extinguit ignẽ,
sic & eleemosyna extinguit pctm. In horreis nostris habeamus abundantiã q̃ flãmas
nostras oblatione unius panis extinguat, & ante fores gehennæ stat misericordia,
neminem pmittit in carcerem mitti. Et quicunq; misertus fuerit miserebitur ei, & si
quis non fuerit misertus nõ miserebitur ei. Da panẽ cũ potes, quia nemo esuriet in
inferno, nec habebis post mortem frumentũ, nec inuenies illic aliquando mendicũ,
quia non erit tempus miserendi. Bonorum n. malorumq̃ discretio & in suis actibus
Mat. 25. permanebit, ipso xp̃o domino nostro rege ac iudice secernente agnos ab hœdis, dex-
teram ac sinistram sequestrans, qui esurisse & sitisse se dicit, & cætera in suis mini-
stris perpessum fuisse se asserit. Date ergo omnibus dilectissimi fratres, date p̃cipue
ad domesticos fidei, date omnibus, ne cui non dederitis ipse sit Christus, cui ve de-
deritis ipse est Christus.

De fraterna concordia & offensionis relaxatione, Homelia XL.

Dles isti sancti quos agimus in obseruatione quadragesimæ, commonent nos de
fraterna concordia loqui vobis, vt quicunque habet aduersus alium querelã,
finiat ne siniatur. Nolite ista contemnere fratres mei. Cũ n. vita ista mortalis & fra-
gilis, q̃ inter tot terrenas tentationes periclitatur, & orat ne submergatur, non potest
Mat. 6. esse in quouis iusto sine qualibuscunq; peccatis, vnum est remedium per quod viue
re possumus, quia docuit nos magister deus dicere in oratione, Dimitte nobis debi-
ta nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Pactum & placitũ cum deo fe-
cimus, & conditionem soluendi debiti in cautione subscripsimus, Dimitte nobis ple-
na fiducia petimus, si & nos dimittimus. Si aũt non dimittimus, dimitti nobis pecca-
ta non putemus, ne nosipsos fallamus Homo se non fallat, deus non fallit. Humanũ
Aliud ira & aliud est odium. est irasci, & vtinam ne hoc possemus. Humanũ est irasci, sed non debet iracundia no-
Mat. 7. stra natos surculos diuersis suspicionibus irrigare, & ad trabẽ odii peruenire. Aliud
est n. ira. aliud odium. Sæpe etiam pater irascitur filio, sed non odit filium, irascitur
vt corrigat. Si propterea irascitur vt corrigat, amando irascitur, Propterea dictũ est
Festucam in oculis fratris tui videſ, trabẽ aũt in oculo tuo non vides: Culpas in
iram, & tenes odium in teipso. In cõparatione odii, ira festuca est, Sed festucã si nõ

trias, trabes erit. Si evellas & proijcias, nihil erit Si aduertistis, beati Ioan. epistola cũ
legeretur, debuit nos terrere sñia. Ait n. Tenebræ transierunt, lux vero iã lucet. De-
inde secutus adiunxit, Qui dicit se in lumine esse & fratrẽ suũ odit, in tenebris est 1. Ioan. 2.
usque adhuc. Sed forte tales tenebras putet esse homo, quales patiuntur in carcerib⁹
inclusi. Vtinã tales essent, tñ in talibus nemo vult esse. In his aũt carcerum tenebris
possunt includi & innocentes. In talibus n. tenebris, inclusi sunt martyres. Tenebræ
circũquaque fundebãtur, & lux fulgebat in cordibus eorũ. In illis tenebris oculis
non videbant, sed amore fraternitatis deũ videbãt. Vultis scire quales sunt istę tene
bræ, de quibus dictũ est, Qui odit fratrẽ suũ in tenebris est: & alio loco dicit, Qui o- 1. Ioan. 2.
dit fratrẽ suũ homicida est. Qui odit fratrẽ ambulat, exit, intrat, procedit, nullis ca- 1. Ioan. 3
tenis onerat⁹, nullo carcere inclusus, reatu tamẽ ligatus est. Noli illũ putare sine car De uerbis
cere esse. Carcer ei⁹ cor ei⁹ est, Cũ audis, Qui odit frẽm suũ in tenebris est vsq; adhuc: domini,
ne forte contemnas tales tenebras, adiũgit dicẽs, Qui odit fratrẽ suũ, homicida est. ser. 16
Odis fratrẽ & securus ambulas, & cõcordare nõ vis, nõ agnoscis quare spatium tibi
dederit deus. Ecce iã homicida es, & adhuc viuis. Si dñm iratũ haberes, cum odio fra-
tris subito rapereris. Parcit tibi deus, parce tu tibi, concorda cum fratre tuo, aut forte
tu vis & ille nõ vult. Dic securus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim⁹ Mat. 6.
debitoribus nostris. Forte peccasti in illũ, vis cum illo cõcordare, vis ei dicere, Frater
ignosce mihi quod peccaui in te, ille nõ vult ignoscere, nõ vult dimittere, ipse obser
ner quando habet orare, quãdo venturus est qui tibi noluit dimittere qd in eũ forte
peccasti, quãdo vẽturus est ad oronẽ quid facturus est? Dicit, Pater noster qui es in
cœlis. Dicat, accedat, Sanctificetur nomẽ tuũ. Adhuc dic, Adueniat regnũ tuũ. Seque Mat. 6
re, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Adhuc ambula, Panẽ nostrũ quotidia-
nũ da nobis hodie. Dixisti, qd sequitur vide, ne forte velis iã trãscendere & aliud da
re. Non est quo trãfire possis, ibi teneberis. Dic ergo & uerũ dic: aut si nullũ pctm ha
bes unde dicas, Dimitte nobis debita nostra, noli dicere. Et vbi est illud qd Apostol⁹
dixit, Si dixerimus quia pctm non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis 1. Ioan. 1
nõ est? Si aũt mordet cõscientia fragilitatis, & in hoc seculo ubiq; abũdant iniquita
tes: dic ergo, Dimitte nobis debita nostra. Sed quod sequitur vide, Noluisti. n. dimit-
tere pctm fratri tuo, & dicturus es, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. An
nõ es dicturus? Si nõ es dicturus, nihil es accepturus, si falsum es dicturus. Ergo dic
& uerũ dic, Quõ dicturus es uerũ, quia fratri tuo noluisti laxare peccatũ? Illũ admo
nui. modo consulo. O quisquis es si tamẽ es, qui dixisti fratri tuo, Dimitte mihi qd
in te peccaui: si dixisti ex toto corde tuo, si uera humilitate nõ ficta charitate, quõ
deus uidet in corde, unde dixisti, sed ille noluit tibi dimittere, noli esse solicitus: Ser-
ut estis ambo, habetis dominũ, conseruo tuo debes, Noluit tibi dimittere, interpella
dominũ amborũ. Quod tibi dimiserit dominus, si pot exigat seruus. Dico aliud, Ad-
monui ergo eũ qui noluit dimittere fratri suo, cũ pecat ille dimitti, ut sibi faciat qd
nolebat, nequando orat nõ accipiat quod desiderat, Admonui & illũ qui petiuit ue-
niam peccati sui a fratre suo & nõ accepit, ut in eo quod nõ impetrauit a fratre suo,
securus sit de domino suo. Est & illud quod moneã, Peccauit in te frater tuus, & no-
luit tibi dicere, Dimitte mihi quod peccaui in te. Si abundant uerba ista, utinã deus
eradicet illa de agro suo, hoc est de cordibus uestris. Quam multi n. qui sciunt se pec
casse in fratribus suis, & nolunt dicere, Dimitta mihi Nõ erubuerunt peccare, & eru
bescunt rogare. Non erubescunt de iniquitate, & erubescunt de humilitate. Ipsos er-
go in primis admoneo quicunque habetis discordiam cum fratribus uestris, & reuo
catis ad uos & consideratis uos, & iustum iudicium fertis in uobis, intus in cordib⁹
uestris, & inuenietis uos non debuisse facere quod fecistis, non debuistis dicere qd
dixistis. Petite ueniam fratres a fratribus uestris, facite fratribus quod ait Apostol⁹,
Donantes uobismetipsis sicut & deus in xp̃o donauit uobis: facite, nolite erubescere ue Eph. 4.
niam petere. Proinde omnibus dico uiris & fœminis, minoribus & maioribus, laicis
& clericis: Dico & mihi ipsi. Omnes audiamus, oẽs timeamus, si peccauimus in fra-
tres nostros. Si adhuc inducias uiuendi accepimus, non ideo morimur. Adhuc n. ui-
uimus, nondum damnati sumus. Dũ viuimus faciamus qd iubet pater qui erit de⁹
iudex oium, ut petamus ueniã a fratrib⁹ quos forte peccãdo in eos aliqd offendim⁹,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquid lęsimus. Sunt personæ humiles per ordinem seculi huius, a quibus si petamus veniam extolluntur in superbiam; hoc est quod dico, aliquādo dominus peccat in seruum suum, quia si ille dominus est, ille seruus, ambo tamen alieni serui sunt, quia ambo Christi sanguine redempti sunt. Tamen durum videtur vt etiam iubeā, hoc præcipiam, vt si forte dominus homo peccat in seruum suum iniuste litigando, iniuste cædendo, dicat ille, Ignosce mihi, da mihi veniam. Non quia non debet facere, sed ne ille incipiat superbire, si pœniteat eum. Quid ergo? Ante oculos dei pœniteat eum, ante oculos dei puniat cor suum: & si non potest dicere seruo suo, quia nō oportet, da mihi veniam, blande illum alloquatur. Blanda enim appellatio, veniæ est postulatio. Restat vt eos alloquar in quos alij peccauerunt, & illi qui in eos peccauerūt, veniam petere noluerunt. Illos enim iam sum allocutus, qui petentibus veniam fratribus dare noluerunt. Nunc ergo alloquor vos omnes, ne discordię vestrę remaneāt, quoniam dies sancti sunt. Credo quia cogitastis aliquid in cordibus vestris, qui scitis vos cum fratribus vestris aliquas habere discordias, & inuenistis & non ipsi vos in eos peccaueritis, sed ipsi in vos. Et si non modo mihi loquimini, quia meum est loqui in hoc loco, vestrum autem tacere & audire, tamen forte cogitando loquimini, & dicitis vobis, Volo concordare: Sed ille me læsit, ille in me peccauit, & non vult veniam postulare. Quid ergo dicturus sum? Vade ad illum & tu pete veniam: Absit. Nolo me tiaris. Nolo dicas, Da mihi veniam, qui te nosti non peccasse in fratrem tuum. Quid enim prodest tibi cum tu fueris tuus accusator? Quid experis tibi ignosci, ab eo quē non læsisti, aut in quo non peccasti? Nihil tibi prodest, nolo facias, nosti bene, discussi sti, scisti, quia in te peccauit, non tu in illum. Scito, inquam, in tua sciētia, scit tua scię tia, noli venire ad fratrem tuum qui in te peccauit, & vltro ab illo petere veniam. Debent inter vos esse alij pacifici qui illum obiurgent, vt a te prius veniam petat, tu tūm paratus esto ignoscere, prior paratus esto ex toto corde dimittere. Si paratus es dimittere, iam dimisisti, habes adhuc quod ores. Ora pro illo ut petat a te veniā, quia scis ei nocere si non petat. Ora pro illo vt petat, dic domino in oratione tua, Domine scis me nō peccasse in illum fratrem meū, sed illum potius peccasse in me, & obesse illi quod peccauit in me, si veniam non petat a me, Ego bono animo peto vt ignoscas ei. Ecce dixi vobis, q̄ maxime per istos dies ieiuniorum vestrorum, observationum quoque vestrarum continentiæ vestræ mecum agere debeatis, vt cum fratribus vestris concordetis. Gaudeam & ego de pace vestra qui contristor litibus vestris: vt omnes donantes vobis̄metipsis, si quis habet aduersus aliquem quærelam securi agamus pascha, securi celebremus eius passionē qui nihil cuique debebat, & pretiū q̄ pro debentibus soluit dominus Iesus Christus, dico qui in neminē peccauit, & propē in illū omnis mūdus peccauit, nec exigit supplicia, sed promisit p̄mia. Habetis ipsum testē in cordibus vestris, quia si in aliquē peccauimus, vero corde veniā postulemus, & si aliquis in nos peccauit, veniā dare parati simus, & pro inimicis nostris, oremus, no expectemus vindicari fratres. Quid est vindicari, nisi malo alieno pasci? Scito quotidie venire hoiem, genua figere, fronte terrā concutere, aliq̄n vultū suū lachrymis rigare, & in ista tanta humilitate ac perturbatione, dicit, Dne vindica me, occide inimicū meū. Planē ora vt occidat inimicū tuū, & saluet fratrē tuum. Occidat inimicitias, saluet naturam. Sic ora vt vindicet te deus, pereat, qui te persequebatur, sed maneat qui tibi reddatur.

De vere pœnitentibus: Homilia XLI.

De pœni. di. 3. c. pœnitētes. 4. sen. di. 15. cap. Satis.

POenitentes, pœnitentes, pœnitentes, si tñ estis pœnitentes & non estis irridentes, mutate vitā, reconciliamini deo & vos cum catēna pascetis. Quæ ligaueris in terra, erunt ligata & in cœlo Audis ligaturā, & deo putas facere iniuriā? Pniam agis, genua figis & rides & subsannas patiētiā dei. Si pœnitens es pœnitet te, si non pœnitet, pœnitens non es. Si ergo pœnitet, cur facis quod male fecisti? Si fecisse pœnitet, noli facere. Si adhuc facis, certe nō es pœnitens. Equidē charissimi ægrotant hoies, mittunt ad ecclesiā, vel portantur ad ecclesiā & baptizantur & renouantur, & fœlices hinc erunt Sed non ipsa est causa pniæ. Qui nondū accepit baptismū, nondū violauit sacramētū: Qui aūt violauit sacramentū male & perdite viuēdo, & ideo remotus est ab altari, ne iudiciū sibi mandacet & bibat, mutet, vitam, corrigat

1. Cor. 15.

se & reconcilietur. Cum viuit, dū sanus est, expectet etiā tunc reconciliari qn̄ incipit mori: Experti sumus multos expirasse, expectantes reconciliari. Deinde etiā dico in conspectu dei timori vestro, timorem meū. Qui aūt non timet, timentē me cotēnet, sed malo suo. Audi ergo, Certus sum quia hō baptizatus si vitā non audeo dicere sine peccato, quis. n. sine peccato, sed vitā sine crimine duxerit, & alia, peccata habuerit quæ quotidie dimittuntur in oratione dicenti, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: quando diē finierit, vitā non finit, sed transit de vita in vitā, de laborioſa ad quietā, de misera a d beatā: siue ista voluntate sua currat ad baptismū, siue in piculo constitutus baptizetur & exeat de hac vita, ad deū vadit, ad requiem vadit. Baptizatus aūt defertor & violator tanti mysterii, si agat pniam ex toto coade, si agat pniam vbi deus videt qui uidit cor Dauid, quādo increpatus est a propheta, & grauiter increpatus post cōminationes dei terribiles exclamauit, dicēs, Peccaui: & mox audiuit, Dns abstulit peccatū tuū, tm̄ valent tres syllabæ. Tres syllabæ sunt, peccaui, sed in his tribus syllabis, flāma sacrificii coram domino ascendit in cœlū. Ergo qui egerit veraciter pniam, & solutus fuerit a ligamento quo erat obstrictus, & a Christi corpore separatus, & bene post pniam vixerit, sicut ante pniam uiuere debuit, post reconciliationē q̄cūq; defunctus fuerit, ad deū vadit, ad requiem vadit, regno dei non priuabitur, a populo diaboli separabitur. Si quis aūt positus in ultima necessitate ægritudinis suæ, voluerit accipere pniam & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc uadit, fateor uobis non illi negamus quod petit, sed nō p̄sumimus quia bene hinc exit. Non p̄sumo, non vos fallo, non p̄sumo: Fidelis bene uiuens, securus hinc exit. Baptizatus ad horā, securus hinc exit. Agens pniam & reconciliatus cū fanus est, & postea bene uiuens, securus hinc exit. Agens pniam ad vltimū & reconciliatus, si securus hinc exit ego non sum securus. Vnde securus sum dico, & do securitatē: vnde non sum securus, pniam dare possum, securitatē dare nō possum. Sed dicat aliquis, bone sacerdos, tu nescire & nullā securitatē nobis dare posse dicis, si ille saluatur & xp̄m adire meretur cui morienti pnia datur, qui dū vixit dū sanus fuit impœnitens fuit: Instrue ergo nos rogo quō bene uiuere post pniam debeamus. Dico abstinete uos ab ebrietate, a cōcupiscentia, a furto, & maliloquio, ab imoderato risu, a uerbo otioso vnde reddituri sunt hoies rōnē in die iudicii. Ecce quā leuia dixi. Oia tamen grauia & pestifera. Et aliud dico, Non solū post pniam ab istis vitiis se hō seruare debet, sed & ante pniam dū sanus est: quia si ad vltimū uitæ steterit, nescit si ipsam pniam accipere ac deo & sacerdoti pctā sua confiteri poterit. Ecce quare dixi qa & ante pniam bene viuendū est, & post pniam melius. Quod dico attendite, Debeo illud planius exponere, n eme aliquis male intellexisse intelligat. Nunquid dico dānabitur? Non dico. Sed dico ēt liberabitur? Non Et quid dicis mihi? Nescio: Non p̄sumo, nō p̄mitto, nescio. Vis te de dubio liberare, uis quod incertū est euadere: Age pniam dū sanus es. Si. n. agis verā pniam dū sanus es, & inuenerit te nouissimus dies: curre ut reconcilieris, si sic agis securus es. Quare securus es? Quia egisti pniam eo tpe quo & peccare potuisti, Si aūt uis agere pniam ipsam tunc quando peccare non potes, pcā te dimiserunt, non tu illa. Sed vnde scis, inquis, ne forte deus dimittat mihi? Verū dicis. Vnde? Nescio. Illud scio, hoc nescio. Nā ideo tibi do pniam, quia nescio. Nā si scirē tibi nihil prodesse, non tibi darē. Itē si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

Post pœnitētiā quo uiuendū.

De cōmendatione orationis dominicæ & eius expositione. Homilia XLII.

SYmbolum reddidistis, quo breuiter cōprehensa continetur fides. Iā vt antea dixi vobis quod ait apostolus Paulus, Quō inuocabūt, in quē nō crediderūt? Quia ergo quō credatur in deū & accepistis & renuistis & credidistis, accipite hodie quō inuocatur deus. Ipse filius sicut audistis, cū Euangeliū legeretur, docuit discipulos suos & fideles hāc orationem. Spem habemus obtinendæ causę nostræ, quādo talis iuri sperātus nobis p̄ces dictauit, sicut confessi estis, qui sedet ad dexterā patris ipse est aduoca tus noster, qui venturus est iudex noster. Inde n. venturus est iudicare viuos & mortuos. Tenete ergo & hanc orationē quā reddituri estis ad octo dies. Quicūq; aūt vestrū non bene symbolū reddiderunt, habent spatiū, teneant, quia die sabbati audiē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus omnibus qui aderunt reddituri estis die sabbati nouissimo, quo die baptizandi estis. Ad octo aũt dies ab hodierno die reddituri estis hanc orationem quã hodie accepistis. Cuius caput est, Pater noster qui es in cœlis. Inuenimus patrem in cœlis, attendamus quemadmodũ viuamus in terris. Sic. n. debet viuere qui inuenit talem patrem, vt dignus sit venire ad eius hæreditatem. Dicimus aũt cõiter, Pater noster. Quanta dignatio, hoc dicit Imperator, hoc dicit mendicus: hoc dicit seruus, hoc dicit dominus eius. Simul dicunt, Pater noster qui es in cœlis. Intelligunt ergo se esse fratres, quando vnũ habent patrem. Sed non dedignetur fratrem habere seruum suũ dominus eius, quem fratrem voluit habere dominus xps, Sãctificetur nomen tuum, dicimus, Adueniat regnũ tuũ. Sanctificatio noĩs dei est, qua efficimur nos sancti. Nã nomen eius semper est sanctũ. Optamus etiã venire regnũ eius, veniet, & si nolumus. Sed optare & orare vt veniat regnũ eius, nihil est aliud q̃ optare ab illo, vt dignos nos faciat regno suo, ne forte qd̃ ablit veniat, & non nobis veniat. Multis. n. non est venturũ, qd̃ tamen venturũ est. Eis. n. uenturũ est, quibus dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ qd̃ uobis paratũ est ab origine mundi. Illis non veniet quibus dicitur, Discedite a me maledicti in ignem æternũ. Cũ uero dicimus, Adueniat regnũ tuũ, oramus vt nobis veniat. Quid est vt nobis veniat? Vt bonos nos inueniat. Hoc ergo oramus vt bonos nos faciat. Tunc. n, nobis veniet regnũ eius. Addimus, Fiat volũtas tua, sicut in cœlo & in terra. Seruiũt tibi angeli in cœlo, nos seruiamus tibi in terra. Non te offendũt angeli in cœlo, non te offendamus in terra. Quo illi faciunt uolũtatem tuã, sic faciamus & nos. Et hic qd oremus, nisi ut boni simus? Qñ. n. facimus volũtatem dei, nã ipse sine dubio facit suã, tũc eius volũtas est in nobis. Et aliter bene intelligimus, Fiat volũtas tua sicut in cœlo, ita & in terra. Accipimus præceptum dei, & placeat nobis, placeat menti nostræ. Condelect or enim legi dei secundum interiorem hominem: tunc fit voluntas eius in cœlo. Cœlo enim comparatur spiritus noster, terræ autem caro nostra. Quid est ergo, Fiat voluntas tua sicut in cœlo ita & in terra? Vt quo menti nostrę placet tua iussio, sic ei consentiat caro nostra, & tollatur rixa illa de medio quę describitur ab Apostolo, Caro. n concupiscit aduersus spiritũ, spiritus aũt aduersus carnem. Quando contra carnem concupiscit spiritus, iam facta est voluntas eius in cœlo. Quando contra spiritum non concupiscit caro, iam facta est voluntas eius in terra, Erit hęc plena concordia quando ipse voluerit, sit modo pugna vt possit esse victoria, Etiam sic bene intelligi potest. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra: vt cœlum ponamus ecclesiam, quia portat deum, terram autem infideles quibus dictum est, Terra es, & in terram ibis. Quando ergo oramus pro inimicis nostris, inimicis ecclesiæ, inimicis nomini xp̃iano, hoc oramus vt fiat uoluntas eius sicut in cœlo, ita & in terra. i. sicut in tuis fidelibus, sic & in tuis blasphematoribus, vt omnes cœlũ fiant. Sequitur, Panem nostrum quotidianũ da nobis hodie. Potest simpliciter accipi orationem istam fundere nos pro victu quotidiano ut abundet nobis, & si non abundet nobis, non desit nobis. Quotidianũ autem dixit, quãdiu hodie vocatur, quotidie uiuimus, quotidie surgimus, quotidie saturamur, quotidie esurimus. Det nobis quotidianum panem. quare non dixit & regumentum? Victus enim noster in cibo est & in potu, tegumentum in vestitu & tecto. Nihil homo plus desideret. Quandoquidem dicit Apostolus, Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre quid possumus, Victum & regumentum habentes, his contenti simus. Pereat auaritia & diues est natura. Ergo si ad quotidianum victum pertinet, quia & hoc bene intelligitur, quod dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non miremur si nominato pane cætera necessaria intelligãtur. Quomodo? Quando Ioseph inuitauit fratres suos, Homines, inquit, illi hodie mecum manducabunt panem. Quare panem solum manducaturi erant? Sed a solo pane intellecta sunt cætera. Sic quando rogamus panem quotidianum, quicquid nobis propter carnem nostram in terris necessarium est postulamus. Sed quid ait Dominus Iesus? Quærite primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omia apponentur uobis: intelligitur hoc etiam valde bene, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Eucharistiam tuam, quotidianum cibum. Norunt enim fideles quid accipiant, & bonum est eis accipere panem quotidianum huic tẽpori necessarium. Pro se rogant vt bona faciant, vt in bonitate & fide & bona vita perseuerent. Hoc optant, hoc orant: quia qui non perseuerant in bona vita, separabunt ab illo pane. Ergo panem nostrum quotidianum da nobis hodie, quid est? Sic viuamus vt ab altari tuo non separemur: & verbũ dei quod quotidie nobis aperitur, & quodammodo frangitur, panis quotidianus est. Et quo illum panẽ ventres, sic istum esuriunt mentes. Et hunc ergo petimus simpliciter, & quicquid animæ nostrę & carni nostrę in hac vita necessarium est, quotidiano pane concluditur. Dimitte nobis, dicimus, debita nostra, & dicamus quia verum dicimus. Quis enim hic viuit in carne, & non habet debita? Quis est homo sic viuens vt ei non sit ista oratio necessaria? Inflare se potest, iustificare non potest. Bonum est illi vt imitetur publicanum, nec tumescat sicut Pharisęus qui ascendit in templum & iactauit merita sua, texit vulnera sua. Ille autem sciuit quare ascenderit qui dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori. Considerate fratres mei, hoc dominus Iesus Christus orare docuit discipulos suos, illos magnos primos Apostolos suos, arietes nostros. Si ergo pro peccatis suis dimittendis arietes orant, agni quid debent facere de quibus dictũ est. Afferte dño filios arietum? Hoc ergo scitis vos in symbolo reddidisse, quia inter cætera nomina audistis remissionem pctorum. Remissio peccatorũ vna est quę semel datur in sancto baptismate, alia quę quãdiu viuimus hic datur in domini oratione. Propter quod dicimus, Dimitte nobis debita nostra, Et induxit nobiscum deus pactum & placitum, firmumq̃ chirographũ vt dicamus, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Qui vult dicere efficaciter, Dimitte nobis debita nostra, oportet q̃ dicat veraciter, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si hoc qd̃ est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit: illud qd̃ prius est, inaniter dixit. Maxime vobis dicimus. Dimitte oĩa de cordibus vestris, q ad sctũm baptismũ accessistis. Et vos fideles qui p hãc occasionẽ auditis hanc oõnem & nostrã expositionẽ, dimitte totum quicquid aduersus aliquem habetis in cordibus vestris, ibi dimittite vbi deus videt. Aliquando enim homo dimittit ore, & tenet in corde: dimittit ore propter homines, & tenet in corde. Nõ times oculos dei? Prorsus dimittite, quod vsq; ad istos dies tenuistis, saltem his diebus dimittite. Nou debuit occidere sol super iracundiam vestram, & multi soles occiderunt: transeat aliquando iracundia vestra, dies magnus sõlis celebramus. Illius solis de quo dicit scriptura, Orietur vobis sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, Quid est in pennis eius? In protectione eius. Vnde in Psalmo dicitur. Sub vmbra alarum tuarum protege me. Aliud aũt, quia in die iudicij futuri sunt sero pœnitentes, & infructuose dolentes, prędicti a sapientia. Quid tunc dicturi sunt pntiam agẽtes, & prę angustia spũs gementes? Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid intulit nobis? Transierunt ilra oĩa tanq̃ vmbra. Ergo errauimus a via veritatis, & iustitiæ lumen non illuxit nobis, & ille sol non est ortus nobis. Ille sol iustis oritur, istum autem solem visibilem facit deus quotidie oriri super bonos & malos, Ad illum autem solem videndum iusti pertinent, modo in cordibus nostris habitat iste sol per fidem. Si ergo irasceris ne occidat sol iste in corde tuo super iracundiam tuam, ne forte irascaris & occidat tibi sol iustitiæ, & in tenebris remaneas. Ne putetis aũt quia nihil sit iracundia, Turbatus est præ ira oculus meus. Vtiq; cui turbatur oculus solem videre non potest, & si conatus fuerit videre, pœna illi est non voluptas. Quid est ira? Libido vindictæ. Et libet hoiem vindicari? Et nondum est xps vindicatus, nondum sunt sancti martyres vindicati, adhuc expectant patientiam dei vt conuertantur inimici xp̃i, conuertantur martyrum inimici. Nos qui sumus vt vindictã quæramus? Si quæreret illã deus de nobis, vbi remaneremus? Ille qui nihil nos læsit, non vult se vindicare de nobis: & nos quærimus vindicari qui pene quotidie deũ offendimus? Ergo dimittite. Dimittite ex corde. Iratus es, noli peccare. Irascimini & nolite peccare, Irascimini quasi hoies si vincimini, & nolite peccare vt iram in corde teneatis, ne in illud lumẽ intretis. Ergo dimittite, Quid ẽ ira? Libido vindictæ. Quid odiũ? Ira inueterata si facta est, iã odiũ dicitur. Quid videtur cõfiteri ille q cũ dixisset, Turbatus est præ ira oculus meus: addidit, inueteraui in omnibus inimicis meis? Quod erat ira cum esset noua, odium factum est, quia in vetustatẽ conuersum. Ira festuca est, odiũ trabes est. Aliqñ reprehendimus irascentẽ, & odiũ tenemus in

Mat.6. De verb. dom. Ser. 28.

Regnum dei vt veniat optare & orare quid. Mat.25.

Roma.7.

Galat.5.

Gen.3.

1.Tim6.

Gene.43.

Mat.6.

Luc.18.

Psal.28.

Mala.4.

Psal.16.

Sapien.5.

Mat.5.

Ephe.4.

Psal.6.

Ira quid.

Psal.4.

Odiũ qd.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corde,& dicit nobis Christus, Festucam in oculo fratris tui vides,& trabem in oculo
Mat. 7. tuo nó vides. Vñ creuit festuca vt trabē faceret? Quia nó statim euulsa est, Quia pa-
sus es exire & intrare solem toties super iracundiā tuam, fecisti illā veterem, attraxi-
sti malas suspitiones & rigasti festucam, rigando nutristi, nutriendo trabem fecisti.
1. Ioan. 3. Expauesce vel quando dicitur, Qui odit fratrem suum homicida est. Gladium non
eduxisti, non vulnus in carne fecisti, non corpus plaga aliqua trucidasti; cogitatio so-
la odij in corde tuo est & teneris homicida. Reus es ante oculos dei, ille viuit & tu oc-
cidisti. Quantum ad te pertinet occidisti quem odisti. Emenda te, corrige te. Si in do-
mib. vestris scorpiones essent aut aspides, quantum laboraretis, vt domus vestras pur-
garetis & securi habitare posſetis? Irascimini, inueterantur iræ in cordibus vestris,
fiunt tot odia, tot trabes, tot scorpii, tot serpentes, & domum dei, idest cor vestrū pur-
gare non vultis. Ergo facite quod dictum est, Sicut & nos dimittimus debitoribus no-
stris, & securi dicite, Dimitte nobis debita nostra, quia sine debitis in hac terra viue-
re non potestis. Sed alia sunt illa magna crimina, quæ vobis bonum est in baptismo
dimitti, & a quibus semper esse alieni debetis: alia quotidiana pctā, sine quibus hic
homo viuere non potest, propter quę necessaria est quotidiana oratio, cum suo pacto
dimittit ac placito, vt quo hilariter dicitur, Dimitte nobis debita nostra, sic veraci-
ter, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Deinde ista diximus de peccatis præ-
teritis, quid de cætero? Ne nos inferas in tentationem: dimitte quæ fecimus, & alia nó
Iacob. 1. committamus. Quicunq; enim tentatione vincitur, peccatum ipse cōmittit. Etenim A
inquit, Apostolus Iacobus, Nemo cum tentatur dicat q, a domino tentatur. Deus n.
intentator malorum est. Ipse enim neminem tentat. Vnusquisq; autē tentatur a con
cupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde generat mortem. Vel mortem time, si
peccatum non times. Noli consentire concupiscentię tuæ. Non est vnde concipiat ni-
si de te. Consensisti, quasi cōcubuisti in corde tuo, Surrexit concupiscentia. Concupi
scentia cum conceperit parit peccatum. Peccatum vero cum cōsummatum fuerit, ge
nerat mortem Ergo ne abstraharis a concupiscentia tua, nega te illi, noli eam sequi,
illicita est, lasciua est, turpis est, alienat te a deo. Noli dare consensiones amplexuum,
ne plangas partū, quia si cōsenseris, id est, si amplexatus fueris, concipis. Cum concu
piscentia conceperit, parit peccatum. Nondum times peccatum? Time quo perducit
peccatum. Dulce est peccatum, sed amara est mors. Ipsa est infœlicitas hominū: pro-
pter quod peccant, morientes hic dimittunt, & ipsa peccata secū portant. Peccas pro-
pter pecuniam, hic dimittenda est. Peccas propter villam, hic dimittenda est. Peccas
propter mulierem, hic dimittenda est, Et quicquid est propter quod peccas, quando
oculos in morte clauseris, hic dimittis, & ipsum peccatum quod committis tecū por-
tas. Dimittantur peccata, dimittantur præterita, cessent futura. Sed non potest hic vi-
uere sine ipsis, vel minuta sint, vel leuia. Sed ipsa leuia vel minuta non contemnan-
tur. De minutis guttis flumina implentur, Nō contēnatur vel minora. Per angustias
rimulas insudat aqua, nauis impletur sentina, & sic cōtemnatur sentina, mergitur na-
uis. Sed non cessatur a nautis, ambulant manus, sic & tuę manus ambulent vt quoti-
die deficiant seniinæ, Quid est ambulent manus? Da, dent, fac bona opera, ambulent
Esaiæ. 58. manus tuæ. Frange esurienti panem tuum, & egenum siue tecto induc in domū tuā.
Si videris nudum, vesti. Fac quantum potes, fac vnde potes, fac hilariter, & securus
Luc. 6. mitte orationem. Habebit alas duas, geminas eleemosynas. Quid est geminas
Eleemosy na duplex eleemosynas? Dimittite & dimittetur vobis, date & dabitur vobis. Vna est eleemosy-
na quæ fit de corde, quando fratri tuo dimittis peccatum. Altera eleemosyna quę fit
de substantia, quando panem pauperi porrigis. Ambas fac, ne sine vna ala remaneat
oratio tua. Ergo cum dixerimus, Ne nos inferas in tentationem: sequitur, Sed libera
nos a malo. Qui vult liberari a malo, testatur quia in malo est. Ideo dicit Apostolus,
Ephe. 5. Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Sed quis est qui vult vitam, & diligit
Psal. 33. videre dies bonos, quando omnis homo in hac carne non habet nisi dies malos? Qui
non vult? Fac quod sequitur, Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquan-
tur dolum Declina a malo & fac bonum, inquire pacem & sequere eam, & caru-
Tres pēti- diebus malis, & impletur quod orasti, Libera nos a malo. Tres ergo petitiones sup-
tiones ad riores, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in

in cœlo & in terra, æterna sunt. Quatuor autem sequentes ad istam vitam pertinent, æternā per
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Nunquid quotidie petituri sumus pa- tinētes vi
nem quotidianum, quando ad illam satietatem venerimus? Dimitte nobis debita no- tam.
stra, nunquid dicemus in illo regno, quando debita non habebimus? Ne nos inferas Quatuor
in tentationem: nunquid tunc dicere poterimus, quando nulla erit tentatio? Libera petitiones
nos a malo, nunquid dicemus, quando nullum erit vnde liberemur? Quatuor ergo ad istā vi-
ista propter vitam nostram quotidianam nobis necessaria sunt, tria vero illa propter tam perti-
æternam. Sed omnia petamus vt ad illa perueniamus: & hic regamur, ne ab illa se- nentes.
paremur. Oratio vobis quotidie dicenda est, cum baptizati fueritis. In ecclesia enim
ad altare dei quotidie dicitur ista oratio dominica, & audiunt istam fideles. Non ergo
timemus ne minus illam teneatis diligenter, quia & si quis vestrum non poterit tene
re perfecte, audiendo quotidie tenebit. Ideo die sabbati quando vigilaturi sumus in
dei misericordia, reddituri estis, non orationem, sed symbolum. Modo enim nisi te-
neatis symbolum in ecclesia, in populo symbolum quotidie non auditis. Cum autē
teneriris vt non obliuiscamini, quotidie dicite quando surgitis, quando vos collo-
catis ad somnum. Reddite symbolum vestrū, reddite domino, commemorate vosip-
sos, non pigeat repetere. Bona est repetitio, ne subrepat obliuio. Ne dicatis, dixi heri
dixi hodie, quotidie dico, teneo illud bene. Commemora fidem tuam, inspice te, sit
tanquam speculum tibi symbolum tuum. Ibi te vide, si credis omnia quæ te credere
confiteris, & gaude quotidie in fide tua. Sint diuitiæ tuæ, sint quotidiana ista quodā-
modo indumenta mentis tuę. Nunquid non quando surgis te vestis? Sic & cōmemo-
rando symbolum tuum vesti animam tuam. ne forte eam nudet obliuio, & remaneas
nudus, & fiat quod ait Apostolus, quod absit: si tamen vestiti non nudi inueniamur. 2. Cor. 5.
Vestiti enim erimus fide nostra, & ipsa fides & tunica est & lorica. Tunica contra con
fusionem lorica contra aduersitatem. Cum autem venerimus ad illum locum vbi re
gnabimus, non opus est vt dicamus symbolum, deum videmus, ipse deus nobis vi-
sio erit, visio fidei huius merces erit, Amen.

De illuminatione cæci nati, ac totius mundi cęcitate. Homilia. XLIII.

DOminus Iesus, sicut audiuimus cum Euangelium legeretur, aperuit oculos ho- Ioan. 1.
mini qui cæcus erat natus. Fratres si attēdamus hæreditariam pœnam nostram
totus mundus cæcus est. Ideo venit xps illuminator, quia diabolus fuerat excecator.
Omnes cæcos nasci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ad illuminatorem,
currant, credant, accipiant lutū de saliua factum. Saliua quasi verbum est, terra caro
est. Lauent faciem in piscina Syloa. Pertinuit autem ad Euangelistam exponere no-
bis quid significet Syloa, & ait, quod interpretatur missus. Quis est iste missus nisi
qui dixit in ipsa lectione? Ego, inquit, veni vt faciā opera eius qui me misit. Ecce Sy- Ioan. 9.
loa, lauate faciem, baptizamini, vt & illuminemini & videatis quod ante non videba
tis. Ecce primum ad hoc quod dictum est, oculos aperite. Ego, inquit, veni vt faciam
opera eius qui me misit. Iam hic existit Arrianus & dicit, Ecce videtis, quia Christus
non fecit opera sua, sed patris qui eum misit. Nunquid hoc diceret si videret, hoc est,
si in ipso qui missus est, tanquam in Syloa faciem lauaret? Quid ergo dicis? Ecce ipse
inquit, quid dixit? Veni vt faciam opera eius qui me misit. Non ergo sua? Non. Et qd
est quod ait? Ipse Syloa, ipse missus, ipse filius, ipse vnicus quem tu quæris esse dege- Ioan. 16.
nerem. Quid est quod ait, Omnia quæ habet pater, mea sunt? Tu dicis, quia opera
aliena faciebat, quia dixit, Faciam opera eius qui me misit. Ego dico, quia pater res
alienas habet, secundum cor tuum loquor. Vnde mihi vis prescribere, quia dixit xps
veni vt faciam opera eius, quasi non mea, sed eius qui misit me? Interrogo te domi-
ne Christe solue quęstionem sine contentione, Omnia, inquit, quæ habet pater mea
sunt. Ergo patris nō sunt, si tua sunt: non enim ait. Omnia quę habet pater dedit mi
hi: quāuis si & hæc dixisset, æqualitatem ostendisset. Sed molestū est quod dixit, Om
nia quę habet pater mea sunt, Si intelligis oia, quæ habet pater filij sunt, oia quæ ha
bet filius patris sunt. Audi illum alio loco, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Fi-
nita est quæstio, de his quæ habet pater & filius. Concordiam habēt, tu litigare no- Ioan. 17.
li, opera patris quæ dicit opera sua, & tua mea sunt, quia illius patris dicit opera cui
dixit, Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt. Ergo opera mea tua sunt, & ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra tua mea sunt. Quæcunque enim pater facit, ipse dixit dominus, dixit vnigenitus, dixit filius, dixit ueritas. Dixit. Quid dixit? Quæcunque pater facit, hæc
Ioan. 5. & filius facit similiter. Magna expressio, magna veritas, magna æqualitas. Omnia quæ pater facit, hæc facit & filius. Sufficeret, omnia quæ pater facit, hęc fecit & filius? Non sufficit, addo similiter. Quare addo similiter? Quia solent dicere non intelligentes, & nondum apertis oculis ambulantes, solent dicere, Pater fecit tubando, filius obsequendo: ergo dissimiliter. Si autem similiter, quomodo ille sic, ille sic? Quæ ille, hęc & iste. Sed iubet pater, inquit, vt faciat filius. Carnaliter quidem sapis, sed sine prędiudicio ueritatis. Credo tibi, Ecce pater iubet, filius obsequitur. Nunquid ideo non est eius naturæ filius, quia ille iubet, ille obsequitur? Da mihi duos homines, patrem & filium, homines sunt duo, qui iubet homo est, qui obsequitur homo est. Qui iubet & qui obsequitur vnam habent eandemq; naturam. Nunquid ille qui iubet non de natura sua genuit filium? Nunquid ille qui obsequitur, obsequendo naturam perdidit? Accipe ergo interim quomodo accipis duos homines, patrem iubentem, filium obsequentem, tamen deum & deum: sed simul isti duo sunt homines, simul ille vnus deus, hoc est diuinum miraculum. Interim si vis ut tecum agnoscam obsequium, prius mecum nosce naturam. Hoc genuit pater quod ipse est. Sed si aliud
Psal. 109. genuit pater q̃ quod ipse est, non verũ genuit filium. Pater dicit ad filium, Ex vtero ante Luciferum genui te. Quid est ante Luciferum? Per luciferum significantur tempora. Ergo ante tempora, ante omne quod ante dicitur: ante omne quod non est, uel ante omne quod est. Non enim ait Euangelium, In principio fecit deus verbum: quo
Ioan. 1. dixit, In principio fecit deus cœlum & terram: aut, in principio natum est verbũ: aut, in principio genuit deus uerbum. Sed quid ait? Erat erat, audis erat, crede. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Toties audis erat, noli quærere tempus quia semper erat. Ille ergo qui semper erat, & cum filio semper erat, quia potens est deus sine tempore generare. Ille dixit ad filiũ. Ex vtero ante Luciferum genui te. Quid est ex utero? Deus habuit vterum? Putabimus deum per membra corporalia esse dispositum? Absit. Et quare dixit, ex vtero, nisi vt intelligere tur de sua substãtia genuisse. Ergo ex vtero hoc processit, quod erat ipse qui genuit. Nam si aliud erat qui genuit, aliud autem ex vtero processit, monstrum est non filius. Ergo faciat filius opera eius qui misit eũ, faciat & pater opera filij. Certe voluit pater, efficit filius. Ecce ostendo, quia vult filius & facit pater. Vbi ostendis, inquis? Modo ostendo. Pater volo. Iam ego si calũniari vellem, ecce filius iubet & pater facit. Quid vis? Vt vbi ego sum & illi sint mecum Euasimus, illic erimus vbi est. Quis de-
Roma. 5. dit, Ops volo. Audis voluntatem potestatis, ptãtẽ voluntatis. Sicut pater, inquit, suscitat mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Ne dicas illos viuificat filius quos iubet pater vt viuificet, quos vult viuificat. Ergo non quos vult pater, sed quos vult ipse, quia vbi est vna ptãs, vna voluntas est. Habeamus ergo in corde non cæco, patris & filij vnam eandemq; naturã, quia verus est pater, verus est filius. Qđ est hoc genuit, quia genitus nõ degenerauit. Nescio quid pôt mouere in verbis illius
Ioan. 9 qui cęcus erat, & forte multos non bene intelligentes facit desperare. Ait. n. intertera sua verba, idem cui oculi aperti sunt, Scimus quia peccatores deus non exaudit. Audemus rogare deum, si peccatores non exaudit? Date mihi qui roget, ecce est qui
Psal. 73. exaudiat. Date qui roget, discutite genus humanũ ab imperfectis ad perfectos. Ascende a verno ad æstatẽ, hoc. n. cantauimus, Aestatẽ & vernũ tu fecisti. Iam spiritales &
Psal. 138 adhuc carnales tu fecisti, quia & ipse filius dicit, Imperfectũ meũ viderunt oculi tui. Imperfectũ quod est in corpore meo viderunt oculi tui. Et quid deinde? Habẽt spem qui imperfecti sunt? Habent planẽ. Audi qđ sequitur, Et in libro tuo oês scribentur.
Luc. 18. Sed forte fratres spirituales rogant & exaudiuntur quia peccatores non sunt. Quid faciunt carnales, qd faciũt? Peribũt? Deũ non rogabũt? Absit. Da mihi illũ publicanũ. Veni publicane, sta in medio, ostende tuã spem, ne infirmi perdãt spem. Ecce. n. ascendit publicanus cũ Pharisæo orare, & deiecta facie in terra dicebat, longe stans, tũdes pectus, Dñe propitius esto mihi peccatori. Verũ dixit, & descendit iustificatus magis q̃ ille Pharisęus, qa dixit, ppitius esto mihi pcõri. Verũ dixit an falsum? Si verũ dixit pcõr erat, & exauditus est, & iustificatus est. Quid ẽ ergo qđ dixisti tu, cui dñs oculos

aperuit, scimus qa pctõres deus non exaudit? Ecce peccatores deus exaudit. Sed laua interiorem faciem tuã, fiat in corde tuo quod factum est in facie tua & videbis, quia peccatores deus exaudit. Fefellit imaginatio cordis tui. Adhuc est quod tibi faciat. Certe proiectus est iste de synagoga, adiit ad eum & dixit ei, Tu credis in filium dei? Et ille, Quis est domine vt credam in eum? Videbat & non videbat. Videbat oculis, sed adhuc corde non videbat. Ait illi dominus. Et videns eum, hoc est, oculis, & qui loquitur recum, ipse est. Tunc prostratus adorauit eum. Tunc lauit faciem cordis. Incumbite ergo orationibus peccatores, confitemini peccata vestra, orate vt depellantur, orate vt minuantur, orate vt vobis proficientibus ipsa deficiant. Tamen nolite
Hebr 5. desperare & peccatores orate. Quis enim non peccauit? a sacerdotibus incipe. Sacerdotib. dixit, Prius offerte sacrificia pro peccatis vestris, & sic pro populo. Sacrificia conuincebant sacerdotes, vt siquis se iustum & sine peccato diceret, responderetur ei, Non attendo quod loqueris, sed quid offeras. Victima tua conuincit te. Quare offers pro peccatis tuis, si nulla habes peccata? En offers sacrificium, an in sacrificio tuo mentiris deo? Sed forte sacerdotes veteris populi peccatores erant, noui populi non sunt peccatores. Certe fratres quia deus deus voluit, sacerdos ipsius sum, peccator sum, vobiscum pectus tundo, vobiscum veniam rogo, vobiscum deum propitiũ spero. Sed forte Apostoli sancti, primi, summi arietes, gregis pastores, membra pastoris, forte ipsi non habebant peccatum? Vere & ipsi habebant, non irascuntur, quia confitentur. Ego non auderem, ipsum primum dominum audi dicentẽ Apostolus, sic ora-
Matth. 6. te. Quomodo illi sacerdotes sacrificijs conuincebantur, sic isti oratione Sic orate. Et inter cætera quæ iussit orari, & hoc proposuit, dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quid dicunt Apostoli? Quotidie sibi debita petunt dimitti? Debitores intrant, absoluti exeunt, & ad orationem debitores redeunt. Ista vita non est sine peccato, vt quoties oratur, toties peccata dimittantur. Sed quid dicam? Illi forte quando didicerunt orationem, adhuc infirmi erant. Forte dicet hoc aliquis, quando illos docuit dominus Iesus orationem adhuc paruuli erant, infirmi erant, carnales, nondum erant spiritales qui non habent peccatum? Quid ergo fratres? Facti spiritales orare cessauerunt? Debuit ergo Christus dicere, Modo talia orate, & daret spiritalibus alteram orationẽ: vna est, ipsa est ipse est, qui dedit ipsam. Ergo orate pro ecclesia, Sed tollamus controuersiam, quãdo dicis spiritales esse sanctos
Mat. 14. Apostolos, quousq; pateretur dominus carnales erant, hoc es dicturus. Denique qđ verum est, illo pendente trepidauerunt, & tunc desperauerunt Apostoli quando credidit latro. Petrus ausus est sequi quando dominus ad passionẽ ductus est. ausus est sequi, quia domum peruenit & in atrio fatigatus est, ad ignem stabat & friguit. Ad ignem stetit, timore frgido congelauit. Interrogatus ab ancilla negauit Christum semel: interrogatus iterum, negauit, interrogatus tertio, negauit: deo gratias, quia cessauit interrogatio, si non cessaret interrogatio, diu repeteretur negatio. Ergo postea-
1. Ioan. 1. quam surrexit, tunc eos confirmauit, tunc facti sunt spiritales. Iam ergo non habebant peccatum Spiritales Apostoli scribebant spiritales epistolas, ecclesijs mittebãt. Non habebant peccatum. Hoc dicis, Nõ tibi credo, ipsos interrogo. Dicite sancti Apostoli, posteaquam surrexit dominus & confirmauit vos spiritu sancto misso de cœlo, cessastis habere peccata? Dicite nobis obsecro. Audiamus ne desperẽt peccatores, ne
Ioan 1. desinant rogare deum, quia non sunt sine peccato, Dicite nobis. Ait vnus ipsorum. Et quis? Quem dominus amplius diligebat, & qui supra pectus domini discumbebat, & regni cœlorum quod ructuaret secretum bibebat, Ipse enim interrogo, Habebatis peccatum an non? Respondet & dicit, Si dixerimus quia peccatum non habe-
1. Ioan. 1. mus, nosipsos decipimus & veritas in nobis non est, Ioannes autem ille est qui dixit In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Videte quanta transcenderat vt peruenire ad verbum. Talis ac tantus qui volauit sicut aquila super nubes, qui mentis serenitate cernebat, In principio erat verbum, ipse dixit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis & iustus est vt dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate. Ergo orate, Amen.

De testimonio Christi,de Ioanne Baptista dicentis, In natis mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Testimonio quoq; Ioannis de Christo dicentis, Qui venit post me maior me est,cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere.

Mat.11.
Ioan.1.

Homilia. XLIIII.

Mat. 11.
Ioan.1.

SAnctus Ioannes ,non euangelista,sed baptista,missus est ante faciem Christi parare vias eius.Testimonium Christi de Ioanne est,In natis mulierum non surrexit maior Ioanne baptista.Testimonium Ioānis de Christo est , Qui venit post me maior me est,cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Vtrunq; testimonium consideremus,quod perhibuit dominus seruo,& quod perhibuit seruus domino Quod est testimonium domini de seruo ? In natis mulierum non surrexit maior

Mat.11.

Ioan.1.

Ioanne baptista.Quod est testimonium serui de domino?Qui venit post me, maior me est.Si ergo in natis mulierum non surrexit maior Ioanne bap. qui maior est illo? Quid est Ioannes?Magnus homo. Ambo mirabiliter nati , præco & iudex , lucerna & dies,vox & verbum,seruus & dominus.De sterili seruus,de virgine dominus. Ipse dominus secit sibi seruum in vtero sterili,de sene patre,& de anicula matre . Et ide ipse dominus fecit sibi carnem,in vtero virginis,sine homine patre,qui primum fecit hominem sine patre & matre.Quo nemo surrexit in natis mulierum maior . Tam magnus visus est Ioannes,vt a nonnullis etiam Christus putaretur:nec in superbia alienum secutus est errorem,nec ausus est dicere,sum quod putatis: sed,quod bonū erat ei,se agnouit,vt ad pedes domini,& ad corrigiam calciamēti seruus humiliaretur,ne vento superbiæ elatus lucerna extingueretur. Deniq; quia in magno sacramento natus est Ioannes,ipsius solius iuste ecclesia natalem diē celebrat & natalis domini celebratur,sed tanquam domini. Date mihi alium seruum prēter Ioannem inter Patriarchas,sic inter Prophetas,inter Apostolos, cuius natalem diem celebret ecclesia Christi?Passionum dies seruis plurimis celebramus,natiuitas diē nemini nisi Ioanni.Audistis enim quando Euangelium legebatur, qui ordo fuerit amborum nascentium præcursoris & dominatoris,& quod pauloante dixi præconis & iudicis,vocis & verbi.Angelus Gabriel nunciat Ioannē,idem ipse angelus Gabriel nunciat dñm Iesum xp̄m.Præcedit ille,p̄cedit obsequēdo sequitur ille regēdo, sequitur enim nascēdo, antecedit regēdo, quia & ipsum Ioannē creauit Christus & creator & creatus. Creator ante matrem,creator matris,creatus in matre. Et quid dicam creator ante matrem? Ante Abraham ego sum.ipse dixit,Euangelium loquitur,audite vel legite. Sed parū est ante Abraham creator,ante Adam creator,ante cœlum & terram creator,ante omnes angelos,vniuersamq; creaturam spiritalem,thronos,dominationes, principatus & potestates,ante omnia creator,quia in principio non est factum verbum , sed erat verbum & verbum erat apud deum,& deus erat verbum.Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt,& sine ipso factum est nihil . Si omnia visibilia & inuisibilia,cœlum & terra,& virgo Maria,quia & virgo Maria de terra , & xp̄s factor terrę,factus in terra,quia veritas de terra orta est. Breuiter ergo commendo charitati vestræ magnum sacramentum:qm̄ multi futuri erant qui putarent xp̄m non esse nisi hominem,nihil esse amplius quam hominem , ideo magnus homo quo maior in hominibus non fuit,perhibuit ei testimonium Ioannes,subditus,inclinatus , humiliatus.Inquantum se humilem reddidisset,si soluere corrigiam calciamenti eius, dignum se esse dixisset? Attendite in magno xp̄o,corrigiam calciamenti. Quantum humilis extitisset,si se Ioannes dixisset dignum,quod dicendo fecit se indignum? Propterea notatus est dies natiuitatis eius & celebrationi ecclesiæ commendatus . Verū interest plurimum in matribus , q̄ illa virgo, illa mulier fuerit sterilis: illa de spiritu sancto pariens filium dei dominum nostrum,illa de viro suo sene pariens prætercursorē domini,miraculo & humili. Et attēdite. Non credidit Zacharias. Quomodo non credidit? Quæsiuit ab angelo per quid cognosceret quod promittebat, quoniam ipse erat senex,& vxor eius processerat in diebus suis. Et dixit ei angelus Ecce eris tacens & non poteris loqui vsq; in diem quo hæc fiant , propter quod non credidisti verbis meis,quæ implebuntur in tempore suo. Idem ipse angelus venit ad Mariam,nunciat Christum venturum de Maria virgine in carne,& Maria tale aliquid dicit. Ille enim dixit,Per quid cognoscam hoc Ego enim sum senex,& vxor mea progressior in diebus

Ioan.Bap. cur celebretur natalis dies.
Luc.1.

Ioan.8.

Ioan.1.

Psal.84

Mat.3.

Luc.1.

bus suis.Et dixit ei,Ecce eris tacens & non poteris loqui usque in diem quo hæc impleantur,propter quod non credidisti verbis meis. Et accepit supplicium taciturnitatis merito infidelitatis. Quid dixerat Propheta de Ioanne? Vox clamantis in eremo. Tacet Zacharias generaturus vocem.Quia non credit tacuit,merito obmutuit quousque vox nasceretur .Si.n.recte dictum est,quia ualde recte dictum est in psalmo sancto,Credidi pp quod locutus sum,quia nō credebat, merito nō loquebatur . Sed rogo dñe cum audientibus me pariter pulso,aperi nobis, expone nobis quid sibi veli hæc q̄stio.Causas q̄rit Zacharias ab angelo,per quid cognosceret qd illi nunciatum est,quod senex erat & vxor eius progressa in diebus suis,dicitur , Et qm̄ non credidisti,eris tacens.Nunciatur xp̄s virgini Marię,& ipsa oausas quærit,& dicit angelo,Quo fiet istud,qm̄ virum non conosco?Et ille, Per quid cognoscā hoc ? Ego.n. sum senex,& vxor mea progressior in diebus suis. Illi dicitur,Tacebis,quia non credis,illi aūt causa exponitur,silentium non imponitur. Quo fiet istud dum virū nō cognoscam;Et angelus professus est virgini,Ecce quo fiet quod quæris,Spiritus sanctus superuenit in te,& virtus altissimi obūbrabit tibi. Non timeas æstum libidinis, sub tanto vmbraculo sanitatis. Quare hoc? Si verba attendamus haud ambo crediderunt,Zacharias & Maria. Sed nos verba audimus, deus pōt & corda interrogare. Intelligimus charissimi,qm̄ Zacharias qn̄ ait,Per quid cognoscā hoc,ego.n. sum senex,& vxor mea progressior in diebus suis desperando dixit non inquirendo: Maria uero qn̄ econtra ait,Quo fiet istud,quia virum non cognosco: inquirendo dixit nō desperando,Dum interrogauit,non de promissione dubitauit.O uera gratia plena, sic est.n.ab angelo salutate,Aue gratia plena . O uere gratia plena,quis hanc gratiā explicet?Quis huic gratię gratias agendo sufficiat?Fit homo,& per liberum arbitriū perit homo,& inuenitur homo factus qui fecit,ut non periret quem fecit. In principio verbum deus erat apud deum,per quod oia facta sunt,fit caro, Verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Caro fit verbum, sed caro accedit ad verbum,non perit in carne uerbum. O gratia,vt hoc haberemus quid digni eramus ? Sed videte qd dicat facta Maria,plena fide,plena gratia,mater futura,virgo permansura. Quid dicit inter cętera? De quibus singulis loqui,valde multum est.Quid ait? Esurientes implebit bonis , & diuites dimisit inanes . Qui sunt esurientes ? Humiles,indigentes. Qui sunt diuites? Superbi & inflati.Non vos longe mitto,ostendo uobis in uno templo diuites de his qui dimittuntur inanes , & pauperes de illis qui implentur bonis . Ascenderunt duo in templum ut orarent,unus Pharisæus,& alter publicanus.Pharisæus dicebat,Attende diuitem indigesta ructuantem,crapula exultantem,sed superbiæ non iustitiæ Deus,inquit,gratias tibi ago,quia non sum sicut cæteri homines,raptores,iniusti,adulteri,sicut publicanus iste. Ieiuno bis in sabbato,decimas do omnium quæ possideo.Rogare ueneras an te laudare?Totū te habere dixisti, nihil tāq̄ egenus petisti.Quo ergo orare venisti?Gratias tibi ago domine.Non dicit,Domine da mihi gratiam,quia non sum sicut cæteri homines,raptores,iniusti,adulteri Ergo tu iustus . Quia non sum sicut publicanus iste. Insultas,non exultas. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. O diuitem exinaniendum. Veni,veni pauper , esuriens publicane, imo ibi sta vbi stas . Publicanus enim de longinquo stabat , sed dominus humili appropinquabat . Nec oculos ad cœlum audebat leuare. Quo oculos non leuabat , cor ibi habebat : sed percutiebat pectus suum dicens,Domine propitius esto mihi peccatori. O esurientem,bonis implendum. Audisti domine controuersiam,prome sententiam . Audite sniam inter partes prolatā. Non appellat victus,quia non est est ad quem Non.n. appellat a filio ad patrē. Deus enim pater non iudicat quenquam,sed omne iudicium dedit filio. Dicat ergo sniam inter partes veritas. Amen,inquit,dico uobis,quia descendit hic iustificatus de templo,magis q̄ ille Pharisæus. Quare hoc? Rogo te qui iustitiam vis audire,Qm̄ omnis qui se exaltat humiliabitur,& qui se humiliat exaltabitur. A quo iste exaltabitur,& qui se exaltat humiliabitur? Quia esurientem impleuit bonis,& diuites dimisit inanes. Vade nunc & ventila diuitias tuas,iacta te & dic,dives sum Quam dives? si uolo iustus sum,si volo iustus nō sum, In potestate habeo iustū esse, & iustū non esse. Nō audis in Psalmo,Qui cōfidūt in virtute sua. Ergo deus tibi carnē,deus tibi sen-

Qui esuriētes & q diuites.

Luc.19

Luc.

Ioan.5.

Psal 48.

sum,deus tibi aiam,deus tibi mentē,deus tibi intelligentiā dedit, tu das tibi ipsi iu-
stitiam? Quid est caro,quid sunt sensus,quid est aia,quid est mens,quid est intelli-
gentia sine iustitia? Nonne omnia ista si iustitia careant,ad pœnam valebunt? Ergo
tam diues es,vt cum deus tibi dederit inferiora, des tibi potiora? Male diues,exina- 1.Cor. 4.
niende diues,si tamen habes quod te dixisti habere. Quid habes quod non accepi-
sti? Nec saltem a superbo & diuite illo Pharisęo, de his quæ te habere dixisti, gratias
domino agere didicisti, Amen.

De eo quod scriptum est in Actibus Apostolorum, Quòd Petrus circa horam sextā
ascenderat in cœnaculū,& cū esuriret voluit gustare. Parantibus aūt discipulis,il- Acto.10.
le factus est in excessu mētis,& vidit vas grāde velut linteū magnū &c. Ho.XLV.

MOdo cum lectio actuum Apostolorum legeretur, audiuimus q̄ beatus Pe-
trus circa horā sextā ascēderat in cœnaculū, & cū esuriret voluit gustare. Acto.10.
Parantibus autem discipulis, ille factus est in excessu mentis, & vidit vas
grande velut linteum magnum quatuor lineis appensum de cœlo submitti,vbi erāt
omnia quadrupedia & serpentia terræ. Et vox de cœlo sonuit,Petre macta & manduca. At ille dixit, Dñe tu scis quia cōmune & immundum nunquam manducaui. Et Leuit.11.
vox iterum,Quod deus mundauit,tu ne cōmune dixeris. Hoc factum est per ter,& 2.Retra.37.
receptum est vas in cœlo. Quid ergo significent ista,breuiter si iubetis,charitatis ve
strę auribus cupimus intimare. Omnia animalia quæ prohibita sunt Iudęis man- 118
ducare,signa sunt rerum,& sicut dictum est,vmbræ futurorum,veluti quod scriptū 118
est eis,ut quæ sunt ruminantia & fissa vngula,ipsa manducent. Quorum aūt vnum A
vel vtrunque defuerit, non manducent. In his n. animalibus homines quidem si-
gnificantur non pertinentes ad societatem sanctorum. Fissa vngula ad mores,rumi-
natio ad sapientiam pertinet. Quare ad mores fissa vngula? Quia difficile labitur. Prou.22.
Lapsus.n. peccati signum est. Ruminatio aūt ad sapientiam qūo pertinet? Quia dicit
scriptura, Thesaurus desiderabilis,requiescit in ore sapientis, vir autem stultus de- Psal.1.
glutit illum. Qui autem audit & negligentia fit obliuiosus, quasi deglutit quod au-
diuit,vt iam in ore non sapiat,auditionem ipsam sępeliens obliuione. Qui aūt in le
ge dei meditatur die ac nocte, tanquam ruminat & in quodam quasi palato cordis
verbi sapore delectatur. Hoc ergo quod præceptum est Iudæis, significat quod ad ec
clesiam,id est,ad corpus Christi,ad gratiam societatemq̄ sanctorum non pertineant
illi,qui aut negligentes auditores sunt, aut mores malos habent, aut in utroque vi-
tio reprehenduntur. Sic cætera quę in hunc modum præcepta data sunt Iudęis, vm
braticæ sunt significationes, futurorum. Posteaquam venit lux mundi, dñs noster 1.Ti.4.
Iesus Christus, tantummodo vt intelligantur,non etiam vt obseruentur leguntur.
Data est ergo licentia Christianis,vt non secundum vanam hanc consuetudinem fa-
ciant,sed manducent quod velint cum moderatione,cum benedictione,cum gratia-
rum actione. Fortasis ergo & Petro ita dictum est, Occide & manduca: vt iam non te
neret obseruationem Iudæorum: non tamen ei quasi gurges ventris & fœda vora-
citas imperata est: sed tamen vt intelligatis hoc in figura esse monstratum, erant in
illo vase serpentia. Nunquid poterat mauducare serpentes? Quid ergo sibi vult ista
significatio? Vas illud ecclesiam significat. Quatuor lineæ quibus dependebat,qua-
tuor partes orbis terrarum per quas extenditur ecclesia catholica,quæ ubique diffu-
sa est. Quicunque ergo voluerit in partem ire, & per aliquam hæresim ab vniuerso
conscindi,non pertinet ad quatuor linearum sacramentum. Si autem ad visionem
Petri non pertinet,nec ad claues quæ sibi datæ sunt pertinebit. Ideo vero quatuor
lineis submissum est vas illud, quia a quatuor ventis dicit deus congregandos san-
ctos suos in finem, quia nunc super omnes istos quatuor cardines, fides Euangeli-
ca dilatatur. Aialia ergo illa gentes sunt. Oēs ergo gentes quę immundæ erāt errori
bus & superstitionibus & cōcupiscētiis suis anteq̄ veniret xp̄s, illo aduenięte, donatis
sibi peccatis, mundæ factæ sunt. Vnde iam post remissionē peccatorum quare non
recipiantur in corpus Christi quod est ecclesia dei, cuius personam Petrus gestabat?
Petrus in multis locis apparet q̄ personam gestet ecclesię. Si Petrus figuram gesta-
bat ecclesiæ,& ecclesia corpus xpi est,recipiat in se quasi in escā suā iā mūdatas gen-
tes,quibus peccata dimissa sunt. Vñ misit ad illū Cornelius gētilis hó, & qui cū illo

gētiles erāt,cuius eleemosynę acceptę mūdauerunt eū ad quēdā modū, restabat vt
tāq̄ cibus mundus incorporaretur ecclesiæ,hoc est,corpori dñi. Petrus aūt trepida-
bat tradere gentibus Euāgeliū,quia illi qui crediderant ex circūcisione, ꝓhibebant
Apostolos tradere incircuncisis Christianā fidē, & dicebant nō eos debere ad parti-
cipationē Euāgelij accedere nisi accepissent circūcisionē, q̄ tradita erat patribus eo-
rū, Vas ergo illud dubitationē sustulit Petro,& ideo post illā visionē admonit⁹ a spi-
ritu sancto vt descēderet & iret cū eis q a Cornelio erāt, & perrexit. Cornelius ergo
& qui cū illo erāt,tanquā ex illis aialibus habebātur quę in vase erant demonstrata,
quos tñ iā mundauerat deus,quia eleemosynā eorū acceptauerat. Occidēdi ergo e-
rant & māducandi.i. vt interficeret in eis vitā præteritam, qua non nouerant xp̄m,&
transirent in corpus eius tanquā in nouā vitam. Societatis ecclesiæ. Nam & Petrus ip
se cū ad eos ventisset, cōmemorauit breuiter quid sibi in illa visione monstratū sit.
Ait.n. Et vos scitis quā illicitū sit viro Iudęo coniūgi & accedere ad alienigenas. Sed Acto.10.
mihi ostendit deus neminē cōmunē aut immundū hominē dicere. Quod vtique tūc
ostēdit deus,cū vox illa sonuit. Quæ deus mūdauit,tu ne immunda dixeris, Fortas- Ibidem.
sę quæratur ēt illud,quare linteū erat in quo erāt illa animalia. Nō vtique sine cau-
sa. Nouimus n. qd linteū tinea nō cōsumit,q̄ vestes alias corrūpit. Et ideo qui vult
ad mysteriū ecclesiæ catholicæ pertinere,excludat de corde suo corruptionē malarū
cōcupiscentiarū,& ita incorruptibiliter firmetur in fide,vt prauis cogitationibus tā
quam tineis nō penetretur,si vult ad sacramentū illius lintei pertinere, quo signifi-
catur vel figuratur ecclesia. Quare aūt ter de cœlo submissum est,nisi quia oēs gen-
tes in nomine trinitatis baptizantur, q̄ pertinent ad quatuor partes orbis terræ qua
dissēminatur ecclesia: quā significabant quatuor lineæ,quibus vas illud cōnectēba-
tur,& in nomine patris & filij & spiritus sancti,credentes innouantur, vt pertineant
ad societatē cōmunionemq̄ sanctorū? Quatuor ergo lineæ quibus vas illud cōnecte
batur,quatuor partes orbis,& trina submissio mysteriū trinitatis ostendit. Quæ res
ēt duodenarium numerū Apostolorū ostendit, tanquā ternus per quatuor deputa-
tis. Quater n. tria,duodecim fiunt. Et quia per quatuor partes orbis terrę mysteriū
trinitatis p̄dicaturi erant duodecim Apostoli, ideo quatuor lineæ tertia vice de cœ-
lo dimissæ sunt. Sicut ergo supra dictū est, Beatus Petrus typū ecclesiæ habuit catho
licæ. Quod aūt ascēdit in solariū, hoc significat q̄ ecclesia cupiditatibus seculi abie-
ctis, spiritaliter ascensura erat in altū, & cor sursum habitura, secundū illud qd scri-
ptum est, Nostra aūt cōuersatio in cœlis est: Quod aūt hic Petrus esurire dicitur, Philip.3.
hoc significat q̄ ecclesia salutē gentiū esuriret. Linteum illud quod de cœlo submis-
sum est, ecclesiā significat. Aialia quæ in linteo erant oīum gentiū præferebant ima-
ginē. Quatuor lineæ quibus vas illud dependebat, quatuor partes mundi, in quibus
xpi Euangeliū prædicatur, significasse videntur. Quod tertia vice submissum est
vas illud, significat mysteriū trinitatis & sacrm baptismatis. Quod aūt dictū est Pe-
tro, Macta & manduca: hoc significatum est quòd ecclesia catholica oēs qui in xp̄m
credunt prius occisura, & postmodū manducatura, hoc est, occisura esset infidelita-
tē, vt insereret fidē. Nemo.n. p̄t in xp̄m credere, nisi prius moriatur quod fuit, secū
dum illud quod Apostolus ait, Mortui.n. estis, & vita vestra abscondita est cū xp̄o Colo.3.
in deo. Qūo.n qui ab hæreticis circūueniuntur viui deuorantur a mortuis, sic illi q
ad xp̄m veniunt, moriuntur prēteritis vt viuant futuris, pereunt diabolo vt xp̄o ac-
quirantur, moriuntur morti, & fœliciter vitæ inseruntur. Quam rem vt ēt in nobis
pietas diuina implere & cōfirmare dignetur, assiduis orationibus supplicem⁹ p̄stan-
te dño nr̄o Iesu xp̄o, q̄ cū patre & spū sancto uiuit & regnat de⁹ in secula, secu. Amē.

De eo quod Propheta dicit in psalmo, Confitemini domino quoniā bonus, quoniā
in seculum misericordia eius. Homelia XLVI. Psal.117.

CONfitemini dño frēs charissimi, qm̄ bon⁹ ē, qm̄ i seculū mia ei⁹. Remedia pur
gādi facinoris spūsctō instruēte addiscimus, nō aliter veniā posse mereri, nisi
nīa facinora fuerimus deo iubente cōfessi. Quid.n. celat peccator qd deo te
ste cōmisit? Quid erubescit fateri, qm̄ peccatis nō erubuit coinquinari? Diluat ergo
confitendo qd peccādo infecerat, satisfactione abluat qd delictorū maculis sordida-
uerat. Sit cautior post delictū q aī delictū fuerat segnior, seq̄tur bonis actib⁹ Chri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtum,qui in malis diabolum ſequebatur, Cõfitemini,inquit,dño quoniã bonus eſt.
Non vult vlciſci malitiam,qui confiteri peccata perſuadet. Optat ſoluere confitentes
ne contumaces punire cogatur. Quare admonitio dei faciat ſolicitũ, ne ſeueritas la-
ciat punitum Peccatorum. n. nos meritis flagellari frequenter nemo prudẽs qui ab-
nuat,nemo ſtultus qui non intelligat. Vult enim deus admoneri frequenter quos pu-
tat eſſe correctos,vult tentationem ſeueritate corrigere quos ſua patiẽtia viderit de-
prauatos,vult inquam hactenus reformare peccatores,& ad ſpem recuperandæ ſalu-
tis ipſos iam mortuos ſuſcitare. Gaudet enim deus ſi correctos viderit quos emendat
lætatur cum & iuſtos mutatos inſpexerit quos flagellat. Exultat ergo affectu,& ter-
rorem & minas & verbera in peccatores miſſa proficere ad prauos corrigendos,quam
ad reos puniendos exoptat. Vult enim deus miſereri cunctorũ, vult ignoſcere magis
Pſal. 88. vult ſe exhibere propitiũ ſi quẽ mutatis actibus viderit eſſe correctũ. Si dereliquerint,inquit,filii tui legem meã,& in p̃ceptis meis nõ ambulauerint,ſi iuſtificationes
meas proplianauerint,viſitabo in virga facinora eorũ,& in flagellis delicta eorũ,mi-
cta eorum,miſericordiã autẽ meam non diſpergam ab eis. Hęc ſunt remedia quibus
conſulit deus,hæc eſt medicina qua hominum curantur vulnera,his emendatur vi-
litatibus,vitia corrigũtur,hoium malitia refrenatur. Beneficia hæc ſunt diuina non
verbera,nec vt noceant diuinitus irrogantur,quæ ad hoc veniũt vt hoibus paterna
clementia conſulant. Ego inquit,quos amo,arguo & caſtigo. Et iterum,Fili ne negle-
Apoc. 3. xeris diſciplinam dei,nec defeceris cũ ab eo correptus fueris. Quem. n. diligit deus,
Prouer. 3. corripit:flagellat aũt omnẽ filium quem recipit. Igitur ſi omnem ad hoc flagellat vt
Hebr. 12. corrigat,ad hoc aũt corrigit vt patri,i. deo dignum exhibeat, timeat qui non flagella-
tur,ne filius eſſe non poſsit. Timeat quẽ corrigere deus non vult in ſeculo, quia eũ
ſupplicio deſtinauit poſt ſeculum. Timeat qui adhuc in ſeculo gaudet & lætatur, ne
in æternũ contriſtetur & ploret. Timeat qui cũ iuſtis in ſeculo nõ dolet,ne cum pec-
catoribus in ſupplicio perenni iaceat. Sed ſi peccatores, inquit,delictorum ſuorũ ver-
bera in ſeculo patiuntur,cur nonnunquam & ſancti viri pariter & æquę cum pecca-
toribus afflictantur,niſi quia ad emendationẽ peccatoribus, iuſtis ad probationem
iuſtitiæ proficiunt? Vt enim peccatores his remedijs corriguntur a malis,ita iuſti hac-
tenus augentur in bonis. Illos enim emendat deus vt corrigat, hos vero probat vt
augeat. Illos ergo a culpa reuocat,hos ſanctiores ſibi reſeruat. Illic peccata corrigun
tur,hic merita virtutis augentur. Illic ergo recordatio pœnitens, hic pię mentis læti
tia,Gaudens ille indulgentiam diuinam exoptat, hic præmia promiſſa iam cogitat.
Ille piũ iudicẽ veniã poſtulat,hic iuſtũ remuneratorẽ expectat. Ille ſolicitus vt poſ-
ſit impetrare quod poſtulat,hic ſecurus,quia põt qđ meretur accipere. Nam peccato
res ſaltem emendatione deus conterat, ne inueniat malitia creſcente quod vindi-
cet. Odit enim ſupplicium,qui ante p̃ſtitit ne condẽnet. Gaudeat Chriſtianus in
aduerſis,qa aut probatur ſi iuſtus eſt,aut ſi peccator eſt emendatur. Cõtriſtetur ſane
quẽ flagella corrigere diuina non poſſunt,timeat futurum ſuppliciũ qui præſens iu-
dicis cõtempſit remediũ. Gaudeat peccator ſi cũ iuſto in ſeculo contriſtetur, vt poſt
Ioan. 16 ſeculum cum eodem remuneretur. Vos, inquit dñs,plorabitis & plangetis, ſeculum
autem gaudebit. Vos triſtes eritis,ſed triſtitia veſtra in lætitiã veniet. Quis non bre-
ui tpe cõtriſtari exoptet,vt in æternũ lętitia ſempiterna cũ xp̃o triũphet? Quis non
1. Cor. 10. breui tpe cõtriſtari,& preſentis tpis fletus pẽſare gaudio futuro deſideret? Exiguum
ſiquidẽ momentaneũ & breue eſt. qcqd boni maliue in ſeculo eſt. Tẽtatio quidẽ vos
non apprehendat niſi humana. Fidelis aũt deus,qui non patitur vos ferre plus quã
poteſtis,ſed faciet cũ tentatione exitũ vt poſsitis tolerare. Sed tamen tribuit deus ſe
curitatẽ ad tp̃s,fragilitati noſtræ indulgẽs. Sit miles Chriſti armatus,ſit ſolicitus,ſit
cautus,ſit de deo ſolo ſecurus. Vigilet in pace cautior, qui in bello vigilare conſue-
1. Pet. 5. uit. Non ſit ſecuritate dimiſſus,ne aliqua ex parte ſurrepat inimicus. Sobrij enim,ne-
quit,eſtote & vigilate,quia aduerſarius veſter diabolus tanquã leo rugiẽs, aliquẽ de-
uorare quærẽs circuit. Quanto hoſtis vigilat vt noceat, tãto Chriſtianus vigilet vt
vincat. Nunquid vigilantibus obrepit inimicus? Nunquid ſolicitos circũuenit ho-
ſtis? Neq; n. tunc tm cauẽdus eſt,quãdo bellum dei ſeruis indicit,in pace magis vigi-
landum eſt nobis & exercendus animus, exercenda virtus, mentis intentio timẽ-

firmanda.

firmanda. Facit ẽnim hoſtis ſecuros,quos cupit eſſe captiuos. Facit inquam,ſecuros,
vt incautos, ſopitos & inermes opprimat,vulneret eos quos vigilare minime perſpe-
rit. Siquis milles ſub imperatoris conſpectu certamẽ cũ hoſte inierit, quanta inſtan-
tia,quantaq; virtute pugnabit,vt placere illi cui militat poſsit: Nec ſtipendium pro-
motionemue poterit deſpicere,ſi ſuperãs hoſtem fortiter vicerit. Erubeſcit ſiquidem
deſpici niſi ſuperet hoſtem forti victoria. Vigila Chriſtiane ſub oculis dei,vt perfe-
cta victoria coroneris. Pugna ergo cum diabolo,qui armatus es Chriſto, qui te deſi-
derat munerare. Contẽne præſentia,vt percipias futura. Temporalia ergo ſperne, vt
æterna poſsis accipere. Poſsidebis cœlum,quod diabolus poſsidere non potuit. Ha-
bebis. n. paradiſum, vnde inimicus excluſus eſt. Accipies æternitatem,quam prędari
cator hoſtis amiſit. Illum ergo ad terram perfidia deiecit,te in cœlum fides impoſuit.
Ille contemnendo cœleſti virtute priuatus eſt,tu ſeruiendo angelica maieſtate ſuſ-
ſultus eris. Illi æterna ſunt ſupplicia deſtinata,tibi diuina ſunt præmia præparata. Il
le perfidus cum perfidis interibit,tu ſanctificatus cum ſanctis regnabis, Et qui fue-
ras temporalis & mendicus,fis ęterna gloria decoratus, nec quicquam in ſeculo for-
midabis,quia authorem formidinis diabolum cum ſeculo reſpuiſti,Amen. Tobiæ. 4.

De remedijs peccatorum. Homilia. XLVII.

REmedia peccatorum fratres,medicina eleemoſyna. Eleemoſyna enim a morte li
berat & non patitur hominem ire in tenebras. Patrocinatur in die iudicij homi
ni,vt flammas æternas non timeat. Sicut Iacobus in epiſtola ſua dicit, Supere xaltat Iacob. 2.
miſericordia iudicium,Et iudiciũ ſine miſericordia illi qui non fecit miſericordiam.
Sed talis debet eſſe ipſa miſericordia fratres,quę ſuſcipiatur,nõ quę repellatur. Quæ
peccata purget,non quæ animam grauet. De bono,de iuſto labore,de propria facul-
te,nõ de pauperũ egeſtate. Fratres,non vult deus hoiem a miſericordia ceſſare, nec li
benter aſpicit deus quenquam de fraudibus dantem, Sicut Salomon propheta dicit, Proue. 3.
Honora dominum deum tuum de tua ſubſtãtia,ac de iuſtis laboribus tuis. De iuſtis
laboribus iuſsit dari, De iniuſtis vero rapinis prohibuit dari. Sed cum iudicare cœpe
rit deus,dicturi ſunt hi qui de fraudibus viuunt,& de ſpolijs miſerorum eleemoſynã
faciũt, Dñe præcepta tua ſeruauimus,& in noïe tuo miſericordias fecimus, pauperes Mat. 25.
pauimus,nudos operuimus & peregrinos hoſpitio recepimus. Quibus dicturus eſt
deus. Quod dediſtis dicitis,qđ rapuiſtis non dicitis. Quos pauiſtis memoraui, qua-
re non recordamini quos necaſtis? Quos operuiſtis gaudent, quos expoliaſtis plan-
gent. Quos hoſpitio recipiſtis retinetis,& obliti eſtis quantos de ſuis habitaculis ex
puliſtis. Ego miſericordiam fieri iuſsi,fraudes & rapinas exerceri nõ mandaui. Vnus
repletur panibus,quem de rapinis & ſatiaſti,& bñdicet dominus nõ te, ſed eum quẽ
necaſti. Ille miſer necatus ingemuit,& exaudiuit gemitum eius qui vidit quod fece-
ris ei. De malo acquiris & gaudes,rapis & lætaris,pauper rogat & contriſtaris, pran- Luc. 14.
dium paras,& tales ad tuum prandium vocas,qui tibi vicem rependant. Ornas con-
uiuium nequid deſit,& cum amicis tuis epularis,& ante ianuam tuã rogantem pau-
perem non audis. Tu diuerſis bonis repleris,& egenti non miſereris. Multis epulis di
ſtentus,& multo vino madidus,pauperem rogantem conẽnis. Oblitus es dictũ Pro-
phetæ dicentis, Qui,inquit,auerterit aurem ſuam ab egeno, & ipſe inuocabit domi- Proue. 21.
num,& non exaudiet eum. Inclina aurem tuam,audi egentis vocem & fame pereun-
tis,vt & tuã vocem deus exaudiat tribulantis. Da de quo dederit tibi deus. Ipſe te di
uitem fecit,ideo illi redde quod ſuum eſt. Ipſe ſe dicit accipere quod pauperibus da-
tur,ſibi collatum conclamat,quod in corde pauperis fuerit ſeminatũ. Sicut in Euan Luc. 16.
gelio dicit, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis,qui recipiant vos in ęterna
tabernacula. Ecce habes Chriſtiane æternum tabernaculum, ſi dederis pauperibus
victũ. Siquid das illuc tranſmittis,tibi in futuro repones, non vnde carnaliter ſatu-
reris,ſed vnde ſpritaliter glorieris: non vnde ventrem repleas,ſed vnde flammas ex- Tobię. 4.
tinguas, quia ſcriptũ eſt, Eleemoſyna a morte liberat,& non patitur hoiem ire in te
nebras. Miſericordia eſt fratres,quæ iram dei auertit,& peccata dimittit, ignes futu-
ros extinguit. Sicut Salomon dicit, Sicut aqua extinguit ignem, ſic eleemoſy- Eccli. 3.
na reſiſtit peccatis. Da ergo egenti, confer non habenti, ſuccurre fame pereunti.
Crudele eſt vt de quo habes, non des ei quem ſcis non habere. Grauę eſt vt de tua

Universidad de Deusto
Biblioteca

abundantia non sustentes egentis inopiam. Vnde semper flagellamur in frugibus, quia bene egentibus non facimus. Reuera si consideres homo vnde dãna, vnde pericula, vnde calũnię nisi de sterilitate nostra. Tu non das indigenti quod potes, quod te non grauat, venit vna calũnia, & perdes quod nõ habes. Ventre pleno ambulas, & vacuum pauperis ventrem non consideras. Bene est tibi de bonis dei, nihil indiges, honestis vestibus vteris, & nudum & trementem frigore non vestis. Si tibi dicat deus, Teipsum ẽgo feci, quod viuus meum est, quod habes ego dedi, & ingratus es, aufero quæ dedi, nego quod donaui, dimitto te quem feci, & fine me viue si potes? Plus tibi dedi, vt haberes vnde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc, vt te probarem, non quia ambobus non habui vnde darẽ, sed per pauperẽ volui te probare. Ego sum qui diuitem & pauperem feci, prærogatorem te constitui in bonis meis. Fac mihi misericordiã, qui nihil pdes, & me, qui tibi dedi, nõ offendes. Da, quid dubitas? Quia si dederis, ego plura dabo. Quid tibi soli vendicas, quod ambobus dedi. Quare tu solus comedis, quod ambobus creaui? Quasi tuo labori hoc assignas, aut tuum esse putas? Aufero auxilium meum, habe laborem tuum: aufero misericordiam meam, & tunc apparebit miseria tua. Ad hæc quod dicturus es miser? Miser es, qui miseros non vides, & eris solus, Bestijs, & pecoribus, animalibus, auibus, serpentibus, cõis est cibus, & tu homini negas victum? Sed credo, ne dãdo finias, nõ prærogando deficias, Qui consideras finem vitæ tuæ non consideras? Et si pecunia non finitur, vita tamen finitur, & quãdo nõ speras ad te venitur. Sic non considerauit ille diues, qui in abundantia torquebatur, & quasi inopia quærebatur. Quid faciam, inquit, quia nõ habeo vbi fructus meos congregẽ? Et audiuit vocẽ domini dicẽtis, Stulte, aia tua auferetur a te hac nocte, quæ præparasti cuius erunt? O vanitas huius diuitis, nescit si viuat, & de fructibus cogitat, nocte moriturus fabricare disponit. Ecce audisti & tu Christiane quid timeas. Fac misericordiam, Quid dubitas? Non te deserit, qui te prærogatorem constituit. Ipsius est enim vox in Euangelio arguentis incredulos & dicentis, Considerate volatilia cœli, qm̃ non seminant, neq; metunt, quibus non sunt cellaria, & pater vester cœlestis pascit illa. Si quæcunq; habes, tua esse dicis, si potes cõstitue propter fures in domo tua, vigiles, fode foueas, absconde diuitias, fac tibi loculos & arcas vbi reponas contra dei voluntatem tene, habe, viue, si potes? Ergo fratres, faciamus misericordiam, pascamus esurientes, nudos operiamus, peregrinos hospitio recipiamus. Bene ergo facientes non deficiamus, vt tempore suo metamus vitam æternam in secula seculorum, Amen.

Luc. 12. Mat. 6.

De eo quod dominus ait in Euãgelio, Hominis cuiusdam diuitis vberes attulit possessio fructus, & cogitauit apud se dicẽs, Quid faciã, quoniam non habeo quo colligam fructus meos, &c. Homilia. XLVIII.

Luc. 12.

HOminis cuiusdam diuitis vberes attulit possessio fructus, & cogitauit apud se, dicens, Quid faciam, quoniam non habeo quo colligam fructus meos? Et dixit: Hæc faciam, Destruam apothecas meas & horrea, & maiora ædificabo. Illuc congregabo fructus meos, & dicam animę meæ, Habes multa bona reposita, gaude & iocundare. Dixit autem illi deus, Stulte, hac nocte exposcitur a te aia tua, ea quæ congregasti cuius erunt? O cæcitas auari, fratres dilectissimi, vna nox ei superabat, & de multorum annorum vita satagebat. Gaudebat quia multum sibi nascendum videbat, & non sciebat, quia nihil secum tollebat, sed hic omnia dimittebat. Nox ei vitam subtrahebat, & de crastino cogitabat: quod in alijs spectabat, in se non sperabat: vtique viderat & ille morientes, viderat possidentes, viderat neminem secum tollere terram. Quanti sunt & modo qui dicunt, tantum habeo, tantum facio, tantum valeo. Quibus respondendum est, Stulte, hac nocte auferetur anima tua a te quę congregasti cuius erunt? Lętatur diues stultus, nocte moriturus, Quantumcunque cupiditas radices suas vbiq; distentet, quantũcunq; rapiat, necesse est in vna hora totum dimittat. Sed dicturus es habeo filios qbus laborẽ, habeo qbus prospiciã, habeo qbus curã maximã gerã. Quã curã geris filiorũ vt eos obruas lachrymis miserorum? Nõ est hoc filios amare, sed potius necare. Nescis qa arbor in fruge dignoscitur? Nescis qa qđ in radice celatur, in ramis declaratur: & qđ latet i foljs, enitescit in pomo? Nolo te talẽ patrẽ sentiãt filij tui, nolo sic pudeas, vt magis inuideas. O quãti pau-

perẽs nascũtur, & postomodũ diuiter efficiũtur, quãti quibus magna hæreditas dimittitur, & postmodũ ad penuriã rediguntur. Si ergo dei est pauperẽ facere, dei est & ditare. Cur, puidus filiorũ existis? Curra pis, qui post te ne forte maneant nescis, & tibi ppetuã pœnã nutris, & filijs tuis dolorẽ dimittis? Dicit. n. sapientissimus Salomõ, Qui cõgregat aliena, relinquit filijs dolorem. Et rursum dicitur in Psalmis, Verũtamen in imagine pertransit homo, vane conturbatur, thesaurizat, & nescit cui cõgregat ea. Quid thesaurizas auare quod nescis? Quid auri argentiq; põdere delectaris, & condis? Quid imaginẽ regis sculptã seruas in solidis, & imaginẽ cõditoris in hoibus detestaris? Redde, dictum est, Cæsari quæ sunt Cæsaris, & deo quæ sunt dei. Maiores nostri ideo copijs oibus abundabant, quia deo decimas dabant, & Cæsari cẽsum reddebant. Modo autem quia discesit deuotio dei, accesit indictio fisci. Noluimus partiri cũ deo decimas, mó aũt totũ tollitur. Hoc tollit fiscus, qđ nõ accipit xps. Hoc magis datur quod pauperibus nõ erogatur. Noli, inquit Salomõ, parcere thesauris tuis. Tribuendę sunt eleemosynæ pro modo & quantitate, sicut scriptum est, Prout habueris fili, fac eleemosynã. Si exiguũ habueris, ex ipso exiguo cõica e surienti. Absconde eleemosynã in sinu pauperis, & hæc pro te te exorabit ad dominũ. Sed dixisti, habeo qbus dimittã. Pone quia habebunt filij quibus dimittis. Tu nihil habebis, quia nihil ante te misisti. De filijs curã gessisti, tibi aũt nõ profuisti. Ecce peregrini post te transierunt & isti filij, sine causa cucurristi, cum Apostolus dicat, nihil intulimus in hunc mundum, verum nec auferre quid possumus, quia dñi est terra & plenitudo eius. Audis, Surs um corda, & curas dicere, Habemus ad dñm. Si aliquid illuc misisti, habes qđ ibi quæras. Si nihil misisti sursum, nõ habes qđ ibi quęras. In terra vbi posuisti, ibi quere. Quia scriptũ est, Vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuũ. Et deus tibi audi quid dicat. Quid? Vis fœnerari, vis minus dare, & plus accipere, Ecce mihi da, dicit dominus. Ego accipio minus, & dabo plus. Quẽ quæris vnde crescat pecunia? Hoiem quęris, qui quãdo accipit gaudet, quãdo reddit plãgit. Vt accipiat pcatur, ne reddat calumniatur. Da quidem homini, & noli auertere faciem tuam ab eo qui mutuo perit, sed accipe quantũ dedisti, nã & beneficiũ perdidisti. Et si hoc ipsum qđ daturus es exigatur, forte ad manũ non habet vnde reddere possit, pertulisti petentem, expecta nõ habentem. Noli clamare & dicere, Nunquid fœnus quęro? Tm̃ peto quantũ dedi, hoc recipiam. Non es mẽtitus, verũ dicis, nõ es fœnerator, & vis cui dedisti quærat fœneratorem, vt tibi reddat. Sed si propterea fœnus non exigis, nec te fœneratorem iudicet deus, premis, suffocas, exigis, si tãntum exigis quantum dedisti, suffocando tamen & in angustijs retinendo, beneficiũ non præstitisti, sed maiores angustias intulisti. Sed forte dicis, Habet vnde reddere potsit Habet possessionẽ vẽdat. Habet domũ vendat. Habet familiam vẽdat. Frater tuus quãdo a te petiit, ideo petijt ne vẽderet propterea non faciat, quia subueniſti ne fieret. Hoc vult deus, hoc iubet deus. Sed si auarus es, modo audi quid ipse dominus in Euãgelio dicat, Stulte, hac nocte exposcitur anima tua a te, ea quę præparasti cuius erunt? Sic est omnis qui sibi thesaurizat, & non est in deum diues, Amen.

Pſal. 38. Mat. 22. 16. qõ 7. maiores. Eccl. 19. Tobiæ. 4. 1. Tim. 6. Pſal. 23 Mat. 6 Luc. 12.

De eo quod Apostolus dicit, Legatione fungimur pro Christo: Homilia. XLIX.

2. Cor. 5.

APostolum audiuimus nobis dicentẽ, Legatione fungimur pro Ghristo, exhortans reconciliari deo. Nõ exhortaretur vt reconciliaremur, nisi inimici fuissemus. Ergo erat totus mundus inimicus saluatori, amicus captiuatori Hoc est, inimicus deo, amicus diabolo. Et totum genus humanũ tanquã illa mulier, curuatum erat ad terrã. Iam intelligens quidã inimicos istos, clamat aduersus eos, & dicit deo, Curuauerunt aiam meã. Diabolus & angeli eius aias hoium curuauerunt ad terras, i. vt pronæ in ea quæ temporalia sunt & terrena, superna non quærerent. Nam vtique hoc dicit dominus de muliere ista, quia alligauit eam Satanas. Ecce decem & octo annis: etiam oportebat eam solui a vinculo in die sabbati. Calumniabantur autem erigenti, qui nisi curui? Quandoquidem & ipsa quæ deus præceperat non intelligentes, terreno corde intuebantur. Sacramentum enim baptismi carnaliter celebrabant, spiritaliter non videbant. Audite charissimi membra Christi, & matris

Luc. 13. Pſal. 52. Luc. 13. d. 34 audite.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catholicæ filij: quod dico competentibus & fidelibus audiant pœnitentes, quod dico fidelibus, dico & competentibus & pœnitentibus, audiant cathecumeni, audiãt oẽs, omnes timeant, nemo contemnat. Sit mihi in consolationem vester auditus, ne sit vobis in testimonium dolor meus. Competentibus dico, Fornicari vobis non licebit, Sufficiant vobis vxores, aut nec vxores, Concubinas vobis habere non licet. Audiat deus, si vos surdi estis, audiant angeli eius: si vos contẽnitis, Concubinas vobis habere non licet. Si audiant competentes quod dico fidelibus, non habetis vxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis vxores, quanto magis dãna tio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis. Non vobis licet habere vxores, quarum priores mariti viuunt. Nec vobis fœminæ habere viros licet, quorum priores vxores viuunt. Adulterina sunt ista coniugia, non iure fori, sed iure cœli. Nec eam fœminam quæ per repudiũ discessit a marito, licet vobis ducere viuo marito. Solius fornicationis causa licet vxorem adulterem dimittere, sed illa viuente non licet alteram ducere. Et vobis fœminæ nec illos viros, a quibus per repudium discesserunt vxores eorum, maritos habere conceditur. Non licet, adulteria sunt, non coniugia. Contẽnitur Augustinus, timeatur vel xps. Nolite imitari turbam malorum infidelium filij mei, nolite sequi vias latas, quarum finis ad interitum ducit. Qui baptizatus fuerit, aut continentiam deo voueat, aut permaneat cum vxore sua, aut si non habet, ducat vxorem. Audite me fideles, id est baptizati. Quare moriemini iam renati? Quando baptizati per vias tuortuosas & lubricas & immundas itis, nescitis quia per itus? Filij mei fratres charissimi credite, non ergo vultis credere? Quid vobis facio qui fideles estis, & audistis me? Si forte talia cõmisistis, nolite adde vt vobis deus ignoscat orate. Si non potuistis hẽre, vel noluistis pudicitiam coniugalem seu continentiam, & deuiastis a proposito vel vinculo coiugali, uel deuotio ne continentiæ, sit in vobis dolor & humitas pœnitentię. Apertius dico, nemo dicat non intellexi. Qui post vxores vestras vos illicito concubitu maculastis, si pter vxores vestras cum aliqua concubuistis, agite pœnitentiam, qualis agitur in ecclesia, vt oret pro vobis ecclesia. Nemo sibi dicat, occulte ago, apud deum ago, noluit deus qui mihi ignoscit, quia in corde ago. Ergo sine causa dictum est: Quę solueritis in terra, soluta erunt in cœlo? Ergo sine causa sunt claues datę ecclesiæ dei? Frustramus Euangelium dei, frustramus verba xpi? Promittimus vobis quod ille negat? Nonne vos decipimus? Iob dicit, Si erubui in conspectu populi confiteri peccata mea, Talis iustus thesauri diuini obrizi, tali camino probatus ista dicit, Et resilit mihi filius pestilentiæ, & erubescit genu figere sub benedictione dei: quod non erubuit imperator erubescit nec sanator sed tm curialis? Superba ceruix, mens tortuosa, fortasis imo quod non dubitatur, propterea deus voluit vt Theodosius imperator ageret pniam publicam in conspectu populi, maxime quia pctm eius celari non potuit, & erubescit sanator, quod non erubuit imperator? Erubescit nec sanator sed tantum curialis, quod non erubuit imperator, Erubescit plebeius siue negociator quod non erubuit imperator. Quæ ista superba est? Nonne sufficeret gehennæ, etiã si adulterium nullum esset? Postremo fratres mei audiunt me viri, audiunt me fœminę, quid ad me irascimini mihi? vtinam faciatis quod scriptum est, Irascimini & nolite peccare. Timere debeo ne contingat mihi quod contigit Apostolo Paulo? Quod modo cum legeretur si intenti fuistis lectioni, audistis, Ergo inimicus factus sum vobis verum prędicans. Et si ita est, Fiat. Si necesse est vt inimicus sim vobis melius q̃ iustitię. Cõmendo vos custodiendos ẽt vxoribus vestris Filię meæ sunt, sicut & vos filij mei estis. Audiant me, Zelentur viros suos, non sibi seruent vanam gloriam, qa solent a maritis impudicis matronæ laudari, quia impudicitiam virorũ suorũ æquo animo ferunt. Non talem patientiam habeant Christianæ mulieres, prorsus zelẽtur viros suos, non propter carnem suam, sed propter animas illorum. Omnino ego moneo, ego præcipio, ego iubeo, Episcopus iubet, xps in me iubet. Nouit ille in cuius cõspectu ardet cor meum. Ego iubeo, nolite viros vestros permittere fornicari. Interpellate contra illos ecclesiam. Non dico iudices publicos, non pro consulem, non vicarium, non comitem, non imperatorem, sed deum patrem, & Christum, & spiritum sanctum. In cæteris omnibus ancillæ estote virorum uestrorum subditæ ad obs-

Matt. 5.

De pœ. d. 1. Cap. Agite. Marci. 18 Iob. 31

Cõcor. 11 q. 3. cap. Cũ apud.

Psal. 4. Galat. 4

quiũ. Nulla sit in uobis protẽruitas, nulla superbia, non cõtumelio sa ceruix, nõ aliqua inobedientia, prorsus tanquã ancillæ seruite. Sed ubi uentum fuerit ad illud negocium, ubi uos Apostolus æquauit dicens, Vxori uir debitum reddat, similiter, & uxor uiro: Vxor non hẽt potestatem corporis sui, sed uir. Quid te extollis? Audi qd̃ sequitur, Similiter & uir nõ habet corporis sui potestatem, sed mulier, Vbi ad hoc uẽtum fuerit, clamate pro re uestra. Aurum tuum uendit maritus pro necessitate sua, Ferto fœmina, ferto ancilla, noli litigare noli contradicere. Contemptus auri tui, dilectio est uiri tui: Si uillam tuam pro necessitate sua uendat quæ est & tua, nõ. n. potest esse eius quæ nõ sit tua, si est charitas in te, quæ debet esse in uxore, ferto patiẽtei: & si dubitat, tu offer, contẽne oia pp amorem uiri tui. Sed castum opta, pro castitate litiga. Patienter pereat uilla tua, nõ aia ipsius te patiẽte pereat. Nõ dico uiris, ut in hac causa zelent uxores suas Scio, quia faciũt. Noui. Quis ferat uxorẽ adulterũ & imperat fęminæ ut ferat adulterũ uirũ? O iustitia. Quare rogo te? Quare? Quia ego sum uir, Vir es, in fortitudine tua, pbemus, q̃ uires. Vir es, uince libidinẽ. Cũo uir, quo uxor ẽ fortior? Tu es caput mulieris uir, uerũ ẽ. Si caput ẽ ducat, uxor sequatur. Sed ubi recta est domus caput mulieris uir. Si caput es duc, sequatur illa caput suũ. Sed uide quo eas. Noli ire quo nõ uis ut sequatur, noli ire quo times pedissequa ne ĩ foueã sequatura dulterii, simulq̃ ruatis, ne cũ tu facis doceas qd facis, Dolet tibi aia, si foueã adulterij simul ruatis. Dolet tibi si tu solꝰ ruas. Zelas, nõ uis ut ruat illa, time tu, noli ruere. Nolite ãt pudicissimę fęminæ imitari ipudicos uiros uestros: Absit a uobis, Aut uobiscũ uiuant, aut soli pereant. Impudico marito nõ dẽt mulier pudicitiã, sed deo illã debet, xpo illam debet. Nõ pp illũ faciat qui nõ meretur, sed ppter Christum faciat. Parcum suum attẽdat, tabulas suas legat. Postremo quod libet sentiat, qui forte indignatur, quia talia disputo, scio nanq; qui sapiunt, amant inde me, quia non sine causa scriptum est: Corripe sapientem & amabit te, corripe insipiẽtẽ, & adiiciet odisse te. Non dixit, incipiet, sed adiiciet, quia iam oderat. Ego scio quia sapientes amant me, in hoc a cõmunione se cohibent qui sciunt quia noui peccata ipsorum, ne de cancellis proiiciantur. Quorum aũt nescio, hos coram deo conuenio. Agant etiam ipsi pœnitentiam suam, & deinceps ab immunditia abstineãt fornicationum suarum. Pœnitentibus dico, Quid est quod agitis? Scitote nihil agitis. Quid prodest quia humiliamini, si non mutamini? Catechũmenis dico, Exardescite volũtate ad percipiendum gram. Sed eligite vobis in ecclesia dei quos imitemini. Quid ẽ quod dico, si non inueneritis? Ergo in populo dei nõ est quẽ inueniatis? Per tot annos, tot hoies sine cã baptizauimus, si nõ ibi sunt qui seruent quod acceperunt, q̃ custodiant quod audierunt. Absit hoc a me vt credam. Melius esset nõ vobis essem Episcopus, si hoc ita est. Sed spero esse, credo esse. Inde est aũt mlsera conditio mea, quia plerunq̃ cogor adulteros nosse. castos nosse nõ possum. In occulto est unde gaudeã, in publico est unde torquear. Ergo desiderate gram dei, & eligite quos imitemini, cũ quibus viuatis, cum quibus colloquia dulcia charitatis hẽatis. Nolite admittere surrationes malas. Corrũpunt mores bonos colloquia mala, Viuite sicut spicæ inter zizania, Ferte tribulationes huius seculi, sicut grana in area. Veniet ventilator, nemo sit pasim in hoc seculo separator, Amen.

1. Cor. 7

De uerbis dñi ser. 46 Ephe. 5.

Prouer. 6.

1. Cor. 15

De utilitate ac necessitate pœnitentiæ: Homilia L.

Caput. 1. * Hæc homilia habetur tomo nono, titulo li. Depœnitẽtię medici na Iacobi. 4. Luc. 18. Lucæ. 18.

QVãm sit utilis & necessaria pniæ medicina, facilime homines intelligunt, q̃ se homines esse meminerunt. Scriptum est n. Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gram. Et dns in Euangelio dicit, Qm̃ qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, Magisq̃ iustificatus descendit de templo publicanus ille peccatorum cõfessione solicitus, q̃ pharisæus meritorum enumeratione securus, quamuis ẽt & ipse gatias egit deo dicens, Gratias tibi ago deus, quia nõ sum sicut cæteri homines, iniusti, adulteri, raptores, qũo & publicanus iste, Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quę possideo. Et tñ ille ei platus est, qui de longinquo stabat, neque oculos audebat ad cœlum leuare sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Non. n. Pharisæus tam sua sanitate q̃ morborum alienorum cõparatione gaudebat. Vtilius aũt illi erat qm̃ ad medicũ uenerat, vt de quibus ægrotabat confitendo monstraret, quam dissimularet de uulneribus suis, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

de cicatricibus alienis auderet gloriari. Non ergo mirum si publicanus magis curatus absceſsit quem non puduit oſtendere quod dolebat. In rebus quippe viſibilib⁹, vt excelſa quiſque cõtingãt, in excelſum erigitur. Deus aũt cum omnium ſit excelentiſsimus, non elatione, ſed humilitate contingitur. Vnde per Prophetam dicitur, Prope eſt dominus his qui atriuerunt cor. Et iterum, Excelſus eſt dominus & humilia reſpicit, & excelſa a longe cognoſcit. Excelſa ipſa poſuit pro ſuperbis. Illa ergo reſpicit ut attollat, iſta cognoſcit ut deprimat & deiiciat, Cum.n. ait, quod a longe excelſa cognoſcit, ſatis eum oſtendit humilia de proximo attendere, ipſum tamẽ deum excelſum eſſe prædixit. Solus.n. deus arrogans non eſt quantacunque ſe prædicatio ne laudauerit. Nõ ergo ſe arbitretur ab oculis dei abſcondi quãtacũq; ſuperbia. Deꝰ.n. excelſa cognoſcit. Nec ſe rurſus deo cõiunctã putet, excelſa enim a longe cognoſcit.

Pſal. 33. Pſal. 137. Cap. 11.

Quis quis itaq; pniæ recuſat humilitatẽ, deo propinquare nõ cogitat. Aliud eſt.n. ſe leuare ad deũ, aliud ẽ ſe leuare cõtra deũ. Qui ante illũ ſe proiicit, ab illo erigitur. Qui aduerſus illũ ſe erigit, ab illo proijcitur. Alia eſt ſoliditas mgnitudinis, alia eſt inanitas inflationis, qui foris tumeſcit, intus tabeſcit. Qui eligit abiici in domo dãi magis q̃ habitare in tabernaculis peccatorum, eligit illum deus inhabitare, ut inhabitet in atriis eius, & nihil ſibi aſſumentem, ille in ſedem beatitudinis aſſumit. Vnde in pſalmis ſuauiſsime & ueriſsime canitur, Beatus uir, cuius eſt ſuſceptio abs te domine. Ne putes eum qui ſe humiliat ſemper iacere, cum dictum ſit, exaltabitur, Et ne opineris eius exaltationem in oculis hominũ per ſublimitates fieri corporales, Cũ enim dixiſſet, Beatus uir, cuius eſt ſuſceptio abs te dñe, conſequenter connexuit & oſtendit eiuſdem ſuſceptionis celſitudinem ſpiritalem. Aſcenſus, inquit, in corde eius diſpoſuit in conualle plorationis in locum quem diſpoſuit. Vbi ergo diſpoſuit aſcenſus? In corde, in conualle. ſplorationis, hoc eſt, qui ſe humiliat exaltabitur. Sicut.n. aſcenſus exaltationem indicat, ita uallis humilitatem, & cõualles plorationes.

Pſal. 83. Pſal. 50 Iob. 15.

Sicut.n. comes pniæ dolor eſt, ita lachrymę teſtes doloris. Optime autem ſequitur & dicit, Etenim benedictionem dabit qui legem dedit. Ad hoc.n. lex data eſt, ſuperbo infirmitatem ſuam notam faceret, infirmo pniam ſuaderet. Ad hoc ẽt lex data eſt, vt diceremus in conualle plorationis, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis, Et cum ipſo ploratu clamaremus. Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et ſuccurreret nobis exaudiente illo qui erigit eliſos, ſoluit cõpeditos, illuminat cæcos, gratia dei per Ieſum xp̃m dñm noſtrum. Tres ſunt autem actiones pniæ, quas mecum veſtra eruditio recognoſcit. Sunt.n. viſitatæ in eccleſia, & diligenter attendentibus notæ. Vna eſt quę nouum hominem parturit, donec per baptiſmum ſalutare omnium præteritorum fiat ablutio peccatorum, vt tanquam puero nato dolores tranſeant, quibus viſcera vrgebantur ad partum, & triſtitiam tristitia conſequatur. Omnis.n. qui iam arbiter voluntatis ſuæ conſtitutus eſt, cum accedit ad ſacramenta fidelium, niſi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non poteſt inchoare. Ab hac pnia cum baptizantur ſoli paruuli ſunt immunes. Nõdum.n. uti poſſunt libero arbitrio, quibus tamẽ ad conſecrationem remiſsionemq̃ originalis peccati prodeſt eorum fides, a quibus offeruntur, ut quaſcunque maculas delictorum per alios, ex quibus nati ſunt, contraxerunt, aliorum etiam interrogatione ac reſponſione purgentur. Veriſsime quippe in pſalmis plangitur, Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis peperit me mater mea. Item ſcriptum eſt, Non eſſe mundum in conſpectu dei, nec infantem, cuius eſt vita diei unius ſuper terram. Exceptis ergo talibus, de quorum ordine ac merito in futura illa quę promittitur ſorte ſanctorum, velle amplius quærere, hominum modum excedit: pie tamen creditur eis prodeſſe ad ſpiritalem ſalutem, quod eccleſiaſticæ autoritatis per totum orbem terrarum tam firmo robore cuſtoditur, cæterorum hominum nullus ius tranſit ad Chriſtum, ut incipiat eſſe quod nõ erat niſi eum pœniteat fuiſſe quod erat. Hæc prima pœnitentia pręcipitur Iudæis, dicente Apoſtolo Petro, Pœnitentiam agite, & babtizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Talis ab ipſo domino imperabatur cum diceret, Pœnitentiam agite, appropin-

Roma. 7. Cap. 111 De pœ. d. 1. Tres sũt 4. ſen. diſt. 16. p̃ dictis pnię actiones tes. De pœ. d. 4 ca. Omnis Acto. 2

quabit.n. regnum cœlorum. De hac etiam Ioannes Baptiſta, plenus ſpiritu ſancto, præcurſor & præparator viæ domini, ita dicit, Generatio viperarum, quis oſtendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Altera vero pœnitentia eſt, cuius actio per totam iſtam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua ſupplicationis humilitate ſubeunda eſt. Primo, quia vitam ęternam, incorruptibilem, immortalemq; nullus deſiderat, niſi eum vitæ huius temporalis, corruptibilis, mortalisq; pœniteat. Non enim ſic quiſque in vitam nouam per ſanctificationem baptiſmi naſcitur, vt quemadmodum deponit ibi omnia peccata pręterita, ita etiam ſtatim mortalitatem ipſam carnis corruptionemq; deponat. Quod ſi ita non eſt, reſtat vt illud quod ſcriptum eſt, quod etiam quiſque in ſe ſentit, adhuc dum in hac vita eſt: corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſensum multa cogitantem: quod tunc in illa beatitudine quia non erit, cum abſorbebitur mors in victoria: quis dubitet in quacunque temporali fœlicitate verſemur, pœnitere tamen nos debere huius vitæ, vt ad illam incorruptionem tota auiditate curramus? Inde eſt.n. quod etiam Apoſtolus ait, Quandiu ſumus in corpore, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus, non per ſpeciem. Quis ergo feſtinat atq; optat ad patriam remeare, & illam per ſpeciem quę eſt facie ad faciem contemplari, niſi quem peregrinationis ſuæ pœnituerit? Ex quo dolore pœnitentis etiam vox illa miſerabilis erumpit & ſonat, Heu me, quia peregrinatio mea longinqua facta eſt. Et ne putes nondum fidelem iſta loqui, vide quod ſequitur, Inhabitaui in tabernaculis Cedar. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquerer eis impugnabant me valde. Non ſolum hominis fidelis, ſed etiam Euangeliſtæ firmiſsimi, & martyris fortiſsimi hæc verba ſunt. Nam inde eſt etiam illud eiuſdem Apoſtoli, Scimus enim quia & ſi terrena noſtra domus huius habitationis diſſoluatur, ædificationem habemus ex deo domũ non manu factã æternã in cœlis. Etenim in hoc ingemiſcimus habitaculũ noſtrũ, quod de cœlo eſt, ſuperindui cupientes, ſi tamen induti non nudi inueniamur. Etenim qui ſumus in hac habitatione, ingemiſcimus grauati, in quo nolumus ſpoliari, ſed ſuperueſtiri, vt abſorbeatur mortale a vita. Quid ergo cupimus, niſi ita non eſſe vt ſumus? Et quid ingemiſcimus, niſi pœnitendo, quia ita ſumus? Sed ideo non ita erimus, niſi terrena domo reſoluta, cœleſtem habitationẽ & in animo & corpore totius hominis ĩmutatione ſortiamur. Quapropter & ſanctus Iob non ait eſſe tentationem in hac vita, ſed hanc ipſam vitam tentationem dixit eſſe, ita loquens, Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram? Quo in loco etiam myſterium lapſi hominis mirabiliter tetigit dicens, Tanquam ſeruus fugiens domi num ſuum & conſecutus eſt vmbrã. Non enim hęc vita dicenda eſt potius, quã vmbra vitæ. Nec imerito fugitiuus Adam poſt offenſionẽ peccati abſcondit ſe a facie domini, tectus folijs arborum, quibus opacantur vmbracula, tanq̃ fugiens dñm ſuum, ſic vt dictum eſt. Et conſecutus vmbrã. Quę vniuerſa ad hęc dicta ſunt, ne quis per baptiſmum quãuis iuſtificatus ſit a prioribus peccatis, tamen ſuperbire audeat, etiã ſi nihil cõmittat, vnde ab altaris communione ſeparetur, quaſi iam de plena ſecuritate ſe iactans, ſed potius ſeruet humilitatẽ, quæ pene vna diſciplina Chriſtiana eſt. Nec ſuperbiat terra & cinis, donec iſta nox tota tranſeat, in qua pertranſeunt omnes beſtię ſyluę, catuli leonum rugientes ut quęrãt a deo eſcam ſibi. In hac eſca Iob ipſe peritus eſt qui dixit, Tentatio eſt uita humana ſuper terram. Etiam dominus, in hac nocte, inquit, poſtulauit Sataras vexare vos ſicut triticum, Quis itaque ſanę mentis non ingemiſcat, cui non per pœnitentiam ſic eſſe diſpliceat: Quis non tota humilitate ſupplicãs diuino adiutorio ſe exaudibilem præbeat: donec tranſeat omnis iſta tentationum materies atque umbra terrena, & ille qui nunquã deficit, iam nobis illucęſcat ſempiternus dies, & illuminet abſcõdita tenebrarum, & manifeſtet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; a deo? Deinde quãuis ſe quiſq; glorietur ſic habere corpus edomitum, ut mundo crucifixus ab omni opere malo, in ſeruitutem redacta membra caſtiget, nec iam regnet peccatum in eius mortali corpore, ad obediendum deſiderijs eius: ſolũ vnũ uerũ deũ colat, nulli ſimulacrorũ ritui deditus, nullis ſacris dæmoniorum irretitus, non accipiens in uanũ nomen dei ſui, qetẽ ſempiternã certus expectans, debitum honorem parentibus reddens, nec cruentus homicidio, nec for-

Mat. 4. Mat. 3. Cap. 4. De pœ. di. 1. c. Tres. Sapien. 9 1. Cor. 15. 1. Cor. 5. Pſal. 119 2. Cor. 5. Cap. 5. Iob. 7 Gene. 3. Eccl. 10 Pſal. 103 Ioq. 7 Luc. 22 1. Cor. 4 Cau. 6 Gala. 6. 1. Cor. 9 Roma. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicatione turpatus, nec furto fraudulentus, nec mẽdacio duplicatus, nec rei vel vxo
ris alienæ concupiscentia sordibus: nõ suis etiam rebus aut luxuria diffluat, aut are-
Mat. 19. scat auaritia, non sit contentiosus, non maledicus, vendat postremo omnia sua & det pa-
pauperibus, & sequatur Christum, atque thesauro cœlesti radicem cordis infigat: qd
videtur addi posse ad tam plenam iustitiam? tamen nolo glorietur. Intelligat hæc
1. Cor. 4 omnia præstita sibi esse, non a se existere. Quid enim habet quod non accepit? Quod
si acceperit, quid gloriatur quasi non acceperit? Eroget sane pecuniam dominicam,
consulat proximo, sicut sibi sentit esse consultum vel consulendum, nec puret satis
Mat. 25 esse seruare integrum quod accepit ne dicatur ei, Serue neq; & piger, dares pecuniam
meam & ego veniẽs cum usuris exigerem: ne auferatur ab eo quod accepit, ne proii-
ciatur in tenebras exteriores. Quàm vehementissimam pœnam si timere debent il-
li, qui seruare integrum possunt quod acceperunt, quæ spes illorum est, qui hoc im-
pie scelerateq; disperdunt? Versabitur ergo iste in rebus humanis non carnalis, sed
spiritalis acquisitionis deuinctus officio: non quidem negotijs secularibus obliga-
tus, sed tamen quia militat deo non otio desidiæ torpidus & abiectus. Det ergo, si pot,
suas eleemosynas omnes cum hilaritate, siue cum carnalibus necessitatibus paupe-
rum erogat aliquid, siue cum panis cœlestis dispensatione inuicta aduersus diabolũ
1. Cor. 6 castra in credentium cordibus construit, Hilarem enim datorem diligit deus. Non
vtiq; tẽdio frangatur in difficultatibus rerum, quæ necesse est existant, vt ostendatur
homini q̃ homo est. Non ira surrepat in eum, quia odiose irruit, aut importune mo-
pia coactus petit, aut negotio suo cum tu maiore occupatus sis indifferenter flagitat
subueniri, aut in verbo manifestæ iustitiæ resistit cæca cupiditate, aut miserabili tar-
ditate non dat quicquam amplius vel minus q̃ oportet. Non loquatur amplius quam
Esaiæ. 25. opus est. Speciosi. n. pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed tamẽ
Rom. 10. de terra sicca puluerem contrahunt, qui sane in iudicium eorum excutitur, qui sibi
hanc exhibitionem peruersa voluntate contemnunt. Non solum ergo propter ipsam
vitæ huius mutabilitatem & ignorantiam, & propter diei malitiam, quę utinam fu-
Mat. 6 ficeret, sicut de illa dictum est, Sufficit diei malitia sua, quam iubemur ferre atq; por-
Psal. 26 tare, donec transeat, & sustinere deum viriliter agendo, vt fructum afferamus cũ to-
lerantia: sed etiam propter ipsum puluerem mundi huius, qui per itinera consulẽti
consulentium pedibus adhæresci t, & damna quæ in ipsa negotiosissima dispensatio-
nis actione contingunt, quæ dominus præstet, vt cum lucris maioribus compensen-
tur: quotidianam debemus habere pœnitentiam. Sed si hoc dispensatores verbi dei
& ministri sacramentorũ eius milites Christi, quanto magis cætera stipendiaria mul
titudo, & quędam prouincia magni regis? Quam ne forte mala suspitione auaritię
Cap. 7 miles ille fidelissimus atque fortissimus Apostolus Paulus offenderet, suis stipẽdijs p
1. Cor. 11. militauit, & vbi forte defuit sumptus necessarius, alias, inquit, ecclesias expoliaui, ac-
cipiens ab eis stipendium ad vestram ministrationem: quanto magis ecclesiæ prouin
ciales secularibus negotijs obligati, quotidianam debent agere pœnitentiam? Qui
quãuis a furtis, a rapinis, a fraudibus, ab adulteriis, & fornicationibus, omniq; luxu-
ria, a crudelitate odiorum & inimicitiarum pertinacia, ab omni denicq; idololatriæ fœ
ditate, spectaculorum nugacitate, hæresum atque schismatum impia vanitate, atque
ab omnibus huiuscemodi flagitijs & facinoribus immunes, puri atque integri esse
debeant: tamen propter administrationem rerum familiarium, & cõiugiorum arctis-
sima vincula tam multa peccant, ut non tam de istius mundi puluere aspergi, quam
1. Cor. 6 luto obliniri videantur. Hoc est quod Apostolus eis dicit, Iam quidem omnino deli-
ctum est, qa iudicia habetis inter uos. Quare non magis iniquitatem patimini. Qua-
re non magis fraudamini. Nam illud execrabile est, quod propter quosdam addit &
dicit, Sed uos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratribus. Exceptis tamen iniqta
tibus & fraudibus, hoc ipsum habere inter se iudicia & lites de secularibus rebus, de
lictum esse dicit: quod tamen ferendum esse admonet, si uel ecclesiastico iudicicio li-
1. Cor. 6 tes huiuscemodi finiantur. Hinc est enim etiam illud, Qui sine uxore est, cogitat quæ
sunt dei, quomodo placeat deo, Qui autẽ matrimonio coniunctus est, cogitat ea quæ
sunt mundi, quomodo placeat uxori. Quod etiam de fœmina similiter notat. Vnde
lud cum ait, Et item in idipsum estote, ne uos tenet Satanas propter intemperantiam
vestram.

vestram. Quod vt peccatum demonstraret esse, sed infirmitati concessum, subiecit sta
tim, Hæc autem dico secundum veniam, non secundum imperium. Sola enim generã
di causa est inculpabilis sexus vtriusque commistio. Quam multa sunt alia peccata, 4 se. d. 32.
siue in loquendo de rebus & negotijs alienis, quę non ad te pertinent, siue in uanis cap. Cùm
cachinnationibus, cum scriptum sit, Stultus in risu exaltat vocem suam, sapiens aũt ergo.
uix tacite ridebit, Siue in ipsis escis quæ ad necessitatem sustentandę huius uitę ppa Eccl. 21
rantur, auidior atque immoderatior appetitus, sæpe excessum modum postriduana
cruditate contestans. Siue in vendendis & emendis rebus, charitatis & vilitatis vota Cap.
peruersa. Piget cuncta colligere, quæ quisque in seipso certus comprehendit, atq; re-
prehendit, si diuinarum scripturarum speculum non negligenter attendat. Quæ
quãuis singula non letali vulnere ferire sentiantur, sicuti homicidium & adulteriũ,
vel cætera huiusmodi tamen omnia simul congregata velut scabies quo plura sunt
necant, & nostrum decus ita exterminant, vt ab illius sponsi speciosi forma præ filijs Psal. 44.
hominum castissimis amplexibus separent, nisi medicamento quotidianæ pœniten * al. defic-
tiæ diffecentur. * Quod si falsum est vnde quotidie tundimus pectora? Quod nos centur.
quoque antistites ad altare assistentes cum omnibus facimus, Vnde etiam orantes Matth. 6.
dicimus, quod in tota ista uita oportet dicamus. Dimitte nobis debita nostra, sicut &
nos dimittimus debitoribus nostris. Non enim ea dimitti precamur, quæ iam in ba-
ptismo dimissa sunt, & nisi dimissa credimus, de ipsa fide dubitamus: sed vtique de
quotidianis peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia eleemosynarum, ieiu-
niorum & ipsarum orationũ ac supplicationum quisque pro suis viribus offerre nõ
ceſſat. Quisquis itaque se diligenter attendens, nulla seipsum adulatione seducit, sa-
tis intelligit cum quanto periculo mortis æternæ, & cum quanta penuria perfectæ iu
stitiæ peregrinetur a domino, quãuis iam in Christo, hoc est, in via constitutus redi-
re conetur, Nam si non habemus peccata, & tundentes pectora dicimus, Dimitte no- Mat. 6
bis debita nostra; ex hoc ipso certe & grauiter nullo dubitante peccamus, cum inter
ipsa sacramenta mentimur. Quamobrem, inquantum deo nostro fide spe & charita-
te conectimur, & eum, inquantum possumus, imitamur, non peccamus, sed filij dei
sumus. Inquantum autem ex occasione carnalis infirmitatis, quia nõdum morte re-
soluta, nondum resurrectione mutata est, motus reprehẽsibiles, improbiq; subrepũt,
peccamus. Quod vtique fateri nos conuenit, ne dura ceruice, non languoris nostri
sanitatem, sed damnationem superbiæ mereamur, Vnde vtrunque uerissime scriptũ
est. Et qui natus est ex deo, non peccat: & quod in eadem Ioannis epistola legimus. Si 1. Ioan. 3.
dixerimus, quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in no- 1. Ioan. 1.
bis non est. Illud ergo ex primitijs noui hominis, hoc ex reliquijs veteris dictum est,
utrunque enim agimus in hac vita. Paulatim autem nouitas accedit, & paulatim ve-
tustate cedente succedit. Cum vero vtrunque agitur, in stadio sumus, nec solum per
cutimus aduersarium bonis operibus, sed etiam peccata incautius euitando percuti
mur. Neque enim quis nostrum vicerit, sed quis crebrius feriat, quis fortius confli-
gat attenditur, donec alios secum in sempiternam mortẽ pertrahat, qui homini stan
ti lapsus inuidit, & ab alijs triũphantibus in fine dicatur, Vbi est mors cõtentio tua?
Vbi est mors aculeus tuus? Sed neque tam facile ab inimico deijcimur, quàm cũ eũ 1. Cor. 15.
superbiendo imitamur: nec vehementius eum prosternimus, quàm cum humilitate
deum sequimur: nec acriores ei dolores infligimus, quam cum plagas peccatorum no Cap. 9
strorum confitendo & pœnitendo sanamus. Tertia actio est pœnitentiæ, quę pro il
lis peccacis subeunda est, quæ legis decalogus continet. Et de quibus Apostolus ait, Gala. 5
Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. In hac ergo pœnitentia, ma 1. Cor. 11.
iorem quisque in se seueritatem debet exercere, vt a seipso iudicatus, non iudicetur
a deo. Sicut idem Apostolus ait, Si enim nos iudicaremus, a domino non iudicare-
mur. Ascendat itaque homo aduersum se tribunal mentis suæ, si timet illud, quod 2. Cor. 5
oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illud recipiat vnusquisque quod per
corpus gesserit, siue bonum, siue malum: constituat se ante faciem suam, ne hoc ei po-
stea fiat, Nam minatur hoc deus peccatori, dicens, Arguam te, & statuam te ante fa- Psal. 49.
ciem tuam. Atque ita constituto in corde iudicio, adsit accusatrix cogitatio, testis cõ
scientia, carnifex timor. Inde quidem sanguis animæ confitentis per lachrymas pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fluat. Postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini. Vt qui separari a regno cœlorum timet per vltimam sententiam summi iudicis, per ecclesiasticam disciplinam a sacramento cœlestis panis interim separetur. Versetur ante oculos imago futuri iudicij, vt cum alij accedunt ad altare dei, quo ipse non accedit cogitet quàm sit contremiscenda illa pœna, qua percipientibus alijs vitam æternam, alij in mortem præcipitentur æternam. Ad hoc enim altare, quod nunc in ecclesia est in terra positũ, terrenis oculis expositum, ad mysteriorum diuinorum signacula celebranda, multi etiam scelerati possunt accedere: quoniam deus commendat in hoc tempore patientiam suam, vt in futuro exerceat seueritatem suam. Accedunt enim ignorantes, quoniam patientia dei ad pœnitentiam eos adducit. Illi autem secundum duritiam cordis sui, & cor impœnitens thesaurizãt sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Ad illud autem altare, quo præcursor pro nobis introiuit Iesus, quo caput ecclesiæ præcesserit, membris cæteris secuturis, nullus eorum accedere poterit, de quibus, vt iam commemorauimus, dixit Apostolus, Quoniã qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Solus enim sacerdos, sed plane ibi totus assistit, adunctio. s. corpore cui caput est, quod iam ascendit in cœlum. Ipse est cui dixit Apostolus Petrus, Plebs sancta, regale sacerdotium. Quomodo ergo in interiora veli, & in illa inuisibilia sancta sanctorum introire audebit aut poterit, qui medicinam disciplinæ contemnens, noluit paulisper a visibilibus separari? Qui enim noluit humiliari, vt exaltaretur, cum exaltari voluerit deij cietur, & in æternũ seiungetur ab æternis sanctis. Quisqs hoc tempore per merita obedientiæ, & per satisfactionẽ pœnitentiæ, non sibi prouidit locum in corpore sacerdotis, qua fronte impudentiæ tunc volet auerti faciem dei a peccatis suis, qui nunc toto corde non dicit, Quoniam facinus meũ ego agnosco, & peccatum meum ante me est semper? Quo pacto quæso deus dignetur ignoscere, quod in se ipse homo dedignatus est agnoscere? Aut illud quale est in quo sibi blandiuntur, qui sua se vanitate seducunt, perseuerantes in malitia atq; luxurijs suis, cum audiant Apostolum dicentem, Quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt? Audent sibi præter regnum dei salutem quam desiderant polliceri, atque ita inter se loquuntur, dum recusant agere pœnitentiam pro peccatis suis, & perditos mores aliquando in melius cõmutare. Regnare nolo, sufficit mihi saluũ esse. In quo primum eos fallit, quia eorum nec salus vlla est, quorum iniquitas perseuerat. Quod enim ait dominus, Quoniam abundauit iniquitas, refrigescit charitas multorum, qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, salutem vtiq; promisit perseuerantibus in charitate, non in iniquitate. Vbi autem charitas est, opera illa mala a regno dei separantia esse non possunt. Omnis enim lex ex vno sermone completa est in eo quod scriptum est, Diliges proximum tuum tanquã teipsum. Dende si est aliqua differentia inter regnantes & non regnantes, oportet tamen vt in vno regno sint omnes, ne in hostium aut alienorum numero deputentur. Omnes enim Romani Romanum regnum possident, quanuis in eo non omnes regnent, sed cæteris regnantibus pareant. Non autem ait Apostolus, qui talia agunt non regnabunt cum deo: sed, regnum dei non possidebunt. Quod etiam de carne & sanguine dictum est, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, quia corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem, vt iam non caro & sanguis, sed ex animali corpore spiritalis corporis habitum, naturamq; mereatur. Vel illa eos terreat vltima sententia iudicis nostri, quam propterea nunc aperiri voluit, vt ab eius fidelibus præcaueatur, dans metuentibus se significationem, vt fugiant a facie arcus. Exceptis enim eis qui cum illo etiam iudicabunt, quibus & promisit dicens, Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel, In quo numero iudicium omnes intelliguntur, qui propter Euangelium omnia sua dimiserunt, & secuti sunt dominum. Duodenarius quippe numerus, ad quandam vniuersitatem refertur. Non enim Paulus Apostolus ibi non erit, qui inter illos duodecim non fuit. Excepto ergo illis quos etiam nomine angelorum significauit, quando ait, Cum venerit filius hominis iudicare cum angelis suis. Angeli enim vtiq; nuncij sunt. Nuncij autem vbique & ipsime accipiuntur omnes qui salutem cœlestium hominibus nunciauerunt. Vnde

Roma. 2
Hebr. 5.
Gala. 5.
1. Pet. 2.
Psal. 50.
Cap. 10.
Galat. 5.
Mat. 24
Mat. 10. & 24
Galat. 5
Gala. 5
1. Cor. 15
Psal. 59.
Mat. 19
Mat. 25

etiam Euangelistæ boni nuncij possunt interpretari, & de Ioanne Bap. dictum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Hic ergo vt dicere cœperam exceptis, cęterra omnium hominum multitudo sicut in ipsius verbis domini manifestum est, in duas partes diuiditur. Positurus est enim oues ad dexterã, hœdos autem ad sinistrã, & dicetur ouibus, id est, iustis, Venite benedicti patris mei, percipite regnũ quod vobis paratum est a constitutione mundi. De hoc vtique regno dixit Apostolus, cum enumeraret opera mala. Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Audi quid audiant qui a sinistris erunt. Ite, inquit, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Quapropter præsumere quis audeat de nomine Christiano, & non cum omni obedientia & timore audiat Apostolum dicentem, Hoc enim scitote, cognoscentes q̃ omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentiæ. Nolite itaque fieri participes eorum. Latius autem ad Corinthios hæc dicit, Nolite errare, neq; fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorũ concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces, regnum dei possidebunt. Sed videte quemadmodum timorem & desperationem salutis abstulerit eis, qui hæc in vita veteri commiserunt. Et hæc quidem, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu christi, & spiritus dei nostri. Quisquis ergo post baptismum aliquorum pristinorum malorum opere obligatus tenetur, vsqueadeo sibi inimicus est, vt adhuc dubitet vitam mutare, dum tempus est, cum ita peccat & viuit. Nam vtique quod ita perseuerans peccat thesaurizat sibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Quod autem adhuc viuit patientia dei ad pœnitentiam eum adducit. Implicatus ergo tã mortiferis vinculis peccatorum detractat aut differt, aut dubitat confugere ad ipsas claues ecclesiæ, quibus soluatur in terra, vt sit solutus in cœlo, & audet sibi post hanc vitam, quia tantum christianus dicitur, salutem aliquam polliceri. Nec veridicum illud dominicæ vocis tonitruum contremiscit, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum & cætera. Quid ad Galatas idem Apostolus, Nonne talia enumerãs eodem fine concludit? Manifesta sunt, inquit, opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidię ebrietates, commessationes, & his similia quę prædico uobis sicut prædixi, Quoniã qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Iudicet ergo seipsum homo in istis voluntate dum potest, & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam præter voluntatem a domino iudicetur. Et cum in se protulerit seueriss imæ medicinæ sententiam, veniat ad antistites, per quos illi in ecclesia claues ministrantur, & tanquam bonis incipiens iam esse filius maternorum membrorum ordine custodito a præpositis sacrorum accipiat satisfactionis suę modum, vt in offerendo sacrificio cordis contribulati deuotus & supplex, id tamen agat quod non solum illi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum. Vt si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in scandalo est aliorum, atq; hoc expediret vtilitati ecclesiæ videtur antistiti, in notitia multorũ, vel ẽt totius plebis agere pniam nõ reuser, nõ resistat, nõ letali & mortiferæ plagæ, p̃ pudorẽ addat tumorẽ. Meminerit tñ semper qd superbis deus resistit, humilibus aũt dat gratiã. Quid est. n. infœlicius, qd peruersius, quã de ipso vulnere qd̃ latere non põt no erubescere, & de ligatura illius erubescere? Nemo arbitretur fratres propterea se consiliũ salutiferæ huius debere pniæ contẽnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacra altaris accedere, quorũ talia crimina non ignorat. Multi. n. corrigũtur vt Petrus, multi tolerantur ut Iudas, multi nesciuntur, donec veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Nam pleriq; propterea nolunt alios accusare, dum se per illos cupiunt excusare. Pleriq; autem boni christiani propterea tacent, & sufferũt aliorũ peccata quæ nouerunt, quia documentis sæpe deferuntur, & ea quę ipsi sciũt, iudicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quãuis. n. vera sunt quædã, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a cõione pro hibere quenquam non possumus, quanuis hæc prohibitio nondum sit mortalis

Mala. 3.
Mat. 25.
Galat. 5
Mat. 25
Epheſ 5.
1. Cor. 6
Roma. 2.
Mat. 16
Mat. 7
Gala. 5
Cap. 9
De pœ di. 1. ca. Iudicet. 4. sen. di. 7. cap. Sed quid.
Iacob. 4
Cap. 12
2. q. 1. mulți.
1. Cor. 4
2. q. 7. cap. Plerunq;
2. q. 1. cap. nulli.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue ecclesiasti-
co iudicio nominatum atque conuictum. Quis enim sibi vtrunque audeat assume-
re, vt cuiquam ipse sit & accusator & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus Apo-
stolus in eadem ad Corinthios epistola breuiter insinuasse intelligitur, cum quibus-
1.Cor.5 dam commemoratis criminibus, ecclesiastici iudicij formā ad omnia similia ex qui-
busdam daret. Ait enim Scripsi vobis in epistola non commisceri fornicarijs. Non
vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus,
alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Non enim possunt homines in hoc mundo
viuentes, nisi cum talibus viuere, nec eos possunt lucri facere Christo, si eorum col-
loquium conuictumq; vitauerint. Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus
Mat.9. comedens, Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni
vocare iustos, sed peccatores. Et ideo sequitur Apostolus & adiungit, Nunc scripsi
vobis non commisceri. Si quis frater nominatur in vobis, aut fornicator, aut idolis
seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi ne-
quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne
de his qui intus vos sunt iudicatis? De his āt qui foris sunt deus iudicabit. Auferte
malum a vobisipsis. Quibus verbis satis ostendit non temere aut quomodolibet, sed
per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiæ communione, vt si per iudicium au-
ferri non possunt, tolerentur potius, ne peruerse malos quisque euitando, ab eccle-
Mat.3. sia ipse discedens, eos quos fugere videtur vinciat ad gehennam. Quia & ad hoc nobis
sunt in scripturis sanctis exempla proposita, velut in messe vt palea sufferantur vsq;
ad vltimum ventilabrum, vel intra illa retia vbi pisces boni cum malis vsque ad se-
Mat.13. gregationem quæ futura est in littore, id est, in fine seculi æquo animo tolerentur.
Roma.14 Non enim contrarium est huic loco id quod alio loco dicit Apostolus, Tu quis es qui
iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homi-
ne iudicari ex arbitrio suspitionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio, sed po-
tius ex lege dei secundum ordinem ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatū atq;
conuictū. Alioquin illud cur dixit, Si quis frater nominatur aut fornicator, aut ido-
lis seruiens, & cætera, nisi quia eam nominationem intelligi voluit quæ fit in quem-
quam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nomina-
tio sola sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sæpe falso in quoquam crimi-
na nominantur. Non ergo illi quos monemus agere pœnitentiam, quærant sibi co-
mites ad supplicium, nec gaudeant quia plures inuenerint. Non enim propterea mi-
nus ardebunt, quia cum multis ardebunt. Non est hoc enim sanitatis certum consi-
Cap.13. lium, sed maleuolentiæ vanum solatium. An forte attendunt multos etiam in ipsis
1.q.Signifi honoribus ecclesiasticis præpositorum & ministrorum non congruenter viuere fe-
castis. monibus a sacramentis, quæ per eos populis ministrantur? O miseros homines qui
hos intuendo Christum obliuiscuntur, qui tāto ante prædixit vt legi dei potius ob-
temperaretur quàm imitandi videantur illi, qui ea quæ dicunt non faciunt, & tra-
torem suum tolerans vsque in finem, etiam ad euangelizandum cum cæteris milit-
Tam sunt autem isti absurdi & præposteri & miseri, qui præpositorum suorum ma-
los mores imitari eligunt, quàm per eos prædicta domini præcepta seruare, quàm si
quisquam viator remeandum sibi esse existimet in itinere cum viderit miliaria lapi-
dea literis plena viam docere & non ambulare. Cur enim non potius si pertenire de-
siderat tales comites intueatur & consequatur, qui & viam bene demonstrant, & in
ea perseuerant atque alacriter non ambulant? Quòd si isti desint, vel potius minus
appareant, nam deesse non possunt. Non enim sic quærunt homines charitate studio-
sa quod prædicent ad imitationem, quomodo quærunt iniquitate suspitiosa quod
murmurent ad deceptionem, partim non inueniendo bonos dum ipsi mali sint, par-
tim timendo inuenire dum mali esse semper volunt. Sed tantum concedamus non
apparere nunc homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas, deum mente intue-
Ephe 3. re, qui homo factus est vt te hominē viuere doceret. Si habitet Christus in interio-
homine per fidem in corde tuo, recordaris illud quod Ioannes ait, Qui se dicit
1.Ioan.2. Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare: & ita no-
bi deerit quem sequaris, & cum te alius viderit, de bonorum inopia conquerī desi-

Si enim

Si enim non nosti quid sit recte viuere, diuina præcepta cognosce. Fortasis enim
multi recte viuunt sed propterea tibi nullus videtur, quoniam quid sit reste viuere
ignoras: si autem, nosti age quod nosti, vt & tu quod queris habeas, & alijs quod imi-
tentur ostendas. Christum animo attende, attende Apostolos, quorum nouissimus 1.Cor.4.
est ille dicit, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: attende animo tot martyrum
milia. Cur enim te natalitia eorum conuiuijs turpibus celebrare delectat, & eorum
vitam sequi honestis moribus non delectat? Ibi videbis non solum viros sed etiam
fœminas, postremo pueros & puellas, nec impudentia decipi, nec iniquitate peruerti,
nec periculi timore frangi, nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid Cap. 14.
excuses, non solum præceptorum ineuitabilis rectitudo, sed etiam exemplorum in-
numerabilis multitudo circundabit. Sed de vtilitate ac salubritate pœnitentiæ, vt
quod instituimus aliquando peragamus. Si iam de sanitate desperans addis peccata Proue. 28.
peccatis, sicut scriptū est, Peccator cum venerit in profundum malorum contemnet,
noli contemnere, noli desperare, clama etiam de profundo ad dominum, & dic ei, De Psal. 126
profundis clamaui ad te domine, domine exaudi uocem meam. Fiant aures tuæ in-
tendentes in uocem obsecrationis meæ. Si iniquitates obseruaueris domine, domine
quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est. De tali profundo Ninuitæ clama
uerunt, & hanc propitiationem inuenerunt. Faciliusq; est euacuata comminatio pro-
phetæ, quàm humiliatio pœnitentiæ. Hic fortasse dicis, sed ego iam baptizatus sum
in Christo, a quo omnia mihi peccata præterita dimissa sunt, vilis factus sum nimis Proue. 26
iterans vias meas, & canis horribilis oculis dei, conuersus ad vomitum suum, Quo
abibo a spiritu eius, & a facie eius quo fugiam? Quo frater, nisi ad eius misericordiā Psal. 138
pœnitendo, cuius potestatem peccando contemperas? Nemo enim recte fugit ab illo
nisi ad illum, ab eius seueritate ad eius bonitatem. Quis enim locus te excipiet fugiē De uerbis
tem, ubi eius præsentia te non inueniat? Si ascenderis in cœlum ibi est, si descenderis dñi ser. 10
ad infernum adest. Recipe ergo pennas tuas in directum & habita in spe in extremo
huius seculi, etenim illuc manus sua deducet te, & perducet te dextera sua. Quicquid
enim feceris, quæcunque peccaueris, adhuc in hac uita es, vnde te deus si sanare nol-
let auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Qui.n. Rom.2.
clamando tibi persuasit vt non recederes, parcendo clamat ut redeas. Intuere Dauid
regem, iam vtique & ipse illius temporis sacramenta perceperat. Iam circuncisus Cap.15.
erat utique quod patres nostri pro baptismo habebant. Nam ad hoc dicit Apostolus, Rom.4.
sanctum Abraham signaculū iustitiæ fidei recepisse. Iam etiam vnctus erat vnctione 2.Reg.17.
uenerabili, qua regale sacerdotium præfigurabatur ecclesiæ. Repente autem factus
est & adulterij & homicidij reus. Non frustra tamen de tam in mani & abrupto pro- Psal..50.
fundo sceleris pœnitens clamauit ad dominum, dicens, Auerte faciem tuam a pecca-
tis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quo tādem merito, nisi quia item dicit, ini-
quitatem meam ego cognosco, & peccatum meum ante me est semper? Quid autem
obtulit domino vnde illum propitiaret sibi? Quoniam si voluisses sacrificium dedi-
sem, utique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor
contritum & humiliatum deus non spernit. Non solum ergo deuote obtulit, sed etiā
ista dicendo quid offerri oporteret ostendit. Non enim sufficit mores in melius com- De pœ.di.
mutare, & a factis malis recedere, nisi etiam de his quæ facta sunt, satis fiat deo per pœ 1. ca. Non
nitentiæ dolorem per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperan sufficit.
tibus eleemosynis. Beati enim misericordes, quoniā ipsorum miserebitur deus. Non Mat. 5
enim dictum est ut tantum abstineatis a peccatis, sed & de præteritis, inquit, depre- Eccl. 21.
care dominum ut tibi dimittantur. Et Petrus iam erat fidelis, iam in Christo & alios Mat. 26.
baptizauerat. Intuere ergo. Petrum præsumentem accusatum, timentem uulneratū,
flentem sanatum. Iam etiam post aduentum de cœlo spiritussancti, quidam Simon
pecunia uoluit eundem spiritum sanctum emere, sceleratissimum & impium merci- Acto. 8
monium cogitans, iam baptizatus in Christo, & tamen pœnitentiæ consilium ab ip-
so Petro correptus accepit. Dicit etiam Apostolus Paulus, qui utique fidelibus mit-
tebat epistolas, Ne iterum cum uenero ad vos humiliet me deus vt lugeam multos
ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia & lu- 1. Cor. 12.
xuria, & fornicatione quā gesserunt. Circunstat ergo nos & præcepta recte faciēdi

& exempla non tantum recte facientium, sed etiam ad recipiendam salutem pœnitentium quæ fuerat amissa peccando. Sed fac incertum esse vtrum ignoscat deus. Quid perdit cum supplicat deo qui salutem perdere nō dubitauerit cum offenderet deum? Cap.16.
Quis enim certus est ꝙ etiam Imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta subeuntur, & pene ut mors vitetur mors ipsa susc ipitur. Supplicatur deinde per homines homini, sine dubitatione fiunt ista, cū Mat. 16.
sit dubium quo fine proueniant & tamen certiores sunt claues ecclesiæ quàm corda regia. Quibus clauibus quodcunque in terra soluitur, etiam in cœlo solutum esse promittitur. Et multo est honestior humilitas qua se quisque humiliat ecclesiæ dei & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

opus sermonum de tempore secundum dominicos aliosque dies, quibus apte conueniunt, ordinate distinctorum.

AD LECTOREM.

Huic operi admistæ sunt complures Homiliæ, quæ in aliis uoluminibus alios authores præferunt, quod fere solet fieri in hoc genere scripti.

Dominica prima aduentus domini saluatoris: Sermo vnicus.

Sermo.1.

APPROPINQVANTE iam sacratissima solennitate qua saluator noster inter homines nasci misericorditer voluit, fratres charissimi attentius considerate, qualiter oporteat nos in aduentu tantæ potentiæ præparari, ut regem & dominum nostrum læti atque gaudentes cum gloria & laudibus mereamur suscipere, & in conspectu eius inter cœtus fœlices sanctorum gratulando exultare, magis q̄ ab eo propter fœditatē nostrā repulsi inter peccatores æternā cōfusionē mereri. Et ideo rogo & moneo, vt quantum possumus cum dei adiutorio laboremus, vt in illo die cum syncera & pura conscientia & mūdo corde & casto corpore ad altare domini possimus accedere, & corpus & sanguinē eius non ad iudiciū sed ad remediū aiæ nostræ mereamur accipere. In xp̄i.n. corpore vita nostra cōsistit, sicut ipse dixit: Nisi manducaueritis carnē filij hois & biberitis eius Ioan.6.
sanguinem, non habebitis vitā in vobis. Mutet ergo vitam, qui vult accipere vitam. 1. Cor.11.
Nam si non mutet uitam ad iudicium accipiet vitam, & magis ex ipsa corrumpitur q̄ sanetur, magis occiditur quàm uiuificetur. Sicn dixit Apostolus, Qui manducat corpus domini & bibit sanguinem eius indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Et licet nos omni tempore bonis operibus ornatos ac splendidos esse conueniat, præcipue tamen in die natalis domini, sicut in Euangelio ipse dixit, lucere debent hoibus opera vestra. Consideratе quæso fratres, quando aliquis homo potens aut nobilis natalem aut suum aut filij sui celebrare desiderat, quanto studio ante plures dies quicquid in domo sua sordium inuenerit ordinat emundari, quicquid ineptum & incongruum proiici, quicquid utile & necessarium præcipit exhiberi. Domus etiam si obscura fuerit dealbatur, pauimenta scopis mundantur, & diuersis respersa floribus adornāt̄ur. Quicqd ēt ad lætitiæ aīę & corporis delicias ptinet, oī solicitudine p̄parat̄ur. Vt quid ista fratres charissimi, nisi ut dies natalitius cum gaudio celebretur hominis morituri? Si ergo tanta præparas in natalitio tuo aut filij tui, quanta & qualia præparare debes suscepturus natalem domini tui? Si talia præparas mortalitio, qualia p̄parare debes æterno? Quicquid ergo non vis inueniri in domo tua, quum potes labora vt nō inueniat deus in anima tua. Certe si te rex terrenus aut quicunq; patersamilias ad suum natalitium inuitaret, qualibus vestimentis studeres ornatus incedere, quam nouis vel nitidis, quam splendidis, quorū nec vetustas nec vilitas, nec aliqua fœditas oculos inuitantis offenderet: tali ergo studio inquantū præuales Christo auxiliante contende, vt diuersis virtutum ornamentis anima tua compositа, simplicitatis gemmis & sobrietatis floribus adornata, ad solennitatem regis æterni, ideſt ad natalem domini saluatoris cum secura conscientia procedat, castitate nitida, charitate splēdida, eleemosynis candida. Christus enim dominus si te ita compositum natalitium suum celebrare cognouerit, ipse per se venire & animam tuam non solum visitare, sed etiam requiescere, & in perpetuum in illa dignabitur habitare sicut scriptū est, Et inhabitabo in illis, & in ambulabo. Et iterū, Ecce sto ad ostiū & pulso, siquis surrexerit & aperuit mihi intrabo ad illum & cœnabo cum illo, & ille mecum. Quam fœlix est illa anima quæ vitam suam ita deo auxiliante studuerit gubernare, vt Christum hospitem & habitatorem mereatur excipere, sicut econtrario quam infœlix est illa cōscientia, toto lacrimarum fonte lugēda, quæ se ita malis operibus cruentauit, vt in ea Christus non requiescere, sed diabolus incipiat dominari. Talis enim anima, si medicamentum pœnitentiæ nō cito subuenerit, a luce relinquitur, a tenebris occupatur, vacuatur dulcedine, impletur amaritudine, a morte inuadi tur, a vita repudiatur. Non tamen de domini pietate diffidat qui talis est, nec mortifera desperatione frangatur, sed magis ad pœnitētiam cito fugiat, & dum adhuc noua sunt & calent pecratorum suorum vulnera, sic sibi adhibeat medicamenta salubria, quia medicus noster omnipotens est, & sic consueuit plagas nostras curare, vt nec cicatricum vestigium post ipsius medicamina remaneat. Ideo etiam ab omni inquinamento ante eius natalem multis diebus abstinere debetis. Quotiescunq; aut natalem domini, aut reliquas solēnitates celebrare disponitis, ebrietatem ante omnia fugite, iracundiæ quasi bestiæ crudelissimæ repugnate, odium velut venenum mortiferum de corde vestro repellite, & tanta sit in vobis charitas quæ non solum vsque ad amicos, sed etiam vsque ad perueniat inimicos, vt secure posſitis dicere in oratione dominica, Dimitte nobis debita, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Nam Mat.6
qui se scit vel vnum hominum odio habere, nescio si ad altare domini securus possit accedere, cum pręcipue beatus Ioannes Euangelista terribiliter clamet, & dicat, Qui fratrem suum odit, homicida est. Nam vestrum est iudicare, vtrū homicida antequam pœnitentiam agat, præsumere debet eucharistiam accipere. Addit etiam ad- 1. Ioan.3.
huc sanctus Ioannes & clamat dicens. Qui fratrem suum odit, in tenebris est & in tenebris ambulat, & nescit quo vadat, quoniam tenebrę obcæcauerunt oculos eius. Et iterum, Omnis, inquit, qui fratrem suum non diligit, manet in morte. Et iterum, Si- 1. Ioan.2.
quis dixerit quia pŕligo deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem videt deum quem non vide qūo potest diligere? Quicunq; ergo odium vel iracuniā seruat in corde, & sub tali tonitruo nec terretur nec expergiscitur, non dormiens sed mortuus esse credendus est. Hæc ergo fratres charissimi quotidie cogitantes, qui boni sunt cum dei gratia contendant perseuerare in operibus bonis, quia nō q cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Qui vero se ad eleemosynam tardos, & ad iracundiam promptos, & ad exercendam luxuriam præcipites esse cognoscunt, auxiliante domino festinent se a malis eruere, vt quę bona sunt mereantur implere, vt cum dies iudicii venerit, non cum impijs, sed cum iustis & misericordibus peruenire ad æterna præmia mereantur, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & filio & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen. Mat.10. & 24.

Dominica secunda aduentus domini. Sermo vnicus.

SAnctam & desiderabilem, gloriosam ac singularem solennitatem, hoc est nati- Ser.2.
uitatem domini saluatoris, fratres dilectissimi, deuotione fidelissima susceptu-
ri, totis viribus nos debemus cum ipsius adiutorio præpraare, & omnes latebras animæ nostræ diligenter aspicere, ne forte sit in nobis aliquod pecatum absconditum, quod & conscientiam nostram confundat ac mordeat, & oculos diuine maiestatis offendat. Nam licet Christus dominus noster post passionem resurrexerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& in cœlum ascenderit, considerat tamen, vt credimus, & diligenter attendit, qualiter se vnusquisq; seruorũ eius sine auaritia, sine ira, sine superbia atque luxuria ad celebrandam eius natiuitatem studeat, præparare atque componere, & secundum quod vnumquemq; ornatum bonis moribus viderit, Ita illi gratiam suæ misericordiæ die dispẽsabit. Si enim viderit charitatis luce vestitum, iustitiæ vel misericordiæ margaritis ornatum, castum, humilem, misericordem benignum & sobrium, si talẽ agnouerit, corpus & sanguinem suum ei non ad iudicium, sed ad remedium per sacerdotum suorum ministerium dispensabit. Si vero aliquem viderit adulterum, ebriosum
cupidum & superbum, timeo ne hoc illi dicatur, quod in Euangelio dominus ipse di
Matth. 26. xit, Amice, quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialẽ? Et quod dominus
auertat fiat illud quod sequitur, Ligate illi manus & pedes, & proiicite in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium. Ecce qualem sententiam in die iudicij excipiet, qui sine remedio pœnitentiæ ad festiuitatem domini vitiorum sordibus inquinatus accesserit. In natale enim domini fratres dilectissimi, quasi in nuptijs spiritalePsal. 48. bus sponsæ suæ ecclesiæ Christus adiunctus est. Tunc veritas de terra orta est, nunc iustitia de cœlo prospexit tunc processit sponsus de thalamo suo, hoc est verbũ dei de vtero virginali. Processit enim cum sponsa sua ecclesia, id est humanam carnẽ susce pit. Ad istas ergo tam sanctas nuptias inuitati & ad conuiuium patris & filij & spiritussancti intraturi, videte qualibus indumentis debeamus ornari. Et ideo mundemus quantum possumus cum dei adiutorio corda simul & corpora nostra, vt cœlestis ille inuitator nihil in nobis sordidum, nihil fœdum, nihil obscurum, nihil oculis suis deprehendat indignum. Hæc ergo fratres dilectissimi, non transitorię sed cum ingenti tremore debemus attendere. Inuitati enim sumus ad nuptias, vbi nosipsi si bene agimus, sponsæ erimus. Cogitemus ad quales nuptias, cõsideremus ad qualem sponsum, vel ad quale conuiuium inuitati sumus. Inuitati enim sumus ad mensam, vbi non inuenitur cibus hominum, sed panis ponitur angelorum. Et ideo videamus ne forte intus in anima vbi deberemus bonorũ operum margaritis ornari, ibi appareamus vitiorum pannis veteribus inuoluti; & quãdo eos qui boni sunt in oculis dei castitas reddet candidos, tunc eos qui mali sunt reddat luxuria sordidatos. Et ideo quotie scunq; aut dies natalis domini, aut reliquæ festiuitates aduenerunt, sicut frequenter admonui ante plures dies, non solum ab infœlici concubinarum consortio, sed etiam a proprijs vxoribus abstinete, ab omni iracundia vos alienos efficite, peccata præterita per elemosynam & pœnitentiam redimantur, contra nullum hominum odium in corde teneatur: quod solebat vanitas per gulam perdere, incipiat iustitia ner misericordiam pauperibus erogare: quod luxuria vel gula dissipauit in mundo, pietas reponat in cœlo. Et licet hoc expediat vt semp eleemosynas facere debeamus præcipue tamen in sanctis solẽnitatibus secundum vires nostras abundantius eroge mus, pauperes ante omnia frequentius ad conuiuium reuocemus. Non enim est iustum vt in sancta solẽnitate in populo Christiano ad vnum dominũ pertinente alij inebriẽtur, alii famis periculo cruciẽtur. Et nos & omnis populus vnius dñi serui sumus, vno prętio redempti sumus, pari conditione in hunc mundum intrauimus, simili etiam exitu migraturi sumus. Et si bene ea agimus, ad vnam beatitudinem pariter venie mus. Et quare pauper tecum non capiat cibum, qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper non accipiat vel veterem tunicam, qui tecum recepturus est immortalitatis stolam? Quare pauper non mereatur panem tuum, qui tecum meruit accipere baptismi sacramentum? Cur indignus est accipere reliquias ciborum tuorũ qui tecũ ad conuiuium inuitatus est angelorũ? Audite fratres, audite non meum sed domini commune præceptum. Sic enim ait in Euangelio, Cum facis prandiũ aut cœ
Luc. 14. nam, noli inuitare diuites qui te iterum inuitent, & fiat tibi retributio, sed voca pauperes & claudos, & beatus eris, qui non habent vnde retribuant tibi, retribuetur autem tibi in retributione iustorum. Sed dicit aliquis, Ergo emicos aut parentes non debeo ad conuiuium reuocare? Rogandi sunt & parentes & vicini, sed rarius rogandi sunt. Et non nimis sumptuosa & delitiosa, sed tam parca & sobria vel honesta illis debent conuiuia pręparari, vt remaneat vnde possint pauperes refici, vel de possit aliquid indigentibus erogari, vt cum dies iudicij venerit non cum im-
pijs

pijs qui nunc pauperes despiciunt, audiamus, Discedite a me maledicti in ignẽ æternum: sed cum iustis & misericordibus audire mereamur, Venite benedicti patris mei Mat. 25
percipite regnum, quia esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui & dedistis mihi bibere: simul etiam nobis illa vox desiderabilis dirigatur, Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Sed vt hæc quæ suggessimus sensibus vestræ charitatis tenacius inhęreant, breuiter quę dicta sunt iteramus. Hoc enim admonuimus fratres, vt quia natalis domini imminet, tanquam ad nuptiale & cœleste conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operibus adornati nos per christi adiutorium præparemus, eleemosynas pauperibus erogemus, iracundiam vel odium velut venenum de cordibus nostris respuamus. Castitatem fideliter conseruate, ad conuiuia vestra frequentius pauperes reuocate, ad vigilias maturius surgite in ecclesia stantes aut orate aut psallite, verba ociosa aut secularia nec ipsi proferte, & eos qui proferre voluerint castigate. Pacem cum omnibus custodite, & quos discordes agnoscitis, ad concordiam reuocate, Hæc si fideliter Christo adiuuãte volueritis implere, & in hoc seculo ad altare dominicũ secura conscientia poteritis accedere, & in futuro ad ęternam beatitudinem fœliciter peruenire, præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amenn.

Dominica proxima ante festum natiuitatis domini Saluatoris, de vnitate trinitatis & incarnatione verbi: Sermo I.

IEgimus sanctum Moysen populo dei præcepta dantem, vbi dixit, Audi Israel, do- Ser. 3.
minus deus tuus, deus vnus est. Non potest esse maior, non potest esse minor, & Deut. 6
non potest numerari, dicente Dauid propheta, Magnus dominus noster & magna virtus eius, & sapientiæ eius non est numerus Optime nostis ista, fratres charissimi, Psal. 144.
qui corde fortiter tenetis catholicam veritatem, audite tamen breuiter, quod adiuuãte domino proposui explanandum. Deus vnus est pater, deus vnus est filius, deus vnus est spiritussanctus: non tres dij, sed vnus est deus: trinus in vocabulis, vnus in deitate substantiæ. Sed dicit mihi hæreticus, Ergo si vnum sunt, omnes sunt incarnati, non ad solum Christum pertinet caro. Nempe aliud est anima, aliud ratio, & tamẽ in anima est ratio, & vna est anima. Sed aliud anima agit, aliud ratio: anima viuit, ratio sapit. Et ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet sapientia. Et cum vnum sint anima sola suscipit vitam, ratio sola suscipit sapientiam, & tamen nec anima sine ratione, nec ratio sine anima. Sic & pater & filius licet vnum sint, & vnus deus sit ad Christum solum pertinet caro, sicut ad solam rationem pertinet sapientia, licet nõ recedat ab anima. Ecce aliud, In sole calor & splendor in vno radio sunt, sed calor exiccat, splendor illuminat: aliud suscipit calor, aliud splendor. Et licet calor & splendor ab inuicem non queant separari, suscipit splendor illuminationem non feruorẽ, suscipit calor feruorem non illuminationem: aliud simul, aliud singulares agunt, & tamen ab inuicem non separantur. Sic & filius suscepit carnem & non deseruit patrem, nec se diuisit a patre, Suscepit, inquam, filius carnem in proprietate, sed tamen & pater & spiritussanctus non defuit maiestate. In diuinitate æqualitas, in carne sola filij proprietas: non autem ab eo patris aut spiritussancti recessit aliquando diuinitas. Cum ergo vna sit deitas, vna sit diuinitas, impleuit quidem carnem Christi & pater & spiritussanctus, sed maiestate non susceptione. Vis scire quia cum eo fuit & pater? Non sum, inquit, dominus Iesus Christus solus, sed pater mecum est. Audi & Ioan. 16.
de spiritusancto, quia cum eo erat, Euangelista refert. Quia Iesus plenus spiritusan- Luc. 4.
cto regressus est ab Iordane. Ecce sic solus Iesus Christus suscipit carnem, & tamen & pater & spiritussanctus non defuit maiestate, Sic cœlum & terram implet pater, implet & spiritussanctus. Carnem Christi deserere non potuerunt, quando in diuinitatis vnitate manserunt. Adhuc citharam respice, vt musicum melos sonis dulcibus reddat, tria pariter adesse videntur, ars, manus & chorda, & tamen vnus sonus auditur: ars dictat, manus tangit, resonat chorda. Tria pariter operantur, sed sola chorda personat quę audiatur: nec ars: nec manus sonum reddunt, sed ea cum chorda pariter operantur: sic nec pater nec spiritussanctus susceperunt carnem, & tamen cum filio pariter operantur. Sonum sola chorda excutit, carnem solus Christus accepit, opera-

tio in tribus constat. Sed quomodo ad solam pertinet chordam soni redditio, sic pertinet ad Christum solum carnis humanæ susceptio. E contra Iudæus contra naturã, inquit, parere virgo non potuit: & detestandus. Manichæus: si caro erat, virgo esse no potuit, si virgo peperit, phantasmat fuit. Vtrisque respondendum est. Proferam de historia veteris testamenti necessarium exemplum contra Iudæum, quod sonuit in auribus nostris manifestissimam veritatem. Dominus Moysi sancto præcepit, de singulis tribubus virgas afferri. Allatæ sunt duodecim virgæ, inter quas etiam vna erat quæ Aaron fuerat sacerdotis: positę sunt a sancto Moyse in tabernaculo testimonij. Virga autem Aaron post alterum diem inuenitur subito produxisse flores & frõdes, & peperisse nuces. Delectat hoc mysterium cum charitate vestra contra perfidiã Iudaicam commiscere, vbi maxime figura interuenit sacramenti. Virga esse protulit qđ ante non habuit, non radicata plantatione, non defossa sarculo, nõ aita succo, nec fœcundata seminario, & tamen cũ illic deessent vniuersa iura naturæ, protulit virga qđ nec semine suggeri potuit nec radice. Virga ergo potuit contra naturã nuces edu virgo non potuit contra naturę iura dei filium generare? Dicat igitur mihi Iudęus incredulus quemadmodum arida virga floruit & fronduit & nuces protulit, & ego dicam illi quemadmodum virgo conceperit & pepererit. Sed profecto Iudæus nec conceptum poterit virgæ explicare, nec virginis partum: veniat ad ecclesiam, expe- natur illi vt agnoscat verum ordinem officij naturalis. Virgo peregit tẽpora pariendi, virga autem non habuit tempora germinandi. Virgo habuit tempora pariendi, virga autem alio die quod natura non habuit protulit. Illa enim decursis nouem mensibus peperit, virga alia die quod natura non habuit germinauit. Virginem, dicit Iudęus, parere natura non patitur. Deus enim qui in Numeris mirabile signum ostendit contra naturam vt asina loqueretur, ipse mirabilius facere voluit vt Christus de virgine nasceretur. Audiat & versutus ille Manichæus aliud sacramentum. Solis radius specular penetrat, & soliditatem eius insensibili subtilitate pertransit, & talis videtur intrinsecus, qualis extra & extrinsecus. Itaque fratres, nec cum ingreditur violat, nec cum egreditur dissipat, quia ad ingressum & regressum eius specular integrũ perseuerat. Specular ergo non rumpit radium solis, integritatem virginis ingressus aut egressus nunquid vitiare potuit deitatis? Sed quid ulterius imoror? Audiat Christianus quod non vult audire Iudæus aut Manichęus, ut hic proficiat in fide redemptus, & ille deficiat induratus. Virga illa vnde agebamus Aaron, virgo Maria fuit, quæ nobis Christum verum sacerdotem concepit & peperit, de quo Dauid cecinit, Tu es sacerdos in ęternum, secundum ordinem Melchisedech. Superiori nanq; versu iam dixerat, Virgam virtutis tuę emittet dominus ex Sion. Et Esaias propheta apertius Mariam sanctam designat dicẽs, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus. Quôd ergo hæc virga nuces produxit, imago Dominici corporis fuit. Nux enim tria nam habet in suo corpore substantiæ vnionem, corium, testam & nucleum. In corio caro, in testa ossa, in nucleo interior anima comparatur. In corio nucis, carnem significat saluatoris, quæ habuit in se asperitatem vel amaritudinem passionis. In nucleo interiorem declarat dulcedinem deitatis, quæ tribuit pastum, & luminis subministrat officium. In testa lignum interserens crucis, quod non discreuit id quod foris & intus fuit, sed quæ terrena & cœlestia fuerunt mediatoris ligni interpositione sociauit, dicente beato Apostolo, Quia ipse per sanguinem crucis suæ pacificauit omnia quæ in cœlis sunt & quæ in terris, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Nu. 21. 17

Num. 22

Psal. 109. Esa. 11.

Coloss. 1.

AD LECTOREM.

Ser. 3.

Hic sequebatur sermo intitulatus, In vigilia natiuitatis domini saluatoris de fide Christi contra Paganos & Iudæos. eum reperies tomo sexto. fol. 12. intitulatum, Concio ad Catechumenos. & alius, In vigilia natiuitatis domini saluatoris de fide Christi contra Paganos & Iudæos, Sermo secundus, factus ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eosdem habetur decimusnonus.

In festo natiuitatis Saluatoris nostri Iesu Christi. Sermo I.

SAluator noster natus de patre sine die, per quem factus est omnis dies, uoluit in terra habere natalem hunc diem quem hodie celebramus. Quisquis in die mira ris, ęternum mirare potius ante omnem diem permanentem, omnem diem creantem, in die nascentem, a malitia diei liberantem. Adhuc mirare. Quæ peperit & mater & virgo est. Quem peperit, & infans & verbum est. Merito cœli locuti sunt, angeli gratulati, pastores lætati, magi imitati, reges turbati, paruuli coronati. Lacta mater cibum nostrum, lacta panem de cœlo venientem, & in pręsepe positum velut piorum cibaria iumentorum. Illic enim cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Circumcisio scilicet & præputium cohærendo lapidi angulari quorum primitiæ fuerunt pastores & magi. Lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus, qui sibi prius quàm nasceretur, & vterum de quo nasceretur, & diem qno nasceretur elegit. Et ipse condidit quod elegit, ut ille hinc procederet de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset videri, & augmento lucis annuæ se lucem mentium venisse testari. Prophetæ cecinerunt conditorem cœli & terræ in terra cum hominibus futurum, angelus annunciauit creatorem carnis & spiritus in carne venturum. Salutauit Ioannes ex vtero in vtero saluatorem. Simeon senex deum agnouit infantem: Anna vidua virginẽ matrem. Hæc sunt testimonia natiuitatis tuæ domine Iesu antequam tibi fluctus substernerentur calcanti, cederent imperanti, antequam ventus te iubente siluisset, mortuus te vocante vixisset, sol te moriente palluisset, terra te resurgente tremuisset, cœlum te ascendente patuisset, antequam ista & alia mirabilia iam iuuenilis tui corporis ætate fecisses. Adhuc in manibus matris portabaris, & iam dominus orbis agnoscebaris. Ipse puer paruulus ex semine Israel, & ipse nobiscum deus Emanuel Quę est illa nostra generatio saluatoris qua gignenti patri coæternus est, quando hanc generationem ex virgine mundus expauit, quam pia fides agnouit & tenuit, infidelitas autem irrisit, superbia timuit superata? Quænam est illa generatio, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat uerbum? Vel quod est hoc verbum, quod dicturus antea non silebat, quo dicto non siluit qui dicebat, quod est verbum sine tempore, per quod facta sunt tempora? Verbum quod labia nullius aperuit cœptum, clausit ue finitum. Verbum quod initium non habet ex ore loquentium, & aperuit ora mutorum. Verbum quod linguis gẽtium disertis non fit, & linguas infantum disertas facit. Quænam est illa generatio, cui pater moriendo nõ cedit, quia non eum viuendo præcedit? Segregata ab omnibus locorum temporumq; interuallis, ab omni distentione spaciorum, quam vel in diebus, uel in corporibus sentire cõsueuimus: Leuemus ad eum quantum ipso adiuuante animam nostram possumus, si quomodo capere valeamus & natum non præuenientem qui gignit, & gignentem non subsequentem qui gignitur, patrem & filium: nec pariter patres, nec pariter filios, & pariter ęternos. Non vtrunque generantem, nec vtrunque nascentem sed alterum sine altero non uiuentem: & patrem sempiternum genuisse, & filium sempiternum natum esse, cogitemus si ualemus, si non ualemus credamus. Non est quod hic dicere volumus, sed tamen non longe positum est ab vno quoque nostrum. In illo enim uiuimus, mouemur & sumus. Transcendamus carnem nostram in qua parentes ante filios viuunt, quia vt filios possent generare creuerunt, & filijs crescenti bus iam senescunt. Nondum natis filijs parentes uixerunt, quia & parentibus mortuis filij victuri sunt. Transcendamus & animas nostras, pariunt & ipsæ aliquid cogitando quod secum habent sciendo, sed possunt amittere obliuiscendo, quia & non habebant antea nascendo. Cuncta corporalia & temporalia & mutabilia transcendamus, ut uideamus super omnia per quem facta sunt omnia. Ascensus noster in corde est, quia & illud quo ascendimus prope est. Longe autem ab illo sumus inquantum dissimiles sumus, Ascendit ergo ad eum sua similitudo quam in nobis fecit & refecit, quam nondum perfecte palpitat infirmus aspectus, & ineffabilem candorem lucis ęternę non potest intueri. Cuius ergo fulgorem mentis acies nondum capit, generationem eius quis enarrabit? Sed uerbum caro factum est, & habita-

Sermo. 5.

Luc 2.

Mat. 2.

Esa. 1.

Ephe. 2.

214 K

Psal. 44.

Luc. 1. & 2.

Acto. 17.

Ioan 1.

Esa. 53.

Ioan. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit in nobis. Hanc ergo generationem cuius hodiernum celebramus diem, hanc in qua dignatus est venire per Israel, & fieri Emanuel nobiscum deus in carnis infirmitate non nobiscum in cordis iniquitate, accedés ad nos per id quod assumpsit ex nostro, & liberans nos per id quod mansit in suo Visitauit quippe dominus seruos suos per mortalé infirmitaté. Hanc ergo gnationem cuius vtcuq; capax est humana fragilitas non illam quæ sinè tempore manet, sine matre super omnia, sed istā quæ in tempore facta est sine patre inter omnia: Hunc virginis filium & virginum sponsum, de incorrupta matre nascentem & incorruptibili veritate fœtātem, laudemus, amemus, adoremus, vt in eius misericordia de astutia diaboli fisi triumphemus. Diabolus ad nos decipiendos corrupta fœmina mente subrepsit. Christus ad nos liberandos incorrupta fœmina etiam carne processit, qui est benedictus in secula seculorū. Amé.

Ser. 6. Ioan. 1. Esaiæ. 7.

In eodem festo. Sermo. II.

IN principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Qui in principio erat, intra se concludit omne principium. Ex matre vero initiū sumpsit, sicut legimus per Esaiā, Ecce virgo in vtero accipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel, quod est interpretatum nobiscum deus, idest, latens in humana fragilitate maiestas: sicut in Ioanne Euangelista legimus: Et verbum caro factum est & habitauit in nobis: id est, in fragilitate corporis nostri. Ité de Mariæ virginis generatione: & porta erat clausa & non aperta. Tanquam si interrogaretur cur aperta non esset, adiecit, Quia dominus transiuit per eam. Porta clausa, idest signacu lum pudoris, immaculatæ carnis integritas. Non enim est violata partu, quę magis est sanctificata conceptu. Item de xpi gemina dei hominisq; substantia: Et erunt, inquit, duo in carne vna: idest, deus & homo vnus xps. Quod Apostolus de Christo & ecclesia, idest, Christi corpore præcepit intelligi, sicut ait, Et erunt duo in carne vna. Ego autem dico in Christo & in ecclesia. Quod aperte exposuit ad Romanos, Patres nostri ex quibus Christus secundum carnem. Asseruit hominis, consequenter asserit proprietatem dei dicens, Qui est super omnia deus benedictus in secula. Tam perfecta hic filij eminentia declaratur, vt dici de patre maiora non possint. Nam si ininū haberet non esset super omnia, sed inter omnia quæ pro conditione facturæ intra mitium continentur. Sed Christus qui æqualis est patri, nulla temporis, nulla ætatis lege concluditur: Euidenter & ad Philippenses Apostolus duas Christi natiuitates & duas substantias prædicat dicens, Qui, cum in forma dei esset, formam serui accepit. Quibus regulis plena sunt volumina noui & veteris testamenti. Similiter & Iob prædicat eximius prophetarum, Et in carne mea videbo deum. Quod de illo tépore prophetauit, quando Christi deitas habitu nostræ carnis induta est. Quia ergo vt præsati sumus, verbum caro factum est, & duos esse constat hominem & deū in carne vna, modo homo loquitur patri, modo deus, modo visibilis ex matre, modo inuisibilis ex patre. Da verba hominis, Ipse in Euangelio dicit, Filius hominis nō habet vbi caput suum reclinet. Ostēdat hic pauper filius hominis diuitias suas in gloria diuinitatis: Omnia, inquit, quę pater habet, mea sunt. Dum dicit, omnia, nihil hic reliquit quod minus haberet a patre. Omnia, idest, vnius deitatis potentiam, substantiam, maiestatem. Quis eum minorem dicere non tremiscat, qui se patri generaliter & per omnis veridicus testis exæquat, sicut de eo. Euangelista pronunciat, Ideo volebant eum Iudei interficere, quia patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Et ad Philippenses, Non rapinam arbitratus est esse æqualem deo, id est, æqualitatem diuinitatis quam rebellis angelus assumere voluit per rapinam, Christus possedit per naturam. Ergo credas ei cum se in hominis substantia profitetur æqualem. Loquatur filius hominis, Pater, inquit, maior me est Loquatur filius dei: Ego & pater vnū sumus. Quasi homo esurit, quasi deus quinq; milia esurientium quinque panibus obsequio creaturę suę exatiat. Quasi homo in cruce pendet, quasi deus in paradisum de cruce latronē gestis per omnem mundum loquentibus introducit dicens, Amē dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quo tempore corpus domini in tumulo fuit, anima inferno, diuinitas in paradiso, in cœlo vbique intra se omnia supereminens suæ maiestatis immensitate complectens, Secundum hominem minor dicitur, quando comprehenditur, flagellatur, crucifigitur, moritur, sepelitur: Secundum deum per virtu-

Ioan. 1. Ezec. 44. Gene. 2. Ephe. 5 Roma. 9 Philip. 2 Iob. 19. Luc. 9. Ioan. 16. Ioan. 5. Philip. 2. Ioan. 14 Ioan. 10. Mat. 4. Mat 14. Luc. 23.

tem resurrectionis in cœlestia sublimatur. Quasi homo susceptа morte, quasi deus super mortem. Secundum hanc regulam modo pauper est, modo diues, modo minor, modo æqualis, modo dominus, modo seruus. Tunc ergo minor credatur patre, quando angelorum conditor paulominus ab angelis minoratur, sicut in octauo psalmo legimus, Minorasti eum paulominus ab angelis. Tūc ergo patre minor dicatur, quando serui formam suscepisse perscribitur, quādo etiā matre iunior inuenitur, quando ipse de se in vigesimoprimo psalmo dicit, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Quòd autem minor patre secundum carnem & secundum hominem nuncupetur, innumeris scripturarū testimonijs declaratur. De eius diuinitate ita ad Titum Apostolus dicit, Apparuit gratia dei saluatoris nostri. Et iterum: Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei & saluatoris nostri nostri Iesu Christi. Immane piaculum est vt per infidelis hominis blasphemias minor esse dicatur, quem magnum deū ipsa veritas profitetur. Nam & Thomas Apostolus in Euangelio Ioannis, vbi post resurrectionem corpus hominis crucifixi per clauorum signa cognouit, deum qui intra hominem latebat Apostolica & Euangelica authoritate confessus est, ita dicens, Dominus meus & deus meus. Si fides assit, aperta est ratio qua Christus nunc minor, nunc æqualis patris sacris voluminibus asseratur, sicut ipse de se dicit. Ego primus & nouissimus. Indubitāter agnosce q priorem non potest habere qui primus est, Item, Ego sum α & ω. Et sicut alpha literam nulla præcedit, ita & filium dei nulli secundum constat esse, quia deus est. Quid respondebimus eis qui spiritum sanctum aut minorē dicunt, aut, quod sceleratius est, ministe rialem magis quā deum abrupta impietate pronunciant? Quo creatura dicitur, qui domini creator ex Maria comprobratur, sicut legimus: Conceptus de spiritu sancto natus ex Maria virgine? Christus enim nō de substantia spiritus sancti, sed de potentia, nec generatione, sed iussione & benedictione cōceptus est. Et sicut a patre ita etiam a spiritu sancto, ad redemptionem nostræ malitiæ destinatus est, ipso de se per Esaiam loquente, Misit me pater & spiritus eius. Si spiritus sanctus minor creditur, quo se filius sicut a patre ita etiam a spiritu sancto missum esse testatur? Spiritus sanctus ipse locutus est in Apostolis, ipsis efferbuit in prophetis, dicente beato Apostolo Petro in epistola sua, Non, inquit, ex hominibus allata est prophetia, sed spū sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Et saluator in Matthæo ita ait ad discipulos suos, Non vos estis qui loquimini, sed spūs sanctus. Similiter & Dauid plenus spiritu sancto, quis per eum loqueretur, manifesta voce denūciat dicens, Audiam quid loquatur in me dominus deus. Hæc est, inquā, via lucis, cuius in confessione aperiscuntur. Beatitudo ei qui confitetur deū patrē & filiū & spiritū sanctū. Beatitudo ei qui confitetur solū deum, patrem & filium, & spiritum sanctum. Beatitudo ei, qui confitetur vnum omnipotentem deum, patrem & filium & sanctū spiritū. Beatitudo ei qui confitetur vnum summū deum patrem & filiū & sanctū spm̄. Beatitudo ei qui confitetur vnū deū patrē & filium & sctūm spm̄ esse sempiternū. Btūdo ei qui confitetur indiuisam substantiam esse patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui nihil addiderit vel minuerit in vnitate naturæ patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui confitetur omnia bona facta fuisse a patre & filio & sancto spiritu. Beatitudo ei qui confitetur vnam æqualitatem in sempiterna plenitudine deitatis esse patris & filij & sancti spiritus. Beatitudo ei qui secundum singula nomina trinitatis, id est, patris & filij & sancti spiritus proprias tantum personas distinctas esse confitetur. Vnde oportuit nos ostendere eis, quos edent vitæ suæ fructus, maledictiones oīum malecredentium, sicut scriptum est, Maledictus omnis qui non obaudierit verba libri huius, vt faciat ea in corde suo. Maledictus qui patris & filij & sancti spiritus vnā sempiternam substantiam esse non confitatur. Maledictus qui secundum tres personas tres diuisas substantias esse confitetur. Maledictus qui tria principia eorum esse confitetur. Maledictus qui verum deum patrem, & vnicum verum deum filium, & vnicum verum deum sanctum spiritum non confitetur. Maledictus qui vnicum nomen in deitate trinitatis esse non confitetur. Maledictus qui indiuisam deitatem patris & filij & sancti spiritus non confitetur. Maledictus proprian quiomina persona-

Psal. 8. Philip. 2. Psal. 21. Titum. 2. Ioan. 20. Apoca. 1. Apoc. 22. Luc. 1. Esa. 48. 2. Petr. 1. Mat. 10. Psal. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rũ tres deos aut tres dños aut tres spũs confitetur. Maledictus q scdm singulas perso
nas trina noia tm distincta patris & filij & scti spũs nõ cõfitetur. Maledictus qui vnã
personam eorũ esse confitetur. Maledictus qui quem patrẽ dicit, hunc eũdem & filiũ
esse designat. Maledictus qui patrem natum, aut incarnatum, aut passum esse confite
tur. Maledictus qui inenarrabiliter filium & vere natum de substantia patris esse non
confitetur. Maledictus qui hanc natiuitatem factam vel creatam vel conditam esse
confitetur. Maledictus qui verum filium dei ex voluntate tantum dicit esse, & nõ po
tius de nat iuitate. Maledictus qui dicit, erat tempus quando non erat filius. Maledi
ctus qui hanc natiuitatem ex nullis extantibus nõ confitetur, quod Greci ἐξ ὀντων
appellant. Maledictus qui diuinitatem filij dei dicit initium habere de tpe, ortum ex
nihilo, nomen quasi adoptionis ex altero. Maledictus qui vnum de vno, filium de pa
tre genitum non confitetur. Maledictus qui impassibiliter filium natum de patre
non confitetur. Maledictus qui dicit fuit aliquãdo pater sine filio. Maledictus qui nõ
confitetur ante omne principium vel initium semper fuisse filium cum patre, Maledi
ctus qui immortalem deitatẽ filij dei non confitetur. Mlaedictus qui de sempiterno
filio dicit, non erat antequam de Maria nasceretur. Maledictus qui vnitam deitatem
patris & filij & sancti spiritus, ex charitate concordiæ tantũ esse profitetur, & non ma
gis per hanc ipsam vnitam diuinitatem. Maledictus qui vnitam deitatem in tres has
personas esse non confitetur. Maledictus qui aduersus vigorem censuræ diuinæ scri
pturæ, hunc deum vere spiritum paracletũ, aut filium patris vel certe facturam sen
pat debere confiteri. Maledictus qui filium dei verum & hoiem verum de Maria vir
gine nuper natum pro nostra salute non confitetur. Maledictus qui filiũ dei hoiem
tantum pro nostra salute confitetur. Maledictus qui deum dei filium sempiternum
de assumptione hominis per hoc principium habere assignat. Maledictus qui deita
tem eius passam esse confitetur. Maledictus qui incomparabilem deitatem trinitatis
proprie ad hominis liniamenta esse confitetur, dum scriptum inueniamus: Quia non
sit illi similis qui squam deus in cœlo sursum & in terra deorsum.

Ser. 7.

In eodem festo. Sermo. III.

ROgo vos fratres charissimi, vt libenti animo sermones quos dominus dabit su
scipiatis in hac dulcissima die, in qua cõpunctio etiam infidelibus venit, in qua
misericordia tangitur impius, veniam sperat compunctus, redditum non desperat ca
ptiuus, remediũ desiderat vulneratus, in qua nascitur agnus, qui tollit peccata mun
di In cuius natiuitate qui consciẽtiã purã habet, dulcius gaudet: qui miserã, attenti
tius timet. Qui bonus est affectuose orat, qui peccator deuotissime supplicat. Dulcis
dies, vere dulcis, & cunctis pœnitentib. veniam portans. Promitto vobis filioli & cer
tus sum, qui in hac die siquis ex corde pœnituerit, & ad vomitum peccati reuersus
non fuerit, quodcunque petierit, dabitur ei, tantum in fide non dubitet, delectatio-
ne non repetat. Hodie totius mundi peccatum tollitur, & peccator desperat? Sed vide
te qualis debet esse pœnitentia, quia multi assidue se dicunt esse peccatores, & tamen
adhuc illos delectat peccare. Professio est, non emendatio. Accusatur anima, non sa
natur. Pronunciatur offensa, non tollitur. Pœnitentiam certam non facit, nisi odiũ
peccati & amor dei. Quando sic pœnites, vt tibi amarum sapiat in animo, quod ante
dulce fuit in vita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente
iam tunc bene ingemiscis ad deum & dicis, Tibi soli peccaui, & malum coram te fe
ci, Bene tibi soli peccaui, quia nullis hominum sine peccato, & ideo tibi soli peccaui,
quia nullus est sine peccato. Da domine misericordiam misero, qui tandiu peperci
sti criminoso. Inclinet ad remedium humilitas pœnitentis, quem permouere non po
tuit diuturnitas peccatoris. Dic illi in fletu cordis, aspice ad infœlicẽ pietas immen
sa, respice crudelẽ misericordia publica. Desperatus ad omnipotentem vento, vulne
tus ad medicum curro, seruа pietatem mansuetudinis, qui tandiu suspendisti gla
dium vltionis, dele numerositatem criminum multitudine misericordiarum, ista est
filioli vera pœnitentia, quando sic conuertitur quis vt non reuertatur, quando sic
pœnitet vt non repetat. Sane videmus aliquis vestrum formas & virtutem
morũ exercẽtes, qa in ista die verba mea p salute sua sic audiãt, vt viriliter molli
tia abij ciant, tanquã qui pugnat. Reuera fortius pugnat, qui contra se pugnat. Ap

Ioan. 2.

Pœnitentia certa. Psal. 50.

riant aures suas ad præcepta Christi, quę fortasse patuerunt huc usque ad audienda
ludibria. Aperiant oculos suos ad nitorem, qui huc usque ad ignominiã patuerunt,
Compungat pœnitentia criminum, quos huc usque transpunxit delectatio volu
ptatum, Erigat adiuncta virtus, quem vitia prostrauerũt. Aperiant medicamẽto na
res suas, quib⁹ illis fœteat cõsuetudo peccati Apiat ille oculos cordis vobis, q hodie
pp nos dignatus est nasci, vt videatis illud qđ putatur dulce modo satis esse in bre
uitate tẽporũ q̃ amarũ erit in ignẽ æternũ, quã graui & ppetua pœna punienda erit
breuitas delectationis. Delectatio occidit & præteriit, vulnerauit & transiuit, miserũ
fecit & abiit, infœlicem reddidit & reliquit. Quã speciosus est animæ nitor, quã fœ
lix conscientia bonis operibus plena. Si beatũ se credit q hoc possidet qđ dimissurus
est post mortem, quã securus est qui illud p̃miũ sperat qđ nũquã amissurus est per
æternitatẽ. Si potes est qui mũdo imperat, quã beatus est qui deũ in cõscientia por
tat. Et ideo dulcissimi filii concupiscite munditiã cordis, habete dilectionẽ dei & p-
ximi. Peccatores dimittite & dimittetur vobis. Iusti nõ peccatis, ut permaneat Chri
stus in vobis. Quæ cum ita sint, videtur mihi charissimi, ut nascenti dño & redẽpto
ri nostro uota promittamus hodie & reddamus, sicut scriptum est. Vouete & reddite
dño deo vestro. Nos dulciter & cõfidenter voueamus, ille dabit possibilitatẽ vt red
dere possimus: Nos tm quicquid illi promittimus, de illo speremus. Et fortasse inter
rogatis me quid debeatis hodie uouere & reddere. Sunt. n. multi qui vouẽt, alius pal
lam, alius oleũ, alius cerã ad luminaria noctis, alius vt vinum nõ bibat p aliquot an
nos, alius vt ieiunia certo tpe faciat, alius ut carnes nõ comedat, Nõ est istud uotum
optimũ nec perfectũ: Adhuc melius volo. Nõ eligit de⁹ nec speciẽ tuã, nec oleũ tuũ,
nec ieiunium tuũ, sed hoc quod te hodie redemit, ipsum offer, hoc est aiam tuam. Et
si interroges me, qũo aiam meam quam ipse habet in potestate offerã? Et ego respon
debo tibi, qũo, Moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis. Auertẽ
do a malo, & cõuertendo ab bonum. Dãnando vitium, amando deum, diligendo p-
ximum, impendendo misericordiam miseris, quia & nosipsi miseri fuimus antequã
redimeremur. Dimittendo illis qui in nobis peccant, quia & nos oẽs sub peccato fui
mus. Superbiã calcando quia per superbiam primus hõ deiectus est. Abiiciendo in
uidiam, quia per inuidiam decepit diabolus genus humanũ. Quæ cũ ita sint, erigite
animos uestros, & nullus sit siue liber siue seruus siue ingenuus, qui nõ hodie deo
votum offerat simul & reddat: quia nimis miserũ est vt deo aliquid non offeramus
de nostro, qui aiam suam pro nobis posuit, & pp nos cũ esset eternus carnẽ suscepit.
Nunc itaque quicunque iram contra alterum tenet, tantũ pp amorem dei dimittat,
& obtulit votũ. Siquis consueuit iam longa diuturnitate in luxuria uolutari, resipi
scat aliquando, & excutiat sordes suas per cõpunctionem, & clamet in corde suo in
oratiõe secretius ad dominũ: Piissime domine, misericordissime deus, sufficiat mihi
q̃ hucusque peccaui, q̃ contempsi, q̃ fœtoribus carnis meæ satis feci, iam non te in
spirante voueo me a nequitia mea conuersurũ, Cum hæc fecerit, & iste obtulit uo
tum. Si iterũ inuidia tenetur fratres, & fœlicitate illius aut actione p̃spera non dele
ctatur quod est pcm̃ usque ad mortem, promittat & ipse in corde suo, meditaturũ
se potius actus bonos q̃ liuorem eum habiturum: Et cum fecerit, & ipse obtulit vo
tum. Siquis vero sibi conscius est de homicidio indicat sibi ipse in corde suo pœni
tentiam, & uindicet in seipsam malam consciẽtiam, & statuat sibi ante deum cru
ciatum pœnitentiæ & spatium: & plenum animum ueneno quem ante confusio san
guinis proximi sauciauit, cruciet per abstinentiam & humilitatem: & communicare
nullatenus præsumat, ut non dupliciter se infœlix damnet, dum in corde criminum
horroribus pleno sacratissimũ corpus domini periculose præsumit accipere. Quod
siquis se talem agnoscit, & hæc fecerit, & ipse offert uotum. Siquis forte ut assolet de
trahere semper consueuit, & aliorum actiones obloqui nec suas respicere, uoueat
hodie deo in corde suo & dicat: Hucusq̃ de aliis dixi, me non inspexi, ego eram mi
serior, & alios miseros existimabam, & ideo nunc sufficit quod peccauit lingua
mea, amodo emendare delibero: Ecce qui hæc facit, offert votum. Siquis crude
lem se sentit, misericordiam animi vouеat deo. Siquis superbum, uoueat humi
litatem. Siquis vino nimium est deditus, sobrietatem voueat. Siquis seniori

Mat. 6.
Sapien. 2.

Votum Opt mum.

Ioan. 10.

Peccatum ad mortẽ.

suo peccauit, veniam petat, & si ille non sapuerit petere, ille tamen dimittat, Et cum
hæc omnia feceritis charissimi, offertis deo votum placitum, & quasi remuneratis
Christum. Et post hæc veniet vobis benedictio, & vota vestra offeruntur ante tribu
Sapien. 2 nal xpi: Et sicut dixit Salomon, monumentum vestrum non accipiet obliuionem: &
dicetur de vobis: Ecce populus meus quem acquisiui sanguine meo, saturauit me
uotis, impleuit odoramentis: Ego ero eis quasi dominus, & ipsi erunt mihi in popu-
lum, & non erit vltra eis captiuitas aut desolatio. Putamus q̄ dulce est quando vota
nostra talia qualia dixi, angeli qui custodes vitæ nostræ sunt, ante conspectum diui-
næ maiestatis obtulerunt? Si aliquid offerimus homini terreno & morituro, & ta-
men speramus ab illo multum recepturos & adiuuandos: si deo autem aliquid de no
stris moribus offeramus, quantum recipiemus? Nunc itaque exultemus in domino,
gaudeamus cū fletu, memores simus dignationis diuinæ & captiuitatis nostræ. Quę-
cunque potentia eleuat, veniat illi in mentem humilitas Christi, ut non dirigatur
Eccli. 10. ad illum sententia ista. Quid superbis terra & cinis? Quando videmus quemque mi
serum, aut egenum, veniat in mentem misericordia dei. Quando captiuum, veniat
nobis in mentem redemptio domini nostri. Quando peccatum quodcunque dele-
ctat aut subrepsit, sit nobis in memoria quod iam deleta sunt peccata nostra. Non
perdamus præmium sanguinis Christi, nec maculemus stolam animæ per iniquita-
tem, aut rapinam, aut concupiscentiam. Iacuimus, iam erecti sumus: uulnerati sue-
ramus, iam sanati sumus. Non erit excusatio. Qualescunque potest diabolus ad ma-
lum inuitare, non potest trahere: delectationem infert non potestatem, consilium in
gerit non conflictum. Nunc ergo propter partum beatę Mariæ sit mihi sermo ad vir
gines, siue viros, siue viduas siue fœminas, siue pœnitentes, siue pauperes, siue se-
uos, non est apud deum nisi meritorum discretio. Audite me itaque quicunque do-
no Christi in corpore virgines estis. Generaliter loquor ad omnes? Audite me. Qui-
cunque agnoscit se esse quod dico, studeat ut & corde sit virgo. Sic gaudeat de lucro
corporis, vt nō habeat damnum aīæ, gaudeat tunc de tam precioso dono Christi,
gaudeat cum humilitate, fleat cum pietate, Gratias agat quia tantam fœlicitatem in
integritate portat, lætetur quia secuturus est agnum quocunque ierit, si tamen in o-
Apoc. 14. re eius, sicut legimus in Apocalypsi, mendacium non inueniatur. Oret perseueran-
tiam, vt non illi qualiscunque delectatio seculi aut inuidia tm̄ donum tollat, tantā
claritatem innubilet, tantum nitorem infuscet. Teneat fortiter, ne perdat rem irre-
parabilem. Non vno momento delectationis amittat gratiam corporis, non cōtrahat
turpitudinem per pulchritudinem formæ corruptæ, non illum concupiscentia uin-
cat. Si me audierit, permanet: ꝙ si non audierit, amissurus est quod nunquam est re-
paraturus. Iterum ad vos mihi sermo est qui coniuges habetis, moneo vt caste ha-
Lucæ. 1. beatis. Nam & Elizabet quæ longæuis temporibus caste cum marito vixerat, & am-
bo fideles ante dominum fuerunt, meruit iam de mortuo semine filium qui & san-
ctitate parentes ornaret, & predicatione multos infideles conuerteret. Iterum uobis
1. Tim. 5. loquor quæ estis viduæ, custodite viduitatem, non estote verbosæ, sed cum silentio
Psal. 145. expectate dominum, qui pupillum & viduam suscipit: Sed bonam viduam, & illam
quæ in oratione est, in humilitate, in eleemosynis prompta: si certe vnde faciat non
habet, voluntatem bonam & cogitationem synceram habeat. Mulieres, non maledi-
cite, non iurate, non estote promptæ ad loquendum. Forte dicitis importunum esse
quod dico, Non mihi tacere licet, plus timeo illum qui iubet q̄ illum qui detrahit.
Ego dico, qui agnoscit emendet, qui in se non recognoscit, audiat & teneat ut aliis p
salute dicere possit. Nunc iam ad vos loquor pœnitentes, qui pœnitentiam in eccle-
sia accepistis & agitis. Perseuerate. in fletu, in cōpunctione docte plangite. Quid est
docto plangite? Non quærite in oratione temporales res, sed æternam beatitudiné,
Psal. 55. remissionem q̄ peccatorum. Qui sic orat, docte plangit. Non cadunt ad terram lacry
mę vestræ, quia verax ille qui per prophetam dixit, Posuisti lachrymas meas in con-
spectu tuo. Vos modo satis debetis amare deum, & a timore iam ad dilectionem tra
sire, quia sic legimus in Euangelio de peccatrice illa, Cui multum dimittitur, multu
Lucæ. 7 diligit. Et ideo multum debetis diligere deum, qui vos expectando & non puniendo
ad pœnitentiam perducere dignatus est. Nunc iterum ad vos mihi sermo est pauper-
res.

res. Vobis dico pauperes qui mendicatis, qui de eleemosyna Christianorum uiui-
tis: Consolamini consolamini, tribulatio vestra conuertetur in gaudium, & dolor ve
ster in lætitiam. Non vobis sit ingratum quod mendicatis, nec ideo in corde vestro Ioan. 16.
aliquid contra deum dicatis, quia ille iustus & pius est in omnibus suis. Et te ideo fe
cit pauperem, vt sufferendo breuem inopiam, æternam vitam acquireres. Et diuitē
ideo fecit, vt dum tibi superflua daret, remedium peccatis suis acquireret. Et ideo pa
tientes estote, & expectate dominum. Etiam sermo mihi est ad vos quicunque domi
nos carnales habetis, cuicunque seruitij conditionem debetis. Obedite dominis ve- Ephe. 6
stris, diligite ex corde, non ad oculum seruientes, sed ministerium ex amore facien-
tes, quia & illos deus constituit vt vobis dominentur, & vos vt seruiatis. Bene seruie-
te propter deum, quia de bono seruitio mercedem habebitis. Si boni fueritis, melio-
res eritis dominis malis, quia apud deum anima uniuscuiusque non est discernenda
nobilitate, sed opere, nec genere, sed actione. Ideo nunc ad omnes mihi sermo fuit,
quia Christus pro omnibus mortuus est. Et ideo seruatę quę dixi, vt de vobis fru- 2. Cor. 5
ctum habeam, & vos omnes in cœlestibus horreis vbi frumenta congreganda sunt
misericors dominus intromittat, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo IIII.

HOdie fratres dilectissimi celebramus dominicæ natiuitatis diem, id est, domi Ser. VIII.
mini nostri Iesu Christi, qui cum æqualem trinitatem cum patre possideat,
qui cum cœlum, terrā ac maria & omnia quæ in eis sunt pari cum patre vir-
tute firmauerit, in nouissimis temporibus nobis homo nasci ex homine dignatus
est, sic nostram suscipiendo naturam ut non permutaret suam. Permanente. n. inte-
gro diuinitatis statu, assumpsit hominem dei filius, nec amisit quod erat, sed sociauit
sibi quod in ipso ante non fuerat. Inuisibilis ergo secundum diuinitatem dei filius
visibilem suscepit hominem, immortalis mortalem, impassibilis passibilem, & ut to
tum breuiter comprehendam, deus hominem. Quicquid ergo infirmitatis legimus
in Christo id est, ꝙ esuriuit, ꝙ doluit, ꝙ etiam mortem pro peccatis nostris sustinuit,
suscepto hoc pro salute nostra homini deputemus, salua illius quod suscepit, id est,
verbi dei reuerentia: qui ita humanitatem diuinitati suæ iunxit, ut eam post passio
nem impassibilem faciat, non autem vt fieret, quod cogitari scelus est, diuinitas ipsa
passibilis. Nam etsi in dei filio ex diuinitate & humanitate vna persona est, cum ta-
men audis natum ex homine dei filium, noli communem hunc ibi credere natiuita
tis exortum, ex opere cōiugali, quod quidem a deo est constitutum vt humanitas
propagetur? Aliter, inquam, ibi fuit humanitatis exortus, longe a nostra natiuitate
diuersus. Nam etsi in eadē qua nos naturaliter sumus, veritate carnis natus est Chri
stus: non tamen eo quo nos more conceptus & natus est de coniugio, id est, vnde cæ
teri exorti sumus, licet omnes procreentur homines. Nam & mirabiliter procreatus
est. Legitima illa commixtio hominis homini quidem, licet iuxta diuinam authori-
tatem culpa non uacet, non tamen etiam gloriosa est: In xpi vero natiuitate sine cō-
mixtione propagatio omni prorsus gloria & honore cumulatur. Dominus itaq; no-
ster Iesus Christus, ordine natiuitatis excepto, homo uerus procreatus ex uirgine
est, eodemq; omnipotentię signo conceptus & natus, virginem habuit matrem cum
portaretur in utero virginis, & cum ex utero funderetur: Nec tamen ista natiuitatis
coniugia dānauit, sed potentiam diuinitatis honorauit. Olim huius noue fœcundi-
tatis signum Esaias propheta prædixerat, Ideo, inquit, dabit dominus ipse vobis si- Esa. 7.
gnum: Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Em-
manuel. Quod signatissime de Christo domino nostro est prophetatū. Emmanuel
enim interpretatur, nobiscum deus: Ergo saluator noster ab effectu rerum etiā hoc
nomen accepit, ut vocaretur nobiscum deus. Et ipse tunc deus cum omnibus nobis
esse dignatus est, quando suscepit hanc carnem, vt per hominem visibilis erat con-
uersari videretur in terris. Sic. n. Hieremias propheta promiserat, dicens, Hic est deus Baruch. 3.
noster, & non æstimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem uiam disciplinæ &
tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris visus est & cū
hominibus conuersatus est. Vnde & ipse dominus ad discipulos suos in Euangelio
dicit, Tanto tempore vobiscum sum & non cognouistis me? Qui videt me, videt &

Universidad de Deusto
Biblioteca

patrem meum,& reliqua quę ſequntur. Talia n. dei filius per aſſumptum hominem opera faciebat, ut ex ipſa operum claritate & patris ſimul & filii diuinitas noſceretur. Quod ſi diligenter reſpiciamus ad cauſam, propter quam dominus totum hoc ſacramentum ſuſcepti hominis implere dignatus eſt, tunc uere obtinebimus nobis illud impletum eſſe propheticum. Duplex. n. principaliter cauſa eſt, ob quam dei filius factus eſt filius hominis. Vna eſt ut ſecundum hominem omnia patiẽdo pro nobis, a peccatorum nos vinculis liberaret. Sic. n. Eſaias propheta prædixerat, Hic peccata noſtra portauit, & pro nobis dolet. Et rurſus. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra. Eruditio pacis noſtræ in eo: Liuore. n. eius nos ſanati ſumus. Altera vero cauſa eſt dominicæ paſsionis, vt nos quos ſanguine ſuo redemit a vitijs atque criminibus, non ſolum doctrinæ auxilio & gratiæ, ſed etiam exemplo ſuo ad ſtudium ſanctitatis accenderet, vt nos nõ modo præcipientem dñm, ſed etiam exemplo ſuo ad virtutis faſtigia prouocantem, maiore alacritate ſequeremur, & iuſtiſsimum dñm ac pium patrem, ſecundum ſnĩum beati Petri, filii imitatione coleremus. Sic. n. beatus Petrus ait, Chriſtus paſſus eſt p nobis, vobis relinquens exemplum vt ſequamini veſtigia eius, qui pcm non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius: Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicanti ſe iniuſte, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, vt peccatis mortui iuſtitię viuamus. Præſtet autem dñs noſter Ieſus xps vt gratia eius adiuti, ad veſtigia eius ſequenda properetis, & peccatis omnibus ac vitiis mortificati, ad ſola viuatis opera iuſtitiæ exercenda, gratias agentes patri deo cui eſt gloria & imperium, & domino noſtro Ieſu Chriſto & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Filius dei, quare filius hominis ẽ factus: duplex cã. Eſai. 53.

1. Pet. 2.

In eodem feſto: Sermo V.

Ser. IX. Gene. 1.

LEgimus & fideliter retinemus q; ſub ipſo principio naſcentis mundi in primo homine fecerit nos deus ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Ecce in hac die mutata vice factus eſt deus ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtram. In primis de ſuis meliora contulit: In ſecundis de noſtris inferiora ſuſcepit. Per interdictæ arboris gu

Gene. 3. ſtum primi hominis incauta fragilitas tentauit apperere ambitione damnabili domini ſui diuinitatem, perſuadente diabolo & dicente, Si de ligno hoc guſtaueritis, aperientur oculi veſtri, & eritis ſicut dii. Ideoq; agnoſcamus pij patris admirabilem

Gene. 2. bonitatem. Homo ſolicitante inimico, deus eſſe voluit per ſuperbiam, & deus homo factus eſt per miſericordiam. Innouatur in nobis quodammodo per xpi diuinitatẽ ſpecies illius antiqui & incipientis ſeculi, quando primus Adam de limi materia figuratur. Ecce etiam nunc ſecundus Adam quaſi de intacta ac rudi terra virginis de carne formatur. Ecce, inquam, iterum ceſſantibus naturæ legibus, nouus homo in nouam vitam ſolo deo operante perficitur. Promittitur ergo filius virgini per viſitationem ſpiritus ſancti. Qui non mirum ſi ſine corruptione naſcitur, qui de ſanctificatione ſuſcipitur. Non. n. decebat, vt qui nobis afferebat ſalutem, ſoli matri præriperet dignitatem. Spiritus, inquit, ſanctus ſuperueniet in te. Dignum plane erat, vt regali onuſtanda partu, prius cœleſtis regis ſanctificaretur ingreſſu. Vnde dñm & ſaluatorem noſtrum non ideo ſimplicem hominem credamus, quia ex homine naſci

Luc. 1. videmus. Fas non eſt ut non deus credatur, cui de ſcenſuro ad terras a deo habitaculum præparatur. Diuina itaque operante potentia credentis viſcera fœcundãtur, & in ligno mortali uitę arbor inſeritur, & portans in ſe omnia virtus ab infirmitate portatur, & qui terra mari cœloq; non capitur, intra unius corpuſculi membra ſuſcipitur. De creatura ſua creator omnium procreatur, & de riuulo ſuo fons magnus exoritur. Radix omnium de virgulto ſuo naſcitur, & vitis vera palmitis ſui fructus efficitur. Adeſt ecce exoptatiſsimus dies, gratia geminata reſplendens, candore quidem conſueti luminis illuſtratus, ſed præcipuæ radiantis veri fulgore coruſcus. O dies dierum omnium nouitas, lucrum lucis & diſpendium cæcitatis, in quo æternus ſol de ſumma altitudine claritatis paternæ deſcendens, vuluæ virginalis aduitu reſeruauit, & totius mũdi caliginẽ fulgida coruſcatione repreſsit. Ducite fideles pias feſtiuiſsima gaudia, res nobis hodie pfecta eſt noua q̃ olim fuerat repromiſſa, vt ſine

virginis detrimento pudoris, filium lactarent vbera genitricis. Hæc illa eſt nouitas Hieremię prophetę vaticinio nũciata, Faciet, inquit, dominus nouum ſuper terram. Et quaſi quandam lucernam huius obſcuritatis accendens, continuo ſubiecit: Fœmina circundabit virum. Hoc eſt, inquit, nouum quod ſuper terram dico dominum eſſe facturum, quia fœmina circundabit virum. Aduertite fratres, & me potius ueſtro intellectu præcedite, Fœmina, inquit, circundabit virum. O fœmina ſuper fœminas benedicta, quæ & virum non cognouit, & virum in vtero circundedit: quæ concubitu carnali non tangitur, & tamen carnea prole de ſpiritali ſemine gratulatur. Circũdat Maria virum angelo fidem dando, quia Eua perdidit virum ſerpenti cõſentiendo. Faciet, inquit, dñs nouum ſuper terram. Vt igitur exhibendę huius nouitatis tps aduenit, cœleſtis ad virginem præmittitur nuncius. Salutat angelus puellam viri ſalutationis ignaram, terretur virgo nouitate verborum. Ad quam angelus, Ne timeas inquit, Maria, inueniſti. n. gratiã apud dominum. Ne inquit, ad conſpectum meũ mater domini mei terrearis, ego conceptionis tuæ miniſter adueni, ipſe me miſit ad te qui eſt naſciturus ex te. Ipſe tibi per me annũciat gaudium, cui placuit in utero tuo cum humana natura myſticum ſociare coniugium. Inueniſti gratiam apud dñm: Ec ce concipies & paries filium, non cuiuslibet meriti hominem, ſed totius mundi ſaluatorem. Ne, inquit, timeas. Abiice abs te oẽm metum ſeculi, quæ conceptura es gaudium mundi. Reuolue Maria propheticam lectionem. Neque. n te ſcientia diuinorũ poteſt præterire librorum, quę ipſam plenitudinem paritura es prophetarum. Recole in libro Eſaiæ prophetę virginem quam legiſti, & gaude quia tu eſſe meruiſti. Tu ibi præſignata es virgo, tu ecce concipies in utero, non de viro, ſed de ſpiritu ſancto, & grauida eris: & incorrupta manebis, Paries filium, & virginitatis non patieris detrimentum. At illa, Ecce, inquit, ancilla domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Mox igitur angelus virginis accepto conſenſu, cœleſtis regionis accolas repetiuit: Ecce ſubito ſecretum virginis ineffabilis potentia penetrauit. Intrat artifex mundi anguſtias ventris humani, efficitur grauida mater intacta, & ecce tanq̃ ſponſus de thalamo, Mariæ xps procedit ex vtero. Occultatur in mẽbris infantis potentia maieſtatis, deus pendet ad vbera genitricis. Pannorum vilium ſqualore contegitur, duriſsimi ſuffert præſepis anguſtias, & totum miſericors humiliter patitur, dummodo mundus qui perierat liberaretur. O beata infantia, per quam noſtri generis vita eſt reparata. O gratiſsimi delectabilesq; uagitus, per quos ſtridores dentium æternosq; ploratus euaſimus. O fœlices danni quibus peccatorum ſordes exterſimus, O prę-

Hiere. 31

Lucæ. 2.

Eſaiæ. 7

Lucæ. 1

Pſal. 18.

ſepe ſplendidum, in quo non ſolum iacuit fœnum animaliũ, ſed cibus inuentus eſt. angelorum. Lacta Maria creatorem tuum, lacta panem cœli, pretium mundi. Poſtremo tu illi vt mater temporalẽ miniſtra ſubſtantiam, vt ipſe nobis & tibi vna cũ patre & ſpiritu ſancto vitam tribuat ſempiternam. Quod ipſe p̃ſtare dignetur, qui cum patre & ſpũſancto viuit & gloriatur deus, Per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

In eodem feſto, Sermo VI.

QVis tanta rerum verborumq; copia inſtructus exiſtat, qui huius diei gr̃am dignis poſsit laudibus prædicare? Vnde ſi hmõi nullus eſt, nõ erubeſcimus etiã ſi nobis nitidior dicendi facundia deſit, uel mediocri tñ ſermone partum ſacræ virginis, & ortũ dominici corporis diſſerentes conabimur explicare. Natalis ergo hodie Saluatoris chariſsimi, in quo lumen additum mundo eſt, & immortalitas quæ per pcm perierat mortalibus reddita eſt. Natalis eſt hodie Saluatoris, de quo angelus paſtoribus dicit, Natus eſt hodie vobis ſaluator: de quo & propheta dicit, Filius datus eſt nobis, puer natus eſt nobis. Naſcitur ergo quem regem gentium alius propheta, teſtatur, & naſcitur ex virgine, ſicut ſcriptum eſt, Ecce virgo cõcipiet & pariet filium, & uocabis nomen eius Emmanuel, quod interpretatũ eſt ex Hebraica lingua in latinum translata, nobiſcum deus. Prędicamus hodie natum de virgine Saluatorẽ, & infantem in præſepio poſitum cum vigilantibus paſtoribus moniti ab angelis adoramus. Exhibeamus fidem virtutibus, reuerentiam ſanctis teſtibus præbeamus, & Simeoni cognoſcenti, & Annæ dñm confitenti, & Ioanni baptizanti, & Iordanis purgationi, & ſanctoſpiritui deſcendenti, & cęlis apertis, & patri teſtimonium perhibenti, & virgini permanenti, & ſtellæ fulgenti, & columbæ deſcendenti,

Sermo. X

Luc. 1

Eſa. 9.

Eſa. 7.

Luc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipſi domino omnem tentationem diaboli ſuperanti. Hodie ergo peperit virgo,qui deo filios faceret,qui ſententiam præuaricationis excluderet, pœnam mortis eriperet,& vitam perpetuam credentibus condonaret.Portauit in vtero filium mater,omnibus quæ ſunt ante nutrimenta maiorem,& hunc fudit forma ſerui in terris, quem habent angeli imperatorem in cœlis.Peperit filium mater,a quo ipſa nutriretur potius quam nutriret.Mortali aluo immortalem ſuſcepit hoſpitem,& in terreſtri hoſpitio cœleſtem virgo imperatorem ſuſcepit.Beata virginitas deſinit eſſe iam mortis ancilla,quia illum intrat ſe geſtat in mente,quem Maria portauit in ventre, Nulli virginitas ſeruituti ſuccumbit,quia illum diligit,qui humano generi attulit libertatē. Cœleſtis propago germinabat in vtero,& in eximio partu virginea viſcera coruſcabant.Humanis greſsibus portabatur pictura deifica,& in anguſto pudoris cubiculo eum quem cœli non capiunt,ſancta virgo portabat incluſum,& peperit eum, nō qui naſcendo polluerit parietem,ſed qui a pollutione ſeculum delauaret. Sancta credidit,ſancta concepit,ſanctior efficitur poſt partum. Extitit autem ipſi virgini ipſe ſponſus. Ipſe genitus,qui erat genitor.Illic fuit paranympha credulitas paranymphus archangelus.Mater ſpōſa,& ipſe quem peperit Chriſtus ſponſus, quē ſanctuſſpiritus copulauit: Gabriel angelus nunciauit,angelorum exercitus decantauit,& ſtella fulgida demonſtrauit.Fecit grauidam virginem ipſe qui erat naſciturus ex virgine. Expauit in partu ſuo mater,deus per angelum loquebatur & virgo auribus impregnabatur.Audiat omnis ætas quod nūquam audiuit. Virgo partu ſuo nupſit,virginitatē dum pareret duplicauit,filium quem genuit adorauit. Ceſſet omnis ſolicitudo,Chriſtus nobis vera ſecuritas aduenit.Ceſſet omnis infirmitas,hodie ſaluator apparuit.Ceſſent bella,deſinant lites,hodie pax vera de cœlo deſcendit. Ceſſet omnis amaritudo,hodie per totum mundum melliflui facti ſunt cœli, Fugiat mors quia vita nobis hodie de cœlo eſt nata.Hodie ſuper terram canunt angeli, lætantur archangeli,gloriantur Prophetæ,inuitantur ſancti,turbantur mali, gratulantur boni,viſum cæci recipiunt,auditum ſurdi,claudi greſſum,leproſi mundantur,triſtes ſanctificantur,infirmi ſanantur,& mortui reſuſcitantur: Solus diabolus & omnia cum eo dæmonia contremiſcunt,quia reſtauratur genus humanum per interitum diaboli. Chriſtus vobis hodie redemptor apparuit.Probat ergo virtutem domini ordo naſcendi,concepit virgo,virilis ignara conſortij. Impletur vterus, nullo humano pollutus amplexu. Vide miraculum matris dominici corporis,virgo concipit, virgo grauida,virgo cum parturit,virgo poſt partū.Præclara ergo illa virginitas, & gloriola ſecunditas.Virtus mundi naſcitur,& nullus pariendi eſt gemitus. Vacuatur vterus,infans excipitur,nec tamē virginitas violatur.Fas enim erat,vt domino ex virgine ſecundum carnem naſcente meritum creſceret caſtitatis, ne per eius aduentum violaretur integritas,qui veniebat ſanare corrupta.Naſcitur ergo puer, ponitur in præſepio. Hæc ſunt enim domini prima cunabula,nec regnator cœli has dedignatur angustias. Stat Maria & matrem ſe læta miratur,& de ſpirituſancto protuliſſe ſe gaudet, nec quia peperit innupta terretur, ſed quia genuerit cum exultatione miratur.Natum ſeculo debitus ſaluatoris properaret aduentus, ad Mariam virginem venit ſpirituſſanctus,vt fuerat ab angelo ante prædictum,dicente, Spirituſſanctus veniet ſuper te,& virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius dei. Recte ergo in eius aduentu cœleſtia veneramur,quem de cœlo venisse manifeſtum cognoſcimus, quē natum pro nra ſalute dei patris & ſpirituſſancti virtute comperimus.Multis enim ante nunciabatur indicijs,noua cœlo ventura progenies.Vides ergo chariſsime ſaluatoris ortum dei eſſe virtutem, cūm de eo prophetæ non taceant,& ſpirituſſanctus fateatur. Quid præclarius ſtellæ nuncio? Quid magorum manifeſta confeſsio: Quid prophetarum tam ſimilis & tam continuata ſententia? Vbiq; notus eſt dominus,vbique natus ex virgine nunciatur.Et quoniam ea ſecundum carnem natum ex virgine diximus,nunc ea quæ ſpiritaliter ſentire poſſumus diſſeramus.Videamus ergo quæ eſt illa virgo tam ſancta, ad quam ſpiritusſanctus venire dignatus eſt,quæ tam ſpecioſa quam dominus elegit ſponſam,quæ tam copioſa,cuius generationem cunctus orbis excipiat, quæ tam caſta vt poſſit virgo eſſe poſt partum.Nonne in figura Marię typum videmus eſſe ſanctæ eccleſię? Ad hoc

Luc. 2.

Lucæ. 1.

utique ſanctus deſcendit ſpiritus,huic virtus obumbrauit altiſsimi,hinc potens virtute xp̄s egreditur.Hæc eſt immaculata concubitu,fœcunda partu,virgo & caſta perpetuo. Hæc concipit non viro,ſed ſpiritu;hæc parit non dolore,ſed gaudio:hęc nutrit non vbere corporis,ſed lacte doctoris.Hæc eſt igitur ſponſa xp̄i & gentium magiſtra,quæ ſe plenā miratur & fœtam lætatur. In hac ergo die qua ſaluator naſcitur, ſplendor lucis augetur,tenebrarum caligo minuitur. In hac die lux cœleſtis credentibus redditur,& in æterna nocte diabolica figmenta damnantur. In hac die lux creſcit ex lumine,virtutum virtus attollitur. Gloria ęternitatis erigitur,reparationem ſuam domino ſecundum carnem naſcente mundus amplectitur. Plena ſit ergo diei huius feſtiuitas, in qua deus noſtri memor terrena viſitare dignatus eſt & amiſſam mortalibus lucem aduentus ſui claritate reſtituit, quja ipſe eſt ſplendor & gloria æterna,dn̄s noſter Ieſus xp̄s,cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

In eodem feſto:

Sermo VII.

IN aduentu dominico fratres chariſsimi ſolutus eſt omnis paternę præuaricationis metus,quem diaboli dudum fraudibus incurrit circumuenta mortalitas. Adeſt.n. nobis hodie cęli terræq; iudex,qui reſciſſo chirographo delictorum,reatū noſtrum miſeratus abſoluit.Adeſt ille dominus, qui iugum captiuitatis antiquæ a noſtris ceruicibus ſoluens,mœrorem mundi æterna libertate lætificet.Adeſt rex ille manſuetus,qui per ſpatia totius orbis cœleſtis iuſtitię greſsibus incedens, ſuperbientem furentis inimici conterat tyrannidem.Hodie nanque parturiente Maria natus eſt nobis dei filius,vt germanæ carnis noſtræ cōceptione productus,creato a ſe homini & pietatem paternam & fraternum largiretur affectum,Et natus ſane ab intacta eſt fœmina,vt eum pariter & hominem teſtaretur partus humanus,& deum,p baret æterna virginitas. Nam ſicut non poterat niſi caro de carne naſci, ita non poterat dei caro de fœmineo vtero niſi ſine generante prodire. Propter quod ait angelus beatiſimæ Mariæ,Spitituſſanctus ſuperueniet in te,& virtus altiſsimi obumbrabit tibi,& quod naſcetur ex te ſanctum,vocabitur filius dei.Spiritus,inquit,ſanctus ſuperuenit in te. Idcirco tibi frater virtute ſancti ſpiritus angelicus ſermo prætexit, ne coniecturis carnalis diſputationis hebetatus,cœleſte tibi ipſe myſterium terrena argumentatione confundas. Aut non putas eum nouum puerum in aluo virginis potuiſſe formare,qui cum primum concederet hominem, nec ſemen patris, nec viſcera materna quęſiuit? Dic itaque quicunque es ſupernę diſpenſationis arbiter & diſcuſſor,quę tibi videtur virtus eminentior,partum dediſſe virgini, aut perfectum hominem creaſſe de terra? Primus.n.homo,vt ait Apoſtolus,de terra terrenus,ſecundus homo de cœlo cœleſtis. Si contra naturam eſſe contendis quod in myſterio redemptionis noſtræ ſine viro puella aſſeritur concepiſſe,cuius quęſo naturę eſt quod in parente generis noſtri caro ſine carne formata eſt? Quę eſt iſta ratio, imo q̄ cæca contentio,ut non credatur deus facere hominem poſſe de fœmina,quem creditur depluere feciſſe? Si omnipotentis o hō tali in negocio eſſe perſpicis voluntatem,de orę cur retractas? Omnia.n.ſicut legitur,dn̄s quæ voluit fecit in cœlo & in terra. Et ſi ſolicitus perſcruteris,præter hunc legitimum humanæ conceptionis vſum, tres ualde mirabiles naſcendi ſpecies operatam reperies trinitatem, & prima eſt quidem q̄ Adam figuratus ex limo eſt,ſecunda q̄ mulier formata de maſculo,tertia quæ,& cœleſtis eſt,q̄ Chriſtus proceſsit ex virgine. Quid horum non nouum,quid horum nō mirabile,quid horum ſi nō fidem ſequamur, inquiſitio poterit humana complecti? Quod autem myſtico hoc conceptu viſitare mundum ſuum dei dignatus eſt filius, noſtræ hoc ſalutis neceſsitas flagitabat,nimirum vt cœleſtis tandem generatio repararet,quod natiuitas terrena perdiderat. Sed fortaſsis hunc qui natus prædicatur ex fœmina,dum vilibus obuoluitur pannis, dum iacere contentus eſt in præſepi, dum lachrymoſis uagitibus concrepat,dum maternis lactatur vberibus, deum eſſe diffidis. Imo per iſta frater aduerte eum & ut hominem infirma pro infirmis pertuliſſe,& ut deum potentiā exercuiſſe cœleſtem Hic nanque qui ſordentibus circundatur pannis,regijs per Chaldęos muneribus honoratur. Hic qui in præſepi humilis iacet,lumine noui ſyderis coruſcat in cœlo. Hic qui vagitus reddit infantiæ, angelici exercitus vocibus collaudatur. Hic qui fœmineo lacte nutritur, multa hominū milia par-

Ser. XI.

Tres mirabiles naſcē di ſpēs operata eſt trinitas.

Pſal. 134.

2. Cor. 15

Luc. 1.

Math. 2

Mat. 16 Ioan. 11. & 9. Mat. 14. Mat. 3 & 17.

nissimo pane satiauit. Quid illud adiiciam, quod deum illum & uerum dei esse filiū resurgens a mortuis Lazarus probat, recepto lumine cæcus annunciat, uenerandis eius calcata uestigiis maris vnda testatur, & quod præcellit hęc omnia, resultans e cœlo uox paterna confirmat? Propter quod dilectissimi tam magnum hoc natiuitatis dominicæ sacramentum, dignis uocibus honoremus. Diligamus, prę omnibus castitatem, quia ut placere hanc sibi Christus ostenderet, pudicitiam uteri virginalis elegit. Sectemur misericordiam, quia pietatis est quod saluamur. Iustitiam solicite teneamus, quia ad hoc vnigenitus dei effici dignatus est homo, ut ueritate prædicans, vniuersam mundi faciem damnata iniquitate purgaret.

In eodem festo: Sermo VIII.

Sermo. 12.

Filius dei idemq; filius hominis dominus noster Iesus Christus, sine matre de patre natus, creauit omnem diem, sine patre de matre natus consecrauit hūc diem, diuina natiuitate inuisibilis, humana uisibilis, utraque mirabilis. Proinde quod

Esai. 53.

de illo Propheta prædixit, Generationem eius quis enarrabit? de qua potius dictum sit iudicare difficile est, vtrum de illa vbi nunquam natus cœternum habet patrē, an de ista vbi aliquando natus in qua ut fieret iam fecerat matrē, utrum de illa vbi semper natus est qui semper erat? Quis enim enarrabit quomodo natum sit lumen de lumine, & unum lumen utrunque sit, quomodo natus sit deus de deo, nec deorū numerus creuerit, quomodo uelut de re transacta dicatur quod natus est, cum tempus in illa natiuitate nec trāsierit quo præterita esset, nec præcesserit quo futura esset, nec præsens fuerit quasi adhuc fieret & perfecta non esset? Hanc ergo generationem quis enarrabit, cum id quod enarrandum est supra tempora maneat, sermo autem

1. Tim. 2

narrantis in tempore transeat? Istam quoque ex uirgine generationem quis enarrabit, cuius in carne non carnaliter factus, cuius ortus ex carne ubertatē nutrienti attulit, integritatem parienti non abstulit? Quamlibet itaque earum, siue utranque generationem eius quis enarrabit? Hic est dominus deus noster, hic est mediator dei

Psal. 44.

& hominum, homo saluator noster, qui natus de patre creauit & matrem, creatus de matre glorificauit & patrem. Sine fœmineo partu vnicus patri, sine uirili complexu vnicus matri. Hic est speciosus forma præ filiis hominum, sanctæ filius Mariæ, sanctæ sponsus ecclesiæ, quam suę genitrici similem reddidit. Nam & nobis eam matrē

1. Cor. 11 Gala 4

fecit, & uirginem sibi custodiuit. Ad hanc quippe dicit Apostolus, Aptaui uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo. De qua rursus dicit, Matrem nostram non amicillam, sed liberam, cuius multi filij desertę magis quām eius quæ habet uirum. Est ergo & ecclesiæ sicut Marię perpetua integritas, incorrupta fœcunditas. Quod nulla meruit in carne, hęc seruauit in mente, nisi q; illa peperit unum, hęc parit multos congregandos in vnum per vnum. Hic est ergo dies quo uenitur in mundum per quem

Ioan. 1

factus est mundus, quo carne factus est presens, uirtute nunquā absens, quia in hoc muodo erat & in sua uenit. In mundo erat, sed mundum latebat, quia lux lucebat in tenebris, & eam tenebræ non comprehendebant. Venit ergo in carne, carnis uitia mūdaturus. Venit medicina in terram, unde curaret interiores oculos nostros, quos exterior nostra excæcauerat terra: ut eis sanatis qui fuimus antea tenebræ, lux efficiamur in domino, & non iam lux in tenebris luceat præsens absentibus, sed apparent certa cernentibus. Ad hoc sponsus, processit de thalamo suo, exultauit ut gigas ad

Ephe. 5 Psal 18

currendam uiam speciosus ut sponsus, fortis ut gigas, amabilis & terribilis, feuerus & serenus, pulcher bonis, asper malis. Manens in sinu patris, impleuit uterum matris. In quo thalamo, id est, uirginis utero, natura diuina sibi copulauit humanum: Vbi

Ioan. 1

uerbum caro factum pro nobis & a matre procedēs, ubi habitemus præparat nobis. Hunc ergo diem læti solemniter celebremus, & æternum diē per eum qui nobis æternus in tempore natus est fideliter exopremus, Iesum Christum dominum nostrum qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo IX.

Ser. 13

Dominus noster Iesus Christus fratres charissimi, qui in æternum est cum patre creator, hodie de matre nascendo factus est nobis saluator. Natus est nobis hodie in tempore per uoluntatem, ut nos perducat ad patris æternitatē. Factus est deus

homo, vt homo fieret deus. Vt panem angelorum manducaret homo, dominus angelorū hodie factus est homo. Hodie impleta est prophetia illa, quæ dicit, Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra germinet saluatorem. Factus est igitur qui fecerat, vt inueniretur qui perierat. Sic.n. in Psalmis homo confitetur,

Psal. 77. Esa. 45.

Priusquam humiliarer, ego peccaui. Et iterum, Erraui sicut ouis quæ perijt. Peccauit homo & factus est reus, natus est homo deus ut liberaretur reus. Homo igitur cecidit, sed deus descendit. Cecidit homo miserabiliter, descendit deus misericorditer.

Psal. 118. Gene. 3. Luc. 2.

Cecidit homo per superbiam, descendit deus cum gratia. Sic nanq; mater dñi ab angelo auditur, Aue gratia plena, dominus tecū, Qui natus est primo sine matre in cœlis, hodie natus est sine patre in terris. O miracula, o pdigia frēs charissimi, natura iura mutantur in homine. Deus nascitur, virgo sine viro grauidatur, viri nescia

Luc. 1.

fermo dei maritat, Simul facta est mater, & virgo: mater facta, sed incorrupta, virgo habens filium nescius virum. Semper clausa, sed non infœcunda. Solus n. sine peccato est natus, quem sine virili complexu non concupiscentia carnis, sed obedientia genuit mentis. Virgo concepit, sola vulneri nro medicinam parere potuit, quæ non ex peccati vulnere germen piæ prolis emisit. O mira & inexquisita compago, o nouа & inaudita commixtio. Deus qui est & qui erat, fit creator creatura. Qui immensus est capitur, diuites constituens pauper efficitur, incorporeus carne vestitur, sermo crassescit, videtur inuisibilis palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, immortalis occiditur. Quem cœlum & terra benedicit, in præsepio angusto collocatur. Numeratur in seculo, qui est ante secula. Christus Iesus heri & hodie,

Lucæ. 2.

idem ipse & in secula. Heri dixit propter mortalitatem, hodie propter æternitatem.

Hebr. 13.

Merito hodie locuti sunt cœli, gratulati sunt angeli, pastores iocundati, magi inuitati, reges turbati, martyres coronati, dæmones effugati: Igitur cum gaudio dicamus sanctæ virgini Mariæ mati dñi nostri Iesu Christi, dicamus & non confundamur: Lacta mater Christum, & dominū nostrū & cibū, Lacta panē de cœlo venientē, & in presepi positū velut piorū cibaria iumentorū. Illic.n. cognouit bos possessorem

Esa. 1.

suum, & asinus præsepe domini sui? Circumcisio. s. & præputium cohærendo lapidi angulari, quorum primitiæ fuerunt pastores & magi. Lacta eum qui talem fecit te, vt ipse fieret in te, qui tibi & munus fœcunditatis attulit conceptus, & donum virginitatis non abstulit natus: qui sibi antequam nasceretur & vterum de quo nasceretur, & ciuitatem in qua nasceretur, & diem in quo nasceretur elegit, qui & ipse condidit quod elegit. Sic nanque olim prædictum est, Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. O omnipotentia nascentis, o magnificentia de cœlo ad teram descendentis. Adhuc in vtero portabatur, & ex vtero matris

Psal. 86

a Ioanne Baptista salutabatur. Tunc ille Simeon senex famosus, annosus, probatus, coronatus, tunc cognouit, tunc adorauit, tunc dixit, Nunc domine dimittis seruum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum. Differebatur exire de seculo, vt videret natum per quem conditum est seculum. Agnouit infantem senex, factus est in puero puer. Innouatus in ętate, qui plenus erat pietate. Simeon senex ferebat Christum infantem, Christus regebat Simeonis senectutem. Dictum ei fuerat a domino, quod non gustaret mortem nisi videret Christum deum natū. Natus est xps, & impletum est desiderium senis, in mundi ipsius senectute. Ipse ad senem hominem venit, qui mundum inueteratum inuenit. In isto quidem seculo diu esse nolebat, & Christum in hoc seculo videre cupiebat, cantans cum Propheta, & dicens, O-

Luc. 2 Simeonis desyderiū &cognitio

Psal. 84

stende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Denique, vt noueritis, ita esse, istius lætitiam conclusit, dicēs, Nunc dimittis seruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Prophetæ cecinerunt conditorem cœli & terræ in terra cum hominibus futurum: Angelus nunciauit creatorem carnis & spiritus in carne venturum: Salutauit Ioannes ex vtero in vtero Saluatorem, Simeon senex deum agnouit infantem, Anna vidua virginem matrem. Hæc sunt testimonia natiuitatis tuæ domine Iesu, antequam tibi sternerentur fluctus maris, campi cederent imperanti, antequam ventus te iubente siluisset, mortuus te uocante resurrexisset, sol te moriente palluisset, terra te resurgēte tremuisset, cœlū te ascēdēte patuisset, Adhuc i manib⁹ mris portabaris, & iā dñs orbis agnoscebaris. Vbiq.n xps dñs ei

Luc. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulcher occurrebat. Pulcher in cœlis, pulcher in terris, pulcher in patre uerbū, pulcher in matre caro & verbum. Pulcher in vtero v irginis, vbi non amisit diuinitatem cum suscepit humanitatem: Quia cum hic esset, cum manibus portaretur, locuti
sunt cœli gauisi sunt angeli magos stella duxit, adoratus est in præsepio. Pulcher ergo xps in miraculis, in flagellis, in sermonibus, in verberibus pulcher, non curans
Apoca. 22. mortē, & mortuos suscitans. Pulcher in ligno, pulcher in cœlo, pulcer in sepulcro. Quis igitur fratres charissimi non admiretur, non adoret primum & nouissimum,
initium & finem, α & ω? Quis, inquam, non adoret per quem aspirauit dies, effugate
I. Cor. 1. sunt vmbræ? Natus est Imperator vt absolueretur peccator. Sic. n. scriptum est, Infirma mundi elegit deus. vt confundat fortia. Dñs. n. Iesus xps, per carnem quam suscepit, tribuit nobis magnam spem, magnam consolationem, magnam gratiam. Natus est
quod nō noueramus, lactatus est a matre, suxit quod noueramus: Mercatus est a nobis quod hic abundat, nasci & mori. Resurgere & in æternum viuere non hic erat.
Inuenit hic viles merces terrenas & terrestribus attulit peregrinas & cœlestes. Si expau escis o quisquis es auditor mortem xpi, ama resurrectionem Christi. Multi quidem contempserunt humilem xpm, & non peruenerunt humilem xpm, & non peruenerunt usque ad altitudinem Christi. Qui autem adorauerunt humilem inuenerunt excelsum. Audiunt Iudæi & dicunt, Noster est xps. O Iudei cæci, si vestrū agnouistis, quare occidistis? Dominus quidem suscepit circuncisionem, ablaturus ipiam
circunoisiōnem. Suscepit vmbram, daturus lucem. Suscepit figuram, impleturus ue-
ritatem. Ipse quidem vobis legem dedit, sed in qua fuit Elisæus quando resuscitauit
4. Reg. 4 mortuum filium cuiusdam religiose, in ea figura data est lex. Hoc factum est. Nuncia tus est Elisæo mortuus infans, dedit seruo suo baculum, & ait illi, Vade, inquit, & pone baculum super puerum & reuiuiscet. Accepit seruus baculum, posuit super puerum & non resurrexit. Propterea Iudæi legem accipere potuerunt bibere illam non
potuerunt. O tu Iudæe, audi legem mutatam si vis mutari: Sinon vis mutari, in vetustate habes damnari. Noli amare vet erem tunicam, pater tuus crucifixit xpm, tu ōdisti. Ille manu, tu corde, ambo facinus implestis. Displiceat tibi quod fecit pater tuus,
audi quid dicet dominus tuus, Pater, inquit, in me manens, ipse misti mandatum dedit quid dicam & quid loquar, & scio quia mandatum eius vita æterna est. Si mandatum patris vita æterna est, si verbum patris est vita æterna, qui loquebatur erat
Ioan. 12. vita ęterna. Non ergo fecit aliquid a se, quia non est a se. Sed a quo est? A patre. Pater enim deus sed non de deo, filius autem deus sed de deo. Ideo filius quia de deo genitus est, & semper filius sine initio genitus & tamen genitus. Et quomodo hoc intel-
Esaię. 53. ligatur audite, Expectatis a me, audite, Prophetam per me, Generationem eius quis enarrabit? Multa diximus de eius generatione, sed ea quędę matre est. Cęterum quo
modo natus est de patre in cœlo, quis potest explicare? quis potest enarrare vel inue-
stigare? Teneamus nos ad istam humanam natiuitatem, per quam nobis deus donauit gratiam. Gratia, inquam, donata, non merces est reddita. Qui creauit sanat, per
ipsam leuat ruentem, per ipsam curat ægrotantem, per ipsam coronat uincentem.
Ipsa est fides, ipsa est veritas: Hoc est Christianæ fidei fundamentum, quia unus homo per quem ruina, alius homo xps: per quem structura. Cecidit qui non mansit, eri-
git qui non cecidit. Ruit ille qui dimisit manentem, manens Christus in patre de-
scendit ad iacentem. Ipse puer paruulus ex semine Israel, & ipse nobiscum deus Emanuel. Quæ est illa nostri generatio Saluatoris, qua gignenti patri coæternus est,
quando hanc generationem ex virgine mundus expauit, quam pia fides agnouit &
Ioan 1. tenuit, infidelitas autem irrisit, superbia timuit superata? Quenam est illa generatio, qua in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Vel
quod est hoc verbum quod dicturus antea non silebat, quo dicto non siluit, qui dicebat? Quod est verbum sine tempore, per quod facta sunt tempora, verbum quod
Sapien. 10 labia nullius aperuit cœptum, uel clausit finitum, verbum quod initium non habet ex ore loquētiū, & aperuit ora mutorū, uerbū quod linguis gētiū disertis nō fit, & linguas infantiū disertas facit? Quænā est illa gnatio cui pr moriędo nō cedit, qui nō eū viuędo pcedit aliena ab oībus locorū tēporūq; interuallis, ab oī distētione temporū, quā uel in diebus uel in corporibus sentire cōsueuimus? Leuemus ad eū quę-
tum

eum ipso adiuuante possumus animam nostram, si quo capere valeamus & natum non præuenientem qui gignit, & gignendo non supsequentem qui gignitur, patrem & filium: nec pariter patres, nec pariter filios, & pariter æternos: non vtrunque gene-
rantem, nec vtrunque nascentem, sed alterum sine altero non viuentem, & patrem sempiternum genuisse, & filium sempiternum natum esse. Cogitemus si valemus, si non valemus, credamus. Non est quod hic dicere volumus, sed tñ non longe positu est ab vno quoq; nostrum. In illo. n. viuimus, mouemur & sumus. Transcendamus carnem nostram in qua parentes ante filios viuunt, quia vt filios possent generare creuerunt, & filijs crescentibus iam senescunt. Nondum natis filijs parentes vixerunt, quia & parentibus mortuis filij victuri sunt. Transcendamus & animas nostras, pariunt & ipsæ aliquid cogitando quod secum habent sciendo, sed possunt amittere obliuiscendo, quia & non habebant antea nascendo. Cuncta corporalia & temporalia & mutabilia transcendamus, vt videamus super omnia, per quem facta sunt omnia. Ascensus noster in corde est, quia & illud quo ascendimus prope est. Lōge autem ab illo sumus, in quantum dissimiles sumus. Ascendit ergo ad eum sua similitudo quam in nobis fecit & refecit, quia nōdum perfecte palpitat infirmus aspectus, & ineffabilem candorem lucis æternæ non potest intueri. Cuius ergo fulgorem
Actō. 17. Esaię. 53. Ioan. 1.
mentis acies nondum capit, generationem eius quis enarrabit? Sed verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hanc ergo generationem cuius hodiernum celebramus diem, hanc in qua dignatus est venire per Israel, & fieri Emmanuel nobiscum deus in carnis infirmitate, non nobiscum in cordis iniquitate, accedens ad nos per id quod assumpsit ex nostro, & liberās nos per id quod mansit in suo. Visitauit quippe dominus seruos suos per mortalem infirmitatem, Hanc ergo generationem cuius vtcunque capax est humana fragilitas, non illam quę sine tempore manet, sine matre super omnia, sed istam quæ in tempore facta est sine patre inter omnia: Hunc virginis filium & virginum sponsum, de incorrupta matre nascentem, & incorruptibili veritate fœtantem laudemus, amemus, adoremus, vt in eius misericordia de astutia diaboli filij triumphemus. Veniamus ad eum credendo, proficiamus gratias agendo, agnoscamus perseuerando. Veniamus ad illum, & inter nos cōcordemus. Quare de eius natiuitate litigamus? An vt medico vocante non audiamus? O infœlix infirmitas, venit ad ægrotum medicus, & litibus uacat ægrotus. Celebremus ergo natalem non humanæ deuotionis, sed diuinæ dignationis, non infirmitatis sed æternitatis, non formationis sed reformationis domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo X.

Sermo XIII.

FRatres dilectissimi, hodie dies illuxit, in quo Christus ex virginè carnem susscepit. Humilitatis induere voluit formam, vt a peccatis liberaret animas nostras. Transgressio illius primi hominis totum deceperat mundum, vt nullum esset salutis remedium, nisi Christus aduenisset è cœlo. Gaudebat teterrimus draco, quia venenum præparauerat homini nouo. Sed ad hoc descendit xps in vterum virginis, vt exinde humana susciperet membra quæ traderet cruci, & mortem induceret antiquo draconi. Vsus. n. fuerat diabolus consilio malo, vt per serpentem mulieri loqueretur, & diabolus non agnosceretur. Sed hic qui de cœlo descendit ad nihilum redegit illum, vt deus dei filius humanum susciperet corpus tendens ei laqueū mortis, ut per visionem videlicet carnis quasi ad hominem solum tentator accederet, & deum penitus ignoraret. Videbat carnem sed ignorabat domini maiestatem. cernebat infirmitatem, & non videbat deitatem. Remansit confusus diabolus, dum in homine apparuit dominus. Sic a deo patre deus descendit, vnde nunquam discessit, In terris erat & cœlos non deserebat, sicut ipse dñs ait, Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. In terris vt homo loqueba
Ioan. 3
tur hominibus, & in cœlo esse fatebatur vt deus, Et deitas non minoratur cum infirmitas assumitur, & illud quod non erat accepit, & deus mansit quod ab initio fuit. Quod n. homo fuit nobis profuit, sibi nihil minuit. Exinaniuit plenitudinem deitatis, formam susscepit humilitatis, & patri manens æqualis. Talis eligitur virgo de toto mundo, quæ tantum haberet meritum vt dei filium in semetipsam susciperet,
Philip. 2
Luc. 1.

& post partum omnimodo virgo permaneret. Aue,inquit,Maria gratia plena,dominus tecum,benedicta tu inter mulieres: Quia ecce concipies & paries filium,& vocabis nomen eius Iesum. Ipse.n.saluum faciet populum suum a peccatis eorum: Virginitatis iura seruabis,filium habebis,& nomen virginis non amittes. Tanta est.n.diuina illa potentia, vt & matrem reddat fœcundam, & virginitatem seruet illæsam. Ideo benedicta inter mulieres,quia ex spiritusancto concipies, vbi non est carnalis maritus, sed diuina dignoscitur virtus. Lactabis infantem proprium, creatori suo cum porrigis lactis,& cibis cœlestibus satiaris. Pannis inuoluis puerum,qui tibi immortale condonauit indumentum. In præsepio ponis infantilia membra, qui cœlestem tibi præparauit mensam. Omnia quæ nutritiæ causa debentur circa puerum celebremus,ut quod ipse promisit sanctis suis,& tu ipsa libentius cosequaris. Quid multa? Exulta virgo de tanto promisso,nuncius discessit angelicus, & ventris hospitium ingreditur deus,qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo XI.

Ser.XV. Gene.3. Luc.1.

NAtiuitas domini nostri Iesu Christi, totum mundum noua aduentus sui hodie luce perfudit. Hodie de cœlo deus descendit ad hominem, ut in cœlis homini præpararet ascensum. Hodie accepimus natum dei virginis filium omnium credentium saluatorem. Deus de patre,homo de matre, deus occultus, homo manifestus. Et quoniam diabolus per serpentem Euæ locutus, per Euę aures mũdo intulit mortem,deus per angelum ad Mariam protulit uerbum, & cunctis seculis vitam effudit. Angelus sermonem eiecit,& xp̃m virgo concepit. O coniunctio sine sordibus facta, vbi maritus sermo est,& vxor auricula. Hoc splendore concipitur dei filius,hac mũditia generatur. Nulla fieri potuit grauedo concipienti, nulla tristitia parturienti. Qui.n. venerat triste lętificare seculum,ventris non contristauit hospitium. De cœlis medicus transiens per virginem,post transitum suum illæsam fecit virginem permanere. Qui.n. dirupta corporum membra in aliis poterat integrare tangendo,quã tomagis in sua matre quod inuenit integrũ non potuit uiolare nascendo? Creuit.n. ei⁹ partu integritas corporis poti⁹ q̃ decreuit: & uirginitas ampliata ẽ poti⁹ q̃ fugata. In angusti corporis mẽbro sustinuit, qcqd sustinẽt cœli. Plena sunt uiscera,& nullũ nouit virginis cõscientia. Cũ esset grauida,salubri lęuitate plaudebat. Lumen.n. qd̃ intra se habebat, põdus habere nõ poterat. Facta est Maria fenestra cœli, qa p ipsam deus verũ fudit seculis lumẽ. Facta est Maria scala cœlestis,quia p ipsam deus descendit ad terras,ut per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlos. Ipsis.n. licebit ascendere illuc,qui deum crediderint ad terras per virginem Mariam descendisse. Facta est Maria restauratio fœminarum, quia per ipsam a ruina primæ maledictionis probantur esse subtractæ. Tria denique mala Euę,a tribus bonis Mariæ probantur excluſa. Nam Euæ dictum est, In doloribus & in tristitia paries, & ad virum conuersio tua,& ipse dominabitur tui. Tribus ergo his malis se subiugant fœminę quæ Mariam non sequuntur dolori,tristitiæ,seruituti. Maria autem econtrario q̃ præclarissimis tribus bonis sublimetur ausculta, salutationis angelicæ, benedictionis diuinæ & plenirudinis gratiæ. Sic.n. eam legitur salutasse, Aue Maria gratia plena, benedicta tu inter mulieres. Cum dixisset, Aue,salutationem illi cœlestem exhibuit. Cum dixit, Gratia plena,ostendit ex integro iram excluſam primæ sentẽtiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam, Cum dixit, Benedicta tu inter mulieres, uirginitatis eius benedictum fructum expresit, vt ex eo benedicta dicatur inter mulieres, quęcunque perseuerauerit virgo. Maledicta.n. Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeasse. Venite virgines ad virginem & lętamini. Ponite maledictionem prævaricationis, & benedictionẽ restaurationis assumite. Proijcite dolores quos Eua per serpentem accepit,& quos per angelum Maria suscepit honores assumite. Pellite tristitiam concipientis, gemitus parturientis abijcite, vt solus vobis iste virginis filiꝰ dñetur. Venite virgines ad virginẽ venite cõcipientes ad cõcipientẽ, venite parietes ad parietẽ, venite matres ad matrẽ, venite lactãtes ad lactãtẽ, venite iuuẽculæ ad iuuẽculã. Ideo oẽs istos cursus naturę virgo Maria i dño

Euæ tria mala, a tribus Marię bonis excluſa. Gene.3. Lucę.1.

nostro Iesu Christo suscepit, vt oĩbus ad se confugientibus fœminis subueniret. Et Et sic restauret omne genus fœminarum ad se venientium noua Eua seruando virginitatem,sicut omne genus virorum Adam nouus recuperat dominus Iesus Christus,qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat deus, per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo. XII. Ser.16.

HOdie veritas de terra orta est,Christus de carne natus est. Gaudete solẽniter, & & sempiternum diẽ hodierno quoq; admoniti cogitate,æterna dona spe firmissima concupiscite,filij dei esse accepta potestate præsumite? Propter nos temporalis effectus est temporum effector,propter nos in carne apparuit mundi conditor, propter nos creatus est creator. Quid adhuc mortales mortalibus rebus oblectamini, & fugitiuam vitam,si fieri posset,tenere conamini? Spes longe clarior effulsit in terra, vt terrenis vita promitteretur in cœlis. Hoc vt crederetur,res incredibilior præ rogata est. Deos facturus qui homines erat,homo factus est qui deus erat,nec amittens quod erat,fieri voluit ipse quod fecerat. Ipse fecit quod esset, quia hominem deo addidit,non deum in homine perdidit. Miramur virginis partum, & nouum ipsum nascendi modum incredulis persuadere conamur,q̃ in vtero non seminato germen prolis exortum est,& a complexu carnis viscera immunia filium hominis protulerunt, cuius patrem hominem non tulerunt,q̃ virginitatis integritas & in conceptu clausa & in partu incorrupta permansit. Sed plus est miranda misericordia,q̃ ille qui sic nasci potuit,nasci voluit. Erat enim iam vnicus patri,qui vnice natus est matri: & ipse factus est in matre qui sibi fecerat matrẽ,sempiternus cum patre, hodiernus ex matre. Post matre de matre factus est,ante omnia de patre non est factus, sine quo pater nunquam fuit,sine quo mater nunquam fuisset. Exultate virgines Christi, consors vestra est mater Christi. Christum parere non potuistis, sed propter Christum parere noluistis. Qui non ex vobis natus est,vobis natus est. Veruntamẽ si verbi eius memineritis,sicut meminisse debetis, estis etiam matres eius, quia voluntatem facitis patris eius. Ipse enim dixit, Quicunq; facit voluntatem patris mei, ipse mihi frater & soror & mater est. Exultate viduæ Christi,qui fœcũdam fecit virginitatem,illi vouistis continentiæ castitatem. Exulta etiam castitas nuptialis,omnes fideliter viuentes cum coniugiaus vestris,quod amisistis in corpore, in corde seruate. Vbi iam non potest esse a concubitu caro integra,sit in fide virgo conscientia,secundum quã virgo est omnis Ecclesia. In Maria Christum pia virginitas peperit in Anna xp̃m viduitas paruum grandæua cognouit,in Elisabet xp̃o coniugalis castitas, & anilis fœcũdi tas militauit. Oẽs gradus fidelium membrorũ capiti contulerunt, qd̃ ipsius gratiæ conferre potuerunt. Proinde quia veritas & pax & institia Christus est,hũc fide concipite,operibus edite,vt quod egit vterus Mariæ in carne Christi, agat cor vestrũ in lege Christi. Qũo autem non ad partum virginis pertinentis⁹, quando xp̃i membra estis? Caput vestrum peperit Maria,vos ecclesia. Nã ipsa quoq; & mater & virgo est, mater visceribus charitatis,virgo integritate fidei. Pietatis populos parit,sed eius mẽbra sunt cuius ipsa est corpus & cõiunx,eriã in hoc similitudinẽ gerẽs illius virginis,qa & in multis mater est vnitatis. Oẽs itaq; vnanimes,castis mẽtibus & affectibus sctis,diẽ natalis dñi celebrem⁹, quo die sicut istũ sermonẽ orti sumus, Veritas de terra orta est. Iã.n. & qd̃ in eodẽ psalmo seqtur factũ est, Nã cũ ille de terra ortus est,hoc est de carne natus est,qui de cœlo venit & super oẽs est,proculdubio cũ ascẽdit ad patrẽ,etiam iustitia de cœlo prspexit. Hãc.n. iustitiã verbis suis ipse cõmendat, in pmittendo spm̃ sctũm, Ipse,inquit,arguet mundũ de peccato,& de iustitia, & de iudicio. De pctõ quidẽ,quia nõ crediderũt in me. De iustitia vero quia ad patrem vado, & iã non videbitis me. Hæc est iustitia quæ de cœlo prospexit. A summo.n. cœlo egressio eius,& occursus eius vsque ad summum eius. Ne quisquam cõtemneret veritatem, quia de terra orta est,cum sicut sponsus processit de thalamo suo,ideſt, de vtero virginali,vbi verbum dei creaturæ humanæ quodam ineffabili coniugio copulatũ est. Ne hoc ergo quisquã contẽneret,& quãuis mirabiliter natum,& dictis factisq; mirabilẽ,tamen propter similitudinem carnis peccati nihil amplius xpm quam hominem crederent,cũ dictum esset. Tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit

Mat.22. Lu.1.&2. Pſal.84. Ioan.16. Pſal.18. Roma.6 Pſal.18.

vt gigas ad currendam uiam: cõtinuo subiunctum est, A summo cœlo egressio eius. Quod ergo audis, Veritas de terra orta est, dignatio est, non conditio, misericordia est, non miseria. Veritas ut de terra oriretur de cœlo descendit, sponsus vt de thalamo procederet, a summo cœlo egressio eius. Inde est q; hodie natus est, quo die minor dies nullus in terris, a quo tamen incrementa dies sumunt. Qui ergo inclinatus est & nos erexit, minimum elegit diem, sed vnde lux crescit: ipso suo tali aduentu, nos etiam tacitus tanquam sonitu magni clamoris exhortans, ut qui pauper propter nos factus est, in illo diuites esse discamus, Qui propter nos formam serui accepit, in illo libertatem accipiamus, Qui propter nos de terra ortus est, in illo cœlum possideamus: Per dominum nostrum Iesum Christum qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

1. Cor. 8 Philip 2.

In eodem festo: Ser. XIII.

Sermo. 17.

NAtiuitatem domini nostri Iesu Christi, secundum carnem, ita Euangelista apertissime demonstrans ait, vt ostenderet eum ex spiritusancto, & Maria virgine natum propter hæreticorum astutiam qui negant deum hominem suscepisse. Sed ideo dominus noster virgineum sibi requisiuit hospitium habitandi, ut nobis ostenderet in casto corpore deum portare debere. Ad hoc enim deus hominem suscepit in se, ut nos deum suscipiamus in nobis, sicut ipse dicit, Manete in me, & ego in uobis. O sacrum & cœleste mysterium in natiuitate domini. Concepit virgo antequã sponsum haberet, parit antequam nubat, & quod ad laudem pertinet nominis domini, & mater & virgo cœpit esse partum. Virgo enim concipit, virgo peperit, virgo post partum illibata permansit. Quem cum portaret timuit, cũ pareret adorauit, quem cum peperisset, minor erat mater quàm filius. Grande nobis mysterium, diuina maiestas in Adæ figura præmisit. Sicut enim deus noster cum primum Adam facere vellet, nõ ex coniunctione viri aut mulieris hominem vt esset effecit, sed accipiens terram, inde hominem diuina quadam arte formauit: ita sane uiri coniunctione deum in virginali aluo incorporari dispensauit. Ergo si tunc licuit hominem sine homine nasci, cur non licuit hominem sine homine per Mariam virginem procreari? Quoniam licut Adam ex terra virgine figuratus est, ita & Christus ex virgine natus agnoscitur. Ibi tunc flatus dei de terra viuum hominem surgere fecit ad vitam: hic mundũ spiritussanctus de Maria virgine Christum hominem figurauit, in quo deus ad reparationem hominis habitaret. Adam enim ibi tunc nascitur, hic renouatur & resuscitatur in Christo. Fuit similis reparatio, quomodo fuit & hominis creatio. Denique sicut tunc in aluo terrę saluator Adæ membra composuit, sic etiam nunc in virginis aluo Christus sua membra composuit. O grandis patientia saluatoris, expectat nasci sua membra qui fecit. Sed ideo ille uoluit nasci, vt nos iterum viueremus. Deus latebat in homine, humiliata est uirtus vt pietas augeretur, & quod ad laudem nominis eius pertinet, visa est potestas minus velle quàm posse. Humiliauit se vt homo, nec horruit deus hominem induere, quem ad suam patrisq; imaginem figurauit, vnde libens dei filius voluit hoc esse quod fecit. Nam ideo deus noster filium suũ misit ad hominem liberandum, vt cui dixerat, Faciamus hominẽ, ipse etiam liberator esset qui fuerat & creator. Sed quare deus noster nascendo per uirginem, nos sic uoluit reformare ad uitam? Vt quia per mulierem in hunc mundum mors intrauit, salus per virginem redderetur. Deniq; & quando Christus tertia die ab inferis resurrexit, primum mulieres per angelum adorantes occurrunt, quibus ideo iubetur resurrectionem Apostolis nunciare, ut homini ostenderetur: Ecce per quam cecidistis in mortẽ, per ipsam uobis resurrectio mortuorum nunciatur. Mulier enim quia prior gustauerat prior etiam resurrectionem uidisse monstratur, ut nè perpetui reatus apud uiros opprobrium sustineret, quia quæ culpam nobis transfuderat, transfudit & gratiam. Denique dominus noster ideo per casta uirginis membra uenit ad terras, ut ostenderet deum castitatis esse authorem. Ergo sicuti deus noster nos suscepit in se, ita & deus nos suscipiamus in nobis. Portemus ergo & nos deum in casto corpore, quem uirginis casta membra portauerunt. Christus enim magister est castitatis, & ideo qui castitatem non habet, portare Christum non potest. Sed & nos fratres charissimi deo credimus, ut semper Christum in corde nostro portare possimus, castos ac pu-

Luc. 1. & 2 Deus quare suscepit hominẽ. Ioan. 15.

Gen. 1.

ros nos exhibeamus ab omni peccato, vt Christus habitare possit in nobis. Qui enim Christum non habet in se, Christianus non potest dici. Nec enim ita se extollere debet vnusquisque, ut Christianum se nomine dicat tantum, & factis inimicum ostendat. Quomodo est Christianus, qui contra Christi præcepta venire contendit? Sed vos qui deo seruitis & eius præcepta custoditis, potens est uobis cõcedere vitã æternam qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XIIII.

CAstissimi Mariæ virginis vterum sponsi virginis clausum ventris cubiculum, filij virginis signaculum, merito plenissime collaudarem, si messem meterem quã non seminarem. Denique sic Apostolus dicit, Quęcunque seminauerit homo, hęc & metet. Verum est, omnino uerum est, hæc omnem hominem metere quæ seminauit, sicut ipse filius uirginis in quadam lectione Euangelij ait, Meto, inquit, ubi non seminaui, & colligo ubi non sparsi. Dicat solus hodie natus ex uirgine filius Mariæ, Meto vbi non seminaui, & colligo ubi non sparsi. Dicat & Maria, Et ego te filium generaui, & virginitatem meam non violaui. Regnum teneo virginitatis, & regem genui castitatis. Ingredientem & egredientem habui in palatio ventris filium imperatoris, & de manibus meis non amisi clauẽ regni pudoris. Porta facta sum cœli, ianua facta sum filio dei. Illa porta facta clausa, quam in visione diuina Ezechiel uidit Propheta, de qua in me dicit prophetizans, Vidi portam in domo domini clausam, & dixit ad me angelus, Porta hæc quam uides non aperitur, & homo nõ transit per eã, & clausa erit in æternum. Sed mirabilior prophetiæ adimpletio. Quid est porta in domo domini clausa, nisi quod Maria semper erit intacta? Et quid est homo non trãsit per eã, nisi quia Ioseph non cognouit eam? Et quid est quod dominus solus intrat & egredietur per eã, nisi quia spiritussanctus impregnauit eam? Et quid est clausa erit in æternum, nisi quia Maria uirgo ante partum, uirgo in partu, uirgo post partum? Dicat ergo Maria, Porta facta sum cœli, ianua facta sum filio dei. Illi facta sum ianua clausa, qui post suam resurrectionem ingressus est per ostia clausa: qui ingressus est paruus ad suos crucifixores, ad discipulos autem suos clauso cœnaculo ostij ingressus est claustra. Qui natus de ventre meo, me matrem dimisit intactam: Adimpleuit uentrem meum diuinitate, & uterum meum non euacuauit castitate. Exiuit de uentre meo giganteo cursu magnificus, & uenter meus non est pudore uacuatus, nec in conceptione inuenta sum sine pudore, nec in parturitione inuenta sum cũ dolore. O mira & laudabilis inter fœminas, in qua ab angelo salutatur uirginitas, sola impregnata nec vitiata: exonerata, nec uacuata, quia sic est ab angelo salutata, Aue Maria gratia plena, dominus tecum. Fœlix umbilicus castitatis, quem amplexus non tetigit maritalis. Considero conceptum tuum beata urgo, & expaueſco. Intueor partum, & contremisco: adoro filium tuum, & reuiuisco. Enarra, obsecro, mihi quomodo meruisti dici mater domini, & sponsa filio dei? Quod rogo indica mihi, sed tamen colloquenti tecum ignosce mihi. Ignosce, inquam mihi quod audeam seruus, utinam uel bonus, & non etiam inutilis & malus seruus, & ideo malus seruus, quia non tecum cum tremore loquor ut seruus: ignosce ergo mihi quod audeam cũ sponsa domini mei fabulari, & tamen indica mihi quomodo poterit dei filius per te generari. Audite fratres, audite Mariam nobiscum loquente, carne absentem, spiritu præsentem, uerecundia uirginitatis uultum auertentem a collocutore, & indicante quo impregnata sit a creatore, Eram, inquit, Maria, in domo mea, puella Iudea, ex semine Dauid regis generata: adulta facta sum, & desponsata sum coniugi, & placui alteri nõ interueniente adulterio, sed intercedente spiritusancto. Desponsata sum homini Iudæo, & placui homini deo. Desponsauit me uir Iudæus, & amauit me. Christus deus ignorauit quidem sponsus meus Ioseph quod me amasset deus meus, & putauit qd adulterio impregnatus esset uenter meus. Nam ignaro Ioseph sponso meo, uenit ad me quidam magnus Christi paranymphus, non patriarcha primus, aut Prophęta egregius, sed Gabriel ille archangelus, facie rutilans, uestę coruscans, ingressu mirabili, aspectu terribili, uisitauit & perturbauit me, salutauit & grauidauit, dixitq; mihi, Aue gratia plena, dominus tecum, Dominus, inquit, tecum, sed plusquam mecum. In

Sermo. 18.

Galat. 6

Mat. 25

Ezec. 44. Porta Ezechi. mystica.

Ioan. 20.

Luc. 1.

Mat. 1

Lucæ. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

me autem licet sit dominus memetipsum creauit dominus, per te autem genitus est dominus. Ita est dominus tecum, ut sit in corde tuo, sit in utero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam, procedat formosus de utero tuo, tanquam sponsus de thalamo suo: egrediatur rex de cubiculo suo, procedat princeps ex aula regali, ita ut uirginitatem tuam non faciat uiolari. Dixitq; ei, Quomodo fiet istud, ut ego grauescam pudico & immunissimo marito, quoniam uirum penitus non cognosco? Lib. 50. homi. 44. Despondata sum homini iusto, si cum illo non conuenero, unde erit quod generabo? Sed si potest fieri ut concipiam intacta & generem clausa, indica modum, & paratum inuenies cor meum. Omnibus enim modis exopto me ego deo meo ut habeam prolem, & non perdam pudorem. Refert angelus Gabriel modum conceptionis, quod in uerbo fieret saluatoris, & ita ait ad eam, O inquit Maria uirgo dei, sponsa dei, dilecta dei, famula dei, mater dei, si hunc a me modum requiris, quomodo uirgo concipias, Luc. 1. uirgo paries, & post partum uirgo permaneas, uel quomodo fiat in te qui fecit te, audi me, & ne perturberis, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Ita enim te uirtus altissimi obumbrabit ut nec æstum patiaris libidinis, & mater sis creatoris. Nescit interea Ioseph Mariæ sponsus, quid cum Maria ageret angelus, subitoq; Ioseph intuitu familiari & licentia maritali, aspicit Mariam coniugem suam, uidit eam gressibus grauari, intellexit Mariæ uterum grauidari. Turbatur Ioseph homo iustus, quod Mariam nunquam de templo domini acceperat, & nondum cognouerat, & grauidam sentiebat, & quam non meruerat in cõiugij honorem, iam haberet in confusionem, secumq; diu æstuans disputat dicens, Unde hoc contigit q̃d euenit? Non cognoui, non noui, non tetigi, non uiolaui, non grauidaui, heu heu quid contigit, quid putas euenit, per quem Maria sic cecidit, quem sibi plusquam me adulantem inuenit? Ego enim cum licentiam haberem maritalem, ante torum nuptiarum puellarem non uexaui pudorem. Timui, multumq; pertimui, quod in illo Deut. 22. Moysitico libro legis sententiale uerbum perscriptum cum legeretur, audiui. Quod quecunque uirgo paternam domum fœdauerit adulterio, morienda lapidibus subiacebit. Similiter & uir qui pudoris uestimentum patri non detulerit, coramq; testibus replicauerit, pudorisq; signaculum non demonstrauerit, moriendus & ipse cum uirgine erit. Utrosq; ergo libidinarios hac Moyses sententia ferire uoluit simulq; adulteros perire mandauit. Sic nanque ait, Auferte opprobrium de domo Israel, & omnis qui audierit timebit, & non aget impie. Hanc Moysi sententiem præcauebam, ipsamq; luxuriam in meo corpore refrænabam, maxime quia Dauid filium me esse Mat. 10 sciebam, & regali me functum sacerdotio prænoscebam. Sed quoniam nihil mirum 1. Reg. 11. est, nihil nouum, nihil occultum, nihil absconsum quod non reuelabitur, & occultum quod non in publico ueniat in Dauid regis filia, recolo historiam. Dauid rex Uriæ Chethæi mulierem audacia extulit regali, nec eum timor terruit parentalis. Quid ergo faciam? quid agam? Anxior, gemo, doleo, curro, consilium quero, nec penitus inuenio. Prodo adulterium, aut taceo propter opprobrium? Si prodidero, Psal. 49. adulterium quidem non consentio, sed neuum crudelitatis incurro, quia secundum libri Moysi sententiam, lapidandam esse cognosco. Si tacuero malum consentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malum est, adulterium Mat. 1. prodere peius est, ne per me fiat homicidium, dimittã eam coniugio. Cogitauit, inquit, sicut Euangelium dicit, occulte dimittere Mariam coniugẽ suã. Cogitauit quod esset rea de adulterio, cum iam esset deterior in mente huius suspitionis mala conceptio. Sed non timeat Maria Dauid illius magni regis filia, qm̃ sicut in Dauid ueniã contulit sermo propheticus, sic Mariã liberat angelus saluatoris. Veniat mater dñi casta, in qua non fuit uirilis appetitio sed spiritus sanctus, quã nõ uiolauit Ioseph uir iudeus, sed solus impregnauit omnipotens deus, quæ non commista est, nec Ioseph sponso, nec cognita alicui uiro, sed soli omnipotenti deo. Inuoca uirgo sancta deum tuum, Dauid patrem tuum, non illum Dauid adulterio fuscatum, & Urię Chethæi homicidio diuulgatum: sed illum dico Dauid forti manu præliatum, diu cum diabolo altercatum. Mittat de cœlo angelum suum, & uisitet in somnis spõsum tuum. Suspendat iudicium Moyses suum, ne Ioseph uindicet adulterium tuum. Parat itaque Ioseph animum in tempore, quo Mariam posset occulte dimittere. Ecce iterum uirginis ille paranymphus, non homo sed Gabriel angelus ille conspicuus, cœli cursor æquissimus, medio noctis libramine dicit ad Ioseph iussione Ioseph fili Dauid, cur tm̃ tribularis, quid multum contristaris, cur in somno cogitãdo desudas, quare uigilãdo tristis ambulas, cur ad Maria malẽ tibi ingeris suspicionẽ, cũ ipsa tibi generatura sit saluatorem? Anfer zelotypię animum ea, Ipse. n. est dominus qui impręgnauit eam. Ideo tristis est anima tua, quia quæcunq; legisti in prophetia, non intellexisti in Maria. Hinc est omnis tristitia tua, quoniam sponsam tuam nondum cognoueris & grauidam senseris, nec aliud in ea nisi adulteriũ suspicaris. Ioseph fili Dauid, natus non solum ex genere sacerdotali, verumetiam ex regali filius prophetarum, socius scrinarum, Ille deus qui scripsit mirabilia in lege sua, ipse fecit mirabilia in coniuge tua. Quid autem sunt mirabilia, nisi quæ hominibus sunt impossibilia? Mirabilia ergo dei in lege non legisti, quod si etiam legisti, quare non intellexisti? Ipsa lex quã quotidie legis sine graphio scripta est in tabulis lapideis. Lege & intellige quod panem in eremo terra produxerit, cuius semen in terra arator nullus induxit. Virga etiam Aaron, annis siccata plurimis sine aqua reuixit, in templo floruit, nuces produxit, quas clausa sub tecto, produxit. Ergo qui scripsit lapideas tabulas sine stylo ferreo, ipse grauidauit Mariam spiritusancto. & qui produxit panes in eremo sine aratione, ipse impregnauit uirginem sine corruptione: & qui fecit uirgam sine humore folia germinare, ipse fecit filiam Dauid sine semine generare. Postremo fili Dauid Ioseph filius propheturum, legisti Esaiam eximium prophetarũ quid dixerit, quemadmodum scripserit, Ecce uirgo in utero accipiet & pariet filium, & uocabunt nomen eius Emanuel. Quod ergo legisti in libris tuis, aspice in Maria oculis tuis, ut digne dicas cãticum Dauid patris tui, Sicut audiuimus, ita & uidimus in ciuitate dñi uirtutũ in ciuitate dei nostri. Aspice ergo Mariã coniugẽ tuã, semp dẽ ea securus & in nullo sis solicitus, qa qd̃ natu est in eius utero, nõ uocabitur filius Iudei, sed uocabitur filius dei. Habe ergo Ioseph cum Maria cõiuge tua cõem uirginitatem membrorum, quia de uirgineis membris uirtus nascitur angelorum. Sit Maria sponsa Christi in carne sua uirginitate seruata, sis autem & tu pater Christi cura castitatis & honorificentia uirgineis membris genitricis, seculis christianis nulla sit zelotypia. Magnum meritum uirginitatis fratres. Uirginitas Mariæ angeli saluatione est impregnata, & pręgnans Marię uirginitas de utero in utero est salutata, & gerans uirginitas Mariæ ab angelis est hodie collaudata, & lactãs uirginitas Mariæ per stellam de cœlo est indicata, & magorum muneribus est honorata. Gaude itaq; Ioseph nimiumq; congaude uirginitati Mariæ, qui solus meruisti uirginalem affectum possidere coniugij, quia per meritum uirginitatis ita separatus es a concubitu uxoris, ut pater dicaris saluatoris, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Luc. 1.

Mirabilia quæ. Deut. 9. Exod. 16. Num. 17.

Esaiæ. 7.

Psal. 47.

Luc. 1.

Mat. 2.

Ioan. 1.

In eodem festo. Sermo XV. Ser. 19.

Gaudeamus fratres, lætentur & exultent gentes: Istum diem nobis non sol iste uisibilis, sed creator ipsius inuisibilis consecrauit, quando eum pro nobis uisibilem factum, a quo inuisibili & ipsa creata est uisceribus fœcundis & genitalibus integris uirgo mater effudit. Concipiens uirgo, patiens uirgo, uirgo grauida uirgo fœta, uirgo perpetua. Quid miraris hæc homo? Deum sic nasci oportuit, quãdo esse dignatus est homo. Talem fecit illam qui est factus ex illa. Antequam fieret enim erat, & quia omnipotens erat, fieri potuit manens quod erat. Fecit sibi matrem cum esset apud patrem, & cum fieret ex matre mansit in patre. Quomodo deus esse desiste ret cum homo esse cœpit, qui genitrici suæ præstitit ne desisteret uirgo esse cum pepe rit? Proinde cum uerbum caro factum est, non uerbũ in carnem pereundo cessit, sed caro uerbo ne ipsa periret accessit, ut quemadmodum hõ est anima & caro, sic esset Christus deus & homo, idem deus qui homo, & qui deus idẽ homo, non confusione naturæ, sed unitate personæ. Deniq; filius dei generanti coæternus semper ex patre idem filius hominis esse cœpit ex uirgine. ac sic & filij diuinitati est addita humanitas, & tamẽ non est personarum facta quaternitas, sed permanet trinitas. Non ergo nobis subrepat quorũdam sententia minus attẽtorũ in regulã fidei, & in scripturarũ oracula diuinarũ. Dicunt. n. Qui filius est hois, factus est filius dei: qui uero filius est

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei,non est factus hominis. Hoc vt dicerent quod verum est attenderunt,sed verum
eloqui non valuerũt. Quid enim attenderũt,nisi quia humana natura potuit in me-
lius commutari,in deterius diuina autem non potuit? Hoc verum est, sed etiam ho-
Ioan. 1. .i. nequaquam in deterius diuinitate mutata,verbum tamen caro factum est. Nego
enim ait Euangelista,caro verbum facta est: sed ait,verbum caro factum est. Verbu
autem deus,quia deus erat verbum. Et quid caro nisi homo. Non enim sine anima in
Mat.26. Christo hominis caro. Vnde ait,Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Si ergo verbi
deus,& homo caro,quid est aliud verbum factum est caro: nisi,quia deus erat, factus
est homo? Ac per hoc qui erat dei filius, factus est hominis filius, assumptione infe-
rioris,non versione potioris: accipiendo ipse quod non erat,non amittendo quod
erat. Nam quomodo in regula fidei confiteremur,credere nos in filium dei qui natus
est ex virgine Maria,si non filius dei,sed filius hominis natus est ex virgine Maria?
Quis enim Christianus neget ex illa fœmina filium hominis natum, sed tamen dei
Ioan. 1. hominem factum,& ita hominem deum factum? Deus enim erat verbum, & verbum
caro factum est. Confitendum est igitur, eum qui filius dei erat, vt de virgine Ma-
ria nasceretur assumpta forma serui filium hominis factum, quod erat manentem
quod non erat assumentem. Esse incipientem quo minor est patre, & semper ma-
Ioan.14. nentem in eo quo vnum sunt ipse & pater. Nam si ille qui semper est dei filius,
Ioan.10. non est ipse factus hominis, filius, quomodo de illo dicit Apostolus, Qui cum in
forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exi-
Philip.2. naniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuen
tus vt homo? Neque enim alius,sed ipse in forma dei æqualis patri,qui est vtique vni
genitus dei filius,semetipsum exinaniuit, in similitudinem hominum factus. Nego
alius, sed idem ipse in forma dei æqualis patri,humiliauit nõ alium, sed semetipsum
factus obediens vsq; ad mortem,mortem autem crucis. Quod totum non fecit dei
filius,nisi in ea forma quæ est hominis. Item si ille qui semper est dei filius, non est
Roma. 1. ipse factus hominis filius,qũo dicit Apostolus ad Romanos,Segregatus in Euange-
lium dei,quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo,
qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽm? Ecce filius dei quod vtiq; sem
per erat,factus est ex semine Dauid secundum carnem quod nõ erat. Item si ille qui
Gala.4. est dei filius,non est ipse factus filius hominis, quomodo misit deus filium suum fa-
ctum ex muliere? Quo nomine secundum Hebræam linguam nõ virgineum deus
negatur,sed fœmineus sexus ostenditur. Quis enim a patre est missus, nisi unigeni-
tus dei filius? Quomodo ergo ex muliere factus,nisi quia idem ipse qui erat apud pa
trem dei filius,missus,factus est hominis filius? De patre natus sine temporis die, de
matre natus hodie. Ita.n. die quẽ creauit in quo crearetur elegit,sicut factus est de ma
tre quam fecit. Nam & ipse dies a quo deinceps incremẽtum lucis accipit deus, opus
Christi significat,in quo interior hõ noster renouatur de die in diem. Aeterno quippe
creatori in tempore creato ille dies debuit esse natalis,cui creatura congrueret tem-
poralis,cui honor & imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Ser.20. In eodem festo. Sermo. XVI.

HOdiernus dies ad habendam spem vitæ æternę,magnum contulit gaudium ge
Gene.3. neri humano Primus enim homo quo candente omnes cecidimus, cuius ruina
est mortalitas nostra,nõ est natus sed factus,patre nullo,nulla matre,sed deo operan
te. Hæc est hominis prima conditio,Adam de terra. Secunda cõditio est hominis,qua
Gene.2. creauit fœminam de latere viri. Tertia conditio est hominis, qua natus est homo ex
Natiuita- viro & fœmina. Quarta conditio est dei & hominis,qoa natus est Christus sine viro
tis quatu- de fœmina. In istis quatuor conditionibus vna sola nobis vsitata est, ceteræ tres nõ
or condi- sunt in oculis carneis,sed in fide cordis. De terra factum hominem sine patre & ma-
tiones. tre & matre nouimus,nunquam vidimus,lecta & audita credimus. Tertia illa vsitata
Luc. 2. est nobis quotidiana. De complexu maris & fœminę quotidie nascũtur homines. Ia
ergo erat vna sine viro & fœmina,iam erat tertia de viro & fœmina, quarta restabat
sine viro de fœmina: sed ista quarta liberauit tres. Prima & secunda ruerunt, tertia
de ruina generauerunt,in quarta saluten inuenerunt. Exultent virgines, virgo pe-
perit Christum. Nihil in ea quod vouerunt putent, exterminatum, mãsit virgo post
partum.

Exultent viduę,infantem Christum vidua Anna cognouit: exultent coniu-
gatæ,nascturum dominum Iesum Christũ Elisabeth maritata prophetauit. Nullus Ibidem.
gradus prætermissus est, de quo non haberet testimonium salus omnium. Nunquid Lucæ.1.
enim solæ virgines ad regnum cœlorũ perueniunt? Perueniunt & viduæ. Magni me
riti fuit illa vidua sancta Anna quæ a virginitate sua septem annis vixerat cum viro
suo quo defuncto vsque ad senilem ętatem peruenerat & senectute sancta expecta-
bat infantiam saluatoris,vt paruum videret anno sa,paruum agnosceret anicula, in-
trantem in mundum saluatorem videret itura. Et in masculino sexu tria ipsa genera In mascu-
commendata sunt. Ipse Christus puer natus est,exultent pueri, cõtinentiam vouen lino sexu
tes puero. Ipse vero integritatem pueritiæ consecrauit,qui suę matri fœcunditatem tria gene-
attulit,virginitatem non abstulit. Simeon ille senex diu vixerat,cuius ætas compara ra cõmen
tur Annæ,& audierat responsum q̃ nõ esset visurus mortem,nisi prius videret xp̃m data sunt.
domini,Intelligite fratres,quantũ desiderium habebant antiqui sancti videdi xp̃m. Luc.2.
Sciebant illum esse venturum,& omnes qui pie viuebant dicebant, O si hic me inue
niat illa natiuitas,o si quod credo in scripturis,videam oculis meis. Et ut noueritis
quantum desiderium habebant sancti qui nouerant per scripturas uirginem paritu Esaiæ.7
ram,sicut audistis cum Esaias legeretur,Ecce virgo accipiet in vtero, & pariet filium
& vocabitis nomen eius Emanuel. Emanuel quid sit Euangelium nobis aperuit di- Mat. 1.
cens,quod interpretatur nobiscum deus. Non tibi ergo vile sit quæcunque infidelis
anima,non tibi uideatur impossibile ut uirgo pareret,uirgo pariens permaneret. In
tellige natum deum & nõ miraris uirginis partus. Vt ergo noueritis antiqu⁹ sanctos
& iustos optasse uidere quod concessum est huic seni Simeoni: dominus noster ipse
Iesus Christus ad discipulos suos loquens ait,Multi iusti & prophetæ uoluerunt ui- Mat.13
dere que uos uidetis,& non uiderunt,& audire quæ auditis & non audierunt. Multũ
senex iste fuit ad audiendum serus, sed ad uidendum maturus. Non expectauit ut
Christum audiret loquentẽ,quoniã agnouit infantẽ. Et hoc illi concessum erat iam
decrepito, quasi desideranti & suspiranti & dicenti quotidie in oũonibus suis, Quan
do ueniet? Quãdo nascitur? Quando uidebo? Putas durabo? Putas hic me inueniet?
Putas isti oculi uidebunt per quem cordis oculi reuelabuntur? Dicebat ista in oratio
nibus suis,& pro desiderio suo accepit resdonsum,q̃ non gustaret mortem nisi prius
videret xp̃m domini. Gestabat eum Maria mater eius infantem, uidit ille & agnouit.
Vbi nouerat qd̃ agnouit? An intus est reuelatus, qui foris est natus? Vidit & agnouit.
Agnouit Simeon infantem tacentem,& occiderunt Iudæi iuuenem mirabilia facien
tem. Cum ergo cognouisset,accepit in ulnas suas, hoc est in brachia sua, amplexatus
est eum. Portabat a quo portabatur. Ipsæ enim est Christus sapientia dei,attingens a
fine vsque ad finem fortiter,& disponens oia suauiter. Quantus ibi erat & quam ma Sapien.8.
gnus,q̃ paruus factus erat. Paruus factus paruos quærebat. Quid est paruos quære-
bat? Non superbos sed humiles colligebat. In præsepi dignatus est poni ut esset pio-
rum cibaria iumentorum. Accepit eum Simeon in brachia sua & dixit, Nũc dimittis Lucæ.2
domine seruum tuum in pace. Dimittis in pace,quia uideo pacem. Quare ergo di-
mittis in pace? quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Salutare dei, dominus Iesus
Christus. Annunciate diem,ex die salutare eius. Habetis ergo pueri puerum Iesum Psal.95.
facti senes senẽ Simeonẽ. Si autem quæritis ut & coniugatus aliquis, uir testimoniũ
domino perhibeat, Zachariam considerate, Nemo ergo quærat aliud fratres mei cha
rissimi,fideles,aut uirgo,aut uidua,aut cõiugata,aut puer,aut continens,aut uxora-
tus, quicquid plus esse quis uoluerit, non inuenit quẽadmodum ad xp̃m pertineat.
Non inuenimus testimonium perhibuisse Christo adulteros, fornicatores,immun-
dos. Et ut a talibus ei testimoniũ perhiberetur,ipse præstitit ipse donauit. Non enim
quisquam sanctus uiribus suis. Exultemus ergo charissimi,ab hodierno die crescunt
dies. Crede in xp̃m & crescat in te deus. Credidisti,inchoatus est deus. Credidisti,na-
tus est xp̃s in corde tuo. Sed nunquid xp̃s natus sic remansit? Creuit, ad iuuentutem
peruenit,sed in senectutem non declinauit. Crescat ergo & fides tua, robur inueniat Ioan.1.
uetustatem nesciat. Sic pertinebis ad Christum filiũ dei, in principio uerbum apud
deum. Verbum deum,sed uerbum caro factum est, ut habitaret in uobis. Maiestas
ibi latebat,ubi infirmitas apparebat. In manus suas Simeon infirmitatem accepit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed maiestatem intus agnouit. Nemo contemnat natum, si vult esse renatus. Ad illū pertinuit propter nos nasci, ad nos pertinet in illo renasci, qui venit in hunc mundū
1. Timo. 1. peccatores saluos facere, Iesus Christus dominus noster, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Sermo XXI.

In eodem festo: Ser. XVII.

Esaiæ. 9. HOdie puer natus est nobis, hodie filius datus est nobis. Puer, inquam, licet re-
neritudine membrorū inualidus, sed inculpabili generatione præclarus. Ho-
dierna enim natiuitas genetricem innocentiæ, puritas declarat authorem: ho-
die filius datus est nobis. Nūc nobis est datus, qui est ante secula natus. Datus in par-
tu virginis, filius de substantia genitoris. Cum igitur seruilem casam per ostium fi-
dei speratus quondam dominator intraret, rubuit inuiolata virginitas. Nec pessulū
pudoris infregit, & in sacris visceribus radius æternæ claritatis effulsit. Lætetur ergo
omne mundi huius exilium, exultet seculum paulo ante captiuū. Misit deus filium
Mat. 2. suum qui naturam terreat, moriatur & vincat. Terruit nāq; Herodem natus, vicit dia-
bolum innocens crucifixus. Cela domine sub pelle carnis animum virtutis, habitū
maiestatis paulisper occulta. Dege in vtero virginis, egredere & congredere ex tem-
plo rio sacræ virginis, Apta pro me muscipulam, vbi totam liberas creaturam. Sed tanti
huius conceptus ac partus & causam & miraculum pertractemus. Vt igitur vitiorum
sordib us obsoletus horribiliter sequalesceret mundus, ab origine iā in paradiso ca-
ptiuus, fœmina causa fuit. Sic etenim scriptum est: A muliere initiū factū est peccati,
Eccli. 25. & per illam omnes morimur. Et Apostolus Paulus. Vir, inquit, seductus non est, mu-
1. Tim. 1. lier autem seducta in præuaricatione facta est. Per hanc ergo mūdus ærumnabili ser-
uitute depressus, sub iugo diaboli anxia colla submiserat. A quo n. quis deuictus est,
2. Pet. 2. huic & seruus addictus est. Soluta igitur elementorum fœderata compage, diluuium
Gene. 12. hominem deleuit, ceimen delere non potuit. Isaac sterilis non virginis filius, cruci
meruit signa portare. Apprehendi meruit, vinciri meruit, non tamen aliquid mundo
Exod. 14. contulisset si potuisset occidi. Moyses aquis purificandum agmen solummodo eripit
Iudaicum, non totum liberat mundum, exterminat Aegyptum non peccatū, Regem
Psal. 50. Pharaonem freto hiante subduxit, non diabolum cū suis legionibus pernecauit. Da-
uid in inquitatibus se fatur esse conceptum, nec ipse ergo mundi potuit auferre pec-
catum. Cum per plerasq; igitur temporū gyrantium rotas mūdiale curriculum vol-
ueretur, neque quispiā mederetur, & ingraue scentibus culpis ruinæ præcipitis ictu &
fremitu totius orbis membra pulue scerent & nemo succurreret, ad fœminam causa
reuertitur, & origo per originem detruncatur. Origo peccati, per genitricem Christi.
Prosapies impietatis, pro prosapiæ pietatis. Stirps mortis, per stirpē vitę percutitur,
Hactenus causam, nunc aptos obtutus miraculis reuelemus, Christum virgo peperit
mutatur natura, deletur & culpa. Præcisum est illud Euæ infœlicitatis elogium, In
tristitia paries filios, quia ista in lætitia dominum parturiuit. Illa. n. luxit, ista relu-
xit. Illa lacrymas, ista gaudium in ventre portauit, quia illa peccatorem, ista edidit in
nocentem. Christus semjnauit non luxus, deus seuit nō maritus. Virgo genuit, quia
virgo concepit. Inuiolata peperit, quia in conceptu libido non fuit. Vtrobique mira
culum, & sine corruptione grauida, & in partu virgo puerpera. Matrimonium in fe-
de, partus in virgine. Gabriel ille horum sponsalium inrernuncius fuit. Quid dixerit
Luc. 1. quid audierit referat, Aue, inquit, gratia plena dominus tecum. A salutatione incipit
qui salutem in lingua portauit. Sileat nunc a fœminis, sileat tortuosi serpentis male
suadilibus sibilus, ad matrem domini nostri angelus est locutus. Aue, inquit, gratia
plena dominus tecum. Gratia refertur pro culpa, plena dicitur non vacua. Impleta est
est ergo gratia, & euacuata est culpa. Hoc modo & ipsa venerabilis virgo nostra in suo
cantico plausit: Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Aue, inquit, gra-
tia plena dns tecū. Tecū in corde, tecū in ventre, tecū in auxilio. Gratulare virgo xps
rex e cœlo suo, venit in vtero tuo. Ex sinu patris in vterum dignatur descedere non
sed nec regionē suā maiestas infinita deseruit, nec cū virginalis aula dū accepit in
clusit. Fides a terra in cœlū erecta est. Huic xps insedit, & per ipsam in templum
ris intrauit. Benedicta tu in mulieribus, quę vitā viris & mulieribus peperisti. Eua
culpabilis fœmina inuiolabilē virū, ac sic & fœminā saluabis & virū. Eua mater

tis nostri pœnam intulit mundo, geuitrix dñi nostri salutē & fœminæ gessit & viro. Auctrix peccati maledicta, auctrix meriti benedicta. Ita. n ad eam cœlestis nuntius
infit, Bñdicta tu in mulieribus. Genere sensuali omnes appellantur equidem coiter
mulieres, sed sunt etiam incorrupta virginitate pudoris proprietate distantes. Illa oc
cidendo obfuit, ista viuificando profuit. Percusit illa, at ista sanauit. Pro inobedien-
tia. n. obediētia comutatur, & fides pro perfidia recōpensatur. Plaudat iterum orga-
nis Maria, & inter veloces articulos tympana concrepent. Excludat cantus digitis,
pariat xpm ludentibus Psalmis. Concinant lætantes chori, & alternantibus modis
dulcis sona casmina misceantur. Musicum Maria inter iuuēculas melos exerceat, qa
dulce verbum plectēris sanctispiritus modulantibus parturiuit, in terra Iudæa quæ
ipsa tympanum crudelitatis aptabat, & xpm in ligno tendebat. Postquā. n sceleris er
rabunda manus incompositis numeris discrepauit, confestim barbarus ille fragor
truculenti stridoris infremuit, Crucifige, crucifige. Reciprocatio igitur die quo cri-
minosa Aegyptus ferireтur, tympanū Mariæ nostræ pulsatū verbum edidit, & suæ Luc. 23.
linguæ pullabulo puerpera nostra lætos sui oris cātus effudit. Audiamus igitur quē- Exod. 15.
admodū tympanistra nostra cātauerit, Magnificat aīa mea dñm, & exultauit spiritus
meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatē ancillę suæ, ecce. n. ex hoc beatā
me dicēt oēs generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est. Causa igitur inua Luc. 1.
lescēris errati miraculū noui partus efficit, & Euæ planctū Mariæ cātus exclusit. De
inque post illius benedicibilis saluationis & præsagiū & triumphū, tacita secū virgo
mētis altercatione cōfligit, qualis esset ista salutatio. Nūtius interim cœlestis exequi-
tur. Ne timeas Maria, inueni sti gratia ante deum, Ecce concipies filium & vocabis no
men eius Iesum. At illa dum scisciratur modū, audit authorē sobolis deum. Quo, in
quit, fiet istud, qm virum non cognosco? Spūs, inquit, sanctus superueniet in te, & vir Ibid. 1.
tus altissimi obumbrabit tibi. Ideo qd nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Ex
pandant nunc fides splendentis vteri pulchra tentoria, obumbret virtus, spūs sibil-
let naturali calore depulso, tenuis virginē aura refoueat, & fluēte refrigerio spiramen
tis cœlestibus vētiletur, aluus virginalis sertis verecundiæ coronetur. Flāmeus ibi ro
se fulgor anhelet, albens liliū cādicet, mollis viola rutilet, purpurei spargātur flores,
& vario nitore depictus Christi thalamus exornetur. Responde iam virgo sacra, Vi
tam quid tricas mundo? Assensum tuum angelus præstolatur, inde est quod nuntius
iste moratur. Iam audisti, Spiritussanctus superueniet in te, & virtus altissimi obum
brabit tibi, vt pole gignas, & virginitatē nō pdas. Ianua cœli quondā p Adā clausa iā
sonuit, p ipsā nūcius est iste, pcesit. Deus in porta est, angelū quē moraris expectat.
O beata Maria seculū oē captiuū tuū deprecatur assensum, te deo mūdus suæ fidei
obsidē facit, p te parentū suorū iniurias abstergi depcatur. Ipse prior q offensus est
misit, claustrū qd inigtas nostra cœlo infixerat reseravit. Est nobis aditus si assen-
sus tuus fuerit cōmodatus. Et nobis succurris & tibi, qa nobis pœna succusit, & tibi
nuptias filio suo i tuo thalamo pr pparabit. De° in ipsis spōsalib⁹ gaudijs relaxēt qc-
eū offenderat mūdus. O & tu angele tāti regis nūtie, & secreti diuini legate, qui ex
palatio imperatoriæ maiestatis indulgentiā reddis criminosis, vitā mortuis, & pacem
sacrā attulistis captiuis, vrge virginē nō dei munere diffidentē, sed de muneris ma-
gnitudine cogitantē. Faue partibus seculi, cōscius secretorū cœli, lętabūtur socij tui
si negotiū iueris mūdi. Nos a vestro cōsortio impietatis mucro diuisit, p vos de re-
ditu nro tractatur. Inspice squallentē nri carceris miseriā, & loquere festinus ad Ma-
riam, Vsquequo moraris o virgo nunciū festinantē? Intuere deū in cœli mē vestibu Psal. 28.
lo sustinentē, rnde verbū, & susci pe filiū. Da fidē, & senti virtutē. Pāde sinus roseos
virgo ppetua, fides tua mō aut aperit cœlum aut claudit. Ecce, inquit, ancilla dni. In-
troeat rex in cubiculum suum, Fiat mihi secundum verbum tuum. Nec mora re-
uertitur nuntius, & nuptialem thronum ingreditur Christus. Accipit stolam carnis
in thalamo virginis, intra thesaurum maiestatis sacculum carnis cesfit. Diuinita-
ti sponsatur homo, præmium accipit caro. Procedit Christus quasi sponsus de thala
mo suo, cum præsagio nuptiarum exiit ad campum seculi, cucurrit sicut gigas
exultando per viam, peruenit vsque ad crucis tropheum & ibi firmauit ascen-
dendo coniugium, vbi consentiret alienantem in supplicijs creaturā, cōmertio pie-

tatis se pro coniuge dedit ad pœnam. Tradidit quoque carbunculatam sui sanguinis gemmam,& copulauit sibi perpetuo iure matronam. Aptaui,inquit,uos Apostolus vni viro virginem castam exhibere. Ecce nunc quę fuerat fœta facta est ancilla, 2. Cor.11.
quia uidit vitam suam in ligno pendentem, & non credidit liberantem. Gaudeamus ergo fratres in commertio dei & hominis,sponsi & sponsæ,Christi & Ecclesiæ,saluatoris & virginis,quæ dū despōsaretur fabro,cœli nupsit architecto. Veneremur Christum in præsepi,qui quadrifarium mundum repleuit in fide. Adoremus pannos infantiæ,exquibus facta sunt emplastra naturę.Honorate pastores qui primi mysteriū ab angelis didicerunt. Plaudamus cuncti cum cœlestibus angelis officijs; diuinis, Luc.2.
& cœli & terræ pacem bonæ uoluntatis hominibus nuntiemus. Date gloriam in excelsis deo,redempti credite datam pacem esse captiuis. Estote homines bonæ voluntatis,vt mereamini præmium libertatis, ipso donante qui uiuit & regnat in secula seculorum,Amen.

In eodem festo: Sermo XVIII.

Sermo.22. VEnerāda natiuitas Saluatoris,qui natus in carne est,humilitatis est instrumentū, pietatis mysterium,& ęternæ spei remedium manifestum. Hac die est natus ex
virgine matre,qui ante secula æternus est genitus ex deo patre. Illa natiuitate ex impassibili nascitur genitore,ex ista incorrupta natus ex virgine. Illam solus pater scit,
uit ipse qui genuit,hanc in se sola uirgo & mater intemerata cognouit, quæ virū in
concipiendo nō pertulit. In patre impassibilitas,in matre incorruptibilitas. In patre
Osee.2. perpetua diuinitas,in matre æterna virginitas. Sic enim ad eam dominus loquitur
per prophetam,Et desponsabo te mihi in æternum. Semper ergo virgo est quæ semper sponsa est,& quę uocabulo sponsę non caruit æternū virgo permansit. Et despō
sabo te,inquit,mihi,in æternum: quia quæ sponsa æterna dicitur, æterna virgo probatur. Ex patre inuisibiliter,ex matre visibiliter. Et incomparabiliter ex patre,atque
incomparabiliter ex matre,quia incorruptibiliter in illa natiuitate patrem deum habet sine homine matre,in ista matrem habet virginem, sed hominem non habet pa-
trem. In illa coæternus & patris & coæternus authoris,in ista filius est virginis & au-
thor est matris. Ipse enim formauit vterum qui descendit in vterum,exiuit de utero & non corrupit vterum,vt qui deum patrem habet in cœlis,virginem matrem haberet in terris. In illo sine tempore genitus, in ista in fine temporum natus. In illo
nascitur sine fine,in ista concipitur sine semine. In illa sine initio generationis,in ista
Ioan. 1 sub conditione legis & carnis. In illo inuisibilis deus, in ista inuisibilis homo p cor-
pus,quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. In illo impassibilis, in ista
morralis. In illo excelsissimus,in ista subiectus. Subiectus siquidem iniurijs passio-
nis & mortis,mortis autem crucis. Sed per hæc omnia est gloriosus in cœlis,qui vi-
ctor in omnibus inuenitur in terris. Elegit sibi in qua nasceretur diem,qui fecit eēm
diem,& non sine gratia prælationis cęteris est diebus habendus hic dies,in quo deus
in hominem docetur fuisse promotus. Denique ex hodierno dies accepit incrementum,& augmenta sumit cursus sui, qui electus ad gloriam dei noscitur. Conceptus
est enim æquinoctio verno,& natus est solstitio hiberno. Et qua die est conceptus in
vtero uirginis,in ipsa resurrexit ab inferis cum gloria passionis. Et in conceptu ta-
Mat.27 men & in natiuitate eius dies accepit incrementum, & nascente vera luce, lucis &
Dies pfi- diei augmentatur officium. Aduertite interea fratres, aduertite dominicum sacramē
cit in xpi tum. In natiuitate eius dies proficit,in passione deficit,quia a sexta hora tenebræ fa-
natiuita- ctę sunt per totam terram usque ad horam nonam. Et quod imminutum est in pas-
te,etin sione,ampliatum est in resurrectione. Ecce est illud,Dies diei eructat verbum, & nox
eius pas- nocti indicat scientiam. Dies natiuitatis diei passionis,& dies passionis diei resurre-
sione defi ctionis. Nox natiuitatis nocti passionis,& nox passionis nocti resurrectionis annun-
cit. tiat uerbū. Illic natum,hic passum. In illa angelorum gaudium,in ista totius mun-
Psal.18. di luctum,sed tamen omnium in resurrectione triumphum, quia in vesperum ab
Psal.28. dauit fletus & ad matutinum lætitia. Vesperum passionis, quando sequebatur eum
Ioan.10. multitudo populi,& mulieres lamentabantur & plangebant. Matutinum resurrectionis,quo mulieres cum gaudio a monumento currebant,& discipuli cum gaudio ad monu-

monumentum festinabant Elegit ergo hunc diem sibi ad natiuitatem,nobis ad fœlicitatem. Sibi ad obsequium, nobis ad gaudium. Sic n. pastoribus angelus prædicauit,Ecce,inquit,annuntio vobis gaudium,quod erit vniuersæ terrę. Quare? Quia Luc.2.
natus est vobis hodie saluator qui est Christus dominus, vt merito a nobis hodie cantandum sit,Hic est dies quem fecit dominus,gaudeamus & lætemur in eo. Cre- Psal. 117
scit ecce dies cum ortu nascentis,& lucratiuo prouentu vel successibus momentorū, noctisq; imminuto curriculo defectionem sentiunt opera tenebrarum. Die enim æterno nascente,augmentum debuit dies temporalis accipere. Non vt dies aliquid nascenti conferret,sed vt ex nascente dies prærogatiuam incrementi uel fœlicitatis acquireret, & fieret toti mundo festiuus, in quo verus deus homo natus est in carne perfectus. Omnis ergo huius natiuitatis schola, humilitatis est officina,patientiæ massa,virtutis agonia. Primum quia voluit immensus & omnipotēs dei filius, cuius incapabilis potentia & incomprehensibilis magnitudo cœlum simul ac mundum continet, ambit, amplectitur, excedit, tanta se angustia & subtilitate contrahere,ut intra vterum virginis clausus, & quod habebat in maiestate comprimeret, & quod erat in virtute celaret, tantaq; se humilitate deponeret, vt filius hominis esse vellet, qui dei filius nunquam esse cessaret. Sed hoc non nisi deus posset. Intra magnitudinem suam se occultasse cum potens sit,non humanæ infirmitatis, sed diuinæ virtutis est. Nemo enim hominum se potest abscondere aut celare quod nascitur, quia quanquā sit in omnibus natura mortalis,non potest tamen quisquam sibi derogare quod natus est. Deus autem noster in eo potentiam maiestatis aperuit, cum se intra terminos humanæ infirmitatis abscondit, vt omnipotentem se in hoc maxime sacramento monstraret, quo potestati suæ subiiceret id quod per potestatem naturæ cœlestis omni subiectione liberum permaneret. Natus. n. deus ex deo patre homo esse voluit: sed id quod deus ante natus est nō amisit. Ita. n. esse homo voluit,& ideo quod hominis fuit non in ea qua natus est conditione permansit, Suscepit. n. ex Maria virgine hominem uerum quem per resurrectionis gloriam leuauit in cœlum. Humilitas ergo Christi sublimitas est corporis nostri, quia cum humiliatur dominus, exaltatus est homo, & ita exaltatus est seruus ut in domino simul fieret ipse quod dominus. Hoc beatissimus Paulus probat dicens, Qui transfigurauit corpus Philip.3.
humilitatis nostrę conforme corpori glorię suæ secundum operationem ut posset subiicere sibi omnia. Et iterum, Qui cum in forma dei constitutus esset, non rapi- Philip.2
nam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominis constitutus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit se vsq; ad mortem,mortem autem crucis. Propter quod & deus illum exaltauit,& donauit ei nomen quod est super omne nomen.

In eodem festo, Sermo. XIX.

Sermo.23. AVdite filij lucis adoptati in regno dei fratres charissimi, audite & exultate iusti in domino,vt vos rectos possit decere laudatio. Audite quod iam nostis,reco- Psal.32
lite quod audistis, amate quod creditis, prædicate quod amatis, sicut anniuersarium celebratis hunc diem, sic huic diei debitum expectate sermonem. Natus est Christus, deus de patre, homo de matre. De patris immortalite,de matris virginitate. De patre sine matre,de matre sine patre. De patre sine tempore, de matre sine semine. De patre principium vitæ, de matre finis mortis. De patre ordinans omnem diē, de matre consecrans istum diem. Præmisit enim hominem Ioannem qui tunc nascerētur cum dies inciperet minui,& natus est ipse cū dies incœpit crescere: vt ex hoc præfiguraretur quod ait idem Ioannes,illum oportet crescere,me autem minui. De- Ioan.3.
bet. n. vita humana in se deficere,in Christo reficere, vt qui viuit, iam non sibi ui- 2.Cor.5
uat,sed ei qui pro omnibus mortuus est & resurrexit: & dicat unusquisque nostrū quod dicit Apostolus,Viuo autem iam non ego,viuit vero in me Christus. Illum o- Galat.2
portet crescere, me autem minui. Laudant eum condigne omnes angeli eius quorum cibus æternus est,incorruptibili eos sagina viuificans,quia verbum dei est, cuius vita uiuunt, cuius æternitate semper uiuunt, cuius bonitate semper beate viuunt. Illi enim condigne laudant deum apud deum, & dant gloriam in excelsis deo,Nos aūt plebs eius,& oues manuū eius,pro modulo infirmitatis nostræ pacē

per bonam voluntatem reconciliati mereamur. Ipsorum enim angelorum uera & ho
Luc.2 dierna uox est, quam nato nobis Saluatore exultando fuderunt, Gloria in excelsis
deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Laudant ergo illi competenter, lau-
demus & nos obedienter. Sunt illi nuncii eius, simus & nos pecora eius. Implenit in
cœlo mensam ipsorum, impleuit in terra præsepe nostrum. Plenitudo mensę ipsorũ
Ioan. 1 est, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat uerbum.
Plenitudo præsepis nostri est, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis.
Vt enim panem angelorum manducaret homo, creator angelorum factus est homo.
Illi fruendo, nos petendo. Illi capiendo, nos quærendo. Illi intrando, nos pulsando.
Coloss.2. Quis enim hominum omnes thesauros sapientiæ & scientiæ nouerit in Christo oc-
2.Cor.8 cultos, atque in paupertate carnis eius absconditos? Quia propter nos pauper factus
est cum dives esset, ut illius paupertate ditaremur. Cum enim mortalitatem assume-
ret mortemq; consumeret, in paupertate se ostendit, sed diuitias dilatas promisit, nõ
Psal.30. ablatas amisit Quam multa multitudo dulcedinis eius, quam abscondit timẽtibus
1 Cor. 13 se, perfecit autem sperantibus in se? Ex parte enim scimus, donec ueniat quod perfe-
ctum est, cui capiendo ut idonei præstaremur, ille æqualis patri in forma dei, in for-
ma serui factus similis nobis reformat nos ad similitudinem dei, & factus filius homi
1.Ioan.3. nis vnicus filius dei, multos filios hominum facit filios dei, & nutritos seruos per vi
Coloss.2 sibilem formam serui perficit liberos ad uidẽdam formam dei. Filii enim dei sumus,
Psal.30 & nondum apparuit quod erimus. Et scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus,
Ioan.14 quoniam uidebimus eum sicuti est. Nam qui sunt illi sapientiæ scientiæq; the-
Psal.16. sauri, quæ illę diuitiæ diuinæ, nisi quæ sufficiunt nobis? Et quę illa multitudo dul-
Ioan.01. cedinis, nisi quæ satiat nos? Ostendet ergo nobis patrem, & sufficiet nobis. Et in quo
dam Psalmo quidam ex nobis uel in nobis uel pro nobis ait illi, Satiabor dum mani-
Ioan. 14 festabitur gloria tua. Ipse autem & pater vnum sunt, & qui ipsum uidet, uidet & pa-
Psal. 23. & trem. Ergo dominus uirtutum, ipse est rex glorię. Conuertens nos, ostendet faciem
29. suam & salui erimus & satiabimur & sufficiet nobis. Dicat itaque illi cor nostrum,
Psal. 26. Quæsiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram, ne auertas vultum tuum
Ioan. 14 a me. Et respondeat ipse cordi nostro, Qui diligit me, mandata mea custodit. Et qui
diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam meipsum illi. Vide-
bant eum oculis vtique illi quibus hoc dicebat, & sonũ uocis eius auribus audiebãt,
1.Cor. 2. & humano corde hominem cogitabant, sed quod oculus nõ uidit, nec auris audiuit,
nec in cor hominis ascendit, eundem ipsum se promittebat ostẽdere diligentibus se.
Quod donec fiat, donec ostẽdat nobis quod sufficiat nobis, donec eum fontem vitæ
2.Cor.5. potemus & satiemur, interim dum ambulantes per fidem peregrinamur ab eo, dum
esurimus & sitimus iustitiam, formę dei pulchritudinem ineffabili ardore desidere-
mus, formæ serui natalem deuoto obsequio celebremus. Nondum contemplari pos-
sumus quod genitus est ante luciferum a patre, frequentemus quod nocturnis horis
est natus ex uirgine Nondum capimus quod ante solem permanet nomẽ eius, agno
Psal.71. scamus in sole positum tabernaculum eius. Nondum contuemur vnicum permanen
Psal.18. tem in patre suo, recordemur sponsum procedentem de thalamo suo. Nondũ idonei
sumus conuiuio patris nostri, agnoscamus præsepe domini nostri.

In eodem festo: Sermo XX.

Sermo.20. VT hodie a me possit, fratres charissimi, maiestas natiuitatis dñicæ ꝓdicari, per
vos mihi a domino facultas est impetranda, quatenus ipse verbum in ore suo
constituat sacerdoti, nec nostri oris dedignetur officium qui nostræ carnis hodie di-
gnatus est inire commercium. Non.n. fratres ineffabile diuinæ generationis conten
dimus aperire mysterium, sed nostrę salutis magnum & mirabile gestimus gaudiũ
Luc.2. nunciare, sicut dixit angelus, Ecce annuncio uobis gaudium magnum quod erit om
ni populo. Nullum hodie fratres conceptus, nullum terreat partus. Vbi.n. virginitas
concepit, integritas parit, dei est virtus conscia, non voluptas. Audi angelum dicen-
Luc.1. tem, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Hodie
tres non inchoatur deitas, sed humanitas inchoatur: hodie natus est non sibi sed
Psal 33 sed mihi. Accedite ergo ad eum & illuminamini, & uultus vester non erubescet, &
Psal.18 quia hodie in sole posuit, sicut dixit Propheta tabernaculum suum. Diuinum

est fratres charissimi, quod geritur non humanum. Nunquam est nuda virginitas,
quæ æterno pudoris sui honore decoratur. Ad domicilium castitatis angelus media
tor aduenit, vt regi aulam, deo templum, & cœlesti sponso thalamum procuraret. Na
scenti enim domino non est ablata sed consecrata virginitas, quę ipsa sponsum ge-
nuit sui pudoris, ipsa custodi præbet fidele seruitium. Fœta sed virgo, sed mater: steri
litate enim caruit, non pudore. Astat sanctitas, synceritas, pudicitia, castitas, integri-
tas, fides, & omnes simul affuere virtutes, vt intrepida famula suo vtero portaret au-
thorem, & cœlestem paritura virtutem, sexus sui victrix dolorẽ gemitumq; nesciret.
Beata fœcunditas, quæ & honorem acquisiuit maternum, & castitatis præmium non
amisit. Non ergo dedignatur inhabitare quod est figurare dignatus, nec indignatur
in se carnem contingere quam cœlesti manu ante contrectauit in puluere Venit ad
faciem tuam o homo, quia tu ad eius faciem peruenire non poteras. Et qui erat inui-
sibilis, factus pro tua redemptione visibilis, venit a tuis patribus postulatus. Audi
vocem clamantis, Ostende faciem tuam & salui erimus. Astat testis innocentiæ, as- Psal.79.
sertor pudoris, nec amisisse sponsam, sed gloriatur agnouisse deum Sequitur non vt
maritus, sed vt famulus, & obsequium se ei gaudet impendere, cui conspicit omnes
angelos deseruire. Nascens ergo Christus non inuenit locum in diuersorio, per quẽ
omnis creatus est locus. Et velut peregrinus nascitur, qui totius orbis est dominus Christus
vt nos cœlestis patriæ faceret esse municipes. Pannis obuoluitur, vt scissam humani velut pere
generis vnitatem suo redintegraret in corpore, totumq; immortalitatis vestimentũ, grinus na
purpureo sanguinis colore fulgens, in cœlestia regna deferret. Nascitur fratres, ut scitur.
ipsam quam prius homo uitiauerat, melioraret naturam. Iacet in pannis, sed regnat Pãnis ob-
in cœlis; humiliatur in cunabulis, sed in nubibus tonat. In præsepe ponitur, quia uoluitur.
omnis caro fœnum, Esaia dicente monstratur, Nos fœnum fratres, eiusq; flos cœlestẽ Esa.40.
emundamur in panem, quo vescendo peruenimus ad vitam æternam.

In eodem festo: Sermo XXI.

FIlium dei sicuti est apud patrem æqualis illi & coæternus, in quo condita sunt
omnia in cœlo & in terra, uisibilia & inuisibilia, uerbum dei & deum, uitam
& lucem hominum, si laudare moliamur, non mirum est nos non inuenire
quibus verbis explicemus, quod nulla humana cogitatio, nullus sermo sufficiat.
Quomodo ergo laudare digne valeat lingua nostra quem cor nostrum adhuc vide-
re non valet? Vbi oculum condidit quo possit videri? Si fugetur iniquitas, si sanetur
infirmitas, & fiant beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbũt. Nõ mirum est, Mat. 5.
inquam, nos non inuenire, quibus verbus vnum verbum dicamus, in quo dictum
est, vt essemus qui de illo aliquid diceremus Hæc enim verba cogitata atque prolata
mens nostra format, illo autem verbo ipsa formatur. Nec eo modo facit homo verba,
quomodo est factus ipse per verbum, quia nec eo modo genuit pater vnicum verbũ,
quo fecit cuncta per verbum. Deum quippe genuit deus, sed simul gignens & geni-
tus vnus est deus. Mundum autem fecit deus, sed mundus transit, permanet deus. Et
sicut ea quæ facta sunt seipsa vtique non fecerunt, sic a nullo factus est per quẽ om-
nia fieri potuerunt. Non igitur mirum, si homo factus inter omnia, verbis non expli- Ioan.1
cat verbum per quod facta sunt omnia, Huc itaque paululum aures & animos ad-
uertamus, si forte valeamus aliquid congruum condignumq; dicere, non ex eo quod
in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, sed ex eo
quod verbum caro factum est: si forte dicatur a nobis per quod habitauit in nobis, si
forte ipsi possit esse dicibilis, vbi voluit esse visibilis Propter hoc enim & istum ce-
lebramus diem, quo nasci est dignatus ex virgine, quam generationem suam fecit ab
hominibus vtcunque narrari. In illa vero æternitate in qua deus de deo natus est, Esaiæ. 53.
generationem eius quis enarrabit? Ibi talis non est qui solenniter celebretur. Neque
enim tranlit anniuersario volumine rediturus, sed manet sine occasu, quia non cœ-
pit ex ortu. Est ergo illud vnicum dei verbum, illa vita, illa lux hominum, æternus
quidem dies: iste autem quo humanæ carni copulatus tanquam sponsus pro-
cessit de thalamo suo, nunc hodiernus cras fit hesternus. Verumtamen ho-
diernus natum ex virgine commendat æternum, quia æternus natus ex uirgi-
ne consecrauit hodiernum. Quas itaque laudes charitati Dei dicamus, quas gra-

tias agamus, qui nos ita dilexit, ut propter nos fieret in tempore, per quem facta
sunt tempora: & multis seruis suis in mundo minor esset ętate, ipso mũdo antiquior
Luc. 2. sine uetustate: homo fieret qui hominem fecit, crearetur ex matre quam creauit, por-
taretur manibus quas formauit, sugeret ubera quæ impleuit, in præsepi muta uagi-
ret infantia, ne uerbum sine quo muta est humana eloquentia? Vide homo quid pro te
Gen. 2. factus est deus, doctrinam tandem humilitatis agnosce, etiam nondum loquente do-
store. Tu quondam in paradiso, tam facundus fuisti, ut omni animæ uiuę nomina
imponeres, propter te autem creator tuus infans iacebat, & nomine suo nec matrem
uocabat. Tu in latissimo fructuosorum nemorum prædio te perdidisti obedientiam
negligendo, ille obediens in angustissimum diuersorium mortalis venit, vt mortuũ
quæreret moriendo. Tu cum esses homo, deus esse voluisti vt perires: ille cum esset
deus, homo esse voluit, vt quod perierat inueniret. Tantum te pressit humana super
bia, vt te non posset subleuare nisi diuina gratia. Celebremus ergo cum gaudio diẽ
quo peperit Maria Christum, & coniugata coniugii creatorem, & virgo virginum
principem, & data marito, & mater non de merito, sed castior quam si de marito. Vir-
go ante coniugium, virgo in coniugio, virgo prægnans, virgo lactans: sanctæ quip-
pe matri omnipotens filius nullo modo virginitatem natus abstulit, quam nascitu-
rus elegit. Bona est enim fœcunditas in coniugio, sed melior integritas in sanctimo-
nio. Homo igitur Christus qui vtrunque præstare posset vt deus, nunquam sic daret
matri bonum quod coniuges diligunt, vt auferret melius propter quod virgines ma-
1. Cor. 10. tres esse contemnunt. Virgo itaque sancta Ecclesia celebrat hodie virginis partum,
cui dicit Apostolus, Aptaui vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Vide ca
stam virginem in tot populis vtriusque sexus, in tot non solum pueris & virginibus,
verumetiam coniugatis patribus matribusq;. Denique quam virginem castam, nisi
in fide, spe, charitatis integritate & virginitate? Proinde Christus ecclesiã facturus
in corde, prius Mariam seruauit in corpore. Humano quippe coniugio sponso fœmi-
na traditur, vt virgo iam non sit Ecclesia vero virgo non esse posset, nisi sponsum
cui traderetur filium virginis inuenisset.

In eodem festo: Sermo XXIII.

Sermo. 26 ANniuersaria domini incarnatio, & vestrę fraternitatis tam frequens congrega-
tio, exigit a nobis debitum sermonis officium. Itaque fratres affectu pio, corde
deuoto ianuam domini pulsemus, vt & nobis tribuat fiduciam vtilia dicendi, & ve-
stram charitatem fructu audiendi adiuuet. Itaque nos humiliemus, quia saluator &
magister humilitatis dominus noster Iesus Christus, virginis filius, virginum spon-
sus, uirginali utero corporaliter est natus, virginali connubio spiritaliter cõiugatus.
Natiuitates domini duę. Hodie itaque nasci dignatus est, per quem facta sunt omnia, manens quod est, ex hi-
bens tibi quod es. Manens apud patrem in diuinitate, suscepit nostram infirmita-
tem in humanitate. Duas nanque natiuitates domini accipimus, vnam diuinam, illã
teram humanam, tamen vtranque mirabilem: illam sine matre, istam sine patre: illã
æternam, ut crearet temporales: hanc temporalem, vt præstaret ęternam. Ille enim
de quo dicit Ioannes Euangelista, q̃ in principio erat verbum & verbum erat apud
deum, & deus erat verbum, & quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum
est nihil, quod factum est: ille tantus, ille in forma dei æqualis patri, ille sine tempo-
re fabricator temporum, ille ex nullo seculo, ante omnia secula, iudex seculi factus
est tam paruus, vt de fœmina nasceretur, sed mansit tam magnus, vt a patre non sepa-
raretur. Præbentes ei obsequium & testimonium tanquam lucernę venturo dei om-
nes Prophetæ prænunciantes, & ante ipsum nascendo venerunt, post credendo ad-
hæserunt. Oportebat enim vt prænunciaretur venturus factus miracula, quibus
raculis bene intelligentibus appareret homo paruus ad paruos, sed humilis ad sup-
bos. Paruitatem suam docens hominem, vt se agnosceret & paruum, ne non grand
Superbia. scendo se crederet magnum. Est enim superbia non magnitudo, sed tumor. Quod
autem tumet uidetur magnũ, sed est sanũ. Vt autem generis humani istũ tumo
naret ipse medicus, ipsa medicina nõ solũ medicamẽtũ adhibẽs apparuit, inter
hõ, offerẽs hoiem uidentibus, deũ seruans credẽtibus. Aspectus. n. humilitatis eius

nauit infirmos. Contemplatio diuinitatis eius, quærit infirmos. Et dum erant homi
nes, qui deum viderent in homine, nec tamen spem suam ponerent in homine, qui
sequi non debet: deus sequendus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur
in homine, & qui ab homine videretur, & quem homo sequeretur, deus factus est ho
mo, aliquid te magnum credere debes. Sed quia verbum caro factum est, & habita-
uit in nobis eadem sapientia quæ de deo genita est, dignata est etiam inter homines Ioan. 1
creari, quo pertinet illud: Dominus creauit me in principio viarum suarum. Est enim Ecle. 25.
eius principium caput Ecclesiæ, quod est Christus. Hominem per quem viuendi exẽ Ephes. 5.
plum nobis daretur, hoc est, via certa qua peruenire mus ad deum. Non enim redire Gene. 3.
potuimus, nisi humilitate qui superbia lapsi sumus, sicut dictum est primæ nostræ Philip. 2.
creaturę: Gustate & eritis sicut dij. Huius igitur humilitatis exemplum, id est, uiæ
quę rendũ fuit. Ipse reparator noster in se ipso demonstrare dignatus est, qui non ra-
pinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui
accipiens, vt crearetur homo in principio viarum eius, verbum per quod creata sunt
omnia. Quapropter vnigenitus & primogenitus dominus noster, diuinarum scri-
pturarũ authoritate prædicatur vnigenitus de patre, primogenitus a mortuis. Qua-
propter secundum id quod vnigenitus est, fratres non habet. Fratres tamen vocare
dignatus est omnes qui post eius, & per eius primatum in gratia nascimur per ado-
ptionem filiorum, sicut apostolica disciplina commendat. Naturalis ergo filius secũ-
dum id quod primogenitus est frater, de ipsa patris substantia vnicus natus est, id
existens quod pater est, deus de deo, lumen de lumine. Nos autem non lumen natura
liter sumus, sed ab illo lumine illuminamur, vt sapientia lucere possimus in secula
seculorum, Amen.

In eodem festo: Sermo XXIII.

LAudem domini loquetur os meum. Eius domini per quem facta sunt omnia, Sermo. 27.
& qui factus est inter omnia. Qui est patris reuelator, matris creator. Filius Psal. 144.
dei de patre sine matre, filius hominis de matre sine patre. Magnus dies ange-
lorum, paruus in die hominum. Verbum dei ante omnia tempora, verbum caro op- Ioan. 1
portuno tempore. Conditor solis, conditus sub sole. Cuncta secula ordinans de sinu
patris, hodiernum diem consecrans de vtero matris. Ibi manens, hinc procedens. Ef-
fector cœli & terræ, sub cœlo exortus in terra ineffabiliter sapiens, sapienter infans.
Mundum implens, in præsepio iacens. Sydera regens, vbera lãbens. Ita magnus in
forma dei, breuis in forma serui, ut nec ista breuitate magnitudo illa minueretur,
nec illa magnitudine ista breuitas premeretur. Neque enim quando membra huma- Sapien. 8
na suscepit, opera diuina deseruit, nec attingere a fine usque ad finem fortiter & di-
sponere omnia suauiter destitit quando infirmitate carnis indutus, virginali vtero
receptus est non inclusus, ut nec angelis subtraheretur sapientię cibus, & nos gusta- Psal. 33
remus quàm suauis est dominus. Quid hoc miramur de verbo dei, cum sermo iste
quem promimus ita liber sensibus influat, ut eum & recipiat, & non includat audi- In lib. 50.
tor? Nam nisi reciperetur, neminem instrueret: si includeretur, ad alios non veniret. Homi. 25.
Et vtique sermo iste uerbis syllabisq; diuiditur, nec tamen ex eo tanquan ex cibo vẽ
tris singulas particulas tollitis, sed omnes totum auditis, totum singuli capitis. Nec
timemus dum loquimur, ne totum audiendo vnus absumat, ne alter possit habere
quod sumat, sed ita uos attentos esse uolumus, nullius aurem mentemq; fraudantes,
ut & totum singuli audiatis, & totum ad audiendum cæteris relinquatis. Neque hoc
fit alternis temporibus, vt cum sermo qui dicitur ad te primo intrauerit, exeat a te,
ut ad alium possit intrare, sed simul ad omnes venit, & totus ad singulos peruenit.
Et si totus memoria teneri uoluisset, sicut ad totum audiendum omnes uenistis, ita
cum toto singuli rediretis: quanto magis uerbum dei, per quod facta sunt omnia, &
quod in se manens innouat omnia, quod nec locis concluditur, nec temporibus ten-
ditur, nec moris breuibus longisq; uariatur, nec uocibus texitur, nec silentio termina
tur, quanto magis hoc tantum & tale uerbum potuit matris vterum assumpto corpo
re fœcundare, & de sinu patris non emigrare? Hinc ad oculos humanos exire, inde
mentes angelicas illustrare: hinc ad terras procedere, inde cœlos extendere: hinc ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mo fieri, inde homines facere. Nemo ergo credat dei filium coæternum & coæqualẽ
conuersum & commutatum esse in hominis filium, sed potius credamus, & non con
sumpta diuina & perfecte assumpta humana substantia manentem dei filium, factũ
Ioan. 1. hominis filium, Neque enim quia dictum est, Deus erat verbum, & verbum caro fa-
ctum est, vt esse desineret deus, quando in ipsa carne quod verbum caro factum est,
Emanuel nutum est, nobiscum deus. Sicut verbum quod corde gestamus fit vox cũ
id ore proferimus: nec tamen illud in hanc commutatur, sed illo integro ista in qua
procedat assumitur, vt & intus maneat quod intelligatur, & foris sonet quod audia-
tur, hoc idem tamen profertur in sono quod ante sonuerat in silentio: atq; ita verbũ
cum sit vox non mutatur in voce, sed manens in mentis luce, & assumpta carnis vo-
ce procedit ad audientem, & non deserit cogitantem. Non cum ipsa vox in silẽtio co
gitatur, quæ vel Græcæ est, vel Latinæ, vel linguæ alterius cuiuslibet, sed eum ante
omnem linguarum diuersitatẽ res ipsa quæ dicenda est adhuc in cubili cordis quo-
dammodo nuda est intelligenti, quæ vt inde procedat loquentis voce vestitur. Ve-
rũtamen vtrunque hoc, & quod cogitatur intelligendo, & quod sonat audiendo mu-
tabile atque dissimile est. Neque illud manebit cum oblitus fueris, neq; hoc cum si-
Psal. 118. lueris. Verbum autem domini manet in æternum, & incommutabiliter manet. Et cũ
carnem assumpsit ex tempore, vt ad temporalem vitam nostram procederet, non in
carne amisit æternitatem, sed etiam carni, præstitit immortalitatem: ita ipse tanquã
Psal. 18. sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad curr endam viam. Qui cum
Philip. 2. in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed vt propter nos
fieret quod non erat, semetipsum exinauit, non formam dei perdens, sed formam ser
ui accipiens, & per hanc in similitudinem hominum factus, nec propria substantia,
sed habitu inuentus vt homo. Hoc enim totum quod sumus vel in anima, vel in cor
pore, nostra natura est, illius habitus. Nos nisi hoc essemus, non essemus. Ille si hoc
non esset, esset vtique deus. Et cum hoc esset, cœpit quod non erat, homo factus, per-
manens deus, vt non unum horum, sed vtrunque verissime diceretur. Et propter
Ioan. 14. quod homo factus est: Quoniam pater maior me est, & propter quod permãsit deus.
Ioan 10. Ego & pater vnum sumus. Nam nisi verbum in carnem, hoc est deus in hominẽ mu
tatus conuerteretur, non esset verum, pater maior me est: quia homine maior est de-
us: illud autem falsum esset, Ego & pater vnum sumus, sed vnum fuimus: quia non
sunt vnum deus & homo. Sed forsitan posset dicere: Ego & pater vnũ fuimus. Quod
enim erat & esse destitit, non est vtique, sed fuit. Nunc autem & propter verã formã
serui quam acceperat, verum dixit, Pater maior me est: & propter verã formam dei
qua permanebit verum dixit, Ego & pater vnum sumus. Exinaniuit ergo se apud ho
mines, non ita factus quod non erat vt non esset quod erat, sed occultans quod erat
& demonstrans quod factus erat. Proinde quia virgo concepit, & peperit filium &
propter manifestam serui formam puer natus est nobis. Quia vero dei verbum
quod manet in æternum, caro factum est, vt habitaret in nobis, propter dei formam
latentem, sed manentem, sicut nunciauit Gabriel, vocamus nomen eius Emanuel
Factus est enim homo, permanens deus vt & filius hominis recte vocetur, nobiscum
deus non alter homo. Exultet in credentibus mundus quibus saluandus venit per
quem factus est mundus. Conditor Mariæ, natus ex Maria. Filius Dauid, dominus
Dauid. Semen Abrahæ, qui est ante Abraham. Factor terræ, factus in terra. Creator
cœli, creatus sub cœlo. Ipse est dies quem fecit dominus, & dies cordis nostri, ipse est
dominus. Ambulemus in lumine eius, exultemus & iucundemur in eo, qui viuit &
regnat in secula seculorum, Amen.

Ser. 28. In eodem festo de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioan. In mundo
erat, & mundus per ipsum factus est, &c. Ser. XXIIII.

ET Christus fratres in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit, Qui mundus per eum factus est? qui mun-
dus eum non cognouit? Non enim mundus qui per eum factus est,

ipse eum cognouit. Quis est mundus qui per eum factus est? Cœlum & terra.
Quomodo eum non cognouit mundus, quando in eius passione sol obscuratus
est? Quomodo eum terra non cognouit, quando pendente illo in cruce contre-
muit? Sed mundus eum non cognouit, cuius princeps est ille de quo dictum est,
Ecce uenit princeps mundi huius, & in me nihil inuenit. Homines mali mundus Ioan 15.
uocantur. Inde acceperunt nomen ex eo quod amant. Amando deum efficiun- Mundus
tur dij, ergo amando mundum mundus dicuntur. Sed deus erat in Christo mun- homes ma-
dum reconcilians sibi. Mundus ergo eum non cognouit. Nunquid omnes? In los signat.
sua propria uenit, & sui eum non receperunt. In sua? Omnia ipsius, sed pro- I.Cor.5.
pria ipsius dicuntur, vnde mater eius erat, unde carnem conceperat, ad quos
aduentus sui præcones ante premiserat, quibus legem dederat, quos de Aegypti
seruitute liberauerat, quorum patrem carnalem elegit Abraham, quia uerum di-
xit, Ante Abraham ego sum, Nec sic dixit, Antequam Abraham fieret, ego Ioan.8.
sum. In principio erat uerbum, non factum erat. Ergo in propria uenit, & Ioan.1.
sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum? Vtique ibi Aposto-
li, qui eum receperunt: ibi illi, qui ante iumentum ramos ferebant, & præcede-
bant & sequebantur, & uestimenta sua sternebant, & magna voce dicebant, O-
sanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Tunc Pharisæi di-
xerunt illi, Compesce pueros, ne tibi ista clament. Et ille, Si isti tacebunt, lapides
clamabunt. Quid lapides, nisi qui colunt lapides? Si paruuli pueri tacebunt, ma- Mat.21
iores & minores gentes clamabunt. Qui lapides, nisi lapides de quibus dicit ipse Luc. 19.
Ioannes, Qui uenit in testimonium perhiberet de lumine? Cum enim uideret Lapides
ipsos Iudæos superbire de geuere Abrahæ, ait illis: Generatio uiperarum: illi se gentiles.
dicebant filios Abrahæ. Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Ioan. 1.
Abrahæ. Quos præuidebat in spiritu, de illis dicebat. Nos siquidem preui- Mat.3.
debat: Potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. De qui-
bus lapidibus, inquit: Si isti tacebunt, lapides clamabunt. Modo audistis & cla-
mastis: Impletum est, lapides clamabunt: de gentibus enim venimus in parenti-
bus nostris, lapides adorauimus, ideo canes dicti sumus. Recordamini quid audie-
rit mulier illa, quæ clamabat post dominũ, quia erat Chananæa, idolorum cultrix, Mat.15
ancilla demoniorum, quid dixit Iesus? Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus. Nunquid aduertistis quemadmodum canes lapides vnctos lin-
gunt? sic sunt omnes simulacrorum cultores. Sed venit nobis gratia. Quotquot Ioan.1.
autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Ecce habetis modo na-
tos, dedit eis potestatem filios dei fieri. Quibus dedit? His qui credunt in nomine
eius. Et quomodo filij dei fiunt? Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate vi-
ri, nec ex voluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Intendite ergo isti ex deo nati sunt,
accepta potestate vt filij dei fierent. Ex deo nati sunt, non ex sanguinibus, qualis Natiuitas
est prima natiuitas, qualis est natiuitas misera ueniens ex miseris. Sed qui ex deo duplex.
nati sunt quid erant? Vnde primum nati erant ex sanguinibus mixti, sanguinibus
& masculi & fœminę, commixtione carnis masculi & fœminæ, inde nati erant. Mo-
do vnde? Ex deo nati sunt. Prima natiuitas ex masculo & fœmina: secunda na-
tiuitas ex deo & ecclesia. Ecce ex deo nati sunt: Vnde factum est, ut habitaret in
nobis. Magna mutatio, ille factus caro, iste spiritus. Quid est hoc? Qualis digna-
tio fratres mei? Et erigite animum ad sperandam & capienda potiora, nolite adij-
cere cupiditatibus secularibus. Precio empti estis, propter uos uerbum caro factũ
est, propter vos qui erat filius dei, factus est filius hominis, ut qui eratis filij homi-
num, efficeremini filij dei. Quid erat ille, qui factus est? Quid eratis uos? Quid facti
estis? Erat ille filius dei, qui factus est filius hominis: eratis uos filii hominum, qui
estis filii dei facti. Communicauit nobiscum mala, & daturus est nobis bona.
Sed ille ipse qui factus est filius hominis distat a nobis. Nos filij hominum per
concupiscentiam carnis, ille filius hominis per fidem virginis. Mater cuiuslibet
hominis concubuit: & concepit: vnusquisque autem natus de homine patre suo, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

de homine matre sua: Christus autem natus de spiritu sancto & Maria virgine. Ad nos accessit, sed a se non multum recessit, immo a se ꝙ deus est nunquã recessit, sed addidit quod erat naturæ nostrę. Accessit enim quod non erat, non amisit quod erat. Factus est filius hominis, sed non cessauit esse filius dei, per hoc mediator in medio. Quid est in medio? Nec sursum, nec deorsum. Quomodo nec sursum, nec deorsum? Nec sursum, quia caro est: nec deorsum, quia non peccator: sed tamen inquãtũ deus, semper sursum. Non enim sic uenit ad nos ut dimitteret patrem, cum quo uiuit & regnat deus.

Item in eodem festo alius sermo de eodem, qui habetur inter Sermones de uerbis domini. XXXIX.

Item in eodem festo Homilia, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, In principio erat uerbum, &c. quæ habetur in expositione doctoris. Ibidẽ.

Item in eodem festo, de eodem habetur sermo inter Sermones de uerbis domini. XXXVIII.

Item in eodem festo alius sermo factus ad fratres in eremo, qui habetur inter sermones ad eosdem. XX.

In festo Epiphaniæ domini, & per octauas eius: Sermo I.

Sermo. 29. PRoxime fratres charissimi eiusmodi redemptionis nostræ celebrauimus sacramentum, quo deus hominem cum infirmitatibus induit: hodie uero illud celebramus, quo se in hominem deus uirtutibus declarauit, pro eo ꝙ in hac die, siue cœlo stella ortus sui nuncium præbuit, siue ꝙ in Chana Galilææ in conuiuio nuptiali aquam in uinum conuertit, siue ꝙ in Iordanis undis aquas ad redemptionem humani generis sub baptismo consecrauit, siue ꝙ de quinque panibus quinque milia hominum satiauit, in quolibet horum salutis nostræ mysteria continentur & gaudia. Nobis enim ex uirgine natus est, quod stella monstrauit. Nobis ex baptismo lauacrum concessum est quod in Iordanis alueo consecrauit. Nos quoque in melius esse mutandos operis miraculo permonstrauit, quando aquas in uina conuertit. Et ideo, fratres charissimi in omni actu nostro stellam fidei præparemus, & in custodia puritatis Christi baptismum celebremus, quia hæc Christi regeneratio, nostræ fidei cõfirmatio est. Insinuauit. n. nobis muneris sui beneficium per secundæ natiuitatis exẽplũ, & qđ facere uoluit, prior ipse fecit legimus. Iudæos diuersa sub lege habuisse baptismata, sed nullum ex his contra præuaricationis malum generale potuit cõferre medicinam. Et ideo pro absolutione totius mundi indigebant regeneratione aqua cœlitus sanctificari. Et quia per uniuersum mundum sacramentum baptismi humano generi opus erat, omnibus aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueum unica ac singulari pietate descendit. Tunc enim Christum dominum non tã lauit unda quàm lota est. Tibi ergo nascendo Christus aduenit, tibi uiuendo militauit, tibi moriendo conflixit. Quem uides pro te mortuum, pro te intellige baptizatum. Talis omnino etiam ante baptismum fuit, & ideo præcursor eius atque Baptista ita eum cum ad se baptizandus ueniret alloquitur: Domine, ego a te debeo baptizari, & tu uenis ad me? Quid euidentius de Christi nondum baptizati puritate, quid fortius, quam Ego a te debeo baptizari: id est, qui fons es innocentiæ, & plenitudo iustitiæ, qui nullo indigens dare scis, nescis accipere? Ego, inquit, a te debeo baptizari, quia tecũ exhibes, & in te posides puritatis munera & baptismatis sacramenta: & quod ego dabo te largiente per gratiam, tu obtines per naturam. Attactu membra tinguntur, & flumina ditantur. Vitalem gratiam non corpus ex flumine, sed flumen mutuatur ex corpore. Descendere in fontem suum fœlix unda miratur, sub uno momento remedia genera concipiens, & noua deum regenerationis fœcunditate parturiens, quod acceperat hoc reddens, & quod non habebat, accipiens. Inter hæc mirum esse non quòd se dominus serui subdidit benedictioni, nisi & cruci se subdidisset, & morti. Et ille quidem pretiosum sibi esse hominem pretij ipsius dignitate per-

Mat. 2. Ioan. 2. Mat. 3 Mat. 14.

Mat. 3

te perdocuit, vt hinc quoque intelligamus q̃ grandes apud se æstimet deus noster humorum criminum cautas, propter quas non angelum, non archangelum, sed deũ misit ad terras. Quam grauis sit peccati & q̃ dura conditio, prodit remedii magnitudo. Quanta malorum discussio erit qua damnabuntur, solicitudo indicat qua redimuntur. Omni ergo diligentia atque vigilantia caueamus, ne vulneret diabolus qđ sanauit deus, ne per consensum cordis, per flagitium corporis seruitutem quam debemus domino magis exhibere probemur inimico. Equidem si quis violentus ac potens aliquid de facultate nostra ac proprietate rapuisset, nonne dignum summo odio duceremus? nonne merito tanquam hostem detestaremur? Cur peccando diabolo consentiemus, qui nobis non substantiam vult auferre, sed vitam: non terram fraudare, sed cœlum: non fines angustæ possessionis, sed infinita spatia æternitatis? Inter hæc, o homo, si dignitatem futurę tuæ, si pietatem circa te domini tui volueris æstimare de pretio, non poteris dubitare de regno. Ipsi. n. Magi, qui ad illa cœlestis pueri veneranda cunabula stellę indicio peruenerunt, quid aliud expresserunt in illis muneribus, nisi fidem nostram? In eo. n. ꝙ tria offeruntur, trinitas intelligitur. In eo vero ꝙ tres sunt, & singuli singula offerunt, in trinitate vnitas declaratur: per aurum rex ostenditur, deus in thure dignoscitur: per myrrham, quæ condiendis est apta corporibus, sepultura crucifigendi hominis prædicatur. Secundum hæc charissimi, nos quoque personam Magorum spiritalibus imitemur obsequiis. In primis tã diu quæramus Christum, donec illum inuenire mereamur. Ducatum nobis præbeat velut stella cœli lux fidei. Hæc nobis illum ostendat, non iam in præsepi vagientem, sed in summa cœli arce dominantem. Nec in matris gremio, sed in solio patris adorandum. Nec vlterius in humanitate iudicandum, sed ad iudicium cum maiestate venturum. Sic quasi trium munerum trinitatis perfecta confessio, credatur a nobis vna diuinitas sine confusionis separatione distincta, pater & filius & spiritussanctus vnus deus: credantur tres personæ, sed non tres substantiæ. Quantum autem ad cœlestis naturæ ordinem pertinet, in patre & filio & spiritusancto ita confitenda est una diuinitas, vt nec singularis putetur in trinitate persona, nec triplex in vnitate substantia, sed ita assignetur pluritas vnitati, ne trinitati subtrahatur æqualitas. Et licet intr omittatur in vna diuinitate numerositas, non sit tamen recipienda diuersitas. Ita ergo fidelium cordibus disponendus est dei cultus, vt non admittatur vel in vnitate separatio, vel in trinitate permixtio. Proxima. n. ab hac die, fratres charissimi, sacri natalis die natus est dominus, nunc baptizatus. Tunc nos genuit ad vitam, nunc regenerauit ad salutem: tunc Adam suscepit perditum, nunc abluit peccatorem. Venit ergo ad baptismum, sicut scriptum est. Sed quid abluit, qui mundus erat? Vtique vt mundus ablueret immundos. Illum ergo currentes aquæ tunc infundebant, sep peccata nostra secum portabant. De illo guttæ baptismatis fluebant, sed nostra in guttis crimina fluebant. O misericordia simul & potentia dei, necdum eramus in mundo, & iam ablŭebamur in baptismo. Mundati in illo sumus antequam nati. Nam ipsi fuit baptismatis ratio, vt aquæ quæ purgaturæ nos erant, ab illo ante purgarentur. Et cum ascendisset, inquit scriptura, de aqua, vidit apertos cœlos. Nunquid tunc ei cœlum apertum fuerat, cuius oculi cœlorum interiora cernebant? Sed ideo cœlum aperitur, vt mysterium baptismatis in hoc declaretur, quia quando homo de baptismo egreditur, tunc ei ianua regni cœlestis aperitur. Illud vero quale est quod magi veniunt ad deum natum, immo ducuntur, positum in præsepio uident, nec apud sensus eorum humilitas natiuitatis reuerentiam diuinitatis imminuit: adorant corporibus, honorant muneribus, veuerantur officijs: oculis hominem vident, & deum obsequiis confitentur. Videbant enim in eo qui natus fuerat plus esse quod animę hominum, q̃ quod oculi pręuiderint. Dominus qui tunc corporaliter natus fuerat, per ipsum omnia nata erant. Videbatur quidem in præsepio, sed dominabatur in cœlo. Intra corpusculum erat, sed intra se omnia continebat. Natus quidem ex matre fuerat, sed matrem suam ipse creauerat. Et ideo se Magi humiliabant, quia famulari astra cernebant. Deum. n. esse cognouerant, cui cœlestia seruiebant. Et idcirco etiam ipsa eorum munera diuino mysterio plena erant. Aurum nanque, vt audistis, & thus, & myrrham obtulerunt. Triplicium ergo munerum numero tri-

Peccata apud deum quantum sint grandia.

Magi qũ sint imitãdi.

Mat. 3.

Mat. 2.

Thus. Aurum. Myrrha. plex significatio continetur. In thure obtulerunt dei honorem, in auro regiam dignitatem, in myrrha corporis sepulturam. Offeramus ergo & nos dilectissimi frēs syncera & sancta n. unera deo nrostro, castitatem, fidē, patientiā, charitatē, mētes humiles, pbos mores, animas deo inhabitare cōdignas. Hæc sunt. n. placita deo dona, hæc grata munera, quæ illi quidē offeruntur, sed offerentibus prosunt. Nullo. n. ille munere eget, sed hoc illi munus optimū est, vt causas habeat munerandi. Nihil a nobis exigit, nihil amplius petit nisi salutem nostrā. Omnia. n. sibi præstari a nobis putat si ita nos egerimus, vt nobis ab illo cuncta præstentur, auxiliāte ipso domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo II.

Ser. XXX. AD partum virginis adorandum Magi ab Oriente venerunt. Hunc diem hodie celebremus, huic debitam solēnitatem sermonemq; persoluimus. Illis dies iste primus illuxit, anniuersaria nobis festiuitate rediit. Illi eran primitiæ gentium nos populi gentium. Nobis hoc lingua nunciauit Apostolorum, stella illis tanquam lingua cœloru m, & nobis idem Apostoli tanquam alij cœli enarraue-
Psal. 18. runt gloriā dei. Cur. n. non agnoscamus eos cœlos, qui facti sunt sedes dei, sicut scri-
Sapien. 7 ptum est: Anima iusti, sedes? sapientię? Per hos. n. cœlos ille cœlorum fabricator & habitator intonuit, quo tonitruo mundus tremuit, & ecce iam credit. Magnum sacrame ntū. In præsepi tunc iacebat, & Magos ab Oriente ducebat: absconde batur in stabulo, & agnoscebatur in cœlo, vt agnitus in cœlo manifestaretur in stabulo, &
Epiphania. appellaretur Epiphania dies iste, quod Latine manifestatio dici potest, simul eius celsitudiné humilitatēq; cōmendans, vt q in apto cœli signis sydereis monstrabatur, in angusto diuersorio qsitus inueniretur inualidus infantilib⁹ mēbris, inuolut⁹ infantilib⁹ pānis adoraretur a Magis, timeretur a malis. Timuit. n. eū rex Herodes eisdē sibi Magis nunciantibus, cū adhuc qrerent paruulū quem cognouerant cœlo testeq; natum. Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos reges cunabula terrebant infantis? Quanto consultius reges nō sicut Herodes interficere quærant, sed sicut Magi potius adorare delectentur, iam presertim eum qui & ipsam mortem quam cupiebat inimicus inferre, etiam pro ipsis inimicis ab inimicis sustinuit, eam in suo corpo
Psal. 2. rē occisus occidit. Pie timeant reges ad patris dexteram iam sedentem, quem rex impie timuit adhuc matris vbera lambentem: audiant quod scriptum est: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Ille. n. rex vltor impiorum regum, & rector piorum, non ita natus est vt reges nascuntur in seculo, quia & ille natus est cuius regnū non est de hoc seculo. Nobilitas fuit nascentis in virginitate parientis, & nobilitas parientis in diuinitate nascentis. Denique cum tam multi iam nati atque defuncti essent reges Iudæorum, nunquid quenquam eorum adorandum Magi quæsierunt? Quia nec quēquam eorum cœlo loquente didicerunt. Veruntamen quod pretereundum non est, hæc magorum illuminatio magnum testimonium cęcitatis extitit Iudæorū, In terra eorum isti requirebant, quod illi in sua non agnoscebant. Apud eos isti infantem inuenerunt, quem illi apud se negauerunt. In his terris de longinquo isti peregrini puerum Christum nondum verba promentem adorauerunt, vbi ciues illi iuuenem miracula facientem crucifixerunt. Isti in membris paruis deum adorauerunt, illi in magnis factis nec tanquam homini pepercerunt, quasi plus fuerit videre nouā stellam in eius natiuitate fulgentem, q̄ solem eius in morte lugentem. Iam vero quod eadem stella quę Magos perduxit ad locum ubi erat cum matre virgine deus infans, quę vtique poterat eos ad ipsam perducere ciuitatē, se tamen subtraxit, nec eis prorsus apparuit, donec de ciuitate in qua Christus nasceretur eadem ipsi interrogentur
Mich.. Iudęi, ut ipsi eam secundum diuinæ scripturę testimonium nominarent, ipsi dicerent: Bethleem non es minima in principibus Iuda, ex te. n. exiet dux qui regat populum meum Israel. Quid aliud hic significauit diuina prouidentia, nisi apud Iudæos solas diuinas literas remansuras, quibus gentes instruerētur, illi excæcarētur, quas portarent non ad adiutorium salutis suæ, sed ad testimonium salutis nostrę. Nam hodieq; cum præmissas prophetias de Christo proferimus, iam rerum completarum luce declaratas, si forte Pagani quos lucrari uolumus dixerint non eas tole-

206

to ante prædictas, sed post rerum euentum, ut hęc quæ facta sunt prophetata putarentur, a nobis esse confictas, Iudæorum codices recitamus, vt tollatur dubitatio Paganorum, qui iam in magis illis figurabantur, quos Iudæi de ciuitate in qua natus est Christus diuinis eloquiis instruebant, & eum ipsi nec requirebant, nec agnoscebant. Nunc ergo charissimi, gratiæ filii & hæredes, videte vocationem vestrā, & manifestato Iudæis & gentibus xpo tanquam angulari lapidi perseuerantissima dilectione cohærēte. Manifestatus. n. est in ipsis cunabulis infantiæ suę his qui prope & his qui longe erant, Iudęis in pastorum propinquitate, gentibus in Magorum longinquitate. Illi ipso die quo natus est, isti ad eum hodie aduenisse creduntur, Manifestatus ergo est, nec illis doctis, nec istis iustis. Prævalet nanque imperitia in rusticitate pastorum, & impietas in sacrilegiis Magorum. Vtroque sibi lapis ille angularis applicuit, quippe qui venit stulta mūdi eligere, vt confunderet sapientes, & non vocare iustos, sed peccatores, vt nullus magnus supbiret, nullus infirmus desperaret. Vnde scribæ & pharisæi dum nimis docti & nimis iusti sibi videntur, cuius nascentis ciuitatem ostenderunt, prophetica eloquia recitantes, hunc reprobauerunt ędificantes. Sed quia factus est in caput anguli, & quod natus ostendit, passus impleuit. Huic nos inhęreamus cum alio pariete habente Israel, quæ per electionem gratię salutę factæ sunt. Eos. n. pastores ill prefigurabant de proximo cōiungendos, ut & nos, quorum ex longinquo vocationem Magorum significabat aduentus, iam non peregrini & inquilini, sed ciues sanctorum, & domestici dei maneamus, coædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu, qui fecit vtraque vnum, vt in vno amemus unitatem, & ad colligendos ramos, qui etiam de oleastro inserti, per superbiam fracti hæretici facti sunt, qm̄ potens est deus iterum inserere illos: habeamus & infatigabilem charitatem, ipso adiuuante qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

1.Cor.1.
Ephes.2.
1.Cor.1.
Matth.9.
Psal.117.
Aoma. 11.
Ephes.2.
Rom.11.

In eodem festo: Sermo III.

Ser.31. ANte pauciss imos dies natalem diem dñi celebrauimus, hodierno autem die manifestationem qua manifestari gentibus cœpit solemnitate non minus debita celebramus. Illo die natum pastores Iudęi viderunt, hodie Magi ab Oriente venientes adorauerunt. Natus quippe fuerat lapis ille angularis, pax duorum parietum, ex circunciſione & ꝓputio, nō ex parua diuersitate venientium, vt in illis speculare tur, qui factus est pax nostra, & fecit, vtraque unū. Hoc in pastoribus Iudæorum, & Magis gentium prefignatum est. Inde cœpit, quod in vniuerso mundo fructificaret & creſceret. Nos itaque duos dies, natiuitatis & manifestationis dñi nostri spiritali lætitia gtatissimos habeamus. Iudæi pastores ad eum angelo nunciante, gentiles Magi stellā demonstrante pducti sunt. Hęc stella vanas computationes astrologorum & diuinationes confudit, cum stellarum adoratoribus creatorem cœli & terræ adoran dum potius demonstrauit. Nam ipse nouam stellam declarauit natus, qui antiquū solem obscurauit occisus. Illa luce inchoata est fides gentium, illis tenebris accusata est perfidia Iudæorum. Quid erat illa stella, quæ nec unquam antea inter sydera apparuit, nec postea demonstranda permansit? Quid erat nisi magnifica lingua cœli, quæ narraret gloriam dei, quæ insitatum virginis partum inusitato fulgore clamaret, cui non postea apparent Euangelium toto orbe succedetet? Quid denique Magi venientes dixerunt: Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Quid est hoc? Nonne tum multi antea reges erant Iudæorū Quid tantopere alienæ gentis regem nosse & adorare cupierunt? Vidimus. n. inquiunt, stellam eius in Oriente, & venimus, adorare eum. Nunquam hoc tanta deuotione requirerent, tanto pietatis affectu desiderarent, nisi eum agnoscerent regem Iudæorum, qui rex est etiam seculorum. Hinc & Pilatus nonnulla utique aura veritatis afflatus est, quando in eius pasione titulū scripsit, Rex Iudæorū: quē Iudæi conati sunt mendosi emendare, Quibus ille respondit: Quod scripsi, scripsi. Quia p̄dictū erat in Psalmo: Tituli inscriptionē ne corrūpas, Aduertamus itaq; magnū hoc & mirabile sacrm, Magi ex gētibus erāt, ipse et Pilatus ex gētibus: illi stellā viderunt in cœlo, ille titulū fixit ligno, utrique tamen nō regem gentium, sed Iudæorum, uel quęrebant, uel agnoscebant. Iudęi uero ipsi nec stellam secuti sunt, nec titulo consenserunt. Iam igitur præsignabatur, quod

Ephes.2
Stella quę
Magis apparuit qd
Psal. 18
Matth.2
Ioan.19.
Ibidem.
Psal.56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea ipse dominus dixit,Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cũ
Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum,filij autẽ regni ibunt in tenebras ex-
teriores.Nam Magi ab Oriente,Pilatus ab Occidente venerat. Vnde illi Orienti, hoc
est nascenti,ille autem occidenti,hoc est,morienti attestabantur regi Iudæorum, vt
Roma.11. cum Abraham & Isaac & Iacob,ex quibus Iudei ducebant originem, recumberent
in regno cœlorum,non ex eis propagati per carnem,sed eis inserti per fidem, vt ille
de quo Apostolus loquitur,Oliuæ inserendus iam prænonstraretur oleaster. Pro-
pterea quippe non rex gentium,sed Iudæorum ab eisdem gentibus,vel quærebatur,
vel agnoscebatur:quia oleaster ad oliuam,non ad oleastrum oliua veniebat. Rami
tamen frangendi,hoc est,infideles Iudæi,& Magis inquirẽtibus vbi Christus nasce-
Mat.27. retur,in Bethleem Iudæ respondebat:& Pilato exprobrante ꝙ regem suum crucifigi
vellent,pertinacissime sæuiebant. Itaq; Magi adorauerunt,Iudæis ostendentibus lo
cum Christi nascentis,quia in scriptura quã Iudei acceperunt, Christum cognosci-
mus.Pilatus manus lauit Iudæis exigentibus mortẽ Christi patientis,quia per san-
guinem quem Iudæi fuderunt peccata diluimus.Sed de testimonio Pilati per titulũ
in quo scripsit,regem Iudæorum esse Christum,alius est differendi locus, quo pas-
sionis est tempus. Nunc quod attinet ad manifestationem Christi nati, de cuius ma
nifestationis die,quæ Greco vocabulo Epiphania nominatur,qua manif stari cœpit
gentibus,cum eum magi adorauerunt,quæ restant pauca dicamus. Nam etiam atq; 139
etiam considerare delectat, quemadmodum Magis quærentibus vbi Christus nasce-
Mat.2. retur,Iudæi responderunt,in Bethleem Iudæ.Nec tum ad eum ipsi venerunt,sed eis
abscedentibus,Magos ad eum locũ in quo infans erat eadẽ stella perduxit,vt osten-
deretur quod & ciuitatem poterat demonstrare,sed ad hoc se aliquantulum subtra-
xerat,vt Iudæi possent interrogari.Ad hoc sunt autem interrogati Iudæi,vt demon-
straretur,eos non ad suam,sed ad genium salutem & agnitionem testimonia diuina
portare.Propter hoc enim illa gens regno sua pulsa est & dispersa per terras, vt eius
fidei cuius inimici sunt testes fieri cogerentur.Perdito quippe templo, sacrificio, sa-
cerdotio,ipso quoq; regno, in paucis veteribus sacramentis nomen genusq; custo-
diunt,ne permixti gentibus sine discretione dispereant,& testimoniũ veritatis amit
tant,velut Cain accipiente signum vt eum nullus occidat,qui fratrem iustum inui-
dus & superbus occidit.Hoc nimirum etiam in quinquagesimo octauo Psalmo non
incongrueter intelligi potest,vbi Christus ex persona sui corporis loquitur & dicit,
Psal.58. Deus meus demonstrauit mihi de inimicis meis,ne occideris eos,ne quando obliui-
scantur legis tuæ. In eis quippe inimicis fidei Christianæ, demonstratur gentibus
qũo propheratus est xps,ne forte cum vidissent tãta manifestatione impleri prophe
tias,putarent easdem scripturas Christianis esse confictas,vt de Christo prædictapu 139
tarentur,quæ completa cernuntur. Proferuntur ergo codices a Iudæis atq; ita deus M
demonstrat nobis inimicis nostris,quos ideo non occidit,hoc est,de terris non peni-
tus perdidit,ne obliuiscerentur legem ipsius,quam propterea legendo & quædã eius
quãuis carnaliter obseruando meminerint,vt sibi sumant iudicium, nobis prebeant
testimonium,ipso domino nostro adiuuante,qui viuit & regnat deus per omnia secu
la seculorum. Amen.

Sermo.32. In eodem festo, Sermo. IIII.

HOdierni diei per vniuersum mundum noua solennitas quid nobis afferat festi-
uitatis,quibus anniuersaria repetitione commemoret, anniuersario quoq; ser-
mone tempus admonet vt loquamur.Epiphania quippe,Latine manifestatio dici po
Mat.2. test.Hac enim die Magi dominum nostrum adorasse perhibentur,stella scilicet appa-
rente commoniti,& præcedente perducti.Eo quippe die quo natus est,illi stellam in
Oriente viderunt,& quem natum indicauerit agnouerunt.Ex illo igitur die ad hũc
diem occurrerunt,Herodem regem nuncio terruerunt,Iudæis ex prophetica scriptu-
ra respondentibus,Bethleem ciuitatem,vbi dominus natus fuerat, inuenerunt, ad
ipsum dominum stella eadem ducente venerunt,demonstratum, adorauerunt, ac
rum,thus,& myrrham obtulerunt,alio itinere redierunt.Manifestatus est quidem 137
die ipso natiuitatis suę dominus pastoribus ab angelo admonitis, quo etiam die &
stellam illis est longe in Oriente nunciatus,sed in isto die ab eis est adoratus. Sollici-
pite

pite ergo deuotissime istum diem celebrandum vniuersa ecclesia gentium, quia & il
li Magi quid iam fuerunt nisi primitiæ genti um? Israelitæ pastores,Magi gentiles. Il
li prope,isti longe,vtriq; tamen ad angularem lapidem cucurrerunt. Veniens quippe Ephe.2.
sicut Apostolus dicit,euangelizauit pacem nobis,qui eramus longe,& pacem his qui
prope. Ipse est enim pax nostra,qui fecit vtraque vnum,& duos condidit in se,in vnũ
nouum hominem faciens pacem,& commutauit vtrosq; in vno corpore deo, interfi
ciens inimicitias in semetipso. Merito istum diem nunquam nobiscum hæretici Do-
natistæ celebrare voluerunt,quia nec vnitatem amant,nec Orientali ecclesiæ,vbi ap
paruit illa stellla,cõmunicant,nos autem manifestationem domini & saluatoris no-
stri Iesu Christi,quia primitias gentium delibauit, in vnitate gentium celebramus.
Tunc enim puer prius quam sciret vocare patrem aut matrẽ,sicut de illo fuerat pro
pheratum,accepit virtutem Damasci,& spolia Samariæ idest antequam per humanã Esaiæ.8
carnem humana verba proferret,accepit virtutem Damasci, illius, scilicet vnde Da-
mascus præsumebat. In diuitiis quippe ciuitas illa secũdum seculum florẽs aliquan- Damascus
do præsumpserat. In diuitijs autem principatus auro defertur, quod Christo Magi
supplicitur obtulerunt. Spolia vero Samariæ idem ipsi erant,qui eam incolebant. Sa- Samaria.
maria nãque pro idolatria posita est Illic enim populus Israel auersus a domino, ad
idola colenda cõuersus est,Debellaturus scilicet Christus gladio spirituali per vniuer
sum orbem regnum diaboli,hæc prima puer spolia idolatriæ dominationi detraxit,
vt ad se adorandum Magos cõuersos a peste illius superstitionis auerteret, & in hac
terra nondum loquens per linguam,loqueretur de cœlo per stellam, vt & quis esset,
& quo propter quos veniisset,nou voce carnis, sed virtute verbi, quod caro factũ est Ioan.1.
demonstraret. Hoc enim verbum,quod in principio erat deus apud deum, iam esset
caro factum est,vt habitaret in nobis,& ad nos veneret,& apud patrẽ manebat, sur
sum angelos non deserens,& deorsum ad se homines Per angelos colligens, & cœle-
stibus habitatoribus secundum verbum incommutabili veritate fulgebat,& propter
hoc gustum diuersorium in præsepi iacebat. Ab ipso in cœlo demonstrabatur stella,&
ipsum adorandum demonstrabat in terra. Et tamen infans tam potẽs, tam magnus
paruulus propter inimicitias.Herodis in Aegyptum portantibus parentibus fugit:
ita nodum sermone,sed factis iam suis mẽbris loquens,& tacitus dicens,Si vos per- Mat.10
secuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam. Mortalem quippe carnem in qua nos 1. Retr.59
præfiguraret gerebat,in qua erat etiã pro nobis opportuno tempore moriturus. Vn-
de a Magis illis non solum aurum honorandus,& thus adorandus,verumetiam myr
rham sepeliendus acceperat. Quales etiam fuissent pro eis nomine morituri, quam Mat.22.
innocentes,quam humiles,ostendit in paruulis quos Herodes occidit. Nam ex qui-
bus lex tota pendet & Prophetæ,etiam illum numerum præceptorũ significauit bi-
matus illorum. Iam vero quem non fecit intentum, quid sibi velit quod Magorum
inquisitioni vbi Christus nasceretur, Iudæi de scriptura responderunt, & ipsi cũ eis
non adorauerunt? Nonne hoc videmus etiam nunc,quando ex ipsis sacramẽtis qui- Exod.12.
bus eorum duritia subditur, nihil aliud quam Christus in quem nolunt credere
ostenditur? Nonne & quando occidit ouem in Pascha & mãducant, gentibus Chri-
stum demonstrauit,quem cum eis ipsi non adorant? Nam illud quale est, quod sępe
de testimonijs propheticis,quibus Christus prænunciatus est, quibusq; hominibus
dubitantibus,ne forte a Christianis illa conscripta sint,non adhuc futura, sed facta,
ad Iudæorum codices prouocamus,vt animos dubitantium confirmemus? Nonne
enim nunc Christum Iudæi ostendunt gentibus, quem nolunt adorare cum genti-
bus? Nos ergo charissimi,quorũ erant illi Magi primitiæ, nos hereditas Christi vsq; Roma.11.
ad terminos terræ,propter quos cæcitas ex parte in Israel facta est, vt plenitudo gen
tium intraret,cognito domino & saluatore nro Iesu xpo, qui propter nos consolan-
dos tunc iacuit in angusto diuersorio,nunc propter sublimandos sedet in cœlo, sic
eum annunciemus in hac terra,in hac regione carnis nostræ, vt non qua venimus Psal.58.
redeamus,nec prioris nostræ conuersationis vestigia repetamus. Hoc est enim quod
& illi Magi,non qua venerunt redierunt. Via mutata est, & nobis cœli enarrauerunt
gloriam dei, & nos ad Christum adorandum fulgens ex Euangelio veritas tanquam
de cœlo stella perduxit,& nos prophetiam in gente Iudaica celebratam,tanquam in-

dicium Iudæorum non nobiscum pergentium fideli aure percepimus,& nos,& regẽ & sacerdotem,& pro nobis mortuum Christum agnoscentes atque laudantes,iam in auro & thure & myrrha honorauimus,sup ereſt vt eum euangelizantes nouam viam carpamus,non qua venimus redeamus,adiuuante domino nostro Iesu Christo,qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Ser.33. In eodem festo: Sermo V.

CAusam dilectissimi & rationem solennitatis hodiernæ, sæpe vobis & euangelica narratio,& obseruantiæ consuetudo patefecit: nec necesse est ita nũc quæ inter Mat.2. saluatoris nostri humana primordia sunt gesta replicari, vt de splendore nouæ syderis,de Magis Magorũq; muneribus,de sæuitia Hærodis, & de interfectione infantiũ differamus,cũ sicut nostis & in stellæ fulgore dei gratia, & in tribus viris vocatio gẽtium,& in rege impio crudelitas paganorum,& in occisione infantium, cunctorum martyrum forma præcesserit.Sed quia in sacratissimo die reddendum expectationi vestræ est sacerdotalis sermonis officium,nitamur vt possimus adiuuante spiritu dei eo per intelligentiæ semitas peruenire,vt cognoscamus sacramentũ præsentis festi ad otium fideliũ tpa pertinere,nec vllo modo habeatur insolitum, quod in dispensationũ ordine adoratur antiquũ. Quãuis ergo ois aĩa xp̃iana nihil indignũ debeat de filij dei maiestate sentire,& transcensis incipientis fidei rudimentis,oporteat vnumquęq; ad sublimiora proficere,necesse est tamen infirmitatem mentis humanæ,dum verum hominem accepit xp̃m,de ipsa naturæ nostræ cõione fi epidare, & per initia vel incrementa corporea ad agnitionem vnius cum patre deitatis difficulter accedere.Sed vbi inter caligantes cogitationes radius supernæ lucis refulserit, cunctantes Philip.2. fidei moras splendor veritatis abrumpat,vt cor liberum & a visibilibus absolutum, lumen intelligentiæ tanquã lucẽ stella sequatur: quia sicut Apostolus ait, Dominus Iesus Christus in gloria dei patris est,vt quem venerabatur in cunis humiliter iacentem,ipsum sine differentia adoret cum patre regnantẽ. Hæc autem manifestatio dilectissimi,quæ hęsitantium nebulas dissoluit animarum,& ita facit innotescere dei filium,vt de hoc quod idem est etiam hominis filius,nihil patiantur obstaculi,ad præsentis festi pertinet dignitatem, & vera est in infantia saluatoris declaratio deitatis quando carnis sensus ab humanis ad diuina transfertur, vt quos deprimunt experimenta infirmitatum,erigant signa virtutum: quia tali auxilio & natura nostra indigebat & causa,vt reparare humanum genus nec sine maiestate posit humilitas, nec sine humilitate maiestas,Iam vero cum in singulorum fidelium profectibus, diuino Mat 5. rum eluceat custodia mãdatorum impleaturq; quod dictum est, Sic luceat lux vestra coram hoibus,vt videant opera vestra bona,& magnificẽt patrẽ vestrum qui in cęlis est: quis illic non pũtem intelligat deitatẽ, vbi verã vidit apparere virtutem: quæ Ioan.15 vtiq; sine deo nulla est,nec proprietatem obtinet virtutis nisi ipũ sui vegetetur autho ris. Dicẽte.n.discipulis suis dño,Sine me nihil potestis facere: dubium non est,hominem bona agentẽ,ex deo habere & effectũ operis, & initium voluntatis. Vnde & Philip.2. Apostolus copiosissimus fidelium cohortator. Cum timore,inquit,& tremore vestrã salutẽ operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari & pro bona Psal.67 voluntate. Et hæc sanctis causa est tremẽdi atq; metuendi, ne ipsis operibus pietatis elati,de serantur ope gratiæ & remaneant in infirmitate naturæ. Qui autem experiri cupit,an in ipso deus habiter de quo dicitur. Mirabilis deus in sanctis suis: ipse eo examine cordis sui interiora discutiat,& sagaciter quærat qua humilitate repugnet sup biæ,qua beniuolẽtia obluctetur inuidiæ,q̃ nõ capiatur adulantiũ linguis, quãq; bonis delectetur alienis,an p̃ malo nõ cupiat malũ reddere,malitq; multas obliuisci Mat.5. iniurias,q̃ imaginẽ & similitudinẽ sui conditoris amittere,qui oẽs ad cognitionẽ sui generalibus incitãs donis,pluit sup iustos & iniustos,& solẽ suum oriri facit sup bonos & malos: ac nẽ in multis laboret solicitę discretionis inspectio, ipsam matrẽ virtutũ oium charitatẽ in secretis suæ mentis inqrat: & si eã dilectionẽ dei & proximi 1.Cor.1. intentoq; corde repererit,ita vt etiam inimicis suis eadem velit tribui, quæ sibi ipsi Luc.17. tat impendi. Quisquis huiusmodi est,deum & rectorem & habitatorem sui esse non 1. Ioan. 4. dubiter quem tanto magnificentius recipit,quãto magis nõ in se, sed in dño gloriatur,qm̃ quibus dicitur,Regnum dei intra vos est: ipsi etiã aguntur illius spũ, cuius

208

regũtur imperio Scientes igitur dilectissimi,q̃ charitas deus est,qui operatur omnia in omnibus,sectamini charitatẽ,ita vt in vnum castæ dilectionis affectum vniuersorum fideliũ corda cõcurrant. Trãseuntia vos & vana nõ occupent,constanti desiderio ad ea q̃ semp sunt mansura tendamus. Sacramentũ.n p̃sentis festi oportet in nobis esse perpetuũ, qd utiq; sine fine celebrabitur si in oĩbus actibus nostris dñs xp̃s appareat,q viuit & regnat cũ patre & cũ spũsancto in secula seculorum,Amen.

In eodem festo. Sermo VI.

NVper celebrauimus diẽ quo ex Iudęis dñs natus est,hodie celebram' quo a Gẽtibus adoratus est: qm̃ salus ex Iudæis,sed hęc salus usque ad fines terrę. Nã & illo die pastores adorauerũt,hodie magi.illis angeli,istis aũt stella nunciauit. Vtriq; de cœlo didicerunt,cũ regem cœli in terra viderunt, vt esset gloria in excelsis deo,& in terra pax hominibus bonę voluntatis. Ipse est n.pax nostra,qui fecit utraq: unũ. Iam hoc infans natus atque annunciatus ostenditur lapis ille angularis,iam in ipso primordio natiuitatis apparuit. Duos ex diuerso parietes in se copulare iam cœpit, pastores a Iudæa,magos ab Oriente pducens, vt duos cõderet in se in vnũ hominẽ nouum,faciens pacem,pacem his qui longe,& pacem his qui prope. Ideoq; illi ipso die de proximo venientes,isti hodie de longinquo peruenientes,duos dies celebrandos posteris signauerunt,vnam tamen lucem mundi vtrique viderunt. Sed hodie de istis loquendum est,quos de remotis terris fides duxit ad xp̃m. Venerũt n.& q̃sierunt eum dicentes,Vbi est,qui natus est rex Iudæorum? Vidimus.n stellam eius in Oriẽte,& venimus adorare eum. Annunciant & interrogant,credunt & quærunt, tanq̃ significantes eos qui ambulant per fidem,& desiderant speciem Nonne alij regum Iudæorum iam toties in Iudæa nati erant? Quid est quod iste ab alienigenis in cœlo agnoscitur,in terra q̃ritur,in alto fulget,in humili latet? In Oriente Magi vident stellam,& in Iudæa natum intellexerunt regem. Quis est iste rex tam paruus, tam magnus,nondum in terris loquens,iam in cœlo edicta proponens? Veruntamẽ p̃ nos, quibus de scripturis suis sanctis innotescere voluit, ipsos ẽt Magos quibusdam clarum signum in cœlo dederat,& quorum cordibus se insinuatum esse reuelarat,Prophetis tñ suis de se credere voluit. Quærendo n.ciuitatem in qua natus erat quem videre & adorare cupiebant,necesse habuerũt percontari principes Iudęorum,vt illi de sancta scriptura,quam in ore, non in corde gestabat infideles fidelib' q̃entibus xp̃m comites fierent,cum ab eis audissent,quod visa stella eius venerint eum adorare cupientes,ipsi eos ad Bethleem Iudæ,quam de libris diuinis indicauerant,ducerent,pariter viderent,pariter adorarent? Nunc vero aliis demonstrato viæ fonte,ipsi sunt mortui siccitate,factiq; sunt eis tanq̃ lapides a miliario,qui viatoribus ambulantibus aliquid ostenderunt,sed ipsi solidi atque imobiles remanserũt. Magi q̃rebant vt inuenirent,Herodes q̃rebat vt perderet. Iudæi ciuitatem nascentis legebant,xp̃s uenientis non intelligebant. Inter Magorum pium amorem,& Herodis crudelem timorem illi euanuerunt Bethleem demonstrantes. xp̃m aũt qui ibi natus est,non nunc quæsitum, sed visum postea negaturi, nec nunc infantem,sed loquẽtem,postea negaturi. Fœlix potius infantium ignorantia quos Herodes persecutus est territus,q̃ istorũ scientia quos consuluit perturbatus. Illi p̃ xp̃o potuerunt pati, quem nondum poterant confiteri: isti docentis non secuti sunt ueritatem, cuius nascentis potuerunt nosse ciuitatem. Magos sane ad ipsum proprie locum vbi dei verbum infans erat. illa stella perduxit. Hic iam erubescat stultitia sacrilega,& q̃dam,vt sic dicam, indocta doctrina, quæ ideo putat xp̃m sub stellarum decreto esse natum, quia scriptum est in Euangelio,qñ natus est, stellam eius Magos in Oriente vidisse. Quod verum non esset, nec si homines sub decreto eiusmodi nascerentur, qui non ficut dei filius propria voluntate,sed naturæ mortalis conditione nascuntur. Nunc autem tm abhorret a vero sub stellato fato natũ esse Christum, ut nullos homines ita nasci credat quisquis recte credit in Christum. Sed de genituris hominum vanis homines loquantur quod insipienter opinantur, negent voluntatem qua peccãt, confingant necessitatem qua peccata defendant: perditos mores per quos in terra ab hominibus detestantur, in cœlo etiam figere conentur, & a syderibus mana-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

re mentiantur. Videat tamẽ vnusquisquisque eorum quemadmodum nõ vitam, sed familiam suam qualicunque potestate regendam putet, quandoquidem ista sentiendo seruos in domo peccantes verberare non sinitur, nisi prius deos suos in cœlo radiantes blasphemare cogatur. Christum tamen isti nec secundum suas vanissimas coniecturas, & non sane fatidicos, sed plane falsidicos libros ideo putent sub stellarũ decreto esse natum, quia eo nato stellam Magi in Oriente viderunt. Hinc enim potius Christus non sub dominatu eius, sed dominus eius apparuit, quia illa non in cœlo sydereas vias tenuit, sed hominibus quærentibus Christum viam vsque ad locum in quo natus fuerat demonstrauit. Vnde non ipsa Christum fecit mirabiliter vi uere, sed ipsam fecit Christus mirabiliter apparere. Nec ipsa Christi mirabilia decreuit, sed ipsam Christus inter sua mirabilia demonstrauit. Ipse enim natus ex matre de cœlo terræ nouum sydus ostendit, qui natus ex patre de cœlum terramq; formauit. Eo nascente lux noua est in stella reuelata, quo moriente lux antiqua est in sole velata. Eo nascente superi nouo honore claruerunt, quo moriente inferi nouo timore tremuerunt, quo resurgente discipuli nouo amore exarserunt, quo ascendente cœli nouo obsequio patuerunt. Celebremus ergo deuota solẽnitate & hunc diem quo cognitum xp̃m. Magi ex gentibus adorauerunt, sicut celebrauimus illum diem quo natum Christũ pastores ex Iudæa viderunt. Ipse enim dominus deus noster qui elegit Apostolos ex Iudæa pastores, per quos congregaret salutandos etiam ex gẽtibus peccatores.

Sermo. 35. In eodem festo: Sermo VII.

Mat. 2. Ephe. 2. DOmini & saluatoris nostri Iesu Christi aduentus in carne in ipso de virgine rudi eius ex ortu manifestari gentibus cœpit, cum ad eum adorandum Magi ab Oriente venerunt. Hic dies solennissimus debita sanctitate est factus ecclesiæ, maxime quę creuit ex gentibus, & singulari lapide alterum parietem structura vberiore cõpegit, vt illi pax nostra faceret vtraque vnum, ex circuncisione & præputio condens ecclesiam. Vnde & lapis angularis dictus est tanquam in se copulans ex diuersitate venientes, vt cõmutaret vtrosque in vno corpore deo, sicut Prophetica & Euangelica & Apostolica doctrina testatur. Nato itaque domino ex virgine, quem diem

Luc. 2. nuperrime celebrauimus, pastores admoniti secundum Lucam Euangelistam ad insantis verbi præsepe venerunt. Pastores autem illi Israelitę fuerunt. Ecce præsignatus est vnus paries, angularẽ lapidem de circuncisione præcurrens. Paucis diebus in

Mat. 2. de transactis, hodie Magi ab Oriente veniſſe creduntur, & illius paruuli magnitudinem cognouisse, quos Marthæus Euangelista commemorat. Ecce alius paries ex parte putij desperatione concurrens nos proprie figurauit, & diem nobis festum familiari lætitia germinauit. In cœlo enim videntes ignotissimam stellam, non ante paucos dies sed ante ferme biennium, sicut inquirenti Herodi patefecerũt. Vnde a bimatu & infra, secundum tempus, vt scriptum est, quod inquisierat a Magis. Hanc stellam secuti intelligitur admirati, cuius etiam esset consequenti reuelatione nosse meruerũt regis videlicet Iudæorum, eoq; nato cum & hoc eius gratia cognouissent, ad eum adorandum hodie occurrere potuerunt. Non vtique regi Iudęorum, qualis esse illic solebat, hunc tam magnum honorem longinqui alienigenæ & ab eodem regno prorsus extranei a se deberi arbitrabãtur, sed tamẽ natum esse didicerant in quo adorando se salutem, quæ secundum deum est, consecuturos minime dubitarent. Neque enim ętas erat saltem cui adulatio humana seruiret, non sub poplite sella regalis, non de membris purpura, non decapite diadema fulgebat, non pompa famulantium, non terror exercitus, non gloriosorum fama pręliorum hos ad eum viros ex remotis terris cum tãto voto supplicationir attraxerat. Iacebat in præsepi puer ortu recens, exguus corpore, contẽptibilis paupertate, sed magnum aliquid latebat in paruo, quod

3. Re. 10. Mat. 12 illi homines primitię gentium non terra portante, sed cœlo narrante didicerant, qui tam ex longinquo tam supplices ueniebant, & quod intuendo nõ videbant, promereri adorando cupiebant. Regina quędam Austri uenerat a finibus terrę audire sapientiam Salomonis, nec illa regni eius sublimitate, sed mentis luce commota. Verũtamen inerat in Salomone doctrina, quę uerbis eius lũgissime ac latissime matis ad discendum potuit studiosos animos excitare, proinde illa non latentem deum,

deum, sed loquentem hominem, non adorare venerat sed audire. Hic aũt qui donauerat illam sapientiã Salomoni, & erat virtus ac sapientia dei infirmitate carnis indutus, adhuc per pusillam ętatem tacebat in terris, & iã per amplissimam maiestatẽ clarebat in cœlis. Quid times Herodes? Quid maligna mente turbaris? Si salutẽ tuã sapias, ille natus est per quem regnũ dei videas. Quid sęuis? Quid occidis infantes? Quid ętatem innoxiam noxius insectaris? A gladio regis huius nemo erit crudelita-
te, sed pietate securus. Detestanda ergo regis Herodis insania, sed magis miranda Iudęorum stultitia, propter quos iudicandos dispositione diuina se a conspectu Magorum xp̃i q̃rentium parumper illa stella subtraxit. Apparuit nanq; vt locum in quo puer fuerat demõstraret. Poterat vtique index ẽt ciuitatis existere, sed qđ in Bethleẽ Iudæ xp̃s nasceretur, de libris sanctis interrogati Iudæi pferre debuerunt, parati ad legendũ cæci ad itelligẽdũ, duri ad credendũ. Hos ergo nos in uetustate literæ dimittamus, & ex eorũ adiuti codicibus adorandũ xp̃m cũ istis alienigenis agnoscamus. Item in eodẽ festo alius sermo factus ad frẽs in eremo, qui inter sermones ad eosdẽ habetur XLIII. Dñica intra octauas Epipha. dñi de baptismo xp̃i: Ser. I.

Sermo. 36 INtelligere possumus frẽs charissimi quantam gratiã xp̃o dño debeamus, qui uota votis accumulat, gaudia gaudiis multiplicat. Ecce n. adhuc exultam⁹ Christũ dominum natum, & iam eum lętamur pro salute humani generis baptizatum. Necdum ortus est eius expleta festiuitas, & iam baptismatis eius est celebranda solenitas. Vix natus est hominibus, & iam renascitur sacramentis. Hodie n. licet post multa annorum curricula consecratus est in Iordane. Ita ergo dispossuit dñs vt votis vota subiũgeret, hoc est, in vno eodemq; tẽpore & ederetur per virginẽ & per mysterium gigneretur, esseteq; continuata festiuitas carnis natiuitas atque baptismatis: vt quẽadmodũ tunc eum miramur in corrupta matre pgenitũ, ita & nunc suscipiamus illa pura vnda submersum. Et gloriemur in vtroque facto, quia filiũ genuit mater & casta est, & quia xp̃m vnda lauit & sctã est. Nam sicut est partũ glorificata post Marię castificatio, ita post baptismum aquæ est purificatio cõprobata, nisi qđ pene maiori munere q̃ Maria vnda ditata est. Illa. n. sibi tm̃ meruit castitatem, ista nobis contulit sanctificationẽ. Illa meruit ne peccaret, ista vt peccata purgaret: Illa ppria delicta a se repudiat, ista in se per dei grã aliena cõdonat. Illi est collata virginitas, isti donata fœcunditas. Illa vnum pcreauit & pura est, ista generauit plures & virgo est. Illa præter xp̃m nescit alium filium, ista cum xp̃o mater est populorum. Natalis ergo hodie alter est quodammodo saluatoris. Nam iisdem eũ signis, iisdem miracu-
lis cognoscimus gentium, sed nunc maiore mysterio baptizatum. Denique spũssanctus qui tunc illi in vtero affuit, modo eum in gurgite circũfulsit. Qui tunc Mariam Lucæ. I Matth. 3. castificauit, nunc fluenta sanctificat. Pater qui tũc obũbrauit in virtute, nũc clamat Lucæ. I in voce, & quasi maturiore consilio qui tunc vmbrã præstitit natiuitati, modo testimonium perhibet veritati. Ait. n. deus, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com Math. 3 placui. Præclarior plane est secunda q̃ prima natiuitas. Illa. n. sine teste silentio xp̃m genuit, ista cum diuinitatis pfessione dominum baptizauit. Ab illa se Ioseph qui Mat. I pater putabatur excusat, in hac se pater qui non credebatur insinuat. Ibi laborat suspicionibut mater, quia professioni deerat pater: hic honoratur genitrix, quia diuinitas filium protestatur. Honoratior, inquam, secunda q̃ prima natiuitas. Siquidem pater hic deus maiestatis inscribitur, illic Ioseph artifex æstimatur. Et licet in Mat. 13 vtraque dominus per spiritum sanctum & natus sit & baptizatus, tamen honorator est qui de cœlis clamat, q̃ qui in terris laborat. Ioseph ergo faber in terris pater putabatur esse domini Saluatoris, nec ab hoc opere deus qui vere est pater domini nostri Iesu Christi excluditur: Nam est & ipse faber. Ipse enim est artifex, qui hu-
ius mundi machinam, non solum mirabili sed etiam ineffabili potentia fabricauit. Tanquam sapiens architectus cœlum sublimitate suspendit, terram mole fundauit, maria calculis alligauit. Ipse artifex, qui in nostris moribus præcedit superflua opera, vtilia quæq; conseruat. Ipse est artifex, cuius securim ad radicem nostram posi-
tam Ioan. baptista comminatur, vt omnis arbor quæ normam iustę discretionis ex- Mat. 3 esserit, excisa radicibus tradatur incendio. Quæ autem mensuram veritatis habuerit, cœlesti fabricę deputetur. Hodie ergo baptizatur dominus in Iordane. Quale

Universidad de Deusto
Biblioteca

est hoc baptismum, vbi prior est fonte ille qui mergitur, vbi dum suscepti aqua diluit, non sordibus inficitur, sed benedictionibus honoratur? Quale, inquam, saluatoris est baptismū, in quo purgantur potius fluenta q̄ purgant? Nouo.n. sanctificationis genere xp̄m non tam lauit vnda q̄ lota est. Nam ex quo Saluator in aqua se mersit, ex eo oium gurgitum tractus cunctorumq; fontium venas mysterio baptismatis consecrauit. Et quisquis ibi in nomine domini baptizari voluerit, non tam illum mundi aqua diluit q̄ Christi vnda purificat. Saluator aūt ideo baptizari voluit, non vt sibi munditiam acquireret, sed vt nobis fluenta mundaret. Interea Magorum beata legatio perducta ad sacra cunabula radio desuper currente miratur, Iudæam præcedit Aethiopia peccati exuenda nigredine, & fidei induenda candore. Quam stupenda dignatio: Inter amplexus genitricis includitur, qui cœlum terramq; cōplectitur. In sinu matris latet, qui regnum patris excedit. Per simplex officium, spirituale reuelatur arcanum. Humanitas cernitur, & diuinitas adoratur. Exhibent aurum, thus & myrrham, plus in mysteriis q̄ in conscientiis offerentes. In auri munere regia dignitas, in thuris vapore diuina maiestas, in myrrhę specie sepelienda demonstratur humanitas, ac si trinitatem oblationum numerus loquitur, vnitatem deuotio unatestatur. Per hoc ergo peruigili intentione cordis cœlum semper studeamus aspicere, ad xp̄m cupimus peruenire. Dirigat ergo nobis semitas vitę, perfecta stella iustitiæ, q̄ dixit, Non apparebis in conspectu meo vacuus. Offeramus ei aurum fidei, pietatis aromata, castitatis holocausta. Spiritalem quoq; myrrham habeamus in nobis, quæ ita animas nostras condiat, ut illæsas a peccati corruptione custodiat, quod ipse præstare dignetur, qui viuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Exo. 23

In eadem dominica, Sermo LII.

Sermo. 37. Licet, frēs dilectissimi, de solēnitate diei huius veterum sit diuersa traditio, una tamen sanctæ deuotionis est fides. Et quanquam nonnulli hodie dīm nostrum Mat. 2 sum Christum stella duce venientibus ab Oriente Magis ęstiment adoratum: Alii aūt asserant eū aquas in vina mutasse: Quidā vero baptizatū illū a Ioanne cōfirmēt Ioan. 2. in oibus dei filiꝰ creditur i oibꝰ est vera festiuitas. Nā q̄d Magis utiq; gentibus & ado Mat. 3. rare dominum & munera offerre cōceditur, gentium est præfigurata uocatio. Quōd Magi quid p̄figurāt. aquæ vero transformantur in vinum, religionis nostrę designatur arcanum. Quōd Aquæ i uinū trāsformata qd. vero fluentis Iordanis baptizatur Iesus, aquæ nostro baptismati consecrantur. Oportet itaque charissimi, vt aliqua nunc de ipso baptismate sanctitati vestræ prout Baptisma xpi qd. dominus donauerit proferamus, vt simul & humilitatem. Saluatoris nostri, & mysteriorum gloriam cognoscatis. Prædicabat in deserto Ioannes baptismum pniæ popu- 139 C lo, in remissionem peccatorum, non quo crimina cōmissa deleret, sed quo emēdaret 138 errantes. Nam remissio peccatorum Christi gratiæ seruabatur. Cōfluebat ergo Iordanem desiderio lauacri diuersorum copiosissima multitudo, quorum erant tā sce- 1 lerati actus, vita tam perdita, vt eos venerabilis Baptista viperino semini cōpararet. Psal. 103. Inter huiusmodi homines ille virtutum cœlestium dominus, ille qui respicit terram & facit eam tremere, Christus Iesus, non dedignatur humilis & quietus ad seruuli sui baptismum properare. Sed quid mirum de mansuetudine, si se prophetæ mani- bus inclinauit, qui se ab inimicis suis passus est crucifigi? Quo properante ad fluIoan. 1. uium, talem Ioannes circunstantibus turbis erupit in vocem, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi: hoc est dicere, Cessate iam, cessate a baptismo meo quo pniam incœpit: Ecce baptista per quem crimina dimittuntur, desinite vlterius a conseruo vestro baptizari velle, præsens est dīs oium nostrum qui baptizat ad vitam. Illum sequimini, illi credite, ab illo lauacrum salutis tota mente supplices postulate, a quo & ego ipse baptista vester cupio baptizari. Nō renuit quidē Iesus testimonium vocis huius, sed qui per ordine vellet vniuersa cōplere, nihilominus baptizari se expetit. Mat. 3. Io. & baptista deuotus baptizandi sui potentia tremefactus ait: Ego a te debeo bapzari, & tu venis ad me? 1. q̄m ego creatura sum, tu creator. Ego seruus, tu dīs: Ego figura, tu ueritas. At Iesus ait, Sine mō. Sic.n decet nos īplere oēm iustitia. 1. qd nisi M ista cōmemoras, propositum suscepi humilitatis, implendum est. Tunc ille quippe M Xps ctba ptizatus. sumere formidabat, velociter paruit præcipientis imperio. Baptizatur ergo Iesus non sibi, sed nobis. Baptizatur vt non purificetur aquis sed ut aquas ipse sanctificet

Baptizatur nouus homo ut noui baptismatis constituat sacramentum. Aperti sunt, inquit, ei cœli. Aestimo vt in cœlestibus esset miraculum de his quę gerebantur in terris: sicut ait scriptura, In quem concupiscunt angeli prospicere. Quo.n. poterant 1.Pet. 1. non mirari virtutes cœlorum & dominationes, Cherubin & Seraphin, cum viderēt dominum sabaoth in fluuio a Ioanne baptizari? Vt aūt Ioannis testatio ēt cœlesti Luc. 3. testimonio confirmetur, vidit spiritum sanctum corporali specie, quasi colūbam descendentem & manentem super Iesum. Audiuit & patrem dicentem, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi coplacui bene. Aduertite dilectissimi frēs quanta nobis in baptismate domini nostri Iesu Christi patefacta sit gratia, q̄ subtili sacramēto trinitas se homini reuelauit. Pater.n. auditur in voce, filius manifestatur in hoīe, spiritus sanctus dignoscitur in colūba. Quām mirifico aūt mysterio noster Iesus Christus vel tactu corporis sui, vel transitu gloriæ sue omnem ad momentum creaturā sanctificat, viuificat & illustrat. Aquas.n. consecrat dum baptizatur, terram sanctificat dum sepelitur, mortuos suscitat dum resurgit, cœlestia glorificat dum ascendit in cœlum & sedet ad dexteram patris.

In eadem dominica de Trinitate & columba: Sermo III.

Sermo. 38 QVamuis frēs in huius exilii ærumnosam cęcitatem pro originalis peccati iustissima pœna a gaudio beatæ fœlicitatis deiecti simus, non tamen ita in de præcisi atque abrupti sumus vt non etiam in istis mutabilibus æternitatem, veritatem, beatitudinem quærere uel desiderare ignoremus. Quod ex eo perspicuum est, q̄ nec mori, nec falli, nec miseri esse voluntatem habemus: vnde ex naturali instinctu beatos esse velle, qui est oibus licet diuerso modo, in animis singulorum beatitudinis appetitus fiat. Quidam n. beatū existimant esse regno potiri terreno, alii diuitiis abundare, alii honoribus exaltari: Quidam vero laudibus celebres esse gaudent, alij voluptatibus inhiant carnalibus. Sed nequaquā in huius vitæ vobilitate vera inueniri poterit beatitudo. Quocirca tota sancta series scripturarum nos a terrenis ad cœlestia erigi adhortatur, vbi vera & sempiterna est beatitudo, ad quam nisi per fidem catholicæ pacis cooperante charitate dei & proximi neminem peruenire certissimum est. Denique ad veram beatitudinem peruenite volentibus, primo oium fides necessaria est: sicut Apostolica docet authoritas dicens, Sine fide Fides necessaria ad impossibile est placere deo. Constat ergo neminem ad veram peruenire posse beatitudinem, nisi deo placeat, & deo neminem posse placere nisi per fidem. beatitudinem. Fides namque est bonorum omnium fundamentum. Fides est humane salutis ini- Hebr. 11 tium. Sine hac nemo ad filiorum dei consortium potest peruenire, quia sine ipsa nec in hoc seculo quisquam iustificationis exequitur gratiam, nec in futuro vitam possidebit æternam. Et siquis hic nō ambulauerit per fidem, non perueniet ad spēm 2.Cor. 5 beatæ visionis domini nostri Iesu Christi. Proinde omnis anima rationalis ætate cōgrua discat fidem catholicam, maxime populi prædicatores Christiani, & ecclesiarū dei doctores, vt possint veritati contradicentibus resistere, & catholicam amantibꝰ pacem prodesse. Quomodo.n. docet quis quod non didicerit, uel qualiter pastor esse poterit si pane vitæ gregem sibi commissum pascere ignorat? Non erubescat discere nesciens quod ignorat, nec sciens tardus sit docere quod nouit. Sciat vterque suo domino acceptæ pecuniæ rationem se reddituros: Tunc desiderabilem fidelis seruus audiet vocem domini dicentis, Euge serue bone & fidelis quia super pauca fui- Mat. 25 sti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Omnis itaque scriptura ueteris ac noui testamenti diuinitus inspirata si catholice intelligitur, hoc insinuat, q̄ pater & filius & spiritussanctus unus sit deus, eiusdem substātiæ vniusq; essentiæ, atque inseparabilis in diuinitate vnitas. Ideoq; non sunt tres dii sed unus deus, pater & filius & spiritussanctus. Quanuis pater filium genuerit & ideo filius non sit qui pater est, filius a patre sit genitus, & ideo pater non sit qui filius est: spiritus sanctus nec pater sit nec filius, sed tm̄ patris & filij spūs, patri & filio ēt ipse coRoma. 11. qualis & ad trinitatis ptinēs vnitatē. Et hæc trinitas vnus deus est ex quo oia, p'quē 1.sen. d.2. oia, & i quo oia beato Paulo attestāte vbi ait, Q̄m ex ipo & p ipm & in ipso sunt oia c.omnes. ipsi gloria in secula seculorum, Amen. Teneamus igitur firmissime patrem & filium & spiritum sanctum unum esse naturaliter deum, neq; tamen patrē ipsum esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui filius est,nec filium ipsum esse qui pater est,nec spiritum sanctum ipsum esse qui
pater est aut filius. Vna est enim patris & filij & spiritussancti essentia, in qua non est
aliud pater,aliud filius,aliud spiritussanctus,quāuis psonaliter alius sit pater, alius
Gene.1. filius,alius spūssanctus. Quod nobis maxime in ipso sanctarum scripturarum initio E
1. sen.d.2. demonstratur,vbi deus dicit,Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem no
c propona stram. Cum enim singulari numero dicit,Imaginem, ostendit vnam naturā esse ad
mus. ad cuius imaginem homo fiebat,non vnam esse personam. Si enim illa vna essentia
patris & filij & spiritussancti vna esset persona, non diceretur ad imaginem nostram
sed ad imaginem meam: nec dixisset,faciamus,sed faciam. Si vero in illis tribus per-
sonis tres essent credendæ vel intelligendæ substantiæ non diceretur ad imaginem
nostram,sed ad imagines nostras. Sed ad vnam imaginem vnius dei homo fa-
ctus dicitur,vt vna sanctæ trinitatis essentialiter diuinitatis intimaretur. Hāc quoq;
Esa.6. trinitatem personarum atq; vnitatem naturæ propheta Esaias reuelatā sibi non ta-
cuit,cum se dicit Seraphin vidisse clamantia: Sanctus sanctus sanctus dominus deus
sabaoth. Vbi prorsus in eo quo dicitur ter sanctus personarū trinitatem, in eo vero
quod semel dicitur,dominus deus sabaoth diuinæ naturæ cognoscimus vnitatem.
Plane ergo & absq; omni dubitatione credendum est patrem & filium & spiritū san-
ctum vnum esse deum omnipotentem,æternum,incōmutabilem,& singulis horum
deus,& simul omnes vnus,& singulus horum deus,& simul omnes vnus,& singulus
quisq; horum plena & perfecta æterna substantia,& simul oēs vna substantia. Quia
quicquid est pater quo deus est,quo substantia est,quo æternitas est, hoc filius, hoc
spiritussanctus. Ita etiam quicquid est filius in eo quod deus est,quod substantia est,
quo æternitas est: hoc pater, hoc spiritussanctus est. Et qcquid est spūssanctus in eo
quod deus est,quo substantia est,quo æternitas est, hoc pater est & filius. Vna ergo
in tribus diuinitas,vna essentia,vna oipotentia,& quicquid substantialiter potest di
ci de deo. Si forte de solo patre interrogatus fueris. Quid sit pater? Respondeo,deus.In
terrogatus de filio: Respondeo,deus. Interrogatus de spiritu sancto: Respondeo,deus.
Si interrogatus fueris simul de patre & filio & spiritusancto, non deos, sed deum re-
spondeo vnum,ommipotentem,incommutabilem. Sciendum est vero ꝙ quædam de
deo substantialiter dicuntur,vt deus est magnus,omnipotens,& quicquid ad se dici-
tur,i. substantiam diuinitatis significans. Quedam vero relatiue dicuntur,vt pater
ad filium,filius ad patrem,& spiritussanctus relatiue ad patrem & filiū, ad se aūt siue
pater siue filius siue spiritussanctus deus dicitur. Itaq; pater eo qđ deus est, hoc ipso
substantia est, quia eiusdem substantiæ proculdubio & filius deus & spūssanctus
deus. At vero deus eo quod pater est relatiue,dicitur,quia non substantiæ nomē est,
sed refertur ad filium deum esse. Nec ita dicimus filium patrē esse, sicut dicimus deū
deus substantialiter dicitur,pater vero & filius & spūssanctus relatiue dicitur. Sicut
enim relatiue pater & filius dicūtur,ita & spūssanctus ad patrē & filiū quodāmodo
relatiue dicitur,quia patris & fili spiritus est. Sed ipsa relatio spūssancti non ita reci-
proca ratione conuertit poterit sicut pater & filius. Nam pater filij pater dicitur,& fi-
lius patris filius dicitur,spūs vero sctūs vniformiter dicitur ad patrem & filium,quia
patris & filij spūs est. Dicimus.n. spm sctūm spiritum patris,sed nō vicissim dicimus
5. de Tri. patrē spūssancti,ne filius eius intelligatur spūsctūs. Itē dicimus spiritum sanctū spi-
ca 11. ritum filij,sed non dicimus filiū spūs sancti, ne pater eius intelligatur spūssanctus.
Dicitur & idē spūs donū dei,quia donator est deus doni sui. In quibus noibus circū
ferri pōt vicissim relationis regula,vt si dicamus donator doni,& donum donatoris
quia in his vocabulis potuit inuentri vsitata huic cathegorię quæ dicitur ad aliquid
circūlatio. Ergo hoc donū dei,i. spūssanctus qui de patre & filio æqualiter procedit,
ineffabilis quædā patris filijq; coio est. Et iō fortasse sic appellatur, quia patri filioq;
pōt eadē appellatio cōuenire. Nā hoc proprie dicitur quod illi communiter dicuntur
qa & pr spūs & filius spūs recte dicitur. Ergo vt noibus iunctis quæ separatim vtriq;
personæ cōueniunt,vtriusq; coio proprie significetur, vocatur spūssanctus, quę est
tertia in scta triuitate persona patri & filio per oia æqualis,coeternus & consubstan-
tialis. Et hęc trinitas vnus est deus solus,bonus, magnus, æternus,omnipotens,sic
se sibi vnitas,deitas,magnitudo,bonitas,omnipotentia,& qcquid ad se substātialiter
dicitur.

dicitur. Non ita in relatiuis vocabulis intelligendum est vel dicendum,quia dici non
potest pater sibi pater,vel filius,vel spiritussanctus sibi spūssanctus,sed hæc relatiua
vocabula ad aliam proculdubio personā referri debent. Quicquid ergo ad se dicun-
tur pater & filius,non dicitur alter sine altero,ideſt quicquid dicūtur quod substan
tiam eorum ostendat,simul dicuntur. Si hæc ita sunt, iam ergo nec pater est deus si-
ne filio,nec filius deus sine patre ideſt non ita dicitur deus pater quasi filius non sit
deus,nec filius ita dicitur deus quasi pater non sit deus,sed ambo simul deus, etiam
& vnus deus. Quocirca quicquid secundum substantiam vel æternitatem de eis di-
ci potest,ambo simul sunt,vt quod dē filio dicitur,deus de deo,lumē de lumine,am-
bo simul lumen,sed non pater deus de deo,nec lumen de lumine, sed filius deus de
deo,& lumen de lumine,ambo tamen simul & semper vnus deus & vnum lumen. Sic
etiam de aliis appellationibus quę secundum substantiam dicuntur,ideſt, quod si-
mul ambo sunt dici debet,vt omnipotēs,magnus,bonus,æternus & cætera, quæ ad
se dicuntur. Quod si ita est,hoc solum de eis dici non potest illud de illo quod simul
ambo non sunt: sicut verbum de verbo dici non potest, quia non simul ambo ver-
bum,sed solus filius,nec imago de imagine,quia non simul ambo imago,sed solus fi
lius imago,nec filius de filio,quia non simul ambo filius,nec pater de patre,quia nō
simul ambo pater. Et ideo quod Euangelista ait, Et verbum caro apud deum,multū Ioan.1.
est vt sic intelligatur,verbum quod solus est filius, erat apud deum quod non solus
est pater,sed pater & filius simul deus. In quo perfecte intelligitur, ꝙ non præcessit
genitor illud quod genuit. Et quod ipse in Euangelio ait, Ego & pater vnum sumus. Ioan. 10.
Vnum sumus enim id est quod ille,hoc & ego,secundum essentiam non secundum
relatiuum. Quod dicimus lumen de lumine, non duo lumina intelligenda sunt vel
separatio luminis,sed intelligendum est ꝙ filius effulgentia æterna luminis est æter
ni,sicut imago sempiternæ substantiæ sempiterna est imago. Exempli gratia: Si quæ
ris,quid sit Abraham iuxta substantiam: Respondetur homo,Si quæris de Abraham
cur pater sit: Relatiue respondetur,quia filium habet Isaac. Si quæris de Isaac cur sit
filius: Relatiue respondetur,quia patrē habet Abraham. Omnis uero relatio ad ali-
quid aliud refertur,Et hæc regula relationis in personis sanctę trinitatis intelligenda
est. Si ergo interrogatus fueris de deo,cur dicatur pater; Relatiue respondeo quia ha-
bet filium. Ita etiam de filio respondeo,relatiue ideo esse filium quia habet patrem, Si
ergo dictum de deo tibi fuerit,qūo pater hoc est quod filius,aut filius hoc est quod
filius aut filius hoc est quod pater? Respondeo secundum substantiam hoc est filius
quod pater,hoc pater quod filius,quia unus est deus & una substantia pater & filius.
Ad se enim deus substantialiter dicitur: Ad patrem filius, uel pater ad filium relati-
ue dicitur. Iuxta personæ proprietatem non est pater qui filius, nec filius qui pater,
iuxta substantię unitatem hoc pater quod filius ideſt deus vnus omnipotens, Quic-
quid ergo ad seipsum dicitur deus, & de singulis personis dicitur de patre & filio &
spiritu sancto,& simul de ipsa trinitate non pluraliter,sed singulariter dicendū est:
quoniam quippe non aliud est deo esse & magnum esse vel aliud esse,& aliud bonum
esse,sed hoc idem est idem illi esse & magnū esse & bonum esse, propterea sicut non
dicimus tres deos,nec tres essentias,sic non dicimus tres magnitudines, nec tres bo
nitates,sed vnum deum,unam essentiā & unam magnitudine & unā bonitate: Absq;
omni scilicet dubitatione credi necessarium est,ꝙ pater plenus deus & perfectus est
filius plenus & perfectus est deus,spiritussanctus plenus & perfectus est deus: non ta
men tres dij pater & filius & spiritussanctus,sed unus deus plenus & perfectus,nec ali
quid maius tres simul dici pater & filius & spiritussanctus,quā unus quilibet uel pa
ter uel filius uel spiritussanctus: quia eadem natura est in unaquaq; persona simul
dicta quæ est in tribus personis simul nominatis. Non ita dicimus in hominibus fie
ri posse: Abraham plenus homo,Isaac plenus homo,Iacob plenus homo,& hi omnes
unius substantiæ quantum ad humanam pertinet naturam,non tamen hi tres unus
homo,sed tres omnimodis homines,& aliquid maius in tribus cognoscitur quā in quo
libet uno eorū,Itē Abrahā unus homo,nō tñ tres personę in eo,sicut in uno deo tres
personę plenæ & perfectę,Sed una persona in Abrahā, sicut in uno solet homine esse.
In deo aūt nihil secundū accidēs dicitur,quia nihil in eo mutabile,nec tamen omne

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod de deo dicitur secundum substantiam dicitur, vt in superioribus diximus. Quãuis enim dicitur pater ad filium, filius ad patrem secundum ad aliquid, non est tamen accidens patri patrem esse, nec filio filium esse: quia & ille semper pater: & ille semper filius: quia æternitas & incommutabilitas negat alicuius accidentis in deo instabilitatem, quia omne accidens secundum tempus vel esse vel non esse potest vel potuit vel etiam poterit, quia pater nunquam non pater, filius nunquam non filius, nec cœpit vnquam pater esse pater, nec filius esse filius, Quod si aliquando cœpisset pater esse pater, vel filius esse filius, vel desineret esse quod erat, secundum accidẽs diceretur pater vel filius. Si vero quod dicitur pater ad seipsum dicretur non ad filium & quod dicitur filius ad seipsum diceretur non ad patrem, secundum substantiam diceretur: Sed pater nondicitur pater nisi ex eo quod est ei filius, & filius nõ dicitur filius nisi ex eo quod habet patrem. Non ergo secundum substantiam vt dictũ est in prioribus, quia nõ quisq; eorũ ad seipsum, sed ad se inuicem atq; ad alterutrũ ista dicuntur: Neque secundum accidens, quia & quod dicitur pater & filius, æternũ atq; incõmutabile est eis. Quãuis enim alius sit pater, alius filius, non est tamen diuersa substantia patris & filij, quia hæc non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relatiuum, quod tamen relatiuum non est accidens, quia nõ est mutabile. Cũ itaque tantus solus est pater vel solus filius vel solus spiritussanctus, quantus est simul pater & filius & spiritussanctus, nullo modo triplex dicendus est deus, quia non est quo crescat illa perfectio summæ trinitatis. Perfectus autem siue pater siue filius siue spiritussanctus, & perfectus deus pater & filius & spiritussanctus, ideo trinitas potius quam triplex dicenda est: habent singulę in trinitate personę aliquid proprium quod inseparabili ęqualitate aliquam in se ostendant proprietatem. Pater solus pater, & filius solus filius, & spiritussanctus solus spiritussanctus. Et pater hoc habet proprium, quod ex omnibus quæ sunt solus est, quia ab alio non est, ac per hoc solus est in paternitatis persona, non in diuinitatis essentia. Vnigenitus vero dei filius hoc habet proprium, ꝙ ex solo id consubstantialiter, id est, patre, & coessentialiter solus genitus est, & in hoc personæ suę proprietas. Spiritus sanctus autem hoc habet proprium ꝙ ex patre & filio ęqualiter procedit, & est amborũ spiritus eiusdemq; substãtiæ & æternitatis cum patre & filio. Sed hæc tria vere etiam tria sunt ineffabiliter, quæ tria & essentialiter tria habentia proprietates suas: & hæc tria vnum & vere vnum: & hoc vnum tres, sed non tres patres, nec tres filij, nec tres spiritussancti. sed tres personæ: Vnus pater, vnus filius, vnus spiritussanctus: & hi tres, id est, pater & filius & spiritussanctus vnũ sunt in natura, omnipotentia & æternitate. Sed hoc etiam atque etiam firmiter tenendum est, nihil in sancta trinitate ad se dictum, plurali numero esse dicendum: quia simplex illa diuinitatis summæ natura singulari numero dici debet nõ plurali: ac ideo non tres deos nec tres omnipotens, nec tres bonos, nec tres magnos, nec tres essentias in deo dicere fas est. Cum enim personaliter alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, his tamen vnum est naturæ nomen, quod dicitur deus vel substantia vel essentia vel omnipotentta, vel alia multa quæ substantialiter non relatiue de deo dicuntur. Indubitanter siquidem credere debemus ipsam sanctam trinitatem esse inseparabilis substantiæ, essentię, inseparabiliterq; operari quicquid a singulis personis legimus operatum esse. Quamuis enim certissimum sit patrem esse solum qui dixit, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: & filium esse solum super quem illa vox solius patris sonuit, quando in Iordane secundum Ioannem baptizatus est, idẽ vnigenitus deus q carnẽ solus accepit, & spirituũsctũm patris & filij solũ esse, q in spẽ columbę sup eũ baptizatũ ascendentẽ de aqua descẽdit, & quinquagesima die post resurrectionẽ xpi fideles in vno loco positos in linguarũ ignearũ visione aduenięs repleuit: illam tamen verissime vocẽ qua solus hõ factus est vnigenitus deus, & illam columbam in cuius specie spiritussanctus super Christum descendit, illasq; linguas igneas in quarum visione fideles in vno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctæ trinitatis, id est, vnius dei qui fecit in cœlis & in terra visibilia & inuisibilia, riſsime credendum est. Deus ergo per immensitatem naturæ suæ totam creaturam suam & implet & continet: ac per hoc totum quicquid est implet pater, totum filius

Matth. 3.

Act. 2.

totũ spiritussanctus, quia pater & filius & spiritussanctus naturaliter vnus est deus. Inseparabilis ergo naturæ vnitas non potest separabiles habere personas. Hæc vero summæ diuinitatis atque indiuiduæ vnitatis natura quæ est sola vbiq; tota, sicut, vbique inseparabilem habet vnitatẽ naturæ vel operis, sic separationem non potest accipere personarum. Nominantur quidẽ illę personæ aliquando singulæ. Sed ita se voluit ipsa deus trinitas inseparabilem ostendere in personis, vt nullum ibi nomen sit in qualibet persona quod ad aliam secundum relationis regulam non referatur. Sicut pater ad filium, vel filius ad patrem, vel spiritussanctus ad patrem & filium verissime refertur. Ea vero nomina quæ substantiam vel potentiam vel essentiam dei significant, vel quicquid propriæ ad se dicitur deus, omnibus personis æqualiter conuenit, vt deus magnus, bonus, æternus, omnipotens, & omnia quæ naturaliter de deo dicuntur. Non est ergo aliquod naturę nomen quod sic patri conuenire possit vt aut filio aut spiritui sancto conuenire non queat. Deus enim pater naturaliter est deus, æqualiter & filius & spiritussanctus. Idcirco inseparabilis est sancta trinitas in personis sensu intelligenda, quãuis in voce separabilia habeant nomina, quia pluralem numerum in naturæ nominibus nullatenus recipit. In hoc ostenditur personas non posse diuidi in sancta trinitate, quia cuiuslibet personæ nomen semper ad alterum recipit personam. Si patrẽ dicis filium ostendis, si filium nominas patrẽ prædicas, si spiritum sanctum appellas, alicuius esse spiritum necesse est intelligas, id est, patris & filij. Et hoc regulariter tenere debemus, ꝙ omnis naturæ nomina vel essentiæ, sicut in vna persona singulariter, sic etiam semper in tribus singulari nõie dici debent Siquis vero minus est in talibus exercitatus mysterijs summæ trinitatis, votis agat apud deum vt intelligat quæ dei sunt, nõ mecũ quærelis quod ea scripsi quæ in sanctorum dictis doctorum legebam. Sciendum vero est ꝙ per omnia idem est patrem dicere & ingenitum, quia & filium nõn genuisset nisi perhiberet eum dici ingenitum, quia dum dicitur ingenitus, non quod sit, sed quod non sit ille, de quo dicis ingenitus significatur. Pater itaque scdm affirmationẽ, ingenitus secundum negationem dicitur. Negatur itaq; eum esse genitum de quo hoc dicitur: nectñ aliquid eum genuisse significatur dum dicitur ingenitus. Patrẽ itaq; dum dicimus, significans eum filium genuisse, quia filius proprie de eo genitus dicitur, quia patrẽ habet qui eum genuit. Sed non inter patrẽ & filiũ diuisio vel scissio, quia alter in altero est: sicut in Euang. legimus ipsum dñm dicentem, Ego in patre & pater in me est. Vnus ab vno genitus, perfectus a perfecto. Plenitudo diuinitatis in vtroq;, nihil differens alter ab altero, quia vita a viuẽte est filius a patre, sicut ipse ait, Sicut pater habet vitã in semetipso, sic talẽ filiũ genuit, qui vitã haberet in semetipso. Spũs siquidẽ sctus nec ingenitus nec genitus alicubi dicitur, Ne si ingenitus diceretur sicut pater duo patres in sctã trinitate intelligerentur, Aut si genitus diceretur sicut filius, duo aũde filij in eadẽ æstimarentur esse sctã trinitate. Sed tñmodo procedere de patre & filio salua fide dicẽdus est. Qui cũ non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandã creaturã, sicut quidã male intelligentes credẽdũ esse putabãt, sed simul de vtroq; procedit, quia pater talem genuit filium, vt quẽadmodũ de se, ita & de illo quoq; procedat spũs sctus. Decẽ sunt genera locutionis, quibus hoies suos sensus solent inter se conferre. Nõ de illis dico, quas grãmatici partes orationis vocant, sed de illi quas philosophi Græce categorias, Latine prædicamenta appellare solent. Quæ quidẽ sic nominatur: Substãtia, qualitas, quãtitas, ad aliquid, quod genus locutionis relatiuũ dicitur. Item habitus, situs, tps, locus, facere pati. Hęc sunt igitur cautæ locutionis nostrę. Aut. n. de substatia cuiuslibet rei loquimur, vel de quantitate id est, magnitudine, aut etiam de qualitate, in quo genere locutionis bonos dicimus qui boni sunt. Aut vero ad aliquid, id est, dum personæ quælibet inter se conferuntur, vt dominus non dicitur nisi seruus intelligatur, nec iterum seruus nisi respiciatur ad dominum. Item de habitu animi vel corporis, aut de situ in quo considerabitur stare, sedere, iacere. De loco & tempore, id est, quid in quo loco vel tempore fiat. Item quis quid faciat vel patiatur sæpe loquela nostra ostẽdit. His ergo oĩbus modis, solet sancta scriptura de eo loqui, sed aliter proprie, aliter translatiue, aliter relatiue. Proprie deus dicitur substantia vna, summa, ineffabilis, quę semper

Ioan. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem est quod est, quia nihil ei accedens uel recedens inesse poterit, quæ semper est, quia semper immutabilis. Item deus magnus dicitur, non autem magnitudine, nisi qua ipse magnus & immensus. Ea igitur magnitudine magnus est, qua ipse eadē est magnitudo, & ea bonitate bonus quæ ipse est. Nec deo aliud est esse, aliquid magnū esse, aliud bonum esse, sed eo quo magnus est & bonus est, ideo nec tres substantias, nec tres magnos, nec tres bonos de deo dicere fas est. Quod autem facere dicitur, de

Ioan. 5 deo verissime dicitur, per quem omnia facta sunt, domino dicente, Pater meus vsq modo operatur & ego operor. Hęc quippe in prædicamentis supra nominatis de deo dicuntur, si tamen proprie de illo aliquid dici ore hominis potest. Relatiue autem de de deo dicitur pater & filius & spiritus sanctus, sicut supra abūdanter docuimus. Si

Psal. 79 tus vero & habitus & loca & tempora & pati non proprie, sed translatiue per similitudines dicuntur in deo. Nam & sedere super Cherubim dicitur, quod ad situm: Et aby ssus tanquā vestimentum amictus eius, quod ad habitum: & anni non deficient,

Psal. 103. Psal. 101 quod ad tempus: & si ascendero ad cœlum tu illic es, quod ad locum pertinet. Dicitur & de deo: Pœnitet me hominem fecisse: vel etiam, Laboraui sustinens: Neque u-

Psal. 138 aliquid deus patitur quantum ad eius substantiam pertinet, quia deus est, quia in-

Gene 6 commutabilis & impassibilis substantia est: dum aliæ omnes substantiæ capiunt ac

Hiere. 6. cidentia quibus in eis fiat uel magna uel quantacunque mutatio, deo autem eiusmodi aliquid accidere non potest, & ideo sola est incommutabilis substantia uel essentia quæ deus est, cui, pfecto ipsum esse vnde essentia nominata est maxime ac verissime competit. Cui soli optime id cōgruit nomen, quod Græci dicunt on, Latini est:

2. Cor. 1 sicut Apostolus ait, Non est in illo est. Iam vero sublimitas huius tam arduæ disputationis respirare aliquantulum dictantem admonet, vt liberiori sensu ea quę deinceps dicenda sunt ingrediatur explanare. Omnis itaque sanctorum authoritas librorum hoc nobiscum agit vt recte de deo credamus, eumq; tota animi intentione amemus: Sed acies mentis humanę inualida est ad aspiciendam diuinæ maiestatis excellentissimam lucem, nisi iustitiæ fidei & dilectionis diuina donante gratia illustretur splendore: quapropter diuina votis omnibus postulanda est gratia vt mundetur oculus cordis ad videndum q̄ proprie trinitas sit vnus & solus & verus deus, & ꝙ recte pater & filius & spiritus sanctus unius eiusdemq; substantię uel essentię dicatur, credatur, intelligatur. Ad huius sacratissimæ beatitudinis visionem nemo nisi per

Matth. 5. fidem mundato corde attingere poterit, dicente ipsa veritate, Beati mūdo corde qm ipsi deum videbunt. Hæc vero visio non carnalibus æstimanda est oculis cerni posse, sed puræ mentis intuitu consideranda est, secundum quod sancti spiritus gratia nostræ mentis aciem illustrare dignabitur. Eorum igitur quæ sunt vel fuerunt vel futura sunt, causa est deus, & eorum dator est & creator: & non est dicere, hoc est ipsum quibus vt essent dedit. nec alicui creaturæ partem suæ substantiæ dedit, & cum ipse sit immutabilis, mutabilia sine sui mutabilitate creauit. Ideo in illo hymno laudabili, quem peracta cœna mystica coram discipulis in laudem patris dei filius de-

Ioan. 17. cantauit, non dixit de fidelibus suis, vt vnum sint nobiscum: sed, vt unum sint in nobis: qua diuersa substātia est creator & creaturę. Nec etiam dixit: Ego & ipsi unum, quanuis per id quod ecclesiæ caput est, & corpus eius est ecclesia, possit dicere: Ego & ipsi non vnum, sed vnus, quia caput & corpus vnus est Christus: sed diuinitatem suam consubstantialem patri ostēdens ait, Vt sint vnum. Vult ergo esse suos vnum, sed in ipso, quia in seipsis non possunt nō dissociari ab inuicemiper diuersas voluntates. Cum n. sit sancta trinitas unus & solus, in substantia solus, in personis tria, quędam cum multa voluit esse, non illud esse ea voluit quod ille ipse est, dum ea quę voluit esse originēhabent. Illi siquidē sine origine est esse, dū supra oēm existentiā, supra oēm vitā, supra oēm intelligētiā credim⁹ ee: Et ille est sūma existētia, sūma intelligētia, summa vita, a quo oīs vita, oīs intelligentia & omnis existentia. Dei n. idē ipsum est & potentia & substantia & diuinitas, & hæc omnia vnum: Et hoc unū simplex de dei filio doctor egregius beatus Paulus Apostolus dicit, Cum esset in forma dei non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Proinde melius esse videtur qualitatem de diuinis dicere personis q̄ similitudinem, quanquam utrunque inueniatur: quia una quælibet substantia secundū quod substantia est, non est alia vt sit

similis ad aliam. Nec in sancta trinitate substantia substantiæ similis est, sed una & ipsa eadem substantia est: non est alia patris & filij & spiritussancti, nec sunt tres substantiæ similes, sed una trium æqualiter, nec pater filio prior, nec filius patre posterior, sicut Arriani voluerunt. Nam Abraham & Isaac licet unius sint substantiæ secundum humanitatem, tamen Abraham prior est tempore & Isaac posterior, quanuis sint similis substantiæ, tamen illa similitudo substātiæ in filio posterior est tempore: quod impium est in deo credere aliquid prius esse vel posterius, quia non ex tē pore deus cœpit esse pater, sed sicut semper deus, ita semper pater, semper habens filium quem semel genuit ex sua æqualem sibi natura. Addunt quoque dialectici ꝙ omne simile receptabile possit esse dissimilitudinis, sicut duo homines quanuis similis sint substantiæ, dissimiles possunt esse moribus, ideo non possunt per omnia æquales dici, & sunt duæ substantiæ in eis diuisæ, vnusquisq; in sua substantia plenus homo in patre vero & filio & spiritu sancto non est similis substantia, sed una æqualis per omnia, & omousion, id est, unius substantię, non omion, id est similis substantię, sicut hæretici voluerunt. Philip. 2

Item in eadem dñica alius sermo, qui habetur inter sermones de Verbis dñi. LXII I. Dominica prima post octauas festi Epiphanię de charitate. Sermo I.

Diuinarum scripturarum multiplicem abundantiam, latissimamq; doctrinam fratres charissimi, sine vllo errore comprehendit, & sine vllo labore custodit, cuius cor plenum est charitate, dicente Apostolo, Plenitudo legis est charitas, Et in alio lōco, Finis, inquit, legis est charitas, Et iterum dicit, Finis præcepti est charitas de corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Si ergo non vacat omnes paginas scripturarum reuoluere, tene charitatem, & in ea inuenies omnem scientiam. Quis est autē finis præcepti, nisi præcepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit, Plenitudo legis est charitas: hoc etiam hic dixit, Finis præcepti est charitas. Nec dubitavllo modo potest, ꝙ templum dei sit homo in quo habitat charitas. Dicit enim & Ioannes, Deus charitas est. Hęc enim dicentes Apostoli, nobis charitatis excellentiā commendant. Non vtique aliud nisi quod comederunt, eructuare potuerunt, Ipse quoque dominus pascēns eos verbo ueritatis, quod est ipse panis viuus qui de cœlo descendit, Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt diligatis inuicem. Et iterum, In hoc scient omnes quia discipuli mei estis, si vos inuicem dilexeritis. Ille. n. qui venit per crucis irrisionem carnis perimere corruptionem, & vetustatem vinculi mortis nostræ suę mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hominē nouum. Res. n. vetus erat vt homo moreretur. Quod ne semper valeret in in homine, res noua facta est vt deus moreretur. Sed quia in carne mortuus est non in diuinitate, per sempiternam vitam diuinitatis, non permisit esse sempiternum interitum carnis. Itaque sicut dicit Apostolus, Mortuus est propter delicta nostra & resurrexit propter iustificationem nostram. Qui ergo contra mortis vetustatem attulit vitæ nouitatem, ipse contra vetus peccatum opponit nouum mandatum. Quapropter quisquis vetus peccatum vis extinguere, mandato nouo extingue cupiditatem & amplectere charitatem. Sicut. n. radix omnium malorum est cupiditas, ita & radix omnium bonorum est charitas. Totam magnitudinem & latitudinem diuinorum eloquiorum secura posidet charitas, qua deum proximumq; diligimus. Docet. n. nos unus cœlestis Magister, & dicit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus præceptis vniuersa lex pendet & prophetę. Si nunc ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia volumina sermonum euoluere, scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, vbi pendent omnia, vbi tenebis etiam quod ibi non didicisti. Si. n. nosti charitatem, aliquid nosti vnde & illud pendet quod forte non nosti, & in eo quod in scripturis non intelligis. Charitas patet in diuinis sermonibus, qui charitatem tenet in moribus. Quapropter fratres sectamini charitatem dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua, diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus

Serme. 39.
Rom. 13.
1. Timo. 1.
1. Ioan. 4
Ioan. 6.
Ioan. 12
Roma. 4.
1. Tim. 6
Mat. 22

Universidad de Deusto
Biblioteca

temperat,in duris paſsionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutiſ-
ſima'in hoſpitalitate latiſsima, inter veros fratres lętiſsima, inter falſos patientiſsi-
Gene.4. ma,In Abel ſacrificio grata,in Noe per diluuium ſecura,'in Abrahæ peregrinationi-
Gene.7. bus manſuetiſsima:in tribus pueris iugulandis ignes innocenter expectat,in Macha
Gene.12 bæis ſæuos ignes fortiter tolerat. Caſta in Suſanna erga virum,in Anna poſt virum,
Dani.3. in Maria prętер virum.Libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obedien
2.Mac.7. dum,humana in Chriſtianis ad confitendum, diuina in xp̃o ad ignoſcendum. Sed
Danie.13. quid ego de charitate maius aut vberius poſſum dicere,quam quod per os Apoſtoli
Lucæ.2. laudes eius intonat dominus,ſupereminentem uiam demõſtrantis atque dicẽtis, Si
1.Cor.13. linguis hominum loquar & angelorum,charitatem aũt non habeam,factus ſum ve-
lut æramentum ſonans,aut cymbalum tinniens?Et ſi habuero prophetiam,& nouе
rim myſteria omnia,& oẽm ſciam, & habuero oẽm fidem ita vt montes transferam,
charitatem aũt non habeam,nihil ſum.Et ſi donauero oẽs facultates meas, & ſi di-
ſtribuero oĩa mea pauperibus, & ſi tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem
non habeam,nihil mihi prodeſſet. Charitas magnanima eſt, benigna eſt, Charitas
non æmulatur,non agit perperam.Non inflatur,non dehoneſtatur,non quęrit quę
ſua ſunt. Non iritatur,non cogitat malum,non gaudet ſuper iniquitatem,congau-
det aũt veritati. Omnia tolerat,omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuffert, charitas
nunquam cadit.Quanta eſt iſta animarum ſalus, ſcientiæ ſolidamentum, fidei fru-
ctus,diuitiæ pauperum,vita morientium? Quid tam magnanimũ quam pro impiis
mori ? Quid tam benignum quàm inimicos diligere? Sola eſt quam fœlicitas alie-
na non premit,quia non æmulatur. Sola eſt quam fœlicitas ſua non extollit, quia
non inflatur. Sola eſt quam conſcientia mala non pungit, quia non agit perpe-
ram. Inter opprobria ſecura eſt, inter odia benefica eſt. Inter iras placida eſt, in-
ter inſidias innocens. Inter iniquitates gemens, in veritate reſpirans, Quid illa
fortius non ad retribuendas ſed ad non curandas iniurias? Quid illa facilius,non va
nitate ſed veritate?Nam ideo tolerat omnia in preſenti vita,quia credit omnia de fu
tura vita,& ſuffert omnia quæ hic irrogantur, quia ſperat omnia quæ ibi promittun-
tur:merito nunquã cadit. Ergo ſectamini charitatem,& eam ſancte cogitantes affer
te fructus iuſtitiæ.Et qd vberius q̃ ego dicere potui uos iueneritis i eo laudib' appa
reat i veſtris moribꝰ. Oportet ergo vt ſenilis ſermo nõ ſolũ ſit grauis, ſed ét breuis.

In eadem dñica de eo qđ xp̃s tribus modis in ſcripturis intelligatur. Sermo II.

Ser.40 DOminus noſter Ieſus xp̃s, quantum aduertere potuimus ſcripturas.ſ. paginas
Chriſtus ſanctas,tribus modis nominatur quando prædicatur,ſiue per legem & prophe
tribus mo tas,ſiue per epiſtolas apoſtolicas,ſiue per fidem rerum geſtarum,quas in euangelio
dis in ſcri cognoſcimus.Primus modus eſt ſecundum deum & diuinitatem illam patri coęqua
pturis in lem atque coæternam ante aſſumptionem carnis. Alter modus eſt,cum aſſumpta car
telligitur. ne iam idem deus qui homo,& idem homo qui deus, ſecundum quandam ſuæ excel
lentię proprietatem qua non cæteris coæquatur hominibus, ſed eſt mediator & ca-
put eccleſiæ,eſſe legitur & intelligitur. Tertius modus eſt quodammodo totus xp̃s
in plenitudine eccleſiæ,id eſt,caput & corpus,ſecundum plenitudinem cuiuſdã per-
fecti viri,in quo viro ſinguli membra ſumus:Quod credentibus prædicatur,& cre-
dentibus agnoſcibile offertur: non omnia teſtimonia ſcripturarum tam multa ange
ſto tempore ſiue recolere ſiue explicare poſſumus,quibus omnia tria iſta genera de-
bemus:ſed tamen non oĩa poſſumus improbata relinquere,vt quibuſdam cõmemo
rationis teſtimoniis, cætera quæ cõmemorare non ſinimur pp anguſtias tẽporis, p
uoſipſos iam obſeruare in ſcripturis & inuenire poſsitis. Ad primum ergo modum
inſinuandi domini noſtri Ieſu Chriſti, ſaluatoris vnici filii dei,per quem facta ſunt
omnia, pertinet illud quod nobiliſsimum & præclariſsimum eſt in euangelio ſecun
Ioan.1. dum Ioannem, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat
verbum, hoc erat in principio apud deum: omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo
factum eſt nihil. Quod factum eſt in illo vita erat: Et vita erat lux hominum, &
lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Miranda & ſtupen
da verba hæc, priuſquam intelligantur amplectenda ſunt: Partem cibo iſtam

ad omnes tamen peruenirет cibus,ſed non ad omnes totus cibus apponeretur ori ve
ſtro.Sic quaſi quidam cibus & potus verborum nunc apponitur auribus veſtris, &
tamen totum ad omnes peruenit.An forte cum loquor alius ſibi tollit vnam ſyllabã,
alius alteram,aut alius vnum verbum,alius alterum verbum? Si ita eſt tot verba di-
cturus ſum, quot homines video,vt ad omnes perueniant vel verba ſingula.Et faci-
le quidem plura dico quam hic ſunt homines,& omnia ad omnes perueniunt. Ver-
bum ergo hominis non diuiditur per ſyllabas vt omnes audiant,& verbum dei per
fruſta conciditur vt vbique ſit ? Nunquid hæc fratres ſonantia atque tran-
ſeuntia verba illi incommutabiliter permanenti verbo vlla ex parte comparan-
da arbitramur ? Aut ego quia hæc dixi,comparaui? Sed quoquo modo inſinua-
re vobis volui,vt deus quod exhibet in corporalibus rebus, valeat vobis ad creden-
da ea quæ nondum videtis de ſpiritalibus verbis.Sed iam ad meliora tranſeamus.Nã
uerba ſonant & abeunt.De ſpiritalibus cogitationibus iuſtitiam cogitare. Cogitans
iuſtitiam conſti tutus in iſtis partibus Occidentalibus, cogitans iuſtitiam conſtitu-
tus in Oriente,unde ſit ut illle totam iuſtitiam cogitet,& ille non totam videat,& ille
totam?Nam qui uidet iuſtitiam ſecundum quam gerat aliquid,ipſe iuſte gerit. Videt
intus,agit foris. Vnde uidet intus,ſi nihil ſibi præſto eſt ? Quia ipſe in parte poſitus
eſt,ad eandem partem non peruenіet alterius cogitatio Cum autem idem uideas mẽ
te tu hic poſitus,quod videt ille tam longe poſitus,& totum tibi luceat,totum illi vi-
deatur,quia ea quæ diuina & incorporea ſunt ubique ſunt tota,crede uerbum totũ
in patre totum in vtero Crede enim hoc de verbo dei,qui eſt deus apud deum. Sed
audi iam aliam inſinuationem,alium modum inſinuandi Chriſtum quem ſcriptu-
ra prædicat. Ea enim quæ dixi,dicta ſunt ante aſſumptam carnem. Nunc audi illud
quomodo prædicat ſcriptura,Verbum,inquit,caro factum eſt,& habitauit in nobis. Ioan.1.
Nam qui dixerat,in principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,& deus erat ver
bum,hoc erat in principio apud deum,omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ
eſt nihil,fruſtra nobis diuinitatem verbis prædicaret ſi verbi humanitatem taceret.
Vt enim illud uideam,hic mecum agitur,vt purget ad illum contemplandum,infirmi
tati meæ ipſe ſubuenit Suſcipiendo de matura humana ipſam naturam humanam,
factus eſt homo. Venit cum iumento carnis ad eum qui iacebat in via vulneratus,
vt paruam fidem noſtram incarnationis ſuæ ſacramento informaret atque nutriret, Luc.10.
faceretq̃ ſerenum intellectum ad videndum quod nunquam amiſit per id quod ſu-
ſcepit.Eſſe enim cœpit homo, eſſe non deſtitit deus Ergo hæc eſt prædicatio domini
noſtri Ieſu Chriſti ſecundum quod mediator eſt,ſecundum quod caput eſt eccleſiæ,
quod deus homo eſt,& homo deus eſt,cum dicat Ioannes : & verbum caro factũ eſt,
& habitauit in nobis. Audite iam vtrunque in illo notiſsimo capitulo Pauli Apoſto-
li, Qui cum in forma dei eſſet,inquit, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo. Philip.2.
Hoc eſt in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum.
Quomodo Apoſtolus dixit,Non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis deo,ſi nõ ęqua-
lis deo? Si aũt pater deus,ille non deus,qũo æqualis? Vbi ergo ille ait, Deus erat ver-
bum:ibi iſte,non rapinã arbitratus eſt eſſe ęqualis deo. Et vbi ille,verbum caro fa-
ctum eſt,& habitauit in nobis,ibi iſte,ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui acci-
piens. Attendite per hoc ergo quod homo factus eſt, per hoc quod verbum caro fa-
ctũ eſt, & habitauit in nobis,per hoc ſemetipſum exinaniuit formã ſerui accipiens.
Quid.n exinaniuit?Non ut amitteret diuinitatem,ſed vt indueret humanitatẽ,appa
rens hominibus quod non erat antequã hõ eſſet: Sic apparendo ſe exinaniuit, id eſt,
referans dignitatem maieſtatis,& offerens carnem indumentum humanitatis. Per id
ergo quod ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens,formam dei non accipiẽs.
De forma.n.dei cũ diceret,nõ dixit accepit, ſed cũ in forma dei eſſet cõſtitutus non
rapinã arbitratus eſteẽ æqualis deo.Ad formã aũt ſerui ubi vẽtũ eſt, Formã,inquit,
ſerui accipiens : per hoc ergo mediator, & caput eſt eccleſiæ, per quem reconcilia-
mur deo per ſacramentum humilitatis & paſsionis & reſurrectionis & aſcenſionis
& iudicii futuri, ut vt duo illa audiantur cum ſemel locutus ſit deus. Vbi duo
audiuntur ? Vbi reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Hoc ergo tenentes,nolite Mat.16.
quæſtiones mirari hominũ quæ ſerpũt ſicut carcer,quẽadmodũ dixit Apoſtolus,ſed 2.Tim.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

custodite aures & uestras,& uirginitatem mentis uestrę,tanquam desponsati ab amI
co sponsi uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Virginitas enim uestra in mẽ-
te,uirginitas corporis in paucis ecclesiæ. Virginitas mentis in omnibus fidelibus eẽ A
3.Cor.11. debet. Hanc uirginitatem uult serpens corrumpere,de quo idem Apostolus dicit,De-
sponsaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Et timeo ne sicut Euam
astutia sua serpens decepit,sic quoque & uestri sensus corrumpantur & excidant a ca
stitate quæ est in Christo Iesu uestri,inquit, sensus, id est, uestrę mentes. Nam hoc
magis proprium est. Sensus enim intelliguntur huius corporis, uidendi, audiendi,
odorandi,gustandi,tangendi,Mentes nostras timuit corrumpi Apostolus,ubi est fi-
dei uirginitas. Modo perge. Anima uirginitatem tuam serua,fœcundata postea in
amplexum sponsi tui. Sepite ergo,ut scriptum est,aures uestras spinis. Turbauit fra-
Eccli.18. tres infirmos ecclesiæ quæstio Arrianorum,sed in domini misericordia superauit ca
tholica fides. Non enim deseruit ille ecclesiam suam,& si ad tempus turbauit eam,ob
hoc turbauit ut semp supplicaret ei a quo in solida petra confirmatur,& adhuc mus-
sitat serpens,& non tacet. Quærit pollicitatione quadam scientiæ deiicere de paradi-
so ecclesiæ, quem non permittat redire ad illum paradisum unde prius homo deie-
ctus est. Intendite fratres. Quod gestum est in illo paradiso,hoc geritur in ecclesia.
Nemo uos seducat ab isto paradiso. Sufficiat quod illinc lapsi sumus,uel experti cor-
Gene.3. rigatur. Ipse est serpens qui semper suggerit iniquitatem, impietatem. Ipse aliquan-
do promittit impunitatem,quemadmodum & ibi promisit dicens, Nunquid morte B
moriemini? Ipse talia suggerit,ut modo male uiuant Christiani. Nunquid omnes,in
quit,perditurus est deus? Nunquid omnes damnaturus est deus? Ille dicit,damnabo,
ignoscam eis qui se mutauerint. Mutent facta sua,muto minas meas. Ipse est ergo q
murmurat & musitat & dicit,Ecce ubi scriptum est,Pater maior me est: & tu illũ di-
Ioan. 14 cis æqualem patri? Accipio quod dicis,Et utrunque accipio quod dicis. Sed utrunque
accipio,quia utrunque lego. Quare tu unum accipis,& unum non uis? Nam mecum
utrunque legisti. Ecce pater maior me est: accipio non a te,sed ab Euangelio,& tu esse
filium æqualem deo patri,accipe ab Apostolo. Coniunge utrunque,utrunque con-
cordet,quia qui locutus est per Ioannem in Euangelio, ipse locutus est per Paulum
in Epistola,Non potest ipse secum discordare,sed tu concordiam scripturarum non
Ioan.10 uis intelligere,cum amas ipse litigare. Sed ex Euangelio, inquit,probo, Pater maior
Philip. 2. me est. Et ego ex Euangelio probo,Ego & pater unum sumus. Quomodo utrunque
uerum est? Quomodo nos docet Apostolus. Ego & pater unum sumus? Qui cum in
forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Audi, Pater maior me
est,Sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens. Ecce ego ostendo quare ma- 14
ior est,tu ostende in quo æqualis non est. Utrunque enim legimus. Minor est patre, C
Ioan.1. inquantum filius hominis est. Aequalis patri,inquantum filius dei, quia deus erat
1.Tim.2. uerbum. Mediator,deus & homo Deus æqualis patri,homo minor est patre. Est ergo
& æqualis & minor. Aequalis in forma dei, minor in forma serui. Tu ergo dic,unde
æqualis & minor? Nunquid alia parte æqualis & alia parte minor? Ecce excepta sus-
Rom.8 ptione carnis,ostende mihi æqualem & minorem. Unde demonstraturus es uolo di-
cere. Attendite impietatem stolidam carnem sapere,quomodo scriptum est,Sapere
secundum carnem mors est. Hic siste. Sequestro adhuc,& nondum loquor de incarna
tione domini nostri Iesu Christi unici filij: sed tanquam nondum factum sit quod
Ioan.1. iam factum est,attendo tecum,In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deum,
Philip.2 & deus erat uerbum,hoc erat in principio apud deum. Attendo tecum, Qui cum in
forma dei esset,non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ibi mihi ostende & mino
rem. Quid dicturus es? Diuisurus es deum per qualitates,id est,per quasdam affectio
nes corporales uel animales,in quibus aliud atque aliud esse sentimus? Naturaliter
dicere quidem possum,sed utrum sit ut uos intelligatis,deus uiderit. Ergo ut dicere
cœperam,ante susceptionem carnis,antequam uerbũ caro fieret,& habitaret in no-
bis,ostende minorem, ostende æqualem. Nunquid aliud & aliud deus, ut alia parte
sit minor illo filius,& ex alia parte illi æqualis? Ueluti sic dicamus. Corpora sunt qua-
dam. Possis mihi dicere, Aequalis est in longitudine, sed minor est in robore. Plerũq;
enim duo corpora talia occurrunt, ut statura longitudinis æqualia sint, robore autẽ
unum

unum sit minus,alterum maius. Ergo talia quasi corpora cogitaturi sumus deum &
filium eius? Cogitaturi sumus eum qui totus in Maria fuit,totus apud patrem,totus
carne,totus super angelos? Auertat deus istas cogitationes a cordibus Christianorũ,
Item forte ita cogitabis ut dicas & robore & longitudine æquales,sed colore dispares
sunt. Ubi color,nisi in corporibus? Ibi autem lux sapientiæ,ostende mihi colorem iu-
stitiæ. Si ista colorem non habent,tu illa de deo non diceres,si pudoris colorem habe
res. Quid ergo dicturus es? Potestate æquales sunt,sed minor filius prudentia: iniu-
stus est deus,si minori prudentię potestatem dedit æqualem. Si prudentia æquales
sunt,sed minor est filius potestate, iniudus est deus, quia æquali prudentiæ potesta-
tem dedit minorem. In deo autem omne quod dicitur idipsum est. Neq; enim in deo
aliud potestas,& aliud prudentia, & aliud fortitudo, & aliud iustitia,aut aliud casti-
tas. Quicquid horum de deo dicis,neque aliud & aliud intelligitur, & nihil digne di-
citur: quia hæc animarum sunt quas illa lux perfundit quodamodo,& pro suis qua-
litatibus afficit: quomodo cum oritur corporibus lux ista utilibilis,si auferatur,unus
est corporibus omnibus color,qui potius dicendus est nullus color. Cum autem il-
lata illustrauerit corpora quanuis ipsa unius modi sit, pro diuersis tamen corporum
qualitatibus diuerso eos nitore aspergit. Ergo animarum sunt istæ affectiones, quæ
bene sunt affectæ ab illa luce quæ non efficitur, & formata ab illa quæ non forma-
tur. Tamen ista deo dicimus fratres,quia non inuenimus melius quod dicamus. Di-
co iustum deum,quia in uerbis humanis nihil melius quod dicamus inuenio. Nam
est ille ultra iustitiam; Dicimus in scripturis,Iustus dominus,& iustitias dilexit. Sed Psal.10.
ibi dicitur & pœnitere deũ, Ibi dicitur & nescire deũ, Quis nõ exhorreat,nescit deus Gene.6
Pœnitet deum? Ideo tamen & ad ista uerba salubriter scriptura descendit,quæ & tu
exhorres,ne illa quę magna putas digne dicta arbitreris: atque ita si queras quid er-
go de deo digne dicitur,aliquis fortasis tibi respondeat & dicat,quia iustus est,Alius 15.de ciui.
autem isto melius intelligens,etiam hoc uerbum dicat superari ab illius excellentia, dei. ca.25.
indigne de illo etiam hoc dici,quãuis congruenter secundum humanam capacita-
tem dicatur: ut ille cum de scripturis probare uoluerit,quia scriptum est: Iustus do-
minus: recte illi respondeat,in eisdem scripturis positum esse,quia pœnitet deum; ut
quomodo istud non accipit secundum consuetudinem loquentium,sicut solent ho
mines pœnitere: sic & illud quod dicitur, Iustus, supereminentię ipsius non com pe-
rere intelligat: quãuis hoc scriptura bene posuerit,ut per qualiacunque uerba grada
tim animus ad id quod dici non potest perducatur. Iustum quidem deum dicis,sed
intellige aliquid ultra iustitiam quam soles & de homine cogitare. Sed scripturę iu-
stum dixerunt,ptopterea & pœnitentem dixerunt & nescientem, quod iam non uis
dicere. Quomodo ergo illa quæ iam exhorres intelligis propter infirmitatem tuam
dicta,sic & ista quæ magnipendis pro aliqua firmitate ualidiore dicta sunt. Qui au-
tem & ista transcenderit,& de deo quantum homini conceditur digne cogitare cœpe
rit,inueniet silentium ineffabili cordis uoce laudandum. Ergo fratres quia hoc est
in domino uirtus quod iustitia,quicquid de illo dixeris, hoc idem dicis: cum tamen
nihil digne dicas,non potes dicere æqualem esse patri filium per iustitiam, & nõ esse
æqualem per uirtutem: aut æqualem per uirtutem,& non æqualem per consciẽtiã,
quia ex una re aliqua æqualis est,ex omni re æqualis est,quia omnia quę ibi dicis idẽ
sunt & idem ualent. Sufficit ergo quia dicere non potes quomodo sit æqualis filius
patri,nisi dederis diuersitates quasdam in substantia dei. Quas cum dederis,foras
te mittit ueritas,nec accedis ad illud sanctuarium dei ubi syncerissime uidetur. Cũ
autem non possis æqualem dicere ex alia parte inæqualem, quia non sunt in deo par
tes,ut possis dicere ex alia eum esse æqualem,ex alia minorem,quia non sunt in deo
qualitates,secundum deum nonpotes dicere æqualem, nisi omnimodo æqualẽ. Un-
de ergo potes dicere minorem,nisi quia formam serui accepit? Itaque fratres hæc ad
uertite. Si in scripturis regulam quandam acceperitis,omnia uobis lux ipsa monstra
bit. Sic ubi inueneritis secundum quod dictum est æqualem filium patri,secundum
diuinitatem accipite. Secundum formam uero serui assumptam,minorem accipite, Exod.3.
secundum quod dictum est,Ego sum qui sum. Et secundum quod dictum est,Ego
sum deus Abraham,& deus Isaac,& deus Iacob. Sic tenebitis, & quod in eius natu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra est,& quod in eius misericordia. Arbitror satis esse dictum de illo etiã modo, quo
dominus noster Iesus Christus saluator noster caput ecclesiæ mediator factus, per
quem reconciliamur deo,deus & homo insinuatur in scripturis. Tertius modus est
quo totus Christus secundum ecclesiam,id est,caput & corpus prædicetur, Etenim
caput & corpus vnus Christus,non quia sine corpore non est integer,sed quia & no-
biscum integer esse dignatus est,qui & sine nobis semper est integer, non solum in
eo quod verbũ est vnigenitus filius æqualis patri,sed & in ipso hoie quem suscepit,
& cum quo simul deus & homo est. Verũtamen fratres quo corpus eius nos sumus,&
nebiscum vnus Christus? Vbi inuenimus hoc, quia vnus est Christus caput & cor-
pus,i.corpus cum capite suo,sponsa cum sponso suo? Quasi singulariter loquitur
Esaię. 61. apud Esaiam. Certe vnus idemq; loquitur. Et videte quid ait, Velut sponso alligauit
mihi mitram,& velut sponsam induit me ornamento. Et sponsus,& sponsa cum de-
cit,sponsum secundum caput,sponsam secundum corpus,duo videntur, & vnus est.
1. Cor. 12. Alioquin quo membra Christi sumus,Apostolo apertissimo dicente, Vos estis cor-
pus Christi & membra? Membra Christi & corpus sumus omnes simul, non qui hoc
loco tantum sumus,sed per vniuersam terram,nec qui tantũ hoc tempore. Sed quid
dicam? Ex Abel iusto vsq; in finem seculi quamdiu generant & generãtur homines,
quisquis iustorum per hanc vitam transitum facit,quicquid nunc,id est,non in loco
sed in hac vita,quicquid post nascẽtium futurum est, totum hoc vnum corpus xpi,
Colo. 1. Singuli aũt mẽbra Christi,Si ergo omnes corpus, singuli membra, est vtique caput
cuius hoc sit corpus. Et ipse est,inquit,caput corporis ecclesiæ primogenitus,ipse pri
matum tenens. Et quia de illo ait etiam quod semper caput omnis principatus & po
testatis sit,adiungitur ista ecclesia quæ nunc peregrina est illi cœlesti ecclesiæ, vbi
angelos ciues habemus,quia æquales nos futuros post resurrectionem corpori im-
pudenter nobis arrogaremus,nisi veritas promisisset dicens, Erant æquales angelis
Mat. 22. dei: & fit vna ecclesia,ciuitas regis magni. Sic ergo aliquando in scripturis infinua-
tur Christus,vt intelligas verbum æqualem patri,Sic aliquando,vt intelligas media
Ioan. 1 torem cum verbum caro factum est vt habitaret in nobis, cum ille vnigenitus, per
quem facta sunt omnia,non rapinam arbitratus est esse æqualis deo,sed semetipsum
Philip. 2. exinaniuit,formam serui accipiens,factus obediens vsq; ad mortem,mortem autem
crucis. Sic autem aliquando vt intelligas caput & corpus, exponente ipso Apostolo
apertissime quod dictum est de viro & vxore in Genesi, Erunt,inquit, duo in carne
vna: videte ipsum exponentem,vt non coniecturis nostris aliquid ausi dicere videa
Gene. 2 mur. Erũt.n. inquit,duo in carne vna: & addidit,Sacramentum hoc magnum est. Et
Ephes. 5 ne adhuc putaret quisquam in viro esse & vxore secũdum naturalẽ vtriusque sexus
copulationem,corporalemq; mixturam. Ego autem dico,inquit, in Christo & eccle-
sia. Secundum hoc ergo quod in Christo & ecclesia accipitur quod dictum est, Erũt
Ephes. 5. duo in carne vna: non iam duo sed vna caro est. Et quo sponsus & spõsa, sic caput &
corpus,quia caput mulieris vir. Siue ergo dicã caput & corpus,siue dicam sponsus &
sponsa,vnum intelligite. Ideoq; idẽ Apostolus cũ esset adhuc Saulus audiuit, Saule
Acto. 9. Saule quid me persequeris,quoniã corpus capiti adiungitur. Et cum iã xpi pdicator
pateretur ab aliis quæ pscutor ipse fecerat. Vt suppleam,inquit, quæ desunt pressu-
Colos. 1 rarũ xpi in carne mea,ad pressuras xpi ostẽdens pertinere id qd patiebatur. Quod
non potest intelligi secundum caput qd iam in cœlo nihil tale patitur, sed secundũ
corpus,i. ecclesiã. Quod corpus cũ suo capite,vnus xps est. Exhibite ergo vos dignũ
corpus tali capiti,dignã sponsam tali sponso. Non pot habere caput illud nisi condi-
Ephe. 5. gnum corpus. Nec ille vir tantus,nisi condignam ducit vxorem, vt exhiberet sibi,in
2. Rex. 18. quit,gloriosam ecclesiam,nõ habentem maculam aut rugam, aut aliquid eiusmodi,
Esaiæ. 2. Hæc est spõsa xpi,nõ habẽs maculã aut rugã. Non vis habere maculã, fac qd scriptũ
est,Lauamini,mundi estote, auferte nequitias de cordibus vestris. Non vis habere
rugam extendere crucem. Non enim tantum opus est vt laueris,sed etiam ut exten-
daris,vt sis sine macula aut ruga. Per lauacrum enim auferuntur peccata. Per exten
sionem fit desiderium futuri seculi,propter qd Christus crucifixus est. Audi ipsum
Ad Titũ. Paulum totum,Non inquit,ex operibus iustitię quę nos fecimus,sed secundũ suam
misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis: Audi eundem exten-

sum,Ea,inquit,quę retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extensus,secundum in-
tensionem sequor ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu domino no- Philip. 3.
stro, cui est omnis honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Dominica secunda post octauas festi Epiphaniæ, de nuptijs factis in Cana Galilææ. Sermo I.

DOmini & saluatoris nostri uirtus fratres charissimi præsente lectione euidenter Sermo. 41.
ostenditur,cum mirabilia eius non obscuritate uerborum, sed eloquij puritate
narrantur. Denique Euangelista ita mysterii interna custodit,ut rẽ gestam fido ser-
mone designet. Sic.n. ait, Vocatus est dominus Iesus ad nuptias & mater sua. Nec de-
dignatus est conuersationem hominum,qui usum carnis exceperat. Nec secularia in Ioan. 2
stituta contempsit,qui ad hæc venerat corrigenda. Interfuit nuptiis,ut cõcordiæ iu-
ra firmaret. Interfuit nuptiis,& comessationes non renuit nuptiarum, ut Psalmos &
tympana ad dei patris gloriam prædicandam cõcitaret, ut pater honoraretur in fi-
lio,& a patre filius noscereturErat,inquit,mater eius ibi: Quam libenter Maria ad
has nuptias uenit, in quibus dei mirabilia comprobat. Vinum diuina suggestio ne
suggeretur de fecisse. Nunquid latere deum poterat,quid in ea domo in qua erat gene
retur? Sed non ignorans rerum deus respondit. Quid mihi & tibi est mulier? Nondũ
uenit hora mea. Hac responsione interim debemus aduertere,q de nuptali uino pars
aliqua adhuc forte resederat. Ideo nondum erat domini plena hora uirtutum,ne mi-
scere magis elementa ꝑ mutare uideretur. Sed ait,Nondũ uenit hora mea,ut ita sint
dei mirabilia manifesta,ut nec argumẽto ualeat inimicus,nec perfidia Iudęus insimu
let,Et dicit Maria ministris. Quæcunque dixerit uobis facite. Quã bene mater dñi
credulitatem suadet ministris,ut non desint uina prandenti bus. Quęcunq; dixerit
facite. Intelligimus iam esse mysteriũ,cũ dei mãdata se nosse solicite mater hortatur.
Ait dominus Iesus ad ministros,Implete hydrias aqua. Et cũ impleuissent,ait,Hau-
rite nunc & ferte architriclino. Quod cũ princeps architriclinii accepisset,statim in-
tellexit uina illata posterius esse sublimia. Et cũ nesciret qd dominus fecisset, spõso
ait, Quid tã sero meliora profers uina,cũ hæc prima esse debuerant? Vidimus ergo cõ
uenire mysteriũ,& quod saluator dicit,Nondũ uenit hora mea: & cũ accusat princeps
architriclinii tarditatẽ sponsi,uideamus attentius ordinis huius quæ Euangelista de
signat aperta mysteria. Videamus quę sint nuptiæ,qui ministri qui princeps architri
clinii,qui sponsus,quo ad nuptias deus,quo Maria,unde ex aqua uinũ,quare postea
melius,quare deus in hora differre uoluerit. Equidẽ nulla sunt apud credentiũ men-
tes occulta mysteria. Nihil animus fallitur,qui deũ fideliter confitetur. Nam qui scit
saluatoris aduentũ uitæ nostræ esse remediu,facile uirtutis eius mĩa pura ueritate co
gnoscit: Vocatur saluator ad nuptias,hoc est, ecclesię vota spiritussanctus inuocatur.
Venit cũ discipulis suis,id est,in hoc loco turba sanctorũ. Quid dici apertius põt?
Mirabilia dei Maria mater expectabat, hoc est, uirtutũ xpi expectat ecclesia,appro-
pinquare cõpellit. Ait.n. Maria, Ecce uina deficiunt: id est, quare populus iã nõ inue
nit remediũ? Maria deũ probare festinat,uinũ ecclesia optat excipere, ut fiet ex nu-
ptiali prandio spiritale conuiuiũ. Dicit.n. Quid mihi & tibi est mulier? Nunquid mu
lierẽ dicit Mariã,quæ uirgo post partũ inuẽta est? Sed ecclesiã quę non solũ mulier,
sed etiã meretrix nũcupatur,quę errantẽ populũ & per æuũ & lubricã ætatẽ lasciuũ
tanq; prostitutã suscepit sponsam,& quasi docta mater adornat. Nondũ uenit,inquit,
hora mea: hoc est,passionis tps supereſt. Nondũ uenit hora mea,nondũ populus cre
didit,nõdũ Iudæus insequitur. Adhuc habet diabolus unde lætetur, adhuc triũphi
mei palma nõ proditur,adhuc locũ crucis persecuturus ignorat, ac nec dũ Iudas mẽ
titur. Nondũ uenit hora mea,Sũt prius quæ purgẽtur in seculo, & sic uita proficit in
populo. Dixit Maria ministris,Facite quęcunquẽ iusserit: hoc est,obtẽperate doctori,
ministris mandat ecclesia. Qui sunt ministri,nisi officia Leuitarum quæ dei myste-
riis sunt deputata? Implentur hydriæ aqua: hoc est,uacuatę nuptiali uino, id est,po-
tu sordido,fontis puritate supplentur,& benedictione domini in saporẽ uini uertũ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,ut ex aqua spiritus potum qui iam prandentibus defecerat reputaret. Aquam in vinum conuertit,humanæ fragilitati virtus augetur. Princeps architriclinus uinum melius probat,hoc est,dominici vigoris saporem humana corda senserunt. Nam qui primum vinum melius iudicauit,primus & credidit. Quod vinum est quod optimū iudicatur,quod Architriclinus princeps quæritur sero prolatum nisi sanguis dominicæ passionis? Hoc est enim quod deus in hora suspendit,hoc est quod ministri sciunt,hoc est quod creduli conuiuæ designant,hoc est quod seruat sponsus, hoc est quod princeps Architriclinij,qui fidei primus est veneratur. Aduertamus ergo attento corde nos sanctas scripturas audire debere, vt cœlestem doctrinam fida credulitate possimus agnoscere, & ab omni mundi huius impedimento liberari, ipso adiuuante,qui viuit & regnat in secula seculorum,Amen.

In eadem dominica de charitate: Sermo III.

Ser.42 QVantum nos fratres charissimi charitas vestra desideret ex meis animis recognosco. Et licet vos humilitatem meam assidue videre velitis,tamē ego, si posset fieri,frequentius de conspectu vestro,& vestro & meo vellem desiderio satiari. Sed patienter tolerare debemus, quod implere pro temporum necessitate non possumus. Sed licet corporaliter nos propter multas necessitates videre non ualemus,charitate tamen & sancto amore vsi pariter sumus. Pro qua re nihil nocet corporis separatio,vbi est animorum vera & syncera coniunctio. Charitas enim ipsa vera est,quę corporaliter separatos consueuit spiritaliter copulare atque coniungere. Duo enim qui se sancto amore diligunt,etiam si vnus sit in Oriente,alius in Occidente,ita in charitate conglutinante iunguntur,vt nunquam ab inuicem separen
1.Cor.13. tur. Audi Apostolum dicentem laudem verę & integrę charitatis. Sic n. ait, Si linguis hominum loquar & angeloram,charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Et post pauca addidit,dicens, Charitas patiēs est,benigna est. Et licet sufficienter prę conia eius plenus spiritusancto Paulus Apostolus prædicauerit, tamen quia sancta charitas dulce est ac salubre vinculum mentium,etiam nos paruuli secundum modulum nostrum,de illa quantum possumus conquiramus. Magnæ sunt diuitię charitatis charissimi,sine qua dives pauper est,& cum qua pauper dives est. Nam dives si charitatem non habeat,quid habet? Quamlibet grandis substantia sit,sine charitate inanis & vacua est. Charitas etiam si de terrenis facultatibus nihil habeat,plena est, Vnde quamlibet aliquis copiosas diuitias habeat,si charitas in illo non fuerit,nihil boni ex illis facere poterit,sine qua uera & cœlestiū virtutū matre magistra,quid facere debeat,& quando vel quantum dare debeat omnino non nouit, & ideo quantum potest elaboret vt habeat charitatem,ut habeat lucem, vt habeat oleum. Charitas oleo comparatur. Nā quomodo oleum omnibus humoribus superius esse cognoscimus,ita charitas omnibus virtutibus sublimior comprobatur. Nam si aliquis habeat infinitas diuitias,& non habeat charitatem,sic est, quomodo habeat plures lucernas,& multas lampades,pinguedinem non habentes. Lucerna vel lāpas sine oleo accensa fumare potest de iracundia,fumare de superbia,fœtere de auaritia,sine charitate penitus non potest lucem habere. Charitas si in te fuerit,quamlibet tibi sit grandis substantia,nouit quid de illa agere debeat. Ipsa scit optime cui vel quantum porrigat,quid tribuat,quid reseruet. Ipsa intelligit quantum animæ reseruet in cœlo,& quantū corpori seruet in mundo. Satis bona ordinatrix est fratres bene nouit congregare in æstate quod possit hyeme habere hoc est,scit prouidere per eleemosynam in hoc seculo, quod inueniat in futuro. Habete charitatem fratres, quia sine illa quid aliud boni fuerit,nihil esse poterit. Veram charitatem habete fratres. Quę est uera charitas? Qui sic diligit omnem hominem, quomodo seipsum. Est uera charitas,quę non solum usque ad amicos,sed etiam usque ad ipsos peruenit inimicos,Nemo se circumueniat fratres. Qui istam charitatem non habuerit, deum videre non
Mat.5. poterit,nec audire merebitur, Venite benedicti,percipite regnum. Certe uideris quod in lectione Euangelica,nihil aliud dominus nominauerit de uniuersis virtutibus nisi solam eleemosynam quæ cum charitate operatur. De ramis tacuit,radicem tantummodo

modo nominauit ita dicens, Venite benedicti,percipite regnum. Esuriui,n & dedistis mihi manducare. Et iterum ipse dominus. Veruntamen date eleemosynam,& ecce omnia munda sunt uobis. Omnis homo qui charitatem vult habere in futuro se Lucæ.11
culo, faciat illam sibi patronam in hoc mundo,vt illam propitiam inueniat in æternum. Nam quo arbor,quamlibet pulcra sit & fructifera,non potest viuere sine radice: sic quælibet bona opera perseuerare nō poterunt sine charitate. Ipsa est enim de Ephes.3.
qua Apostolus dicit, In charitate radicati & fundati. Talem ergo charitatem habeamus fratres,vt omnes homines toto corde amare possimus. Si totum genus humanum sic diligis quo te,non remansit ianua vnde peccatū intret in te. Oēs aditus vnde diabolus ad animam ingreditur claudis,si [totus homines sicut teipsum dilexeris. Et reuera frēs quo potest fieri, vt aliquis alteri homini malum faciat, si illum sicut seipsum dilexerit? Dilige ergo,& quicquid uolueris fac. Ama ex toto corde tuo, & quod volueris exerce in proximo tuo. Si irasceris,dulce est,quia de charitate procedit. Si corripis,suaue est. Si castigas etiā & flagellas,acceptabile est. Quare hoc fratres? Quia verus amor est quando corripis & castigas,quando etiam de ecclesia foras proiicis,amaritudo videtur sæuire in ore, sed dulcedo seruatur in corde. Nec fratrē quasi inimicum odio habeas,sed peccatum velut morbum persequere, Econtrario sunt qui sub falsa adulatione dulcedinem solent in ore proferre,& dolum vel amaritudinem in corde seruare. Vos aūt frēs dilectissimi veram charitatem tenentes,quæ falsa est fugite,audite Apostolum dicentem, Charitas de corde puro, & conscientia bona,& fide non ficta. Ergo fratres quando de charitate loquor,tacere non possum. 1.Tim.1
Quare hoc? Quia satis dulcis est charitas. Qui illam habet,quod dico intelligit,qui vero non habet,forsitan me irridet & despicit. Quare irridet? Quia q̄ dulcis sit charitas non gustauit. Gustet ergo & videat q̄ suauis est dns. Deus charitas est. Quid dul 1.Ioan.4
cius deo? Fratres,qui nescit audiat Prophetam dicentem, quod pauloante suggessi, Gustate & videte quam suauis est dns. O quam fœlix & beata est anima,quæ charitatem in se habere meretur. Charitas fratres sitienti potus est,esurienti cibus,in ama Psal.33.
tudine positis dulcedo, in tristitia constitutis vera & grata consolatio, fluctuantibus portus,errantium uia,peregrinantibus patria. Hanc ergo fratres tenete,hanc tota auiditate diligite. Si amatores estis,amate charitatem. Si fortes, vincite cupiditatē. Si peregrini, desiderate patriam. Ipsa vos ergo charitas, si illam tenere volueritis,& gubernat in hoc seculo,& perducit ad regnum, præstante domino nostro qui viuit & regnat in secula, Amen.

In eadem dominica de uerbis Apostoli vbi ait,Non quod volo bonum hoc facio,sed quod nolo malum hoc ago. Sermo III. Roma.7.

LEctio diuina,quæ de Apostoli Pauli epistola recitatur,quotiescunque legitur Sermo.43
timendum est, ne male intellecta det hominibus quærentibus occasionem. Infra se.2.
Procliues sunt quippe homines ad peccandum,& vix se tenēt. Vbi ergo audie dominicę
rint Apostolum dicentem,Non.n. quod volo facio bonum,sed quod odi malum hoc sequētes.
ago: agunt malum,& quasi displicentes sibi quia agunt malum, putant se Apostolo Roma.7.
esse similes qui dixit,Non.n. quod volo facio bonum,sed quod nolo malum hoc ago,
Nonnunquam.n. legitur,& nunc nobis ingerit necessitatem disputādi, ne homines
male sumentes salubrem cibum vertant in venenum. Sic ergo intendat charitas vestra,donec quod dominus donauerit dicam vobis,vt vbi me forte laborare videritis
in difficultate alicuius obscuritatis,adiuuetis me affectu pietatis. Oportet igitur,vt
virtutum sensus ex intimo dicentis metiatur affectu, & quid beatus Apostolus dixerit bonum, quidve comparatione eius pronunciauerit malum non nuda significatione verborum,sed eodem quo ille discutiamus intuitu, intellectu quoque eius secundum dignitatem pronunciantes,ac meritum perscrutemur. Tunc n. spīas deo inspirante prolatas,secundum propositum ac voluntatem eius comprehendere poterimus,cum eorum a quibus promulgatæ sunt statum ac meritū perpendentes, non verbo sed experimentis parem induerimus affectum,pro cuius qualitate sine dubio uel concipiuntur vniuersi sensus,uel sententiæ proferuntur. Quamobrem quid sit principaliter bonum,quod Apostolus non potuerit perficere cum vellet,diligentius indagemus. Multa.n. nouimus bonam,quæ beatū Apostolum, omnesq̄ illius meri- Roma.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

ti viros & habuisse per naturam,& acquisisse per gratiam negare non possumus. Est enim bona castitas,laudabili continentia,miranda prudentia,larga humanitas, circunspecta sobrietas,modesta temperantia,pia misericordia, sancta iustitia, quæ oia in Apostolo Paulo eiusq; consortibus ita plena atque perfecta fuisse non dubiũ est, vt virtutum potius q̃ verborum magisterio ab eis religio doceretur. Quid q̃ iugi ecclesiarum omnium cura,ac peruigili solicitudine, semper exusti sunt? Quantũ hoc misericordiæ bonum,quanta perfectio est,pro scandalizantibus vri,cum infirmantibus infirmari? Cum ergo tantis Apostolus abundauerit bonis, quid illud est boni, cuius perfectione caruerit non poterimus agnoscere, nisi in illum quo ipse locutus est profecerimus affectum. Omnes itaque quas diximus eum habuisse virtutes,quãuis velut gemmę spendidissimæ atque pretiosæ sint,tamen si præclaro illi atq; præcipuo margarito quod ille Euangelicus negotiator inquirens, vniuersis quæ possidet venditis comparare desiderat conferantur, ita eorum meritum reuiuiscit atque contenitur,vt eis sine cunctatione distractis,vnius tantum boni possessio locupletet bonorum innumerabilium venditorem. Quid ergo est vnum quod illis tantis tãq; innumeris bonis tam incomparabiliter præponatur, vt spretis abiectisq; omnibus solum debeat possideri? Nimirum illa pars optima, cuius magnificentiam ac perpetuitatem cum relicto susceptionis atque humanitatis officio Maria prælegisset, ita prædicatur a domino,Martha Martha solicita es,& turbaris erga plurima,paucis vero opus est,aut etiam vno. Maria bonam partem elegit,quę non auferetur ab ea. Vna ergo & sola est contemplatio dei,cui merito omnia iustificationum merita,vniuersa virtutũ studia postponuntur. Et illa quidẽ omnia quę in Apostolo Paulo fuisse præ- diximus,non solũ bona & vtilia,verumetiam magna atque præclara, Sed sicut,verbi gratia,stanni metallum quod alicuius vtilitatis & gratiæ putabatur, fit argenti contemplatione vilissimum. Et rursum, auri comparatione, meritum euanescit argenti, Aurum quoque ipsum gẽmarum collatione contemnitur, Et ipsarum nihilominus quanuis insignium multitudo gemmarum, vnius margaritę candore superatur, ita illa omnia merita sanctitatis,quãuis non solum in præsenti bona & vtilia sint verũetiam donum æternitatis acquirant, tamen si diuinæ contemplationis meritis conferantur,vilia atque vt ita dixerim,vendibilia censebuntur. Et vt hanc eandem comparationem etiam scripturarum confirmet authoritas, nõne de vniuersis quæ a deo creata sunt generaliter scriptura dicit, Et ecce omnia quę fecit deus bona valde, Et iterum, Vniuersa quæ fecit deus bona in tempore suo? Hæc igitur quæ in præsenti non solum bona simpliciter,verumetiam cum additamento, valde bona pronunciãtur. Sunt enim reuera in hoc mundo cõmorantibus nobis, aut ad vsum vitę aut ad corporis medicinam,aut ad aliquam causam ignotæ nobis vtilitatis accõmoda: vel certe in eo etiam valde bona, q̃ faciunt nos inuisibilia dei a creatura mundi,per ea quæ facta sunt intellecta conspicere, sempiternam quoque virtutem eius ac diuinitatem ex tanta,tamq; ordinata molitione fabricæ mundialis, & omnium quæ in ea sunt subsistentia contemplari: Hæc tamen omnia nec boni nomen tenebunt,si futuro illi seculo comparentur,vbi nulla bonorum immutatio,nulla est veræ beatitudinis formidanda corruptio. Cuius mundi beatitudo describitur, Erit lux lunæ sicut lux solis,& lux solis septẽpliciter sicut lux septem dierum. Magna igitur hęc & præclara intuitu atque mirifica,si futuris ex fide repromissionibus conferantur,continuo vanitates apparebunt,dicente Dauid,Omnia sicut vestimẽtũ veterascent,& sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur,tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Ergo quia nihil est per semetipsum stabile, nihil immutabile, nihil bonum,nisi deitas sola,omnes vero creaturæ vt beatitudinem æternitatis vel immutabilitatis obtineant, non hoc per suam naturam, sed per creatoris sui participationem & gratiam consequentur, tenere meritum bonitatis creatori suo collatã non possunt. Quod si etiam manifestioribus adhuc testimonijs huius sententiæ ratio nẽ uoluerimus astruere,nõne multa ꝓnunciari bona in Euãgelio legimus, & arborem bonam & thesaurum bonum? Nam & bonum hominẽ & bonum seruũ: quia nõ ꝓ inquit, arbor bona malos fructus facere. &, bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona: & euge serue bone & fidelis. Et ytique hos omnes secundum se bo-

Mat.13
Luc.10
Gene.1
Eccli.3.
Roma.1
Esai.30
Psal.101
Mat.7
Mat.11
Mat.25

nos esse,cum non dubium sit,si respiciamus ad bonitatem dei,nullus eorum pronũciatur bonus,dicente domino,Nemo bonus,nisi solus deus. Cuius intuitu etiam ipsi Apostoli,qui electionis merito bonitatem generis humani multis excesserãt modis, mali dicuntur esse a domino,ad eos ita loquente,Si ergo vos cum sitis mali,nostis bona data dare filijs vestris,quanto magis pater vester qui in cœlis est dabit bona petentibus se? Denique sicut bonitas nostra supernæ bonitatis intuitu in malitiã vertitur,ita etiam iustitia nostra diuinæ collata iustitiæ,panno menstruatæ vniuersa iustitia nostra similis deputatur,dicente Esaia propheta,Sicut pannus mẽstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Et vt aliquid adhuc euidẽtius inferamus, legis quoque ipsius ꝓcepta vitalta,quę dicuntur ordinata per angelos in manu mediatoris, & de qua idẽ Apostolus, Itaque lex,inquit,sancta,& mandatum sanctum, & iustum & bonum: si perfectioni Euangelicæ conferantur, minime bona diuino pronunciantur oraculo. Ait enim Et dedi eis ꝓcepta non bona,& iudicia in quibus non viuent in eis. Apostolus quoque ita noui lumine testamenti gloriam legis affirmat obtundi, vt eam Euangelici comparatione fulgoris ne glorificatam esse pronunciet dicens, Nam nec glorioſum est id quod glorificatum est propter excellentem gloriam. Quam comparationem etiam in parte contraria,id est,peccatorum meritis compensandis scriptura conseruat, vt eos qui multo minus peccauerint impiorum collatione iustificet dicens, Iustificata est Sodoma ex te. Et iterum, Quid enim peccauit soror tua Sodoma, & iustificauit animam suam auersatrix Israel,comparatione peccatricis Iudę? Ita igitur & vniuersarum merita virtutum quæ superius comprehendi, cum per se bona atque pretiosa,sint tamen theoricę claritatis comparatione fuscantur. Multũ etenim sanctos quamuis bonorum operum,terrenis tamen studijs occupatos, a contemplatione summi illius boni retrahunt ac retardant.

Luc.19.
Luc.18.
Mat.7.
Esai.64
2.Re.c.24.
Gala.5.
Rom.7.
Ezec.20.
2.Cor.3.
Hiere.3.

Item in eadem dominica Homilia,de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem,Nuptiæ factę sunt,&c. quæ habetur in expositione doctoris ibidem.

Item in eadem dominica alius sermo de eodem, qui habetur inter sermones de verbis domini,

XLI.

Dominica tertia post octauas festi Epiphaniæ domini,de charitate. Sermo I.

SI charitati vestræ possemus frequẽtius præsentari fratres charissimi, Christo adiuuante de sanctarum scripturarum copiosis fontibus,& si non abũdantes riuulos,certe vel qualescunque guttulas poteramus sanctis animabus vestris infundere: vt vberrima atque fructifera cordis vestri terra accepta verbi dei pluuia, copiosam messem bonorum operum germinaret: vt veniens dominus in agro cordis vestri, non solum tricesimum,sed sexagesimum & centesimum fructum se inuenire cõgaudeat,quibus fructibus horreum præparet in cœlo, nõ incendium in inferno,Sed qa multis occupationibus impedimur,humilitatem nostram vobis secũdum desideriũ vestrum representare non possumus: aliquid breue & satis magnũ, deo donante insinuare vobis volo,in qua breuitate si diligenter attenditis, potestis qd animę vestræ conuenit inuenire. Quid ergo est illud breue,& ita magnum, vt possit generi humano sufficere? Apostolus dicit, Finis ꝓcepti est charitas de corde puro & conscientia bona,& fide nõ ficta attẽdite fratres quid in verbis breuius,& qd in rebus magnificẽtius poterit inueniri, q̃ charitas de corde puro & conscientia bona,& fide non ficta? Ista breuitas & vt teneatur memoriter est suauis, & vt custodiatur fideliter dulcis. Quid dulcius fratres charissimi. Qui nescit,gustet & videat. Quid ergo gustare debet qui vult,vt illi dulcedo sapiat charitatis? Audite fratres Apostolum dicentẽ,Deus charitas est. Quid dulcius fratres? Qui nescit,audiat Psalmistã dicẽte,Gustate & videte qm̃ suauis est dns. Deus.n. charitas est. Qui habet charitatẽ,deus in illo manet, & ipse in deo. Si charitatem habes,deũ habes. Quid hẽt dives si charitatẽ nõ hẽt? Pauꝑ si charitatẽ habeat,qd nõ hẽt? Tu forte putas ꝙ ille sit dives,cuius arca plena est auro,& ille nõ sit dives,cui' cõscia plena ẽ deo. Nó ita ẽ frẽs, Ulevere dives eẽ vt,in

Ser.44
Mat.13.
1.Tim.1.
1.Ioan.4
Psal.33

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo deus habitare dignatur. Quid n. de scripturis poteris ignorare, si te charitat, hoc est, deus cœperit possidere? Quid enim de bonis operibus non poteris implere, si fontem bonorum operum merueris in corde portare? Quē aduersarium timebis, si regem deum in te habere merueris? Tenete ergo & custodite fratres dilectissimi dulce ac salubre uinculum charitatis. Sed ante omnia verā charitatem tenete, nō illam quæ tm promittitur ore, & non seruatur in corde, sed illam quæ sic ex ore profertur, vt tamen in corde iugiter teneatur, vt impleatur in vobis illud quod Apostolus dicit, In charitate radicati atque fundati. Radix. n. oīum bonorū est charitas, sicut & radix omnium malorū cupiditas. Sicut in charitate nihil vnquam mali, ita in cupiditate nihil vnquam boni poterit inueniri. Istæ duæ radices frēs dilectissimi, in duobus agris a duobus plantantur agricolis. Vnam in cordibus bonorum plantat xps, aliam in cordibus malorum plantat diabolus. Nec de charitatis radice nascetur aliquid mali, nec de radice cupiditatis aliquid boni. Non enim mentitur veritas quæ in Euangelio cum de istis duabus radicibus loqueretur, ita definiuit dicens, Arbor bona, fructus bonos facit. Et iterum, Non pōt arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Hæc sententia non est mea frēs, sed dñi. Tanta ergo sit in vobis abundantia charitatis, quę non solum usque ad amicos, sed etiam usq; ad ipsos perueniat inimicos. Et ideo quia audistis & laudem charitatis & virtuperationem cupiditatis, attendat unusquisque & cōsideret agrum cordis sui: & qui in se charitatem viderit, gaudeat, & tota cordis vigilātia germina in se sancta custodiat. Qui vero in agro cordis sui qualemcunque stirpem cupiditatis inspexerit, Christo adiuuante extirpet cupiditatem, & plantet charitatem. Nam quandiu hoc facere noluerit, fructus bonos afferre non poterit. Et cum bonos fructus non attulerit, dicit de ipso xps dominus cœli & terræ, Arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur, Si te non delectat dulces fructus charitatis afferre, vel spinis peccatorum tuorum ignem non debes metuere? Omnis, inquit, arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Quandiu radicem non mutaueris, fructus legitimos afferre non poteris, & sine causa quod bonum est promittis in ore, quia hoc implere non potes, quandiu radix bonitatis non tenetur in corde. Istas ergo duas radices, sicut supra dixi, duo agricolę plantare consueuerunt. Vnam plantat xps in cordibus fidelium, alteram plantat diabolus in pectoribus superborum: ac sic vna plantatur in cœlo, altera in inferno. Sed dicit aliquis, si in cordibus fidelium plantatur, vtique fideles adhuc in mundo esse videntur. Quo. n. radix alia in cœlo plantatur? Vis scire quo? Quia corda fidelium cœlum sunt, quia in cœlos quotidie eriguntur, dicente sacerdote, Sursum corda, securi respondent, Habemus ad dominum. Apostolus dicit, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Si ergo fidelium conuersatio in cœlis est, quia vera charitas in illis est, radix charitatis in cœlo plantata est. E contrario radix cupiditatis quæ in cordibus superborum est, quia semper terram cupiunt, terram sapiunt, terram diligunt, & omnem spem suam in terra constituunt, in inferno plantata est. Et licet hæc ita sint, attamen nec peccatores debent desperare, nec humiles iusti in aliquo quasi de suis meritis superbire: quia & iusti si de se præsumpserint, cito perdunt radicem charitatis, & peccatores si ad pœnitentiā conuertuntur euulsa cupiditate, cito plantam recipiunt charitatis. Et ideo qui boni sunt custodiant quod dei munere perceperunt, & qui mali sunt studeant reparare quod infœliciter perdiderunt. Nemo se ad illud tempus reseruet, & tunc pœnitentiā uel charitatis dulcedinem retinere contendat, quando cœperit de hac luce migrare. Non se ad hoc reseruet, vt quandoq; in senectute ad pniæ medicamenta confugiant, quia nesciunt quid superuentura pariat dies. Qua fronte salutem suam in tempore senectutis dissimulat, cum vnius diei spatio certus esse non possit? Et ideo si mortē timere nolumus, semper parati esse debemus, vt cum nos dominus de hoc seculo iuserit vocari, cum secura cōscientia, non cum desperatione, sed cum gaudio ante cōspectū iudicis veniamus, & ibi fœliciter audire possimus, Euge serue bone & fidelis, qui super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Ad quod gaudium nos dominus pro sua pietate perducat, qui viuit & regnat. L. per cuncta secula seculorum, Amen.

Ephe 3
1. Tim 6.
Charitas, Cupiditas
Duæ radices.
Matth. 7.
Matth. 3
Duo agricolę.
Ppilip 3.
Matt. 25

In eadem

In eadem dominica de eo, quod Apostolus dicit, Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago:

Sermo II.

Roma. 7

LEctio diuina, quę de Apostoli Pauli epistola recitata est, quotiescunque legitur timendum est, ne male intellecta det hominibus q̄rentibus occasionem. Proclines quippe sunt homines ad peccandum, & vix se tenent. Vbi ergo audierint Apostolum dicentem, Non. n. quod volo facio bonū, sed qd̄ odi malū hoc ago: agunt malum, & quasi displicentes sibi quia agunt malum, putant se Apostolo esse similes qui dixit, Non n. qd̄ volo facio bonum, sed quod nolo malū hoc ago, Nonnunquā. n. legitur, & nunc nobis ingerit necessitatem disputandi, ne homines male sumentes salubrem cibum vertant in venenum. Sic ergo intendat charitas vestra, donec quod dominus donauerit dicā vobis, vt vbi me forte laborare uideritis in difficultate alicuius obscuritatis, adiuuetis me affectu pietatis. Prius ergo recolite quod deo ppitio soletis audire, vitā iusti in isto adhuc corpore bellum esse nōdū triumphum. Huius autem belli qn̄ erit triūphus? Ideo Apostolus dixit, & voces belli & voces triumphi. Voces belli modo audiuimus, Non. n. qd̄ volo ago, sed qd̄ odi illud facio. Si aūt quod odi illud facio, consentio legi qm̄ bona est. Velle adiacet mihi, perficere aūt bonum non inuenio. Video aūt aliam legem in mēbris meis pugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in mēbris meis. Quando audis captiuantē, bellum non agnoscis? Vox ergo triumphi nondum est, sed quia futura est docet idē Apostolus dicens, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptibile, & mortale hoc induerit immortalitatem, ibi est vox triumphi. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Dicant triūphantes, Vbi est mors cōtentio tua? Dicimus ergo quandoque, & ipsum quandoq; non erit longe. Non. n. tātū remanet de seculo, quantum iam exemptum est. Hoc igitur tunc dicimus. Modo autem in isto bello ne male intelligentibus lectio ista tuba sit hostis non nostra, vnde ge incitetur, non unde vincatur, aduertite obsecro frēs mei, & qui certatis certate. Qui. n. nondū certatis, non estis intellecturi quod dico, Qui iā certatis, intellecturi estis. Vox mea in aperto, vestra erit in silentio. Prius illud recolite quod scripsit ad Galatas, vnde bene hoc possit exponi. Ait enim fidelibus, loquens baptizatis, loquēs quibus vtique in sancto lauacro omnia fuerant dimissa peccata. Eis tamen loquens, sed pugnantibus loquens ait, Dico autem, Spiritu ambulate, & concupiscentias carnis ne perfeceritis. Non dixit, ne feceritis sed, ne perfeceritis. Quare hoc? Sequitur & dicit, Caro enim concupiscit aduersus spiritū, spiritus aūt aduersus carnē. Hæc. n. inuicē aduersantur, vt non ea quę vultis faciatis. Quod si spiritu ducimini, nō adhuc estis sub lege vtiq;, sed sub gratia. Si spiritu ducimini. Quid est duci spiritu? Spiritui dei consentire iubenti, non carni concupiscenti. Tamen cōcupiscit & resistit, & vult aliquid, & non vis tu, Perseuera, vt nolis tu. Desiderium tuū tamen tale esse debet ad deum, vt non sit ipsa concupiscentia cui resistas. Videre quid dixerim, Desiderium, inquam, tuum tale esse debet ad deum, vt omnino non sit ipsa concupiscentia cui resistere oporteat. Resistis. n. & non consentiendo vincis, sed melius est hostem nō habere q̄ vincere. Hostis iste aliquando non erit. Refer animum ad vocem triumphi, & vide si erit. Vbi est mors contentio tua? Non erit. Vbi est mors aculeus tuus? Quæres locum eius & non inuenies. Non. n. hæc, quod maxime debetis audire. nō. n. hæc qua si alia natura est, sicut insaniunt Manichæi, Languor noster est, vitium nostrum est. Non separatum alibi erit, sed sanatum nusquam erit. Ergo concupiscentias carnis ne perfeceritis. Melius quidem erat implere quod lex dixit, Nec concupiscas. Plenitudo est ista virtutis, perfectio iustitiæ, palma victoriæ, ne concupiscas. Hoc quia modo impleri non potest, uel illud impleatur quod sancta scriptura intendit, Et post cō cupiscentias tuas non eas. Melius est eas non habere, sed quia sunt, noli post eas ire. Nolunt post te ire, noli post eas ire. Si velint post te ire non erunt, quia contra mentem tuam non rebellabunt. Rebellant, rebella: pugnant, pugna: expugnant, expugna: Hoc solum videte ne uincant. Ecce aliquid inde ponam unde cætera intelligatis, Nostis esse homines sobrios, pauciores sunt, sed sunt. Nostis esse & ebrios, abundant. Babtizatus est sobrius, quantum pertinet ad ebrietatem. nnn habet cum qua

Sermi. 45
Supra i 3. ser. dominicę præcedē.
Roma. 7
Iusti vita bellū ihoc mūdo ē & nōdū triūphus.
Roma. 7
Belli uox.
1. Cor. 15
Triumphi uox.
Gala. 5
Roma. 7
Eccli. 8
Gala. 5
Spū duci.
1. Cor. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnet, habet alias concupiscentias cum quibus pugnet. Sed vt de cæteris intelligatis, vnius tantùmodo hostis certamen in medio cõstituamus. Baptizatus est & ebrius; Audiuit & cũ timore, audiuit inter cætera mala, quibus hominibus male viuentibus intercluditur regnum dei, cõmemoratam esse & ebrietatem, quia vbi ductum est, 1. Co. 6. Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, ibi additum est. Neque ebriosi regnum dei possidebunt. Audiuit & timuit. Baptizatus est, dimissa sunt illi oia, quibus inebriatus est. Restat aduersaria consuetudo. Ergo habet cum qua pugnet renatus. Præterita enim eius vitia oia dimissa sunt ei, obseruet, vigilet, pugnet, ne aliquãdo inebrietur. Surgit ergo illa concupiscentia potandi, titillat animum, ingerit faucibus siccitatem, insidiatur sensibus, vult etiam ipsum, si potest fieri penetrare murũ adire inclusum, trahere captiuum. Pugnat, repugna. O si & ipsa nõ esset. Si consuetudine vitæ huius accessit, bona consuetudine morigeretur, tu tantum noli ei satisfacere, noli eam cedendo satiare, sed resistendo necare. Tamen quandiu est, hostis est. Si ei non consentias, & nunquam inebrieris, minor & minor erit quotidie. Nam sunt vires illius subiectio tua. Si enim cesseris & inebriatus fueris, das ei vires. Nũquid contra me & non contra te? Ego de loco superiore moneo, dico, prædico. Quid ergo mali futurum sit ebriosis, ante denũcio. Non est quod dicas, non audiui, Non est quod dicas, Exigit deus animam meam de manu illius quid mihi tacuit. Sed laboras, quia tibi validum aduersarium mala consuetudine ipse fecisti. Non laborasti vt nutries eũ labora vt vncas eum. Et si minùs idoneus es aduersum eũ, roga deum tamen: si te nõ vicerit, quãuis ipsa tua mala consuetudo luctata sit tecum, si te nõ uicerit, feciſti quod Galat. 5. ait Apostolus Paulus, Concupiscentias carnis ne perfeceritis. Facta est cõcupiscentia titillando, sed non est perfecta consentiendo potando. Quod dixi de ebrietate, hoc de omnibus vitiis, de omnibus cupiditatibus intelligas. Cum aliquibus enim nati sumus, aliquas consuetudine fecimus. Nam propter illas, cum quibus nati sumus, baptizantur infantes, vt soluantur a reatu propaginis. malæ quam habuerunt. Consuetudini ergo semper repugnandum est, quia ipsa concupiscentia cũ qua nati sumus finiri non potest quãdiu viuimus. Quotidie minui potest, finiri non potest. Per illam dictum est hoc nostrum mortis corpus. De ipsa dicit Apostolus, Con- Rom. 7 delector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuãtem me in lege peccati quæ est in membris meis. Tunc nata est ista lex, quando transgressa est prima lex. Tunc nata est, inquit, ista lex, quando contempta est & transgressa prima lex. Quæ est prima lex? Quam in paradiso accepit homo. Nonne nudi erant, & non confundebantur? Quare nudi erant, & non confundebantur nisi quia nondum erat lex in membris repugnans legi mentis: Fecit homo factum puniendum, & inuenit motum punendum. Manducauerunt contra interdictum, & aperti sunt oculi amborum. Quid enim? Prius in paradiso clausis vel cæcis oculis oberrabant. Absit. Nam Adam vidit de nomina imposuit volatilibus & bestijs, quando ad eum cuncta animalia adducta sunt, quibus nomina imponebat si non videbat? Deinde dictum est, Vidit mulier lignum, quia placet oculis ad videndum. Ergo oculos apertos habebant & nudi erãt & non confundebantur. Aperti sunt aũt oculi eorum ad aliquid quod nunquam serant, quod in motu sui corporis nunquã expauerant, Aperti sunt ad intuendum, non ad videndum. Et quia senserunt pudendum, curauerunt tegendum. Consuerunt, inquit, folia ficulnea, & fecerunt sibi succinctoria. Quod texerunt, ibi senserunt. Ecce vnde trahitur originale peccatum, ecce vnde nemo nascitur sine peccato, ecce propter quod dominus non sic concipi voluit, quem virgo concepit. Soluit illud qui venit sine illo, Soluit illud, qui non venit ex illo. Vnde vnus & vnus? Vnus ad mortem, vnus ad vitam. Homo primus ad mortem, homo secundus ad vitam. Sed quare ad mortem ille homo? Quia tantum homo. Quare ad vitam iste homo? Quia deus & homo. Non ergo quod vult agit Apostolus, quia vult concupiscere, & tamen concupiscit, ideo non quod vult agit. Nunquid illa concupiscentia mala trahebat Apostolum subiugatum ad concupiscendum ad fornica-

Galat. 5.
Rom. 7
Gene. 3
Roma. 7.
Gene. 3.
Peccatum originale.
Primus homo ad mortem,
Secundus ad vitam.
Rom. 7.

tionem; Absit. Non ascendãt tales cogitationes in cor nostrum. Luctabatur, non subiugabatur. Sed quia nolebat & hoc habere contra quod luctaretur, ideo dicebat, Non quod volo ago. Concupiscere nolo, & concupisco. Non ergo quod volo ago, sed tamen concupiscentiæ non consentio. Non enim aliter diceret, Concupiscentias carnis ne perfeceritis, si eas ipse perficeret. Sed constituit tibi ante oculos pugnam suam, ne timeres tuam. Si enim hoc non dixisset beatus Apostolus, quando videres moueri concupiscentiam in membris tuis cui tu non consentires, tamen cum eam moueri videres, forsitan desperares de te & diceres, Si ad deum pertinerem, sic non moueret. Vide Apostolum pugnantem, & noli te facere desperantem. Video aliam legem, inquit, in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Et quia nolo vt repugnet, caro enim mea est, ego ipse sum, pars mea est, non quod nolo ago, sed quod odit malum hoc ago, quia concupisco, Quod ergo bonum ago, quia concupiscentiæ malæ non consentio, ago bonum, & non perficio bonum, Et concupiscentia hostis mea agit malum, & non perficit malum. Quomodo ago bonum, & non perficio bonum? Ago bonum, cum malæ concupiscentiæ non consentio, sed non perficio bonum vt omnino non concupiscam, Rursus ergo & hostis meus quomodo agit malum, & non perfecit malum? Agit malum, quia mouet desiderium malum. Non perficit malum, quia me non trahit ad malum. Et in isto bello est rota vitæ sanctorum. Iam quid dicam de immundis, qui nec pugnant; Subiugati pertrahuntur, quia libenter sequuntur. Hæc, inquam est pugna sanctorum, & in hoc bello semper homo periclitatur quousque moriatur. Sed in fine, id est in triumpho illius victorię quid dicitur, imo, quid dixit Apostolus iam præmeditans triumphũ? Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors contentio tua? Vox triumphantium, Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis est peccatum, cuius punctione facta est mors. Peccatum quasi scorpius est. Pupugit nos, & mortui sumus. Sed quando dicitur, Vbi est mors aculeus tuus: quo aculeo facta es, non quem feciſti. Quando ergo dicitur, Vbi est mors aculeus tuus: vtique non erit, quia peccatum non erit. Aculeus autem mortis est peccatum. Contra peccatum data est lex. Quomodo uirtus peccati lex? Subintrauit vt abundaret delictum. Quomodo hoc? Quia fuit ante legem homo peccator, data lege atque transgressa, factus est præuaricator. Peccato tenebantur omnes rei, lege data plus præuaricatione facti sunt rei. Vbi spes nisi quod sequitur, Vbi abundauit peccatum, superabundauit gratia? Ideo & iste miles, & quodammodo in isto bello exercitatissimus, tam exercitatus ut esset & dux cum laboraret in hoc bello contra hostem & diceret: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis: legem fœdam, legem miseram vulnus, tabem, languorem, subiunxit, Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et gementi subuentum est? Quomodo subuentum est? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quando corpus habebis vbi nulla concupiscentia remanebit? Cum mortale hoc induerit immortalitatem & incorruptionem, & dicetur morti: Vbi est contentio tua? Et non erit. Vbi est mors aculeus tuus? Et nusquam erit. Modo quid? Audi igitur. Ego ipse mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Mente seruio legi dei, non consentiendo: carne autem legi peccati, concupiscendo. Et mente legi dei, & carne legi peccati. Et hac delector, & ibi concupisco, sed non vincor: titillat, insidiatur, pulsat, trahere conatur, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Nolo semper uincere, sed aliquando volo ad pacem venire. Nunc ergo fratres tenete istum modum, mente seruite legi dei, carne legi peccati, sed ex necessitate, quia concupiscitis, non quia consentitis. Aliquando ista concupiscentia sic insidiatur sanctis, vt faciat dormientibus quod non potest vigilantibus. Vnde omnes acclamastis, nisi quia omnes agnouistis? Pudet hic immorari, sed non pigeat inde deum precari.

Gala. 5
Rom. 7
Roma. 5
Roma. 7
1. Cor. 15.
Roma. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item in eadem dominica Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Cum descendisset Iesus de monte, secutæ sunt eum turbæ, & cętera, quę habētur in opere. De quęstionibus Euangeliorum. lib. cap. III.

Sermo. 46. Hic sermo habetur in tomo. 9 fo.

Dominica quarta post octauas festi Ephiphaniæ, de quatuor virtutibus charitatis.

Sermo I.

DEsiderium charitatis vestræ a nobis exigit debitum sermonis officium. Sed tanta sunt quę terrent & reuocant animum nostrū, vt si velimus parere desiderio vestro, non sit sine periculo nostro. Primum, q̄ iuuenis loqui cogor præsentibus senibus, deinde temerarium esse arbitror loqui velle imperitia inter eos quos roborauit antiqua doctrina. Optabam ergo silentio præterire, & illum locum tutissimum eligere, audire potius quā aliquid dicere. Sed quid facio? Instat vester amor, reuocat noster pudor, cogit sanctorum patrum iussio, a quibus si velim obsecrans veniam petere dicens. Ignoscite patres ignoscite, parcitæ nostræ verecundiæ, parcite nostræ ętati, maxime cum recolam vobis fuisse præceptum, Loquimini seniores, decet enim
Eccli. 32. vos: ipsi sancta charitate qua prævalent, respondebunt mihi, Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibus si repetam, sancti patres quid loquar? Rursum mihi respondebunt, Quod a nobis sępe audisti, memento fili, quia ab infantia sacras literas didicisti. Sed nec sic vobis excusatus esse potero, quorum corda ita ista me sua voce pulsa-
1. Tim. 4. bunt, quid metuis proferre verbum? Si ętas revocat, Paulus Timotheo inueni præ-
Matth. 10. cipiebat dicens, Nemo adolescentiam tuam contemnat, prædica verbum. Si sermo deest, petr & accipies. Nō enim vos estis qui loquimini, sed quod donatur vobis, hoc ministratur nobis. His coarctatus angustijs, quo me conferam nisi ad sancta vestigia charitatis? eamq̄ deprecer vt donet mihi aliquid dignum de se dicere: quo & meum
1. Cor. 13. suppleam ministerium, & vestro satisfaciā desiderio. Inter cętera virtutes eius quas commemorat Apostolus Paulus, q̄ charitas non æmulatur, non agit perperam, non irritatur, non cogitat malum, & cætera in vltimo quatuor eius virtutes breuiter comprehendit dicens, Omnia tolerat, oia credit, omnia sperat, oia sustinet, charitas nunquā excedit. Ex his igitur quatuor virtutibus sanctæ charitatis, loqui conuenit sanctitati vestræ, delectatq̄ primitus intueri quēadmodum velut quatuor cardines orbis continens, totum possederit mundum. Requiramus igitur si placet aliquorum exempla sanctorum, eorū, scilicet qui his uirtutibus sanctæ charitatis possessi sunt & eis singulis ita singula tribuamus, ut omnes in omnibus esse nosc amus. Quoniā omnis qui pie tolerat, recte credit, & omnis qui recte credit, aliquid sperat: & qui sperat sustinet ne ab spe cadat. Sed iam quinam isti sint uideamus, quorum fidem tam quantum desuper adiuuamur assequi ualeamus. Virtus charitatis quę omnia tolerat, eminuit in sancto Noe: quæ omnia credit, in sancto Abrham: quę omnia sperat, in patribus nostris, id est, in populo Israel, unde ipse noster exortus est dominus, quæ omnia sustinet, in ipso capite nostro domino Iesu Christo, qui est uera charitas quæ nunquam cadit. Nec cęteros sanctos ab his uirtutibus uestra charitas deputet alienos, quos pro breuitate temporis, & pro sermone susceptо ita prætermisimus et
Gene. 6. & 7. se cognoscite, vt tamen certissime noueritis omnes esse in Christo, & in oibus Christute charitatis quæ omnia tolerat. Predixit ei deus, q̄ iniquitate hominum crescente diluuio perderet mundum. Statim ille admonitus confugit ad lignum, & post camporum amœnorum faciem angustijs se recluſit arcę, tolerat cœli fremitum, fonitū aquarum, fragorem nymborum Et post ista omnia, qui solet gaudere consortio hominum, socius quodammodo efficitur serpētum ac ferarum, nec expauescit tantæ quod cum eo sint ferę in arca, imo ibi agnoscit ordinem suum feritas, quia se cognouit humanitas: & iubenti homini obediunt, quia hoiem superiori domino obedire cognoscunt. Ostensum est in Noe quid Adam præceptum contemnendo perdiderit, & demonstratum est posse homines bestijs etiam dominari, si subdant obedientiam conditori. Expectat & tolerat sanctus iste finem diluuij, nec antequam finiatur, casa ferarum arca relinquitur. Tolerat bonis mala, & donec in fine etiam corpore separentur intus manens, corde non corpore separatur. Si qua es anima quę cupis possi-

dere virtutem charitatis quę omnia tolerat, relinque mundum, confuge ad crucis lignum, non metuas procellas & turbines huius diluuij, non mergeris si ligno portaberis, nouit gubernare qui dignatus est creare, tantum assit virtus charitatis quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ solidate euellat, permane bonus, & tolera malos. Melius. n. est vt intus positus propter bonos toleres malos, quā foras exiens & peries & bonos relinquas & malos. Si ergo sunt tecū ferę, i. si sunt tecū in ecclesia praua docentes falsa sentientes hæretici vel schismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more serarum animas deuorare quærentium, tolerentur vsq; ad finem seculi, tanquā finem diluuij. Rugiant licet, fremant dentibus, atq; ipsam arcā confringere conentur, non expauescas finito diluuio illas rapiet inanis ac spinosa sylua, te fertilis suscipiet terra. Post finem seculi impij rapientur ad tenebras exteriores vbi est fletus & stridor Mat. 25.
dentium, pios suscipiet terra viuentium. Nam & ipse sanctus Noe post finem diluuij Gene. 8.
obtulit sacrificium deo, sed de animalibus mundis nō de immundis. Simul. n. & munda & immunda animalia in arca natare potuerunt, sed mala ad sacrificium dei non peruenerunt, Sed iam hinc aliquando transeamus, vt cætera perscrutari valeamus. Procedat in medio sanctua ille Abraham, & suo nos doceat exemplo, posidere virtutem charitatis quæ omnia credit, qui non est cunctatus ad vnam vocationem relinquere patriā, sedē, domum, familiam, omnia relinquuntur vt dño præcipienti parea
Gene. 12. tur. Exi, inquit ei deus, de cognatione tua, & de domo tua, & veni in terrā quācunq; tibi ostendero. Nec apud se iste sanctus cogitauit aut dixit, quo eam, cui me cōmittam, in quam terram vadam? sed statum audit, surgit, currit, festinat, accelerat, terram promissam non videt, sed credēdo ea firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec aberrantibus vestigijs alibi quā debuit declinauit, quia qui eum ad ignotam terrā mitte
Gene. 13. bat, non dimittebat, nec eum ipse fefellit. Redditur merces credenti, ad terram peruenit, dilatatur, multiplicatur, ex paupere efficitur dives, ex ignobili potens, ditatur
Mat. 19. oibus bonis, & in illo implebitur q̄d dominus in Euangelio suis discipulis promisit dicens, Si quis dimiserit domū aut agrū, aut parētes causa nois mei, in hac vita centuplum accipiet, & in futuro seculo vitam consequetur æternam. Cumulatur adhuc huius fidei merces, & seni promittitur filius. i. virtus charitatis quæ omnia credit, au-
Gene. 18 dit, exultat, amplius diligit, susceepit filiū ex cōiuge sterili, quā spe pariēdi destitutā sterilitas ætas q̄ iā fecerat, atq; in illo benedictione oium gentiū promissam firmissime tener. Sed adhuc eū charitas probat, probatū q̄ cōmendat, & quēadmodum nihil deo proferat posteris monstrat. Vocat eū dominus de cœlo dicēs, Abrahā Abraham.
Gene. 22. Et ille tanquā seruus obediēs, Ecce adsum ait. Et dñs, Accipe filium tuum illum quē diligis Isaac, & vade in terram excelsam & offeres eū holocaustū in unū montiū quē
Abrahæ obedientia. tibi dixero. Nec hac quidē iussione turbatur aut frangitur seruus fidelis, adest ei virtus charitatis quę oia credit, surgit, domū, pergit, asinam sternit, ligna concidit, gladium & ignē sumit, puerum simul adducit & pergit ad locum. Tunc intentus factus Isaac, patrē interrogat dicens, Pater ait. Et ille, Quid est fili? Et filius, Ecce ait ignis & ligna, vbi est ouis quā immolaturus es ad holocaustū? Et pater rndit, Deus prouidebit sibi ouem ad sacrificium fili. Magnū hic & grande video sacramentum. Aliud Abraham corde gestabat, aliud filio promittebat. Sed neq; quæ promittebat filiū fallebat, neque aliqua infirmitas cor eius a proposito immutauerat. Quid pluribus: Pergit viam, videt locum de longe, & statuens pueros suos ibi eis talia verba profert dicens, Sedete hic cum asina, ego autem & puer ibimus vsq; illuc, & cū adorauerimus, reuertemur ad vos. O sanctę Abraham, quid est quod dicis, cum aliud tibi de puero agendum sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Non, inquit, sed quod propheticæ vel dico vel gero, virtus charitatis in me manēs quæ oia credit & facit, dicit. Audio enim eam sine strepitu vocis intus ad cor loquentē & dicentem mihi. Tu quidē licet resurrecturum credens, pleno & pfecto voto puerū ducas immolandū, filius tuus in isto
Iac. 2. sacrificio no crematur, quia resurrectio filio dei seruatur. Merito huius viri fidē commemorans Iacobus Apostolus ait, Credidit Abraham deo, & deputatū est illi ad iustitam, & amicus dei appellatus est. Amicos, vt nouimus, cōiunctio animorum facit. Vnde quidā sapiens huius mundi ait, Idem velle atque nolle, ea demū firma amicitia est. Ergo amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit. Quēadmodum iste san-

Roma 8.

Gene. 22.

Isaac patientia.

Esa. 53

Gene. 12

Proue. 23.

Psal. 50

Secunda Charitas virtus.

Psal. 21.

Exod. 3.

Exod. 14.

Exod. 16

Psal. 77.

1. Cor. 10

Ioan. 6.

Psal. 33

2. Cor. 7.

Psal. 26

Tertia Charitatis uirtus.

1. Cor. 13.

Roma. 10.

Ioan. 1

eius animum coniunxerit deo, vt eius amicus appellaretur, vultis nosse? Sicut enim deus pater vnico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, ita & iste vnico filio non pepercit, sed iubente vt immolaretur ei qui dederat eum, deuoto corde obtulit eum. Sed quæ sequuntur videamus. Delectat enim nos adiuuante dominо deo nostro huius historiæ plenam vobis reddere notionem. Postquam relictis pueris ad locum sacrificij pater cum filio venit, aram construit, ligna componit, manus filio ligat, imponit eum in aram supra ligna deponit humana paterne pietatis indicia, induit sacerdotis diram costantiam, educit gladium ut perimat filium. Quid videtis, fratres charissimi? Nihil hic sentimus humanum, quia totum cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui pauloante ouem requirebat, sub ingenti silentio talia fieri in se sentiebat, & ita patiens inuenitur, tanquã iam ille esset qui sicut ouis ad immolandum ductus est, & tanquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperiens os suum. O & tu sancte Isaac, indica nobis silentij huius tam grande secretũ. Pauloante nihil in te fieri sentiebas, & a patre arietem requirebas: nunc autem manibus ligaris, in ara imponeris, ligno quodammodo suspenderis, & modo taces? Taceo, inquit, Dic quare obsecro ut nouerimus. Vultis nosse air, quare modo taceo? Quia figurã illius gesto, qui voluntate ponit animam suam, non necessitate. In hoc tam grandi mystico fidei sacramento, & Abraham sanctus apparuit probatus, & filius in presenti est liberatus, in quo Christus est prænunciatus. Si qua es anima, quæ cupis sequi vestigia fidei patris nostri Abraham, exi de terra tua & de cognatione tua, relinque populum tuum, & domum patris tui, id est, fideliter renuncia diabolo, pompis & angelis eius, & sequere viam rectam, quæ te perducat ad terrã in qua diteſcas & emineas, & efficiaris socius Abrahã. Sed cũ ista omnia feceris, si virtus charitatis, quæ oia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatã coronabit te, & experit te sacrificium dilecti tui. Quid a te expetit? Quod Abraham illi dictum est, Da mihi vnicũ dilectum filiũ tuum. Tibi dicit sapientia, Da mihi fili cor tuum. Ipse est dilectus vnicus, quid meruis offerre cor tuum? Offer sacrificium, contritionem cordis domino deo tuo, & die ei cum Propheta, Holocaustis non delectaberis. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Nihil metuas tali sacrificio oblato, & tibi acceptum erit, & quod obtuleris integrum permanebit. Aliam virtutem charitatis quæ oia sperat, placet inspicere. Hanc superius plebi Israel & patribus nostris alsi gnasse cognoscimus. Eius nanque uirtutis uox est in versu illo prophetico: In te speraverunt patres nostri, sperauerunt & liberasti eos. Et ipsi ex Aegypto fugere iubentur, terra eis lac & mel fluens promittitur. Per mare rubrũ transeunt, ad eremũ veniunt: ducebat eos spes charitatis, vt discerent deũ amare gratis. Redditur & his merces fidei: non enim potest non reddere qui se dignatur facere debitorem. Post eremũ mella de petra suxerunt, panem cœli manducauerunt, non sunt priuati a desiderio suo. Quod sperauerunt, terram etiam promissionis acceperunt. Exurgat aia quæ huius charitatis virtute cõprehensa est, effugiat ex Aegypto, id est, ex huius seculi desiderio, pergat ad mare rubrũ. s. xpi baptismũ, ideo rubrũ, quia xpi sanguine purpuratũ. Persequantur hostes, peccata cũ suo authore diabolo, tanquã Aegyptii cũ suo rege Pharaone sequiant, sequantur fugientes. Quid metuis? Vsq; ad aquã sæuiant. Ingredieris tu, ingredientur & illi post te, sed aqua conuersa, illis erit in perniciem, tibi proficiet ad salutem, illos obruet, te abluet: illos damnabit, te liberabit. Post hęc suscipies mel de petra, quo sitim tuam saties. Petra n. erat xps, ex cuius pcepris tanquã ex fontibus dulcedinis satieris. Custabis & panem illũ. s. qui dixit, Ego sum panis uiuus q de cœlo descendi. Gustabis & uidebis, qm suauis est dns. Et si in te eminet uirtus charitatis quæ oia sperat, per eremũ te necesse est transire, id est, vtaris hoc mũdo tanquã non vtens. Et in hac vita peregrinum te noueris esse, si terrã promissionis cupis intrare. Hæc terra est de qua Propheta cantat & dicit, Credo videre bona domini in terra uiuentiũ. Vltima uirtus charitatis restat, quæ oia sustinet & nunquã cadit. Hanc ipsi capiti nostro dño Iesu Christo conuenire nouimus: ideo in ultimo, qm finis legis xps est. Quãta aũt ipse pro nobis sustulerit, puto charitatẽ uestram ignorare non posse: tũ exinde aliquid dicam, si tn de tanto aliquid digne dicam. Prius illud quod deus homo, ꝙ uerbum caro factum est, ꝙ multa bona fecit, & mala perpessus, est, ꝙ

mortuos suscitauit & mortuus est, ꝙ singularis illa patientia pertulit diabolum tentatorem, discipulum traditorem, quòd ipsum Iudam priusquam ostenderet traditorem, pertulit furem, & ante experimentum uinculorum crucis ac mortis, labiis eius dolosis non negauit osculum pacis. In ipsa autem morte quanta sustinuit? pertulit odiorum flammas, ministrorum pessimi cordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige crucifige: & ne rei remanerent Iudæi innocens ab eis crucifixus est filius dei. Ad crucem ducitur, expalmatur qui est uera palma victoriæ: spinis coronatur, qui spinas peccatorum uenit confringere: ligatur, qui soluit compeditos: ligno suspẽditur, q erigit elisos: aceto potatur fons vitæ, disciplina cæditur, salus uulneratur, uita moritur, occiditur ad tempus uita, ut in perpetuo a uita occideretur mors, quia hic Iudæi in hac morte xpi exultauerunt quasi uictores: & cum terrenum & caducum regnum timuerunt perdere, regem cœli & terræ non dubitauerunt occidere. Sed nec sicut putauerunt uictores extiterunt. Si enim uicerunt, regnũ qũo perdiderũt? Qũo nunc usque serui remanserunt? Ista nanq; causa est qua ab eis xps occisus est. Dixerunt apud se principes Iudęorum, ut Euangelista narrat, Videtis, inquiunt, quia totus mundus post eum abiit, si dimiserimus eum uiuere, uenient Romani, & tollent nobis locum & gentem. Et Christum occiderunt, locum & regnum gentemq; perdiderunt. Quid uobis profuit o insani Iudæi, quòd tm scelus cõmisistis? Nunquid quia xpo dño ut decuit seruire noluistis, ió eius dominio caruistis? Dũ illi seruiunt reges, qb. uos seruitis, facti estis mali serui bonorũ seruorũ xpi. Per ipsos cõterit contumaciã uram, p ipsos dissipat cõsilia uestra, p ipsos retribuet scelera i capita uta Ipse aũt dominus quem uos interemistis, non uos seruos sed liberos esse cupiebat, quando dicebat: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Vos autem deum dominum & regem & ipsam ueram libertatem non solum repudiastis, uerũetiam necare cupientes clamastis, Non habemus regem nisi solum Cęsarem. Sed ne in hoc quidem gloriemini quod Christum occidistis, actum est de uobis potius & nescitis. Audite ipsum dominum dicentem per Prophetam, Ego dormiui & somnum cepi: somnũ appellans mortem a uobis illatam. Cæterum qualis mors potuit esse triduana, maxime illius q per eundem Prophetam alio loco dicit, Nunquid qui dormit non adiiciet ut resurgat? Ego, inquit, dormiui ego qui potestatem habeo ponendi animam meam, ego dormiui, non quia sæuistis, non quia insanistis. Ego impleui quod uolui, uos autem in scelere remansistis. Quis exigit tanta de deo nostro fratres, pro nostra salute ac redemptione, nisi charitas quæ nunquam cadit? O charitas quàm magnas vires habes, de cœlo deum deposuisti. O chara sanitas, o sancta ac uera charitas, quæ tanta es in terris, quanta eris sanctitas in cœlis. Quæ tantum potes in hac pugna mortalitatis adhuc solicita, quãtũ poteris in illa perfecta pace secura. Euigila itaq; oĩsaia Christiana, & si in te eminet uirtus charitatis q̃ oia sustinet, dñi tui imitare vestigia. Christus n. ait Apostolus Petrus, pro nobis passus est, relinquens uobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Et si ille propter te de cœlesti sede ad terrena descendit, tu propter te fuge terrena, appete cœlestia. Si dulcis est mundus, dulcior est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator, surge, ambula, pigre scere noli, habes quo. Sed forte quæris quo. Vides enim uiam & queris quo ducat hæc ipsa uia? Ad veritatem & ad uitã ducit. Si amas veritatem, si amas vitam, & cupis ad veritatem & ad vitam venire, a via noli errare. Video, inquis, uiam, & cupio ambulare, sed amara est, aspera est. Arcta enim & angusta uia quæ ducit ad vitam. Christus transiuit, adhuc & aspera est? Caput transiuit, & membra dubitant? Sed Christus, inquis, deus & homo, ego autẽ homo. Tot milia martyrum transierunt, & adhuc tibi aspera est? Transierunt senes, transierunt iuuenes, transierunt pueri, puellæ transierunt, uiam quam timebas, tritam tibi fecerunt. Ambula ergo uiam, securus ambula, quid enim metuis in hac uia? Mortem? Et mortem times, qui ad vitam curris: si bonus es, bene in hac vita curris: mors tibi ianua erit, quæ te repræsentet, nõ q̃ auferat uitæ. Ambula ergo uiam, imo ipse qui pp te factus est via, ipse te ducet p seipsum ad seipsum. Ipse. n. est uia, ueritas & vita. Dic ergo dño deo tuo o anima fidelis & pia, dic secura, dic, & cum Prophe-

Ioan. 1

Xps quarẽ occisus. Ioan. 11

Ioan. 8. Ioan. 19 Psal. 3.

Psal. 40 Ioan. 10

3. Cor. 13.

1. Pet. 2.

Mat. 7

Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.13ff. ta veraciter exclama,Deduc domine me in via tua,& ambulabo in veritate tua: tũc ad te securus perueniam, si in finem usque tua gratia non deserat. Hęc fratres dilectissimi quę dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati & charitati vestræ,ita hereãt cordibus & sensibus vestris,vt eadem ipsa charitas fructum in vobis inuenat operis ,non folia laudis,Amen.

Roma.7. In eadem dominica de eo quod Apostolus dicit, Delector enim legi dei secundum interiorem hominem,&c. Sermo II.

Sermo.47. Roma.7 CVm ergo semetipsos quotidie sentiant sancti terrenę cogitationis pondere prægrauatos ab illa mentis sublimitate decidere,& multos imo vero etiam nescientes in legem peccati mortisq; traduci,atque vt cætera prætermittam, illis saltem quæ superius comprehendi bonis quidem ac iustis, sed tamen terrenis a conspectu dei operibus auocari,habent profecto pro quibus ad deum iugiter ingemiscant, habent pro quibus in ueritate humilitati atque compuncti,non verbis tantummodo,sed affectu semetipsos pronuncient peccatores,& venią pro omnibus quæ quotidie superati fragilitate carnis incurrunt a gratia domini iugiter postulantes, ueras pœnitentiæ lachrymas in desinenter effundant,quippe qui uideant ijsdem ipsis se pro quibꝰ continuo dolore uexati sunt,etiam usque ad deum iugiter ingemiscant,æstibus inuolutos,etiam ipsas supplicationes suas offerre se fine cogitationum anxietate non posse experti igitur se humanis uiribus desideratam fidem,obsistente carnis sarcina, non posse contingere, neque illi precipuo summoq; bono secundum cordis sui desiderium posse comungi,sed ab eius intuitu captiuos ad mundana traduci,ad gratiam

Roma.7. dei qui impios iustificat conuolantes,cum Apostolo protestatur, Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Christum Iesum dominũ nostrum. Sentiunt enim se bonum istud quod uolunt,quodq; oderunt malum,id est, cogitationum motus & curam corporalium rerum semper incidere, & condelectantur quidem legi dei secundum interiorem hominem,qui visibilia vniuersa transcendens,conatur deo soli semper vniri. Sed uident aliam legem in membris sui i. in natura humanæ conditionis insertam,quæ repugnat legi metis eorum,pertrahit sensum violenta lege peccati compellens. s. eos relicto illo principali bono terrena cogitatione submitti. Quæ quãuis necessaria atque corpore vtilis videatur cum dispensatione religiosæ cuiuspiam necessitatis impenditur,comparatione tamen illius boni qđ sanctorum omnium oblectat intuitum, mala vtique abeis ac fugienda decernitur, qui per eam quoquo modo vel ad modicum tempus ab illius perfectę beatitudinis gaudio retrahuntur. Vere enim lex peccati est, quã humano generi pręuaricatio sua induxit author is,per illius noxam in quem lata est æquissimi iudicis illa sententia:

Gene.3 Maledicta terra in operibus tuis,spinas & tribulos germinabit tibi, & in sudore vultus tui edes panem tuum. Hęc,inquam,est lex membris omnium inserta mortalium, quæ repugnat legi mentis nostræ,eamq; a diuino arcet intuitu, quæ maledicta terra in operibus nostris post agnitionem boni ac mali, cogitationum spinas cœpit actribulos germinare,quarum aculeis carnis obtusis semina prefocantur, ne illum panẽ nostru qui de cœlo descendit, quiq; confortat cor hominis, edere absque vultus nostri sudore possimus. Omne igitur humanum genus huic generaliter legi sine vlla exceptione subijcitur. Nullus enim est,quanuis sanctus,qui supradictum panem nõ cum sudore vultus sui & solicita cordis intentione percipiat: cæterum communi illo pane multi,ut videmus,diuites sine vllo vultus sui sudore vescuntur. Quam etiam legem beatus Apostolus spititalem asserit dicens: Scimus autẽ quia lex spiritalis est,

Roma.7. ego autem carnalis sum,venundatus sub peccato. Spiritalis enim est lex quæ iubet nobis vt in sudore vultus nostri comedamus illum panem verum qui de cœlo descendit,sed nos carnales facit venundatio illa peccati. Quod rogo istud,cuiusue peccati est? Sine dubio Adæ,cuius prævaricatione,atque vt ita dicã, negotiatione damnosa, fraudolentoq; commercio venditi sumus. Omnem enim prolem suam,serpentis persuasione seductus illiciti cibi perceptione distractam,iugo perpetuæ seruitutis addixit. Hic nanque mos solet interuendentẽ ementemq; seruari,ut is qui se alieno cupit

Inter uendentem

pit dominio mancipare, aliquid prætij pro iactura propriæ libertatis & addictione perpetuæ seruitutis a suo consequatur emptore. Quod etiam inter Adam atque serpentem manifestissime videmus impletum. Ille enim a serpente pretium libertatis suæ esu interdictę arboris capiens,a naturali libertate dicessit, illicq; maluit semetipsum perpetua vendere seruitute,a quo vetiti pomi letale prætium fuerat assecutus, qua deinceps conditione constrictus,non immerito omnem posteritatis suæ progeniem,perpetuo eidem cuius effectus est;seruus,subdidit famulatu. Quid enim aliud seruile coniugium potest procreare quã seruos? Quid ergo? Nunquid emptor iste versutus & callidus domino vero atq; legitimo ius dominationis eripuit? Non ita est,neq; n. sic ille omne peculium dei,vnius fraudis dolositate persuasit, vt potentiã dominij sui verus dominator amitteret,qui ipsum quoq; emptorem quãuis refugum vel rebellem,tamen iugo reprimit seruitutis. Sed quia omnibus rationabilibus creaturis arbitrij libertatem creator indulserat eos qui se contra fas edaces concupiscentiæ transgressione vendiderant,inuitos ad ingenitam libertatem reuocare non debuit. Abhorret siquidem ab illo iustitiæ & pietatis author quicquid bonitati æquitatiq; contrarium est. Malum enim fuerat si concessæ libertatis beneficium reuocasset: iniustum si liberum hominem potentia sua opprimens atq; captiuans libertatis acceptæ priuilegium exequi non siuisset,cuius salutem in futura tunc secula reseruauit,vt recto ordine compleretur statuti temporis plenitudo. Oportebat. n. eius sobolem tandiu sub auita conditione durare,quo vsque eandem originalibus vinculis liberatam,in antiquuum libertatis statum prioris domini gratia pretio sui sanguinis reformaret,quam pietatis instinctu potuit etiam tũc saluare,sed noluit, quia eũ decreti sui irrumpere sanctionem æquitas non sinebat. Vis nosse causam venditionis tuæ? Audi ipsum redemptorem tuum per Esaiam Prophetam apertissime proclamantem,Quis est iste liber repudij matris vestræ,quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus,cui vendidi vos? Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. Vis etiam euidenter agnoscere cur te iugo seruitutis addictũ redimere potentiæ suæ virtute noluerit? Audi quid ad superiora,quibus eisdem famulis causam voluntariæ venditionis exprobrat. adiecerit, Nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea,vt non possim redimere, aut non est in me virtus ad liberandum? Sed quid huic potentissimę misericordiæ eius semper obstiterit,idem Propheta demonstrat, Ecce,inquit, non est abbreuiata manus domini vt saluare nequeat,neque aggrauata est auris eius vt non exaudiat, sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & deum vestrum,peccata vestra absconderunt faciẽ eius a vobis ne exaudiret. Quia ergo carnales nos fecit, & spinis ac tribulis cõdemnauit illa prima dei maledictio,nosq; ita iniquo pater noster commercio venũdedit, vt bonum quod volumus agere nequeamus,dum dimisi a memoria summi dei, ea quę humanæ fragilitatis sunt cogitare cõpellimur,dum puritatis amore flagrantes, incentiuis naturalibus quæ penitus ignorare velimus,etiam inuiti plerũq; compungimur. Scimus quia non habitat in carne nostra bonum ideſt huius,quam diximus theoriæ atque puritatis perpetua iugisq; tranquillitas,sed factum est istud pessimum ac lugubre diuortium,vt cum mente legi dei seruire velimus,nunquam,s. volentes a claritate diuina dimouere conspectum,tamen carnalibus tenebris circũfusi, quadam lege peccati ab eo quod bonum nouimus cogamur auelli. s. ad curas cogitationesq; terrenas ab illa mentis celsitudine decidentes,ad quas nos lex peccati,i. illa sententia dei non immerito condemnauit,quam primus delictor excepit. Et inde est quod beatus Apostolus cum apertissime fateatur ineuitabili se vel omnes sanctos peccati huius necessitate constringi, tamen neminem eorum ob hoc esse damnandum audenter enunciat dicens,Nihil ergo nunc damnationis est his qui sunt in Christo Iesu, Lex enim spiritus vitę in xpo Iesu,liberauit me a lege peccati & mortis. i. quotidiana gratia Christi, omnes sanctos suos ab hac lege peccati & mortis,in quam iugiter vel nolentes coguntur incurrere,cũ remissione debitorũ suorum a dño precantur absolui. Item in eadem dominica Homilia,de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Simile est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen,& cætera. quæ habẽtur in opere de quęstionibus Euangeliorum lib. I. cap. X I.

Roma.7.

Esaię.50.

Esaię.59.

Roma.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominica quinta post octauas festi Epiphaniæ, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Confiteor tibi pater, & cætera. Sermo I.

Sermo. 48. Mat. 22.

SAnctum Euangelium cum legeretur fratres, audiuimus dominum Iesum exultasse in spiritu, & dixisse, confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis, Hucusque interim verba domini. Si digne diligenter, si quod primum est pie consideremus, inuenimus primitus non semper cum inscripturis legimus confessionem, debere nos intelligere vocem peccatoris. Maxime autem hoc dicendum fuit, & hinc admonenda charitas vestra, quia mox vt hoc verbum sonuit vox lectoris, secutus est etiam sonus tunsionis pectoris vestri, audito. s. quod dominus ait, Confiteor tibi pater. In hoc hoc ipso quod sonuit confiteor, pectora tutudistis. Tundere autem pectus quid est, nisi arguere quod latet in pectore, & euidenti pulsu occultum castigare peccatum? Quare hoc fecistis, nisi quia audistis, Confiteor tibi pater? Confiteor audistis, qui confitetur non attendistis, Nunc ergo aduertite, Si confiteor xps dixit, a quo longe omne peccatum non solius est confiteri peccatoris, sed etiam aliquando laudatoris. Confitemur ergo siue laudantes deum, siue accusantes nosmetipsos. Pia est vtraque confessio siue cum te reprehendis qui non es sine peccato, siue cum illum laudas qui non potest habere peccatum. Si autem bene cogitemus, reprehensio tua laus ipsius est. Quare enim iam confiteris in accusatione peccati, in accusatione tuipsius? Quare confiteris? Quia ex mortuo factus es viuus. Scriptura quippe ait, A mortuo quasi non sit, perit confessio. Si perit a mortuo confessio, qui confitetur viuit: & peccatum confitetur, vtique a morte reuixit. Si peccati confessor reuixit a morte, quis illum suscitaurt? Nullus mortuus est suiipsius suscitator. Ille solus se potuit suscitare, qui mortua carne non mortuus est. Etenim hoc suscitauit quod mortuū fuit. Ille suscitabat, qui viuebat in se. In carne autem suscitando mortuus fuerat. Non enim pater filium solus suscitauit, de quo dictum est ab Apostolo, Propter quod deus eū exaltauit: sed etiam dominus semetipsum. i. corpus suum suscitauit. Vnde dicit, Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Mortuus est autem peccator, maxime ille quem moles consuetudinis præmit, quasi sepultus Lazarus. Parum enim erat quia mortuus, etiam sepultus. Quisquis igitur malæ consuetudinis, malæ vitæ, & terrenarum cupiditatum mole premitur ita, vt in illo iam factum sit, sicut in quodā Psalmo mirabiliter dicitur. Dixit stultus in corde suo, non est deus: sit talis, de quali dictum est, A mortuo velut qui non sit perit confessio. Quis eum suscitauit, nisi, qui remoto lapide clamauit dicens, Lazare prodi foras, Quid est autē foras prodire, nisi quod ocultum erat foras prodire? Qui confitetur, foras prodit, foras autē prodire non posset nisi viueret, viuere non posset nisi resuscitatus esset. Ergo in confessione sui accusatio, dei laudatio est. Dicit ergo aliquis, Quid prodest ecclesia, si iam confessor voce domica resuscitatus prodit? Quid prodest ecclesia confitenti, cui dominus ait, Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in cœlo? Ipsum Lazarum attende, cum vinculis prodiit. Iam viuebat confitendo, sed nondum liber ambulabat vinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia, cui dictum est. Quæ solueritis in terra, soluta erunt: nisi quod dominus ait continuo ad discipulos, Soluite illum & sinite abire? Siue ergo nos accusemus, siue deum laudemus, semper illi gratias agere studeamus, a quo gratia gratis datur cuicunque datur, Bis ergo deū laudamus, si pie nos acusemus, deumq; laudemus. Quando deum laudamus tanquam eum qui sine peccato est prædicamus: quando autem nosmetipsos accusamus, et per quem resurreximus gloriam damus: hoc si fecerimus nullam occasionem inueniet inimicus, qua nos circumueniat ante iudicem. Cum enim tu ipse fueris accusator, & dominus liberator, quid erit ille nisi calumniator? Merito ille hinc sibi, tutelam prouidit aduersus inimicos non conspicuos, carnem & sanguinem miseranda potius quam cauenda, sed auersus illos inimicos contra quos Apostolus nos hortatur vt armemur. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, idest, aduersus homines quos videtis seruire in nos. Vasa sunt, alius vtitur. Organa sunt, alius tangit. Immisit se, inquit, diabolus in cor Iudæ, vt

Supra de verbis domini ser. 8. & 9.

Pectus tundere.

Eccli. 3. 27.

Philip. 2. Ioan. 13.

Psal. 13. & 52.

4. sent. di. 17. cap. 1

Ioan. 11.

Foras prodire.

Matth. 18.

Ioan. 13.

Ephe. 6.

Ioan. 13.

Ephe. 4.

traderet dominum. Ait aliquis, Quid ergo ego feci: Audi Apostolum, Neque detis locum diabolo. Tu malæ voluntati locum dedisti, intrauit, possedit, vtitur: si locum non dares non posideret. Ergo nos admonens ait, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates: posset quisque putare aduersus reges terræ, aduersus potentes seculi. Quare? Ipsi non caro & sanguis? Semel dictum est, Non aduersus carnem & sanguinem. Auertere ab omni homine, qui ergo restant inimici? Aduersus principes & potestates spiritalis nequitiæ, rectores mundi: quasi plus dedit diabolo & angeli eius. Plus dedit, quos rectores mūdi appellauit. Sed ne male intelligas, exponit quid sit mundus, cuius sunt illi rectores. Rectores mundi tenebrarū harum. Quid est mūdus tenebrarū harū, quibus est rector? Dilectoribus suis & infidelibus plenus est mundus, hos appellat apostolus tenebras. Harum rectores diabolus & angeli eius. Hæ tenebræ non naturales sunt, non incommutabiles sunt. Mutantur & lux efficiūtur, credunt & credendo illuminātur. Quod cum in eis factum fuerit, audient. Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Nam quando tenebræ in te non in domino. Iterum quando lux, non in te, sed in domino. Quid enim habes quod non accepisti? Quia ergo sunt inuisibiles inimici, inuisibiliter sunt expugnandi. Quippe hostem visibilem vincis feriendo, inuisibilem vincis credendo, Visibilis est hostis homo, visibile est & ferire: inuisibilis est hostis diabolus, inuisibile est & credere. Ergo est pugna inuisibilis aduersus inuisibiles inimicos. Ab his enim inimicis quomodo se tutum dicit quidā? Hoc enim cœperam dicere, & necesse habebam de istis inimicis aliquanto cum mora tractare. Iam ergo cognitis inimicis videamus tutelam. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Habes quid agas, Laudās inuoca, sed dominum laudans inuoca. Si enim te laudaueris, ab inimicis tuis saluus non eris. Laudās inuoca dominum, & ab inimicis tuis saluus eris. Quia quod ait ipse dominus, Sacrificium laudis honorificabit me, & ibi via est vbi ostendam tibi salutare meum. Vbi via? In sacrificio laudis. Noli pedem extra hanc viam mittere in via esto. Noli a via recedere, a laude domini, nec vnguem, nedum pedem. Si enim volueris ab hac via deuiare, & pro domino te laudare non eris saluus ab inimicis, quia de ipsis dictum est, Iuxta semitā scandala posuerunt mihi. Quicquid ergo putaueris boni habere te abs te, deuiasti a laude dei. Quid iam miraris, si te seducit inimicus, quando tuipsius seductor es? Audi Apostolum, Qui enim putat se esse aliquid cum nihil sit, ipse se seducit. Dominū ergo attende confitentē, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Confiteor tibi, laudo te. Laudo te, non accuso me. Quantum autē pertinet ad ipsius hominis susceptionem, tota gratia singularis gratia, perfecta gratia. Quid meruit homo ille qui xps est? tollas gratiam, & tantam gratiam qua vnum oportebat esse xpm, & ipsum esse quē nouimus? Tolle istam gratiam, quid est xps nisi homo? Quid nisi quod tu? Suscepit animam, suscepit & corpus, suscepit plenum hominem, coaptatam sibi vnā facit dominus cum seruo personam. Quanta est ista gratia? Christus in cœlo, xps in terra, Christus simul in cœlo & in terra, nec duo xpi, sed idem Christus in cœlo & in terra. Christus apud patrē, Christus in vtero virginis, Christus in cruce, Christus apud inferos subueniens quibusdam, Eo autem ipso die Christus in paradiso cum latrone confitente. Et ibi quid latro meruit, nisi quia illam viam tenuit, vbi ostendit salutare suum, a qua tibi pes non exeat? In eo n. q. se accusauit, deum laudauit, & vitam suam beatam fecit. Præsumpsit quidem de domino, & ait illi. Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Cosiderabat n. facinora sua & pro magno habebat si ei vel in fine parceretur. Dominus autem continuō cum ille diceret, Memento mei, sed quādo? Cū veneris in regnum tuum, Amen dico tibi, inquit, hodie mecum eris in paradiso. Misericordia obtulit, quod miseria distulit. Audi ergo dominum confitentem, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. Quid confiteor? In quo te laudo. Hæc enim confessio, vt dixi laudem habet, Quia abscondisti hæc a sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quid est hoc fratres? A contrario sensu intelligite. Abscondisti hæc inquit, a sapientibus & prudentibus: & non dixit, reuelasti ea stultis & imprudentibus: sed dixit, Abscondisti a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Sapientibus & prudentibus irridendis

Ephe. 6.

Mūdus tenebrarum harum.

Ephe. 5. 1. Cor. 4.

Psal. 17.

Psal. 49.

Psal. 13.

Gal. 6.

Mat. 11.

Luc. 23.

Mat. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

arrogantibus, falsò grandibus, verè autem tumentibus oppositus, non sapientes, non
prudentes, sed paruulos. Qui sunt paruuli? Humiles. Ergo abscondisti hęc a sapienti
bus & prudentibus. Nomine sapientium & prudentium superbos intelligi posse, ipse
exposuit cum ait, Reuelasti ea paruulis. Ergo abscondisti non paruulis. Quid est no
paruulis? Non humilibus. Quid est non humilibus, nisi superbis? Hæc via domini
aut non erat, aut latebat vt reuelaretur nobis. Vnde dominus exultauit, nisi quia re
uelatum est paruulis? Debemus esse paruuli, nam si voluerimus esse magni quasi sa
pientes & prudentes, non nobis illud reuelatur. Qui sunt magni? Sapientes & prudē
Rom. 1. tes, dicentes se sapientes, stulti facti sunt. Habes remedium a contrario: si dicendo te
sapientem, stultus factus es, dic te stultum & sapiens eris. Sed dic, dic, sed intus dic, qd
est vt dicis. Si dicis, noli coram hominibus dicere, & corani deo non dicere. Prorsus
quod ad teipsum pertinet, quod ad tua, tenebrosus es. Quid est enim aliud eē stultus
Rom. 1. nisi esse tenebrosum in corde? Denique de illis sic ait, Dicentes se esse sapientes, stulti
facti sunt. Antequam hoc diceret, quid rursum? Et obscuratum est insipiens cor eo
Psal. 17 rum. Dic quia tu tibi lumen non es. Vt multum, oculus es, lumen non es. Quid pro
dest patens ac sanus oculus si lumen desit? Ergo dic a te tibi lumen non esse, & clama
quod dictum est, Tu illuminabis lucernam meam domine, lumine tuo domine illu
minabis tenebras meas. Meę enim nihil nisi tenebræ: tu autem lumen fugans tene
bras, illuminans me, non a me mihi lumen existens, sed lumen non participās nisi in
Ioan. 1. te. Sic Ioannes amicus sponsi Christi, putabatur lumen. Non erat ille lumen, sed vt
testimonium perhiberet de lumine. Quod autem erat lumen, erat lumen verū. Quid
est verum? Quod illuminat omnem hominem. Si verum lumen est quod illuminat
omnem hominem: ergo audi & Ioannem recte dicentem, recte confitentem: Nos aūt
de plenitudine eius accepimus. Vide si aliud dixit, quām, tu illuminabis lucernam
Ioan. 5 meam domine. Denique iam illuminatus testimonium perhibebat. Propter cęcos lu
cerna diei testimonium perhibebat. Vide quoniam lucerna est. Vos, inquit, misistis
ad Ioannem, & voluistis exultare ad horam in lumine eius. Ille erat lucerna ardens &
lucēs. Ille lucerna, hoc est, res illuminata, accensa vt luceret, quæ accēdi pōt & extin
Matth. 11. gui. Sed vt non extinguatur, ventum superbiæ non patiatur. Ergo confiteor tibi pa
ter, domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus lumē se
putantibus & tenebræ erant. Et pro eo q̄ tenebræ erant, & lumen se putabant, nec il
luminare potuerunt: illi autem qui tenebræ erant & tenebras se esse confitebantur,
Psal. 17. paruuli erant & non magni, humiles erant & non superbi. Recte ergo dicebant. Tu il
luminabis lucernam meam domine. Se agnoscebant, dominum laudabant, a uia fa
lutari non recedebāt. Laudantes dominū inuocabant, & ab inimicis suis salui erant.
Postremo aperit cœleste mysterium, quod si placuerit deo vt paruulis magis q̄ pru
dentibus istius mundi gratiam suam reuelaret. Quod Apostolus Paulus stylo pleno
1 Cor. 1 re digessit dicens, Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam
dei sapientiam non cognouit hic mundus per sapientiam, placuit deo per stultitiam
Mat. 11 prædicationis saluos facere credentes. Ait ergo, Ita pater, quoniam sic fuit placitum
ante te. Cœlestium enim verborum arcana atque uirtutes, sapientibus abscondun
tur & paruulis reuelantur. Paruulis malitia non sensu: sapiētibus vero stultitię præ
sumptione non prudentiæ causis Factię huius æquitatem dominus paternę volun
tatis iudicio confirmat, vt qui dedignantur paruuli in deum fieri, stulti deinceps in
sapientia sua fiant. Vides quām terribilis in consilijs dominus. Discę veræ humilita
tise exempla, nec temere discutias supernæ dispensationis consilia. Cum enim intulis
ser vtrunque. s. q̄ aliis aduentus sui sacramenta reuelauerit, ab aliis uero abscondē
rit, non mox rationem reddidit, sed sic deo placitum dixit, hoc ostendens manifeste,
quia iniustum esse non potest quod placuit iusto. Ac nec quid in illo minus q̄ quod
in deo est æstimaretur, statim subdidit omnia mihi tradita sunt a patre meo. Pulcher
rimus connectitur de fide locus, quando omnia sibi tradita dicit a patre suo. Cum
omnia legis, omnipotentem agnoscis, non decolorem, non degenerem patris. Cū
tradita legis, filium confiteris, cui per naturam omnia vnius substantiæ iure sunt
propria, non dono collata per gratiam. Tradita autem sibi dicit omnia, non cœlum
& terram uel cætera quę ipse condidit ac fecit elemēta, sed hoc, qui per filium acce-
sum

sum habent ad patrem & ante rebelles, deum postea per fidem sentire cœperunt. Vn
de & alio loco dicit, Omne quod dat mihi pater ad me veniet: &, Nemo nouit filium Ioan. 6
nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Cum di Mat. 11.
ceret, Nemo nouit filium nisi pater: non dixit, & cui voluerit pater reuelare, quem
admodum cum dixerit, Nemo nouit patrem nisi filius: addidit, Et cui voluerit filius
reuelare. Quod non ita intelligendum est quasi a nullo possit cognosci nisi a solo pa
tre: pater autem nō solum a filio, sed etiam ab eis quibus reuelauerit filius. Sic enim
potius dictum est, ut intelligamus & patrem & ipsum filium, per filium reuelari, qa
ipse est mentis nostræ lumen, vt quod postea intulit, & cui voluerit filius reuelare,
non patrem tantum, sed etiam filium accipias: ad totum .n. quod dixit, illatum est.
Verbo .n. suo se pater declarat. Verbū .n. non solū id quod per uerbū declaratur, sed
etiam seipsum declarat. Vt scias aūt quia sicut filius patrem quibus vult reuelat ip
sum, audi dicentem ipsum dominū Iesum cū laudaret Petrū q̄ eum filium dei esse
confessus sit, Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pa Matt. 16
ter meus qui est in cœlis. Audiamus ergo eum qui sequitur & dicit, Venite ad me oēs
qui laboratis & onerati estis. Mirū quibusdam videtur, fratres charissimi, cū audiūt Mat. 11.
dominū dicentē, Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.
Tollite iugum meum super uos & discite, quia mitis sum & humilis corde, & inuenie
tis requiem animabus uestris. Iugum meū suaue est, & onus meū leue, & non consi
derant eos qui iugū ipsum intrepida ceruice subierunt, & illam sarcinā mansuetissi
mis humeris acceperunt tantis agitari & exerceri dificultatibus huius seculi, ut non
laboribus ad quietem, sed a quiete ad laborem uocati videantur, cū Apostolus di 2. Timo. 3.
cat, Omnes qui volunt pie viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Ait ergo
aliquis, Quo iugū eius suaue est & sarcina leuis, q̄nquidē illud iugū & sarcinā ferre,
nihil est aliud quam pie viuere in Christo? Et quo dicitur, Venite ad me omnes qui
laboratis & onerati estis & ego reficiam vos, & non potius dicitur, Venite qui vacatis Mat. 11
ut laboretis? Nam & uacantes inuenit quos conduxit in vineam vt ferrent estū diei. Mat. 20
& sub illo iugo leui & sarcina leui audiamus Apostolum dicentem, in omnibus com
mendantes nosmetipsos sicut dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in 2. Cor. 6.
necessitatibus, in angustiis, in plagis, & cætera. Et alio loco in eadem epistola, A Iu
dæis q̄nquies quadragenas vna minus accepi, ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus
sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui: & cætera pericula quæ
enumerari quidem possunt, sed tolerari nisi spiritusancto iuuante non possunt. Oia
ergo illa quæ cōmemorauit aspera & grauia, frequentius & abundantius sustinebat,
sed profecto aderat ei spiritussanctus, qui in exterioris hominis corruptione interio- 2. Cor. 4.
rem renouaret de die in diem, & gustata requie spirituali in affluentia delitiarū dei,
in spe futurę beatitudinis omnia præsentia deliniret, aspera & grauia omnia reuela
ret. Ecce quām suaue iugū Christi portabat & q̄ leuem sarcinam, vt oia illa quæ su
perius enumerata dura & immania omnis auditor horresci, leuem tribulationē dice
ret, intuens interioribus & fidelibus oculis quanto pretio temporalium emenda sit
futura vita, non pati labores æternos impiorū & sine vlla solicitudine perfrui ęter
na fœlicitate iustorum. Secari & uri se homines patiuntur, vt dolores nō æterni, sed
aliquanto diuturnioris vlceris acriorum dolorum pretio redimantur, in languida &
incerta vacationis breuissimæ atq; vltima vita. Immanissimis bellis miles atteritur,
pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, q̄ in ocio quieturus. Quibus tempe
statibus & procellis, quā horribili & tremendę sęuitiæ cœli & maris importuni sunt
mercatores, vt diuitias ventosas acquirant, maioribus q̄ quibus acquisituri sunt pe
riculis & tempestatibus plenas? Quos ęstus, quæ frigora, quę pericula ab equis, a fos
sis, a precipitiis, a fluminibus, a feris perferunt venatores? quem laborem esuriendi
& sitiendi, quantas vilissimi & sordidissimi cibi & potus angustias vt bestiam capiāt?
Et interdum nec ipsius bestiæ carnes, propter quā hęc tanta sustinent, epulis neces
sarię: quanquā & si aper ceruusq̄ capiatur, magis suaue sit uenantis animo quia ca
ptus est, quām comedentis palato quia coctus est. Quantis cruciatibus prope quoti
dianarum plagarum tenera puerorum ętas subditur? Quantis etiam scolis vigiliarū
& abstinentiæ molestiis exercentur, non propter discendam sapientiam, sed propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

opes honoresq; vanitatis, vt numeros & litras & disertas fallacias eloqui discant? Sed in omnibus qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur; qui vero amant, eadē quidem, sed non grauia pati videntur. Omnia enim sæua & immania, prorsus facilia, & prope nulla efficit amor. Quanto ergo certius ac facilius ad veram beatitudinē charitas facit, quod ad miseriam quantum potuit cupiditas fecit. Quam facile toleratur quælibet aduersitas tēporalis, vt æterna pœna vitetur, æterna requies comparetur. Roma. 8 Non immerito ille vas electionis cum ingenti lætitia dixit, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce vnde iugum illud suaue est & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis tamē Psal. 16. omnibus diligentibus. Dicit Psalmista: Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis miteſcunt amantibus: 2. Cor. 4 propter quod ita diuinæ pietatis dispensatione actum est, vt interior homo qui renouatur de die in diem non adhuc sub lege positus, sed iam sub gratia exoneratus sarcinis innumerabilium obseruationum, quod erat reuera graue iugum, sed durē cerui ci conueniēter impositum, facilitatem simplicis fidei & bonę spei & sanctæ charitatis, quicquid molestiarum exteriori homini foris secus intulisset, ille princeps q̄ Ioan. 12 missus est foras, interiore gaudio leue fieret. Nihil n. tam facile est bonæ voluntati Luc. 2 ipsa sibi, & hæc sufficit deo. Quantūlibet ergo sęuiat iste mundus, verissime angeli Mat. 11 nato in carne domino clamauerunt, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus 2. Cor. 10 bonæ uoluntatis. Quia qui natus erat suaue iugū eius est & sarcina leuis, sicut dicit Apostolus, Fidelis deus qui nō sinit tentari nos super id quod possumus ferre, sed facit cum tentatione etiam exitum ut possimus sustinere. Conuersi ad dominū deū patrem omnipotentem puro corde, & inquantum potest paruitas nostra, maximas atque veras gratias agamus, præcantes toto animo singularem mansuetudinē eius, ut preces nostras in beneplacito suo exaudire dignetur: inimicum quoque a nostris actibus & cogitationibus sua virtute expellat, nobis multiplicet fidem, mentē gubernet, spiritales cogitationes concedat, & ad beatitudinem suam perducat, per leſum Christū dominū nostrum filiū suū, qui cum eo uiuit & regnat in vnitate spiritus sancti deus per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica de iustitia quæ ex lege, & ea quæ ex fide est. Et quomodo diabolus princeps sit mundi ex traduce peccati. Et de perfectione imperfecta & æternitate futura.

Sermo LI.

Sermo 49. Diuinæ lectiones omnes ita sibi connectuntur, tanquam una sit lectio, quia omnes ex vno ore procedunt. Multa ora sunt ministerium sermonis gerentium, sed vnum est os ministros implentis. Audiuimus Apostolicam lectionem, & forte D aliquem moueat quod ibi scriptum est, Secundum iustitiam quæ ex lege est, qui fuerim sine quærela. Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi. Deinde secutus ait, Non solum damna, sed etiam stercora existimaui esse, vt Christum lucrifaciam, & inueniar in illo, non habens meam iustitiam quę ex lege est, sed iustitiam quę ex fide Iesu Christi. Quomodo enim stercora existimat damnaq; secūdum iustitiam quæ ex lege est conuersari sine quærela? Quis enim legem dedit? Nōne ipse legem premisit, qui postea reis legis cum indulgentia venit? Sed his eum credimus uenisse cum indulgentia quos reos lex tenebat. Nunquid autem lex reos tenebat eos, qui secundum iustitiam quæ ex lege est conuersati sunt sine quęrela? Si ergo indulgentiam & ueniam peccatorum reis legis attulit dominus, non attulit Paulo Apostolo, qui dicit, sine quærela se in lege conuersatum? Sed ipsum audiamus alio loco, Non ex operibus, inquit, quę nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et iterum, Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum: & reliqua. Hanc constituit conuersatum in lege sine quęrela, ac talem se confitetur fuisse peccatori. E ut omnis peccator propterea de se non desperet, quia Paulus meruit indulgentiam. Videte fratres, & uim sermonis huius intuemini, quomodo Paulus Apostolus damna existimat & stercora, ubi sine quærela dixit se conuersatum fuisse. Hac impletor

Tit. 3

1. Tim. 1

legis, hac reus legis, uno eodemq; tempore, ante baptismum, ante gratiam. Sed non sine causa damna esse dicit, ne subintrent cogitationes noxiæ, hoc ideo dixisse Apostolū Paulum, quod dederit legem, alius Euangelium: sicut Manichæus mente peruersa sentit, & reliqui hæretici qui dixerunt, alium datorem fuisse legis quæ data est per Moysen, alium autem largitorem Euangelicæ gratiæ. Illum quidem deum malum, illum vero deum bonum. Quid miramur fratres, in obscuritate legis tanquam in clausis ostiis caliginem passi sunt, quia non pietate pulsauerunt. Inuenimus aliquando eundem Paulum apertissime dicere, legem bonam esse, quam Roma. 5 tamen ideo datam dicit esse, ut abundaret peccatum: & ideo abundasse peccatum, ut superabundaret gratia. Præsumebant n. homines de viribus suis, & faciendo quicquid sibi licere arbitrabantur; peccabant in legem dei occultam. Vnde ista lex manifesta promulgata est eis qui omnino sibi rei esse non videbantur. Data est illis lex, non quæ sanaret, sed quæ ægrotantes probaret. Lex præcurrit ante medicum, vt se ægrotus qui se sanum putabat inueniret ægrotum, & dixit, Non concupisces. Et Roma. 7 quia ante legem datam præuaricatio nondum erat, Vbi enim non est, inquit, lex, nec Roma. 4. præuaricatio: antea sine lege peccabatur. Data vero lege postea quām peccatum est, amplius peccatum est, quia cum præuaricatione peccatum est. Inuenit se homo uinci cupiditatibus suis, quas mala consuetudine aduersum se nutriebat; qui etiam cū vinculo & obligatione peccati ex Adam fuerat propagatus. Vndē dicit Apostolus, Ephe. 2 Fuimus & nos aliquando natura filij iræ. Inde est q; nec vnius diei infantem mun- Iob. 15 dum dicit a peccato, non ex eo quod commisit, sed ex eo quod traxit. Audi Psalmum interiora dicentem, & peccatorum nostrorum secreta canentem. Ex persona enim generis humani dicitur Christo, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Psal. 50. Non ex persona unius Dauid hoc dicit, sed ex Adam persona, de quo genus humanum. Audi enim Psalmum, Tibi, inquit, soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, Christo dicitur. Vnde hoc intelligimus? Aupi quod sequitur, Et vincas cum iudicaris. Non est iudicatus deus pater, non est iudicatus deus spiritussanctus, non inuenimus nisi solum filium in ista carne, quam de nostra massa suscipere dignatus est iudicatum: non ex nodo concupiscentię hominis & fœminæ virgo credidit, virgo concepit, virgo peperit, & virgo permansit. Et ideo dicitur, Vincas cum iudicaris. Iudicatus est enim & vicit, quia sine peccato iudicatus est. Patientię fuit sustinere iudicium, non reatus. Multi innocentes iudicantur, sed in ipsis causis quas agunt. Nam de reliquo peccato non carent, quia sicut ante homines factum, sic ante deum cogitationis peccatum est. Factum tuum coram oculis dei cogitatio tua est. Testis facti est ipse iudex, accusatrix facti ipsa conscientia. Ergo ille uere innocens iudicatus, est & ideo vicit. Solus enim vicit, non de iudice Pontio Pilato, neque de Iudęis seuientibus, sed de ipso diabolo, qui omnia nostra peccata rimatur diligentia inuidentiæ. Et quid ait dominus Iesus de ipso diabolo? Ecce venit princeps mundi huius. Iam sępe dictum est charitati uestræ mundum istum appellari peccatores. Et quare peccatores nomine mundi appellantur? quia dilectione mundi inhabitant mundū. Qui n. nō diligunt mūdū, nō habitāt in eo q̄ nō diligūt. Nostra, inquit, cōuersatio in cœlis est. Si ergo q diligit deū in cœlo habitat cū deo, qui diligit mundū in mundo cū principe habitat mundi: Oes itaque dilecto res mundi ipsi sunt mūdus, habitatores mundi, nō carne quod oēs iusti, sed animo, quod soli peccatores, quibus princeps est diabolus, quomodo dicitur domus habitatores domus. Secundum quam sententiam dicimus malam domum esse marmoratam, & bonam domum esse fumigatam. Inuenis domum fumosam quam boni habitant, & dicis bona domus. Inuenis domum marmoratam & laqueatam quam possidēt iniqui, & dicis mala domus, domū appellans nō parietes & receptacula corporū, sed ipsos habitatores: Sic mūdū appellauit scriptura habitatores mudi p concupiscentiā dilectionis, nō p conuersationē corporis. Ergo ecce, inquit, venit princeps Ioan. 14. mūdi, & in me nihil inuenit. In solo ipo nihil inuenit diabol⁹. Et tāq; diceretur ei, Qua Ibid. re ergo moreris? Ibi sequitur, Sed vt sciāt oēs, quia voluntatē patris mei facio, surgite eamus hinc. Surgit & it ad passionē. Quare? Quia volūtatē pris mei facio: Propter hāc ergo singularē inocētiā, ait Psal. Tibi soli peccaui, & malū corā te feci, vt iustifi- Psal. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceris in sermonib⁹ tuis,& vincas cū iudicaris. qa nihil mali in te inuenit. Quare aũt in te inuenit o genus humanum? Quia sequitur & dicit, Ego.n. in iniquitatibus conceptus sum,& in peccatis peperit me mater mea. Dicit hoc Dauit, Quære vnde natus sit Dauit, inuenies de legitima coniuge, de nullo adulterio. Secundum quam ergo paginem dicit, In iniquitate conceptus sum, nisi quia est ibi quiddam de mortis pro pagine, quod secum trahit omnis qui ex coniunctione viri & fœminæ nascitur? Habens ergo vnusquisque concupiscentiam, attendat legem dicentem, Non concupisces: inuenit in se quod illa prohibet & sit reus legis. Inueniens autem in se cui subditus est, incipiat, iam dicere, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video aũt aliam legem in membris meis repugnantem legi mētis meę & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. Cognouit se ęgrotum, implorat medicum. In fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Respondeat mihi dicus, Gratia dei per Iesum xp̃m dñm nostrum. Gratia dei, non merita tua. Quare ergo te dixisti in lege cum iustitia sine querela conuersatum? Attendite, Sine querela dixit hominum. Est.n. quædam iustitia quam potest homo implere vt nullus hominum quæratur de homine. Dicit, Non concupiscas alienum: Tu si non rapueris alienum, nulla querela erit hominum. Ergo aliquando concupiscis & non rapis: Sed sententia dei supra te est, quia concupiscis: Reus es legis, sed in oculis latoris legis. Sine querela viuitur: Quare ergo ista dāna? Quare ista stercora? Constrictior est aliquanto nodus iste, sed soluet qui soluet, Hoc autem non ego solus pia subiectione, sed oēs pia intentione mereamur. Quicquid faciebant Iudæi vnde homines non quererentur, & esset ipsius conuersatio ex lege sine querela, sibi tribuebant, & ipsam iustitiā secundum legem viribus suis assignabant: implere non poterant, sed intantum faciebant inquantum poterant sibi tribuendo, nec hoc pie implebant. Hoc ergo dicit legem implere, hoc est, non concupiscere. Quis ergo hoc qui viuit potest? Adiuuet nos Psalmus, qui modo cantatus est, Exaudi me dñe in tua iustitia, hoc est, non in mea Si diceret, Exaudi me in iustitia mea, tanquam meritum vocaret. Vocat quidē & in nonnullis locis & suam iustitiam, sed sic melius discernit, quia & suam quando dicit, datam dicit, qũo dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: Qũo nostrum: Qũo da. Ergo hic distinctius loquens, ait, Exaudi me in tua iustitia. Et sequitur, Et nō intres in iudiciū cū seruo tuo? Quid nó intres in iudiciū cū seruo tuo? Nō stes mecū in iudicio exigēdo a me oīa quę p̃cepisti,& oīa quæ iussisti: Nā me inuenies reū si in iudiciū itraueris mecū. Opus est ergo, inquit, mihi misericordia tua potius q̃ liquidissimo iudicio tuo. Quare ergo, ne intres in iudiciū cū seruo tuo? Sequitur & dicit, Quia nō iustificabitur in cōspectu tuo oīs uiuēs. Seru⁹.n. sum: Quare mecum stas in iudicio? Misericordia dñi vtar. Quare? Qm̃ non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quid dixit? Quandiu viuitur in hac vita, nemo iustificatus est, sed in conspectu dei. Non frustra addidit, In conspectu tuo, nisi quia potest esse iustificatus aliquis in cōspectu hominum, vt & illud impleatur, Secundum iustitiam quæ ex lege est, qui sine querela in conspectu fuerim hominum. Referat in conspectu dei. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs. Quid ergo factu ri sumus? Clamemus, In fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Clamemus, Ne intres in iudicium cum seruo tuo. Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Hoc ergo Psalmum audiuimus, hoc Apostolum audiuimus, Quia cum fuerit illa iustitia secundum quam viuunt angeli, cum fuerit illa iustitia vbi nulla erit concupiscentia, iam vnusquisque metiatur se quid est modo, & quid erit tunc, & inueniet in comparatione illius iustitiæ, ista damna esse & stercora. Quisquis autem putat se modo posse implere iustitiam, & cum vixerit bene atque innocenter secundum probabilitatem existimationis humanæ in via remansit, non desiderat melius, quia impleſſe putat, maximeq́ sibi tribuens, erit superbus, Et melior est peccator humilis q̃ iustus superbus. Ideo ait, Et inueniar in illo nō habens meā iustitiā quæ ex lege est, sicut Iudæi putabāt, sed iustitiā q̃ ex fide est in xp̃o Iesu. Deinde secutus ait, Si quo modo occurrā in resurrectione mortuorū: Ibi se credidit impleturū esse iustitiā. i. plenā se habitus. iustitiā. In comparatione resurrectionis illius, stercus est tota vita quā gerimus. Adhuc Apostolū audi apertius dicentem,

Exod. 20
Roma. 7

Psal. 142

Matt. 6.
Psal. 142

Philip. 3

Roma. 7.

centem, Si quomodo occurram in resurrectionem iustorum, non quia iam accepe- Philip. 3.
rim, aut iam perfectus sim. Et contexit inde, Fratres ego me non arbitror apprehendisse. Qũo comparat iustitiam iustitiæ, salutem saluti, fidem speciei, peregrinationē ciuitati? Attendite qũo hoc impleat, fratres ego me non arbitror apprehendisse, Vnū autem. Quid vnum, nisi ex fide viuere, spe salutis æternæ, vbi erit plena & perfecta iustitia? In cuius comparatione damna sunt quæ transitura sunt, & stercora quæ reprobanda sunt. Quid ergo? Vnum aũt, quæ retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in xp̃o Iesu. Et ad eos qui de sua perfectione possent præsumere, Quotquot autem perfecti sumus, hoc sapiamus. Iamdudum dixerat se imperfectum, nunc autem perfectum. Quare nisi quia ipsa est perfectio hominis, inuenisse se non esse perfectum? Quotquot autem perfecti, hoc sapiamus. Et si quid forte aliter sapitis, id quoque vobis deus reuelauit. i. vt si vos in aliquo profectu animi iustificatos probatis, legēdo scripturas, & inueniendo quæ sit vera & perfecta iustitia inueniatis vos ręos, & desiderio futurorum dānetis præsentia, viuatis ex fide & spe & charite, & intelligatis quia quod adhuc creditis nondum videtis, quod adhuc speratis, nondum tenetis, quod adhuc desideratis, nondum impletis. Et si talis est charitas peregrinantium, qualis erit videntium? Ergo ille qui docebat dei iustitiam & non constituebat suam, clama Psal. 142.
bat de Psalmo. Exaudi me in tua iustitia: Et non intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Secundum hanc vitā dicitur Moysi, Nemo faciem dei vidit & vixit. Non.n. viuendum est hac vita, vt illam faciem videamus. Moriendum est mundo, vt deo in sempiternum viuamus. Tunc Exo. 33
non peccabimus, non solum factis, sed nec concupiscentiis, cum illam faciem videremus quæ vincit oēs concupiscentias, Tam n. dulcis est fratres mei, tam pulcra vt illa visa nihil aliud possit delectare, Satietas erit insatiabilis, nullum fastidium, semper esuriemus, semper saturi erimus. Audi ipsas duas sententias de scriptura, Qui bibit Eccli. 24
me, dicit sapientia, adhuc sitiet, & qui edit me adhuc esuriet. Sed ne putes quia ibi erit indigentia & fames: audi dominum, Qui biberit de hac aqua, non sitiet in æter- Ioan. 4.
num. Sed dicis, Quando erit? Quandocunque, erit tamen: Expecta dominum, fusti- Psal. 26
ne dñm viriliter age, & cōfortetur cor tuum. Nunquid tanta restant, quanta peracta sunt? Intende ab Adam usque ad hodiernum diem, quot secula euoluta sunt, & ecce iam non sunt. Pauci dies remanent quodammodo. Sic.n. dicendum est quod remanet in comparatione transactorum seculorum. Exhortemur in in inuicem. Exhortetur nos ille qui venturus est, vt oīa quæ mihi de Ioan. 9.
in cœlum, vt caput de sublimioribus subueniat cæteris membris in terra laborantibus: qui dixit de cœlo, Saule Saule, quid me persequeris? Ergo nemo desperet. Red- Acto. 9.
detur nobis in fine quod ꝓmissum est: Ibi implebitur illa iustitia, Audistis & Euangelium istis lectionibus concordare. Voluntas, inquit, patris est, vt oīa quæ mihi de dit non pereant, sed habeant vitam æternam, & ego resuscitabo eos in nouissimo die. Seipsum primo die, nos nouissimo die. Primus dies ad caput Ecclesiæ. Dies.n. noster dominus dominus xp̃s, non facit occasum, Nouissimus dies, erit finis seculi. Nolo dicas, quando erit iste. Generi humano longe erit, vnicuique hominum prope erit, quia nouissimus dies est, cuiusque dies mortis. Etenim hinc cum exieris recipieris pro meritis, & resurges ad recipienda quæ egisti. Tunc deus coronabit non tam merita tua q̃ dona sua. Quicquid tibi donauit, si seruasti cognoscit. Totū ergo frēs desiderium nostrum non sit nisi ad vitam ęternam, Nemo sibi placeat quasi qui hic iuste vixerit, & comparet se illis qui male viuunt secundum Pharisæum qui se iustificabat, qui non audierat Apostolum, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus Lucæ. 18
sim. Ergo non acceperat adhuc hoc quod desiderabat. Pignus acceperat, sic dixit, Philip. 3
Qui dedit pignus spiritum nobis: Cuius rei pignus erat, ad hoc peruenire cupiebat: 2. Cor. 5.
Principatio quædam, sed distat. Aliter modo participamur, aliter tunc participabimur, Modo per fidem, per spem, in eodem spiritu, tunc autem species erit, res erit. Idē autem spiritus, idem deus, eadem plenitudo. Qua clamat absentibus, exhibebit præsentibus. Qui vocat peregrinos, nutriet & alet in patria. Via nobis factus est xp̃s, & desperamus nos peruenturos? Via ista finiri nō potest, præcidi non potest, corrum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pi non poteſt,nec pluuia,nec diluuiis, nec a latronibus obſideri. Ambula ſecurus in Chriſto,ambula ne offendas,ne cadas. Nec retro reſpicias, ne in via remaneas, nec a via recedas. Iſta omnia præcaue tm̃,& peruenisti, Cum peruenieris,tunc iam gloriare ex hoc. Noli in te: Nam qui ſe laudat,deum non laudat,ſed ſe a deo auertit: Qũ qui vult recedere ab igne,ignis calidus remanet,ſed ille frigeſcit,quũ qui vult recedere a lumine,ſi receſſerit,lumen in ſe lucidum remanet,ſed ille tenebratur. Non recedamus a calore ſpiritus,a lumine ueritatis. Vocem modo audiuimus,tuncautem facie ad faciem videbimus. Nemo ſibi placeat,nemo alicui inſultet. Omnes ſic veli- 1. Cor. 13
mus proficere, vt non inuideamus proficientibus, non inſultemus deficientibus,& Ioan. 6.
erit in nobis cum gaudio impletum quod promiſſum eſt in Euangelio, Et ego ſuſcitabo eos in nouiſsmo die.

Sermo. L

Dominica in Septuageſima de lapſu mundi & auaritia. Sermo I.

OMnis homo in tribulatione conſtitutus aliqua,& in ſua cauſa deficiens,prudentem aliquem quærit a quo cõſiliũ accipiat,& norit quid agat. Exiſtimemus ergo vniuerſum mundum quaſi eſſe hominem vnum. Euadere mala quærit,& facere bona piget,ac per hoc crebreſcẽtibus tribulationibus ſuis in ſua cauſa deficiẽs, quẽ poteſt adaccipiendum conſilium prudentiorem inueniri q̃ Chriſtum? Certe meliorem inueniat,& quod vult agat. Si aũt non habet vbi meliorem inueniat, ad hunc veniat quem vbique inueniat, conſulat, accipiat conſilium, ſeruet mandatum bonum, euadat magnum malum. Preſentia enim mala temporalia, quę multum homines exhorrent, ſub quibus plurimum murmurant,& murmurando offendunt emendatorem, ne inueniant ſaluatorem. Præſentia ergo mala ſine dubio trãſitoria ſunt, aut per nos ttanſeunt, aut nos per illa tranſimus, aut tranſeunt nobis viuentibus, aut dimittuntur nobis morientibus. Non eſt in tribulatione magnum, quod tempore breue eſt. Quiſquis cogitas craſtinum diem, non reuocas heſternũ diem. Minuente die perendino, heſternus erit & craſtinus. Veruntamen ſi curis tantis homines æſtuant ad euadendas temporales & tranſcurrentes vel potius tranſuolantes tribulationes, quid eſt cogitandum vt homo euadat manentes & ſine fine durantes? Dura cauſa eſt vita mortalis. Quid eſt aliud hic naſci, niſi ingredi laborioſam vitam? De labore futuro noſtro, teſtis eſt ipſe fletus infantis. Ab ipſo moleſto conuiuio nemo eſt excuſatus. Bibendũ fuit, quod propinauit Adam. Facti quidem ſumus manibus veritatis, ſed propter peccatum proiecti in dies vanitatis. Facti ſumus ad imaginem dei, ſed detriuimus eam tranſgreſsione peccati. Ideo pſalmus nos admonet, quo facti fuerimus,& quo peruenerimus. Ait. n. Quanquam in imagine dei ambulet homo. Ecce quod factus es. Quo peruenit? Audi quod ſequitur, Tamen uane conturbatur omnis homo. In imagine ambulat veritatis,& conturbatur in conſilio vanitatis. Deniq; vide conturbationem eius, vide & tanquam in ſpeculo diſplice tibi. Quãquam, inquit, in imagine dei ambulet homo,& ideo magna res eſt homo, tamen uane conturbabitur. Et quaſi q̃reremus, unde rogo te, unde vane conturbabitur? Thesaurizat, inquit,& ignorat cui congregat ea. Ecce ille homo, id eſt, vniuerſum genus humanum, quaſi vnus homo qui in cauſa ſua defecit, conſilium perdidit de via fatuæ mentis erauit, theſaurizat,& neſcit cuj congreget ea. Quid dementius? Quid infœlicius? Certe n. ſibi; Nõ. Quare ſibi non? Quia moriturus eſt, quia breuis vita hominis eſt, quia theſaurus durat,& cito tranſit qui congregat. Ideo miſeratus hominem in imagine dei ambulantem, uera fatentem, uana ſectantem, Vane, inquit, conturbabitur. Doleo, theſaurizat & ignorat cui congreget ea. Sibi ea? Non. Quia moritur homo, perdurante theſauro. Conſilium habes,& da mihi. Non habes conſilium, quod mihi des, nec tu ergo tenes. Proinde ſi ambo non habemus, ambo quęramus, ambo accipiamus, ambo tractemus, Conturbatur, theſaurizat, cogitat, laborat, curis inuigilat. Per diem vexaris laboribus, per noctem agitaris timoribus. Vt ſaccellus tuus impleatur nummis, anima tua febricitat curis: video, doleo cõturbaris, & ſicut dicit qui fallere neſcit, vane conturbaris. Theſauriza. n. vt bene proueniat quicquid agis. Vt dãna taceamus, vt tanta pericula & ſingulis lucris ſingulas mortes. (Mortes dico non corporum, ſed malarum cogitationum) vt accedat aurum, perit fides, vt foris veſtiaris, intus expoliaris: vt iſta omittamus, vt alia taceamus, ut aduerſa pręterreamus, proſpera ſola cogitemus: Ecce theſaurizas, ecce undique lucra confluunt, & more fontium numi currunt. Vbique ardet inopia, vbiq; fluit copia Non audiſti, Diuitiæ ſi affluant ne apponatis cor? Ecce acquiris, non infructuoſe conturbaris, tñ vane conturbaris. Quare, inquis, vane conturbor? Ecce ſaccos impleo, parietes mei vix capiunt quod acquiro: Quare vane conturbor? Theſaurizas & ignoras cui ea cõgreges. Aut ſi ſcis cui, obſecro dic & mihi. Audiam te cui. Si nõ vane conturbaris dic cui theſaurizas? Mihi, inquis. Hoc audes dicere moriturus? Filijs meis, inquis, Hoc audes dicere de morituris? Magna pietas, theſaurizat pater filiis: imo magna vanitas, theſaurizat moriturus morituris. Si propterea qa morituris dimittis, quid colligis? Hæc cauſa & filiorum, ſucceſſuri ſunt nõ permanſuri. Omitto dicere qualibus filiis, ne forte quod congregauit auaritia, perdat luxuria: alius fluendo perdit, quod tu laborando congregaſti. Sed omitto hoc. Forte erunt boni filij, luxurioſi non erunt, ſeruabunt quod dimiſiſti, augebunt quod ſeruaſti, nõ perdent qd congregaſti, Filii tui tecum ſunt pariter vani ſi hoc faciunt, ſi te patrem in hoc imitamur: Illis dico quod tibi dicebam. Filio tuo dico, Cui ſeruas illi dico, Theſaurizas, & neſcis cui congreges ea. Sicut. n. tu neſciſti, ſic & ille neſcit. Si in illo vanitas permanſit, nunquid ad ipſum defecit ueritas? Omitto dicere, quia forte dũ viuis theſaurizas furi. Vna nocte venit, & tot diebus ac noctibus congregatum paratum inuenit. Theſaurizas forte latroni, forte prædoni. Nolo amplius dicere ne cõmemorem & refricem ppeſſorum dolores. Quã multa quæ congregauit inanis vanitas, parata inuenit hoſtilis crudelitas. Non eſt. n. meum optare, ſed omnium eſt timere. Auertat hoc deus. Sufficiant flagella ipſius. Omnes oremus, auertat hoc deus. Parcat deus nobis quem rogamus. Sed ſi dicat quibus, quid reſpondemus? Tu ergo o homo, o omnis homo, tu qui vane theſaurizas, vnde mihi reſpondes tractanti tecum, & tecum quærenti conſilium in cauſa omnium? Dicebas. n. & reſpondebas, Theſaurizo filio meo, filiis meis, poſteris meis. Dixi, quanta ſint & in ipſis filis metuẽda. Sed omitto pœnaliter victuros filios optat inimicus, ſi uiuant ut optat pater, q̃ multi in caſus inciderũt, Dixi, Commemoraui, horruiſti & non correxiſti. Quid. n. reſponſurus es, niſi hoc dicas, forte non? Et ego ſic ſum locutus, Forte, inquam, furi, forte latroni, forte prędoni. Non dixi certe, ſed forte. Inter forte fiet, forte non fiet: neſcis quid fiet: Vane conturbaris. Vides q̃ verũ dixerit veritas, q̃ inaniter conturbetur vanitas. Audiſti, tandem aliquando ſapuiſti, quia hoc ipſum cum dicis forte filiis meis, non autem audes dicere certus ſum, quia filiis meis, neſcis cui congreges ea. Ergo vt video, vt ante dicebam, defeciſti in cauſa tua, non inuenis quod mihi reſpondeas, ſed nec ego quid tibi. Ambo itaque quæramus, ambo conſilium petamus. Habemus copiam nõ ſapientis, ſed ipſius ſapientię. Audiamus ambo xp̃m, Iudæis ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis aũt vocatis Iudæis & Græcis xp̃m dei virtutem & dei ſapientiam. Quid paras munimenta diuitiis tuis? Audi virtutem, nihil fortius. Quid paras argumenta diuitiis tuis? Audi ſapientiam dei, nihil prudentius. Forte. n. cum dixero ſcandalizaberis: Iudæus eris, qa xp̃s Iudæis ſcandalum. Forte cum dixero ſtultum tibi videbitur: Gentilis eris, quia xp̃s gentibus ſtultitia: xp̃ianus es, vocatus es. Vocatis aũt Iudeis & Græcis xp̃s dei virtus eſt & dei ſapientia. Nolite contriſtari cum dixero, nolite ſcandalizari, nolite veluti inſipientiæ meæ ore torto inſultare. Audiamus, Quod. n. dicturus ſum, Chriſtus dixit: Contẽnis præconem, time iudicem. Quid ergo ego dicam? Iam me propemodum pauloante Euangelii lector hac cura liberauit. Non ergo lego, ſed lecta recolo. Conſilium quærebas in cauſa tua deficiens, vide quid dicat fons recti conſilii, fons unde qcquid imples venenũ nõ times. Nolite vobis cõdere theſauros in terra, vbi tinea & comeſtura exterminat,& vbi fures effodiunt & furãtur, ſed theſaurizate vobis theſauros in cœlo, quo fur nõ accedit neq; tinea corrũpit. Vbi. n. eſt theſaurus tuus, ibi erit & cor tuũ. Quid expectas amplius? Res apta. Conſiliũ patet, ſed cupiditas latet, immo nõ latet, ſed ẽt ipſa qd peius eſt patet, Non. n. ceſſat rapina graſſari, nõ. n. ceſſat fraudare auaritia, nõ. n. ceſſat periurare malitia. Totũ vt quid? Vt theſaurizetur. Et vbi ponatur? In terra. Recte quidẽ a terra in terrã. Homini. n. a quo nobis dixi laborẽ fuiſſe ꝓpinatũ, dictũ eſt peccãti, Terra es,& in terrã ibis. Merito theſaurę in terra, qa cor in terra. Vbi eſt ergo qd habemus ad deũ? Dolete q̃ intellexiſtis, cor-

Psal. 61.

Psal. 38.

1. Cor. 2.

Matt. 6.

Gene. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regimini si doluistis. Quãdiu uultis laudare & non facere? Verum est, nihil verius. Fiat ergo quod uerum est. Vnum deum laudamus & non mutamur, ut non etiam in hoc uane conturbemur. Ergo nolite vobis condere thesaurum in terra, siue experti quomodo pereat quod in terra reconditur, siue non experti, sed ex alteris metuentes experiri. Quem non corrigunt verba, corrigant experimenta. Non surgitur, nõ proceditur, nisi vt vna voce dicatur ab omnibus: Vę nobis, ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si tibi architectus diceret ruituram domum tuam, nonne prius migrares q̃ murmurares? Structor mundi tibi dicit ruiturum mundum, & non credis? Audi vocem prędicentis, audi consilium commonentis. Vox prædicentis est, Et cœlum & terra transibunt. Vox commonentis est, nolite vobis condere thesaurum in terra. Ergo si creditis prædicenti, si non contemnitis commonentem, fiat quod dicit. Non enim ille te fallit, qui tale consilium dedit. Non perdes quod dedisti, sed sequeris quod misisti. Consilium ergo do, Da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Nõ sine thesauro remanebis, sed quod habes in terra solicitus habebis in cœlo securus. Consilium do seruandi non perdendi. Habebis, inquit, thesaurum in cœlo, & veni sequere me, vt ducam te ad thesaurum tuum. Non est hoc dispẽdium, sed compendium. Cur silent homines? Audiant, vel experti quod timeant, faciant vnde non timeant, migrent in cœlum. Frumentum ponis in terra, venit amicus tuus qui nouit frumentum & terræ naturam, docet tuam imperitiam, dicit tibi, Quid fecisti: Frumentum in terra in inferioribus posuisti. Humidus locus est, putrescit quod posuisti, perdes laborem tuum: Respondes, Quid ergo faciam? Migra, inquit, in superiora: Audis ergo amicum consilium dantem de frumento tuo, & contemnis deum consilium dantem de corde tuo? Frumentum tuum times ponere in terra, & cor tuum perdis in terra. Ecce dominus deus tuus dat tibi consilium de corde tuo: Vbi enim, inquit, fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Leua, inquit, cor in cœlo, ne putrescat in terra. Consilium est eius, qui te vult seruare non perdere. Si ergo ita est, quomodo pœnitet eos qui non fecerunt: Modo quid sibi dicunt? In cœlo haberemus, quod in terra perdidimus. Inuasit hostis domum, nunquid inuaderet cœlum? Occidit seruum custodem, nunquid occideret dominum seruatorem, quo fur non accedat, neque tinea corrumpit? Quam multi dicunt: Ibi haberemus, ibi nostros thesauros recõderemus, quo eos securi post paululum sequeremur. Quare non audiuimus dominũ nostrũ? Quare contempsimus patrem monentem, & hostem sensimus inuadentem? Ergo si consilium est hoc, non simus pigri in tam bono consilio, & si migranda sint quæ habemus, in eum locũ transferamus vnde ea non perdamus. Quid sunt pauperes quibus damus, nisi laturarii nostri per quos in cœlum de terra migramus? Da, laturario tuo das, ad cœlum portat quod das. Quomodo, inquis, ad cœlum portat? Et video quia manducando consumit. Prorsus non tenendo, sed manducando transportat. An excidit tibi, Venite benedicti, Percipite regnum, Esuriui enim & dedistis mihi mãducare: Et cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis? Si ante te mendicantem non contempsisti, attende ad quem peruenerit quod dedisti. Cum vni, inquit, ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Christus accepit quod dedisti. Ille accepit, qui tibi vnde dares dedit. Ille accepit, qui in fine tibi seipsum dabit. Nam & hoc fratres aliquando cõmonui charitatem uestram, quod me fateor in scriptura dei plurimum mouet, & sæpius debeo commonere. Rogo uos ut cogitetis, quòd ait ipse dominus noster Iesus Christus, in fine seculi cum venerit ad iudicio, congregaturũ se omnes gentes in conspectu suo, & diuisurum homines in duas partes, alios ad dexteram, & ad sinistram alios positurum, dextrisq̃ dicturum, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Sinistris autem, Ite in ignẽ ęternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Quęre causas vel tantæ mercedis, vel tanti supplicij, percipite regnum, & ite in ignem æternum. Quare isti percepturi regnum? Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Quare isti ituri in ignem æternum? Esuriui, & non dedistis mihi manducare. Quid est hoc rogo? Videro de his qui percepturi sunt regnum, quia dederunt tanquam boni & fideles Christiani: verba domini non contemnentes, & cum fiducia promissa sperantes fecerunt hoc: quia si non fecissent, vitę ipsorum bene sterilitas ista non vtique conueniſſet. Forte enim casti erant, non

Luc. 21
Mat. 6
Mat. 19
Mat. 6
Mat. 25
Mat. 25

fraudatores, non ebriosi, abstinentes se ab operibus malis: Si hoc non adderent, steriles remanerent. Feciſſent enim. Declina a malo: non feciſſent, Et fac bonum Verũtamen etiam ipsis non ait, Venite percipite regnum, caste enim vixistis, nulli fraudẽ feciſtis, neminem pauperem oppresisistis, limitem nullius inuasistis, neminem iurando fefelliſtis: Non dixit hęc, sed percipite regnum, quia esuriui & dediſtis mihi manducare. Quanto hoc excellit quando cætera tacuit, & hoc solũ dominus nominauit! Rursus ad illos, Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Quam multa posset in impios dicere, quoniam si quærerent quare imus in ignẽ ęternũ, quare quęris adulter, homicida, fraudulator, sacrilege, blasphemator, infidelis? Nihil horum, sed quia esuriui & non dediſtis mihi manducare. Video vos moueri, sicut moueor. Et vere mirares. Huius autem admirabilis rei rationem colligo vt possum quam vos non celabo, Scriptum est: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Item scriptum est, Include eleemosynam in corde pauperibus, & ipsa pro te deprecabitur dominum. Item scriptum est, quod pauloante cõmemoraui, Consilium meum audi rex, & peccata tua eleemosynis redime. Et alia multa sunt diuini eloquij documenta, quibus ostenditur multum valere eleemosynam ad extinguẽda & delenda peccata. Proinde illis quos damnaturus est, imo plus illis quos coronaturus solas eleemosynas imputabit, tanquam dicens, Difficile est, vt si examinẽ vos, & appendam vos, & scruter diligentiſsime facta vestra, non inueniam vnde vos damnem: Sed ite in regnum, Esuriui enim & dediſtis mihi manducare. Non ergo itis in regnum quia non peccaſtis, sed quia uestra peccata eleemosynis redemiſtis. Rursus & illis, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Et illi tanquã noxii, olim rei, sero trementes, attendentes peccata sua quando auderent dicere, immerito se damnari, immerito in se hanc depromi a iudice tam iusto sententiam? Considerando conſcientias suas, considerando omnia vulnera animæ suæ, quando auderent dicere, iniuste damnamur? De quibus ante in sapientia dictum est, Traducent eos ex aduerso iniquitates eorum: Sine dubio videbunt se iuste damnari pro sceleribus & criminibus suis: & quasi eis diceret, Non inde vndẽ putatis, sed quia esuriui & non dediſtis mihi manducare. Si enim ab illis omnibus vestris factis auersi & ad me conuersi, illa omnia crimina atque peccata eleemosynis redemiſſetis, ipsæ eleemosynæ modo liberarent vos, & a reatu tantorum criminũ absoluerent. Beati enim misericordes, quoniã ipsis misericordia præstabitur. Modo autem ite in ignem æternũ, Iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Commendauerim vobis fratres mei, Date panem terrenum, & pulsate ad cœlestem. Dominus panis est. Ego sum panis, inquit, vitæ. Quomodo tibi dabit qui non das egẽti? Eget ad te alter, eges ad alterum: Et cum eges ad alterum, & eget ad te alter, ille ad egentem eget. Nam ad quem tu eges nullius eget, fac quod circa te fiat. Non enim quomodo inter se solent improperare quodammodo beneficia amici: Ego tibi præstiti hoc: Respondetur, Et ego tibi hoc: vult vt præstemus ei, quia & ipse præstitit nobis. Nullius indiget, ideo verus est dominus. Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum nõ eges. Cum ergo sit dominus & verus dominus, & bonorum nostrorum nõ egeat, tamẽ vt aliquid etiam erga illum faceremus, esurire dignatus est in pauperibus suis. Esuriui, inquit, & dediſtis mihi manducare. Domine quando te vidimus esurientem? Cum vni ex minimis meis feciſti. Breuiter ergo audiant homines digneq̃ considerẽt, quantum sit meritum Christum pauisse esurientem, & quale sit crimen Christũ contempsisse esurientem. Mutat quidem hominem in melius pœnitentia peccatorum, sed nec ipsa videtur aliquid profutura si ab operibus misericordiæ sterilis fuerit. Te statur hoc veritas per Ioannem, qui venientibus ad se dicebat, Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere ab ira ventura? Facite ergo dignos fructus pœnitentiæ. Et ne dicatis, patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonũ, excidetur & in ignem mittetur. De hoc itaque fructu superius ait, Facite fructus dignos pœnitẽtię. Quisquis itaq; istos fructus non fecerit, sine causa putat per sterilem pœnitentiam se mereri veniam peccatorum. Qui sint autem isti fructus, ipse consequenter ostendit. Nam post hæc

Psal. 33
Eccl. 3
Eccl. 29
Danie. 4.
Mat. 5
Sapien. 5
Mat. 5
Iacob. 2.
Ioan. 6
Psal. 15
Mat. 25
Luc 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius verba interrogabant eum turbę,dicentes, Quid ergo faciemus,'id eſt,qui ſunt iſti fructus quos vt faciamus hortaris & terres?Reſpondens autem dicebat illis,Qui habet duas tunicas det vnam non habenti,'& qui habet eſcas ſimiliter faciat. Quid manifeſtius fratres mei? Quid certi⁹?Quid expreſsius? Quid ergo aliud ſonat,quod ſuperius ait,Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur & in ignem mittetur:niſi quod ſiniſtri audituri ſunt,Ite in ignem æternum? Eſuriui enim & nō dediſtis[mihi manducare?Parum eſt itaque recedere a peccatis, ſi pręterita curare neglexeris:ſicut ſcriptum eſt,Fili peccaſti,ne adijcias iterū. Et ne hoc ſolo ſecurum ſe eſſe putaret.Et de priſtinis,inquit,deprecare vt tibi dimittantur. Sed quid proderit deprecari ſi te non dignum feceris ex audiri non faciendo fructus dignos pœnitentię, vt tanquam ſterilis arbor excidaris & in ignem mittaris? Si ergo exaudiri,vultis cū deprecamini pro peccatis veſtris,Dimittite & dimittetur vobis.

Matt.25
Eccl.21
Luc.6.

Item in eadem dominica Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Matthæum. Simile eſt regnum cœlorum homini patriſamilias qui exiit primo mane &c. quæ inſerta eſt in ſermone LIX. de verbis domini.

Item in eadem dominica alius ſermo de epiſtola,Non ſic pugno &c. qui habetur inter ſermones de verbis Apoſtoli. XIX.

Dominica in ſexageſima,De vocatione Abrahæ, Egredere de terra tua &c. Ser. I.

Ser 51.
Gene.1.
1. Co. 10.
Egredi de terra ſua quid.

MOdo cum diuina lectio legeretur audiuimus dominū beato Abrahæ dicēte, Egredere de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui. O ia,n.fratres chariſsimi,quæ in veteri teſtamento conſcripta ſunt, noui teſtamenti typum & imaginem prætulerunt,ſicut Apoſtolus dicit, Omnia enim in figura contingebant illis: Scripta ſunt autem propter nos,in quos fines ſeculorum obuenerūt. Si ergo propter nos ſcripta ſunt,quod tunc in Abraham corporaliter legimus ſactū ſpiritaliter in nobis videbimus impletū,Egredere,inquit,dominus,de terra tua,& de cognatione tua,& de domo patris tui. Hæc omnia fratres pro ſacramēto baptiſmi in nobis & credimus & ſentimus impleri. Terra noſtra caro noſtra eſt. Et bene de terra noſtra egredimur,quando carnales conſuetudines deſerentes,Chriſti veſtigiis inhæremus,quaſi non tibi videtur fœliciter de terra ſua,id eſt,de ſeipſo egredi, qui de ſuperbo efficitur humilis,patiens ex iracundo, caſtus ex luxurioſo, largus ex cupido, benignus ex inuido,placidus ex cruento? Vere fratres fœliciter de terra ſua egreditur,qui pro dei amore taliter commutatur. Deniq; etiā in collocutione priuata ita loqui conſueuimus,vt ſi aliquis malus homo ſubito bona opera cœperit exercere, dicamus de illo,Exiit iſte de ſe. Et vere bene de ſe exiſſe dicitur,Egredere,inquit,dominus,de terra tua. Terra noſtra,id eſt,caro noſtra ante baptiſmū terra morientiū fuit, per baptiſmū facta eſt terra viuentium. Ipſa eſt illa terra de qua Pſalmiſta cōmemorat,dicens,Credo uidere bona domini in terra viuentium. Terra viuentiū & nō morientiū,id eſt,virtutū non uitiorū,ut dixi,per baptiſmū facti ſumus:ſi tamē poſt acceptū baptiſmū ad vitiorū non reuertimur uolutabrum,'ſi poſteaq̄ terra viuentiū facti ſumus,opera morti obnoxia & luxurioſa non faciamus. Et veni,inquit,dominus,in terram quam monſtrauero tibi. Tunc enim,'ad terram quā dominus oſtēdit cū gaudio veniemus,ſi prius de terra nīa, id eſt, de carne noſtra,ipſo adiuuāte, vitia & pcā repellimus,Egredere,inqt,& de cognatiōe tua. Cognatio iſta, vitia intelligūtur atq; pcā,q̄ nobiſcū quodāmō & ex parte naſcūtur, & ab infantia malis moribus addūtur ac nutriūtur. De cognatione ergo noſtra egredimur,qñ p gratiā baptiſmi oīb⁹ pcis & vitijs vacuamur:ita tñ vt poſtea cū dei adiutorio ǧtū poſſumus laborem⁹, vt expulſis vitiis virtutibus repleamur,Nā ſi p baptiſmū malis oīb. uacuati,delides eē uolumus & ignaui,timeo ne ipleatur illud in nobis qđ in Euāgelio ſcriptū eſt,Cū exierit ſpūs īmūdus ab hoīe,uadit p loca arida & quærit requiē & nō inuenit. Poſtea reuerſus ſi inuenerit domū vacuā,adducit ſecū ſeptē ſpūs neqores ſe, & ingreſsi habitāt ibi: Et erūt hoīs illius poſteriora peiora priorib. Ita ergo de cognatione noſtra, id eſt, de peccatis & uitiis exeamus, ut nunquam ad hæc mala poſtea uelut canis ad uomitū redire uelimus. Egre dere,inqt,& de domo patris tui. Et hoc chariſsimi ſpiritaliter debemus accipere. Pater noſter ante gratiam Chriſti, diabolus fuit, De ipſo

Terra nīa quæ.

Terra morięntium & viuentiū.
Pſal.26.

Gene.12

Cognatio' noſtra quę

Matth. 12

dominus in Euangelio Iudæos arguit dicens,Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri facere vultis. Patrem ergo hominum dixit, diabolum, non ex ipſo nado:ſed ipſius nequitiam imitando,non quòd ex ipſo potuerint naſci, ſedquod eum voluerint imitari. Nam quòd prius pater noſter diabolus fuerit ex perſona dei loquentis ad eccleſiam, Pſalmiſta commemorat, dicens, Audi filia & vide, & obliuiſcere populum tuum, & domū patris tui Conſiderate fratres quid dixerit, Audi,inquit,filia. Qui dicit,Audi filia,pater vtique eſt.Et cum dicit, Obliuiſcere populum tuum & domum patris tui:patrem vtique admonet relinquendum. Inuitamur ergo a deo patre,ut beata & fœlici commutatione patrem diabolum relinquamus. Bene diabolū patrē relinquimus,ſi deo auxiliante caliditatē & nequitias illius vitare ſemper vel fugere ſtudeamus. Hæc ergo omnia fratres,i.vt exemplo beati Abrahę de terra noſtra,conuerſatione vtique carnali poſsimus exire,& cognationem noſtram,vitia videlicet & peccata relinquere,& de domo diaboli patris effugere,non noſtris viribus,ſed Chriſti gratia donante meruimus. Et ideo quantum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus,ne iterum ad conſortium vel ad amicitias diaboli, aut ad vitia vel ad carnales concupiſcentias redeamus,propter illud quod ſcriptum eſt, Iam ſanus factus es,noli peccare nequid tibi deterius contingat:ſed Abrahæ fidem potius imitando,& bona iugiter opera faciendo,non ſolum ad veniam, ſed etiam ad conſortium vel amicitiam dei peruenire poſsimus. Sed & illud fratres chariſsimi quod de hac eadem re dominus locutus eſt ad Moyſen,cū grandi metu & tremore conſiderare debemus. Sic enim ait, Cum tradiderit vobis dominus terram Chananæorū, caue te ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iūgatis amicitias, quæ vobis protinus ſint in ruinam. Cum.n.per gratiam baptiſmi a nobis omnia crimina vel peccata expulſa eſſe credamus, ſi poſtea cum ipſis vitijs & peccatis amicitias iungimus, dum eis ad cupiditatem vel luxuriam conſentimus,ſine dubio eorū amicitia nobis efficitur in ruinam. Et ideo quantum poſſumus cum dei adiutorio pro ſalute animæ laboremus,& agro cordis noſtri quem peccata vel crimina poſſederant, virtutes intromittere feſtinemus,vt in nobis impleatur illud quod beatus Iſaac in typo Chriſti benedicens filiū ſuum,dixit,Ecce odor filij mei,ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus,quod ipſe præſtare dignetur,cui honor & imperium cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum,Amen.

Deut.7.

Gene.27.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſecundum Matthæum, Exijt qui ſeminat &c.quæ habetur lib. I. quæſtionum Euangeliorū. Ca. X.& XIII.

Feria quarta poſt dominicam in Sexageſima, De charitate & dilectione dei,& de cæco illuminato.

Ser.52.

DE charitate nobis pauloante Apoſtolus loquebatur,cum eis epiſtola legeretur, & eam nobis ſic commendabat,vt intelligeremus cætera omnia quāuis magna dei dona,ſine illa nihil prodeſſe. Vbi aūt ipſa eſt,ſola eſſe non poteſt. Et nos ergo veſtræ charitatiſermonē de charitate reddamus. Charitas alia eſt diuina,alia eſt humana:alia eſt humana licita,alia illicita. De his ergo tribus charitatis vel dilectionib. duo enim nomina habet apud Latinos,quę Græce agapi dicitur, quod dominus donauerit dicam. Hæc ergo prima eſt diſtributio mea,q̄ dixi aliam humauam,aliam diuinam eſſe charitatem. Eandemq̄ humanā in duo diſtribui,q̄ alia ſit licita,alia illicita. Prius ergo loquor de humana licita quæ non reprehenditur: Deinde de humana illicita quæ damnatur: Tertio de diuina quæ nos perducit ad regnum. Vt ergo breuiter inſinuem,licita eſt humana charitas qua vxor diligitur, illicita qua meretrix vel vxor aliena. In foro enim & plateis magis licita charitas diligitur,quā meretrix, in domo dei,in templo dei,in ciuitate xp̄i,in corpore Chriſti, etiam meretricis amor ad gehēnas amātes pducit. Licitā ergo charitatē habete,humana eſt,vt dixi,licita eſt. Non ſolum autem ita licita eſt vt cōcedatur, ſed ita licita eſt vt ſi defuerit reprehendatur. Liceat vobis humana charitate diligere coniuges,diligere filios, diligere amicos veſtros diligere ciues veſtros. Omnia enim iſta nomina habent neceſsitudinis vinculum,& glutem quodāmodo charitatis. Sed videtis iſtam charitatem eſſe poſſe & impiorum,ideſt,paganorū, Iudęorum hæreticorū. Quis.n. eorū non amat vxorē,

Charitas alia diuina alia humana. In lib. 50. Homi. Homi. 38. In principio.

Charitas humana alia eſt licita,alia illicita.

Charitas humana licita.

filios, fratres, vicinos, affines, amicos &c. Hæc ergo humana est. Si ergo tali quisque crudelitate efferatur vt perdat etiam humanum dilectionis affectum, & non amet filios suos, & non amet coniugem suam, nec inter homines numerandus est. Non laudandus est qui amat filios suos, sed damnandus est qui non amat filios. Adhuc enim videat cum quibus debet ei esse dilectio ista communis. Amat filios, & feræ amant filios: Amant filios aspides, amant filios tigrides, amant filios leones. Nulla bestia est quæ non filijs suis blande murmuret. Nam cum terreat homines paruulos fouet. Fremit leo in filios, vt nemo transeat. Intrat in spelũcam vbi habet filios suos, omnem rabiem feritatis exponit. Foris eam ponit, cum ipsa nõ ingreditur. Ergo qui non amat filios suos, etiam leone peior est, humana sunt ista & licita sunt. Illicitum

Charitas humana illicita.

amorem cauete, Membra Christi estis, & corpus Christi estis. Audite Apostolũ & ter remini. Non potuit. n. grauius dicere, non potuit vehementius, non potuit acrius de terrere Christianos ab amore fornicationum, nisi vbi dixit, Tollens ergo membra

1. Cor. 6.

Christi, faciam mẽbra meretricis? Vt aũt hoc diceret, superius ait, Nescitis quia qui adhæret meretrici vnũ corpus est? Et testimonium de scriptura dedit q̃ scriptũ est,

Gene. 2.

Erunt duo in carne vna. Dictum est enim hoc diuinitus, sed de viro & vxore vbi licet, vbi concessum est, vbi honestum est, non vbi turpe, non vbi illicitum, non vbi omni ratione damnabile. Sicut autem vna fit caro in permixtione licita viri & vxoris, sic vna fit caro in permixtione illicita meretricis & amatoris, Cum ergo vna fit caro, illud te terreat, illud exhorreat q̃ addidit, Tollens ergo mẽbra Christi. Membra Christi, Christiane attende. Membra Christi noli in altero, in te attẽde membra

Mẽbra xpi in mẽbra meretricis

Christi emptus es sanguine Christi. Tollens ergo membra Christi, faciã mẽbra meretricis? Hoc qui non horret, deo horret. Prorsus prosus obsecro vos fratres mei! Ecce ponamus, quod nõ est, promisisse deum talibus impunitatem & dixisse, Qui talia fecerint misẽrebor eorum, non eos damnabo: Faciamus hoc dixisse deum. Etiã promissa impunitate tollit quisq; mẽbra Christi, & facit iam membra meretricis? Non facit si est tertia diuina dilectio. Etenim tres dilectiones commemoraui, de trib. me

Charitas diuina.

quod dominus daret dicturum esse promisi. De licita humana, de illicita humana, de illa excellenti atque diuina. Interrogemus diuinam charitatem, & ponamus ante illam duas humanas charitates, & dicamus ei, Ecce licita charitas humana qua vxor diligitur & filij aliæq; necessitudines seculares: Ecce alia illicita qua diligitur meretrix, qua diligitur ancilla aliena, qua diligitur aliena filia non petita, non promissa, qua diligitur uxor aliena. Duę ante te sunt charitates, cum qua istarum vis manere? Qui elegit manere cum illa humana licita, cum illa humana illicita nõ manet. Nemo sibi dicat, ambas habeo Si ambas habeas admittendo ad te dilectionem meretricis, iniuriam facis matronæ & quæ ibi habitat diuinæ charitati. Puto enim quia si homo coniugatus es & diligas meretricem, non mittis meretricẽ in domũ tuam vt habitet cũ matrona tua. Non vsqueadeo progrederis: Tenebras quæris, latebras quæris, turpitudinem non profiteris. Sed & qui non habet vxores & sunt quasi meretricum licentius amatores, ideo dixi quasi, quia & ipsi damnantur si iam sunt fideles: puto qa & adolescens nondum habens vxorem si diligat meretricem non eam facit habitare cum sorore sua, non eam facit habitare cum matre sua, ne iniuriam faciat humanæ pudicitię, ne offendat decus sanguinis sui. Si ergo non facis habitare meretricẽ quã diligis cum matre tua, cum sorore tua, ne sicut dixi, offendas decus sanguinis tui: facis habitare in corde tuo dilectionem meretricis cum dilectione dei, & offendis decus sanguinis Christi? Amate deum, nihil melius inuenitis. Amatis argentum, quia melius est ferro & æramẽto. Amatis plus aurũ, quia melius est argẽto. Amatis plus lapides, pretiosos, quia & auri pretium superant. Amatis postremo istam lucem quã dimittere formidat, omnis qui mortem timet. Amatis, inquam, istam lucẽ, qũo eam

Mat. 20. Mar. 10.

amore quodam ingenti desiderabat, qui post Iesum clamabat, Miserere mei fili Dauid. Clamabat cæcus Christo transeunte. Metuebat enim ne transiret, & non sanaret. Et quantum clamabat, vt turba prohibente non tacente, vicit contradictorem, te nuit Saluatorẽ, obstrepentibus turbis & clamare prohibẽtibus, stetit Iesus, Vocauit eum & dixit ei, Quid vis tibi fieri? Domine, vt videam, inquit, Respice, fides tua te sal uum fecit. Amate Christum, desiderate lumen, quod est Christus. Si desiderauit ille lumen

lumen corporis, quanto plus lumen cordis desiderare debetis, Ad eum non vocibus, sed moribus clamemus. Viuamus bene, mundum cõtemnamus. Nihil nobis sit omne quod transit. Reprehensuri sunt nos quando sic vixerimus quidam dilectores no

De verbis domini. Ser. 28.

stri homines seculares, amantes terram, sapientes puluerem, nihil de cœlo ducentes, auras liberas corde nare carpentes. Reprehensuri sunt nos proculdubio atq; dicturi si viderint nos ista humana, ista terrena cõtenere: Quid pateris? Quid insanis? Turba illa est contradicens ne cęcus tlamet, & aliquãti xpiani sunt qui prohibent viuere christiane: quia & illa turba quę cum Christo ambulabat, & vociferantem hominem ad Christum ac lucem desiderantem ab ipsius Christi beneficio prohibebant, sunt tales Christiani. Sed vincamus illos, viuamus bene & ipsa vita sit vox nostra ad xpm, stabit qui stat. Nam & ibi magnum mysterium est. Transiens erat ille quando ille clamabat, Quando sanauit, stetit. Transitus Christi intentos nos faciat ad clamandum. Quis est transitus Christi? Quicquid pro nobis temporaliter pertulit, transitus eius est. Natus est transit: Nũquid adhuc nascitur? Creuit, transit: Nunquid adhuc crescit? Suxit: Nunquid adhuc sugit? Manducauit & bibit? Nuquid adhuc facit? Defessus dormiuit: Nũquid adhuc dormit? Postremo prensus est, vinctus est, verberatus est, spinis coronatus est, alapis cæsus est, sputis illitus, ligno suspensus occisus, lancea percussus, sepultus, resurrexit. Adhuc transit. Ascendit in cœlũ, sedet ad dexteram patris, Stetit Clama quantum potes, modo te illuminat. Nam in eo ipso quod verbum erat apud deum, vtique stabat, quia non mutabatur, Et deus erat verbum, & uerbum caro factum est. Caro per transitum multa fecit, & passa est: verbum stetit. Ipso verbo cor illuminatur, quia ipso verbo caro quam suscepit honoratur. Tolle verbũ, quid est caro? Hoc est quod tua. Caro aũt Christi vt honoretur, verbũ caro factum est, & habitauit in nobis. Clamemus ergo & bene viuamus. Amate filios vestros, amate coniuges vestras, & si seculariter. Nam secundum carnem amare debetis, vt secundum deum illis consulatis, & non in eis nisi Christũ diligatis, & oderitis in vestris si Christum habere noluerint. Ipsa enim est charitas illa diuina. Nam quid eis proderit transitoria & mortalis charitas vestra. Tamen quando & humanitus diligis vxorem, sed plus dilige Christum. Non dico vt non diligas patrem, nõ dico vt non diligas filios, sed plus dilige Christum. Audi illum dicentem, ne mea putes ista verba. Qui amat patrem aut matrem plusquam me, nõ est me dignus. Quando audis, Non est me dignus: non times? De quo dixit, Non est me dignus, non est cum illo. Qui cũ illo nõ erit, vbi erit? Si non amas cũ illo esse, time sine illo esse. Quare times sine illo esse, quia cum diabolo eris si cum non fueris, Et vbi erit diabolus? Audi ipsum Christum, Ite in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. Si igne cœli non accenderis, ignem time ghennarum Si nõ amas esse inter angelos dei, time esse inter angelos diaboli. Si nõ amas esse in regno, time esse in camino ignis ardentis inextinguibilis sempiterni. Vincat in te pius timor, & erit amor. Timor pædagogus sit. Non ipse in te remaneat, sed te ad charitatem quasi ad magistrũ pducat.

Matth. 10.

Mat. 15.

Christi trã situs quid.

Item in eadem feria alius sermo de epistola diei, Quem diligit dominus castigat &c. qui habetur in lib. 83. quæstionum, quæstione. LXXXII.

Item in eadem feria Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Omne peccatum & blasphemia remittetur hominibus &c. quæ habetur inter sermones de verbis domini. XI.

Dominica in quinquagesima, De fide, spe, & charitate: Sermo. I.

Ser. 53.

QVicunque enim Christianum nomen tenet & quicunq; sacramentis diuinis est imbutus fratres charissimi, necesse vt religionis Christianæ ratione sciat, & fidei veritatem agnoscat, eius quoq; fidei, quę vt Apostolus ait, per dilectionem operatur, quæ in præsenti confortat ac roborat credentes, & in futuro perducit ad dei contẽplationem. Nam tria quædam proposuit animæ nostræ necessaria beatus & egregius gentium doctor, dicens, Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc maior autem horum est charitas. Primum ergo fides catholica Christiano necessaria est, quia in ipsa distinguuntur filij dei a filijs diaboli, filij lucis a filijs tenebarum, per ipsam renascimur in baptismate, & salutem æternam impetra-

Galat. 5.

1 Cor. 13

Fides Christiano necessaria & quare.

Marc. 16 mus, sicut scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Hæc porta est uitæ, hæc ianua regni. Per ipsam discitur ueritatis scientia, & percipitur cognitio diuinitatis, per ipsam gratiam dei inuenimus. Aliter autem deo placere non possumus, quia sine fide impossibile est placere deo. Vere enim beatus est qui recte credendo bene uiuit, & bene uiuendo fidem rectam custodit. Igitur sicut ociosa est fides sine operibus bonis, ita nihil proficiunt opera bona sine fide recta. Vnde beatus Iacobus Apostolus dixit, Quid proderit fratres mei si fidem se dicat quis habere, opera autē non habeat? Nunquid poterit saluare eum? Fides sine operibus ociosa est. Sicut enim corpus sine spū emortuū est, ita & fides sine operibus mortua est. Fidē ante oia frēs mei rectā & imaculatā hēre contendite, & secūdū apostolicæ institutionis normam, symbolū a sanctis patribus cōstitutū memoriter tenete, & religiose viuentes observare studete. Hæreticorū dogmata pestifera fugite, maleficorū & incātatorū uenena mortifera horrescite, diuinorū & sortilegorū nefandas traditiones quæ cū dæmonibus societatē hūt penitus respuite, ut nihil aliud ꝙ̄ qđ catholica fides laudat, amat, pdicat, in mēte siue in ꝓfessione seu moribus teneatis. Post hanc ergo fidē spē firmā hēre discite, quę aīum nostrū ad inuisibilia trahit, & intentionē nostrā in cœlestia & ęterna inserit, & quo dāmodo nexibus insolubilibus ligat, quę nō decipit, sed fideliter obsequētes ad æternā btitudinē perducit. Nen. o igitur quāuis ingēti pctōrū pondere ꝑmatur, de bonitate diuinę pietatis desperare debet, sed spe certe miæ illius indulgentiā sibi quotidianis deprecari lachrymis, quā recte sperare pnt si ab actione prauī operis cessabunt. Ideo nō pp spē uenię ꝓseueranter peccare debemus, neq; qa deus iuste pctā punit, ueniā desperare debemus: ut neq; cū fiducia peccemus, neque rursus pctā desperemus, sed utroq; periculo euitato, & a malo declinemus, & de pietate dei ueniā speremus. Similiter & in oium tribulationū angustia, spe ad solatia superne pietatis currēdū est: quia in illo solo ois spes & salus sine dubio consistit, dicente Propheta, In deo salutare meū & gloria mea, deus auxilii mei, & spes mea in deo est. Cū n fidē rectā & spē firmā uobis frēs persuademus habere, hoc maxime hortamur ut charitatē in uobis habere & opere ostēdere ꝓ oia satagatis. Per ipsam n. & cū ipsa beatitudinem uerā habituros uos esse sciatis, quia sine hac nemo uidebit deū. Hæc autem ideo maior fide & spe ab Apostolo esse narratur, quia cæteris recedētibus ipsa sola permanebit. Fidei enim succedit spes, & spei beatitudo, charitati autem non transmutatio sed sola restat perfectio. Hæc omnium arx est virtutum, hæc promissio regni, hæc præmium summum est sanctorum in cœlo, quia in perenni gaudio nihil gratius, nihil dulcius habent sancti perfecto amore dei. Quem quia ꝓsentē uident, suauius diligunt, & dulcius fruuntur ipso bono. Oportet uos scire fratres, quia in omnibus præceptis dei charitas obtinet principatum, sine cuius perfectione nihil deo placere posse, Paulus Apostolus testatur, quia nec martyrium, nec seculi contemptum, nec eleemosynarum largitionem sine charitatis officio quicquam ꝓficere posse ostendit. Vnde & ipse dominus a quodam scriba interrogatus, quod esset mandatum maximum, respondit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Addidit quoque, Secundum simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetę. Quod uero ait, Ex toto corde, & tota anima & tota mente. i. toto intellectu, tota uoluntate, & ex omni memoria deum esse diligendum. Dei uero dilectio in obseruatione mandatorum eius tota consistit, sicut alibi ait, Siquis diligit me, sermones meos seruat. Vnde & ipsa ueritas alibi ait, In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Item Apostolus, Plenitudo legis est dilectio. Item Ioannes euangelista, Hoc, inquit, mandatum habemus a deo, ut qui diligit deum, diligat & proximum. Si forte quislibet quærat, quis sit ꝓximus, sciat oēm xp̄ianū recte proximū dici, quia oēs in baptismo filij dei scti efficimur vt fratres simus spiritaliter i charitate pfecta. Nobilior est gnātio spiritalis quam carnalis, de qua in Euāgelio ipsa veritas ait, Nisi qs renatus fuerit ex aqua & spū scō non potest introire in regnum dei. Qui autem taliter intelligens proximum diligit sine dubio charitatem veram in semetipso tenebit. Hæc igitur fratres diligenter considerate, vt cum fide & dilectione vestram operemini semper salutem, habentes spē firmam, quia quicquid boni in ꝓsenti agitis, in futuro ab illo inæstim abiliter remunerabimini, qui author & protector est nostræ salutis, Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat.

Hebr 11. Iacob. 12. Spes est habenda. Mat. 22. Deus quo sit diligendus. Iaon. 14. Ioan. 13 Roma. 13 1. Ioan 4 Proximus quis. Psal. 61. Charitas operibus ostenda est. 1. Cor. 13. Charitas quare maior spe & fide. 1. Co. 13.

In eadem dominica de vacca, ariete vel capra trium annorum, turture quoque & columba.

Sermo. II.

Ser. 54

AVdiuimus fratres charissimi scripturā dicentem, Locutus est dominus ad Abraham dicens, Sume mihi vaccam triennem & capram trimam, & arietem annorū trium, turturem quoq; columbam. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtraque partes contra se altrinsecus posuit, aues autē non diuisit. Descenderūtq; volucres super cadauera, & abigebat eas Abraam. Cumq; sol occumberet, sopor irruit super Abraham & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lāpas ignis transiens inter diuisiones illas. Quid ergo significent ista fratres, breuiter, quantum dominus dederit, charitatis auribus vestræ cupimus intimare. Beatus Abraham, pater multarum gentium a domino dictus est. Omnes. n. gentes quæ in Christum credūt & creditūræ sunt, filij sunt Abrahæ, imitando fidem, non nascendo per carnem. Nam sicut Iudei per infidelitatem degeneres facti ex filijs Abrahæ filij diaboli, & progenies viperarū sunt in Euangelio appellati: ita econtrario omnes gentes Christum fideliter credunt, Abrahę filij effici meruerunt. Vacca ergo triennis, & aries annorum trium, & capra triennis, & turtur vel columba, figura omnium gentium prætulerūt. Dicta sunt autem trium annorum, quia omnes gentes in trinitatis erant mysterium creditūræ. Et quia tota Ecclesia catholica non solum habet spiritales, sed habet etiā & carnales, quāuis nonnulli in trinitatem se credere dicant, carnales tamē sunt, quia crimina & peccata vitare dissimulant. Quia ergo cum carnalibus sunt etiam spiritales, ideo turtur & columba sunt additæ. In turture & columba, spiritales possunt significari, vt in illis tribus animalibus carnales intelligi. Ergo diligenter attendite, qa illa tria aīalia diuisisse in duas partes dicitur Abrahā, & cōtra se inuicē posuisse. Aues scriptura, inquit, non diuisit. Quare hoc fratres? Quia in eccclesia catholica carnales diuiduntur spiritales omnino non diuiduntur: & sicut dicit scriptura, contra se inuicem præparantur. Quare carnales & diuisi & contra se positi sunt? Quia omnes luxuriosi & amatores mundi, contra se inuicem diuisiones & scandala habere non desinunt. Isti ergo diuiduntur, quia sibi inuicē aduersantur: aues aūt i. spiritales nō diuidūtur? Quare spiritales nō diuidūtur. Quia est illis cor vnū, & aīa vna in deū. Est in illis vnū velle ac nolle: illis. n. quas supra diximus auibus, similes sunt, turturi, s. vel columbæ: In turture castitas, in columba simplicitas designatur. Omnes. n. in ecclesia catholica deum timentes, & casti simplicesq; esse signantur, & cum Psalmista dicere possunt. Quis dabit mihi pēnas sicut columbæ, & volabo & requiescam? Et iterum, Turtur inuenit sibi nidum vbi reponat pullos suos. Et quando carnales qui diuidi possunt, grauibus vitiorum compedibus pręmuntur in mundo, spiritales diuersarum virtutum pennis eleuātur in altum, & duabus velut alis, duobus, scilicet prę-ceptis, diligendo deum & proximum, eriguntur in cœlum, & cum Apostolo dicere possunt, Nostra autem conuersatio in cœlis est. Et quotiens sacerdos dixerit, Sursum corda, securi & fideliter dicunt se habere ad deum, quod valde pauci & rari in ecclesia fiducialiter & cum veritate dicere possunt. Ideo ergo aues Abraham non diuisit, quia spiritales, quibus, sicut dixi, est cor vnum & anima vna diuidi & a dei vel a proximi amore separari non possunt, sed cum Apostolo clamant, Quis non separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio? Et cætera quæ sequuntur, vsque ad id quod dictum est. Neque creatura alia poterit nos a separare a charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Spiritales ergo, nec tormentis separantur a Christo, carnales vero interdum etiam otiosis fabulis separantur. Illos non separat nec crudelis gladius, istos vero separat carnalis affectus. Spiritales nec dura frangunt, carnales etiam blanda corrumpunt. Diuisit ergo Abraham il-

Gene. 15. Acto. 4. Psal. 54 Psal. 83 Mat. 22 Philip. 3. Gene. 15. Acto. 4. Roma 8.

Gene.15

la animalia in duas partes,aues autem non diuisit. Cum autem occubuisset sol, so-
por,inquit,irruit super Abraham,& horror magnus & tenebrosus nimis,& apparuit
clibanus ardens & fumans,& lampas ignis transiens inter diuisiones illas. Videte fra
tres quid ignis iste inter diuisiones illas transiens dicitur. Turturem quoq; & colum
bam tetigisse non legitur. Vespera illa finem mundi significauit, animalia illa, sicut
iam diximus,typum omnium gentium in Christo credentium prætulerunt. Quæ ta
men gentes,sicut iam dictum est,quia in se non solum carnales, sed etiam spiritales
ideſt non solum bonos,sed etiam malos habēt,ideo animalia illa diuisa sunt,& ignis
transiuit per ea secundum illud quod dicit Apostolus,Dies enim domini declarabit,
quia in igne reuelabitur. Clibanus ille ardens & fumans & lampas ignis,diem iudicij
figurauit. Et ideo super beatum Abraham timor & horror tenebrosus incubuit. Vn-
de intelligimus q̄ si in die iudicij iustus vix saluabitur,peccator & impius vbi pare-
bunt? Clibanus ergo ardens & fumans significauit diem iudicij, Diem, inquam,iudi
cij in quo erit fletus & stridor dētium,in quo erit vlulatus & lamentatio & tarda pœ
nitentia,quando mouebuntur fundamenta montium, & ardebit terra vsq; ad infe-
ros deorsum,quando sicut dicit beatus Petrus. Cœli ardentes soluentur, elementa
ignis ardore tabescent,quando sicut dominus ipse in Euangelio dicit,etiam virtutes
cœlorum cōmouebuntur,quando sol obscurabitur,quando & luna non dabit lumē
suum,& stellę cadēt de cœlo: Vbi se tunc impij videbūt? vbi adulteri,vbi ebrioſi,vbi
maledici se recognoscent? Vbi amatores luxuriæ, vbi raptores,vbi superbi & inuidi
apparebunt? Quid infœlices pro sua defensione dicturi sunt,quos toties admonitos
& tamen imparatos dies ille repererit? Cum ad illā archangeli tubam omni buccina
clariorem totus simul cœperit mugire mundus,cum,sicut dicit propheta,venerit do
minus ponere orbem terræ desertum,& peccatorēs perdere ex eo: quando,sicut di-
cit scriptura,peccatores & impij mittentur in stagnum ignis, & fumus tormentorū
illorum ascendet in secula seculorum, Qui tunc tremor,quæ caligo,quæ tenebræ cri
minosos quosq; negligentes ac tepidos occupabunt? Ne ergo & nos in istum venia-
mus cruciatum animæ,expergiscamur dum corrigendi tempus est,& voluntatē do-
mini nostri tanquam boni serui & vtiles requiramus, vt cum dies ille iudicij quem
clibanus ille ardens & fumans significauit,tremēdus & nimium etiam bonis expaue
scendus aduenerit,non cum mortalibus quos illa animalia figurabāt,qui per diuer-
sas voluptatum contentiones diuidi possunt,flammis vltricibus cruciemur in infer-
no sed simplicitatem columbæ & castitatem turturis præferentes,spiritalibus virtu-
tum pennis eleuemur in cœlum,secundum illud quod ait Apostolus, Simul,in quit,

2.Cor.3.

1.Pet.4.

Mat.24.

2.Petr.3.

Mat.24

Thessa.4.

Apoc.14.

2.Thessa.4 rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus,
præstante domino nostro Iesu Christo,cui est honor & gloria cū patre & spiritu sanc-
to in secula seculorum. Amen.

Item in eadem dominica Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum,Et ecce duo cæci sedentes &c. quæ habetur inter sermones de verbis domini, XVIII.

Sermo. 51.

Feria quarta in capite Ieiunij. Sermo. I.

ECce fratres charissimi,deo propitio,tempus quadragesimæ venit: & ideo ro-
go dilectissimi,vt dies istos corporibus salubres & animæ medicinales ita cū
dei adiutorio sanctæ a spiritaliter celebremus, vt obseruatio sanctæ quadra-
gesimę non nobis iudicium pariat,sed profectū. Si.n. negligenter agimus, si nos mi-
nus occupationibus implicamus,si castitatem seruare nolumus,si ieiunijs & vigilijs
& orationibus non insistimus,si scripturas diuinas aut ipsi non legimus, aut legen-
tes alios non libenter audimus,ipsa nobis medicamenta conuertuntur in vulnera,&
& inde habebimus iudicium,vnde potuimus habere remedium. Et ideo rogo vos fra
tres charissimi ad vigilias maturius surgite,ad tertiam, ad sextam, ad nonam, ante
omnia cōuenite. Nullus se a sancto opere subtrahat,nisi quem infirmitas, aut publi
ca vtilitas,aut forte certa & grandis necessitas tenuerit occupatum. Nec solum vobis
sufficiat quod in Ecclesia diuinas lectiones auditis,sed etiam in domibus vestris aut
ipsi legite,aut alios legentes requirite,& libenter audite,Recolite fratres sententiam
domini nostri qua dicit,Si totum mundum lucretur homo,animæ autem suæ detri-
mentum

Mat.16

mentum patiatur,quam dabit cōmutationem pro anima sua? Et illud ante omnia memoriter retinete,& iugiter expauescite quod scriptum est, Impedimenta mundi, fecerunt eos miseros. Sic ergo te occupabis in domo tua,vt non neglig as aiam tuā. Ad extremum si amplius non, uel tm̄ labora pro anima tua,quantum pro carne tua laborare te consideras. Et ideo frēs charissimi nolite diligere mundum, neq; ea quæ in eo sunt,quia mundus transit & concupiscentia eius. Quid aūt permanet in homine,nisi quod qui sque aut legendo aut orando aut bona opera faciendo. pro animæ salute in thesauro conscientiæ suæ recondiderit? Infœlix.n. voluptas, infœlicior cupiditas atque luxuria,per transitoriam dulcedinem præparant sempiternam amaritudinem. Abstinentia vero,vigiliæ,orationes atq; ieiunium, per breuissimas angustias perducunt ad paradisi delicias,quia non mentitur veritas, q̄ in Euāgelio dicit, Arcta & angusta via est quæ ducit ad vitam,& pauci sunt qui inueniunt eam. Nec p latam uiam diu gaudetur,nec per angustam & asperam longo tempore laboratur, quia & isti post breuem tristitiam accipiunt vitam æternam, & illi post paruum gaudium patiuntur sine fine supplicium. Et ideo frēs charissimi in istis quadraginta diebus,quasi totius anni cibaria animæ nostræ ieiunando, legendo, uel orando prouidere debemus. Nam licet per totum annum deo ꝓpitio lectiones diuinas frequenter & fideliter audiatis,in istis tamē diebus de pelago & fluctibus mundi huius quasi ad portum quadragesimæ confugientes, debemus requiescere, & lectiones diuinas in exceptorio cordis nostri cum silentio & pace suscipere: vt deo ꝓpitio pro amore vitę æternæ vacantes, quicquid in nauicula animæ nostræ per totum annum multis tēpestatibus,id est peccatorum fluctibus,aut fractum,aut dissolutum aliquid aut corruptum,aut perditum est,omni solicitudine in istis diebus reparare studeamus atq; coponere. Et quia nos necesse est, dum adhuc in isto corpusculo sumus,procellas & turbines seculi istius sustinere, quotiescunque nos aut per tempestates durissimas auertere,aut p voluptates mollissimas decipere voluerit inimicus,semper nos, adiuuante deo,contra se inueniat præparatos. Vnde iterum rogo,vt occupationes seculi huius in istis diebus sanctæ quadragesimæ,si non potestis abscindere, studeatis uel ex parte aliqua temperare: vt p̄ciso dāno & glorioſissimo fructu hoc seculum fugientes,subtrahatis aliquas horas occupationi terrenę,in quibus deo vacare posſitis. Nā iste mundus aut ridet nos, aut ridetur a nobis: aut acquiescimus & despicimur, aut contēnimus vt æterna p̄mia consequamur. Ac sic aut contēnis & despicis mundū, aut acquiescis & p̄meris uel calcaris a mundo. Sed melius est vt calces mundum,& calcato eo gradum tibi facias p quem in sublime conscendas. Hæc.n. frēs charissimi quę pro salute communi de vestra obedientia p̄sumentes suggerimus: si secundum vestram consuetudinem & libenter auditis & fideliter implere contenditis,& pascha cum gaudio celebrabitis,& ad vitam ęternam fœliciter venietis. Quod ipse præstare dignetur. Qui cū patre & spū sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

1.Ioan. 2

Eodem die. Sermo II.

DOminus & saluator noster qualiter ad eum post multas negligentias venire debeamus frēs charissimi,per Prophetam nos hortatur & admonet dicens, Venite adoremus & procidamus ante dñm,& ploremus coram dño qui fecit nos. Et iterum, Cōuertimini ad me in toto corde vestro,in ieiunio & fletu & planctu. Dies.n. sanctæ quadragesimę frēs charissimi si diligenter attendimus, vitā seculi p̄sentis significāt, sicut & dies paschæ æternam beatitudinē prefigurant. Et qūo in quadragesima qua si tristitiam habemus, vt in pascha ordine legitimo gaudeamus: sic & in hoc seculo quandiu viuimus pœnitentiam agere debemus, vt in futuro posſimus peccatorum indulgentiam accipere,& ad æterna gaudia peruenire. Sed ita debet unusquisque ꝓ suis criminibus suspirare,lacrymas fundere,eleemosynas dare, ut deo auxiliāte quā diu viuit semper crimina ipsa conetur effugere. Sicut.n. sine minutis peccatis nullus vnquam aut fuit aut esse poterit, ita sine capitalibus criminibus donante & auxiliante deo omnimodis esse possumus & debemus. Et vt hæc obtinere posſimus,si nos alio tempore impedimenta mundi detinent obligatos, uel in diebus sanctæ quadragesimæ in dñi lege sicut scriptū est,die noctuq; meditemur: & ita cor nostrum diuinę legis dulcedine repleamus, vt in nobis nullum locū virtutibus uacuum. quem

Sermo 56. Psal 94 Ioelis.2 Dies quadragesimę Dies Paschæ.

obtinere posſint vitia relinquamus. Sicut.n. tempore meſsium uel vindemiarū, vnde caro noſtra poſsit ſuſtentari colligitur: ita in diebus quadrageſimæ quaſi in ſpiritali vindemiarum vel meſsium tempore, vnde anima noſtra in æternū poſsit uiuere, congregetur; quia ſicut negligens quiſque ſi opportuno tempore nihil collegerit, per totum anni ſpatium fame torquebitur: ita qui hoc tempore ſpiritale triticum & cœleſte muſtum ieiunando, legendo, orando in horreis animæ ſuę prouidere & congregare neglexerit, in ęternum duriſsimam ſitim & crudelem inopiam ſuſtinebit. Certiſsime ſcitote frēs chariſsimi, quia qualis eſt caro quæ poſt multos dies percipit cibum, talis eſt anima quę aſsidue nō paſcitur verbo dei. Et quō caro per famem & inopiam tenuis & ſicca velut quoddam ſimulacrum efficitur: ita & anima ſi verbi dei cibo non paſcitur, arida & inutilis & ad nullum opus bonum cōgrua inuenitur. Conſiderate fratres, & ſi horrea & cellaria noſtra annis ſingulis replemus, unde uno anno cibum habeat caro noſtra, putas quantum debemus recōdere, unde in ęternū ſuſtentetur anima noſtra? Et ideo fratres uel iſtis paucis diebus recedant impedimēta mundi, qui ſecundum quod ſcriptum eſt, multos negligentes miſeros faciunt. Recedat carnalis lætitia, recedant venenis plena mūdi huius blandimēta. Carnis gaudium minuatur, vt animæ lucra ſpiritatia p̄parentur, pp illud quod ſcriptum eſt, Vę vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Et illud, Beati qui lugent, qm ipſi conſolabuntur. Tempus quod nobis furioſus tabulę ludus ſolebat auferre, lectio diuina incipiat occupare. Otioſis fabulis, & mordacibus iocis & detractionibus uenatis, colloquia de ſcripturis ſancta ſuccedāt. Horarum ſpatiis in quibus ſolebamus ſine ullo lucro animæ detineri, viſitentur infirmi, requirantur in carcere conſtituti, peregrini ſuſcipiantur, & diſcordes ad concordiā reuocentur. Hęc ſi facimus frēs, inde nobis parare poſſumus medicamenta, unde nobis uulnera feceramus. Ante oia in diebus ieiunorum quod ſolebamus prandere, pauperibus erogemus, ne forte aliquis ſibi ſumptuoſas cœnas, & exquiſitis ſaporibus epulas ſtudeat præparare, & corpori ſuo magis cōmutaſſe q̄ ſubtraxiſſe ciborum abundantiā uideatur. Nihil prodeſt tota die longum duxiſſe ieiunium, ſi poſtea ciborū ſuauitate uel nimietate aia obruatur. Illico mens repleta torpeſcit, & irrigata corporis noſtri terra, ſpinas libidinū germinabit. Sit ergo tēperatus cibus, & nunquā nimium uenter repletus: & plus semp de cibo cordis q̄ de cibo corporis cogitemus. Quta intus in homiue interiore facti ſumus ad imaginem dei, in carne aūt de limo terræ ſumus formati. Et uidetis frēs ſi iuſtum eſt ut caro noſtra de terra facta interdum bis in die capiat cibum, & anima in qua imago dei eſt uix poſt plures dies accipiat uerbum, cum tamen expediat nobis, ut amplius dei imaginem in nobis q̄ noſtram carnem honorare debeamus. Qui.n. de ſola carne cogitant, beſtiis & pecoribus ſimiles ſunt, & qui ita agunt, iam in ſe dei imaginem contriuerunt. Caro ergo uelut ancilla gubernetur, & anima tanquā dña legitima reficiatur. Nam ſi aliter factum fuerit, ſi non agnoſcimus nos ad imaginē dei factos, & plus de carne q̄ de anima cogitamus, timeo ne nos ſpirituſſanctus eſt Prophetam arguat dicens, Et homo cum in honore eſſet non intellexit, cōparatus eſt iumentis inſipientibus, ſimilis factus eſt illis. Lectiones diuinas & in eccleſia ſicut conſueſtis audite, & in domibus ueſtris relegite. Si aliquis ita fuerit occupatus, ut ante refectionem ſcripturę diuinæ non poſsit inſiſtere, non eum pigeat in cōmunione ſuo aliquid de diuinis ſcripturis relegere: ut quō caro paſcitur cibo, ſic reficiatur anima dei uerbo, ut totus homo, id eſt, & exterior & interior, de ſancto & ſalubri cum uiuio ſatiatus exurgat. Nam ſi ſola caro reficitur, & anima dei uerbo non paſcitur, ancilla ſatiatur & dña fame torquetur. Et hoc q̄ ſit iniuſtum, ſanctitas ueſtra non poteſt ignorare. Et ideo ſicut iam dixi, lectiones diuinas illo deſiderio legere & audire debetis, ut de ipſis in domibus ueſtris, & alibi ubicunq; fueritis etiam loqui & alios docere poſsitis, ut uerbum dei uelut munda animalia cogitatione aſsidua ruminantes utilem ſuccum, id eſt, ſpiritalem ſenſum & uobis ſumere, & aliis deo auxiliante ꝓpinare poſsitis: ut in uobis impleatur illud quod ſcriptum eſt, Et calix tuus inebrians quām pręclarus eſt. Implentes illud quod beatus Apoſtolus hortatur & monet dicens, Siue manducatis & bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia ad dei gloriā facite. Si infirmitas non prohibet, quotidie ieiunante, ad uigilias alacri & feruenti

Lucæ. 6
Matt. 5.

Pſal. 48

Pſal. 22

1. Cor. 10

deuotione conſurgite, ꝓpter illud quod ſcriptum eſt, De nocte vigilat ſpiritus meus ad te deus. Et iterum, Ad te orabo domine mane, & exaudies vocem meam. Et iterū, Media nocte ſurgebam ad confitendū nomini tuo domine. Ad quam rem ēt dominus & ſaluator noſter in Euangelio hortatur & monet dicens, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem, quod ipſe prēſtare dignetur, cui eſt honor & imperium cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen. Pſal. 5. & 118. Matth. 26.

Item de ieiunio alius ſermo factus ad fratres in eremo, qui habetur inter ſermones ad eoſdem, XXIII. & XXIIII. & XXV.

Item eodem die Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundū Matthæū, Cum ieiunatis, nolite &c. quæ habetur in libro ſecundo de ſermone domini in monte, capite XIII.

Feria quinta poſt dominicam in quinquageſima de pœnitentia, Sermo I.

SAepe aduertimus dilectiſsimi fratres nonnullos ex vobis cōmunionē eccleſiaſticam declinare, & hoc intelligo fieri ex conſcientia grauium atque ingentiū peccatorum. Vnde admoneo uos dilectiſsimi, quod prauum eſt hoc inſalubri conſilio duplicatur: quia homines iſta facientes, & delictorum ſarcinam cumulant, & munus ęternæ ſalutis amittunt: hoc eſt n. reatum congregare, & remedium deuitare. Ergo uos dilectiſsimi fratres hortor atque commoneo, vt ſi quis ex vobis conſcius criminum ſuorum indignum ſe cōmunione eccleſiaſtica putat, dignum ſe eſſe faciat. Dicitis quomodo aliquis dignum ſe facere poſsit? Quomodo niſi vt errores priſtinos relinquat & pœnitentiam petat, vt qui criminum ſuorum ſorde pollutus eſt, exhomologeſis ſatisfactione mundetur. Nec illud ſeruet vt in extremo vitę ſuæ tempore tunc pœnitētiam petat, quando iam agere non poſsit. Inutilis eſt.n. dilectiſsimi iſta perſuaſio. Parum eſt peccatorem pœnitere, niſi pœnitentiam peregerit. Ad emendanda.n. crimina vox pœnitentis ſola non ſufficit: nam in ſatisfactione ingentium peccatorum non verba tantum, ſed opera quæruntur. Datur quidem etiam in extremis pœnitentia, quia non poteſt denegari: ſed authores tamen eſſe non poſſumus, ꝙ qui ſic petierit, mereatur abſolui. Quomodo .n. agit pœnitentiam lapſus? Quomodo agit pœnitentiam in extremis vitæ finibus conſtitutus? Quō pœnitentiam agere poſsit, qui nulla iam pro ſe opera ſatisfactionis operari poteſt? Et ideo pnia quæ ab infirmo petitur, infirma eſt. Pœnitentia quæ a moriente tantū petitur, timeo ne ipſa moriatur. Et ideo dilectiſsimi quicunque inuenire vult miſericordiam dei, ſanus agat pœnitentiam in hoc ſeculo, vt ſanus eſſe valeat in futuro. Sermo. 57.

Eodem die de pœnitentia, Sermo II.

ROgo vos fratres chariſsimi, vt ſi forte aliquis ex vobis, vt ſe habet humana fragilitas, calliditate diaboli ſuperatus, & capitalibus criminibus inuolutus, ſecūdum quod Apoſtolus ait, tēplum dei in ſe violando deſtruxerit, de dei miſericordia non deſperet, ſed cito de malo iniquitatis ſuæ conſurgat, ne conſuetudine peccandi in ipſis ſe ruinis ſuis ſepeliat. Non n. qui peccauerit, ſed qui in peccatis perſeuerauerit odibilis & abominabilis deo erit, Nam vt de indulgentia diuina nemo diffidat, dominus per Prophetam velut pater piiſsimus conſolatur dicens, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Et illud, Impietas impii non nocebit ei, in quacunque die cōuerſus fuerit ab impietate ſua. Sed iſta tam magna miſericordia tunc nobis prodeſt, ſi non tardamus conuerti ad dominū, nec crimina criminibus ſuperaddimus. Denique etiam in ipſis vulneribus vel fracturis corporum, infirmitates cognoſcere poſſumus animarum. Si enim alicui pes frangatur aut manus, cum labore ſolet ad priſtinum officium reuocari. Si vero ſecundo & tertio & adhuc frequentius in eodem loco membra ipſa frangantur, poteſt intelligere charitas veſtra cum quantis doloribus vulnera ipſa curāda ſunt, & tamē poſt longas & multas tribulationes vix erit antequam ad priſtinum ſtatum membra ipſa ualeant reuocari. Similis ratio in animarum fracturis ſeu vulneribus eſſe credenda eſt. Si ſemel aliquis uel ſecundo peccauerit, & ſine aliqua diſsimulatione ad pœnitentiæ medicamenta confugerit, priſtinam incolumitatem ſine aliqua mora, & forſitan ſine aliqua fœ- Sermo. 58. 1. Cor. 3. Ezec. 33. & 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditate recipiet. Si vero peccatis peccata cœperint addi, & animarum vulnera magis
tegendo vel defendendo putrescere, quam confitendo & pœnitendo curari: timendũ
est ne in illo impleatur illud quod Apostolus dixit, An ignoras quia benignitas dei
Roma. 2 ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impœni
tens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Sed forte cogitat
aliquis tam grauia se admisisse peccata, vt iam dei misericordiam promereri nõ pos
sit. Absit hoc a sensibus oium peccatorum. O homo quicunque illam peccatorum
multitudinem attendis, cur & omnipotentiam cœlestis medici non attendis? Cum
enim deus velit misereri quia bonus est, & possit quia omnipotens est, ipse contra
se diuinæ pietatis ianuam claudit, qui deum sibi misereri, aut non velle, aut non pos
se credit: eumq; aut bonum aut omnipotentem esse diffidit. Nemo ergo nec post cen
tum peccata, nec post mille crimina de misericordia diuina desperet. Sic tamen non
2. Reg. 11. & 12. desperet vt sine vlla mora deum sibi repropitiari festinet, ne forte si consuetudinem
peccandi fecerit, etiam si velit de diaboli laqueis liberari nõ possit. Dauid enim qui
& rex propheta diuino munere fieri meruit, post tantam gratiam ita præuentus est,
vt non solum adulterium committeret, sed etiam homicidium perpetraret: nec tamẽ
se ad hoc reseruauit vt in senectute sua ad pœnitentiæ medicamẽta confugeret, sed
statim cilio prostratus, cõspersus cinere cum ingenti rugitu & gemitu pœnitentiam
Psal. 6. Psal. 101. agens, impleuit illud quod ipse in psalmis dixerat, Lauabo per singulas noctes lectũ
meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Et iterum, Cinerẽ sicut panem mandu
cabam, & potum meum cum fletu miscebam. Et quia pœnitentiam agere mortifera
securitate non distulit, cito in se dei miserationem ita reuocauit, vt non solum regnũ
non amitteret, sed etiam sancti spiritus donum recipere mereretur. Sed forte est ali-
quis qui dicat, Ego in militia positus sum, vxorem habeo, & ideo pœnitentiam agere
quomodo possum? Quasi nos quando pœnitentiã suademus hoc dicamus, vt vnus-
quisque magis sibi capillos studeat auferre, & non peccata dimittere, & vestimenta
4 Reg. 12. potius euellat quam mores. Qui hac dissimulatione decipere se magis quam excusa
3 Reg. 21. re conatur, attendat quia regem Dauid nec honor regni, nec dignatus vestimenti ad
pœnitentiam agendam potuit impedire. Achab quoq; rex sacrilegus, de quo scriptu
ra dicit, q̃ non fuerit alius talis qui venundatus sit vt faceret malum contra domi-
num, posteaquam deprauatus ab vxore Iezabel abominabilis deo factus est, interfe-
cto & lapidato Naboth Iezrahelita, cum vineam eius vellet inuadere, castigatus a san
cto Elia scissis vestibus cilicio indutus est, & inclinato capite pœnitentiam egit. Pro
qua re statim sermo dei ad Eliam factus est dicens, Nonne vidisti humiliatũ Achab
coram me? Quia, inquit, humiliatus est mei causa, nõ inducã in diebus eius malum.
Considerate fratres, quia & ipse quamlibet sacrilegus, non reseruauit, vt post longa
tempora pœnitentiam ageret, sed statim sacrificiũ contriti & humiliati cordis deo
4 Re. 12. offerre non distulit. Qui vtiq; si postea in illa humilitate quam cœperat perdurasset
nunquam ab illo dei misericordia discessisset Manasses quoq; rex sicut in scripturis
2. Par. 36. legimus, tam sacrilegus & impiissimus fuit, sicut de illo scriptum est, vt totã Hieru
salem omni imquitate repleuerit: & tamen post hæc in captiuitatẽ ductus est in car-
cerem missus, cum grandi humilitate pœnitentiam agens, ita gratia dei obtinuit vt
Luc. 7 mereretur inter dei amicos postmodũ numerari. Meretrix quoq; illa quæ pedes dñi
lacrymis lauit, & capillis suis extersit, vbi cœlestẽ medicum venisse cognouit, vltro se
ingessit in domum vbi rogata nom fuerat: & quæ prius frontosa erat ad perditionẽ,
postea frontosior facta est ad salutem, & ideo audire meruit q̃ ei omnia fuerint pecca
ta dimissa. Nec ipsa se ad hoc reseruauit vt in fine vitæ suæ pœnitentiam ageret, sed
dum adhuc peccare poterat, sic deo inspirante voluit peccata deserere, vt illã de adul
teri js suis non necessitas subtraheret sed voluntas. Multos adhuc in scripturis diui-
nis poteramus inuenire, qui post infinita crimina pœniientiã agẽtes, in se dei miam
q̃uocauerint, nõ solũ ad priorẽ, sed etiã ad meliorẽ statũ redierint. Sed qa longũ est
ire p singulos, isti quatuor quos noiauimus satis abundeq; sufficiũt, vt agnoscamus
q̃ dñs nr̃ qui & Dauid post tam graue peccatũ indulsit, & Achab sacrilego regi pẽ-
cersit, & Manassen post innumerabilia peccata pœnitentiã agentẽ inter amicos suos
reputauit, & meretrici quæ lacrymis pedes rigauerat & capillis suis terserat, totũ in-

dulsit, qui ergo istis tantis ac talibus peccatoribus veniam dedit, paratus est & nobis
si in veritate conuertimur non solum peccata dimittere, sed etiam æternam beatitu-
dinem dare. Hæc ergo cogitantes fratres charissimi, quantum possumus cum dei ad
iutorio laboremus, ne nobis aliqua crimina vel capitalia peccata surrepant. Si vero
in hoc malo fuerit aliquis diabolica calliditate prostratus, priusquam crimina ipsa
per consuetudinem conualescant, remedium sibi in die necessitatis acquirat, & cum
ingenti rugitu & gemitu deum sibi reconciliari contendat. Nec erubescat pœniten- Mat. 12
tiam agere, qui non erubuit pœnitenda committere: sed cito in se bonis operibus cõ
tendat dei imaginẽ reparare, vt inter filios mereatur agnosci a patre: ne ab illa æter-
na beatitudine exclusus, & a conuiuio nuptiali proiectus, ligatis manibus & pedibus
proiiciatur in tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentium, sed magis medi- Mat. 25.
camentis pœnitentiæ humilitatis vel compunctionis ad sanitatem pristinam reuo-
catus, & bonorum operum margaritis ornatus audire mereatur, Euge serue bone &
fidelis, intra In gaudium domini tui, Amen.

In eadem feria Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæũ,
Cum oratis non eritis sicut hypocritæ tristes &c. quæ habetur libro secundo de
sermone domini in monte, cap 4 & 5.

Item in eadem feria alia Homilia de eo quod scriptum est in Euãgelio secundũ Mat
thæum. Cum introisset Iesus Capharnaum &c. quæ habetur inter sermones de
verbis domini, sexto.

Feria sexta post dominicam in quinquagesima de eo quod scriptum est in Euange- Ser. 59.
lio secundũ Matthæum, Audisti quia dictum est, Diliges proximũ tuum. Ser I

GRadum esse aliquẽ in phariseorum iustitia quæ ad legem pertinet, hinc intel-
ligitur, q̃ multi homines eos etiam a quibus diliguntur oderunt, sicut luxurio
si filij parentes coercitores luxuriæ suæ. Ascendit ergo aliquem gradũ qui proximũ Mar. 5.
diligit, quãuis adhuc oderit inimicum, eius autem imperio qui venit legem implere
non soluere, perficiet beniuolentiam & benignitatem cum eam vsq; ad inimici dile
ctionem perduxerit. Nam ille gradus quãuis nonnullus sit, tam paruus est tamen, vt
cum publicanis possit esse cõis. Nec quod in lege dictum est, Oderis inimicum tuum
vox iubentis iusto est accipienda, sed permittentis infirmo. Sic autem diligendus est Inimicus
inimicus, non inquantum inimicus, sed inquantum homo est, vt ei hoc velis proue- quõ est di-
nire quod tibi, i. vt ad regnum correctus reuocatus q̃ perueniat. Proximus est autem ligendus.
omnis homo. Omnes proximi sumus conditione terrenæ natiuitatis & mortalitatis Proximus
& etiam spe cœlestis hæreditatis: quia nescimus quis quid futurus sit, quoniam aut quis.
Iudeus aut hæreticus, aut paganus, forte enim per misericordiam dei conuertetur ad
deum, & inter sanctos primum locum habere merebitur. Quod in lege dominus nõ
inimicos sed inimicum præcipit odiri, vt qui spiritales erant in lege solum diabolũ
odio haberent, cuius odium Christus non venit soluere, sed adimplere. Ego autem
dico vobis. Diligite inimicos vestros, benefacite illis qui oderunt vos. Multi præce- Mat. 5
pta dei, sua imbecillitate non sanctorum viribus æstimantes, putant esse imposibi-
lia quę præcepta sunt, & dicunt sufficere virtutibus non odisse inimicos, cæterum di
ligere plus præcepit quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christũ nõ 1. Re. 24.
impos ibilia præcipere, sed perfecta quę Dauid fecit in Saul & Absalon. Stephanus 2. Reg. 18.
quoque martyr pro inimicis se lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema esse Acto. 7.
cupit pro persecutoribus suis. Hęc autem Iesus & docuit & fecit dicens, Pater ignosce Roma. 9.
illis. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcunq; excusationem Luc 23.
pretendere, in habenda vero dilectione nullus se poterit excusare. Potest mihi aliqs
dicere, non possum ieiunare, nunquid potest dicere, non possum amare? Potest dicere
propter infirmitatẽ corporis mei non possum a vino & carnibus abstinere, nunquid
potest dicere, non possum diligere? Potest aliquis dicere, virginitatem non possum
seruare, potest dicere, non posse res totas vendere & pauperibus erogare: Nunquid
potest dicere, non possum diligere inimicos? Non enim ibi aut pedes laborant curren
do, aut nares audiendo, aut manus operando, lassantur, aut nos per ipsam excusatio

Esa. 46
Mat. 5.
2. Tim. 2.
Psal. 66.
Ioan. 5.
Peccatum ad mortē.
Peccatum nō ad mortem.
Luc. 23.
Acto. 7.
2. Tim. 4.
Acto. 23.
Mat. 25
Apoc. 6.
Peccati regnū quo euertatur,
Mat. 5
Ioan. 2.
Roma. 8

nem liberare conemur, Non nobis dicitur, Ite ad Orientem & quærite charitatem: nauigate ad Occidentem, & inuenietis dilectionem. Intus in corde nostro est, vbi redire iubemur dicente Propheta, Redite preuaricatores ad cor. Non enim in longinquis regionibus inuenitur quod a nobis petit. Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Quid aliud pro inimicis orādum est, nisi hoc quod ait Apostolus, Vt det illis deus pœnitētiā & resipiscāt a diaboli laqueis a quo capti tenētur. Sed hic merito mouet, quo huic præcepto domini non sit aduersum quod & in Prophetis inueniuntur multæ imprecationes aduersus inimicos, quæ maledictiones putātur, sicuti est illud, Fiat mēsa eorum corā ipsis in laqueum, & cætera quæ ibi dicuntur, & Ioannes Apostolus ait, Qui scit fratrē suum peccare peccatum non ad mortem, petat & dabitur ei vita peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Vbi primo videndum, quia prophetæ per imprecationem quid esset futurum cecinerunt non optantis voto, sed spiritu præuidentis, qui maxime solent figura imprecantis futura prædicere, sicut figura præteriti tēporis, ea quæ ventura erāt sæpe cecinerunt. Deinde in Apostoli verbis intelligendum esse quosdam fratres pro quibus non orare nobis præcipitur, cum dominus etiam pro persecutoribus nostris orare iubeat. Quæ solui quæstio non potest, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, inimicorum persecutione grauiora. Fratres autem Christianos significari multis diuinarum scripturarum documentis probari potest. Peccatum ergo fratres ad mortem puto esse, cum post agnitionem dei per gratiam domini nostri Iesu Christi ſti, quisq; oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam qua reconciliatus est deo, inuidentiæ, facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorem a fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita, per infirmitatem aliquam animi non exhibuerit. Quapropter & dominus in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nondum enim gratia spiritussancti participes facti, societatem sanctæ fraternitatis inerant. Et beatus Stephanus in Actibus Apostolorū orat pro eis a quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant, neque aduersus illam communem gratiam dimicabant. Apostolus vero Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia frater erat, & ad mortem, id est, fraternitatem inuidentia oppugnando, peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorē, sed timore subcubuerant, orat vt eis ignoscatur. Sic.n. dixit, Alexāder ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi deus secundum opera illius, quem & tu deuita. Valde n. restitit sermonibus nostris. Deinde subiungit pro quibus orat ita dicens, In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Et nota quod Apostolus non ait reddat, sed reddet illi deus secundum opera eius, quod verbū prænunciantis est, non imprecantis: sicut de illa hypocrisi Iudæorum est dictū, cui euersionē imminere cernebat, Percutiet te deus paries dealbate. Quæritur aūt quō hujus præcepto quo nobis iubetur. Orate pro persequentibus & caluniantibus vos, illud non est contrarium, qđ in Apocalypsi legitur, martyres orare deum vt vindicentur? Sed hoc quempiam mouere non oportet. Quis.n audeat affirmare cū illi sancti candidati se vindicare petiuerunt, vtrum contra ipsos homines an contra regnum peccati petierint? Nam ipsa est syncera & plena iustitiæ misericordię vindicta martyrum, vt euertatur regnum peccati, quo regnante perpessi sunt, Ad cuius euersionem nititur Apostolus dicens, Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore. Destruitur autem & euertitur peccati regnum, partim correctione hominum vt caro spiritui subiiciatur, partim deprauatione perseuerantium in peccato, vt ita ordinētur, vt iustus cum Christo regnantibus molesti esse non possint. Quis ergo conuincit sanctos, non talem suam vindictam a domino esse deprecatus? Quod autem consequenter positū est, Vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est: ex illa regula intelligendū est, qua Ioānes dicit, Dedit eis potestatē filios dei fieri. Vnius.n. naturaliter filij dei, quę nescit omnino peccare, nos potestate accepta efficimur filij, inquantum ea quæ ab illo præcipiuntur implemus. Vnde Apostolica disciplina adoptionem appellat, quæ æternam hereditatem vocamur, vt coheredes Christi esse possimus. Filij ergo efficimur regeneratione spiritali vt adoptemur in regnum dei, non tanquam alieni, sed tanquam ab illo facti & conditi. Itaque non ait facite ista qui estis filij, sed facite vt

Luc. 23.
Mat. 5.
Malac. 4.
Sapien. 5.
Esa. 5.
Matth. 5.
Publicani qui.
Ethnici qui.
Osee. 6.
Mat. 6.
Galat. 1.
1. Cor. 10.
Iustitia.
Præceptorum obseruatio duplici genere continetur.
Psal. 23.

sitis filij patris vestri. Non autem cum patimur inimicos, hoc clamare debemus, Pater ignosce illis. Phrenetici enim sunt, a contrario spiritu possidentur, vt nos persequantur, & maiorem persecutionem a diabolo patiuntur. Qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Scriptū est, Orietur timentibus vobis nomen domini sol iustitiæ, vt etiam pluuiam accipias irrigationem doctrinæ veritatis: quia & bonis & malis apparuit, bonis & malis euāgelizatus est Christus. Siue istum solem mauis accipere non solum hominum, sed etiam pecorum corporis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur qui ad refectionem corporis dati sunt: quod probabilius intelligi existimo, vt ille sol spiritalis non oriatur nisi bonis & sanctis: quia hoc ipsum est quod plangunt iniqui, in illo libro qui Sapientia Salomonis inscribitur, Et sol non ortus est nobis: & illa spiritalis pluuia non irriget nisi bonos, quia malos significabat vinea de qua dictum est, Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrem. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quā mercedem habebitis? Filios & parentes amat latro, amat & leo, amat & draco, amant & vrsi, amant & lupi. Si enim amantes non diligimus filios vel parentes, pectores leonibus vel supradictis bestijs sumus. Si vero amantibus vicem reddimus, adhuc nihil ab istis bestijs distare videmur. Nonne & publicani hoc faciunt? Publicani sunt qui sectantur lucra & exigunt vectigalia per negationes & fraudes & furta sceleraq; & periura. Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Non ne & Ethnici hoc faciunt? Ethnici ex Græco in Latinum interpretantur gentiles. Ethnos enim græce gentes dicitur. Si ergo, inquit, etiam peccatores publicani, Ethnici ergā dilectores suos natura duce norunt esse benefici, quāto magis vos quibus vt gradus professionis eximior, ita cura necesse est sit veritatis vberior, latiori sinu dilectionis amplecti debetis & non amantes? Nam diligere inimicos deus præcepit. Et petulantes humanarum mentium motus, publicæ charitatis frangis affectu, non solū iram ab vltione depellens, sed etiam in amorē mitigans iniuriā: quia gentium est amantes amare, & commune est diligere diligentes. Plus diligendi sunt inimici quā amici. Qui enim inimici sunt corpori aduersantur & animę præparant æterna præmia, quia qui carnalia nostra & terrena rapiunt, cœlestia nobis & spiritalia congregant. Nonne magis diligendus est quam odiendus, qui nobis dat æternas opes? Amici vero carnis nostræ nobis suauia suadere contendunt, quæ animæ nostræ præparant æternam mortem. Estote ergo vos perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Quis autem hæc facit, nisi plene perfecteq; misericors? Quo vno consilio miseria deuitatur, opitulante illo qui ait, Misericordiam magis volo quam sacrificium. Perfectio nāque misericordię, qua plurimum animæ laborāti consulitur, vltra dilectionem inimicorum porrigi non potest. Ideoq; sic concluditur, Estote vos perfecti, sicut & pater vester perfectus est. Ita tamen vt deus intelligatur perfectus tanqnam deus, & anima perfecta tanquam anima. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cauete, inquit, iustitiam vestram facere corā hominibus: id est, hoc animo iuste viuere & ibi constituere bonum vestrum vt vos videant homines. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est: non si ab hominibus videamini, sed si propterea iuste viuatis vt ab hominibus videamini. Nam & Apostolus dicit. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem, cum alio loco dicat, Sicut & ego omnibus per omnia placeo. Omnem curam rerum præsentium amouet & attentos tantum esse in spe futuri iubet, neque sectari vel hominum fauorem ostentatione bonitatis vel iactantiam religionis orationis publicæ copia, sed intra conscientiam fidei fructum boni operis continendū, quia humanæ laudis confectatio eam tantum quam ab hominibus expectat mercedem sit receptura. Iustitia non aliud est quam non peccare, non peccare autem legis præcepta seruare. Præceptorum autem obseruatio duplici genere cōtinetur, vt nihil eorum quæ prohibentur facias, & oia quæ iubentur implere cōtendas. Hoc est enim quod Psalmista dicit, Recede a malo & fac bonum. Si a malo recesseris, & nō feceris bonum, transgressor es legis, quę non tantum in malorum actuum abhominatione, sed in bonorū perfectione completur. Neq; hoc solū tibi præcipitur, vt vestitū

Matt. 6. suis non spolies indumentis, sed vt spoliatos operias tuis. Cum ergo facis eleemosy-
nam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & vicis vt hono-
Hypocrita quis. rificentur ab hominibus. Hypocrita Græco sermone simulator interpretatur, qui du-
intus malus sit, bonum se palam ostendit. Hypo. n. falsum, crisin vero iudicium so-
nat, Nomen autem hypocritæ translatum est a specie eorum qui spectaculis tecta fa-
cie incedunt, distinguentes vultum ceruleo niueoq; colore & cæteris pigmentis, ha-
bentes simulacra oris, lintea gipsata, & vario colore distincta, nonnunquam colla &
manus creta perungentes, vt ad personæ colorem peruenirent, & populum dum in
ludis agerent fallerent, modo in specie viri, modo in forma fœminæ & reliquis præ-
stigiis. Quæ species argumenti translata est in his qui falso incedunt vultu, & simu-
lant quod non sunt. Sed hypocriseorum maculam non habere, aut paucorũ aut nul-
lorum est. Nam quicunque vult se videri, quod non est, hypocrita est. Qui tuba ca-
nit faciens eleemosynam, hypocrita est. Qui in synagogis & in platearum angulis
orat vt videatur ab hominibus, hypocrita est. Qui ieiunans demolitur faciem, vt vẽ-
tris inanitatem demonstret in vultu, & hic hypocrita est. Ex quibus omnibus intel-
ligitur hypocritas esse, qui faciunt quodlibet vt ab hominibus glorificentur. Mihi
Matt. 7 videtur & ille hypocrita esse qui dicit fratri suo, Dimitte vt tollam festucam de ocu-
lo tuo, propter gloriam hoc facere, vt ipse esse iustus videatur. Vnde ei a domino di-
citur, Hypocrita eiice prius trabem de oculo tuo. Non itaq; e virtus, sed causa virtu-
tis apud deum mercedem habet. Et si a recta semita paululum deuiaueris, non inte-
Matth. 6 rest vtrum ad dexteram vadas an ad sinistram, cum verum iter amiseris. Signanter
autem dicit. Receperunt mercedem suam, hoc est, non dei sed suam. Laudati. n. sunt
ab hominibus, quorum causa exercuere virtutes. Te autem faciente eleemosynam
Dextra. Sinistra. nesciat sinistra tua quid faciat dextera. In dextera intelligitur amor dei, in sinistra
vanitas vel cupiditas mundi. Si pro humana laude dederis eleemosynam, totum est
sinistra, si vero pro remissione peccatorum, totum dextra facit. Quid est ergo, Ne-
sciat sinistra quid faciat dextra, nisi quod facit dei amor, nõ corrumpat inanitas vel
cupiditas mundi? Nam si hoc aliquis secundum literam impleri posse credit, quid
Matt. 6 faciet? Si enim manus dextra doluerit, nunquid de sinistra eleemosynam dare nõ de-
bet? In superioribus, Cauete, inquit, ne iustitiam vestram faciatis coram homini-
bus, vbi iustitiam generaliter nominauit, deinde particulariter exequitur. Est ete-
nim pars aliqua iustitiæ opus quod per eleemosynam fit: & ideo connectit dicendo,
Ibid. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te. Ad hoc respicit quod supe-
rius ait, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus, vt. s. videamini ab eis,
Quod autem sequitur, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam: ad illud re-
spicit quod supra posuit, alioquin mercedem nõ habebitis apud patrem vestrum,
qui in cœlis est. Deinde sequitur, Te autem faciente eleemosynam Cum dicit, Te au-
tem, quid aliud dicit, q̃ non quomodo illi? Quid ergo mihi iubet? Te igitur, inq;,
faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciũt
vt sciat sinistra eorum quid faciat dextera. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu
facere vetaris. In eis autem hoc culpatum est quod ita faciunt vt laudes hominum
quærant. Quapropter nihil consequentius sinistra videtur significare q̃ ipsam dele-
ctationem laudis. Dextra autem significat intentionem implendi præcepta diuina.
Nesciat ergo sinistra quid faciat dextra: id est, non se misceat conscientiæ tuæ laudis
humanæ appetitio, cum in eleemosyna facienda diuinum præceptum contendis im-
plere, vt sit eleemosyna tua in absconso. Quid est in absconso, nisi in ipsa bona con-
scientia quę in oculis humanis demonstrari non potest nec verbis aperiri? Multi fo-
ras faciunt eleemosynam, & intus non faciunt, qui vel ambitione uel alicuius tem-
Matt. 6 poralis rei gratia misericordes volunt videri. Et pater tuus qui videt in absconso,
reddet tibi. Rectissime omnino & verissime. Si. n. præmium ab eo expectas qui con-
scientiæ inspector est, sufficiat tibi ad promerendum deum ipsa conscientia. Et cum
oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum
stantes orare, vt videantur ab hominibus. Neque hic ab hominibus videri nefas est:
sed ideo hæc agere vt videaris & fructus in eis expectetur placendi hominibus. Pla-
teæ perpetuæ ac latiores ciuitatum uię sunt iuxta proprietatem linguæ Græcæ ala

titudine nominatæ. platy enim latum dicitur. Amen dico vobis perceperunt mer-
cedem suam. Et hic ostendit dominus id se prohibere, vt ea merces appetatur qua
gaudent stulti cum laudantur ab hominibus. Tu autem cum orabis, intra in cubicu-
lum, & clauso ostio ora patrem in absconso. Cubiculum quod nominat non occul- Cubiculũ
tam domum ostendit, sed cordis nostri secretum. Hinc psalmista dicit, quæ dicitis in Psal. 4
cordibus vestris, & in cubilibus vestris cõpungimini. Et claudentes ostia, orate, in-
quit, ad patrem vestrum in abscondito. Parum est intrare in cubicula si ostium pa- Matt. 6
tet importunis, per quod ostium ea quę foris sunt improbe se immergunt & interio
ra nostra aperiunt. Foris autem dicimus esse omnia temporalia & visibilia, quæ per
ostium, id est, carnalem sensum in cogitatione nostra penetrant, & turbæ vanorum
phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudendum est ergo ostium, id est, carnali
sensui resistendum vt oratio spiritalis dirigatur ad patrem quæ fit in intimo cordis
vbi oratur pater in absconso. Qui vero vult orationem suam volare ad deum, faciat
illi duas alas, id est, eleemosynam & ieiunium, & ascendat celeriter & exaudietur. Et
pater tuus qui videt in abscõso reddet tibi. Et hoc tali clausula terminandum fuit.
Non. n. monet nunc vt oremus, sed qũo oremus: neque vt superius vt eleemosynam
faciamus, sed quo animo faciamus, qm̃ de corde mundando præcipit, quod nõ mun-
dat nisi simplex intentio in æternam vitam, solo & puro amore sapientię.

In eadem feria, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthęum, Nesciat
sinistra tua quid faciat dextera tua &c. Sermo II.

EVangelica lectio fratres charissimi, quæ nobis modo recitata est, videtur mihi Sermo. 60
quod secundum literam non possit intelligi, & ideo, deo auxiliante, requiramus
qualiter ad eius spiritalem sensum peruenire possimus. Sic. n. ait dominus, Attendi- Matth. 6
te ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Et iterum,
Cum facis eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, vt sit eleemosy-
na tua in absconso. Qũo hoc secundum literam accipere possumus, cum ipse domi-
nus iterum dicat, Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant vestra bona o-
pera, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est? Quomodo hic dicit, Nesciat sini
stra tua quid faciat dextera tua: cum alibi dicat, Sic luceat lux vestra coram homini-
bus vt videant opera vestra bona? Diligenter attendite fratres, & intellectum diuinę
scripturæ humiliter & sapienter requirite. Non. n. sibi ipse dominus in euangelica
lectione contrarius esse potest. Nam quia eleemosynam occulte fieri ipse dixit, & pu-
blice ipse admonuit, vt sibi præcepta eius non videantur esse contraria, intellectum
sobrium quærit. Qui. n. ideo facit eleemosynam vt ab hominibus se laudari deside-
ret, etiam si occulte fecerit, publice facit, quia laudem ab hominibus quærit. Qui ve-
ro eleemosynam pro solo amore dei facit, vt ad opus bonum illum reliqui imitẽtur,
& non ipse sed dominus collaudetur, etiam si publice faciat eleemosynam absconse
facit, quia pro eleemosyna illa non hoc quod videtur, sed quod non videtur deside-
rat, nec ab hominibus laudem sed mercedem a deo optat accipere. Hoc etiam & de
ieiunio debemus accipere. Cum. n. ipse dominus dicat, Vnge caput tuum & faciem Matth. 6.
tuam laua ne videaris ieiunans hominibus: ergo contra Christi præcepta facimus
qui publice ieiuniũ indicimus, & vidente toto populo pariter cum ipso ieiunamus?
Et in hoc sensu oportet intelligi, vt nemo pro laude humana, sed pro peccatorum in
dulgentia vel pro misericordia diuina ieiunet, & vnusquisque interroget conscien-
tiam suam, & si pro solo deo facit eleemosynam, securus & publice faciat, ut quicũq;
viderint, imitentur. Nam & illud quod dicit dominus: Nesciat sinistra tua quid faciat
dextera tua: ad hoc quod supra diximus pertinere cognoscitur. In dextera. n. intelli-
gitur amor dei, in sinistra vanitas vel cupiditas mundi. Si pro laude humana dede-
ris eleemosynam, totum sinistra facit, dextera omnino nihil facit. Si vero pro remis-
sione peccatorum & amore vitę æternæ eleemosynam dederis, totum dextera facit.
Quid est ergo. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, nisi quod facit amor dei,
non corrumpat aut perdat vanitas vel cupiditas mundi? Nam si hoc aliquis secun-
dum literam impleri posse credit, quid faciet si ei manus dextera doluerit? Nunquid
de synistra eleemosynam dare non potest? Aut si uult captiuum redimere, quomo
do aut sacculum soluere aut arcam aperire poterit, si sinistram manum dexteræ suę

Universidad de Deusto
Biblioteca

non iunxerit? Aut si peregrinum optat excipere & secundum pręceptū domini sanctorum pedes abluere,non uideo quo hoc nesciēte sinistra manu posit impleri. Ad
Ibid. hoc pertinet etiam illud quod dixit, Cum oratis nolite in angulis platearum orare, sed intra,inquit, in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.Ecce ipsi bene agnoscitis,quia non hoc semper secundum literam poterit adimpleri. Nam & nosipsi & totus populus non solum in cubiculis nostris oramus, sed etiam publice ad Ecclesiam conuenimus,& simul cū omni populo genua flectimus. Et nunquid hęc facientes præceptis Christi contrarii sumus,qui dixit,vt in cubiculis clauso ostio orare debeamus?Non ita est. Vnde etiam & iste sensus superiori sententiæ conueniens est. Qualiter ergo hoc intelligi debeat attende. Si quando oras deū & hoc ab illo petis quod videtur, publice & apto ostio oras,quia hoc a deo vis accipere quod videtur. Si vero pro indulgentia peccatorum & pro vita æterna volueris supplicare,etiam si publice oraueris clauso ostio oras, quia non petis quod videtur sed quod non videtur. Quæ n. videntur temporalia sunt, quę autem non videntur
2.Cor.4 æterna sunt. Si temporalia quæris,sicut iam dixi,publice & aperto ostio oras: si æterna quæris,secreta est oratio tua,quia non quæ videntur,sed quæ nō videntur optas accipere. Qui ergo illa quæ non videntur in veritate quæsierit,& illa quæ videntur
Matt.6. deo remunerante percipiet,quia non mentitur qui dicit,Quærite primum regnum dei & iustitiam eius,& hęc omnia adiicientur vobis. Nec hoc sic dicimus vt pro rebus temporalibus deum non oremus,id est,pro sanitate corporum,aut pro pace temporum,aut pro abundantia fructuum. Debemus & ista a deo petere,sed secundo & tertio loco,vt primas partes in omni intentione nostræ orationis , amor animæ & desiderium vitæ æternæ obtineat. Oremus ergo pro corpore,sed sine vlla comparatione amplius pro anima supplicemus. Et ideo charissimi quoties vobis ista euangelica lectio legitur,ordine quo supra suggessimus intellectum eius debetis accipere,vt siue in eleemosynis siue in ieiuniis seu in orationibus siue in dextera vel in sinistra hoc seruare studeamus , vt quicquid agimus non pro vanitate vel cupiditate seculi, sed pro amore ęterne beatitudinis faciamus. Quod ipse præstare dignetur qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat.

Eodem die, Sermo III.

Sermo.61. SCio & credo charitatem vestram sapienter intelligere, non esse sine causa q̄ uos de vera & perfecta charitate tam frequenter admoneo.Hoc enim ideo facio,quia ad omnium peccatorum vulnera nullum medicamentum tam salubre & tam efficax esse cognosco. Additur & hoc q̄ cum tam magnum sit veræ & perfectæ charitatis remedium, nullus tamen inuenitur qui eam cum dei adiutorio non possit habere. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcunque excusationē prætendere,in habenda vero dilectione nullus se poterit excusare Potest mihi dicere aliquis,non possum ieiunare:nunquid potest dicere,non possum amare?Potest dicere,propter infirmitatem corporis mei non possum a vino uel a carnibus abstinere, nunquid potest dicere,non possum diligere? Potest quisquam dicere, se virginitatē non posse seruare: Potest dicere non posse res totas vendere ac pauperibus erogare, nunquid potest dicere,non possum inimicos meos diligere, & eis qui in me peccauerunt indulgere ? Nemo se circumueniat fratres charissimi,quia deus nemine fallit. Cum.n. multa sint quæ propter fragilitatem humanā corporaliter implere nō possumus, charitatem tamen in corde nostro deo inspirante, si in ueritate voluerimus, sine aliqua dubitatione habere poterimus. Multa n. sunt quę de horreo,canabo uel cellario aliquoties proferre non possumus, de thesauro vero cordis nimis fœdum & turpe est si aliquam excusationem prætendere videmur. Non.n. ibi aut pedes laborant currendo,aut oculi videndo,aures audiendo,aut manus operando lassantur,ut nos per ipsam fatigationem excusare conemur.Non nobis dicitur: Ite ad Orientem & quærite charitatem,nauigate ad Occidentem & inuenietis dilectionem: Intus in
Esai.46 corde nostro est vnde nos iracundia excludere solet,& redire iubemur,dicente Propheta.Redite prævaricatores ad cor. Non.n. sicut iam dixi,in longinquis regionibus inuenitur, quod a nobis dominus petit, intus ad cor nostrum nos mittit. In

nobis enim ponit quod requirit,ubi tota charitas profecto in animi bonitate uel uo- Luc.2.
luntate consistit,de qua uoluntate angeli pastoralib.clamauerunt,Pax in terra homi
nibus bonæ uoluntatis: Et ideo quia nulla nobis ante tribunal Christi excusatio poterit esse,cum dei adiutorio totis uiribus laboremus ut in animis nostris plus præualeat bonitas q̄ malitia,plus patientia q̄ iracundia ,plus benignitas q̄ inuidia , plus humilitas quam superbia.Et ut totum breui sermone concludam, sic totum cor nostrum obtineat charitatis dulcedo,ut in nobis locum habere non possit odii amaritudo.Sed dicit aliquis,nulla ratione possum inimicos meos diligere. In omnibus scripturis deus tibi dicit,quia potes.Tu econtrario respondes,non posse.Considera nūc utrum tibi an deo debeat credi. Et ideo quia ueritas mentiri non potest, iam uanas excusationes suas relinquat humana fragilitas: quia nec impossibile aliquid potuit imperare,quia iustus est:nec damnaturus est hominem pro eo quod non potuit uitare qui pius est.Quid tergiuersamur incassum?Nemo enim quantum possumus melius nouit quàm qui nobis ipsum posse donauit.Tot mulieres,clerici pueri, tantæ & tam delicatę puellæ flammas & ignes & bestias æquanimiter pertulerunt,& nos stultorū hominum conuicia dicimus tollerare non posse , quæ nobis malorum hominū nequitia inferuntur , si possumus etiam usque ad mortem illorum nostras iniurias uindicamus : Vnde nescio qua fronte uel qua conscientia cum omnibus sanctis in ęterna beatitudine partem habere desideramus quorum exempla sequi in rebus minimis non aquiescimus. Sed sunt aliqui qui testimonio diuinę scripturę iracundiæ suæ existimant suffragari.Dicunt enim.Amat anima mea amantem se.Et dum authoritatem diuinam male intelligunt, de medicamentis sibi uulnera faciunt. Qualiter autem hoc & debeat & possit intelligi,attendat charitas uestra . Amat,inquit, anima mea amantem se: Licet & de omnibus litera sentiri & debeat & possit, tamen certius de deo intelligendum est,quia nullus nos melius quàm ipse diligit.Nam si boni tantummodo amandi sunt,quid dicemus de deo nostro, de quo scriptum est,Sic deus di- Ioan.3.
lexit mundum ut filium suum unicum daret.Quid enim boni fecerat mundus ut illum sic dilexerit deus? Omnes enim homines non solum malos, sed etiam impios & originali peccato mortuos in anima Christus inuenit. Et tamen etiam cum tales essemus,dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis,& per hoc amauit ēt nō amātes: Ephe.5.
sicut & Paulus Apostolus dicit, Christus pro impiis mortuus est , ac si pro ineffabili Roma.5.
pietate vniuerso humano generi hoc exemplum dedit dicens , Discite a me quia mitis sum & humilis corde.Quoniam & beatus Petrus Apostolus in epistola sua similiter pręcipit dicens, Christus,inquit, passus est pro nobis relinquens uobis exemplū 1.Pet.2.
ut sequamini uestigia eius. Quod exemplum domini secuturi sumus : Nunquid ut mortuos suscitemus?Nunquid ut supra mare pedibus ambulemus ? Non utique,sed ut simus mites & humiles corde,& nō solum amicos, sed etiam inimicos toto animo diligamus.Et sequamini uestigia eius.Dixit hoc etiam beatus euangelista Ioannes, 1.Ioā.2.
Qui dicit se in Christo manere,debet qūo & ille ambulauit,& ipse ambulare.Qūo.n. Christus in cruce fixus erat,& tamen per uiā charitatis currebat dicens, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt:& nos ergo cum patimur ab inimicis hoc clamare Luc.23.
debemus,quia nesciunt quid faciunt.Phrenetici.n.sunt & a contrario spiritu possidentur,& ut nos persequantur,maiorē persecutionē a diabolo patiuntur:& ideo magis ut liberentur q̄ dānentur orare debemus.Sic fecit beatus Stephanus qui gloriosissime primus Christi uestigia est secutus.Cū.n.duris saxorū imbribus cæderetur, Acto.7.
stans orauit pro inimicis suis,& positis in terra genibus totis uiribus clamauit & dixit,Domine ne statuas illis hoc peccatū.Si ergo putamus nos non posse imitari dūm nostrum,imitemur talem conseruum nostrum . Imitemur quippe beatum Iacobum qui cū a Iudæis lapidaretur , flexis genibus pro impiis persecutoribus supplicauit. Dominus quoque in Euangelio ut inimicos diligere debeamus non dedit consilium Mat.5.
sed præceptum. Aliud est consilium , aliud pręceptum. Consilium datur ut uirgi Cōsilium.
nitas conseruetur,ut a uino & a carnibus abstineatur,ut uendātur oīa & pauperib⁹ Pręceptū.
erogentur.Præceptū uero datur ut iustitia custodiatur , ut oīs hō diuertat a malo & Mat.19
faciat bonum. Denique de virginitate dicitur,Qui potest capere capiat . De iustitia Mat.3.
uero non dicitur,qui potest facere faciat,sed omnis arbor quę non facit fructū bonū

Universidad de Deusto
Biblioteca

excidetur & in ignem mittetur. Consilium qui libenter audierit & fecerit, maiorem habebit gloriam. Præceptum qui non impleuerit, nisi pœnitentia subuenerit, euadere pœnam non poterit. Sic enim præcepit dominus, Diligite inimicos vestros, benefa- Matth.5. cite his qui oderunt uos. Et orate pro persecutoribus vestris & maledicentibus uobis. Et si quæras quam mercedem accipies? Audi quod sequitur: Vt sitis filij patris vestri. Auertite quia si inimicos non diligimus, filii dei esse non possumus. Et qua fronte dicimus in oratione, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ? Aut qua conscientia dicere poterimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus? Sed dicit aliquis, Ego audiam scripturam dicẽtem: Amat anima mea amantem se. Amas amantes te filios & parẽtes, amat & latro, amat & draco, amant & lupi, amãt & ursi. Si enim amantes non diligamus, si filios vel parentes despicimus, peiores leonibus & supradictis bestus existere videmur. Sic & ipse dominus dicit, Si enim diligitis eos qui uos diligunt, quam mercedem habebitis: Nonne & publicani hoc faciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt? Qui ergo solos amicos diligunt, sicut, & ipsi videtis, adhuc in hac parte publicanis & gentibus & bestiis similes sunt. Vt ergo superiores sumus & gentibus & bestiis etiam inimicos & aduersarios diligamus. Et timeamus illud quod dominus in Euangelio dicit, Serue male, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me, nõne oportuit & te misereri conseruo tuo, sicut & ego tui misertus sum? Et quid postea, Tradidit eum tortoribus donec redderet vniuersum debitum. Sic, inquit, dominus, pater meus cœlestis faciet uobis, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et iterum ipse dominus ait, In hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si vos inuicem diligatis. Et iterum, Qui vniuersam legem compleuit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Quid est hoc vnum, nisi quod supra diximus, Mandatum nouum do uobis ut uos inuicem diligatis? Quid, inquam, est hoc vnum, nisi illud quod Apostolus dicit, Omnis lex in vno sermone completur, Diliges proximum tuum sicut teipsum? Sed ne forte aliquis dicat, locum hunc non sic debere intelligi: Audiat de hoc mandato iterum apostolum sublimi uoce clamantem: Et si tradidero corpus meum ut ardeat, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Ipsa est vera & germana charitas, quæ non solum usque ad amicos, sed etiam usque ad ipsos peruenit inimicos: Sicut dominus noster tantam circa genus humanũ cognoscitur habere charitatem, ut non solum supra bonos sed etiã supra malos pluuiã dare, & solem suum quotidie oriri concedat. Etiam illud ante omnia cum grandi reuerentia & timore recolere & retinere debemus, quod dominus in Euangelio dixit, Si dimiseritis, inquit, hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pater uester cœlestis peccata uestra. Si non dimiseritis, nec pater uester cœlestis dimittet debita uestra. In potestate nostra positum est qualiter in die iudicii iudicemur. Vnde nescio qua fronte indulgentiam peccatorum suorum ante tribunal Christi obtinere poterit, qui deo præcipiente inimicis suis ueniam dare non acquieuit. Apostolus etiam prædicat dicens, Nemini malum pro malo reddentes: Benedicite persequentibus uos, benedicite & nolite maledicere. Et iterum, Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Et iterũ, Non reddentes maledictum pro maledicto sed econtrario benedicentes. Beatus quoque euangelista Ioannes qui supra pectus domini in cœna recubuit, in epistola sua ita nos admonet dicens, Qui odit fratrem suum, homicida est: Et scitis quia omnis homicida non habet in se uitam æternam. Et iterum, Qui dicit in se in lumine manere, & fratrem suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo uadat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Hoc loco fratrem omnem hominem debemus accipere. Dicit etiam ipse beatus Ioannes. Si quis dixerit, diligo deum, & fratrẽ suũ odit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidet, deum quem nõ uidet quomodo potest diligere? Sed etiam si iubetis sufficiunt ista: Sunt enim innumerabilia tam in nouo q̃ in ueteri testamento, quæ causam, de qua loquimur, ualidissimis testimoniis confirmare longum est, & nunc omnia charitatis uestræ auribus non intimentur. Nam in sanctis animabus etiam parua pro magnis accipiuntur, quia & reuera cui pauca non sufficiunt, magna non prosunt, plura prodesse nihil potẽrunt. Vos autem fratres charissimi considerantes, quia omnis lex uno sermone impletur in no-

Matt.6

Mat.5

Mat.18

Ioan.13.
Iacob.2

Ioan. 13
Gal. 5.

1.Cor.13

Mat.5

Mat.6

Roma. 12
Vbi sup.
1.Pet.3.

Ioan.13.
1.Ioan.3.
1.Ioan.2.

1.Ioan.4.

Gala.5

in nobis: id est, Diliges proximum tuum sicut teipsum, non solum amicos sed etiam inimicos diligite, quia quicunque hoc implere nolunt, reliqua illis opera bona prodesse non poterunt. Et ideo ita omnibus inimicis uestris dimittite ut cum secura cõscientia positis in oratione dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Mat.6

Item eodem die alius sermo qui habetur inter sermones de uerbis domini, II.
Item eodem die alius sermo de epistola diei, qui habetur in libro quinquaginta homilitrum: homilia, VII. & XVIII.

Sabbato post dominicam in quinquagesima: Sermo I.

ROgo uos fratres charissimi & admoneo, ut in isto legitimo ac sacratissimo tempore exceptis dominicis diebus nullus prandere præsumat, nisi forte ille quem ieiunare infirmitas non permittit, quia alijs piebus ieiunare remedium est aut premium, in quadragesima non ieiunare peccatum est. Alio tempore qui ieiunat accipiet indulgentiam, in quadragesima qui non ieiunat sentiet pœnam: & tamen qui ieiunare non præualet, secretius sibi soli, aut si est alius infirmus cum ipso in domo sua præparet quod accipiat, & illos qui ieiunare præualent ad prandium non inuiter: quia si hoc fecerit, non solum deus sed etiam homines possunt intelligere illum non pro infirmitate non posse, sed pro gula ieiunare non uelle. Sufficiat illi quod ipse ieiunare non præualet, & magis cum gemitu & suspirio & animi dolore manducet, pro eo quod alijs ieiunantibus ille abstinere non potest. Quod opus est vnicuique infirmo, secretius sibi soli, aut cum alio similiter infirmo faciat prẽparari, quia non ei oportet vt aliquem sanum roget ad prandium, ne sibi etiam de alterius gula augeat peccatum. Pro eo tamen quod non potest ieiunare, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata quæ non potest ieiunando curare, possit in eleemosynis dando redimere. Bonum est ieiunare fratres, sed melius est eleemosynam dare. Si aliqs vtrunque potest, duo sunt bona. Si vero non potest, melius est eleemosynam dare. Si possibilitas non fuerit ieiunandi, eleemosyna sufficit sibi sine ieiunio: ieiunium vero sine eleemosyna omnino non sufficit. Ergo si aliquis ieiunare non potest, eleemosyna sine ieiunio bonum est. Si vero prẽualet ieiunium cum eleemosyna, duplex bonum est. Ieiunium vero sine eleemosyna nullum bonum est, nisi forte ita sit aliquis pauper ut non habeat oino quod tribuat. Ille ergo qui non habuerit vnde tribuat, sufficit uoluntas bona secundum illud quod scriptum est, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hnminibus bonæ voluntatis. Sed quis erit qui se posit excusare, cum etiam pro calice aquæ frigidæ mercedem se dominus redditurũ promiserit? Et quare frigidæ dixit? Ne forte se posset aliquis pauper de lignorũ penuria excusare, aut certe dicere se uasculum vbi aquam calefaceret non habere. Denique & per beatũ prophetam fratres charissimi dominus ita hortatur & admonet eleemosynam fieri, ut prope nullus pauper sit qui se ualeat excusare. Sic enim ait, Hoc est ieiunium quod elegi dicit dominus, Frange esurienti panem tuum. Non dixit ut integrum daret, cũ forte pauper ille alium non haberet: sed frange, inquit: hoc est dicere, Etiam si tanta paupertas tibi est ut non habeas nisi vnum panem, ex ipso tamen frange & pauperi tribue. Et eẽnũ, inquit, ac sine tecto induc in domum tuam. Si aliquis ita pauper est vt non habeat vnde tribuat pauperi cibum, uel in vno angululo domus suæ peregrino præparet lectulum. Quid nos ad hæc disturi sumus fratres, uel quam excusationem haberę poterimus, qui amplas & spacioſas domus habentes, uix aliquando dignamur excipere peregrinum, ignorantes immo non credentes quod in omnibus peregrinis Christus excipitur: sicut ipse dicit, Hospes fui & suscepistis me: & quamdiu vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis? Laboriosum & fastidiosum nobis est in pauperibus recipere Christum in patriam nostram, timeo ne nobis ille uicem reddat in cœlo, & non nos recipiat in beatitudinem suam. Contemnimus illum in mundo, timeo ne nos ille iterum contemnat in cœlo secũdum illud quod ipse dixit, Esurui, & non dedistis mihi manducare: hospes fui, & non accepistis me. Et quãdiu non feci- Luc.2. Mat.10 Esai.58. Mat.25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtis vni ex minimis iſtis,nec mihi feciſtis. Et quod poſt hęc fratres ſequitur;auertat deus a nobis. Hoc enim poſtea addidit dicens, Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Hæc ergo fratres non tranſitorie nec ſolis corporis audiamus auribus, ſed fideliter audientes etiam vt alij teneant & impleant verbo pariter & exemplo doceamus: præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Eodem die,de neceſsitate ieiunij cum mititate & largitate: Sermo LI.

Sermo.63. Coloſſ.3. A Poſtolica dilectiſsimi doctrina nos admonet, vt deponentes veterem hominem cum actibus ſuis,de die in diem ſancta conuerſatione renouemur. Si enim templum dei ſumus,& mentium noſtrarum ſpiritusſanctus habitator eſt dicente Apoſtolo,

1.Co.6. Vos enim eſtis templum dei viui: multa nobis vigilantia laborandum eſt,ut cordis noſtri receptaculum tanto hoſpite non ſit indignum. Et ſicut in domibus manufactis laudabili diligentia prouidendum eſt,ut ſiquid aut infuſione imbrium aut turbine procellarum,vel ipſa fuerit antiquitate corruptum,cita in integrum cura reſtituatur,ita nigi oportet ſolicitudine pręcaueri, ne quid in noſtris animis incompoſiti, nequid inueniatur immundum. Quanuis ędificium noſtrum ſine ope ſui non ſubſiſtat artificis,nec fabrica noſtra poſsit eſſe incolumis, niſi ei protectio profuerit conditoris: tamen quia rationabiles lapides ſumus & viua materies,ſic nos authoris noſtri exterruit manus,vt cum opifice ſuo etiam is qui reparatur operetur. Gratiæ dei igitur obedientia ſe humana non ſubtrahat,nec ab illo bono ſine quo non poteſt bona eſſe deficiat: aut ſiquid ſibi impoſsibile aut arduum in mandatorum effectibus experitur,non in ſe remaneat, ſed ad adiuuantem recurrat,qui ideo pręceptum dat

Pſal.54. vt excitet deſiderium,& præſtet auxilium dicente Propheta, iacta cogitatum tuum in domino,& ipſe te enutriet. An forte quiſquam tam inſolenter ſuperbit, & ita ſe illæſum,ita immaculatũ eẽ præſumit,vt nullius iam renouationis indigeat? Fallitur prorſus iſta perſuaſione,& nimia vanitate veterascit, qui inter tentationes iſtius vitę ab omni ſe vulnere credit immunem. Plena ſunt omnia periculis, plena laqueis, incitãt cupiditates,inſidiantur illecebræ,blandiuntur lucra,damna deterrent. Amaræ ſunt obloquentium linguæ,nec ſemper veracia ſunt ora laudantium. Inde ſeuit odium,hinc decipit mendax officium,ut facilius ſit uitare diſcordem quam declinare ſallacem. In ipſis autem virtutibus obtinendis tam dubius modus eſt, & tam incerta diſcretio eſt: ut ſi quiſquam inter bonorum malorumq; confinia ſubtiliſsimi diſcriminis poterit ſeruare menſuras, difficile ſit ut bene ſibi conſciam probitatem obtrectantium lingua non mordeat, & iniquorum euadat opprobria, cui amica eſt iuſtitia. Iam cum ad ipſas rerum temporalium uarietates cogitatio humana conuertitur, quantæ ſe opponunt caligines, quanti prauarum opinionum oboriuntur errores, vt de obiectu contrariorum ſumatur materia quærelarum, Nam licet omnium fidelium corda non dubitent,nullis mundi huius partibus,nullisq; temporibus prouidentiam abeſſe diuinam,nec de ſtellarum poteſtate, quę nulla eſt, ſecularium negociorum pendere prouectus,ſed æquiſsimo & clementiſsimo ſummi regis arbitrio

Pſal.24 cuncta diſponi: quoniam ſicut ſcriptum eſt, Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas: tamen cum quædam non ſecundum deſideria noſtra procedunt, & ſub humani errore iudicii ſuperior eſt plerunque iniqui cauſa quam iuſti, vicinum nimis atque contiguum eſt vt etiam magnos animos iſta concutiant, & in aliquod illicitæ cauſationis murmur impellant. Siquidem iſtis varietatibus etiam excellentiſsimus

Pſal.72 propheta Dauid uſque ad periculum ſe turbatum profiteatur & dicat, Mei autem pene effuſi ſunt greſſus, quia zelaui in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Vnde quia paucorum eſt tam ſolida fortitudo, vt nulla inæquitatum perturbatione quatiantur,& multos fidelium non aduerſa tantum, ſed etiam ſecunda corrumpant,ſanandis vulneribus quibus humana infirmitas lauciatur,diligens eſt adhibenda curatio. Ideo enim de periculis quibus mũdus hic plenus eſt quædã breuiter percurrit:vt dicente ſcriptura,

Proue.20. Quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor,aut mundum ſe eſſe a

peccato? Omnes ſibi intelligant delictorum indulgẽt iam & reparationis neceſſariã eſſe medicinam. Quando autem dilectiſsimi ad remedia diuina aptius recurrimus quam cum ipſa nobis ſacramenta redemptionis noſtræ temporum lege referantur? Quę vt dignius celebremus, ſaluberrime nos quadraginta dierum ieiunio pręparemus. Non enim hi tantum qui per mortis Chriſti reſurrectionisq; myſterium in nouam vitam baptiſmo ſunt regenerante venturi, ſed omnes populi renatorum vtiliter & neceſſariæ prędidium ſibi huius ſanctificationis aſſumunt: illi vt quę non-

1.Co.10. dum habent accipiant,iſti ut accepta cuſtodiant: dicente Apoſtolo, Qui ſtat, videat ne cadat. Nemo tanta eſt firmitate ſuffultus vt de ſtabilitate ſua debeat eſſe ſecurus. Vtamur igiturdilectiſsimi ſaluberrimi tpis venerabilib? inſtitutis, & ſollicitiori cura cordis noſtri ſpecula terganius. Quantumlibet. n. caſte & ſobrie mortalis hæc vita ducitur: quodam tamẽ puluere terrenæ conuerſationis aſpergitur, & nitor mentium ad dei imaginem conditarum, non ita a fumo totius vanitatis alienus eſt, vt nulla poſsit ſorde fuſcari,& nõ ſemper indigeat expoliri. Quod ſi etiam cautiſsimis animis neceſſarium eſt,quanto illis amplius eſt expetendum,qui tota ſorte anni ſpacia aut ſecurius aut negligentius tranſierunt? Quos charitate debita cõmonemus, vt non ideo ſibi met blandiãtur,quia nobis conſcientiæ ſingulorũ patere non poſſunt: cum oculos dei ſimul vniuerſa cernentis non abdita locorum,non parietum ſepta ſecludant,nec ſolum ei acta & cogitata,verum & agenda & cogitanda ſint cognita. Iſta vera ſcienria ſummi iudicis,iſte eſt tremendus aſpectus,cui peruium eſt omne ſolidum,& apertum omne ſecretum: cui obſcura clarent,muta reſpondent,ſilentium confitetur,& ſine voce mens loquitur. Nemo patientiam bonitatis dei de peccatorum ſuorum impunitate contẽnat, nec ideo illum æſtimet non offenſum, quia necdum eſt expertus iratum. Non ſunt longæ mortalitatis vitæ induciæ, nec diutur-

Vbi ſup. na eſt licentia inſipientium voluptatum,in æternarũ dolorem tranſitura pœnarũ ſidum iuſtitia ſuſpenditur,pœnitentiæ medicina non quæritur. Confugiamus ergo ad præſentem vbiq; miſericordiam dei, & vt ſanctum paſcha domini digna obſeruantia celebretur,tunctorum ſe fidelium corda ſanctificent. Miteſcat fœuitia, manſueſcat iacundia, remittant ſibi omnes culpas inuicem ſuas nec exactor ſit vindictæ qui petitor eſt veniæ. Dicẽtes. n. Dimitte nobis dñe debita nra ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: duriſsimis nos vinculis alligamus, niſi quod profitemur impleamus. Vnde ſi orationis huius ſacratiſsimũ pactũ non tota ſui conditione ſeruatum eſt: nunc ſaltem conſcientiam ſuam vnuſquiſq; cognoſcat, & alienis ignoſcendo delictis,abolitionem ſuorum obtineat peccatorum. Dicente nanq; dominо, Si dimiſeritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater veſter qui in cœlis eſt: non longe eſt ab vnoquoque quod poſcit, cum de benignitate ſupplicis ſententia pendeat iudicantis,qui humanarum precũ miſericors & iuſtus auditor,æquitati ſuæ de noſtra lenitate preſcribit,vt non haberet in eos ius ſeueritatis, quos non

Mat.6. inueniſſet cupidos vltionis. Clementes autem & mites animos, etiam largitas decet. Nihil enim dignius eſt quam vt homo ſui authoris ſit imitator, & ſecundum modũ propriæ facultatis diuini ſit operis executor. Nam cum aluntor eſurientes, veſtiuntur nudi,fouentur infirmi,nonne auxiliũ domini manus explet miniſtri, & benignitas ſerui munus eſt domini? Qui cum ad effectus miſericordiæ ſuę adiutore non egeat,ita ſuam omnipotentiam temperauit,ut laboribus hominum per homines ſub

Mat.5 ueniret. Et merito deo gratiæ referuntur de pietatis officijs, cuius opera videntur in famulis. Propter quod ipſe dominus diſcipulis ſuis ait, Sic luceat lumen veſtrum coram hominibus ut uideant opera veſtra bona, & magnificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt: per Chriſtum dominum noſtrum, Amen.

Item eodem die Homilia deo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Matthæũ Et dimiſſa turba aſcendit in monte ſolis orare &c. quæ habetur inter ſermones de verbis domini, XIII. & XIIII.

Dominica prima in XL. de mysterio ieiunij quadragesimalis, fructu & modo: Sermo I.

Sermo.64. OMne vitæ nostræ tempus, stadium quoddam debemus putare virtutum & ad cœleste brauium tota virtute contendere. Sed hoc præcipue in quadragesimæ diebus implendum est, qui abstinentia ac ieiunijs dedicati, tantum nobis ad uirtutē animi conferunt, quantum & de corpore voluptatem decerpunt. Est autem legitimus numerus iste ieiunij & qui in sanctis celebratur exemplis. Moyses legem accepturus a deo quadraginta dies ac noctes abstq; cibo potuq; transegit, & ad suscipiendam domini uoluntatem ieiunus præparatus est. Helias post quadraginta dierū ieiunia curru igneo ad superna cœlorum de hoc mundo translatus est. Ipse quoque dominus ac saluator noster quadraginta diebus ieiunans de diaboli tentationibus triumphauit, vt ad prædicationem Euangelij iam victor accederet. Merito vero etiam nos hunc dierum numerum custodire debemus ieiunijs, quem per talia exēpla legimus consecratum. Celebremus ergo hos dies cum omni alacritate mentis & gaudio, & eos omnibus epulis & corporalibus delitijs præferamus. In his enim præcipue diebus ad implendam domini voluntatem accendimur, quando maxime per abstinentiam voluptas carnis extinguitur. Tunc enim ad dominum & ad eius futura promissa tota mens purior facienda festinat, cum nulla crapula, nulla cibi ac potus satietate crassatur. Vnde & saluator in Euangelio dixit, Attendite itaque vobis ne grauentur corda uestra in crapula & ebrietate & cogitationibus secularibus, & supueniat in uos dies illa repentina: tanquam laqueus enim superueniat vniuerso mundo, & nemo effugiet. Sed & illa est in quadragesimæ diebus grandis vtilitas, q̄ dum etiam a licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos a carnibus quibus alijs diebus uti licet? Qui nos abstinemus a uino quo moderate uti licet: Qui ergo ista uitamus quę aliquando licent in primis peccata fugiamus, quæ omnino nunquam licent. Itaque volumus bene ieiunare a cibis, ante omnia ieiunemus & a vitijs. Quid enim prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? Quid enim prodest pallidum eē ieiunijs, si odio & inuidia liuescas? Quid enim prodest uinum non bibere, & iracundię ueneno inebriari? Quid prodest abstinere a carnibus ad edendum creatis, & malignis obtrectationibus fratrum membra lacerare? Quid prodest si abstineamus ab his quę aliquando licent, & faciamus illa quæ nunquam licent? Deus enim illos honorat & diligit, qui illicita fugiunt. Sic ergo, ut dixi, ieiunemus a cibis, ut multomagis ieiunemus a uitijs, ut sanctorum morū vber tate saturemur, ut & in futuro mereamur ipsorum operum retributione satiari: sicut in Euangelio legimus, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabūtur. Illam enim compensationem magis eligere debemus, ut cibis quibus nos abstinemus, eos pauperibus ac debilibus largiamur: secundum illud quod scriptum est, Beati qui contenti sunt esurire vt alibi reficiantur. Satis deo acceptum est munus quando indigens saturatur, quando nudus uestitur, quando ira non perficitur, & iracundię tempus non reseruatur, quando malum pro malo non redditur. Tūc grata sunt deo nostro ieiunia, si illi qui necessitate ieiunant, reficiantur a nobis. Tunc illam domini sententiam audire merebimur, Amen dico uobis, quādiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis. O benignissimum dominum ad edomandam hominum auaritium, qui sibi dari dicit, quod uel minimo pauperi donatum fuerit. Vobis autem fratres præstet domini misericordia, ut ei ieiunijs & eleemosynis in bonis operibus seruiatis, ut ad æternam veram uitam uos perducat, ipse qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Mat.5

Luc.21.

Roma.12.

Mat.25.

In eadem dominica, de ieiunio & eius effectibus: Sermo II.

Sermo.65. ADest nobis venerabile & medicinale tempus quadragesimæ charissimi, per q̄ ieiunantes peccatorum nostrorum vulnera curare debemus. Quantum sit ergo

Exod.24. bonum ieiunij, breui sermone exemplis additis disseramus. Moyses primus quadraginta diebus ac noctibus cum ieiunasset, legem domini accipere meruit, per quam populis

populis imperaret. Impetrauerunt vnius hominis ieiunia, quod totius populi saturitas desperauerat. Aduertamus ergo quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter ventrem vacuum, & pulmones epulis æstuantes. Moyses ergo quia ieiunauit, dominum vidit: populus quia manducauit & bibit, idola fabricatus est. Sed quid de Moyse & Israelitica multitudine loquar? Princeps ille humani generis Adā quādiu ieiunauit seruans mandatum, in paradiso fuit. Vbi vero comedit, eiectus est de paradiso. Et qui in paradiso dei virgo fuerat, eiectus de paradiso cognouit vxorē. Semper enim iuncta est saturitati lasciuia. Vicina sibi sunt venter & genitalia, & pro mē-brorum ordine ordo vitiorum intelligitur. Eiecit ergo nos de paradiso cibus, reducat esuries, reducat ieiunium. Diximus ergo quid sanctus Moyses meruit ieiunando deinde & cunctos videamus. Sancto Eliæ ieiunanti etiam elementa famulata sunt. Hic denique tribus annis & sex mensibus cœlum clausit: Ad cuius vocē etiam super num descendit incendium. Et cum eum Iezabel regina vellet occidere, & fessus sub arbore frondosa iaceret in solitudine, angelus ad eum mittitur & dicit ei: Surge pabulum panis & aquæ. Videte quanta sit dei clementia erga ieiunantes charissimi: Nō sufficiebat, quia angelum ad ieiunantem dominus miserat, qui eum vt cibum sumeret iuberet, sed etiam præcepit, vt longius fugiat persequentem, Ait ergo, Surge pabulum panis & aquæ: Quadraginta enim dierum ieiunio perrecturus erat per desertum viq; ad montem Sina Nunquid enim dominus qui cœlum & terrā fecerat, cuius omnis est creatura, non potuit in eremo per angelum prādium mittere, sicut Daniel in lacum leonum per Habacuc misit? Sed sciebat deus prophetam suum tentantem diabolum aliter superare non posse nī ieiuniis eruditus insidiantis inimici tentamenta repelleret. Daniel quoque ille futurorum gratus, & aduentus domini conscius, & euersionis Hierusalem manifestissimus prædicator, ideo vir desideriorū appellatus est, quia panem desiderij non comedit, & potum concupiscentiæ non bibit, quia magis Christum quam epulas desiderabat. Ioannes quoque præcursor domini locustis in eremo & agresti melle nutritur, non animalium carnibus, non volucrum suauitatibus pascitur: poterat vtique iuxta Iordanem positus piscium sibi exhibere delitias, sed pœnitentiam prædicaturus rigorem ieiunij exemplo suo magis debuit & factis ostendere quam voce. In Euangelio quoque cum quidam dæmone plenus domino fuisset oblatus, quem Apostoli curare nequiuerant, interrogantes audiunt a domino, istiusmodi genus non posse eiici nisi orationibus & ieiunijs. Videte ergo charissimi quanta sit ieiunorum virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apostoli nequiuerant. Omitto cætera, sed vnusquisque consideret quanta sit inter ieiunium & saturitatem distantia, inter vētrem vacuum & refertum inter rubentem faciem & ora pallentia, inter os ieiunū & labia crapula dissoluta, inter opressum epulis & inæ diæ tenuitate vigilantem. Non dico hebdomadas, non duplicata, non multiplicata ieiunia, sed vel singulos dies absque ciborum nimietate transeamus. Cessent lauacra vina, vel carnes, non quod creaturam dei iudicemus esse damnandam, sed qui toto anno nobis viximus, saltem vel paucos dies viuamus domino. Sed ieiunia nostra vt plena sit & suffarta, misericordiæ pinguedine saginētur, demus esurientibus prandium nostrum. Nec putes ieiunia sola sufficere ad sananda vulnera peccatorū, ni medicamento eleemosynę recreentur. Ieiunium ergo totū te castiget, sed lętificet alterū & ita fructuosæ erūt angustiæ tuæ, si alteri latitudinem præstēt. Sic ieiuna vt in alio manducante prandisse tē gaudeas. Hilarem enim datorem diligit deus. Nam manducante paupere de bonis tuis, prandet Christus qui se in paupere esurire testatur.

Mat.17

De conse. d.5.cap. Non dico.

In eadem dominica de confessione peccatorum: Sermo III. Ser.66.

HOrtatur nos sæpius scriptura ad medicamenta fugere confessionis, non q̄ deus indigeat confessione nostra cui omnia prę̄sto sunt quę cogitamus, loquimur aut agimus, sed nos aliter salui fieri non possumus, nisi confiteamur pœnitentes q̄d inique gessimus negligentes. Qui seipsum accusat in peccatis suis, hūc diabolus nō habet iterum accusare in die iudicij, si tamen confitens pœnitendo deleat, qui fecit, nec iterum renouet quæ egit. Confitemini dicit Iacobus apostolus, alterutrum peccata vestra & orate pro inuicem vt saluemini. Iterum beatus Apostolus, Ore autem confessio fit ad salutem. Sed & Salomon de confessione peccatorum dicit, Qui ab-

Iacobi.5. Rom.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scondit scelera sua non dirigetur: Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, miseri
Rom. 10. cordiam consequetur. Magnum est salutis medicamentū non iterare quæ impie ges- 161 G
simus, nec priorum cicatrices vulnerum resauciare. Sicut autem dicit Ioannes euan-
Prouc. 28. gelista, Si confiteamur peccata nostra, fidelis est deus & iustus vt remittat nobis pec
cata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. Similiter & Psalmista ait, Dixi confi
tebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati
1. Ioan. 1. mei. Viuens confiteatur peccator quę fecit, quia non est fructuosa confessio apud in
feros, nec pœnitentia ad salutem proficiens. Ecce nunc tempus salutis: ecce nūc tem
Psal. 31. pus acceptabile deo. Tempus est nunc remissionis pœnitentibus, sed tēpus erit post
mortem vindicationis negligentibus confiteri scelera sua, Omnes enim impij ama-
Eccli. 17. ram habent in tormentis pœnitentiam, sed non proficit eis ad remissionem, sed con
2. Cor. 6 scientia torquet ad augmentum pœnarum quas patiuntur. Potuerunt enim sibi per
per confessionem præcauere tormentorum immanitatem & neglexerūt, ita sicut fo
ris flammis, ita intus conscientia propria torquentur. Qūo pōt medicus vulnus sa-
nare, quod ægrotus ostendere erubescit? Deus confessionem nostram desiderat vt iu
stam habeat cognoscendi causam. Qui peccata sua occultat, & erubescit salubriter
confiteri, deum quem iudicem habebit, habebit & vltorem. Optime se iudicet homo
Fletus pec in hac vita ne iudicetur a deo dānatione perpetua. Duplicem habere debet fletum in
catoris du pœnitentia omnis peccator: siue quia per negligentiam bonum non fecit, seu per au
plex debet daciam malum perpetrauit. Quod enim oportuit non gessit, & quod non oportuit
esse. egit. Confessio iustificat, confessio veniam peccatis donat, omnis spes veniæ in con-
fessione consistit. Confessio opus est misericordiæ, salus ægroti, vnicum est viribus
Mat. 4. nostris medicamentum cum pœnitētia. Cuius ipse saluator in Euangelio virtutem
Mat. 3. ostendit dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cœlorum! Et loan-
Fructus di nes Baptista, Facite fructus dignos pœnitentiæ. Fructus dignus est pœnitentiæ, tran
gnos pœni sacta flere peccata, & eadem iterum non agere: sicut scriptum est, Ne adiicias peccatū
tentiæ qd. super peccatum. Lauamini, dicit dominus per Esaiam prophetam, Et mundi estote.
Eccli. 5 Lauatur itaq; & mundus est qui & præterita plangit & iterum non admittit. Lauatur
Esa. 1. & non est mundus qui plangit quod gessit nec deserit, sed post lacrymas flenda hæc
quæ fleuerat repetit. De his beatus Petrus terribiliter agit, Canis reuersus ad vomi-
2. Pet. 2. tum suum, Fili peccasti, dicit scriptura sancta, ne adicias iterum, sed de pristinis de-
Eccli. 11. precare vt dimittantur tibi. Pœnitentia vero non annorū numero censetur, sed ama
ritudine animi. Vnde beatus Petrus, mox a domino indulgentiam recipit, quia ama-
Mat. 26 rissime fleuit trinę negationis culpam Pœnitentia quāuis sit exigui temporis, si inti
ma cordis amaritudine agitur, non despicitur apud iudicem iustum deum, qui cor-
dis secreta considerat. Non enim longitudinem temporis tantū requirit deus, quan
tum affectum synceritatis pœnitentis pensat. Qui enim in Christū tota mente con-
fidit, etiam si multis commoriatur peccatis, fides sua viuet in ęternum. Sicut ipse do-
Ioan. 11 minus in Euangelio dicit, Ego sum resurrectio & vita. Qui credit in me etiam si mor
tuus fuerit, viuet: Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in ęternum. De
morte animę dixit, quæ propter peccatorum ægritudines eueniet illi. Deus in natu-
ra misericors est, paratus est saluare per misericordiam, quos non inuenit saluare per
2. Tim 2. iustitiam. Qui vult omnes homines saluos fieri, & neminem perire. Qui per Prophe
Ezec. 33. tam ait, In quacūque die cōuersus fuerit peccator, vita viuet & non morietur. Quā-
uis quisque sit peccator & impius, si ad pœnitentiam conuertitur, consequi per mi-
sericordiam veniam non dubitet. In hoc seculo pœnitentiam facientibus dei miseri-
cordia subuenit. In futuro autem pœnitentia non proficit, sed rationem nostrorū
operum reddituri sumus. In hac vita tantum pœnitentiæ patet libertas, post mor
tem nulla correctionis est licentia.

Feria secunda post primam dominicam in quadragesima, De extremo iudicio cogi tando.

Sermo. I.

Ser. 67.

ROgo vos fratres charissimi, & cum grandi humilitate admoneo, vt mihi nullus ex vobis succenseat, aut forte incongruum me superfluumq; iudicet, quare vobis tam frequenter tremendum & vtiliter expaueſcendū diem iudicij insinuare cōtendo. Siquis enim est cui forte in hac parte displiceam, consideret periculum meū, & audiat dominum per Prophetam sacerdotem terribiliter comminantem, Si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram. Ezec. 3.
Et iterum, Clama, inquit, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuncia po- Esa. 58.
pulo meo scelera eorum. Sed forte aliquis dicit, Quare nobis tam dura assidue prędi
cantur? Quia melius est hic paruam amaritudinem sustinere, & postea ad æternam
dulcedinem peruenire, quam hic habere falsum gaudium, & illic sustinere sine fine
supplicium. Audite fratres, non me, sed dominum in Euangelio dicentem, Beati qui
lugent, quoniam ipsi consolabuntur: Et vę vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & Mat. 5.
flebitis. Et hoc attendite fratres, quia omnes carnales medici quoties ad eos qui in Luc. 6.
corpore ægrotare videntur veniunt, omnia quæ eis delectabilia esse videbantur ab-
scindunt: & quod dulce est, ad integrum interdicunt. Aliquoties etiam frigidam ac-
cipere non permittunt, interdum & amarissimas potiones bibere cogunt, & asperri-
mis ferramentis eorū vulnera frequenter incidunt. Hoc ergo quod pro sanitate cor-
porum carnales medici faciunt, pro animarum salute spiritales medici exercere con
tendunt. Hæc ergo cogitans fratres charissimi, & tam pro mea quam pro vestra salu-
te rationem me redditurum esse ante tribunal æterni iudicis non ignoras, eligo aspe
ra quidem, sed salubria vobis medicamenta ingerere, vt vobiscum postea in angelo-
rum consortio merear incolumitate gaudere. Et hæc quidem non ideo suggero, ꝙ
vos admonitiones nostras senserim non libenter accipere: sed quia me necesse est &
pro vestra & pro mea salute frequentius prædicare, studeo vestros animos & ad ti-
mendum iudicium, & ad desiderandum præmium excitare: vt exceptoria sancti pe-
storis vestri ad recondendam spiritalem vindemiam, sicut semper feciſtis, auxiliante domino fideliter præparetis, Quoties vobis durum aliquid prædicamus, non hoc
ideo dicimus, ꝙ a vobis tale aliquid fieri suspicemur: sed ideo iterum illa quæ non
facitis denunciamus, vt illa in quibus forte prędenti fueritis, sanare possimus. Solet
enim fieri, ut dum maiora timentur, minora celerius caueantur. Qūo enim theriaca
bibitur, ne corporibus possint prævalere uenena, hoc austera prædicatione geritur,
vnde animarum præparantur antidota. Certum est fratres charissimi, ꝙ si semper be
neficia dei nostri, quę nobis nullis præcedentibus meritis nostris collata sunt, assi-
duæ cogitamus, peccata nostra nobis aut non dominantur, aut si forte surrepserint,
cito per pœnitentiam corriguntur. Quis enim uel mente concipere, non dicam uer-
bis possit exponere, quanta circa nos sint dei nostri beneficia. Fecit enim nos cum
non essemus, reparauit nos postea cum perissemus. Mortē suscepit, precioso nos san-
guine liberauit, ad inferna descendit, de faucibus nos æternæ mortis eripuit, cœlorū
nobis etiā pmia promisit. Hæc oia fratres dilectissimi pio & benigno animo cogitan-
tes, quantum possumus cum ipsius adiutorio, beneficijs suis uicem rependere festi-
nemus. Nō reddamus mala pro bonis, sed quantum possumus uoluntati illius obtē-
perare fideliter studeamus, totis uiribus innitentes ut præcepta ipsius magis nobis
pariant de sequacitate remedium, quam de transgressione indicium. Nam quid facie
mus charissimi in illo metuendo iudicij die, cū treniente mundo dns præcinētibus
angelorum buccinis, in illo maiestatis suæ throno circundatus cœlestis militiæ luce
consederit: vbique de terræ græmio & antiquo puluere suscitato humano genere,
astante testimonio conscientiæ singulorum positis in conspectu peccatorum pœnis
iustorumque præmijs, ratione vitæ cœperit postulare, & plus iam iustus quam mise
ricors seueritate iudicijs contēptæ misericordiæ reos cœperit accusare & dicere. Ego
te, o homo de limo manibus meis feci, ego terrenis artubus infudi spiritum, ego
tibi imaginem nostram similitudinemque conferre dignatus sum, ego te inter pa-
radisi delicias collocaui, tu uitalia mandata contemnens, deceptorē sequi quā deum

maluisti? Cum expulsus de paradiso iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalē vterum sine dispendio virginitatis pariendus introiui, in præsepio expositus & pannis obuolutus iacui, infantiæ cōtumelias humanosq; dolores quibus tibi similis fierem, ad hoc. s. vt te mihi similem facerem, pertuli: irridentium palmas & sputa suscepi, acetum cum felle bibi: flagellis cæsus, vepribus coronatus, cruci affixus, vulnere perfossus, vt tu eripereris morti, animam in tormentis dimisi? En clauorum vestigia quibus affixus pependi. Et perfossum vulneribus latus. Suscepi dolores tuos, vt tibi gloriam darem. Suscepi mortem tuam, vt in æternum viueres. Conditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in cœlo. Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renuisti? Non te ego de morte mea quæro, redde mihi vitā tuam pro qua meam reddi. Redde mihi vitam tuam, quam vulneribus peccatorum indesinenter occidis. Cur habitaculum quod mihi in te sacraueram, luxutiæ sordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculasti? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quam illa in qua quondam pependeram, afflixisti? Grauior enim apud me peccatorum tuorum crux est, in qua inuitus pendeo, quam illa in quā tui misertus mortem tuam occisurus ascendi. Cum essem impassibilis, pro te pati dignatus sum, sed tu despexisti in homine deum, in infirmo salutem, in via reditum, in iudice veniam, in cruce vitam, in supplicijs medicinam. Et quia post oīa mala tua ad medicamenta pœnitentię confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc erit stridor dentium, cum sanctorum multitudine ad dexteram regis & ad gloriam segregata, peccati populus in profundo tartari sine vlla misericordiæ ac veniæ spe demersus excludi se tenebris suis a beata sanctorum luce videbit, & in profundi sinum sine fine descendens, vrgente os suum puteo, æterna supplicia & perpetuam mortem non moriturus aspexerit: Frustra autem a paupere quem in hac vita despexit misericordiam postulabit, frustra extremū Lazari digitum, quo ardens refrigeretur, ardentibus labijs rogabit apponi. Quam vellet miser cum pauperum gloriam viderit duris quondam paupertatis subiacuisse laboribus, & in illa vita, quæ cum vita morerentur mala portasse, ne ad illa æterna mereretur supplicia peruenire. Vt ergo hæc tam dura & tam terribilia ante illud tribunal æterni iudicis audire non mereamur, dum adhuc licet, & cum dei adiutorio in potestate nostra est, consideremus conscientias nostras: & si aliqua crimina vel peccata capitalia nec dū eleemosynis & orationibus purgata nobis adhuc dominari cognoscimus, portū pœnitentiæ deuictis peccatorum fluctibus Christo iuuante festinemus intrare: Et ligni in nauicula animæ nostræ multis tempestatibus peccatorum, aut per superbiam fractum, aut per auaritiam ruptum, aut per luxuriam resolutum esse cognoscimus, cōponere vel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter vitiorum exhaurire sentinam. Non enim nocent peccata præterita, si non placent præsentia. Sicut nulli iustorum sufficit iustitia sua, si non perseuerauerit vsque in finem: ita nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua, si antequam de corpore isto discedat, ad eleemosynarum remedia vel ad pœnitentiæ medicamenta confugerit. Sed quia quando vel qua hora de hoc seculo rapiamur scire non possumus, sine vlla dilatione vel mora de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Non sanitati, non ętati credendū est. Non in remedium salutis suæ semper tardandus est, qui vitæ suæ semper incertus est: quia qui nos securos fecit dicendo, Peccator in qua die cōuersus fuerit, omnes iniquitates illius obliuioni traduntur: ipse nos etiam cautos esse voluit dicens, Nolite tardare conuerti ad dominum, nec differatis de die in diem. Sed forte quando generaliter omnes ad pœnitentiam prouocamur, aliquis intra se cogitet dicens, Ego iuuenis homo vxorem habens, quomodo possum aut capillos minuere, aut habitum religionis assumere? Nec nos hoc dicimus fratres charissimi, non hoc prædicamus vt iuuenes qui coniugia habere videntur, habitum magis quam mores habeant commutare. Quid enim homini vxorem habenti nocet, si mores perditos voluerit ad opera bona vel honesta conuertere, si peccatorum suorum vulnera eleemosynis, ieiunijs, & orationibus ad sanitatem priſtinam studeat reuocare? Vera enim conuersio sine vestimentorum commutatione sufficit sibi. Vestimenta uero religiosa sine bonis operibus non solum

Psal. 68
Luc. 16.
Mar. 10.
Ezec. 18
Eccl. 5

lum remedium habere non poterunt, sed etiam iustum dei iudicium sustinebunt. Conuertamur ergo ad meliora, dum in nostra sunt potestate remedia. Hic extingua mus mortem moriendo peccatis, hic vitam vitæ meritis acquiramus, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Feria tertia post primam dominicam in quadragesima, de beato Abrahā: Sermo I.

CRedidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Ecce sine opere iustificatur ex fide, & quicquid illi legali posset obseruatione conferri, totum credulitas sola donauit. Ipse sibi fuerat lex qui legem non acceperat, natura tamen quicqd legis fuerat obseruabat. Abraham pater noster radicem fidei nominisq; Christiani habebat, qui cum ex proprietate genuina ad incerta atque peregrina iuberetur exire, tota deuotione compleuit: Cui in re tam dura nulla dubitatio fuit, sed sententiā dei tanquam qui optare videretur accepit. Exi, inquit dominus, de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam demonstrauero tibi. Nouum probationis genus habenti propria exilia indicere peregrina, ingerere laborē itineris quiescenti, imperare penuriam posidenti, & tantarum facultatum domino necessitatem imponere peregrinandi. Libenter tamen fides accepit, quicquid arduum videbatur incredulis. Cui non est magis dulce proprium tugurium & palatia peregrina, & voluntaria casa quam digesta prætoria? Leue cuiquam non est, dimittere propria & sectari aliena incerta, dimittere quod scias, quærere qd ignoras. Quis enim propria sine dolore deseruit, aut sine lachrymis dereliquit? Cui non est durum illos conscios natalitū parietes, dulcia illa limina atq; amabilem larem, quem & parentum memoria, & ipsius infantiæ rudimenda commendant. vbi cunabula illi noui & mox orientis hominis famulabantur, vbi secura alludens infantia inter lucis primordia, aut pueriles anni simplicitate fœlices, quos sibi inter lasciuos atque ipsius ętatis lusus vernaculo genuina solo necessitas exhibebat? Inter hęc ergo tam blanda, tam dulcia, quæ omni fuerant difficultate relinquenda: Exi ait de terra tua. Quis hoc sine fidei viribus libenter audiret? Leuius probaretur, si vel nomen loci quo perrexisset audiret. Proficiscitur, pergit, socia. s. credulitate, coniuge comite it securus, it fretus, promissum sibi fidei laboribus exacturus, plus sperans de incerto q̄ fuerat securus de proprio. It ergo per disertas solitudines, per inuias sedes, per naturæ secreta, vbi hominis vestigiū necdum rudis terra cognouerat: & inter illa omnia quæ dei imperio dereliquerat, nō tugurium, non casam, sed inter ipsa camporum silescentium formidolosa secreta hospes tantummodo cœli terræq; nullum suffugium quo diuerteret inueniebat. Excepit tamen Abraham peregrinum quercus arbor humana, quæ venientem Abraham atque ęstiuo sole decoctum amœnitatis suæ umbraculo refoueret: cuius sylueſcentis nemoris comata luxuries, in æstiuum tempus diem & vrentis solis vaporifero radios ramorum frequentia suspendebat, vt quicquid iniuria temporis irrogabat, omne auferret & ramorum & foliorum densitas. Ingreditur ergo lucum arboris Abraham, sub qua construitur qualecunque suffugium, angustum quidem homini, sed sufficiens maiestati. Dignum tamen deo palatium fides deuota pingebat, in quo fuisset maiestas superna pransura. Cum ergo illic positus curiosis oculis cœlum intenta ret, ecce subito in trium uirorum persona maiestas incorporea descendit. Accurrit, properat, manus supplices tendit, & transeuntium genua osculatur, Dñe, ait, si inueni gratiam coram te, ne transieris puerum tuū. Videtis, Abrahā tribus ocurrit, & vnū adorat. Trina vnitas, & vna trinitas. Sumatur aqua, lauentur pedes vestri, & refrigerate sub arbore ista, & afferā panē & manducabitis, & postea transibitis in viam vestrā. Et dixerūt ei, Fac vt dixisti. Seruat semper in bonis tenorē sui perfecta iustitia, offert peregrinis hospitiū qui nō habet tectū: & cū sit omni domicilio viduatus, domiciliū quale necessitas procurabat, exhibuit trāseūtibus. Et licet illa minora fuerint quę offerebantur, locorū angustiis magnitudinē dederat fides, quæ cōtēni non meruit a deo. Diuertunt ad arboris hospitiū, quod Abrahā deo iam fecerat dignum. Interea conspergitur similago, fiunt encryphiæ, mactatur & vitulus. Et si illis diui-

Gene. 15.
Gene. 12
Gene. 18
Ibidem.

nitas non eguit,iustitia tamen quod portabat impendit. Ecce ad humanam mẽsam
cœlestis sublimitas recumbebat,cibus capitur, pransitatur & cõtubernali colloquio
inter hominem & deum familiaria verba miscentur.Et quia apud deum infructuosa
Gene.18 hospitalitas esse non potuit,statim pretium mercedis accepit. Datur filius seni, da-
tur posteritas desperanti,accepit senectus quod minime potuit habere iuuentus.Ad
Gene.17. hoc,inquit,tempus veniam,& erit Sarę filius. Cumq; seniles anni,& emortua Saræ vi
scera hoc posse fieri denegarent,dedit tamen diuinæ promissioni credulitas fidẽ.Pa-
trem,inquit,multarum gentium posui te.Replerus est bonis, quia quod ei promisit
impleuit.Ecce in ipso vitæ margine senectutis, nondum prolatis legibus recitatisq;,
asserimus Abraham q̃ fuerat religiosus,& qui fuerat in cultura iustior fuerit incre
dulitate probatior. Ecce enim senex ille maritus, qui adhuc vnum non habebat,in
Gene.15. vno tamen deus innumerabiles promittebat.Ecce exhaustis visceribus dixit deus ad
Gene.18. ad Abraham,Suspice in cœlum, & numera stellas,sic erit semen tuum. Et credidit
Abraham deo,& deputatum est illi ad iustitiam.Defecerunt Saræ Venire muliebria,
quia iam lassa defecerant membra. Totum corpus surculatur in rugas,fit perarata
fronte,& exhausta senectute. Deficiente sanguine venis tristis senectus delassatur,
sed diuino iudicio ętatis feruor accenditur.Meliorem facit diuina promissio matrẽ,
quam ætas nos fecerat generare.Accepit genetrix nomen quod ei sterilitas temporis
subtraxerat,Longe deficientibus membris Isaac concipitur,subito inanes ac marce-
scentes venæ rediuiuo sanguine ferbuerũt, & emortua seni viscera calefacto sangui
ne vaporata,vsque ad partum inquilinis sunt caloribus animata. Iuuenilis ætas in-
caluit,& calefacto sanguine vaporauit.Fit anus fœta,fit senex grauida, crescit veter
per dies singulos, & conualescente partu tumescentis vteri capax sinus extenditur.
Fit sarcina,& defideratus affectus ex visceribus lassis,onus nimium exoptata poste-
ritas.Portabat vterum grauem talis mater, quę inanis ambulare vix posset.Sed quia
credulitatis fuerant quæ acceperat,defecta viscera fides validior animabat.Marcidę
mãmæ in vacuos folles subducti succi detrimenta laxauerant, lactei fontis vbertate
tenduntur.Fit mater in pectore,fit mater in partu,fit,inquam,mater, quę auia fue-
rat per ætatem.Dedit fides vetustis nouos visceribus ignes. Sic Isaac credulitate na-
scitur,vt eorum fides in progenie enarretur in secula,Amen.

Feria quarta post primam dominicam in quadragesima,de ieiunio,cataclysmo & arca Noe. Sermo I.

Ser.69. HOs sanctæ quadragesimæ dies fratres charissimi debemus omni cum vene-
ratione suscipere,nec longiorem numerum huius temporis fastidire,qa quã
to plures dies sunt ieiunii,tanto maior est causa remedij. Quanto prolixior
abstinentiæ cursus redemptio copiosior est salutis.Quanto austerior cura vulnerũ,
tanto medicina est salubrior peccatorum.Deus enim qui est nostrarũ medicus aia-
rũ,congruens tempus instituit,quod & iustis satis sit ad orãpũ,& peccatoribus suffi-
ciat ad rogandum. Illi requiem postulantes,hi veniã deprecantes. Congruens.n. ips
est quadragesimæ,nec breue est ad exorandũ,nec longum est ad promerendũ.Qua-
draginta.n.dierũ ieiuniis,quęuis iniquitas peccatoris exorari põt, & quantauis seue
ritas iudicis mitigari. Illi longum & fastidiosum forte sit ips, qui nec orat de culpa,
nec sperat de uenia.Desperatio.n.nec cõsiteri de scelere,nec indulgẽtiã nouit sperare
de iudice Sanctus igitur & salutaris quadragesimæ cursus est, quo adducitur ad mi-
sericordiam peccator per pniam iustus ad requiem.His.n.diebus solito amplius & di
uinitas miseretur,& delinquentia deprecatur,& iustitia promeretur. Patent.n.oia,&
cœli ad indulgentiam,& peccator ad confitendũ, & lingua ad postulandũ. Salutaris,
Quadrage narius nu merus my sticus. inquam,& mysticus & quadragenarius numerus. Nã primũ cum mundi faciem ini-
quitas hominum possideret,tot dierũ curriculo deus effusis de cœlo imbribus, vni-
uersam terram diluuio superfudit.Vides ergo iam illo tempore mysterium in figura
Gene.7 dispositum.Mam sicut tunc quadraginta diebus pluit ad purgandum mundum, ita
& nunc quadraginta diebus miseretur ad hominem purificandum: quãquã & illius
temporis diluuium misericordia dicenda est,quo iniquitas oppressa est,& iustitia co

seruata.Pro misericordia.n.factum est,vt & iusti euaderent, & iniqui amplius nõ pec
carent Pro misericordia plane vidimus illud fuisse diluuiũ,quoveluti baptismo quo-
dam totius est mundi facies innouata.s. vt qui perditorũ hominum scelere sordebat
ad crimina,beati Noe habitatione floreret ad gratiam: & qui iniquitatis erat purgato
rium tunc,modo fieret domicilium sanctitatis: Diluuium inquam illud, huius no-
stri fuit similitudo baptismatis.Hoc enim tũc gestum est, quod nunc agitur,hoc est,
vt exuberantibus aquarum fontibus periclitarentur vitia,iustitia sola regnaret,mer
gerentur in profundum peccata,sanctitas vicina cœlo portaretur. Modo enim sicut
dixi,hoc quod nunc agitur in ecclesia Christi, sicut Noe arca submersis omnibus vi-
tiis peccatorum,ita baptismatis fonte cœlo vicina portatur Ecclesia: & deletis om-
nium superstitionibus idolorum,fides regnat in terris,quæ de saluatoris arca proce-
dit.Sanctum ergo & sacratum quadragesimæ tempus est, quod statim ab initio cœ-
pit inter iustos & iniustos discernere,bonos a malis quodã iudicio separare. Quod
quidem similiter fieri etiam in hac nostra quadragesimę obseruatione perspicimus.
Nam per hos quadraginta dies separantur mali a bonis,hoc est,luxuriosus a casto,a
ieiuno intemperans,a Christiano gentilis.Separatur,inquam,malus a bono,hoc est,
peccatoria iusto,diabolus a sancto,hæreticus a fideli.Relictis.n.his omnibus ad simi
litudinem diluui tanquam in naufragio seculi,sola ad instar arcæ illius in altũ cum
suis virtutibus eleuatur Ecclesia. Nam & nos etsi peccatores, ad imitationem sancti
Noe annunciamus vobis mundi futurum esse excidium,& illos tantũmodo dicimus
periculis eua suros,quos triplex arca intra se gremio religionis incluserit.Triplex.n. Arca tri-
arca est Ecclesia,quæ trinitatis continet sacramentũ.Nam cum dicit scriptura,Bica- plex.
meratam & tricameratam eam fuisse, vtique demonstrat tripliciter diuinitatis illam Gene.6
gratiam esse distinctam.Annunciamus igitur sicut Noe mundi futurum esse naufra-
gium,& ad hanc domum confugere omnes homines admonemus. Et sicut Noe fi-
lios suos in arca recepit,ita & nos filios nostros optem' in ista arca suscipere.Quisq;
enim in hac domo vult habitare nobiscum,noster est filius, Sed dicit aliquis,sancti
Noe prædicationis vocem in scripturis minime esse descriptã. Audi igitur, Noe & si
tacebat vocẽ, opere loquebatur,silebat lingua,fabricatione clamabat. Nam vtiq: cũ
operaretur opus nouum,& nulli aliquando compertum, admonebat cunctos nouis
periculis,noua tabernacula præparari Loquebatur ergo opere, & dicebat illud euan-
gelicum domini dictum,Si mihi non creditis,operibus credite,& credendo periculũ Ioan.10
euadere poteritis:peęstante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat cum pa-
tre & spiritu sancto in secula seculorum,Amen.

Item eodem die de Ieiunio alius sermo factus ad fratres in eremo, qui inter sermo-
nes ad eosdem habetur. XXV.

Item eodem die Homilia de Euangelio diei, quæ habetur de quæstionibus Euange-
liorum libro primo,capite septimo & nono.

Feria quinta post primam dominicam in quadragesima, de tribus viris qui beato Abrahæ apparuerunt. Sermo. I.

FRequenter admonui charitatẽ vestrã fratres dilectissimi, vt his lectionibus quæ Ser.68
diebus istis in Ecclesia recitantur,non hoc tm attẽdere debeamus qd' ex litera so
nare cognoscimus,sed remoto velamine literę,viuificatẽ spm fideliter requramus. Sic
enim dicit Apostolus,Litera occidit spus aũt viuificat.Deniq; infœlices Iudæi,& pl' 1.Cor.3.
infœlices hæretici,dũ solũ lĩæ aspiciũt sonũ,quasi corpus sine aĩa,ita sine viuificãte 1 Reg.13
spũ mortui remãserũt.Nos audiamus Apostolũ dicẽtẽ, Quia hæc oĩa in figura cõtin 1.Cor.10
gebãt illis scripta sunt aũt ppter nos. Videamus ergo qd sit, qd' mõ cũ diuina lectio
legeretur audiuimus. Visus est,inquit,deus Abrahę, cũ sederet ad ostiũ tabernaculi Gene.18.
sui ad ilicẽ Mãbrę.Ecce,inqt,tres viri adstiterũt sup eũ, & exiit in occursum eius. At-
tendite frẽs & videte qualiter deus apparuit Abrahæ,& qualiter apparuit Loth. Ad Gene.19.
Abrahã tres veniunt,& stant super eum,ad Loth duo veniunt,& sedent in paltea.Vi-
dete fratres,si non dispensatione sancti spiritus pro meritis res geruntur. Etenim
Loth longe inferior erat Abraham.Nisi.n.inferior fuisset,a beato Abraham separari
non meruisset,nec ei Sodomorum habitatio placuisset. Veniunt ergo ad Abraham

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres viri in meridie, venerunt ad Loth duo, & vespere veniunt: Non enim sustinebat meridianæ lucis magnitudinem Loth, Abraham vero poterat plenum fulgore lucis excipere. Nunc videamus qualiter Abraham, & qualiter Loth susceperūt venientes. Præsumpsit Abraham, & occurrit obuiam eis, & cum occurrisset, festinat ad taberna
Gene. 18. culum, & dicit ad vxorem suam, Festina, inquit, & consperge tres mensuras similagi-
nis, & fac subcinericios panes, qd Græce engriphias dicitur, occultos videlicet & ab
sconditos indicās panes. Ipse aūt Abraham ad armentum cucurrit, & accepit vitulū.
Qualem vitulum? Forte qui potuit primus occurrere: non ita est, sed vitulum bonū
& tenerū. Tulit ergo vitulū, & dedit puero, Puer inquit, festina facere eū. Videte fra
tres, attendite quam feruenti animo hospites debeatis excipere. Ecce ipse Abraham
currit, vxor festinat, puer accelerat. Nullus est piger in domo sapientis. Ecce æqua-
lia sunt Abrahæ & Sarræ hospitalitatis officia. Loth vero excepit quidem, sed duos
tantum, & non integram trinitatem, nec in meridie, sed ad vesperum, Et quid eis ap-
Genē. 19. posuit? Coxit, inquit. azima, & comederunt. Et quia meritis multo inferior erat A-
braam. nec vitulum saginatum habuit, nec in tribus mensuris similaginis mysteriū
trinitatis agnouit; Attamē quia vel hoc quod potuit benigno animo obtulit, de per-
ditione Sodomorum liberari promeruit. Attendite fratres, quia etiam & Loth dum
hospites non repellit, angelus excipere meruit. Ecce hospitalitatem domum angeli
dei ingreduntur, clausæ hospitibus domus flammis sulphureis concremantur. Vene
runt ergo tres viri ad Abraham, & steterunt super eum. Hoc ipsum videte, quare sit
quod super eum veniunt, non contra eum. Subiecerat se voluntati dei, & ideo super
eum stare dicitur deus. Astiterunt, inquit, super eum, non contra eum ad repellendū,
sed super eum ad protegendum: Tres viros suscepit, tribus mensuris panes apponit.
Quare hoc fratres, nisi quia mysterium trinitatis intelligit? Apponit & vitulum, qui
Ppilip 2. vitulus non est durus, sed tener. Et quid tam tenerum, quid tam bonum, quā est ille
Luc 15. qui se pro nobis humiliauit vsq; ad mortem? Ipse est ille vitulus saginatus, quē pro
Ioan 3 recepto pœnitentiæ iugulat pater. Sic enim dilexit deus mundum, vt filium suū vni
genitum daret. Tribus ergo occurrit Abraham, & vnum adorat. In eo autem quod
Gene. 18. tres vidit, sicut iam dictum est, trinitatis mysterium intellexit. Quod aūt quasi vnū
adorauit, in tribus personis vnum deum esse cognouit. Ad vnum loquitur dicens,
Declina ad puerum tuum. Addit etiam, quasi ad homines loquēs, Accipiam, inquit,
aquam, & lauentur pedes vestri. Discite fratres a beato Abrahā, hospites libenter ex-
cipere, pedes eorum cum humilitate & pietate lauare. Lauate, inquam, sanctorū pe-
regrinantium pedes, ne forte in illis remaneat puluis, quem ad iudicium vestrū pos
Mat. 10 sint de pedibus suis excutere. Sic enim in Euangelio dixit, Qui non susceperit vos,
exeuntes excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit
terræ Sodomorum in die iudicij, quam illi ciuitati. Hoc ergo præuidebat in spiritu
Abraham, & ideo volebat prēuenire & lauare pedes, ne quid forte pulueris, resideret,
quod ad testimonium incredulitatis excussum posset in die iudicij reseruari. Propte-
rea ergo dicit sapiens Abraham, Accipiam aquam, & lauentur pedes vestri. Diligen-
ter hæc audite fratres, qui hospitalitatem exercere non vultis, qui hospitem velut
hostem excipitis. Ecce beatus Abrahā dum homines feruenter exciperet, ipsum deū
Mat. 25. suscipere hospitalitatis contēplatione promeruit. Hoc etiam in Euangelio Christus
confirmauit, dicens, Hospes fui, & suscepistis me. Nolite ergo negligere peregrinos,
ne forte quem non excipistis ipse sit Christus. Vbi tamen factum sit hoc? Ad ilicem
Mambre, quod in latina lingua interpretatur visio, siue perspicacia. Vides qualis sit
locus in quo dominus potest habere conuiuium? Delectauit enim eum visio & per-
spicacia Abrahæ. Erat enim mundus corde, vt posset deum videre. In tali ergo loco
Ioan. 8 & in tali corde pōt dominus habere cōuiuium. De ista uisione dns in Euangelio lo-
cutus est ad Iudæos, dicens, Abraham exult auit ut uideret diem meum, vidit & ga-
uisus est. Diem, inquit, meum uidit, quia mysterium trinitatis agnouit. Vidit patrem
diem, filium diem, spirituſsanctum diem, & in his tribus unum diem: sicut & pater
deus, & filius deus, & spirituſsanctus deus, & hi tres vnus deus. Nam & singillatim sin-
gullæ quęq; personæ plenus deus, & totæ tres simul vnus deus. Nam & illi tribus
mensuris similaginis propter vnitatem substantiæ non incongrue pater & filius, &

spirituſsanctus intelligitur. Quod tamen & alio modo potest accipi, vt Saram intelli
gamus Ecclesiam, tres mensuras similaginis fidem, spem & charitatem. In his enim
tribus virtutibus, vniuersæ fructus continentur ecclesiæ. Qui hæc tria in se meruit
habere, securus potest ad conuium cordis sui totam trinitatem excipere. Post hęc di-
xit dominus ad Abraham, Clamor Sodomorum & Gomorrę ascendit ad me, descen- Genē. 18.
di ergo vt viderem, si fermo qui venit ad me opere compleatur, an nō est ita, vt sciā.
Hæc scripturę sunt verba, uideamus quid in his intelligi dignum sit. Descendi, in-
quit, vt viderem. Quando ad Abraham responsa redduntur, non dicitur descendere
deus, sed supra ipsum adstare, nunc autem quia peccatorum causa agitur, descende
rē dicitur deus. Vide ne ascensionem & descensionem localem sentias. Indignum est
hoc de incorporea, & ubique tota sentire substātia. Sed descēdere dicitur deus, quan Descende-
do curam humanæ fragilitatis habere dignatur. Quod specialius de domino ac sal- re dei qd.
uatore nostro sentire debemus, qui semetipsum exinaniuit, serui formam accipiens. Philip. 2.
Sed videamus quid est quod dicit, descendi ut uiderem, utrum fermo qui ad me per-
uenit opere completus sit, an non est ita ut sciam. Solent enim nos hic impugnare Pa
gani, & maxime immundissimi Manichæi dicentes, Ecce nesciebat deus legis, quid
ageretur in Sodomis. Non enim sano intellectu respondemus & dicimus, quod ali-
ter dicitur deus nosse iustos, aliter nouerit peccatores. Deniq; de iustis quid dicitur?
Nouit dominus qui sunt eius. De pēccatoribus quid dicitur? Discedite a me omnes 2. Tim. 2
qui operamini iniquitatem, quia non noui uos. Et iterum Paulus Apostolus, Si quis Mat. 7.
est domini, intelligit quę dico, qui autē ignorat, ignorabitur. Quid est ergo, Nescio? 1. Cor. 4.
Non noui uos, non uos agnosco in regula mea, non in uobis recognosco imaginem
meam. Cognouit in uobis iustitia mea quod puniat, & non cognoscit misericordia
quod coroneti ac si quorum actus indigni deo sunt, indigni etiam notitia dei dicun-
tur. Descendi ergo ut uideam, non ut ego quid agunt sciam, sed ut ipsos scientia
mea dignos efficiam, si quos ipsorum inueniam iustos, si quos i nueniam pœniten-
tentes, si quos tales quos debeam scire. Denique quia nullus qui pœniteret, nullus
qui conuerteretur inuentus est preter Loth, ipse solus cognoscitur, ipse solus de in-
cendio liberatur. Nos uero fratres demus operam, & tales esse cum dei adiutorio la-
boremus, ut digni habeamur notitia dei, ut nos & agnoscere dignetur & scire, præ-
stante domino nostro Iesu Christo &c.

Item eodem die alius sermo factus ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eosdem habetur. XVLI.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem Dicebat Iesus ad eos qui crediderunt ex Iudæis &c. quæ habetur in expositione doctoris, ibidem.

Item eodem die alia Homilia de eodem, quæ habetur inter sermones de uerbis domini, XLVIII.

Feria sexta post primam dominicam in quadragesima, De immolatione Isaac.

Sermo. I. Ser. 71.

LEctio illa fratres charissimi, in qua beatus Abraham Isaac filium suum in holo- Gene. 22.
caustum legitur obtulisse, ideo in ordine suo diebus quadragesimæ nō recitatur,
quia sicut ipsi nostis, in vigilijs Paschæ propter sacramētum dominicæ passionis re-
seruatur. Et quia tunc non est in spatio, vt de ipsa possit aliquid dici, nunc si videtur
expositionem eius secundum quod eam patres nostri inspirante dño tractauerunt,
charitatis vestræ auribus, quantum possumus breuiter intimemus. Dixit ergo dns Gene. 22.
ad Abrahā, Tolle filiū tuū quē diligis Isaac, & offeres eum mihi in holocaustum sup
vnum montiū quē mōstrauero tibi. At ille surgens strauit asinam, & tulit secū duos
pueros, & Isaac filium suum, & peruenit ad locum quē ei ostenderat dns, die tertia.
Abrahā, n. qn Isaac filiū suū obtulit, typū habuit dei patris, Isaac vero typū gessit
dñi saluatoris. Qd aūt ad locū immolationis die tertia peruenitur, mysterium trini-
tatis intelligitur. Nam qd dies tertius in sacramēto vel mysterio accipi debeat trini
tatis, frequēter in voluminibus sacris inuenitur, sicut in Exodo. Viā, inquit, triū die Exod. 5.
rum ibimus in desertū. Et iterum quando ad montē Sina ventum est, dictum est po- Exod. 19.
pulo, Sanctificamini & estote parati in diem tertium. Et Iosue transiturus Iordanē,

vt in die tertia populus paratus sit,admonuit.Et dominus die tertio resurrexit. Hoc ideo diximus,quia beatus Abraham die tertio venit ad locum, quē ei ostenderat dominus. Duo pueri quos cū asina Abraham remanere iussit,typum habuerunt populi Iudæorum,qui pro eo quod in Christo non erant credituri,ideo ad locū vbi immolandus erat,ascendere vel peruenire non poterant. Asina illa significauit synagogā, aries vero ille qui inter spinas cornibus tenebatur,& ipsæ typum dñi habuisse videtur. Nam & Christus quasi cornibus inter spinas hærebat, quando ad crucis cornua clauorum confixione pendebat. Quod vero Isaac ipse sibi ad immolandum ligna detulit,& in hoc Christum dominum figurauit;qui ad locum passionis crucem suam ipse portauit. De quo mysterio multo ante dictum fuerat per Prophetam, Et erit,inquit,principatus eius super humerum eius. Tunc enim Christus principatum super humerum eius habuit,quando crucem suam admirabili humilitate portauit. Nō incongrue crux Christi significat principatum,Nam per ipsam & diabolus vincitur,& totus mundus ad xpi notitiā vel grām reuocatur. Deniq; sic & Paulus dicit, cū de passione domini loqueretur,factus,inquit,obediens patri vsque ad mortem, mortē autem crucis: propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomē quod est super omne nomen. Hoc ideo diximus fratres, vt agnosceret charitas vestra quod principatus Christi,de quo scriptum est, Et erit principatus super humerum eius: non non sit aliud nisi crux eius,& ideo lectio ipsa in Pascha legitur, quando Isaac verus, cuius typum gerebat filius Abrahæ pro genere humano patibulo crucis affigitur. Legitur etiam in ipsa lectione,qđ veniens beatus Abraham cum filio suo, viderit locum a longe,& dixerit ad pueros. Sedete hic cum asina, ego & puer proficiscemur,& cum adorauerimus reuertemur ad vos. Quare pueris qui figuram habuerūt Iudeorum dicitur,Sedete hic cum asina? Nonne asinam illam sedere fecit fratres charissimi? Sed ideo dicitur, Sedete cū asina, quia Iudæorum populus qui in Christum creditur non erat,stare non poterat,sed vt debilis,& velut peccator languidus,qui baculum crucis despexerat,in terram casurus erat. Dixit ergo Abraham beatus, Sedete hic cum asina,ego & puer proficiscemur, & cum adorauerimus reuertemur ad vos. Quid est quod dicis beate Abraham? Ad imolandum filium vadis, & dicis cum filio reuerteris? Si eum in holocaustum obtuleris,vtiq; tecum redire non poterit. Potuit respondere beatus Abraham, Verum dico,& offero filium,& cū filio reuertar ad vos. Tanta est fides mea,vt credam quod ille qui mihi eū de matris sterilis vtero dignatus est dare,posit etiam eum mortuū suscitare,& ideo verū dico,quia cum adorauerimus reuertemur ad vos. Q đ aūt aries occisus est,& Isaac nō est occisus,ideo factū est,quia Isaac figura & veritas non erat,in ipso designatum est quod postea in Christo completum est. Videte deum cum hominibus magna pietate certantem. Abrahā mortalem filium non moriturum obtulit deo,& deus immortalem filium pro hominibus tradidit morti. Potest tamen & de beato Isaac,& de illo ariete etiam sic intelligi vt in beato Isaac significata sit diuinitas,in ariete humanitas Christi. Et quia in passione non diuinitas crucifixa creditur,ide non Isaac, sed aries immolatur. Dei n. filius vel vnigenitus offertur,& virginis primogenitus immolatur. Audite aliud sacramentum fratres charissimi. Hieronymus presbyter scripsit ab antiquis & senioribus Iudæis se certissime cognouisse,quòd ibi immolatus sit Isaac,vbi postea Christus crufixus est. Deniq; ab eo loco vnde beatus Abraham iussus est proficisci,tertio die ad locum vbi Christus crucifixus est peruenitur. Etiam hoc antiquorum relatione refertur,quod & Adam primus homo in ipso loco vbi crux fixa est,fuerit aliquando sepultus,& ideo caluariæ locum dictum esse, quia caput humani generis, ibi dicitur esse sepultum. Et vere fratres non incongrue creditur,quia ibi erectus sit medicus,vbi iacebat ægrotus. Et dignū erat vt vbi occiderat humana superbia, ibi se inclinaret diuina misericordia,Et sanguis ille præciosus etiam corporaliter puluerem antiqui peccatoris dum dignatur stillando contingere,redimisse credatur. Hæc enim fratres charissimi secundum quod potuimus,diuersis scripturarū voluminibus, pro animę nostræ profectu collegimus,& charitatis contēplatione suggessimus. Vos vero auxiliante domino,dū frequētius scripturas diuinas relegitis, sic diligenter attendite,credo qđ etiā meliorē expositionē inuenire possitis. Rogo vos fratres,vt qcūq;

Mat.27.

Esai.9.

Philip.2.

Esai.9.

Gene.22.

Hieronymus testimonium.

aut filium,aut vernaculum suum baptizari desiderat, iam nunc eum ecclesiæ offerre non differat, quia non est iustum ut res quæ tam magna, tam preclara creditur, negligenter aut tardius q̄ expedit requiratur. Timeo n. ne aliquæ mulieres ideo tardius infantulos suos offerant,quia cum ipsis ad vigilias venire dissimulant. Certissime n. credimus quod qui statum,incipiente quadragesima,eos qui baptizandi sunt offerre voluerint, & cum ipsis ad vigilias fœliciter venerint, & filii eorum legitimo ordine accipient baptismi sacramentum, & ipsi acquirent indulgentiam peccatorum,præstante domino nostro Iesu Christo &c.

In eadem feria de tentatione Abrahę a deo, Sermo II.

Gene. 22

NOtissima pietas patris nostri Abrahæ redd ita est nobis in memoriam per recentem lectionem : & est quidem ita mirabile, ut nullum cor arbitrandum sit tam obliuiosum vt inde aliquando elabi possit, Veruntamen nescio qūo quotiescunque legitur, quasi tūc fiat ita afficit mentes audientium,Magna fides,magna pietas,non solum in deum,sed etiam in ipsum vnicum filium,cui nihil mali credidit esse pater, quicquid de illo iusserat qui creauit. Pater n. filii sui erat Abraham secūdum operationem carnis,non aūt creator & cōditor secundum operationem maiestatis. Et quidem sicut dicit Apostolus,Non secundum carnem natus est Isaac Abrahæ,sed ex promissione, non quia cum carne uon erat operatus, sed quia de summa eum desperatione susceperat. Et nisi adesset promittens deus,nihil iam senex de visceribus aniculæ coniugis sperare audebat posteritatis. Sed credidit nasciturum, & non plangit moriturum. Eius dextera eligitur ad sacrificium vt moreretur,cuius cor erectum est ad fidem vt nascerutur. Non trepidauit Abraham credere quādo promittebatur, non trepidauit offerre quando exigebatur,nec fuit religio credentis contraria deuotioni obtemperantis. Hoc dico,non q̄ sibi dixit Abrahā, Deus mihi locutus est quando promisit filium. Credidi quod mihi daturus esset deus posteritate. Et qualē poste ritatē ? Vt diceret mihi, In Isaac vocabitur tibi semē, Et ne forte sic vocaretur mihi semē in Isaac, vt ante me meus fili⁹ moreretur, in semine tuo, inqt, bn̄dicētur oēs gētes. Ipse ergo mihi loquens ,pmisit filiū,& ipse exigit vt occidā? Nō fecit sibi q̄stionē quasi de cōtrariis & sibi aduersantib⁹ verbis dei ,pmittētis filiū nasciturū , & postea dicentis, Occide mihi filiū tuū, sed erat in corde eius semper fides inconcussa, & nullo modo deficiens . Cogitauit n. Abraham, deum qui dedit ut ille de senibus nasceretur qui non erat,posse etiam de morte reparare. Amplius est n. quod iam fecerat deus, cum qui non erat post tantam desperationem videbat sibi datum filium, Et si humanam infirmitatem consulas,impossibile. Adiecit itaque animum ad fidem,nō credidit aliquid impossibile esse creatori, qui quēadmodum crediderat,filium suscepit. Credidit postea iubenti deo, iam in se suscepto filio ,pbauerat deum. Credidit susceptūrus filium,credidit occisurus. Vbique fidelis,nusquam crudelis. Omnino perduxit filium ad locum victimæ,armauit etiam dexterā cultro . Attendis quis feriat, & quem feriat, attende quis iubeat. Pius ergo Abraham obtemperando, Quid deus in iubendo? Nonne forte infirmis,non dicam sacrilegis animis ipse displiceat qui iubeat? Sed si placet qui obtemperabat,qūo displicet qui iubebat ? Quia si Abraham bene fecit obtemperando, multo melius & longe melius incomparabili modo deus in iubendo. Fortasse sacramentū quæritur. Non n. frustra hoc deus iuberet, aut carnaliter accipiendum est,quod lectum fortasse nonnullorū minus intelligentiū corda cōmouit. Tentauit,inquit, deus Abraham. Sic ergo ignarus est deus rerum,sic ne scius cordis humani,ut tentando hominem inueniat? Absit, Sed ut ipse homo se inueniat. Primo itaque fratres pp illos qui aduersantur legis veteris scripturæ sanctæ, quia nonnulli non intelligentes citius volunt exagitare quod non intelligūt,quam quærere vt intelligant,& non fiunt humiles inquisitores , sed superbi caluniatores: Propter hos ergo qui Euangelium volunt accipere,& legem veterem respuere,putātes in via dei posse se esse,& recte uno pede ambulare,qm non sunt scribæ eruditi in regno dei qui proferunt de thesauro suo noua & vetera, Propter hos ergo tales ne q forte hic lateant,aut & si hic nō sunt, habeāt q assunt, qd talib⁹ respōdeāt, breuiter soluenda est ista q̄stio. Dicimus talibus, Euangeliū accipitis,legē non accipitis. Nos

Gene.22.

2.Ret.22

Gene. 22

Matt. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem dicimus, eundem esse Euangelii misericordissimum largitorem, qui extitit etiam legis terribilis lator. Lege.n. terruit, Euangelio conuersos sanauit, quos ut conuerteret lege terruerat Imperator dedit legem, & multa commissa sunt contra legē. Lex quam dedit imperator, non nouerat nisi punire peccantes. Restabat ergo ut ad soluenda delicta eorum ipse cum indulgentia veniret qui legem præmiserat. Sed qd

Gene. 22 dicit peruersum cor, quia dicit se accipere. Euangelium, legem vero respuere? Quare respuit? Quia scriptū est, inquit, Tentauit deus Abrahā. Ego deū colā, qui tentat. Xp̄m cole, quē habes in Euangelio. Ipse reuocat te ad intelligendā legē. Sed qa nō transierunt ad xp̄m, in suo phantasmate remāserunt. Nō. n. colunt xp̄m qualis pdicatur ex Euangelio, sed qualē ipsi sibi finxerunt. Propterea super velamen stultitię suę naturalis addunt alterū velamen peruersæ opinionis. Et quādo per duplex velamen poterit videri quod lucet in Euangelio? Displicet tibi tentans deus, displiceat tibi tē

Ioan. 6. tans Christus. Sed cum placuerit tibi tentans Christus, placeat tibi tentans deus. Et Christus enim filius dei deus, & cum patre Christus vnus deus. Vbi igitur legimus tentantem Christum? Euangelium loquitur. Ait. n. Philippo, Habentes panes, date illis manducare. Et sequitur Euangelista, Hoc autem dicebat, tentans eum. Ipse. n. sciebat quid esset facturus, Refer nunc animum ad deum tentantem Abraham. Hoc. n. dicebat & deus, tentans Abraham, ipse. n. sciebat quid esset facturus. Agnoscitur tentator deus, agnoscitur tentator Christus, corrigatur tentator hærericus. Nō enim sic tentat hæreticus, quomodo tentat deus. Deus. n. tentat vt aperiat hominī,

Tentare dei. Hęreticus tentat, ut deum sibi claudat. Ergo nouerit charitas vestra tentationem dei non id agere, vt ipse aliquid cognoscat quod ante nescibat, sed vt illo tentāte, id est, interrogante, quod est in homine occultum prodatur. Non. n. sibi homo ita notus est ut creatori. Nec sic æger sibi notus est vt medico. Aegrotat homo, ipse patitur, me

Psal. 18 dicus non patitur, & ab illo qui non patitur expectat audire quod patitur. Ideo in Psalmo clamat homo, Ab occultis meis munda me domine, quia sunt in homine occulta ipsi homini in quo sunt & non procedunt, neque aperiuntur neq; inueniuntur, nisi in tentationibus. Si deus cessat tentare, magister cessat docere. Sed deus tentat ut doceat, diabolus tentat vt decipiat. Cui tñ nisi ille qui tētatur dederit locum,

Ephe. 4 inanis & irridēdus repellitur. Ideo Apostolus, Neq; detis, ait, locū diabolo, Dant aūt

Locū dare diabolo. locū hoies diabolo ex cōcupiscentiis suis. Non. n. vident diabolū hoies cum quo pugnant, sed facile habent remediū. Seipsos interius vincant, & de illo foris triūphant. Quare hoc diximus? Quia nescit se homo, nisi in tentatione discat se. Cū aūt didicerit se, non se negligat. Si. n. se negligat latentem, non se negligat notum sibi. Quid ergo dicimus fratres? Etsi sciebat se Abraham, nos non noueramus Abraham. Aut sibi aut certe nobis prodendus erat. Sibi, ut scirēt vnde gratias ageret. Nobis, vt sciremus uel quid a domino deprecaremur, uel quid in homine imitaremur. Quid ergo nos docet Abraham? Vt breuiter dicam, vt deo non præponamus q̄ dat deus: interim ad literam rerum gestarum antequam tractetur latebra sacramenti, id est, quid quid lateat in hoc mysterio, quo iussus est Abraham occidere vnicum filium. Ergo nec illud quod tibi pro magno prestat deus, præponas illi qui præstitit. Et cum voluerit tibi subtrahere, non tibi vilescat, quia gratis amandus est deus. Quod. n. dulcius a deo præmium, q̄ ipse deus? Ergo impleta Abraham deuotionis obedientia audit a deo, Nunc cognoui qm̄ tu times deum. Quod ita intelligitur, eo quod Abrahā fecerit deus vt sibi innotesceret, sicut quādo loquitur Propheta. Christianis loquor, vel proficientibus in schola dei, non sunt rudia nec noua quæ dico, sed vestræ sanctitati nobiscum vsitatissima & manifestissima. Quando propheta loquitur, quid dicitur? Dixit deus, Plane dicimus. Dicimus etiam, Dixit Propheta. Et vtrunque recte dicimus, & vtrunque in authoritate inuenimus. Et Apostoli sic intellexerunt prophetas ut dicerent, Dixit deus. Et alio loco, Dixit Esaias. Vtrunque verum est, qa vtrunque inuenimus in scripturis. Soluat mihi Christianus quęstionem quam modo proposui, & soluat sibi quod paulo ante proposui. Quomodo? Quia quod homo

Matt. 10. dicit de dono dei, deus dicit, secundum illud, Non enim vos estis qui loquimini, &cę.

1. Cor. 13. Et iterum, Ecce ego Paulus loquor vobis. Et iterum, Christus qui in me loquitur. Ergo istam regulam fratres transferte ad illud quod aliquando tortuosum videba-

tur, &

tur, & rectum erit. Illum ergo omnes intueamur, vt esurientes animas nostras ipse pascat, qui esuriuit propter nos, qui pauper factus est cum diues esset, ut ipsius pau- 2. Cor. 8.
pertate nos ditaremur. Opportune ad eum paulo ante cantauimus, Omnia a te expe Psal. 118.
ctant, vt des illis escam in tempore opportuno. Si omnia, omnes, Si omnes, & nos. Nō ergo si quid boni in sermone daturi sumus nos dabimus, sed ille a quo omnes accepimus, quia omnes ad deum expectamus. Tempus est, det, Sed faciamus quod dixit ut det, id est, expectemus ad eum. Ipsum corde intueamur, quia sicut oculi corporis & aures ad nos, ita oculi cordis & aures ad illum. Patenti aure cordis audite sacramē tum magnum. Omnia quidem sacramenta diuinarum scripturarum utique magna atque diuina sunt. Sunt tamen insigniora, magisq̄ prę cipua, quæ maxime intentos nos desiderant, & quæ prę cæteris lapsos ædificant, satiant esurientes, qui non ita satientur vt fastidiant, sed non sit satietas fastidio, pellens inopiam, non assumens contemptum. Quem non moueat iussus immolari vnicus filius ei a quo promissus est. Et maxime res ita gesta, vt audiuimus, intentos animos facit ad quærendum exponi sacramentum. Ante omnia tamen fratres hoc in nomine domini & admonemus quā tum possumus, & præcipimus, ut quando auditis exponi sacramentū scripturæ narrantis quę gesta sunt, prius illud quod lectum est credatis sic gestum qūo lectū est, ne subtracto fundamento rei gestę quasi in aere quæratis ædificare. Abraham pater Gen. 15. &
noster homo erat illis temporibus fidelis, credens deo, iustificatus ex fide, sicut scri- Galat. 3.
ptura dicit & vetus & noua. Suscepit filium de Sara vxore, iam in senectute vtrisq; Gene. 21
constitutis, ex magna desperatione, sed secundum hominem. Quid autē de deo desperandum, cui difficile nihil est? Qui sic facit magna, quomodo parua: Sic suscitat mortuos, quomodo creat viuos. Si pictor eadem arte facit murem qua elephantem, diuersa opera, sed ars vna: quantomagis deus, qui dixit, & facta sunt, mādauit, & creata sunt? Quid difficile facit qui verbo facit? Qua facilitate creauit angelos vltra cœ- Psal. 148.
los, ea facilitate luminaria in cœlis, ea facilitate pisces in mari, ea facilitate arbores & animalia in terra, ea facilitate magna qua parua. Cui ergo cuncta facilimum fuit facere de nihilo, mirandum est quia dedit semibus filium? Tales ergo illos viros vel illos homines habebat deus, & illo tempore tales fecerat præcones filio venturo, ut non solum in his quæ dicebant, sed etiam in his quæ faciebant, vel in his quæ accidebant Christus quæratur, Christus inueniatur. Quicquid scriptura dicit de Abraham, & factum est, & prophetia est, sicut Apostolus quodam loco dicit, Scriptum est Gala. 4
quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & alterum de libera. Quæ sunt in allegoria. Hæc ergo sunt duo testamenta. Iam prudenter dicimus, quia Isaac & natus est Abrahę, & aliquid significauit, sicut & immolare filium iussus obtēperat deo, Gene. 22
perducit ad locum, peruenit triduo, dimittit duos seruos suos cum iumento, pergit Gene. 22
ipse quo deus præceperat, leuat lignum in altare, leuat filium super lignum. Anteq̄ veniat filius ad locum sacrificii, portat lignum quo leuandus est. Deinde cum iam pene feriretur, sonat uox ut parcatur, & nō tamen sine sacrificio, & sine sanguine fuso receditur. Apparet aries in uepre inhærens cornibus immolatur, peragitur sacrificium. Peracto sacrificio, dicitur ad Abraham, Facio semen tuum sicut stellas cœli, Vbi supra.
& arenam maris, Et obtinebit semen tuum ciuitates aduersariorum, Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod exaudisti vocem meam. Vide ergo qm̄ factum est, & quando cōmemoratio fit facti ipsius, Quando dicit ille aries, Foderūt Psal. 22.
manus meas & pedes meos, & cætera. Quando peractum est illud in Psalmo sacrificium, tunc in ipso psalmo dictum est, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentiū, Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Si commemorabuntur pictum est, prę signatum est aliquando quod fieri iam videmus. Videamus ergo qūo impletum sit, & unde impletum, quo præcedente sacrificio impletum quod dictū est Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Fœlices omnes gētes, quę illud Gene. 22
non audierunt, & nunc legentes crediderunt, quod credidit ille qui audiuit, Credi- Iacobi. 2
dit. n. Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Quod credidit deo, intus in corde, in sola fide est. Quōd autem immolandum duxit filium, q̄ intrepidus dexteram armauit, q̄ iam feriret nisi voce teneretur, magna fi-

des est vtiq;,& magnum opus,& ipsum opus laudauit deus vt diceret,Qm exaudisti vocem meam. Quare ergo Apostolus Paulus ait, Arbitramur iustificari hominé per
Roma.3. Gala.5. fidem,sine operibus legis. Et alio loco dicit, Et fides quę per dilectionem operatur, Per quam adipisci credimus salutem ęternam,Amen.

Item eodem die alius sermo factus ad fratres in eremo, qui inter sermones ad eosdē habetur quadragesimus.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē, Erat dies festus Iudæorum,Et ascendit Iesus Hierosolymam &c. quæ habetur in expositione doctoris,Ibidem.

Sabbato post primam dominicam in quadragesima, De Abraham & immolatione
Gene. 22. Isaac. Sermo I.

Sermo.73. NOuum pręcepti genus est homini legem sceleris dare, & religiosum habere si impium voluerit perpetrare. Abraham si parricidium fecerit, iustus est, Si non fecerit,indeuotus est. Quid sit ergo q̄ nunquam deum nisi pietate placamus? Cupit sibi vota offerri,non crudeliter coli. Ecce inter pietatem patris & deuotionem dei,si lium est quidem scelus occidere,sed deum scelestius nō audire. In angusto posita est perfecta iustitia. Parricidium iuberis vt facias,tuis te manibus orbaturus. Quid hoc
Gene. 22. est? Imperat parricidium,qui prohibet homicidium Iubetur,inquit,filium victima re,solatium paternæ senectutis,& vnicum pignus posteritatis, Qui quanto serior, tanto dulcior,quanto solus aut vnicus, tanto charior & dilectus. In utroque senes, creandę prolis desperatio retinebat, utpote post tempus quod natura, fraudauerat, ætas in sene patre,sterilitas in anicula matre. Iam.n Sara actus suę vuluæ perdiderat,& senem patrē vis generandi lassauerat,quia fructum sterilis non habebat. Ecce subito frigens vulua materna non instinctu libidinis,sed fomite virtutis incaluit,re diuiuo succesit flore iuuentutis. Mœrentis iam artus corporis viruerunt marcida membra,& annosę ætatis tabe pallentia,puerilię rubore viruerunt,& insuccido tępore veterascens iam corpus,non tanq̄ cōcubitus,sed promissio vegetabat. Canis ia togatum caput albebat,& rugas suas vulua in vētre tendebat. Tumebat uterus gra uidæ,tremebat gressus in poplite Gestabat onustum vterum,quæ corpus iam nō re gebat incuruum. Nouissimis annis fœta & fessa mulier, quæ nō nouerat in iuuentu te cōcipere,discit in senectute lactare, Discite coniugati vacare effectum seminis, vbi non fuerit munus authoris,ipso dicente,Priusquam te formarē in vtero noui-
Hiere. 1 Gene.22. Accipe,inquit,filium tuum,& offer mihi illum in vnum de montibus quem demon strauero tibi. Senex pater & vnici mater,noui parentes, & veteres genitores,ad tam acerbum non mouentur imperium. Hilaris accingebatur,qui nec timorem facinoris formidauit,nec implere quod iussus est degener animus dubitauit. Spes illa futura tot gentium paterna manu iubetur occidi, Deuotus pater eo uoto susceperat parricidium,quo susceperat filium: nec refert vtrum impendat aut perdat, dum quoquo modo quod acceperat reddat. O domine piissime,quem scis patri dilectum, quid imperas victimandum? Nunc nuper senem sterilem fœcundasti,& tam cito quod dona ueras repetisti? Vbi est quod senibus p̄stitisti? Ergo iratus potes lędere,sicut ꝓpitius imperas orbitatem? Absit a nobis ista incredulitas. Deus pro nobis filium suum iussit,occidi,non nostros mactari. Ideo iubetur filium occidere, vt manifestetur mūdo qui iam notus fuerat deo. Nam qūo innocentis desiderat sanguinem,cui reum dam nat pro sanguine? Demonstrare cunctis hominibus deuotionem voluit,qui parricidium vt fieret imperauit. Paret ilico imperiis, præceptis obtēperat, pergit percussor paratus,immo filius cum patre ꝓficiscitur moriturus,atque vtinā tmmodo moriturus,non insup & patris gladio obiturus. Venerunt ergo ad locū quem dixerat deus, ambo pariter arā construunt sacerdotes, ligna aræ imponit,filiū alligauit,& extento gladio,angelus ne percutias puerū exclamauit,oculis respice,& vide arietem in uepre. Videte frēs Abrahā patientia fortē,deuotione constantē, non cū aliqua fera luctantem,sed cum natura pugnantē. Deuotio dicebat,percute, Pietas clamabat, parce. Illa reuocabat,ista ꝓuocabat. Filius tūc moriturus iacebat,erigit dexterā ferituꝝ, & locum quo libens percutiebat aucupat. Parce,inquit, Abrahā. Qui iusserat ut se-

ret,modo vociferatur vt parceret. Sciebat.n ꝓbatum patrem,& in deuotione feruentem gladium temperare,& filium nō perimere,sed nec cremare: Parce,inquit,deuote pater,parricida sine crimine parce. Tuum sacrificium quod paraueras intendi,ego quod iusseram vt obtulisses accepi. In voto probaui,quod in facto renui. Acceptaui votum,nec repuli sacrificium. Laudo fidem,nec reprobo pietatem,nec tibi patior inferri orbitatem. Perfecta sunt omnia,& salua sunt vniuersa. Vincitur innocens hostia,ne offerentis deuotio putaret se minus aliquid exhibere, si impatientia doloris victima calcitraret. Ecce spiritali p̄sagio meum puenisti consilium. Quod enim para ui pro toto mundo,tu iam deliberasti in filio tuo. Quod in vnigenito meo disposui, tu in tuo vnico p̄fecisti, Vnde benedicentur in te omnes gentes,Amen.

Item eodē die alius sermo,qui habetur inter sermones de verbis Apostoli. XXVII.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secūdum Matthęū, Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum &c. quę habetur de quæstionibus Euangeliorum lib. primo,capite decimo octauo.

Dominica secunda in quadragesima,de eo quod scriptum est in Euangelio secundū Matthæum, Egressus Iesus de Genezareth secesit in partes Tyri & Sydonis &c.

Sermo I.

Sermo.74. CHananęa ista mulier, quæ heri nobis lectione Euangelica commendata est, prębet nobis humilitatis exemplū,& pietatis viam,ab humilitate in alta surgere ostendit. Erat autem,sicuti paret, non de populo Israel vnde patriarchę, vnde ꝓphetæ,vnde parentes domini nostri Iesu Christi secundum carnem,vnde ipa virgo Maria quę peperit Christum. Non ergo ex isto populo erat hæc mulier, sed
Matt. 15 erat ex gentibus. Nam sicut audiuimus,secesit dominus in partes Tyri & Sidonis,& inde mulier Chananæa de finibus illis egressa est. Patebat beneficium instantissime, curandę filiæ suę,quę male a dæmonio vexabatur. Tyrus & Sidon non erant ciuitates populi Israel,sed gentium,quāuis vicinę illi populo. Clamabat ergo auida impetrandi beneficii fortiterq; pulsabat: & dissimulabatur ab eo, non vt misericordia negaretur,sed vt desiderium accenderetur: nec solum vt desiderium accenderetur, sed sicut ante dixi,vt humilitas commendaretur. Clamabat ergo domino non audiente, sed quod facturus erat in silentio disponēte. Discipuli rogauerunt ꝓ illa dominū, & dixerunt, Dimitte illā,quia clamat post nos. Et ille,Non sum missus,nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Hic verborum istorum oritur quęstio,vnde nos ad ouile xp̄i de gentibus venimus, si non est missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel? Quid sibi vult huius secreti tam alta dispensatio, vt cum dominus sciret quare venerit,vtique vt ecclesiā haberet in omnibus gentibus,non se missum dixerit nisi ad oues quæ perierunt domus Israel? Intelligimus ergo præsentiam corporis sui,natiui tatem suam, exhibitionē miraculorum, virtutemq; resurrectionis in illo populo eū ostendere debuisse,ita fuisse dispositum, sic ab initio commendatum, hoc prædictū, hoc ipletū, quia xp̄s Iesus ad gentē Iudęorū venire debuit videndus,occidendus,& lucrandus eos inde quos ante præsciuit. Nō.n.dānata,illa ples ē vētilata. Ibi erat paleæ multitudo,ibi granorum occulta dignitas. Ibi quod quod incenderetur,ibi vnde horreum repleretur. Nam vnde Apostoli nisi inde? Vnde Petrus? Vnde cæteri? Vnde ipse Paulus,primo Saulus? Hoc est, primo superbus,postea humilis. Nā quando Sau-
1.Re.c.18. lus,a Saule nomen deriuatum erat. Saul autem rex superbus, in regno autem Dauid humilem persequebatur. Quando ergo Saulus,qui postea Paulus, tūc vtique superbus,tunc persecutor innocentum,tunc vastator ecclesiæ. Acceperat enim literas,ve
Acto.9. lut zelo synagogę ardens & insequens Christianum nomen,a sacerdotibus,vt exhiberet quoscunque inuenisset Christianos ad luenda supplicia. Cum pergit,cū anhelat cędes,cū sitit sanguinē,cœlesti xp̄i voce,ꝓstratus est p̄secutor, rectus est p̄dicator. Impletur in illo qd̄ scriptū est in ꝓpheta,Ego âcutiā, & ego sanabo. Hoc.n percutit deus,qd̄ se in hoie extollit aduersus deū. No est impius medicus,q tumorē ferit,qui putredinē secat aut vrit. Dolorē ingerit,sed vt p̄ducat ad sanitatem. Modestus est,sed nisi eēt,vtilis nō esset. Prostrauit ergo xp̄s vna voce Saulū,erexit Paulū: hoc est, ꝓstrauit supbū,erexit humilē. Nā quæ fuit ratio mutandi sibi nominis,vt cum Saulus an-

tea vocaretur,postea se Paulum dici vellet, nisi quia Sauli nomen in se agnouit cum
persequeretur fuisse superbię? Elegit ergo humile nomen ut Paulus,hoc est,minim⁹ 1.Co
vocaretur.Paulum.n.min⁹mum est.Paulum, nihil aliud est q̄ minimum, uel paruū; 1.Cor.15.
De quo nomine iam glorians humilitatem q̄ cōmendans,Ego, inquit,sum minimus A
Apostolorum Vnde ergo vnde iste nisi ex populo Iudæorum? Inde illi Apostoli,in-
de Paulus,inde quos commendat idem Paulus,qui viderint⁹dominum post resurre-
1.Cor.15. ctionem. Dicit.n.eum visum ferme a quingentis fratribus simul,ex quibus plures
Acto.2. manent usque adhuc,quidam autem dormierunt. Ex illo autem populo etiam illi,
qui cum Petrus loqueretur commendans passionem,resurrectionem, diuinitatem
Christi, accepto spiritu sancto, quando illi omnes, in quos venit spiritus,sanctus,
linguis omnium gentium sunt locuti,cōpuncti spiritu,qui audiebant ex populo Iu
dæorum quæsierunt consilium salutis suę, intelligentes se reos sanguinis Christi:
quod eum ipsi crucifixerunt, ipsi occiderunt, in cuius nomine occisi a se viderent
tanta miracula fieri,viderent spiritus sancti præsentiam. Quærentes ergo consiliū,
responsum acceperunt, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisque vestrum in
nomine domini nostri Iesu Christi,& dimittentur vobis peccata vestra. Quis despe
raret sibi donanda peccata,quando crimen occisi Christi,reis donabatur? Conuersi
De conse. sunt ex ipso populo Iudæorum, Conuersi sunt,baptizati sunt, Ad mensam domini
d.1.Tunc accesserunt,& sanguinem quem sæuientes fuderunt,credentes biberunt, Quemad-
eis. modum autem sint conuersi q̄ plane atque perfecte indicant actus Apostolorum.
Acto.4 Nam omnia quæ possidebant uendiderunt,atque precia rerum suarū ad pedes Apo
stolorum posuerunt,Et distribuebatur unicuique sicut opus cuique erat. Et nemo
dicebat aliquid proprium,sed erant illis omnia communia. Et erat illis sicut scriptū
Mat.25 est,anima vna,& cor vnum in deum.Ecce oues de quibus dixit,Non sum missus ni
si ad oues quæ perierunt domus Israel.Illis.n. exhibuit præsentiam suam,pro illis in
Lucę.23. se sæuientibus crucifixus orabat dicens, Pater ignosce illis,quia nesciunt quid fa-
ciunt.Intelligebat medicus phreneticos mente perdita medicum occidentes,& occi
dendo medicum nescientes sibi medicamentum facientes, De domino.n occiso oēs
nos curati sumus,illius sanguine redempti, pane illius corporis a fame liberati. Hāc
prę̄sentiam Christus Iudæis exhibuit, Hoc ergo ait, Non sum missus nisi ad oues q̄
perierunt domus Israel,vt illis prę̄sentiam sui corporis exhiberet,non vt oues quas
habebat in gentibus contemneret & præteriret. Ad gentes.n.ipse nō venit,sed disci-
Psal.17. pulos misit. Et illic impletum est quod propheta dixit, Populus quem non cognoui
seruiuit mihi. Videte q̄ alta,quā euidens, quam expressa prophetia, Populus quem
non cognoui,id est cui præsentiam meam non exhibui,seruiuit mihi. Quomodo? In
auditu auris obaudiuit mihi. Hoc est,non videndo,sed audiendo crediderunt. Ideo
gentium maior laus. Illi.n. viderunt & ociderunt, gentes audierunt & crediderunt.
Ad gentes autem vocandas & congregandas,vt impleretur quod modo cātauimus,
Psal.105 Congrega nos de gentibus,ut confiteamur nomini tuo, & gloriemur in laude tua.
Ille Paulus Apostolus missus est minimus, ille factus magnus non per se, sed per eū
Acto.9. quem persequebatur.Missus est ad gentes,ex latrone pastor,ex lupo ouis. Missus est
1.Cor.15. ad gentes ille Apostolus minimus,& multum laborauit in gentibus,& per eum gen-
Lucę.8. tes crediderunt, Testes sunt eius epistolę.Habes hoc in Euangelio sacratissime figu
ratum. Filia archisynagogi quędam defuncta erat,pater eius rogabat dominum vt
iret ad eam,ęgram reliquerat,& in periculo constitutam. Ibat dominus ad visitandā
& sanandam ægram,interea mortua nunciata est,& dictum est patri puellæ.Mortua
est,noli vexare magistrum. Dominus autem qui sciebat se posse mortuos suscitare,
non abstulit spem desperato,& ait patri,Noli timere,tantū crede Pergebat ad puel-
lam,atque in itinere inter turbas quo potuit coarctauit se quædam mulier,quę fluxū
sanguinis patiebatur,& diuturno illo languore in medicos frustra omnia quę ha
bebat impenderat. Vbi fimbriā vestimenti eius tetigit,sanata est. Et dominus, Quis
me tetigit? Admirantes discipuli qui nesciebant quid esset factum, & videbant eum
a turbis comprimi,& de vna quæ leuiter tetigerat fuisse solicitum,respondērūt, Tur
ba te premit,& dicis,quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis. Nam isti premunt,il
la tetigit. Corpus ergo Christi multi molestę premunt, pauci salubriter tangunt.

Tetigit

Tetigit me,inquit,aliquis.Ego enim sensi de me virtutem exiisse. At vbi vidit illa nō
se latuisse,prouoluta est ante pedes eius, & confessa est quid esset factum. Post hæc
perrexit peruenit⁹q̄ quo tendebat, & puellam filiam archisynagogi inuentam mor-
tuam suscitauit. Factum quidem est,& ita vt narratur impletum, sed tamen etiā ipsa
quę a domino facta sunt aliquid significantia erant,quasi verba si dici potest visibi-
lia & aliquid significantia. Quod maxime apparet in eo quod præter tempus poma
quęsiuit in arbore,& quia non inuenit arbori maledicens aridam fecit. Hoc factum Mar.11.
nisi figuratum accipiatur stultum inuenitur: primo quæsisse poma in illa arbore,qn̄
tempus non erat vt essent in ulla arbore: deinde si pomorum iam tempus esset,nō ha
bere poma quæ culpa arboris esset? Sed quia significabat,quęrere se nō solū folia sed
etiam fructum, id est,non solum verba, sed & facta hominum,arefaciendo vbi sola
folia inuenit,significauit eorum pœnam qui loqui bona possunt, facere bona nolūt.
Sic ergo & hic. Nam vtiq; mysteriū est,p̄scius omnium dicit. Quis me tetigit: fit im-
perito similis creator,& interrogat non solum qui hoc sciebat, sed etiam qui cætera
præsciebat. Aliquid est vtiq; quod nobis significante mysterio loquitur Christus. Fi
lia illa archisynagogi significabat populum Iudæorum mortuorum, ꝓpter quem ve
nerat Christus qui dixit,Non sum missus nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Il
la vero mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, ecclesiam figurat ex gentibus, ad
quam Christus per præsentiam corporis nō erat missus. Ad illam ibat,illius salutem
intendebat: hæc intercurrit,tangit fimbriam quasi nescientis, id est,sanatur tanquā
absente. Dicit ille,Quis me tetigit? quasi diceret, Non noui hunc populum. Populus Psal.17.
quem non cognoui seruiuit mihi. Tetigit me aliquis Ego n sensi virtutē de me exis- Luc.8.
se: id est,Euangeliū missum totum orbē impleuisse. Tāgitur aūt fimbria exigua pars
vestimenti & extrema Fac vestem Christi Paulum Quasi fimbria ibi Apostolus Pau
lus erat,hoc est,extremus & minimus. Nam vtrunq; de se dicit, Ego sum minimus 1.Cor.15.
Apostolorum Nam post omnes vocatus est,post omnes credidit,plus omnibus sana-
uit. Nō erat missus dominus,nisi ad oues quæ perierant domus Israel. Sed quia & po Matt.15.
pulus quē non cognouerat seruiturus erat,in obauditu auris obauditurus erat. Nec Psal.17
de illo tacuit tibi constitutus. Ait n. quodā loco idē dominus, Habeo alias oues quæ Ioan.10.
non sunt de hoc ouili,oportet me & has adducere,vt fit vnus grex & vnus pastor. In
de mulier ista erat,ideo non cōtennebatur,sed differebatur, Non sum,inquit,missus Mr.15
nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Et illa clamando instabat, perseuerabat,
pulsabat,tanquā iam audisset, Pete & accipe,quęre & inuenies,pulsa & aperietur tibi. Mat.7
Instituit,pulsauit. Nam & dominus quando dixit hæc verba, Petite & accipietis,quęri
te & inuenietis,pulsate & aperietur vobis: supra dixerat, Nolite sanctū dare canibus,
nec proiecerit is margaritas vestras ante porcos,ne forte conculcent eas pedibus suis,
& canes conuersi diripiant vos: id est,post contēptū margaritarum vestrarum etiam
molesti sint vobis. Nolite ergo illis proiicere q̄ cōtēnunt. Et vnde discernimus,tanq̄
responderent,qui sint porci,qui sint canes,hoc in ista muliere demonstratū est. Nam Mat.15.
illi mulieri instanti respondit hoc, Non est bonum tollere panē filiorū & mittere ca-
nibus. Canis es,vna es ex gentibus,idola adoras. Quid aūt tam familiare canibus q̄
lapides lingere? Non est ergo bonū panē filiorū tollere & mittere canibus. Illa si rece-
deret post hęc verba canis abscesserat: sed pulsando, homo factus est ex cane, Institit
enim petendo,& ex ipso veluti conuitio humilitatem ostendit,miser cordiam impe
trauit. Neq; n. commota est aut succensuit q̄ canis appellata fuerit,petens beneficiū,
rogans misericordiā: sed ait,Ita domine: dixisti me canem,plane canis sum,agnosco
nomen meum: & veritas loquitur,sed non ideo a beneficio repellēda sum. Prorsus ca-
nis,sed & canes,edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorū suorum. Modicum
quoddam & exiguum beneficium desidero,nō inuado,sed micas quæro. Videte quē-
admodū humilitas commendata est. Canem illam dominus dixerat. Non dixit,non
sum: sed dixit,sum,Et dominus continuo quia se agnouit canem, O mulier,magna
est fides tua,fiat tibi sicut petisti. Tu te agnouisti canem,ego te iam agnosco hoiem.
O mulier magna est fides tua,petisti,quęsisti,pulsasti: accipe,inuenisti,aperiatur tibi.
Videte fratres quemadmodum in hac muliere quæ Chananęa erat,id est,quæ de gen
tibus veniebat,& typum hoc est,figuram ecclesiæ gerebat, maxime humilitas com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendata est. Etenim gens Iudæa vt ab Euangelio repelleretur superbia inflata est q̃
legem accipere meruisset, q̃ de ipsa gente patriarchæ processerint, prophetæ extite-
Psal.77. rint, Moyses dei seruus miracula magna, quæ audiuimus in psalmo, in Aegyto fece-
rit, per mare rubrum aquis recedentibus populum duxerit, legem acceperit quã ipsi
populo dederit. Erat vnde extolleretur gens Iudæa, & per ipsam superbiam factum
est vt Christo nollet humiliari author humilitatis, repressori tumoris, medico deo,
qui propter hoc cum deus esset homo factus est, vt se homo hominem cognosceret.
Magna medicina. Hæc medicina si superbiam non curat, quid eam curet nescio. Deus
est, & fit homo. Seponit diuinitatem, id est, quodammodo sequestrat, hoc est, occultat
quod suum erat, quod apparet acceperat. Fit ille homo cum sit deus, & non se agno-
scit homo hominem, id est, non se mortalem agnoscit, non se agnoscit fragilẽ, non se
agnoscit ægrotum vt quærat vel ægrotus medicum, sed quod est periculosius, sanus
sibi videtur. Ergo propter hoc ille populus non accessit, id est, propter superbiã, & di
Rom.11 cti sunt ex arbore oleæ, hoc est, de illo populo a patriarchis creato, fracti rami natura
les, id est, Iudæi merito steriles spiritu superbiæ, & in illa olea insertus est oleaster,
Oleaster populus ex gentibus. Sic dicit Apostolus, q̃ oleaster insertus sit in olea, ra-
mi aũt naturales fracti sint. Illi fracti pp superbiam, insertus oleaster, ppter humilita
tem. Hanc humilitatem ostendit mulier dicens, Ita domine, Canis sum, micas deside
Mar.8. ro. In hac humilitate etiam centurio ille placuit, qui cum desideraret puerum suum
a domino curari, & dominus diceret, Ego veniam & curabo eum, Respondit ille, Dñe,
non sum dignus vt sub tectum meũ intres, sed tm̃ dic verbo, & sanabitur puer meus.
Non sum dignus qui sub tectum meũ intres. Tecto non recipiebat, corde recipiebat.
Quanto humilior, tanto capacior, tanto plenior. Colles. n. aquam repellunt, valles
implebuntur. Quid deinde, quid ad hoc dominus postea q̃ dixit, Non sum dignus q̃
sub tectũ meum intres, ad eos qui sequebantur? Amen dico vobis, non inueni tãtam
fidem in Israel, id est, in illo populo ad quem veni, non inueni tantam fidem. Tantã
quid est? Tam magnam. Vnde magnam? De minimo, id est, de humilitate grandẽ. Nõ
inueni tantam fidem similem grano sinapis, quanto minutiori tanto feruentiori. In-
serebat ergo dominus oleastrum in oliua, Tunc hoc faciebat quando dicebat, Amen
dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. Denique vide quod quod sequitur,
Ideo dico vobis, quia non inueni tantam fidem in Israel, id est, tãtam cum fide humi
litatem, Ideo dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient, & recũbẽt cum
Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Recũbent, inquit, requiescent. Non nos
debemus illic carnales epulas cogitare, aut aliquid tale in illo concupiscere, vt nõ vi
Regnum cœlorũ de sideratur dupliciter. tia mutemus virtutibus, sed vitia subdamus. Aliud est n. desiderare regnũ cœlorum
pp sapientiam & vitam ẽternam, aliud, ppter fœlicitatẽ terrenã, quasi illic habeamus
eã opulentiorẽ atq; maiorẽ. Si diuitẽ te i illo regno futurũ putas, cupiditatẽ nõ ampu
tas, sed mutas, & tn̄ diues eris, & nõ uisi illi diues eris. Nã hic idigẽtia tua colligit plu
rima. Quare multũ habent diuites? Quia multũ indigt. Maior indigẽntia quasi ma
iores comparat facultates: illic ipsa indigentia morietur. Tunc vere diues eris, quan
do nullius indigens eris. Non tu diues, & angelus pauper, qui non habet iumenta &
rhædas & familias. Quare? Quia non indiget, quia quanto fortior, tanto minus indi-
gus. Ergo ibi diuitiæ & verę diuitię. Epulas terræ huius non ibi cogites. Epulæ enim
terrę huius medicamenta quotidiana sunt, ægritudini cuidam nostrę cum qua na-
scimur necessaria sunt. Aegritudinem istam sentit quisq; cum hora reficiendi transi
rit. Vis uidere quanta ægritudo sit ista, vt tanquam acuta febris septẽ diebus neces
Ne te sanum putes. Sanitas immortalitas erit, nam hæc lõga ęgritudo est, quia quoti
dianis medicamentis fulcis morbũ tuũ. Sanis tibi esse videris? Detrahe medicamẽ,
& vide quid potes. Nam ex quo nascimur necesse est vt moriamur. Morbus hic necẽ
se est vt ad mortẽ perducat. Certe medici quando ægros inspiciunt, hoc dicunt, Ve-
bi gratia, hydropicus est iste, moritur. Hic morbus non potest curari. Elephantiosus
est est, nec morbus iste curari potest. Phthisicus est, quis hoc curat? Necesse est vt p
reat, necesse est vt moriatur. Ecce iam dixit medicus phthisicus est, non potest
moriatur, & tamen aliquando & hydropicus non inde moritur, & elephantiosus
inde moritur, & phthisicus non inde moritur, & tamen necesse est vt quisquis na

fuerit inde moriatur. Moritur inde, non potest aliter. Hoc & medicus & imperitus
pronunciat, sed & si tardius moritur, nisi quid ideo non moritur? Quando ergo ve-
ra sanitas, nisi quando vera immortalitas? Si ergo vera immortalitas, nulla corru-
ptio, nulla defectio, quid illic alimentis opus erit? Ergo cum audis, Recumbent cum
Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum, id est, inseruntur in oliua. Huius enim
oliuæ radices sunt, Abraham, Isaac & Iacob: filij autem regni, hoc est Iudæi incre-
duli, ibunt in tenebras exteriores. Præcidentur rami naturales, vt inseratur oleaster: Roma.11.
Sed vnde rami naturales præcidi meruerunt, nisi superbia? vnde oleaster inseri, nisi
humilitate? Vnde & ista mulier dixit, Ita domine, nam & canes edunt de micis quę ca-
dunt de mensa dominorum suorum: Et inde audit, O mulier, magna est fides tua. Mat.15.
Sic & ille centurio, Non sum dignus vt sub tectum meum intres, Amen dico vobis, Mat.8
non inueni tantam fidem in Israel. Discamus vt teneamus humilitatem si nondũ
habemus, discamus: si habemus, non amittamus: si nondum habemus, habeamus vt
inseramur: si tam habemus, teneamus ne prȩcidamur.

Item de eodem alia Homilia, quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum libro primo, cap. XVIII.

Feria secunda post secundam dominicam in quadragesima de puero Abraham qui missus est ad Rebeccam: Sermo I.

PAuloante cum diuina lectio legeretur, audiuimus, q̃ beatus Abraham vocauerit
puerum suum & dixerit ei, Pone manum tuam sub femur meum, vt adiurem te Ser.75
per deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus regionis huius: Gene.14.
& q̃ ille obediens posuerit manum sub femore, & iurauerit ei. Hæc enim omnia, fra-
tres, quæ in testamento veteri recitantur, si tantum secundum literam voluerimus
accipere, aut partum, aut nullum lucrum animæ consequemur. Quid enim nobis
prodest qui ad ecclesiam ad audiendum dei verbum fideliter conuenimus, si nobis
dicatur quòd Abraham miserit puerum suum, vt de regione longinqua adduceret
vxorem filio suo, cum & in istis regionibus hoc frequenter videamus fieri? Nos vero
fratres, sequentes beatum Apostolum Paulum, credamus quia omnia quæ scripta 1.Cor.10.
sunt, Iudeis in figura contingebant, nobis autem in veritate completa sunt. Dixit er-
go Abraham ad puerum suum, Mitte manum tuam sub femur meũ, & iura per deũ
cœli & terræ. Quid est hoc fratres? Sic dixit beatus Abraham, Mitte manum tuã sub
femur meum: tanquam diceret, mitte manum tuam ad altare: aut diceret, mitte ma-
num tuam ad arcam testamenti: aut, extende manum ad templum dei, & iura mihi.
Femur tangebat, & per deum cœli & terræ iurabat. Non enim errabat beatus Abra-
ham, quando hoc fieri imperabat, sed quia prophetiæ spiritu repletus nouerat de se-
mine suo Christum cœli & terræ dominum nasciturum. Id eo quando seruus suus
femur illius contingebat, non per carnale membrum, sed per deum viuum & verum Mat.1
iuramenta præstabat, quia Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit
Iudã, de cuius semine Christus dominus natus est. Et stetit iuxta fonteu, & dixit in
corde suo, Domine deus, domini mei, si feciſti misericordiam cũ dño meo, ecce sto ad Gene.24
puteum, & puella quæ venerit haurire aquam, si ei dixero, da mihi bibere, & illa re-
sponderit mihi, & tu bibe, & camelis tuis hauriã aquã: ipsa est quã præparasti domi-
no meo Isaac. Necdũ puer in corde suo verba compleuerat, & ecce apparuit Recca, ha
bens hydriã in scapula. Et dixit ad eã puer, Da mihi bibere. At illa cito deposuit hy-
driã & dixit, Et tu bibe domine, & camelis tuis hauriã aquã. Et cum interrogasset cu-
ius esset filia, respondit ei, q̃ filia esset Batuelis, & sõror Labã. Et incuruauit se homo,
& adorauit deum, eo q̃ agnouerat quòd ipsi essent parentes domini sui Abrahæ, &
protulit inaures ad ornandam faciem suam, & armillas posuit in manibus eius. At il-
la vadens nunciauit parentibus suis, qui exeuntes benedixerunt deum, & cum gau-
dio & honore susceperunt puerum Abrahæ. At ille locutus est ad eos de Rebecca, vt
eam darent domino suo Isaac. Illi autem dixerunt, Clamemus puellã, & quæra-
mus illius voluntatem. Cum q̃ vocata esset, dixerunt ad eam, Vis ire cum homi-
ne isto? At illa respondens dixit, Vadã. Nunc fratres charissimi, quantum possumus,

breuiter quid ista significent videamus, Beatus Abraham, ꝙ puerum dirigebat vt ac
ciperet vxorem filio suo, typum habebat dei patris, sicut quando eum in holocausto
obtulit, dei patris imaginem figurabat, puer autem eius verbum propheticum desi-
gnabat. Misit ergo Abraham puerum suum in regionem longinquam, vt inde acci-
peret vxorem filio suo, quia miserat deus pater propheticum verbum p uniuersam
terram, vt quæreret ecclesiam catholicam, sponsam vnigenito suo. Et quomodo per
puerum Abrahæ beato Isaac sponsa adducitur, ita per verbum propheticum ecclesia
gentium ad verum sponsum Christum de longinquis regionibus inuitatur. Vbi ta-
men inuenitur sponsa illa, quę Christo socianda erat? Vbi nisi ad aquam? Verum est
charissimi, nisi ecclesia ad aquam baptismi veniisset, Christo sociata non esset. Rebec
ca ergo, Abrahæ puerum inuenit ad puteum, & ecclesia inuenit Christum ad bapti-
smi sacramentum. Quid tamen post hæc factum est? Protulit puer inaures aureas &
dextralia aurea, & dedit ea Rebeccæ. In illis inauribus aureis significabantur ver-
ba diuina, in illis armillis aureis opera sancta, quia in manibus opera designantur.
Videamus quomodo hæc dederit Christꝰ ecclesię. Puer ergo obtulit inaures aureas
ad ornandam faciem Rebeccę, & Christus verba diuina margaritis omnibus pretio-
siora dedit ecclesię, & armillas posuit in manibus Rebeccę, & xps dedit opera sancta
in manus ecclesię. Cōsiderate fratres charissimi, & gaudete, & deo gratias agite, quia
quod in illis figuratum est, in nobis Christo donante impletum est. Et quomodo Re
becca nec inaures habere potuit, nec armillas in manibus, nisi Isaac per seruum suū
transmitteret, ita & ecclesia nec verba diuina in auribus, nec opera sancta habere po
tuisset in manibus, nisi hæc illi xps per suam gratiam & per suos apostolos contuliſ-
set. Quod autem interrogata puella a parentibus, vtrum vellet ire cum puero, respō
dit, Vado. Aperte hoc in ecclesia videmus impleri: ibi interrogatur voluntas Rebec
cæ, hic requiritur voluntas ecclesiæ. Rebeccæ dicitur, Vis ire cum homine isto? Et
respondet, vado. Ecclesiæ dicitur, Credis in xpm? & respondet, Credo. Rebecca non
duceretur ad Isaac, nisi diceret volo: nec ecclesia xpo iungeretur, nisi diceret credo.
Accepit ergo puer Rebeccam & exhibuit Isaac. Videamus tamē vbi eum inuenerit,
inuenit eū ad puteū iuramēti. Videte fratres puer Isaac Rebeccam ad puteum inue
nit, & iterum ipsum Isaac Rebecca ad puteum inuenit. Verum est: nec xps ecclesiā,
nec ecclesia Christum inuenit, nisi ad baptismi sacramentum. Exierat ergo, sicut di-
cit scriptura, beatus Isaac ad vesperum in agrum ad meditandum. Ager ille mundi
figuram habebat. Exierat Isaac in agrum quia Christus venturus erat in mundum.
Isaac ad vesperum diei, Christus in fine mundi: Isaac ergo ad meditandum in agrū
processit, quia Christus in mundum pupnaturus contra diabolum venit, vt eum
vinceret iuste, dum ab eo occideretur iniuste: vt moriendo mortem destrueret, & re
surgendo vitam credentibus condonaret. Et quomodo Isaac corporaliter Rebecca, ꝑ
sic Christo spiritaliter iungeretur ecclesia accipiēs in presenti pretiosam arram san
guinem sponsi sui, acceptura dotem postmodum regni sui. Quam rem beatus Pe-
1.Petr.1. trus Apostolus euidenter annunciat dicens, Nō enim inquit, redempti estis auro &
argento, sed pretioso sanguine tanquam agni immaculati. Accepit ergo Isaac Rebec
cam & intromisit eam in tabernaculum matris suæ: accepit Christus ecclesiam, & eā
in loco constituit synagogæ. Per infidelitatem n. synagoga a deo separata & mortua
est, & per fidē ecclesia Christo coniuncta & viuificata est. Accepit ergo Isaac Rebec-
cam, & intantum dilexit, vt dolorem qui ex morte matris acciderat temperaret. Mors
enim Saræ infidelitatem significat synagogæ. Moritur ergo Sara, & in loco eius Re-
becca ducitur, synagoga repudiatur vt introducatur ecclesia. Accepit ego Isaac Re-
beccam, & intantum dilexit, ut tristitiam quæ de matris morte acciderat, tempera-
ret: accepit Christus ecclesiam, & in tantum dilexit, vt dolorem qui de perditio-
ne matris synagogæ acciderat, amore ecclesiæ mitigaret. Nam sicut infidelitas
synagogæ Christo tristitiam fecit, ita illi fides ecclesiæ lætitiam generauit. Et
quomodo per malitiam synagogę vnam gentem Iudæorum, nec ipsam tamen
totam perdidit: ita totum mundum per fidem ecclesiæ Christus dominus ac-
quisiuit. Et quia de nobis, fratres charissimi, sponsam sibi spiritalem Christus do-
minus præparauit, quam etiā sicut dixi, sanguine pretioso redemit: ita ipso adiuua-
te, vnuſ-

te, vnusquisque beneficia in se munere diuino collata, non solum custodiat, sed etiā
augere contendat, vt nihil in eum aut per luxuriam sordidum, aut per superbiam tu
midum, aut per iracundiam cōbustum, aut per auaritiam obscurum, aut per inuidiā
vipereo veneno percussum appareat, quia iustum est vt sponsus ille speciosus forma Psal. 44.
præ filiis hominum, nihil in nobis de supradictis peccatis inueniat; quod oculos suæ
maiestatis offendat, cui est honor & imperiū cū patre & spūsctō in secula secu. Amē.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptū est in Euāgelio secundū Ioannem, Ego Ioan. 8.
vado & quæretis me, &c. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria tertia post secundam dominicam in quadragesima, De eleemosynis faciendis, Sermo I.

SI homo priscam sui originem noscat, aut dignitatem in se cumulatam intelligat, Sermo. 76.
aut iudicium destinatum solicito timore perpendat, inueniet quid primo proto
plastus amiserit, quid postmodum Christi misericordia contulerit, quid futuro iudi
cio destinauit, vt hæc primo solicita cura pertractans primordia recēseat, præsentia
teneat, futura solicitu timore pertimescat. Claude, inquit, sapientia eleemosynam
in sinu pauperis, & ipsa pro te orabit. Facile.n. curatur vulneribus peccatorum, qui Eccli. 29.
necessitatem curauerit pauperum: & misericordiam accipiet, qui proximo pietatis
non denegat officia. Denique cui dare precipitur, gaudeat ꝙ non ea sorte natus sit
vt indigeat. Sufficit ad gloriam dantis, ꝙ alterius miseria in paupere locuples donan
do exiſtat, ꝙ misericordia fœnerat deum, ꝙ pascat in paupere Christum, ꝙ per alte-
rius inopiam peccatorum accipiat indulgentiam. Obiurgantis domini vox est, Si in
alieno mammona fideles non fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Talem. n. se Lucæ. 16
exhibere quis pauperi debet, qualem sibi alium exhibere vellet si paup ipse fuisset.
Cæterum dispendium magnum est, si deum de dei dono promereri nolueris,
aut cum tibi dominus ad hoc dederit vt dispenses, eius delegata non serues. Sem-
per enim sua dominus tibi dispensanda interim cōmendauit de re sua pauperibus
te dare præcepit. Cur dantis iussa contemnis? Cur pactum destituis? Cur dominum
iubentem dare non audis? Facile. n. poterit pecuniam acceptam amittere, qui quod Lucæ. 6
accepit, in lucrum noluerit erogare. Estote misericordes sicut & pater vester cœle-
stis misertus est vestri. Similitudinem patris, actus indicent sobolis. Similitudo ope-
ris, similitudinem indicet generis. Actus nomen confirmet, vt nomen genus demon
stret. Quod contulit pater, filius seruet, vt & filio pater prouisſa præmia repræsentet.
Patrimonium quod habes, si operaris, tuum est: si cessas, alienum est. Pecunia quæ
seruatur, casibus seruit: quæ in misericordia reseruatur, præmium futurū acquirit.
Quid vereris Christo committere, quod a latronibus vix poteris reseruare? Qui dat,
inquit, pauperi non egebit. Diuidis patrimonium tuum hæredi, & Christus est indi- Prou. 22.
gnus de tuo aliquid tecum tollere, aliqua tecum in futura secula deportare? Quid
hæredi seruas, quo si vtatur ignoras? Quid substantiam cumulas, quam fortasis in
grato relinquis? Forsitan illi præstabis, quicquid misericordiæ causa de eius portio-
ne detraxeris. Quare fac primo quod iubetur, vt possis accipere quod promittitur.
Nō pōt vsuras accipere, q dñm noluerit fenerare. Qui dat, inqt, pauperibus deū sene
rat. Nec n. pōt diuina promissa percipere, qui præcepta cœlestia noluerit obseruare.

Item eodem die alius sermo de eodem, qui habetur in libro Quinquaginta homilia-
rum, XVIII. & XLVII.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthęū,
Locutus est Iesus ad turbas & ad discipulos suos dicēs, Super cathedrā Moysi, &c.
quę inserta est in sermone De verbis domini, XLIX.

Feria quarta post secundam dominicam in quadragesima De causa ieiunii, loco ac
tempore. Sermo I.

SI bene retinet fraternitas vestra, prædicauimus ꝙ sanctam quadragesimam ab- Sermo. 77.
stinendo ipse dominus consecrauit, & tot dierum & noctium curriculo cibū om Hic ser. est
nimo non capiens, vnum ac solidum ieunii tempus effecerit. Totum non obserua- inter Am-
re, sacrilegium est: ex parte autem violare, peccatum est. Hoc n. fecit causa salutis no brosianos
stræ, vt rem vtilem non solum doceret verbis sed etiam exemplis instrueret, ut eisdē 37.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestigiis quibus ad fidem gradimur, ad abstinentiam gradiamur. Sed videamus quę causa exiterit vt ieunia sua saluator indiceret, & ipse primus bonus humani generis medicus ieunaret. Bonus. n medicus poculum quod ægro daturus est ipse prius
Matt. 4 gustat, vt peritiam artis suæ ante ipse in se demonstret, vt experimentum æger accipiens securus sit de poculo, securior de salute. Deinde quo loco hoc ipsum tepus ieiunii procurarit. Dicit n. Euangelista abstinuisse dominum quadraginta diebus & noctibus in deserto. Arbitror itaque causam hanc esse ieunii, ut quia primus Adam
Gene. 3 in paradiso constitutus per intemperantiam gulę gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum dei gustans de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc secundum mandatum domini ieiunans vitæ iustitiam mereretur. Hoc n. egit saluator vt eisdem vestigiis quibus admissa fuerant delicta purgentur, hoc est, quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo: vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam. n. Euam non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem mansit in illis temperata parcitas, mansit & impolluta virginitas: & quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tãdiu & a pudendis ieiunauerunt peccatis. Fames. n amica virginitatis est, inimica lasciuiæ, saturitas vero castitate prodit, nutrit illecebram. Igitur sicut dixi, hoc egit dominus, vt his præiudiciis quibus homo obnoxius peccatis fuerat liberaretur. Propterea nąq; per omnia secundum similitudinem Adæ nasci voluit, vt secundum similitudinem A Adæ omnia hominis peccata dissolueret Adam n de terra virgine natus est, & Christus de Maria virgine procreatus: illius maternum solum necd um rastris scissum fuerat, istius maternum secretum nunquam concupiscentia violatum. Adã dei manibus psalmatur de limo, Christus dei spiritu formatur in vtero, Ideo oritur deo patre, vterque virgine utitur matre, vterque sicut Euangelista dicit, filius dei est: sed Adam creatura est, dei filius Christus vera substantia. Hoc ergo agit dominus sicut Adam secundus, vt quod prior homo manducando perdiderat, hic alter ieiunando recipiat, ac legem in paradiso abstinentiæ datam in deserto custodiat. Sciebat. n. præceptum dei non vnius loci legem esse, sed mundi. Non. n interest diuinitatis mandatum, vtrum domi an in agro custodias, cum vbique sit qui præcepit. In deserto itaq; saluator implet mandatum dei, vt ibi Adam seruet errantem, vbi fuerat de paradisi
Pfal 62 possessione proiectus. Adam. n expulsus de paradiso, inculti mũdi deserta sustinuit. In deserto ergo primum homini salus refunditur, vbi desunt epulæ, vbi desunt deliciæ, vbi quod est omnium malorum causa, deest & mulier. Poterat. n. Adam inter illas paradisi delitias inconcussus stare, si Eua ibidem cum diabolicis insidiis non fuisset. Conueniens ergo est desertum saluti, vbi non est Eua quæ persuadeat, non est
Gene. 3 mulier quæ blandiatur. Videte rem miram. In paradiso cum Adam diabolus decertat, in deserto cum Christo diabolus dimicat vbique insidiatur homini, vbique congreditur, sed vbi mulierem inuenit, vincit: vbi mulierem non inuenerit, victus abscedit. Formam igitur dedit nobis deus in hoc facto, vt ieiunorum tempore tanquã in deserto habitantes abstineamus epulis voluptatum, mulier ne coniungatur nobis Eua, ne nos a casta obseruatione, illecebrosa persuasione subuertat. In deserto enim quodammodo videtur habitare, qui quadragesimæ te pore ieiunus & castus est, deserto plane quodam ipso corporis Christiani cum non repletur cibis, non poculis irrigatur, sed arentis iter deserti, inquam, est corpus nostrum, cum per dies aliqua abstinentia marcescit carnis species, colore neglecto & contemptu rerum totius hominis species inculta sordescit. Tunc Christus dominus habitat desertum pectoris nostri, cum terram nostram fame squalidam ac siti aridam esse repererit, secundum quod ait Propheta Dauit, Sicut terra deserta & inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Ad ter. n. in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delitiis, inuia inimicis concupiscentiis, & inaquosa libidinosis concupiscentiis & illecebris. Tunc habitans saluator hoc desertum corporis nostri omnes ibi diabolicas factiones exuperat, & secretum ac securum a grauedinibus seculi esse suum facit habitaculum, vt deinceps nos intra nosmetipsos velut in solitudine constituti, non nisi cœlum respiciamus & terram, hoc est, non cogite-

mus alium, nisi cœlestis regni dominum & terrenę resurrectionis actorem, præstante ipso dño nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eadem feria de conceptu Rebeccæ: Sermo II.

SI expositionem sanctarum scripturarum eo ordine & illo eloquio, quo a sanctis patribus sunt expositæ, charitatis vestræ auribus voluerimus intimare, non nisi ad paucos scholasticos cibus doctrinæ poterit peruenire, reliqua vero populi multitudo ieiuna remanebit. Et ideo rogo humiliter vt contentę sint eruditę aures verba rustica æquanimiter sustinere, dummodo totus grex dñi simplici, &, ut ita dixerim, pedestri sermone pabulum spirtale posit accipere. Et quia imperiti & simplices ad scholasticoꝝ altitudinem nõ possunt ascendere, eruditi se dignentur ad illorũ ignorãtiam inclinare, quia quod simplicibus dictũ fuerit, scholastici intelligere possunt: quod aũt eruditis fuerit p̃dicatum, simplices omnino capere non valebunt. Lectio nobis de beato Isaac & sancta Rebecca, & paruulis qui in eius vtero collidebãtur recitata est. Quod aũt beatus Isaac typum habuerit dñi saluatoris pene nulli habetur incognitum. Isaac ergo xp̃m dominum, beata aũt Rebecca ecclesiam figurauit. Quę cum multo tempore ad exemplum ipsius ecclesiæ sterilis permaneret, beato Isaac orante & domino donante, cõcepit, sed collidebantur paruuli in vtero eius: quorum molestiam non sustinens, dixit, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Et ait illi dñs. Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo diuidẽtur, populusq; populum superabit, & maior seruiet minori. Hæc omnia frẽs charissimi, sicut dicit Apostolus, in figura contingebant illis: scripta sunt autem pp nos. Concepit ergo corporaliter de beato Isaac Rebecca, quia cõceptura erat spiritaliter de xp̃o ecclesia. Sed sicut duo paruuli in vtero Rebeccæ collidebantur, sic in vtero ecclesiæ duo sibi populi rugiter aduersantur. Si n. aut soli mali, aut soli boni essent, unus populus esset: quia vero in ecclesia & boni inueniuntur & mali tanquam in ventre spiritalis Rebeccæ duo populi colliduntur humiles. s. & superbi, casti & adulteri, mansueti & iracundi, benigni & inuidi, misericordes & cupidi. Boni n lucrari volunt malos, mali uero extinguere cupiunt bonos. Bonorum desiderium est, vt qui mali sunt, corrigantur: malorum studium est, vt qui boni sunt, consumiantur. Vnum est genus piorum, aliud impiorum. Genus piorum ad cœlum erigitur per humilitatem: genus impiorum ad infernum demergitur per elationem. Omnes n. qui in ecclesia catholica terrena sapiunt, terram diligunt, terram concupiscunt, & omnem spem suam in terram constituunt, ad Esau pertinent. Quicunque ideo deo seruire optat, vt honoribus crescat, & lucra terrena percipiat, & ipse ad Esau, id est, ad terrenam fœlicitatẽ pertinere cognoscitur. In Esau n. carnales intelligũtur, in Iacob vero spirituales. Isti enim duo populi sicut beatus Apostolus euidenter assignat, cum carnales demonstrat, & spiritales insinuat, Sic n. ait. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectę, inuidiæ, ebrietates, comessationes, Ecce fructus populi pertinentis ad Esau. Qui aũt sunt fructus qui pertinent ad Iacob, idem Apostolus in consequentibus adiungit dicens, Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, longanimitas, fides, bonitas, benignitas, modestia, continentia. Ecce opera spiritalium ad beatum Iacob. i. ad piorum populum pertinentia. Quod aũt dictum est, Populus populum superabit, & maior seruiet minori: secundum literam in Esau vel in Iacob non videmus impletum. Non n. corporaliter beato Iacob Esau seruisse commemorat scriptura. Quo ergo hoc oporteat intelligi, aut qualiter maior populus minori seruiat, spiritaliter debemus intelligere. Nisi n. fieret, non hoc sancta scriptura commemoraret. Quo ergo populus maior seruiat minori, hoc qui diligenter attendit in Christianis vel in Iudęis agnoscit. Maior. n & senior populus iudęorũ iuniori i. populo Christiano seruire p̃batur, dũ p totũ mundũ libros diuinæ legis ad instructionẽ oium gẽtiũ portare cognoscitur. Ideo n p oẽm terrã Iudæi dispersi sunt, vt cũ aliquẽ Paganũ ad fidem xp̃i volumus inuitare, & ab omnibus pro-

Serm. 78.

Gene. 25.

Gene. 25. 16. De ciui. dei. c. 35

1. Cor. 10.

Galat. 5

Vbi sup.

Gene. 25

Universidad de Deusto
Biblioteca

phetis ipsum Christum esse annunciatum testamur, & ille resistens dixerit, a nobis potius quam a spiritu sancto libros diuinę legis esse conscriptos, nos habemus unde eum redarguere certa ratione possumus, dicentes ei, Si de meis libris tibi dubitatio nascitur, ecce Iudæorum libros vtique inimicorum nostrorum, quos certum est si ego conscribere vellem mutare non potui, ipsos relege, & cum in ipsis hoc quod in meis libris inueneris, noli esse incredulus sed fidelis. Hoc ordine maior populus minori seruire cognoscitur, dum etiam per illorum libros ad credendum in Christo gentium populus inuitatur. Sed & alio modo populus maior seruiet minori. Quo ings ordine? Illo vtique quo mali seruiunt bonis, non vtique obsequendo, sed persequendo. Quomodo ergo mali seruiunt bonis? Quomodo persecutores martyribus, quomodo limę vel mallei auro, quomodo molæ seruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia vt illi coquantur, illi consumantur. Quomodo, inquam, mali seruiunt? Quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, vbi sine dubio palea consumitur, aurum probatur. Non ergo glorientur, nec se extollant mali, quando bonis aliquas tribulationes immiserint: quia cum illos persequuntur in corpore, se occidere probantur in mente, Vt ad virum bonum perueniat hominis mali aduersitas, iam illius animam putrefacit iniquitas. Qui ergo malo animo virum bonum iracundię furore succensus conatur incendere, vtrum ille possit exuri, adhuc dubium est. Quod autem iste iam ardeat dubium non est, quia forte ille vir bonus spiritali succo & sancti spiritus refrigerio plenus, appositio persecutionis igne non ardet: ille uero qui eum conatur exurere, sine dubio non potest non ardere, De vno ergo semine Isaac & Esau nascitur & Iacob. sicut de vno baptismo domini saluatoris & de ecclesiæ vtero procreatur populus christianus, qui tamen pro morum diuersitate, sicut Esau & Iacob in duas partes diuiditur, cum ex fructibus operum vna pars cognoscitur carnalis, alia spiritalis. Ideo autem dixit, Maior seruiet minori, quia semper maior est numerus malorum q̃ bonorum. Et sicut illi duo paruuli in vtero Rebeccæ, ita & isti populi in ventre ecclesiæ vsque in diem iudicii colliduntur, dum sicut iam supra diximus, humilibus aduersantur superbi, dum castos adulteri persequuntur, dum quorum infinitus est numerus, ebrioli sobrios infectantur, dum benignis inuidi æmulantur, dum eleemosynarios raptores dum pacificos extinguere cupiunt iracundi, dum eos qui cœlestia sapiunt ad terram retrahere luxuriosi conantur. Vnde rogo fratres, vt quicunque in his malis se sentit obnoxium, dum tempus est cum dei adiutorio studeat transferri ad dexteram, & relictis vitiorum sordibus ad virtutum ornamenta redire festinet, vnde in die iudicij ab auditu malo liberari, & illam vocem desiderabilę
Mat.25. mereatur audire, Euge serue bone, intra in gaudium domini tui. Attentius tamen rogo & admoneo fratres, vt ad vigilias maturius surgere studeatis, ad tertiam, ad sextam, ad nonam fœliciter veniatis, castitatem ante omnia per totam quadragesimam vsque ad finem Pascæ cum proprijs vxoribus custodite. Quod pransuri eratis, pauperibus eregate. Pacem ipsi habete, & quos discordes agnoueritis, ad concordiam reuocate. Peregrinos excipite, nec vos pigeat eorum pedes abluere. Nõ erubescat exercere Christianus, quod implere dignatus est Christus. Cum bona voluntate pauperi
2.Cor.6. bus secũdum vires vestras eleemosynas erogate. Hilarem enim datorem diligit deus. Impedimenta mundi, si ad integrum nõ potestis abscindere, vel ex parte aliqua temperate, vt lectioni vel orationi positis insistere, vt in sancta exceptoria pectoris vestri spiritale vinum. i. verbum dei abundantius reponentes, repudiatis omnibus criminibus atque peccatis, cum libera & syncera conscientia deo seruire possitis. Et cũ sancta solennitas paschalis ad venerit, charitatem nõ solum cum bonis, sed etiam cũ malis fideliter ac fœliciter retinentes, cum gaudio & exultatione mundo corde & ca-
1.Cor.12. sto corpore ad altare domini positis accedere, & corpus & sanguinẽ eius vnusquisq; vestrum non ad iudicium animæ suę mereatur accipere, præstante eodem domino nostro Iesu Christo cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Mat.20. Item in eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Ascendens Iesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secreto: & cætera, quæ habetur. De quæstionibus Euangeliorũ lib. pri. cap. XXIX.

Feria quinta post secundam dominicam in quadragesima, De scala Iacob. Ser. I.

156 L CVm diuina lectio legeretur, fratres charissimi, audiuimus quod supplicante sancta Rebecca, Isaac vocauerit filium suum Iacob & dixerit ei vt pergeret in Mesopotamiam Syriæ, & inde sibi vxorem acciperet, & ꝓ ille humiliter obediens patri abierit, & in ipso itinere venerit ad quendam locum, & supposuerit lapidẽ capiti suo atque dormierit, & viderit in somnis scalam vsque ad cœlos pertingentem, & angelos dei ascendentes & descendentes per eam, dominum autem incumbentem scalæ & dicentem sibi, Iacob Iacob, noli timere, ego sum tecum, & ego ero socius itineris tui. Beatus enim Isaac, fratres charissimi, quando filium suum dirigebat in Mesopotamiam, dei patris typum præfigurabat, Iacob vero Christum dominum designabat. Beatus ergo Isaac neglectis mulieribus regionis in qua habitabat, mittebat filiũ suum, vt in regione longinqua sibi vxorem acciperet, quia deus pater missurus erat vnigenitum suum, qui repudiata synagoga, de gentibus sibi ecclesiam sociaret. Hoc tunc in veritate completum est, quando Iudæis Apostoli dixerunt, Vobis quidẽ primum oportebat loqui verbum dei, sed quia vos indignos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. De beato Iacob non legimus ꝓ cum equis aut asinis aut
156 M camelis abierit, sed hoc tantum legimus ꝓ baculum in manu portauerit. Sic. n. ipse dum supplicaret domino dixit, Domine, inquit, minor sum omnibus miserationibus tuis, cum baculo meo trãsiui Iordanem istum, & ecce cum duabus turmis regredior. Iacob ergo ad accipiendam vxorem exhibuit baculum, & Christus ad redimendam ecclesiam detulit crucis lignum. Iacob dormiens posuit lapidem sub capite suo, & vidit schalam pertingentem ad cœlum, & dominum incũbentem schalę. Videte fratres, quanta sint in hoc loco mysteria. Iacob typum gerebat domini saluatoris, & lapis quem supposuit capiti suo, nihilominus Christum dominum figurabat. Quare lapis ad caput Christum significet, audi Apostolum, Quia caput viri Christus. Deniq; vnxit beatus Iacob lapidem ipsum. Attendite vnctum, & intelligitis Christum. Christus ab vnctione, id est, a chrismate vnctus interpretatur. Sed si Iacob dominum in terra dormiens figurabat, quid est quod in cœlo dominus schalæ innixus incũbebat? Quomodo Christus dominus & in cacumen schalæ in cœlo, & in beato Iacob esse videbatur in terra? Quòd autem & in cœlo sit Christus & in terra, audi ipsum Christũ
Ioan 3 dicentem, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis, qui est in cœlo. Aduertite, qa & ipsi dominus & in cœlo & in terra se esse dixit, Christum dominum fratres charissimi, caput esse ecclesiæ confitemur. Si caput est ecclesiæ, secun
167 A dum caput in cœlo est, secundum corpus in terra. Deniq; cum beatus Paulus, Apostolus persequeretur ecclesiã, Christus de cœlo clamauit, Saule Saule, quid me perActo.9. queris? Non dixit, quid persequeris seruos meos: nec hoc dixit, quid persequeris mẽbra mea: sed hoc dixit, quid me persequeris. Iam quasi pede calcato lingua clamat, Calcasti me, cum vtique lingua calcari non posset, sed per concordiam charitatis caput pro membris omnibus clamat. Iacob ergo dormiebat, & dominum in cacumen Gene.28. schalæ uidebat incumbere. Quid est in schala incumbere, nisi in ligno pendere? Considerate fratres, quis in ligno crucis pendens pro Iudæis orauerit, & agnoscetis quis ad Iacob schalæ incũbens de cœlo clamauerit. Sed quare hoc in itinere factũ est antequam Iacob vxorem acciperet? Quia & verus Iacob dominus noster prius i schala, id est, in cruce occubuit, & postea sibi ecclesiam sociauit, dans ei in ꝑsenti arras sanguinis sui, daturus dotem postmodum sui regni. Quòd autem & Iacob dormiens, & dominus schalæ incumbens, Christum figurauit, attendite & videte rei huius altitudinem. Cum. n. saluator noster de Nathanael loquens beatum Iacob nominasset dicens. Ecce Israelita in quo dolus non est: in consequentibus dixit, A modo videbitis cœlos aptos, & angelos dei ascẽdẽtes & descẽdẽtes ad filiũ hois. Quod Iacob p figurã
167 B in somnis viderat, hoc de se dominus in Euangelijs ꝑdicabat. Videbitis, inquit, cœlos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis. Si ad filiũ angeli descendebant, quia in terris erat, quomodo hi ipsi angeli ascendebant ad filiũ hominis, nisi quia & in cœlis erat? Ac sic & in Iacob ipse dormiebat, & de cœlo ad Iacob ipse clamabat. Hęc omnia fratres, sicut Apostolus clamat, in figura contingebãt

16. De ciui ta. dei. c 38
Ioan. 1
De verbis dñi ser. 40.

1.Cor. 10. illis, scripta sunt autem pp nos, in quos fines seculorum deuenit. Quomodo tamẽ fratres, angeli dei ad filium hominis in cœlum ascendant, & ad ipsum filium in terram descendant, diligenter attendite. Quando. n. p̃dicatores dei de scripturis sanctis alta & profunda quę non nisi a perfectis intelliguntur annunciant, ascendunt ad filium hominis: quando vero illa prædicant quæ ad corrigendos mores pertinent, & quæ omnis populus intelligere possit, descendunt ad filium hominis. Sic & Apostolus dicit, Sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiam non huius seculi, sed arcanam absconditam, quam p̃destinauit deus ante secula in gloriam nostram. Ista quando docebat Apostolus, sine dubio ascendebat ad filium hominis. Quando autem dicebat: Fugite fornicationem: quando dicebat, Nolite inebriari vino in quo est luxuria: quãdo denunciabat. Radix omnium malorum est cupiditas. In his verbis tanquam angelus dei descendebat ad filium hominis, Quando autem dicebat. Quæ sursum sunt sapite, non quę super terram, ascendebat. Cum vero dicebat, Sobrij estote & nolite peccare, & reliqua quæ ad corrigendos mores pertinent p̃dicabat, lac doctrinę ministrans tanquam nutrix paruulis, descendebat, quia illa loquebatur quæ etiam imperfecti capere possent. Hoc ordine & ascenditur & descenditur ad filium hominis, cum & perfectis cibus solis tribuitur, & doctrinę lac etiam non negatur. Sed & beatus Ioannes ascendebat, quando dicebat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deũ & deus erat verbum, Satis in altum ascendebat, quando ista dicebat. Sed quia angeli dei non solum ascendunt sed etiam descendunt, inclinans se ad paruulos dixit, Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Vt hæc quæ superius suggessimus, sanctis cordibus vestris possint tenacius inhærere, breuiter quæ dicta sunt repetemus. Beatu Isaac, sicut dixmus, mittens filiũ suum, typum dei patris habuit: Iacob qui missus est, Christum dominum designauit. Lapis quem ad caput habuit & oleo vnxit, & ipse significauit dominum saluatorem. Schala vsque ad cœlos attingens, crucis figuram habuit. Dominus innixus schalæ, Christus crucifixus ostenditur. Angeli ascendentes & descendentes per eam, Apostoli & apostolici viri & omnes doctores ecclesiarum intelliguntur: ascendentes, quando perfectis perfecta p̃dicant; descendentes, qñ paruulis & imperitis simplicia quæ intelligere possint, insinuant. Nos vero fratres, q omnia quę in veteri testamento figurata sunt, in nouo testamento videmus esse completa, quantas possumus, deo gratias referamus, qui nobis nullis p̃dicentibus meritis tãta p̃stare dignatus est, totis viribus cum ipsius adiutorio laborantes, vt hæc tanta & talia beneficia non nobis iudicium pariant sed profectum. Quinimo ita spiritaliter studeamus viuere, & bonis operibus semper insistere, vt cum nos castos, sobrios, misericordes & pios iudicii dies inuenerit, non cũ impiis & peccatoribus puniamur, sed cum iustis & deum timentibus peruenire ad ęternam beatitudinem mereamur, præstante domino nostro &c.

1.Cor. 2.

1.Cor. 6 Ephe. 5. 1.Tim. 6.

Coloss. 3. 1.Co. 15.

Hebr. 5. Ioan. 1.

Epilogus. Gene. 28.

Lucę. 16. Item eodem die Homiliæ de eo quod scriptũ est in Euangelio secũdũ Lucam, Homo quidam erat diues, & induebatur purpura & bysso: & cętera quæ habentur inter sermones de verbis domini, XXIIII. & XXV. Et de quæstionibus Euangeliorum lib. secundo cap. 38. Et in lib. L. Homiliarum in VII. insertum est.

Ioan. 5 Item alię Homiliæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Non possum ego a meipso facere quicquam: & cætera quę habentur in expositione doctoris ibidem, Et inter sermones De verbis domini, XLIIII. & XLV.

Feria sexta post secundam dominicã in Quadragesima, de Iacob & Laban: Ser. I.

Ser. 89. FRequenter charitati vestrę suggessimus, fratres dilectissimi, beatum Iacob typũ habuisse & figuram domini saluatoris. Denique quomodo Christus venturus erat in mundum vt iungeretur ecclesiæ, ita in beato Iacob hoc præfiguratum est, qñ in regionẽ lõginquã peregrinatus est, vt coniugiũ sortiretur. Abiit ergo sicut audistis, beatus Iacob in Mesopotamiã ad accipiendã vxorẽ, & cũ venisset ad quẽdã puteũ, vidit Rachel venientẽ cũ ouibus patris sui: & cũ agnouisset cõsobrinã suã eẽ, ad ipsũ grege osculat⁹ est eã. Si diligẽter audistis fres, potestis agnoscere nõ fuisse sine cã

ꝓ sancti Patriarchę matrimonia ad puteos aut fontes inueniunt. Si hoc semel tantũmodo euenisset, poterat aliquis dicere non pro aliqua significatione factum esse, sed casu potius accidisse. Cum vero & beata Rebecca quæ iungenda erat Isaac, ad puteũ inuenitur, & Rachel quam accepturus erat Iacob, ad puteum agnoscitur, nihilominus & Sephora quæ Moysi iuncta est, ad puteum reperitur, sine dubio aliqua in his sacramenta debemus agnoscere. Et quia toti tres isti Patriarchę typum domini saluatoris præferebant, ideo ad fontes vel ad puteos inuenũt matrimonia, quia Christus ad aquam baptismi inuenturus erat ecclesiam. Denique veniens Iacob ad puteum, prius gregem Rachel adaquauit, & postea osculatus est eam. Verum est fratres charissimi, nisi prius per aquam baptismi Christianus populus a malis omnibus abluatur, pacem Christi habere non meretur. Nunquid beatus Iacob videns consobrinã suã, non eam potuit osculari prius quam aquam gregibus daret? Potuit sine dubio, sed mysterium gerebatur. Oportebat enim vt per gratiam baptismi ab omni iniquitate vel discordia liberaretur ecclesia, & sic pacem cum deo habere mereretur. Quod autem in illa peregrinatione duas vxores accepit Iacob duos populos figurabat, Iudæorum & gentium. Nam in aduentu Christi non paruus numerus etiam de Iudæorum populo in eum legitur credidisse. Sic enim in Apostolorum actibus continetur, quia crediderunt vna die tria milia, item alia die quinque milia, item postea multa milia. Qđ autem duo populi in Christum crediderint, etiam ipse dominus in Euangelio confirmat, vbi ait, Habeo & alias oues quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, vt fiat vnus grex & vnus pastor. Duæ ergo illic mulieres, i Lia & Rachel, quæ beato Iacob fuerant iunctę, istos duos populos figurauerũt. Lia Iudæorũ. Rachel gentium. Istis duobus populis velut duobus parietibus, tanquam lapis angularis iunctus est Christus. In ipso enim se osculati sunt, & in ipso æternam pacem inuenire meruerũt, sicut Apostolus dicit, Ipse est pax nostra qui fecit vtraque unũ. Quomodo fecit vtraque unum? Vtique duos greges iungendo, & duos parietes sibiinuicem copulando. Denique videte quid postea consecutus est. Dicit enim scriptura, quòd post hæc diues factus fuerit beatus Iacob. Sicut n. sanctus Iacob creuit ac ditatus est, & cum infinita substantia ad patriam reuersus est, ita & verus Iacob dominus noster Iesus Christus veniens in hunc mundum, & istas duas sibi plebes, id-est g tẽ & Iudæ rũ cõsocians, innumerabiles ex eis filios spiritaliter genuit, & creauit ac ditatus est nimis. Denique audi ipsum dicentem. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Nam expoliato diabolo reuersus ad patrem magnas secum diuitias reportauit, secundum quod Psalmista de eo multo ante prędixerat, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. Reuertente autem Iacob ad patriã suam, persecutus est eum Laban cum sociis suis, & scrutatus omnem substantiam eius nihil de rebus suis inuenit: & quia de suo nihil inuenit, tenere eum omnino non potuit Laban hic typum diaboli habuisse non incõgrue dicitur, qui & idolis seruiebat, & beato Iacob qui typum domini præferebat aduersarius erat. Persecutus est ergo Iacob, nihil apud eum de rebus suis inuenit. Audi hoc & verum Iacob in Euãgelio dicentem, Ecce venit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Concedat nobis diuina misericordia, vt etiam in nobis nihil de suis operibus noster aduersarius recognoscat. Si enim de suo nihil inuenerit, tenere nos vel reuocare ab ęterna vita non poterit. Et ideo fratres charissimi, diligenter aspiciamus arcellas conscientię nostræ, perscrutemur latibula cordis nostri, & si nihil ibi quod ad diabolum pertinet, inuenimus, gaudeamus, & de gratias referamus, & quãtũ possumus, cũ ipsius adiutorio studeamus vt uiuiæ corum nostri semper aperiãtur Christo, & usque ad finẽ claudãtur diabolo. Si uero aliquid de operibus uel calliditate diaboli in animis nostris latitare cognoscimus, uelut uenenũ mortiferũ euomere uel expuere festinemus, ut cũ nobis insidiari uoluerit, & nihil, quod ad se pertinet inuenerit, cõfusus abscedat, & nos cũ Prophęta gratias agentes clamemus ad dominũ, Liberasti ex affligẽtibus nos, & eos qui non oderunt confudisti. Lia ergo sicut supra diximus, significat illam plebẽ quæ de Iudæis iuncta est xpo. Rachel vero, ecclesiæ, id est, omnium gentiũ typũ gessit, & ideo Lia non est furare idola patris sui sed Rachel, quia post aduentum xpi non vsquequaque synagoga idolis seruisse cognoscitur, sicut de ecclesia gẽtium manife-

1.Cor. 10. Gene. 24.

Gene. 29.

Exod. 2

Gene. 26

Vbi sup.

Acto. 2.

Ioan. 10.

Gene. 29.

Ephes. 2.

Gene. 40.

Mat. 28.

Psal. 67.

Gen. 31.

Ioan. 14.

Psal. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtiſsime comprobatur,& propterea non apud Liam,ideſt,ſynagogam, ſed apud Rachel quæ typum gentium præferebat,idola Laban legimus latuiſſe,Quod autem venit Iacob ad Iordanem,& tranſmiſsis omnibus rebus ipſe ſolus remanſit & luctabatur cum viro vſque dum veniret aurora, Iacob in illa colluctatione Iudæorum populum figurauit,angelus qui cum illo luctabatur,typum ſaluatoris domini præferebat. Luctatur Iacob cum angelo,quia populus Iudæorum luctaturus erat cum Chriſto Vincebat Iacob angelum,quia Iudæorum populus Chriſtum vſque ad mortem perſecuturus erat. Et quia non totus populus Iudęorum infidelis extitit Chriſto, ſicut iam ſupra diximus,ſed non parua multitudo in nomine eius legitur credidiſſe, ideo angelus tetigit femur Iacob,& claudicare cœpit. Pes enim ille in quo claudicabat,Iudæos,qui in Chriſtum non crediderunt figurabat: ille vero qui ſanus remanſit,illorum typum geſsit qui Chriſtum dominum receperunt. Deniq; diligenter attendite,quia Iacob in illa colluctatione & vincebat,& benedictionem petebat. Cum enim dixiſſet angelus,Dimitte me,reſpondit Iacob, Non dimittam te niſi benedixeris mihi,in eo quod vicebat Iacob,Iudeos perſecuturos Chriſtũ ſignificabat: in eo q benedictionem petebat,illum populum figurabat qui in Chriſtum dominum credituras erat. Denique quid ei dixit angelus? Si contra dominum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? Hoc tunc impletum eſt, quando populus Iudæorum Chriſtum dominum crucifixit. Dimitte,me inquit angelus, iam aſcendit aurora: hoc iam reſurrectionem domini figurauit, quia dominus, ſicut optime noſtis, ante lucem legitur reſurrexiſſe a mortuis. Quod autem Iacob typum domini figurauit,etiam hinc cognoſcimus,q orans deum vt eum de manu Eſau fratris ſui eriperet,Domine,inquit,minor ſum cunctis miſerationibus tuis, in baculo meo tranſiui Iordanem,& ecce cum duabus turmis regrediar,Verum eſt,fratres chariſsimi,baculo crucis Chriſtus apprehendit mundum,& cum duabus turmis ideſt cum duobus populis ad patrem rediit cum triũpho Hęc ergo fratres chariſsimi, frequentius cogitate,& velut munda animalia ſpiritaliter ruminantes vtilem & neceſſarium cibũ veſtris animis præuidete,illum vtique cibum de quo dominus ait, Operamini non cibum qui perit,ſed qui permanet in vitam æternam;ad quem vos dominus per ſuam pietatem perducat,cui eſt honor & imperium cum patre & ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum, Amen.

Gene. 32.

Ioan. 20.

Gene 32.

Ioan. 6.

Ser. 81.

Eodem die de ſomnio Ioſeph. Sermo. II.

QVoties vobis,fratres chariſsimi,lectiones de teſtamento veteri recitantur, ſicut frequenter admonui,non hoc ſolum debetis attendere quod ſonat in verbo,ſed quod intelligitur & ſapit in ſpiritu. Sic & Apoſtolus commonet nos dices, Litera occidit,ſpiritus aũt viuificat. Hæc enim oia quæ in veteri teſtamento leguntur,ſicut dicit Apoſtolus,in figura contingebant illis,ſcripta ſunt aute propter nos. Cum enim populus Chriſtianus fideliter ad eccleſiã venit, quid ei prodeſt q audit qualiter ſancti patriarchæ aut vxores acceperint aut filios,procreauerint,ni ſi quare hæc facta ſint,aut quid res ipſę figurauerint,ſpiritali ſenſu perſpexerit? Ecce audiuimus q beatus Iacob genuerit filium, & vocauerit nomen eius Ioſeph,& eũ pluſquã reliquos filios ſuos dilexerit. Hoc loco beatus Iacob figuram habuit dei patris,ſanctus quoq; Ioſeph typum geſsit domini ſaluatoris. Diligebat ergo Iacob filium ſuum,quia deus pater diligit vnicum ſuum,ſicut ipſe dixit, Hic eſt filius meus dilectus. Iacob miſit filium ſuum,vt de fratribus ſuis ſollicitudinem gereret, & deus pater miſit vnigenitum ſuum,vt genus humanum peccatis languidum viſitaret. Ioſeph dum fratres ſuos quæreret,errabat in eremo, & Chriſtus genus humanum requirebat quod errabat in mundo,quodammodo quaſi & ipſe errabat, quia errantes requirebat. Ioſeph enim fratres ſuos quęrebat in Sichimis. Sichima interpretatur humerus. Semper enim peccatores dorſum magis quam faciem ponunt in faciem iuſti. Humeri enim retro ſunt. Sicut enim fratres Ioſeph inuidia percuſsi, fraternæ dilectioni dorſum magis quam facies offerebant, ita & infœlices Iudæi venięte ad eos ſalutis authore inuidere potius quam diligere maluerunt. De talibus dicitur in Pſal. mo, Obſcurentur oculi eorum ne videant,& dorſum illorum ſemper incurua. Inuenit ergo Ioſeph fratres ſuos in Dothaim. Dothaim interpretatur defectio. Vere in grandi

Mat. 3

Gene. 37.

Pſal. 68

Gene 37.

grandi defectione erant,qui de parricidio cogitabant. Videntes ergo Ioſeph fratres ſui,de morte illius tractauerunt,ſicut videntes Iudæi verum Ioſeph dominum Chriſtum,vt eum crucifigerent vno omnes conſilio ſtatuerunt. Ioſeph expoliauerũt fratres ſui tunica polymita & talari,& Iudæi Chriſtum per mortem crucis expoliauerunt tunica corporali. Ioſeph exutus tunica mittitur in ciſternam,id eſt, in lacum: & Chriſtus expoliatus carne humana deſcendit in infernum. Ioſeph poſteaquã de ciſterna leuatur,Hiſmaelitis,id eſt,gentibus venditur: & Chriſtus poſteaquam de inferno regreditur,& ab omnibus gentibus fidei commercio comparatur. Ioſeph per conſilium Iudæ triginta argenteis diſtrahitur, & Chriſtus per conſilium Iudę Iſcariotis eodem numero venundatur. Quod autem in diuerſis trãslationibus nõ æquali prætio Ioſeph ſcribitur venundatus,ſed alij dixerunt viginti argenteis,alij triginta,hoc ſpiritaliter ſignificauit,quod Chriſtus non æqualiter ab omnibus credendus vel diligendus eſſet. Denique etiam nũc in eccleſia,alij eum plus diligũt, alij minus. Ipſi enim plus valet Chriſtus,qui eum maiori charitate dilexerit. Ioſeph deſcendit in Aegyptum,& Chriſtus in mundum. Ioſeph a penuria frumenti ſaluat Aegyptũ, & Chriſtus a fame verbi dei liberat mundum. Niſi enim Ioſeph fratres ſui vendidiſſent,defecerat Aegyptus. Fratres,verum eſt,niſi Chriſtum Iudæi crucifixiſſent, perierat mundus. Videamus tamen fratres chariſsimi vnde in beato Ioſeph fratres ſui tam crudeliter ſeuierũt. Vnde,niſi inuidię veneno,per quod mors intrauit in orbem terrarum? Denique audi ſcripturam dicentem, Inuidebant ei fratres ſui,& non poterant ei loqui quicquam pacificum. Vidit enim beatus Ioſeph ſomnium, quaſi ſtantẽ ſe in agro cum fratribus ſuis,& manipulos alligantem,& fratrum manipulos adorare manipulum ſuum. Hoc in illo Ioſeph tunc impletum eſt,quando eum in Aegypto adorauerunt fratres ſui. Et non incongrue coacti ſunt ſteriles manipuli fructuoſum manipulum adorare,per quem de ſamis periculo liberandi erant. Vidit etiam aliud ſomnium,quod ſol & luna & vndecim ſtellæ adorarent eũ. Cui reſpondit pater ſuus. Nũquid ego & mater tua & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Hoc in illo Ioſeph impleri non potuit,quia iam mater ipſius de hac luce migrauerat: in noſtro vero Ioſeph,id eſt,domino Ieſu xpo,ſomni illius ſacramenta completa ſunt. Sol enim & luna & vndecim ſtellæ eum adorauerunt,quando poſt reſurrectionem ſanctã Maria quaſi luna,& beatus Ioſeph velut ſol,cum vndecim ſtellis,id eſt,beatis Apoſtolis, incuruati & proſtrati ſunt ante eum: & impleta eſt prophetia quæ dixerat, Laudate eum ſol & luna laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Nam intantum in illo Ioſeph impleta non eſt ſomnij huius interpretatio,vt mater ipſius ante multos annos legatur fuiſſe defuncta,quam præfata ſomnia ille uidiſſet. Et reuera,qũo fratribus ipſius poteſt conuenire,quod eum quaſi ſtellæ adorare poſſent, quos inuidiæ nox obſcuros & tenebroſos effecerat? Iam enim claritatem ſtellarum perdiderant, qui in ſe lumen charitatis extinxerãt. Merito ergo hoc in domino ſaluatore noſtro verius credimus fuiſſe completum,quẽ ſicut iam antea dixi,& beatum Ioſeph & beatam Mariam, cũ vndecim Apoſtolis frequentius legimus adoraſſe. Nam quod Apoſtoli lumen ſtellarum habuerint,ipſe dominus in Euangelio dixit, Vos eſtis lux mundi. Et iterum de ipſis ac ſuis ſimilibus: Tunc iuſti,inquit,fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Ioſeph interpretatur argumentatio ſiue ampliatio. Sed in illo ioſeph ampliationem non habuit niſi ſola Aegyptus: in noſtro vero ioſeph agumentum habere vniuerſus meruit mundus. Ille ioſeph erogauit triticum, noſter erogare dignatus eſt uerbum. In omnem terram exiuit ſonus Apoſtolorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Nos ergo fratres dilectiſsimi, qui nullis præcedentibus meritis tanta bona per miſericordiam ueri ioſeph domini noſtri ieſu Chriſti conſecuti ſumus, ad quos non vmbra veteris teſtamenti,ſed ipſa veritas venit, quantum poſſumus cum dei gratia laboremus,vt quod nobis contulit iudicatus,integrum inueniat iudicaturus, Qui tibi tantum contulit,ſcit quantum repoſcat. Et quidem ille cum venerit, redditurus eſt quod promiſit,ſed requiſiturus eſt quod redemit,& quod dedit in primo aduentu exacturus eſt in ſecundo. Nemo ergo Chriſto domino noſtro reddat mala pro bonis, Quis enim eſt qui ita impie agit, niſi ille qui accepit vitam & reſtituit mortem? Mortem enim reſtituit,qui ſeipſum male viuendo interficit. Quis eſt qui reddit ma-

Mat. 26

Sapien. 2.

Gene. 37.

Pſal. 148.

Mat. 5. & 13.

Gene. 42.

Pſal. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

la pro bonis? Ille qui cum deberet dare propria, rapit aliena, qui pro charitate reddit odium, inuidiam pro benignitate, pro humilitate superbiam, pro castitate luxuriā. Quis est qui Christo reddit mala pro bonis? Ille qui cum deberet lectioni insistere, & ad ecclesian currere, eligit potius ad tabulam ludere, spectacula furiosa, vel cruenta, vel turpia frequentare; & cui oportebat peccata sua orādo, legendo, eleemosynas faciēdo cōsumere, studes potius augere & amplius cumulare. Quis est qui reddit mala pro bonis? Qui pro luce tenebras pro benignitate malitiam, pro sobrietate ebrietatem, pro eleemosynis rapacitatem, pro iustitia iniquitatem restituit. Qui ergo hæc mala adiuuante domino non admisit, quātum potest munera in se diuina custodiat: qui vero his malis sentit obnoxium, & intelligit obuolutum, cito ad pœnitentiæ medicamenta recurrat, & antequam anima illa tenebrosa de corpore mortis suę discedat eleemosynis, ieiunijs & orationibus remediū sibi in die necessitatis acquirat. Sic ergo agamus fratres, vt ante tribunal Christi, & qui boni sunt coronā, & qui negligentes sunt veniam consequantur, vt illos ornet vita integra, istos valeat excusare correcta, præstante domino nostro, cui est honor & imperium in secula seculorum. Amen.

Item eodem die Homilię de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthēū: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & cætera. Quæ habentur inter sermones de verbis domini quinquagesimonono. Et de quæstionibus Euāgeliorum lib. prim cap. trigesimo secundo. Et lib. secundo capite trigesimooctauo.

Ser. 82. Sabbato post secundam dominicam in Quadragesima, de eo quod Ioseph latuit patrem in Aegypto. Sermo. I.

IN beato Iacob fratres charissimi, & in sancto filio eius Ioseph, qui diligenter attendit rem nimis admirabilem deum fecisse cognouit. Primum non credo fuisse sine causa, quod dominus qui se toties dignatus fuerat ostendere beato Iacob, per tot annos noluit ei indicare, q̄ Ioseph filius eius viueret, sed permisit eum longa afflictione consumi. Si hoc quisquam certa & euidenti ratione factū esse credit, vel hoc considere t, quod nec filius eius Ioseph in tam proximo positus permissus sit ad patrem suū mittere, vt ei nunciaret q̄ non solum viueret, sed etiam in grādi honore floreret. Ab illo enim loco vbi erat beatus Iacob, vsq; in Aegyptum vix erant trecenta miliaria. Vnde frequētissime & ex Aegypto in locis illis vbi Iacob erat plurimi properabant, & ex illo loco ad Aegyptum infinitæ multitudines assiduę confluebant. Sed forte aliquis dicit, q̄ beatus Ioseph paruulus exierit a patre suo, & ideo recordari eū non potuisset. Non ita est fratres charissimi. Puer enim erat sedecim annorum & nulla ratione parentes suos poterat obliuisci. Nam & intantum eos oblitus non erat, vt fratres suos vbi primum vidit, agnosceret. Sed dicit aliquis, q̄ licentiam aut potentiam non habuerit mittendi ad patrem suum. Etiam si hoc quasi verisimile videatur, posteaquam de carcere eductus est, & dominus factus est in oī terra Aegypti, per illos septem annos fertilitatis, & illos duos qui transacti sunt tpe inopiæ antequā fratres sui ad eum descenderent. Per istos nouem annos in trecentis miliarijs sine vlla dubitatione potuit mittere ad patrem suum: sed occulto iudicio hoc dns fieri non permisit, intantum vt nec tūc se manifestaret fratribus suis, quando ad emendum triticū venerant, quinimmo durissime eis loquens, & fratrem illorū in vinculis tenens, ad patrem suum eos cum grandi dolore redire iusit. Attēdite adhuc ad aliud maius miraculum & videte qūo beatus Ioseph, qui patrem suum nouerat pro se intolerabilē amaritudinem sustinere, qua si paruum esset q̄d ante pertulerat, adhuc & Beniamin ei fecit auferri, quo facto vtiq; nouerat eum multiplicem passurum esse dolorē. Hæc enim oia sine spūssancti dispēsatione facta fuisse nō credo. Deus n. cuius iudicia plerūq; sunt occulta, nunq̄ tā iniusta, q̄ btō Iacob noluit indicare filiū suum viuere, ille etiā sctm Ioseph nō p̄misit vt patri suo gloriā suā nūciaret: qnimmo adhuc Simeon in vinculis tenendo, Beniamin auferēdo, ipsius patris sui angustias cumulauit. Hęc aūt fratres charissimi, si fideliter attendamus, cū grandi misericordia dñm fecisse cognoscimus. Ab initio. n. mundi hoc deus in sctis suis exercuit, quod in beato Iacob cum grandi pietate compleuit. Sed quare sit hoc factum, diligenter attendite. Quanuis enim serui & amici dei capitalia crimina vitauerint, & multa opera bona fece-

Gen. 24.

Gene. 43.

rint tamen sine minutis peccatis eos fuisse non credimus, quia nō mentitur ille qui dixit, Non est immunis a peccato, nec infans cuius est vnius diei vita super terram. Iob. 15.
Et beatus Ioannes Euangelista, qui vtique meritis nō erat inferior sancto Iacob, clamat & dicit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos decipimus, & veritas in nobis non est. 1. Ioan. 1
Et illud quod alibi scriptum est, Iustus septies cadit & resurgit. Prou. 24.
Quia ergo, sicut iam dictū est, sine istis minutis peccatis Iacob esse nō potuit, voles deus ipsa parua peccata in hoc seculo tribulationis igne cōsumere, implet in eo q̄d ipse per spiritum sanctum dixit, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio Eccle. 27
tribulationis. Et illud, Flagellat deus oem filium quem recipit. Et illud, Per multas Hebr. 12.
tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Vt ergo sanctū Iacob deus noster Acto. 14
velut aurum purgatum in futuro iudicio præsentaret, prius ab illo oēs maculas peccatorum absterfit, vt in eo ignis ille arbiter quod exureret inuenire non posset. Q̄d etiam in ipso beato Ioseph factum esse cognoscimus. Cū n. sicut dixit scriptura, dns Gene. 39.
esset cum eo, & gratiam ei apud dīm suum & apud principem carceris dedisset, p̄uentus tunc est vt ab homine auxilium postularet, dicens magistro pincernarum, Memento mei cum tibi bene fuerit, & supplica Pharaoni, vt me eiiciat de isto carcere. Gene. 40.
Et quia nondum scriptum erat, Bonum est sperare in domino, q̄ sperare in homine: Psal. 117.
cum in omnibus dei gratiam meruisset, surreptum est illi vt ab homine auxilium peteret. Pro qua re additi sunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere tanquā diceret ei deus: Ego tibi ostendo, vt magis a me q̄ ab homine debeas auxilium postulare. Sine vlla. n, dubitatione credendum est, q̄ pro castigatione sancti Ioseph nō permisit deus magistrum pincernarū vt in mente haberet quod ei sanctus Ioseph quando de carcere dimissus est supplicauerat. Et quia etiam & ipse Ioseph quanuis sanctus tunc, sine peccato esse non poterat, ideo tanto tempore fuit in carcere clausus, vt in eo impleretur quod scriptum est, Ego quos amo arguo, & quos diligo castigo. Si diligenter attendimus frēs charissimi, quod erga beatum Iacob deum fecisse credimus, hoc etiam Ioseph circa frēs suos exercuisse cognoscimus, qui vtiq; tam sanctus fuit, vt eos odio habere nō potuisset. Vnde credendū est, q̄ ideo eos tantis tribulationibus fatigauerit, vt illos ad confessionē criminis, & ad medicamentū pœnitentiæ prouocaret. Denique cum ingenti dolore dixerunt se merito pati illa, quia peccassent in fratrem suū videntes angustiam eius. Et quia sciebat beatus Ioseph, q̄ fratribus suis parricidii crimen sine grandi pœnitentia indulgeri nō posset, & semel & secundo & tertio illos medicabili tribulatione tanquam spiritali igne decoxit, non vt se vindicaret, sed vt illos corrigeret, & de tā graui crimine liberaret. Deniq; priusq̄ peccatū suū cōfiterentur, & crimen q̄d admiserāt mutua inter se castigatione cōsumerent, nec agnoscendū eis se dedit, nec pacis osculū eis indulsit. Cum vero illos, p pctō q̄d in ipso admiserāt humiliter videret afflictos, deosculat⁹ est singulos, & p singulos fleuit, & pauentium colla pio, oculorum rore perfundens, odium fratrum charitatis lacrymis abluebat. Quod ergo deus in beato Iacob fecit, & quod Ioseph erga fratres exercuit, hoc etiam & nos in illis qui in nobis peccauerint debemus implere, & non ipsos, sed peccata eorum studeamus odire, & ita velimus secundum culpæ meritа durissima castigatione corripere, vt eos studeamus in veritate diligere. Hæc si facimus frēs charissimi, impletur in nobis illud quod scriptū est, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem xpi. Ad extremum vt totum quod dixi breui sermone concludam, taliter indulgeamus eis qui in nobis peccauerint, qualiter volumus vt nobis indulgeat deus quoties in illo peccamus. Hæc si facimus, securi possumus dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Adhuc nos delectabat cum charitate vestra de beato Ioseph aliquid loqui, sed ppter pauperes qui ad opera sua festinant, melius est hoc ut nobis in die crastina reseruemus. Et ideo conuersi ad dominum misericordiam ipsius deprecemur, vt desiderium audiendi verbum dei quod in nobis placatus contulit, & augere semper & conseruare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Gene. 45

Gala. 6.

Matt. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item eodem die Homiliæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam,
Homo quidam habuit duos filios. Et dixit adolescẽtior ex illis Pater, da mihi por-
Luc.15. tionem substantię, & cætera quæ habentur inter Sermones de verbis domini tri-
gesimusquartus. Et de quæstionibus Euangeliorum libro secundo, capite trigesi-
motertio. Et inter sermones ad fratres in eremo: XXVIII.

Dominica tertia in quadragesima, de Ioseph, & domina sua. Sermo. I.

Ser. 83. BEatus Ioseph sanctus & fidelis domini famulus tribulationibus magis iustus ostenditur, qui primo inuidia fratrum Hismaelitis in seruũ addictus, ab eisq; venditus a quibus se viderat adorandum, deinde Aegyptio domino traditus,
Gene.37. semper tñ ingenui animi tenuit dignitatẽ, docuitq; exemplo suo & seruos, & liberos in peccando non conditione cœquales esse, sed mente. Cum esset decorus & speciosus facie, pulchritudinem vultus sui non ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suã gratiam conseruauit, hoc se pulchriorem iudicans, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur: & illum esse verum decorem qui non alienos oculos caperet, nec mentes fragiles vulneraret. Crimen enim dominæ suæ fuit quæ mẽ-
le vidit non beati Ioseph qui male videri non voluit. Nec in eo qui visus est culpa
quia non erat in potestate seruili vt non videretur a domina: maritus debuit cauere
vxoris oculos. Discant tunc & viri cauere oculos fœminarum, cum & amantur & qui
nolunt amari. Denique adamatus est Ioseph, qui amantem cõtempserat: & bene excusauit eum scriptura, dicens, Immisit oculos vxor domini eius in Ioseph: hoc est,
Gene.39. non iste se ostentauit, nec illa cœpit incautum, sed illa retia sua immisit, & indagine sua capta est: catenas suas sparsit, & in suis uinculis colligata est. Dixit autẽ illi, Dormi mecum. Prima adulterij oculorum tela sunt, secunda verborum. Sed qui non capitur oculis potest verbis resistere. Excusatur qđ in gressus est, prædicatur qđ elapsus est. Nec plus fecit per vestimenta corporis quam per animi castimoniã: reliquit tanquam non sua, quę adultera manibus detinebat, & aliena iudicauit quæ tactum pudicæ potuerant comprehendi. Magnus plane vir, qui venditus seruire tunc nescivit, ingenuam adamatus non redamauit, rogatus non acquieuit, apprehensus aufugit: concupiscitur adolescens a domina, sed ad concupiscentiam prouocatus & rogatus refugit, vna hac in re blanditijs supplicat, quæ in cæteris imperabat. Amabat illum, an potius se? Ego puto quia nec illum, nec se. Si illũ amabat, quare volebat perdere? si se amabat, quare quærebat perire? Ecce probaui, quia non amabat: veneno libidinis ardebat, non flamma charitatis lucebat. Sed ille nouerat videre quod illa nõ
nouerat. Pulchrior erat intus Ioseph quam foris, pulchrior in luce cordis quam in fa
cie corporis: vbi illius fœminæ oculus nõ penetrabat, ibi ipse sua pulchritudine fruebatur. Intuens ergo interiorẽm pulchritudinem castitatis in speculo cõscientiæ suæ quando illam maculari, quando violari fœminea tentatione permitteret? Quod ergo videbat in se, & tu vis videre in te pulchritudinem pudicitię interiorem spiritualem? Si habes ad illam qualescunq; oculos, exempli gratia tibi aliquid propono, ipsam vis in coniuge tua: noli ergo odisse in aliena, quod amas in tua. Quid enim debes amare in coniuge tua? Vtiq; castitatem. Hanc odisti in aliena. Serua ergo in coniuge aliena quod seruare cupis in tua, quia & in vxorem castitatem potius diligis q̃ carnem. Sed forte existimas te amatorem esse carnis uxoris tuæ & non castitatis. Sordida quidem cogitatio, misera & uoluptuosa, sed non te dimitto sine exemplo. Tu
puras qđ carnem amas uxoris tuæ, ego enim dico q̃ castitatem plus amas, Denique
hanc plus amas in filia tua. Quis enim hominum, qui non filias suas castiget, & nõ
castas esse uelit? Nunquid & ibi carnem amas? Nunquid concupiscis corpus pulchrũ
vbi exhorresc is incestũ? Si ergo amatorem te castitatis conuincis, quid te offendisti
ut eam non ames in te? Quod amas in filia tua, ama hoc & in uxore aliena, quia & filia tua uxor erit aliena. Ama ergo & in te castitatem. Nam si amas uxorem alienam,
Sapien.8. non continuo habebis: castitatem si amaueris, mox habebis. Blanda castitas & sancta, in cubiculo cordis tui suauis est, eius amplexus non habet amaritudinem, conuersatio illius in nullo tibi in domo cõscientię contradicit. Ama ergo & in te & in aliis

aliis castitatem, & imitaberis beatum Ioseph, qui noluit impudicæ mulieri accubitũ illicito consentire, repulit concupiscentiam alienam, amplexus est pudicitiam suã. Amator dei dilectissimi mulieris amore non uincitur, castum animum incitans adolescentia non permouit, nec diligẽtis authoritas. Mirati estis castitatem, aspicite nũc benignitatẽ. Ille pro odio reddit charitatem, & cum videret fratres suos, immo inimicos ex fratribus, cumq; ab eis agnosci vellet, dilectionis affectum pio dolore testatus
Gene. 45. est ad eos. Osculabatur singulos & per singulos flebat, & irriguis fletibus pauentiũ colla perfudit. Odium fratrum charitatis lacrymis abluebat. Constat viuo patre atque mortuo, quod germano semper amore dilexit, nec recordatur illum in quo ad necem fuerat deiectus in lacum, non cogitauit addictam pretio germanitatem sed ꝑ malis bona restituens, iam tunc necdum data apostolica præcepta compleuit. Ergo beatus Ioseph cogitans ueræ charitatis dulcedinem, venenum inuidiæ, quo fratres suos nouerat fuisse percussos, deo auxiliante studuit de corde suo repellere. Et reuera fratres, quid infœlici viro prestat inuidia, quem in secretis conscientiæ quibusdã vngulis liuor ipse discerpit, & alienam fœlicitatem tormentum illius facit? Quam inquam mercedem ex odio suo recipiet, nisi horribilis animæ tenebras, & confusæ mentis horrorẽ, qui vultu semper animoq; mœrente voto quo vult alii nocere, se cruciat, quem sæuissimis exagitatum stimulis ab omni cõsilio ac mentis sobrietate deturbat? Et ideo obseruemus fratres vitii huius incursum, ne forte participes operis diaboli inueniamur, & pari cum illo sententia condẽnemur, sicut scriptum est, Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Imitantur autem eum qui sunt ex parSapien.2
te eius. Quod malum lædit parum aliquid etiam eos in quos intenditur, grauius tamen & pernicios ius eos prius a quibus procedit affligit. Sicut enim erugo ferrum,Ad frẽs in eremo sermo.18.
ita inuidia illa ipsam animam in qua est interimit & consumit. Et sicut aiunt, uiperas dilacerato & dirupto illo ipso materno vtero i quo cõceptæ sunt nasci, ita & inuidiæ natura illam ipsam animam a qua concepta est & consumit & perdit. Qualis hęc animæ tinea est? Quæ cogitationum tabes pectoris? Quanta rubigo zelare in homine donum dei, & in malo opprobrio bona aliena conuertere aliorum gloriam facere pœnam suam velut quosdam pectori suo admouere carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent? Non cibus talib⁹ lætus: non potus potest esse iucundus. Suspiratur semper & ingemiscitur ac doletur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Et quãtum ille cui inuidet successo meliore profecerit, tantum inuidus in maius incẽdium liuoris igni
bus exardescit: pallor in facie, tremor in labiis, stridor in dentibus. Quisquis ille est
quem in zelo suo persequitur inuidus, subterfugere eum forsitan poterit, & uitare: inuidus vero fugere non valebit. Vbicunque fuerit, aduersarius suus secum est hostis in pectore semper inclusus, Denique dominus in Euangelio, cum eum discipuli
Matt.18. interrogarent quis inter illos maios esset, respondit: Quisquis fuerit, inquit, minimus in omnibus his, hic erit magnus. Quo verbo omnem causam & materiam mor
1. Ioan.3 dacis inuidiæ eruit & abscindit. Christiano ergo populo zelare non licet. Contra in-
1. Ioan.2 uidiam redde humilitatem. Audi beatum Ioannem Apostolum in epistola sua dicentem: Qui odit fratrem suum, homicida est. Et iterum: Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo vadat. Descendit.n. in gehennam ignarus, & cæcus præcipitatur in pœnam. Recedit ipse. s. a Chri-Ioan.8.
sti lumine monentis & dicentis, Ego sum lux mundi, & qui credit in me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitę. Nos vero deo auxiliante venena inuidiæ fugientes, non solum cum bonis, sed etiam erga malos charitatis dulcedinem habeamus. Sit in manibus diuina lectio, in sensibus dominica cogitatio, oratio tugis omnino non cesset, & salutaris operatio perseueret, ut quoties ad tentandum nos accesserit inimicus, semper nos bonis operibus inueniat occupatos. Consideret ergo unusquisque conscientiam suam, & si se videt de prosperitate proximi sui inuidię venenoperc dssum, euellat de pectore suo spinas & tribulos, ut in eo semen domini quasi in fertili agro multiplicata segete luminis concipiatur, vt amaritudo inuidię, Christi dulcedine leniatur. Amet eos & quos ante oderat, & de meliorũ semp ꝑfectibus gratuletur. Nõ deroget sacerdotibus, nec ꝑ positos suos venenatis dentibus laceret,Luc.6.

Universidad de Deusto Biblioteca

faciat se illis adunata dilectione participem. Dimittitur ei quando & ipse dimiserit:
accipientur sacrificia sua,cum & ipse pacificus ad deū accesserit. Cogitet vnusquisq;
Mat 5 paradisi delitias,regio cœlesti discat adhærere, ad quod nisi concordes & vnanimes
Ioan.13. spiritu non admittūtur. Cogitemus ergo fratres,ꝙ filij dei hi soli possint vocari, qui
sunt pacifici, secundum quod scriptum est: In hoc cognoscent omnes, quia mei di-
scipuli estis,si dilectionem habueritis ad inuicem. Ad quod vos pius dominus bonis
operibus sua protectione perducat,cui est honor & imperium cum patre & spū.&c.

Exo 1. In eadem dominica,de eo quod scriptum est,Mortuus est Ioseph, & filij Israel creue
Ser 84. runt &c. Sermo. II.

AVdiuimus in lectione quæ lecta est fratres dilectissimi,ꝙ mortuo Ioseph fi-
lij Israel creuerunt,& multiplicati sunt nimis, quasi herba germinauerunt.
Quid est hoc fratres charissimi: Donec viueret Ioseph non referuntur cre-
uisse filij Israel,nec ꝙ multiplicati sunt nimis: sed posteaq; mortuus est,sic germinas-
se dicuntur,cum utique sub patrocinio vel defensione Ioseph magis debuerant cre
scere & multiplicari. Sed hæc fratres charissimi, in illo Ioseph figurata sunt, in no-
stro autem Ioseph,id est,domino Christo in veritate completa sunt. Prius.n. quam
moreretur,ideſt,quam crucifigeretur Ioseph noster,pauci in eum crediderunt,post-
Ioan.12. quam vero mortuus est & resurrexit,in vniuerso mundo multiplicati sunt, & creue-
runt Israelitæ id est populi Christiani. Sic & ipse dominus in Euangelio dixit: Nisi
granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit,ipsum solet manet,si autem mor-
tuum fuerit,multum fructū affert. Postea enim quam passione prætiosum granum
frumenti mortuum est & sepultum,per vniuersum mundum de uno illo grano mes-
Psal 75 sis ecclesiæ pullulauit. Non enim sicut antea,in Iudea tantum notus est deus, nec so
Exod. 1. lum in Israel nomen eius colitur,sed a solis ortu vsq; ad occasum nomen illius col-
laudatur. Interea mortuus est Ioseph,& surrexit nouus rex in Aegypto,qui ignora-
bat Ioseph,& alloquitur gentem suam,vt persequerentur filios Israel. Dum rex ille
uiueret qui nouerat Ioseph non referuntur afflicti fuisse filij Israel,nec in luto & la-
tere fatigati,nec masculi eorum necati & fœminæ viuificatę, sed posteaquam surre-
xit rex ille qui non nouerat Ioseph,omnia illa gesta referuntur Hæc enim fratres se-
1.Co. 10. cundum quod dicit Apostolus in figura contingebant populo Iudæorum, scripta
sunt autem propter nos. Quod in illis carnaliter figurabatur, in nobis spiritaliter ad
impleatur. Et nos ergo si diligenter attēdimus,intus in nobis in hoie interiore hæc
fieri frequenter agnoscimus. Anima.n. nostra aut a legitimo rege regitur,aut a tyran
no uastatur. Si.n. deo addiuuante pie viuamus, si de charitate, de misericordia & de
patientia atq; pœnitentia,cæterisq; his similibus cogitamus,licet adhuc in Aegypto
id est,in carne simus,tamen a Christo rege gubernamur,& ipse regit nos in luto & la
tere,sed non consumit,nec nos curis terrenis vel nimijs solicitudinibus atterit & af-
fligit. Si vero anima nostra cœperit declinare a deo, & ea quę sunt turpia & inhone-
Roma.8. sta sectari, tunc prudentia carnis quæ inimica est deo,repudiato rege Christo, sub-
dit in fœlicia colla tyranno. Quod cum fuerit factum alloquitur gerem suam,id est,
corporis voluptates,& uitiorum ducibus ad consilium conuocatis initur deliberā-
tio aduersus filios Israel,ideſt aduersus cogitationes sanctas & acceptabiles deo quo
circumuemantur,quomodo opprimantur,ut luto & lateribus affligantur,ut mascu
los interficiant & fœminas reseruēt. In masculis intelligitur sensus rationabilis,
in fœminis concupiscentia carnis. Vult ergo diabolus in nobis uiros occidere, &
Roma. 15. fœminas reseruare, id est sensum in nobis rationabilem ac deum uidentem extin-
guere, & quę ad concupiscentiam carnis pertinent reseruari. Non nobis hæc ad hi-
storiam tantum scripta sunt,nec putandum est diuinos libros Aegyptiorum, gesta
narrare. sed quæ scripta sunt,sicut Apostolus ait, ad nostram doctrinam & commo-
nitionem scripta sunt,ut tu qui hęc audis, & gratiam baptismi iam consecutus es
& annumeratus es inter filios Israel, & suscepisti in regem Christum si post hoc de-
clinare uoluerit & pro cupiditate opera seculi agere, actus terræ & luti, id est, luxu
riosa explere ministeria agnoscas & intelligas quia surrexit in te rex alius qui nesci
Ioseph. Rex Aegypti ipse te cogit ad opera sua, non iustitiæ, sed iniquitati ser-
uire: ipse faciet laterem sibi operari & lutum: ipse te sub præpositis, magistris &

compulsoribus ad opera terrena & luxuriosa plagis & uerberibus aget: ipse est qui
te facit discurrere per seculum,maris ac terræ elementis pro cupiditate turbari: ipse
est rex Aegypti,qui te forū pulsare litibus facit,& pro exiguo terræ cespite ꝓpiquos
iurgijs fatigare: ipse est qui te persuadet luxuria castitati insidiari,decipere innocen
tiam,in domum tuam quæ sunt fœda, foris quæ sunt crudelia, intra conscientiam
quæ sunt flagitiosa cōmittere. Si ergo tales videris esse actus tuos, scito te regi Aegy-
pti militare,id est,non Christi,sed diaboli spiritu agi. Nos fratres charissimi,qui ante
aduentum domini saluatoris,domus diaboli fuimus & per gratiam Christi depote-
state ipsius liberari meruimus,quantum possumus ipso deo adiuuante laborare de-
bemus,ne a nobis malis actibus nostris offensus xps abscedat,& diabolus illo recedē
te succedat,ne forte cor nostrum vero lumine effocato tenebrosa nox occuper,ne in Luc.11.
nobis impleatur illud quod in Euangelio scriptum est. Cum exierit spiritus immū-
dus ab homine,vadit per loca arida,quærens requiem & non inuenit: post hęc dicit.
Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit,inuenit eam scopis mundatā,
& adducit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi,,& erunt
nouissima hominis illius peiora prioribus Hoc enim charissimi de Christiano etiā
baptizato intelligendum est. Per gratiam enim baptismi vacuatur quisque omnibus
malis,postea vero cum dei adiutorio laborare debet vt impleatur omnibus bonis.
Nam si aliquem liberum a malis vacuumq; a bonis inuenerit inimicus, adducit secū
alios spiritus nequiores se, & erunt nouissima hoīs illius peiora prioribus. Et ideo
vñ expulsa est luxuria,introducatur castitas: vñ eradicata est auaritia,plantetur elee
mosyna: vnde malitia uel inuidia expellitur, charitas dominetur. Et quia veniēs do
minus noster alligauit fortem, id est, diabolum: & vasa eius, id est,nos de potestate
eius eripuit,quantum possumus ipso auxiliante studeamus: vt illi a quo saluati su-
mus,toto corde & toto animo vsque ad uitæ nostrę terminū seruiamus: Et quia ex-
pulso diabolo domum sibi de nobis vbi requiesceret, & uasa in quibus habitaret fa-
cere dignatus est Christus,in domo sua nō patiatur iniuriam, nihil ibi inhonestum,
nihil sordidum,nihil deprehendat obscurum: sed ita domicilium cordis nostri fide
plenum,& vacuum malis omnibus semper inueniat, vt nos non solum frequentius
visitare,sed etiam habitare in nobis dignetur, Qui cum patre & spiritu sancto viuit
& regnat in secula seculorum,Amen.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam,
Erat Iesus eiiciens dæmonium,& illud erat mutum & cæte. Quę habētur de quæ- Luc.11.
stionibus Euangeliorum lib. primo, cap. 5. Et lib. secundo,capite decimo septimo.
Et inter sermones de verbis domini vndecimo.

Feria secūda post tertiam dominicā in Quadragesima,de paleis Aegyptiorū. Ser. I.
QVanuis fratres charissimi omni tempore verbum dei cum grandi desiderio nos Ser. 85
oporteat fideliter semper audire, in istis tamen diebus specialiter lectioni diui-
nę insistere,& de salute animæ nostræ debemus attentius cogitare, quia per totum
anni spatium Christianorum populus multis vitiorum fluctibus calliditate diabo-
li infectatur,qui appropinquante paschali solennitate, maiore impetu contra fideles
quosque se præparare consueuit, & grauioribus stimulis corda nostra compungere
vel inquietare contendit. Sicut enim in diebus istis ad similitudinem diaboli & ange
lorum eius Pharao & Aegyptiorum populus persequebatur filios Israel, & luto eos
ac lateribus affligentes ad amaritudinem perducebant: ita & hoc tempore imminēte Exod.1.
paschali solennitate,quia ueros Israelitas qui baptizandi sunt,dolet diabolus de suo
exercitu vel possessione discedere,grauiores consueuit tribulationes imittere,maio-
ra scandala concitare. Sed nos si Moysen sequimur, id est, si legem libenter audimus,
retrospicere vel desiderare Aegyptum nolumus,Pharaone submerso per sacramentū
baptismi, uelut per transitum maris rubri de eius potestate vel seruitio liberamur.
Certissimum est fratres charissimi,quia quomodo tunc Aegyptij filios Israel multis
tribulationibus ad amaritudinē perducebant: ita,sicut iā diximus, & in hoc tpe dia-
bolus & angeli eius fideles xpianos & bonis operibus deditos ipugnare uel iqetare nō
cessāt. Hoc tn scitote frēs,qa diabolus nō persequitur nisi bonos. Malos n luxuriosos
cupidos & superbos persequi diabolus non consueuit, Amici.n. sunt sui, & semper

voluntates illius faciunt. Et intantum eos non persequitur, vt etiam per illos alios persequatur. Malos enim homines diabolus quasi malleos vel flagella habere consuevit. Denique non persequitur bonos, nisi per malos. Habet ergo deus ministros suos, habet & diabolus adiutores suos. Deus enim per homines bonos tanquam per ministros suos agit omne quod bonum est, diabolus vero per homines malos velut per satellites suos exercet omne quod malum est. Diabolus per malorum auaritiam vestitos expoliat, deus per homines bonos vestit nudos. Diabolus per impios & superbos etiam & eos qui pacem habere videntur, ad scandala vel lites instigat, deus per pios & humiles discordes quoque pacificat. Et quia longum est ire per singula, vt pro certo agnoscat & intelligat charitas vestra: quia sicut omne quod bonum est per bonos homines agit deus: ita omne quod est crudele & impium per malos homines consueuit exercere diabolus. Denique considerate fratres, & corporalibus etiã oculis videbitis, quomodo põpulus diaboli persequitur populum Christi, dum adulteri persequuntur castos, insectãtur sobrios ebrioſi, humilibus insidiantur superbi, benignos inuidi, largos cupidi, & eos qui mansuetudinem vel patientiam retinent affligere non desinunt iracundi. Et ideo consideret vnusquisque conscientiam suam, & si se videt & in cogitatione & in opere semper quod bonum est diligere: & quod honestum est iugiter exercere, ministrum se dei esse cognoscat & gaudeat. Qui vero sepsum interrogans viderit quod malum est, non solum cogitare, sed etiam dicere vel exercere, adiutorem diaboli se esse intelligat simul & dicat, & dum adhuc peccatrix anima in corpore suo tenetur inclusa, cum dei adiutorio de potestate diaboli se conetur eruere. Nemo se circumueniat fratres charissimi. Vnusquisque cuius opera & volũtates exercet in isto seculo, cum ipso erit postmodum in futuro. Ac sic omnis homo aut cum Christo regnaturus est, aut cum diabolo in inferni supplicio cruciandus. Et ideo dum tempus est, & in nostra potestate consistimus, cum dei adiutorio vnusquisque qui se malis operibus in sinistra esse cognoscit, priusquam ab hac luce discedat, ad dexteram transire contendat, non ad sinistram, ne audiat, Discedite a me maledicti in ignem æternum: sed ad dexteram, vt inter agnos audire mereatur: Venite benedicti, percipite regnum. Vt hęc omnia cum dei adiutorio possimus implere, attentius de dandis eleemosinis cogitemus. Qualiter autem de sinistra transeatur ad dexteram, euidens & manifesta ratio demonstrat. Qui fuit ebrioſus sit sobrius, sit patiens qui fuerat iracundus: qui solebat res alienas rapere, incipiat etiam proprias pauperibus erogare: qui solebat maledicere, benedicat: qui solebat periurare, etiam a iuramento abstineat: qui consueuerat detrahere, semper quod bonum est loqui studeat: qui erat superbus, sit humilis. Et hoc ordine semper contrariis studeamus sanare contraria, vt destructis vitijs, virtutes festinemus instruere. Et hoc ordine qui in sunt in sinistra, transire conentur ad dexteram, vt ante tribunal æterni iudicis quicunque talis esse voluerit, audire mereatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui, ad quod nos dominus perducere dignetur: cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Mar. 25.

Mat. 25
Luc. 19.

Item eodem die sermones de Epistola & Euangelio eiusdem diei, habentur infra dominica sexta post octauas festi Trinitatis, & inter Sermones ad fratres in eremo trigesimo secundo.

Feria tertia post tertiã dñicã in Quadragesima, de natiuitate Moysi & rubo, Ser. I.

Ser. 86.
Exod. 2.

IN lectione diuina, fratres charissimi quę nobis recitata est audiuimus, ꝙ posteaq̃ sanctus Moyses natus est, ꝓpter metũ Pharaonis missus sit in fiscellam scirpeam, & proiectus in carectũ fluminis. Si diligenter attendimus fratres charissimi, secut beatum Isaac & Iacob & Ioseph, ita Moysen typum Christi prætulisse cognoscimus. Denique considerate diligentius, & videbitis quanta in illo sint figurata mysteria. Moyses a muliere Iudęa nascitur, & a Pharaonis filia adoptatur. Filia enim Pharaonis Ecclesiam figurauit, quæ exierat de domo patris sui, & ueniebat vt lauaretur ad aquam. Pharao in diaboli typum accipitur, filia eius, sicut dixi, Ecclesia intelligitur. Quòd autem pater eius diabolus antea fuerit, dominus in Euangelio Iudæos increpans, ait: Vos, inquit, ex patre diabolo estis. Patrem ergo diabolum habuimus, non ex eo nascendo, sed nequitias illius imitando. Exierat ergo

Ioan. 8

ergo filia Pharaonis de domo patris sui, quæ quanuis impium habuerit patrem, attamen ei dicitur per Prophetam: Audi filia & vide, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui, Qui dicit: Audi filia, pater est. Et ille qui admonetur obliuiscendus, pater nihilominus nominatur: ac si deus pater admonet, vt diabolum patrẽ debeat derelinquere. Hæc ergo est Ecclesia quæ exijt de domo patris sui diaboli, & ad aquam, id est, ad aquam baptismi festinauit, vt lauaretur a peccatis quæ in domo patris sui contraxerat. Denique statim viscera misericordiæ accipere meruit, & colligit Moysen a parentibus suis proiectum in flumine. Moyses ergo a matre sua proijcitur, & a Pharaonis filia inuenitur atque colligitur: & Christus dominus a synagoga de qua natus est repudiatur, & ab Ecclesia inuenitur atque suscipitur. Postquam autẽ creuit Moyses, abijt in regionem longinquam, & accepit Aethiopissam vxorẽ. Agnoscite fratres hoc non paruum esse mysterium, Aethiopissa illa ex gentibus erat, quã beatus Moyses duxit vxorem, quia & Christus ex gentibus sibi sociaturus erat Ecclesiã. Moyses dereliquit populũ suum in longinquis regionibus, & Aethiopissę cõiungitur: & Christus derelicto populo Iudæorum, de extremis regionibus Ecclesiæ sociatur, illi vtique quę dicit in Psalmis: A finibus terrę ad te clamaui. Audi ex persona Ecclesię, in canticis canticorum ait Ecclesia: Nigra sum & formosa. Quid est, Nigra sum & formosa, nisi nigra per naturam, formosa per gratiam? Nigra originali peccato, formosa baptismi sacramento. Dum ergo pasceret Moyses oues soceri sui in deserto apparuit ei dominus in rubo, & dixit Moyses: Vadam, & videbo quare rubus ardet, & non consumitur. Et appropinquanti dixit dominus: Ne appropinques huc, sed solue corrigam calciamenti tui, quia locus in quo stas terra sancta est. Rubus ille genus est spinarum. Ardebat enim, & non consumabatur. In rubo significata est synagoga Iudæorum. Multo enim tempore in eis feruor & flamma sancti spiritus fuit, & tamen ita contra dei gratiam rebelles semper spiritui sancto restiterunt, vt eorum peccata vel sacrilegia igne sancti spiritus consumi non possent. Dixit autem dominus ad Moysen: Veni & mittam te in Aegyptum. Et respondens Moyses dixit: Domine non sum eruditus, & tardus sum ad loquendum. Et ait illi dominus: Ego aperiam os tuum, & instruam te quę oportet te loqui, Beati sunt quorũ os dominus aperit vt loquantur. Omnibus enim qui pro veritate, pro iustitia, pro castitate, pro humilitate, pro misericordia loquuntur, sine vlla dubitatione os illorum nõ aperit nisi dominus. Sicut econtrario qui de luxuria, de auaritia, de superbia, de rapinis, de scurrilitate vel nequitia assidue loquuntur, quis illorum os aperiat nõ opus est dicere, potest hoc vnusquisque sine vlla difficultate cognoscere. Et ideo fratres charissimi, auxiliante domino bona iugiter cogitemus, vt os nostrum non crudelis aduersarius, sed deus pius aperiat. Ex abundantia enim cordis os loquitur. Vnusquisq; nostrum cuius præsentiam suscepit in corde, ipsius verba proferre consueuit ex ore. Nostrum autem cor aperiatur Christo, & claudatur diabolo, vt in nobis impleatur illud quod de domino & populo sancto scriptum est: Et habitabo, inquit in eis, & inambulabo. Et iterum: Ego & pater veniemus, & mansionem apud eum faciemus. qui semper quod iustum est loquitur, & deus in illo habitat & ipse in deo. Dixit ergo dominus ad Moysen: Quid est, inquit, quod in manu gestas? Et ille ait: Virga Proijce, inquit, eam in terram Quam cum proiecisset, versa est in serpentem, ita vt fugeret Moyses. Virga illa fratres charissimi, crucis mysterium prę ferebat. Sicut enim per virgam Aegyptus decem plagis percutitur, ita & per crucem totus mundus humiliatur & vincitur. Et sicut Pharao & populus eius per virgæ sacramentum affligitur, vt ad seruiendum deo dimittat populum Iudæorum: ita & diabolus & angeli eius per crucis mysterium fatigantur, & premuntur, vt a dei seruitio reuocare nõ possint populum Christianum. Quod autem misit Moyses manum suam in sinum suum, & protulit eam leprosam, & iterum misit & protulit sanam, & carni reliquæ similem nõ otiosę debemus accipere. In manu illa typus synagogę vel ecclesię gerebatur. Sicut prior fuit populus Iudæorum, posterior gentium, ita ante fuit synagoga q̃ ecclesia. Sed quia ecclesia eligitur & synagoga repudiatur, ideo in primis manus Moysi leprosa efficitur, & postea carni reliquæ similis redditur: ac si synagoga propter infidelitatem leprosa relinquitur, ecclesia quasi manus sana ad omne opus apta prę eligitur.

Pſal. 44.

Exod. 2.

Canti. 1

Exod. 3

Exod. 3

Exo. 4

Exo. 14

pLuc. 6

Leuit. 19
Ioan. 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo. 4 Leuauit ergo Moyses Sephoram vxorem suam, & veniebat in Aegyptum : & astitit dominus contra eum,& volebat occidere eum. Forsitan in hoc loco possumus intelligere,quòd displicuerit deo,quare Moyses tanta mirabilia facturus, vxoris impedimentum secum ducere vellet in Aegyptum. Vnde datur intelligi, q̃ ex illo loco remiserit vxorem suam ad socerum suum. Nam intantum siue illa descendit in Aegyptum, vt postea iam in eremo constituto Moysi ipsam vxorem suam,sicut legimus,le tro cognatus suus adduxerit. Quod autem virga proiecta in terram,versa est in serpentẽ,quid significet videamus. Serpens pro sapientia reputatur sicut dominus in Euangelio: Estote,inquit,prudentes sicut serpentes. Virgam crucem diximus figurasse. Crux ergo quæ infidelibus stultitia esse creditur,sicut dicit Apostolus: Gentibus stultitia,posteaquàm in terram missa est,id est,ad passionem domini præparata, versa est in serpentem,hoc est,in sapientiam : & in tantam sapientiam quæ omnem mundi istius sapientiam deuoraret: denique omnes serpentes quos magi incantationibus suis fecerant,deglutiuit. Per virgam ergo Aegyptus flagellatur,& per crucem mundus vincitur,& diabolus superatur. Oremus ergo fratres charissimi, vt & nobis Christus dominus pro sua pietate concedat mundi huius concupiscentiam vincere,& de diabolo & angelis eius ante tribunal suum fœlicem victoriam reportare, cui honor est & imperium in secula seculorum,Amen.

Exo.18 Exod.4

Mat.10. 1.Cor.1.

In eadem feria,de decem plagis Aegyptiorum, Sermo II.

Ser.87. Exod.7 MOyses ad Aegyptum veniens,fratres charissimi,defert & virgam, qua castigat & verberat Aegyptum decem plagis. Moyses,lex intelligitur quæ data est huic mundo,vt eum decem plagis,id est,decem mandatis quæ in decalogo continentur, corripiat & emendet . Quod autem lex Moyses intelligi posit, dominus in Euangelio dixit,Habent Moysen & prophetas,id est,legem & ꝓphetas. Virga vero per quã Aegyptus subijcitur & Pharao superatur, crucis Christi imaginem præferebat,per quam mundus hic vincitur,& princeps huius mundi cum principatibus & potestatibus triumphatur. Quod autem virga proijcitur,& fit draco vel serpens , & deuorat Aegyptiorum serpentes . Serpens pro sapientia ponitur : sicut scriptum est, Estote prudentes sicut serpentes. Idcirco virga Moysi , id est,crux Christi posteaquàm ad terras descendit, id est , posteaquam ad credulitatem & fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam,& in tantam sapientiam quę omnem Aegyptiorum,id est,huius mundi sapientiam deuoraret. Quod vero aquæ fluminis verterunt in sanguinem,satis conuenienter aptatur, vt fluuius cui Hebræorũ paruulos crudeli nece tra- D diderant,authoribus sceleris poculum sanguinis redderet,& cruorem polluti gurgitis,quem parricidiali cæde maculauerant,potando sentirent. Secunda vero plaga in qua inducuntur ranę, indicari figuraliter arbitror carmina poetarum,qui inani quadam & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus similes mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim animal illud vtile est,nisi quòd sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit. Post hoc scynifes producuntur. Hoc animal pennis quidem suspenditur per aera volitãs,sed adeo subtile est & minutum,vt oculi visum nisi acute cernentis eludat: corpus tamen cum insederit,acerbissimo terebrat stimulo,ita vt quem volantem quis videre non valet, sentiat stimulantem. Hoc ergo animalis genus dignissimæ arti philosophię vel hæreticorum callidi- tati poterit comparari,quæ minutis & subtilibus verborũ stimulis animas terebrat, & tanta caliditate circũuenit,vt deceptus quisque nec videat,nec intelligat vnde decipitur. Quarto quoque in loco cynomya,id est, musca canina inducitur,quæ Cynicorum sectæ merito comparatur , qui ad reliquas deceptionis suæ improbitates etiam voluptatem & libidinem summum prædicant bonum. Quoniam igitur per hęc singula prius deceptus est mũdus,aduenies sermo & lex dei huiuscemodi eum correptionibus arguit,vt ex qualitate pœnarum qualitates proprij agnoscat errores. Quinto in loco animalium nece vel pecudũ Aegyptus verberatur. Vecordia in hoc arguitur stultitiaq; mortalium,qui tanquam irrationabilia pecora cultum & vocabulum dei imposuerunt figuris,non solum hominum, sed & pecorum. Vnde iusto iudicio factum est,vt in quibus cultum credebant inesse diuinum,in his viderent miseranda supplicia. Vulnera post hæc & vesicæ cum seruore,sexto in verbere producũtur,& vt mihi qd in vlceribus arguatur dolosa & purulẽta malitia,in vesicis tumens & inflata superbia,in seruore,irę ac furoris insania . Hucusque per errorum suorũ figuras mundo supplicia temperantur. Post hęc vero verbera veniunt de supernis voces & tonitrua,& grando,& ignis discurrens in grandine. Videte temperamentũ diuinæ correptionis. Non cum silentio verberat,sed dat voces,& doctrinam cœlitus mittit,per quam posit culpam suam mundus castigatus agnoscere: dat & grandinẽ per quam tenera adhuc vastentur nascentia vitium: dat & ignem,sciens esse spinas & tribulos peccatorum quos debeat ignis ille depascere: de quo dicit dominus , Ignem veni mittere in terram. Per hunc enim incentiua voluptatis & libidinis consumũtur. Quòd autem locustarum octauo in loco fit mentio , puto per hoc genus plagæ aut detrahentis,aut semper a se discordantis humani generis inconstãtiam designari. Locusta enim cum regem non habeat: sicut scriptura dicit,Vna acie ordinatumducit exercitum. Homines vero cum rationabiles a deo facti sint,neque semetipsos regere potuerunt,neque dei regis patienter moderamina pertulerunt. Nona plaga tenebrę sunt,vt mentis eorum cæcitas arguatur, vt intelligant diuinæ dispensationis & prouidentię obscurissimas esse rationes. Posuit enim deus, sicut Psalmista, dicit, Tenebras latibulum suum. Quæ superbi audacter & temere perscrutari cupientes, & alia ex alijs asserentes,in crassas & palpabiles errorum deuoluti sunt tenebras. Ad vltimum,primogenitorum infertur interitus,Primogenita Aegyptiorum non incongrue principatus & potestates mundi huius,id est,diabolus & angeli eius intelliguntur,quos in aduentu suo Christus destruxisse dicitur: id est,captiuos duxisse & triũphasse in ligno crucis suę. Possumus primogenita Aegyptiorum accipere etiam omnes hæreticorum authores , & inuentores falsarum quæ in hoc mundo sunt religionum,quas Christi veritas cum suis extinguit authoribus. Et vt hęc quę dicta sunt tenacius vestræ memoriæ inhæreant , & ea velut munda animalia , in ore cordis reuoluere,& spiritaliter ruminare possitis breuiter recapitulationem facimus. Quod enim in prima plaga aquæ conuertuntur in sanguinem,significantur doctrinæ philosophorum,quæ paruulos sensu decipiunt. Quòd vero in secunda plaga,multitudo ranarum,intelliguntur in eis carmina poetarum,quæ nullis vnquam ꝓdesse potuerunt. In tertia plaga scynifes,id est,muscæ minutissimæ producũtur, grauissimo stimulo corpora compungentes,& in eis philosophiæ artis astutia, & infœlicium hæreticorum venena vel commenta subtilissima designantur. Quarta plaga,musca canina inducitur,& Cynicorum doctrinę merito comparatur,qui inter reliqua mala libidinem summum prędicant bonum. Quinto loco animalia occiduntur , & significatur in hoc vecordia vel stultitia hominum. Sexto loco vlcera & pustulę vesicæ cũ seruore mittuntur . In vlceribus arguitur dolosa & purulenta malitia: in vesicis, tumens & inflata superbia: in seruore,iræ ac furoris insania. Postea vero septimo loco tonitrua & voces de cœlo mittuntur simul & grãdo vel ignis. In vocibus & tonitruis agnoscitur doctrina cœlestis , in grandine disciplina quam accipiunt peccatores, in igne gratia sanctispiritus,per quam libidinum voluptates & peccatorum tribuli cõsumuntur. Octaua plaga,locustæ introducuntur. Animal dente noxium & significatur in eis superba hominum malignorum, qui se inuicem fallis testimonijs & proditionibus persequuntur. De quibus Apostolus dicit,Si inuicem mordetis & comeditis,videte ne ab inuicem consumamini. Nona plaga, tenebrę inducuntur , per quas cæcitas mentis vel cordis arguitur. Decima plaga,primogenita percutiuntur, in quibus aut spiritales nequitiæ,aut originalia peccata intelligi possunt,quæ uenię te Christo per mysterium crucis & gratiam baptismi deleri vel extingui manifestissime comprobantur. Hęc ergo fratres charissimi,quæ illo tempore per figuras & imagines legimus facta , gaudeamus & gratias deo agamus, quia in nobis per eius misericordiam & sentimus , & videmus esse completa : regnante domino nostro Iesu Christo , cui est honor & imperium cum patre & spiritusancto, per omnia secula seculorum,Amen.

Exod.7 Mat.10.

Exod.7

Exod.8

Exo.9

Exod.8 14.de ciui. dei ca. 20.

Exo.9. Luc.12. Exod.10. Prou. 30 Exo.20 Psal.17 Exo.12 Recapitulatio. Exo.7 Exod.8. Vbi sup. Exo.8 Exo.9 Vbi sup. Exo.9. Exod.10. Galat. 5. Exo 10. Exod.12. Vbi sup.

Matt. 18. Item eodem die Homiliæ de eo quòd ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Matthæ. Si peccauerit in te frater tuus,& cætera. Quæ habentur inter ſermones de verbis domini decimoquinto & decimo ſexto, Et de quæſtionibus Euangeliorũ libro ſecundo capite quinto.

Eſod. 9. Feria quarta poſt tertiam dominicam in Quadrageſima,de eo quod ſcriptum eſt,Indurauit dominus cor Pharaonis. Sermo. I.

Sermo. 88. Exod. 4. &7. QVoties lectio illa recitatur,fratres chariſsimi,in qua frequenter audiuimus cor Pharaonis dominum induraſſe,non ſolũ laicis, ſed etiam aliquibus clericis ſolet ſcrupulum generare. Dicunt n.aliqui inter ſe. Cur.n.iniquitas illa Pharaoni imputatur,cũ dominus cor illius obduraſſe referatur? Et quia de hac re immundiſsimi Manichæi ſacrilego furore ſcripturam veteris teſtamenti reprehẽdere ſolent:rogo vos fratres chariſsimi diligenter attendite,quia etſi non quantum debemus,certe vel quantum poſſumus breuiter volumus charitati veſtræ ſuggerere,qualiter obdurationem illam debeatis accipere. Primo hoc fideliter & firmiter credat dilectio veſtra,quia nunquam prius deus deſerit hominem, niſi prius ab homine deſeratur. Cum.n.& ſemel & ſecundo & tertio vnuſquiſque grauia peccata commiſerit: expectat tamẽ illum deus,ſicut per Prophetam dicit, Vt cõuertatur & viuat. Cum vero in peccatis ſuis cœperit permanere, de multitudine peccatorum naſcitur deſperatio,ex deſperatione obduratio generatur. Dum homines negligentes in primis deſpiciunt peccata ſua quia parua ſunt creſcentibus minutis peccatis adduntur etiam crimina,& cumulum faciunt & demergunt. Quod cum factum fuerit,implebitur hoc quod ſcriptum eſt,Peccator cum venerit in profundum malorum contẽnit. De talibus & Apoſtolus dicit,Ignoras ꝙ patientia dei ad pœnitetiam te adducit? Tu autem ſecundum duritiam cordis tui & cor impœnitens,theſaurizas tibi iram in die iræ. Et de tali obduratione etiam alibi legimus,Equus indomitus euadit durus,& filius remiſſus euadit præceps,Et iterum de corrigendo filio ſcriptura loquitur. Vnde ait, Tunde latera filii tui dum infans eſt,ne induret & non conſentiat tibi. Iſta n. teſtimonia ſcripturarum ideo charitati veſtræ inſinuare volui, vt intelligatis, quia & obduratio non dei potentia compellente perficitur,ſed dei remiſsione vel indulgentia generatur:ac ſic Pharaonem non diuina potentia, ſed diuina patientia credenda eſt obduraſſe,Denique quoties eum dei plaga percuſſit,afflictus pœnituit. At vbi ei remiſsio diuina indulgentiam dedit,iterum ſe in ſuperbiam elatus erexit. Hoc ergo definitiſsime credite fratres,& hoc intelligite,quia quoties dominus dixit,Ego indurabo cor Pharaonis:non aliud intelligi voluit,niſi ego,inquit, ſuſpẽdo plagas meas & flagella,vnde eum per indulgentiam meam contra me obdurari permitto. Sed forte aliquis dicat, Quare illum deus parcendo indurari fecerit, & quare flagella remouerit? Hoc loco ſecurus ego reſpondeo, Ideo deus toties flagella remouit, quia Pharao pro ingenti cumulo peccatorum ſuorum non tanquam filius ad emendationem meruit corripi,ſed tanquam hoſtis permiſſus eſt indurari. Tantæ.n. illius iniquitates præceſſerunt,& deum toties ſacrilego auſu contempſerunt, vt in illo impleretur quod de talibus ſpiritusſanctus dixit, In labore hominum non ſunt,& cum hominibus non flagellabuntur: Ideo tenuit eos ſuperbia,operti ſunt iniquitate & impietate ſua: Prodit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Ecce qualiter obduratur, qui ad correctionem caſtigari a domino non meretur. De illis autem quos indurari dei miſericordia non permittit: ſcriptum eſt, Flagellat deus omnem filium quem recipit. Et iterum, Ego quos amo,arguo & caſtigo. Et iterum, Quem.n.diligit,dominus corripit. De hac obduratione etiam Propheta ex perſona populi ad dominum clamat,dicens, Induraſti cor noſtrum ne timeremus te. Quod vtique non eſt aliud,niſi deſeruiſti cor noſtrum,ne conuerteremur ad te. Quam rem multis præcedentibus ſacrilegiis in populo Iudæorum impleram eſſe cognouimus. Nemo ergo cum paganis aut Manichæis dei iuſtitiam reprehendere aut culpare præſumat: ſed certiſsime credat ꝙ Pharaonem non dei violentia,ſed propria iniquitas & indomabilis ſuperbia contra dei præcepta toties fecerit obdurari. Quid eſt autem ꝙ dixit, Ego indurabo cor eius, niſi cum abfuerit gratia mea,obduret illum nequitia ſua? Et vt hoc euidentius poſ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Pſal. 72. Hebr. 12. Apoca. 3. Prouer. 3 Eſai. 63 Exo. 4. & 7

ſit agnoſci, aliquam ſimilitudinem de rebus viſibilibus charitati veſtræ proponimus. Sicut.n. quoties nimio frigore aqua conſtringitur,ſolis calore ſuperueniente reſoluitur,& diſcedente eodem ſole iterum obduratur: ita nimirum peccatorum frigore refrigeſcit charitas multorum,& velut glacies obdurantur, & cum eis iterum calor diuinæ miſericordiæ ſuperuenerit reſoluuntur: Ille vtique calor de quo ſcriptũ eſt,Non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. Quod etiam erga Pharaonem impletum eſſe cognoſcimus,a quo quoties flagella remota ſunt, contra deum ſe obduratus erexit,quoties vero afflictus eſt,humiliter ſupplicauit. Quare autem deus noſter non omnes ita miſericorditer flagellat,vt nullum contra ſe obdurari permittat? Aut illorum iniquitati qui obdurari merentur adſcribendum eſt, aut ad inſcrutabilia dei iudicia referendum,quæ plerunque ſunt occulta,nunquam tamen iniuſta. Nobis ergo ſufficiat pie & humiliter credere illud quod Apoſtolus dixit, Nunquid iniquitas apud deum? Abſit. Et illud quod in cantico conſueuimus pſallere, Deus fidelis in quo non eſt iniquitas. Vnde ſicut iam ſuperius ſuggeſsi de Pharaone, hoc ſine aliqua dubitatione credamus, ꝙ eum non tam dei potentia quam dei patientia fecerit obdurari. Quam rem etiam ipſo confitente euidenter agnoſcimus. Sic.n. ipſe cum caſtigaretur iuſtitia compellente profeſſus eſt, Dominus iuſtus, ego autem & populus meus impii. Qua ergo conſcientia Chriſtianus deum iniuſtum eſſe conqueritur? Nam & intantum non eum deus irreuocabiliter obdurauit, vt poſt decem plagas populum dei non ſolum dimitteret,ſed etiam exire compelleret. Quod n. decem plagis percuſſus feciſſe legitur,poſt primam caſtigationem implere potuiſſe cognoſcitur. Quam rem etiam circa vernaculos noſtros exercere conſueuimus, quos nimis delicate aut ſatis remiſſe nutrimus,vel quibus frequenter peccantibus indulgemus. Cum enim peiores de ipſa remiſsione reddantur: ſolemus his exprobrantes, dicere, Ego te talem feci,ego tibi parcendo proteruiam tuam negligentiamq; nutriui. Et hæc non dicimus,ꝙ ex voluntate noſtra in tantam ſint ſuperbiam deuoluti, ſed quia magis de bonitate vel indulgentia noſtra fuerint obdurati. Ita & deus de Pharaone feciſſe dignoſcitur,dum ab illo pro ineffabili bonitate plagas ſuſpendit,ille obdurato corde contra deum ſuperbus erigitur. Ego vobis fratres chariſsimi hæc ſuggerẽdo quaſi indicula quędam directa & obſcura inſinuare curaui: Vos vero ſi pio & fideli animo ſicut conſueſtis ſcripturæ diuinæ ſacramenta percipitis,domino donãte plenius quid rei veritas habeat cognoſcitis. Nos vero fratres chariſsimi qui in ueritate agnoſcimus, ꝙ ex multitudine peccatorum deſperatio naſcitur, & ex deſperatione obduratio generatur: ſecundum illud quod ſupradictum eſt, Peccator cum venerit in profundo malorum contemnit: quoties nobis aliqua peccata ſurrepſerint,ſine vlla mora medicamentum eleemoſinę uel pœnitentiæ feſtinemus animarum noſtrarum vulneribus prouidere. Vtiliter.n. malagma vel fibula calidis adhuc vulneribus apponitur,& cito ad ſanitatem vulnus reducitur,quod putreſcere longa abuſione non ſinitur. Et ideo quotieſcunque delinquitur,peccata noſtra iudices nos ſentiant non patronos, accuſatores ſuos & non defenſores eſſe cognoſcant: ſecundum illud quod ſcriptum eſt, Iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper. Tu agnoſce, & deus ignoſcit. Nam quo pacto deus dignetur ignoſcere, quod in ſe homo dedignatur agnoſcere? Quomodo enim ſi aliqua plaga aut aliquod vulnus in corpore noſtro ſuperuenerit ſine aliqua mora medicamenta requirimus, & medicamenta apponere feſtinamus, ita & in animæ vulneribus, exercere debemus,ne forte ſi plus de corporibus quàm de animæ ſalute ſoliciti ſumus, iniuſto iudicio ancillam dominæ præferentes increpationem propheticam me reamur excipere: Homo, inquit, cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hoc enim nobis oportet ut plus de animæ quam de corporis incolumitate cogitemus, & imaginem dei ita in nobis ſtudeamus excolere, ut ante tribunal æterni iudicis ſine confuſione venire poſsimus, Qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

Exod. 9. Pſal. 18. Roma. 9. Deut. 32. Proue. 18. Pſal. 50. Pſal. 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eadem feria, de Pharaone, Sermo II.

Ser. 68.

Exod. 14. AEgyptiorum turmæ inter mari timos fluctus alienum iter ingressæ aqua vindice puniuntur, vt illos in ditionem reuocarent, qui deum habebant peculiariter defensorem. Quos in medium marini aluei sinum desperata traxit audacia, inanis furor iræ amplius prouocabat insania, cõfundentibus & in naturam suã redeuntibus vndis, grauiter eos per diuersa mox littus excepit, & insepultos bestiarum pastibus arena seruauit. Elegerat deus Moysen qui Pharaonem virtutibus inuitaret, signis & magnalibus admoneret, vindicta terreret, & territũ seueritate cõpesceret. Sed dicis, Exod. 4. & 7. Quõ posset liberari admonitus, qui iam dei sententia trahebatur? Obdurabo, inquit cor Pharaonis. Sententiam protulit quã se facturũ promiserat, non quam iam fecisse monstrabat. Obdurabo, inquit, non obduro. Aliud est facere, aliud est quod iã fecisse promittitur, nec tamen impletur, vt metu territi corrigãtur. Cõsumi Hæbræos Exod. 1. & 5. præcepit luto, latere, paleis denegatis, vt tandem afflicti si bellum contingeret Aegyptijs, non valerent resistere ciuitati, Leuantur ergo machinę vsq; ad cœlum, turres eminent, & aptissime cõstruunt fabricam, non quod deessent ędificia ciuitati, sed populum perire quærebat, qui diuino fauore pollebat. Augetur populus dum opprimitur, & dũ putat minui quotidie crescit. Plus insequitur quasi posset vincere, quos Exo. 1. diuina maiestas prædixerat esse victores. Inter hæc præcepit vocari obstetrices, imperat vt Hebręarum si nati essent masculi necarentur, & sexus inferior seruaretur. O prodiga furoris audacia: Necdum natis pœna mandatur, & ante principium vitæ periculum concitatur. Cohibe nefarie homo insaniam tuam. Quos necdum vides insequeris. Quid scelestius? nondum natos occidis. Seruet ordinem feritas tua, nascantur ante, quos punias. Præstant tamen partum ministræ, noluerũt exercere ad perni Exod. 1. ciem quod didicerant ad salutem, facilius Hebræas mulierẽs quã Aegyptias parere dicentes, nec illis obstetricũ ministeria sunt necessaria, quibus deus prouenit ad animas liberandas. O magnum humanitatis ingenium, & pium pro salute mendacium. Tantum timuerunt obstetrices deum, vt præcepta regis contẽnerent, & mulierũ særaria conseruarent. Sed incredulus Pharao in alterum se nocendi aditum vertit, vt quod occulte antea tentauerat in populis palam faceret, omnem Hebræam masculinam prolem iussit occidi. Quod vbi ad aures matrum rumor aduexit, pulsatum est planctibus cœlum: & cum ab ipsis vberibus auulsa proles raperetur ad mortẽ, succedebat dolor vincens parturientis dolorem. Nulla tamen mater infœlicior fuerat, nisi quæ fœcundior erat. Optabant tamen oẽs steriles esse quã fœcundæ parerent. Quid impie insanis? quid crudeliter ęuis? Licet plurimis insontium mortes acerbas 171 G
inferas, & animas miserorum crudeliter cremes, tibi necis augẽtur & pœnæ non detrahi
tur meritum. Cum enim passim paruulorũ corpuscula deiicerẽtur in flumine, Moy- Exod. 2.
sen manus excepit humana, quem pro totius vindictę causa quærebant. Nam cum Pharaonis filia viridanti in ripa tremula poscerẽt fluenti lauacra, inuenit, in loculo quem pater non posset nutrire supplicio. Ad quem educandum in nutricem mater adducitur, ad alendum occasio coniunxit affectum, quem regis diuiserat metus. Nouum miraculi genus fecit in misericordis filia parricidę. Nam dum paruulum seruat ignara, patrem decepit incauta. Dignum malitiæ eius sceleris erat, vt filiæ prouisione periret, qui genitrices, indixerat parturire, Cõpetẽs processit diuina vindicta, vt suis affectibus puniretur, & Moyses pro alijs exuendis exueretur. A fluctibus deniq; mystica lingua Moyses nomen accepit, & Pharaonis necem quam præparauerat in nomine, in flumine maris inuenit. Hic operante virga per medios fluctus ac si pulue rulentos exhibet gressus, imperio suspensam in altitudine montium erigit vndam, vt dei plebem redderet saluam. Audistis nefariam crudelissimq; vocem durissimi Pharaonis, masculos in amnẽ proiicite, fœminas viuificate. Iubet hostis in flumẽ paruulos proiici, iubet innocentes crudeli morte necari. Non prohibet nasci, dum natos decernit occidi. Quos enim necdum viuere natura concesserat, eos sententia iam sustinet ad pœnam. O noua & inaudita crudelitas. Ante iudiciũ celebratur, quã reus 171 H
ipse dãnetur. Ante sententia profertur, quam obnoxius sententiæ demonstretur. Vtque reorum mos est, vt reatus sui sententiam expectare soleant. Nec enim reus po-

test ante damnari, quam eius culpa cœperit manifestari. Hi vero nec rei nati, nec reatus sui sententiæ merito mancipati. Nascebantur enim non vt vitæ salutis perciperent fructum, sed vt esset quos crudelitas seculo faceret luctũ. Nũc præcipis, quod factum deberes vlcisci. Non natorum pietas, non parentum dolor te flectit, qui inter infantium mortem parentumq; dolorẽ, seuitiæ tuæ expleri sententiam gaudes. O parentum vota crudelia, lętitia luctibus immutata. Ad facinus profuit, quicquid in eorum fœlicitate processit. Gaudebat lætissimus hostis, inter madentes omnium fletus. Quantę perierunt dolentium præces, quantæ incassum effusæ sunt lacrymæ, quanti gemitus vlulatusq; multorum, cum parentes manibus natos exponi viderẽt qui simile nihilominus mox facturi fuissent? Suos iam casus in aliis alij cernebant, alij continentes filios suos cum iam celare non possent exponebant, alij mox editos Exod. 12.
exposuerunt, ne quanto retinerẽt tardius, tanto emitterent crudelius. Quanti pro filijs optauerunt mori, quanti sententiam contemnere voluerunt tyranni? Satiemus, inquiunt, eum, & nostro mœrore eius sæuitiam repleamus. Percutitur Aegyptus primogeniti affectu, vt ex sese cognoscerent quantus dolor sit filiorum, qui necauerũt filios Hebræorum. Percutitur, inquam, Aegyptus primogenitorum affectu, oriturq; funestus clamor. Dignitas nullum excusabat, nec alium conditio opprimebat. Non seruus ad obsequium, non dominus ad imperium. Non regem honor excusabat, nec inopem necessitas alienabat. Stabant Hebræi vindicta dominante illæsi, quos non 172 K
tantum propria salus lætos reddiderat, sed & hostiũ plaga lætiores effecerat. Exeũt læti, eunt securi domino protegente inuicti. Tunc pœnitet Pharaonẽ uiuat, & euasisse eum tanta eius scelera non sustinebant, ut qui in tantis plagis nullam emendauerat culpam, quæ fuerat competens exquirebat. Iungit currus, exercitum præparat, Exod. 14.
aciem dirigit, nemo relinquitur qui saluari mereatur. Includuntur persequentibus Aegyptijs Hebræi inter mare & hostes, inter vndas & gladios. Hinc mare spumat, inde arma corruscãt. Hinc aquarum, inde armorũ strepitus. Sic operari deus suis assuet, vt vbi defecit humanum consiliũ, illic intercedat diuinum adiutorium. Quibus
visis populus territus formidabat, cũ conspiceret rapidos cursus influere littoribus
mare, voluente æquora flamine collisa laxare, mox vniuersi exclamabant ad ducẽ Hebreorũ: Dum Pharaonis dominio carere volumus, discrimẽ, inquiunt, inuenimus & cum voluntarię seruire volumus, ad periculum puenimus. Exhibes mala quibus adhuc vsque ,pmittis, nec te interitus nostri authorem intelligis, dum tantis malis obnoxiũ non agnoscis. Quibus Moyses sanctissimus ait, Ne formidetis uiri, estote fide armati, credite uerbũ quod sentietis futurum. Credite victoriam vestram iã properare, & gentis furentis interitũ. Non consentientibus uentis aquarum uolumi
172 L
na imperfectis cursibus refrenantur, ne hostes uestros ante puniant quam iubẽtur. Statim diuino iussu uirgæ ictu rumpitur mare, & diuisis undis campos quos natura non nouerat exhibuit. Hiantibus undis freti, arcana & maris secreta declarat unda. Erigitur in cumulum pelagus, & murorum istar suspensos exhibet fluctus. Fit littus ubi fuerat pelagus, & limite recto via porrigitur, ubi populus dñi mirabiliter graderetur. His nãque visis populus domini propter se cuncta gesta cognouit, & iussu diuino intrepidus introiuit. Ambulabat, inquit, securus domino pugnante inuictus, sequitur Pharaonis exercitus aquarũ supplicio periturus. Putabat illic posse se pugnare, vbi solus cum suis fuerat periturus. Sic itaque dominus locutus est Moysi, Nunc aduenit Aegypti interitus. Quos enim disperdere uolui, supplicio hoc abolere disposui. Ad pristinum statum redeat maris quod fuerat, vt salutem iustis, interitum operetur iniustis. Confestim iussu diuino impetu facto Aegyptij rapiuntur, & ruina aquarum oppressi fluctu uoluente in littore proijciuntur, ante mortui Aegyptij quam incolumes peruenirent Hebræi, Hæc vindicta debebatur, vt citius periret qui consequi denegauit salutem.

172 M Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæũ, Accesserunt ad Iesum ab Hierosolymis scribæ, & pharisæi, dicentes, Quare discipuli tui &c. quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum libro primo, capite decimoseptimo, & decimonono. Mat. 15

Feria quinta post tertiam dominicam, in Quadragesima, De via trium dierum.

Sermo. I.

Exod.5. Ser.90. IN lectionibus diuinis quæ nobis præteritis diebus recitatæ sunt, audiuimus dominum præcepisse Moysi, vt viam triũ dierum pergeret in desertum, & cum omni populo sacrificaret domino. Videamus fratres dilectissimi quid sit illud quod dixit Moyses, Viam trium dierum ibimus in desertum, vt sacrificemus domino deo

Exod.5. nostro. Hæc quidem volebat Moyses, sed contradicebat Pharao, & non volebat filios Israel a se longe discedere. Non volebat princeps huius mundi exercitũ domini triũ dierum sacramenta cognoscere: illa vtique sacramenta, de quibus Propheta dixit,

Osee.6. Viuificabit nos post duos dies, in die tertio suscitabit nos, Prima dies passio domini saluatoris est. Secunda qua descendit ad infernum. Tertia autem resurrectionis est dies. Et ideo in die tertia deus antecedebat eos per diem in columna nubis, per noc-

Exod.13. ctem autem in colũna ignis, ducitur; populus per mare rubrũ. Tres enim dies non incongrue possumus dicere, patrem & filium & spiritũ sanctũ, quia & pater dies est, & filius dies est, & spiritussanctus dies est, & hi tres vnus dies. Via trium dierum, quia

Ioan.14. exitus de Aegypto recte intelligitur ille, qui dixit, Ego sum via & veritas & vita, quia nemo venit ad patrẽ nisi per ipsum. Ipse est via per quam populus qui deo coniungitur de Aegypto ideſt de idolorum obseruatione educitur per mare rubrum Christi sanguine rubicundum, & quodammodo iam tunc mysterio consecratum, tanquã

per baptismi sacramentum, Pharaone submerso, populus dei eripitur. Et vere ita fit fratres, quando in salutari lauacro tertio Christiani merguntur: tunc Aegypti, ideſt originalia peccata vel actualia crimina quasi in rubro mari sepeliũtur, & filijs Israel pertrãseuntibus ad dei seruitium, sola patiũtur peccata naufragiũ. Et ne aliquis dubitet & putet non omnia peccata sopiri per baptismum, agnoscat & intelligat, quia

Exo.14. quo nullus remansit Aegyptiorum, sic nihil remanet penitus peccatorũ. Sed antequam mare rubrum transiretur, clamauit Moyses ad dominum. Quo clamat, quia

Gala.4. nulla eius vox auditur? Et tamen dicit ad eum deus, Quid clamas ad me? Vellem scire quo sancti sine uoce clament ad deum. Apostolus docet, Quia dedit deus spiritum

Roma.8. filij sui in cordibus nostris, clamantem abba pater. Et alibi, Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Et iterum, Qui autem scrutatur corda scit qd desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Sic ergo inspirante spiritusancto, apud deum per silentiũ sanctorũ clamor auditur. Post hæc iubetur Moyses virga percutere mare, In uirga mysterium sanctæ crucis agnoscite. Et verum est fratres. Attendite enim & videte q; nisi uirga supra mare eleuetur, populus dei de Pharaonis potestate non tollitur. Sic est fratres charissimi. Si sancta crux eleuata nõ esset, Christianus populus in æternum perisset. Eleuata vera virga. i. cruce erecta, cedit mare, cedunt & fluctus eius, hoc est, vincitur mundus & mundi istius potestates. Cogitur ergo fluctus in cumulũ, & unda in semetipsa repressa curuatur. Solidit atem recipit liquor, & solũ maris aresçit in puluerem. Bonitatem creatoris intellige, Si voluntati eius obtẽperas, si legẽ ipsius seruaueris, ipsa tibi elementa etiam cõtra sui naturam seruire compellit. Oremus ergo fratres dilectissimi, vt dominus noster quod de Aegyptijs fecit in maro rubro, faciat in corde & in corpore nostro, vt det nobis virtutem & adiutorium spiritussancti, vt in nosipsis spiritales Aegyptios posimus extinguere. Extinguit nãque spiritalẽ Aegyptium, qui non agit opera tenebrarum.

Aegyptiũ extinguere quid. Extinguit Agyptium, qui non carnaliter, sed spiritaliter uiuit. Extinguit Aegyptiũ qui cogitationes sordidas & impuras, uel depellit ex corde, uel omnino recipit: sicut & Apostolus dicit, Assumentes scutũ fidei, in quo posimus omnia tela malignĩ ignita extinguere. Hoc ergo modo possumus hodie etiam Aegyptios uidere mortuos &

Ephe.6. iacentes ad litus, submergi quadrigas & eorum & equos. Possumus etiam Pharaonem uidere submergi, si tanta fide uiuamus, ut deus pacis conterat, satanam

Roma.16. sub pedibus nostris uelociter. Via etiam trium dierum, potest intelligi, bene cogitare, bene loqui, bene operari, Et reuera qui hoc agit & tota animi uirtute custodit, non in nocte sed in die ambulat, nec filius tenebrarum, sed filius lucis efficitur: ut

Via trium dierum. impleretur in illo illud quod Apostolus dicit, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autẽ

Ephe.5. lux in domino, ut filij lucis ambulate. Quãdo fuimus tenebræ fratres? Vtique quando

do vias noctis ambulauimus, id est, quando malum cogitauimus, malum diximus, malum etiam operati sumus. Postea vero venientes ad Christum, per ipsius gratiã relinquamus opera tenebrarum, & bene cogitando, bene loquendo, bene operando viam lucis currere festinemus. Istæ ergo sunt tres viæ per quas peruenitur ad cœlũ: sicut & illæ tres aliæ sunt per quas a natores mundi peruenient in infernum, hoc est malum cogitare, malum dicere, malum facere. Ista est lata & spaciosa uia quæ ducit Matt.7. ad perditionem: Et per istas vias diues purpuratus descendit in infernum, per illas Lucæ.16 vero alias Lazarus ad Abrahę peruenire meruit sinum. Istas tres vias obsidet inimicus, sicut de Pharaonis exercitu legimus. Electos ascensores ternos stantes demersit Exo.14. in mare rubrum. Qui sunt isti electi ascensores? Electi vtique a diabolo ad luxuriã, ad malitiam, ad omnium malorum caput superbiam. Et hi ergo terni stantes, istas tres obsident vias, vt ille aut hominem ad opera mala subuertat, aut ille sermonem malum eliciat, aut ille cogitationẽ iniquam extorqueat, Sed fœlix est qui totas tres istas vias deo adiuuante deuitans, per totum triduum de Pharaonis societate discedit, ita vt nullum illi diem subtrahat inimicus, nec splendorẽ fidei eius vertat in noctem. Et ideo fratres, faciamus illud quod scriptum est, Omni custodia serua cor Prou.4. tuum. Consideremus cum dei adiutorio, & custodiamus corda simul & conscientias nostras: & si est quisquam in nobis cui cogitationem malam inimicus eliciat, quantum doleat laboret vt vel in sermone non peccet: vt si ei diabolus vnum diem rapuit & conuertit in noctem, vel secũdum diem in illo obtinere non possit. Si vero & hoc subtilitate callidissima potuerit obtinere, vt malum & corde cogitemus & ore loquamur, si iam duos dies perdidimus, vel vnum diem cum dei adiutorio conseruemus, ne etiam nos usque ad opera mala posit nequitia inimici subuertere. Si vero & hoc factum est, non tamen de misericordia desperemus, sed cito per pœnitentiam de luto fœcis pedes animæ nostræ excutere festinemus. Non enim vult dominus mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Sic tamen conuertamur, ne iterum retro re- Ezec.33 spiciamus, neque opera mala quæ fecimus faciamus, nec reuertamur quasi canis ad vomitum, sed ad pretiosam & desiderabilem patriam tendentes, per viam bonorum Prou.26. operum perueniamus ad regnum, regnante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Eocem die, de amara aqua & manna.

Sermo II.

IN lectione quę nobis ad missas legenda est, fratres charissimi audituri sumus, q; fi Sermo.91. lij Israel post transitum maris rubri venerunt ad amara, id est, ad aquam amarã, & non poterat populus bibere aquam eo q; esset amara. Pro qua re dominus beato Exo.15 Moysi ostendit lignum, & misit illud in aquam, & facta est dulcis. Mirum admodum est vt lignum ostenderet Moysi quod mitteret in aquam, & faceret eam dulcem, qua si non potuisset sine ligno aquam dulcem efficere deus, aut Moyses nesciebat lignũ vt deus illi ostenderet. Sed videndum est, quid decoris in his interior habeat sensus, Rubrum. n. mare, sacramentum baptismi significauit. Aqua amara, legis literam significauit. Denique lex si secundum literam suscipiatur, satis amara est. Quomodo 2.Cor.3 non esset amara quæ occidit, dicente Apostolo, Litera occidit? Quid. n. tam amarum, Gene.17 quàm vt puer octaua die circuncisionis uulnus accipiat & rigorem ferri tenera patiatur infantia? Amarum satis & peramarum est huiusmodi poculum legis, intantum ut populus dei nõ ille qui in Moyse baptizatus est in mari & in nube, sed Chri- 1.Cor.10. stianus populus qui in spiritu & aqua baptizatus est non possit bibere de ista aqua: sed ne gustare quidem de circuncisionis amaritudine potest, nec hostiarũ ferre cruorem valet, nec sabbati obseruantiam custodire. Si vero ostendat deus lignum quod mittatur in hanc amaritudinem vt dulcis fiat aqua legis, potest de illa bibere Christianus. Quod est illud lignum quod dominus ostendit? Salomon demonstrat, cum de sapientia dicit, Quia lignum vitæ est omnibus amplectentibus eam. Si ergo li- Prou.3. gnum sapientiæ Christi missum fuerit in lege, & ostenderet nobis quomodo spiritaliter intelligi debeat circuncisio, quomodo sabbata, quomodo lex obseruata sit, tunc efficitur aqua amara dulcis, & amaritudo legis conuertitur in dulcedinem intelligentiæ spiritalis, & tunc potest bibere populus dei. Vt ergo possit bibi aqua amara, ostendit deus lignum quod mittatur in eam, vt qui ex ea biberit non moria- Exo.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,nec amaritudinem sentiat.Vnde constat q; siquis sine ligno vitæ.i.sine mysterio
crucis,sine fide Christi,sine intelligentia spiritali bibere voluerit de legis litera, per
2.Cor.3 amaritudinem moriatur. Hęc sciens Paulus Apostolus dicebat,quia litera occidit: 173
hoc est aperte dicere, quia aqua amara occidit si non per spiritum in dulcedinem cō
uerteretur.Lignum ergo in aquam mittitur,vt in dulcedinem cōmutetur. Verum I
est fratres,Tunc amaritudo ab aqua tollitur, quando crucis lignum baptismi sacra-
mento coniungitur.Et illud aduertite fratres,q; Iudæorum sabbato de manna nun
Exod.16. quam omnino pluerit, nec meruerunt Iudæi vt eorum sabbato gratia illis de cœlo
descenderet.In nostra autem dominica die non solum semper venit manna,sed etiā
ab ipso die veniendi initium fuit. Semper ergo nobis dominus pluit manna de cœ-
lo. Cœlestia nanque sunt eloquia ista quæ nobis dicta sunt, & ideo nos qui tale
manna suscipimus, semper nobis manna datur de cœlo. Vnde infœlices Iudæi do-
lendi & lugendi sunt, quia manna sicut patres ipsorum non merentur accipere, illi
nunquam manna manducant. Non n possunt manducare illud quod est minutum
Esai.29 sicut semen coriandri,& candidum sicut pruina. Nihil.n.in verbo dei minutū,nihil
subtile, nihil infœlices Iudęi sentiunt spiritale, sed totum pingue, totum crassum.
Matt.13. Incrassatum est enim cor populi huius. Sed & interrogatio nominis,hoc idem sonat.
Manna.n.interpretatur,quid est hoc. Vide si non ipsa nominis virtus ad discendum 171
te prouocat,vt cum audieris legem dei recitari in ecclesia, semper interroges & di- K
cas doctoribus,quid est hoc. Hoc.n.est quod indicat manna. Tu ergo si vis manduc-
care manna,si cupis suscipere verbum, dei scito illud minutum esse & valde subtile
Exod.16 sicut semen coriandri. Habet.n.in se aliquid oleris quo nutriri & recreari possit in-
Roma.14. firmus,quia qui infirmus est olera manducet.Habet aliquid rigoris, & ideo vt pru-
na est. Candoris autem & dulcedinis habet plurimum.Quid.n. candidius, quid splē
Psal.18 didius eruditione doctrinæ?Quid dulcius,quidve suauius eloquiis domini,que dul
cia sunt super mel & fauum?Sed quid est quod dicit,vt in die sexto duplum colliga-
tur in repositionem quantum sufficiat etiam sabbato?Hoc secundum nostram intel
ligentiam non ocioſi nec securi præterire debemus, sed per eleemosynas recondere
quantum sufficiat & in futuro die.Si quid enim hic boni operis acquiras, si quid iu-
Gala.6. stitiæ,misericordiæ & pietatis recondas,hoc tibi in futuro seculo erit cibus. Denię;
hoc & Apostolus admonet,dicens,Quæ.n.seminauerit homo,hæc & metet. Quid er
go agimus nos, qui magis illud recondere volumus quod corrumpatur, non quod
permaneat & perduret in crastinum.i.in futuro seculo? Diuites auari & cupidi hæc
recondunt quæ in hoc seculo, imo cum seculo corrumpantur: Qui autem bona
opera recondunt,illa permanent vsque in crastinum. Denique scriptum est,q; qui
Exo.16 infideles fuerunt, seruauerunt, inquit, manna, & ebullierunt ex eo vermes,& com 173
putruit.Illud autem quod pro die sabbati reponebatur non est corruptum,neq; ver L
mes ebullierunt in eo,sed permansit integrum.Et tu ergo si propter præsentem vitā
tantummodo & propter amorem seculi thesaurizes,continuo vermes ebulliunt.De
nique audi de peccatoribus & his qui præsens seculum diligunt, quid Propheta di-
Esai.66 cat,Vermes,inquit,eorum non morientur. Isti sunt vermes quos generat auaritia,
isti sunt vermes quos generat diuitiarum cæca cupiditas his qui habent pecunias,&
videntes in necessitate fratres suos claudunt ab eis viscera sua. Propterea & Apostо
1.Ioan.3 lus dicit,Diuitibus autem seculi huius præcipe non superbe sapere,neque sperare in
1.Tim.6 incerto diuitiarum,sed diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, cōmunicent
& thesaurizent sibi veram vitam. Sed dicit aliquis,Si manna verbum dei esse dicis,
quomodo vermes facit? Verum est fratres: Non aliunde fiunt vermes in nobis, nisi
Ioan.15 ex verbo dei.Sic.n ait,Nisi venissem & locutus eis fuissem,peccatum non haberent.
Post susceptum autem verbum dei qui peccat,efficitur ei ipsum verbum vermis,qui
eius semper conscientiam fodiat,& arcana pectoris rodat. Nunc ergo festinemus cœ
leste manna suscipere.Istud n.manna prout vult quisque talem saporem sapit. Au- 175
Matt.9. di enim & dominum dicentem his qui accedunt ad se,Fiat tibi secundum fidem tuā. M
Et tu ergo si verbum dei quod in Ecclesia prædicatur tota fide & tota deuotione su-
scipias,fiet tibi ipsum verbum quodcunque desideras: Verbi gratia, Si tribularis,
consolatur te, dicens, Cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Si lætaris

prospere,cumulat tibi gaudia,dicens,Lætamini in domino & exultate iusti.Si iracū Psal.50.
dus es,mitigat te,dicens,Dominus sanat omnes languores tuos. Si paupertate con- Psal.31.
sumeris,consolatur te,dicens, Dominus erigit de terra inopem,& de stercore erigit Psal.102.
pauperem.Sic ergo manna verbi dei reddit in ore tuo saporem quemcunque uolue- Psal.112.
ris.Hoc tamen siquis infideliter suscipiat & non comedat, sed abscondat,putasne eo
usque deducendum est verbum dei vt etiam vermis fieri putetur?Non te turbet au
ditus:audi Prophetam ex persona domini dicentem,Ego autem sum vermis, & non Psal.21.
homo Sicut.n.ipse est qui fit aliis in ruinam,aliis autem in resurrectionem:ita & ip Lucæ 2
se est qui nunc in manna fidelibus quidem dulcedo mellis, infidelibus autē vermis
efficitur. Et ideo fratres charissimi quantum possumus cum dei adiutorio lectioni
diuinæ studeamus insistere,vt legem dei spiritaliter mereamur agnoscere, vt nobis
verbum dei non efficiatur vermis qui nostras cōscientias rugiter arguat & affligat:
sed illud impleatur in nobis quod scriptum est,Quam dulcia faucibus meis eloquia Psal. 118
tua domine,super mel & fauum ori meo. Quam gratiam oremus vt nobis deus pro
sua pietate præstare dignetur: cui est honor & imperium cum patre & spiritusancto
in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioan- Ioan. 6
nem,Operamini non cibum qui perit &c. quæ habetur in expositione doctoris,
Ibidem.

Feria sexta post tertiam dominicam in Quadragesima, de eo quod scriptum est in 174
Euangelio secundum Ioannem, Venit Iesus in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Ioan. 4
Sichar &c. Et de non differendo baptismo: Sermo I. B

IN lectione Euangelii infirmitatē humani generis suscepisse dominū Iesum Chri Sermo. 92.
stum plenissime nobis sanctus euangelista monstrauit. Siquidem cum dixisset
venisse dominum in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar, iuxta prædium q̄d
dedit Iacob Ioseph filio suo,in quo prædio erat fons Iacob:addidit,Iesus, inquit,fa- Ioan. 4
tigatus ex itinere sedebat sic supra puteum. Venit dominus noster Iesus Christus
ad prædium quod sanctus Iacob Ioseph filio suo derelinquerat,quod prędium non
tam Ioseph q̄ Christo arbitror derelictum,Cuius figuram sanctus Ioseph patriarcha
portauit,quem vere sol adorat & luna & omnes stellæ benedicunt.Ad hoc prædium
ideo venit dominus,vt Samaritani qui hęreditatem sibi patriarchę Israel vendicare
cupiebant,agnoscerent possessorem suum,& conuerterentur ad Christum qui legi-
timus patriarchæ hęres est factus. Iesus,inquit,fatigatus ex itinere sedebat sic iu- Ioan. 4
pra puteum. Videte diuersitatem mysterii. Inter apostolos exultabat in spiritu in Matt.17.
monte positus, non solum confortabat eos, verumetiam gloriam his propriam de- 174
monstrabat:in Samaria constitutus fatigatus ex itinere sedebat supra puteum:Nun C
quid dei virtus poterat fatigari?Non vtique,sed fatigabatur q; fidelem populum in
uenire non poterat. Tunc ergo fatigatur Christus,quando nullam virtutem in suo
populo recognoscit.Hodieq; fatigat eum inobedientia nostra,fatigat eum infirmitas
nostra Infirmi enim sumus quando non ea quæ fortia sunt atque perpetua,sed tem
poralia & caduca sectamur. Bene ait,Sedebat supra puteum,non requiescebat,quo Ioan. 4
niam in Samaritanis non poterat requiescere. Et hora,inquit,erat quasi sexta.Sexta
die deus de limo terræ hominem figurauit, sexta hora venit Samariam visitare, vt
sic in eum Samaritani crederent,ipse in his inciperet requiescere,vt verū illud quie
tis sabbatum celebraret. Sedebat ergo dominus supra puteum, & venit Samaritana
mulier haurire aquam. Magnum mysterium. Venit mulier ad puteum,& fontem Vbi sup.
quem non sperauit inuenit. Dicit ad deum dominus,Da mihi bibere. Bonus domi-
nus vltro se offert non quærenti,vt compleatur illud propheticum, Palam apparui Esaiæ.65
non quærentibus me,inuentus sum ab his qui non interrogauerunt nomen meum.
Petit bibere daturus,sedit supra puteum,vt non in altitudine quęramus aquam,sed
de eo fonte qui supra omnes aquas est salutaria nobis poculū hauriamus. Quis est 174
fons nisi dominus noster Iesus Christus,cui dicitur, Quoniam apud te est fons vi- D Psal. 35
tę, & in lumine tuo videbimus lumen? Bonus fons qui nos de huius vitæ
refrigerauit incendio, & inundatione sua ariditatem nostri pectoris superauit.
Vnde & mulieri dicitur, Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mi- Ioan. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hi bibere,tu forsitan petisses ab eo,& dedisset tibi aquam viuam, Non omnes sciunt
donum dei,quia non omnes desiderant aquam viuam. Si.n.desiderarent,nunquam 174
circa se baptismi sacramenta differrent,Ipsi igitur de se pronunciant,& vitæ suæ te- E
stimoniũ perdunt,qui ideo volunt tardius baptizari vt flagitia & scelera multa com
mittant.Noli differre,o homo remedia salutis tuę quoniam nescis quãdo a te anima
tua repetatur.Denique Samaritana ignara mysterij,dicebat, Domine,neq; hauritorium habes,& puteus est altus.Ante aduẽtum domini & puteus altus erat,& sine hau-
ritorio aquã sibi vnusquisq; haurire nõ poterat. Venit dominus fons viuus vt pha-
risęorum corda diluueret,sitim extingueret,pectora satiaret,non quęrens hauritoriũ
sed vltro se infundens membris singulorũ Et,addidit,Omnis qui bibit ex hac aqua
quam ego dabo ei non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam
æternam. Vnum baptismum docet qui post ingressum æterni fontis & cœlestis pocu
li sacramentum,vnumquemque nostrum sitire non patitur. Et ideo quibus tanta
beneficia nullis præcedentibus meritis præstitit diuina misericordia, quãtum possu
mus cum ipsius adiutorio laboremus,vt tantæ pietatis gratia non nobis iudiciũ pa-
riat,sed profectum: Quod ipse præstare dignetur,cui est honor & gloria in secula se-
culorum,Amen.

Exod. 17. Eodem die de Raphidin & petra percussa & Amalech, Sermo. II.
Ser.93. OMnes,inquit Apostolus, qui volunt pie viuere in Christo persecutionẽ patiun- 174
2.Tim.3. tur,& ab hostibus impugnãtur. Et ideo agens quisq; inter vitę huius,auxilian- F
te Christo indesinẽter debet esse armatus,& stare semper in castris Si ergo & tu sem
per vigilare volueris vt te cognoscas in domini castris militare, obserua illud quod
2.Tim.2 idem Apostolus dicit,Nemo militans deo,implicat se negocijs secularibus, vt ei pla-
ceat,cui se probauit Qui si ita militas vt a rebus secularibus liber sis,& in castris dei
agas semp excubias,vt dicatur de te illud quod paulo superius audiuimus,quia per
verbum domini exeas de deserto Sin,& venias in Raphidin: Sin interpretatur tenta
Exo.17 tio,Raphidin vero sanitas iudicij. Qui bene exit de tentatione,& quem tentatio pro
babilẽ reddit,ipse venit ad sanitatem iudicij. Saluus erit & sanitas cum eo erit,qui in
tentatione vitæ præsentis nunquam contra deum murmurans minime fuerit vulne
Apoc.2 ratus,sicut in Apocalypsi legimus, Qui vicerit dabo ei edere de ligno vitę quod est
in paradiso.Venit ergo ad sanitatem iudicii, qui bene causam alterius audiens dispo
Psal. 111. nit sermones suos in iudicio,& munera super innocentem non accipit. Quid ergo
Psal 14. in consequentibus scriptura cõmemorat,Sitiuit,inquit, ibi populus aquam, & mur-
Exo.17 murauit contra Moysen. Cum enim dixisset,Sitiuit populus,quid opus fuit vt adde-
ret aquas? Sic enim habet antiqua translatio. Quare hoc addit, nisi aquam sitiuit 174
qui debuit sitire iustitiam? Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Et iterum,Si G
Mat.5. tiuit anima mea ad deum viuum. Multæ enim sunt sites. Sitiunt iusti,sitiunt & pecca-
Psal.14. tores. Illi iustitiam,illi luxuriam. Iusti sitiunt deum, peccatores sitiunt aurum.
Sites mul Sitiuit ergo populus aquam, qui debuit sitire iustitiam. Dixit ergo ad ad Moy-
tæ. sen dominus, Tolle virgam & percute petram, vt educat populo aquam. Ecce
Exod 17 est petra,& habet aquam. Sed hæc petra nisi percussa fuerit, aquas omnino non ha-
Ioan. 8 bet: percussa vero fontes producit & flumina, sicut in Euangelio legimus, Qui cre-
dit in me,flumina de ventre eius fluent aquę viuæ, Percussus enim Christus in cru-
ce noui testamenti fontes eduxit. Necesse enim erat vt ille percuteretur. Nisi enim il-
Ioan.19. le percussus fuisset,& de sacro eius latere sanguis & aqua manasset vniuersus mun-
dus sitim verbi dei patiens interisset. Percussit ergo Moyses virga bis silicem. Quid
Exod.17 est hoc fratres? Nec hoc puto eẽ sine mysterio. Quid est hoc ꝙ non semel,sed bis vir
ga percussa est petra? Ideo sęda vice petra percutitur,qa duo ligna in crucis patibulo
Vbi sup. eriguntur,quia in vno ligno sacras manus expandit,in alio vero a capite vsq; ad pe-
des immaculatum corpus extendit. Bibit ergo de petra populus, & statim bellũ iniit
contra Amalech. Videte fratres,quia postea quam quisque de petra biberit.i. Christi
sacramẽta susceperit,necesse est illi ad pugnam procedere. Tãdiu enim aliquis diabo 174
lum contra se pugnantem non sentiet,quandiu opera illius exercere voluerit. Qui H
vero illum reliquerit,& petra bibens Christum sequi elegerit,necesse est vt illum pa
tiatur infestum,cui iusto iudicio voluit præponere Christum. Quisque ergo Chri-
sto

sto cõiungitur,nõ ad delitias,non ad voluptates, sed ad prælium præparetur, quia
omnes qui volunt pie viuere in Christo,persecutionem patiuntur. Et iterum, Per 2.Tim.3
multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ dei. Inierũt ergo bellũ filij Israel,
& Moyses vocat Iesum,& dicit ad eum, Elige tibi viros & pugna contra Amalech. Acto.14
Vsq; ad hunc locum beati huius nominis mentio.i. Iesus nusquam facta est. Hic pri- Exo.17.
mum vocabuli huius splẽdor obfulsit. Moyses vocat Iesum, lex inuocat Christum,
Elige,inquit,tibi viros potentes. Non poterat Moyses eligere viros potentes: Iesus Iesus pri-
solus est qui potest viros potẽtes eligere. Ipse vtique qui dixit Apostolis suis, Nõ vos ma mẽtio.
me elegistis,sed ego elegi vos. Ipse est qui domũ fortis intrauit, & vasa eius diripuit.
Moyses autem ascendit in verticẽ collis. Et factum est cum eleuaret manus Moyses, Ioan.25.
vincebat Israel. Aduertite fratres,Moyses manus quidem leuat,non tamen extendit, Matt. 12.
Cui ergo seruabatur vt manus extenderet nisi domino nostro Iesu Christo, qui ex- Exod. 17.
tentus in cruce vniuersum orbem complexurus brachia pietatis expandit? Moyses
ergo leuauit manus,& licet non expandit,tamen ipsa eleuatione mysterium crucis
ostendit. Videte fratres iam tunc per sacramentum crucis superatas esse aduersarias
gentes. Et nos fratres dilectissimi si adiuuante domino manus erigimus,diabolũ su-
peramus. In manibus,opera debemus accipere. Si ergo talia sunt opera tua vt illa
possis in altum in conspectu domini leuare,potes etiam & tu in teipso aduersarios
tuos extinguere. Quis bene manus leuat,nisi qui per eleemosynam in cœlo iugiter Leuare ma
thesaurizat? Quis ergo bene manus leuat,nisi qui assidue victum ac vestitum pau- nus.
peribus subministrat? Quis bene manus leuat? Ille vtiq; qui implet illud Apostoli,
Eleuantes,inquit,puras manus sine ira & discepatione. Quia ergo quotidie nobis & 1.Tim.2.
vobis pugna imminet contra aduersarias potestates,si volumus vincere,manus no- Philip.3
stræ,id est,actus nostri & conuersatio nostra non sit in terris, sed sicut Apostolus di
cit,Super terram ambulantes cõuersationem habeamus in cœlo. Scriptum est tamẽ Philip.3
quia sicut vitulus ablingit in campis herbam viridẽ, ita populus Israel ablinget po-
pulum Amalech super terram. Per quod vindicari videtur, quia populus dei non tã
manu & armis quam voce pugnabat & lingua,id est, orationem ad deum fundebat.
Ergo & tu si vis vincere,audi Apostolum dicentem, Orationi insistentes,& vigilan- Coloss.4.
tes in ea,Hæc est Christiani pugna gloriosissima, non suis viribus præsumere, sed
semper dei auxilium implorare,cui est honor & imperium cũ patre & spiritusancto
in secula seculorum. Amen.

Item eodem die Homilię de eodem de quo supra in Euangelio secundum Ioannem, Ioan.4.
quæ habentur in expositione doctoris ibidem: Et in libro LXXXIII. quæstio-
num, quæstione. LXIIII.

Sabbato post tertiam dominicam in quadragesima,Sermo habitus ad mensam san- Psal.2
cti Cypriani,de eo quod scriptum est in Psalmo, Erudimini qui iudicatis terram:
Et de muliere adultera, Primus.

ERudimini oẽs qui iudicatis terram. Terrã iudicare,est corpus damnare. Audia Ser. 94.
mus Apostolum iudicantem terram,Non sic pugno,inquit,tanquam aerẽ cæ- Terrã iudi
dens,sed castigo corpus meum & in seruitutem redigo,ne forte alijs prædicans care.
ipse reprobus efficiar. Audi ergo terram iudicantem terram, & iudica terram, ne sis 1.Co.9.
terra. Si.n. terram iudicaueris,cœlum eris,& in te factam gloriam domini enarrabis.
Cœli enim enarrant dei. Si autem terram non iudicaueris terra eris. Si autẽ terra fue Psal.18
ris,ad eum pertinebis,cui dictum est, Terram manducabis. Audiant ergo iudices ter
ræ. Corpus castigent,libidines frænent,ament sapientiã, vincant concupiscentiam.
Et vt hoc faciant erudiantur. Hæc est aũt summa eruditionis, Seruite domino in ti- Psal. 2
more,& exultate ei cum tremore. Exulta ei non tibi. Ei a quo es quod es, & ꝙ homo
es,& ꝙ iustus es. Si autem putaueris ꝙ ab illo quidem homo es,a te autem iustus es,
non seruis domino in timore,nec exultas ei in tremore,sed tibi in præsumptione. Et Vbi sup.
quid tibi fiet nisi quod sequitur? Ne quãdo irascatur dominus, & pereatis, inquit, de
via iusta. Non enim ait. Ne quando irascatur dominus,& non intretis in viam iustã,
sed pereatis de via iusta. Iam enim videris tibi iustus non rapiendo alienũ,non adul Exo. 20.
terando,non homicidium faciendo,non falsum testimonium aduersus proximũ di-
cendo,patrem & matrem honorando,vnum deum colendo, idolis & dæmonijs non

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruiendo. De hac via peribis, si tibi ista a teipso esse putaueris. Infideles enim non in
trant in viam iustam, Superbi pereunt de via iusta. Quid enim ait? Erudimini qui
iudicatis terram. Et ne forte uires & potentiam, quia iudicatis terram, vobis tribua-
tis, a vobisipsis eam vobis esse credatis, nolite sic, Seruite domino in timore exulta-
te vobis in præsumptione, sed ei in tremore. Ne quando irascatur dominus & pereatis de via iusta, cum exarserit cito ira eius. Quid ergo faciendum est ne pereamus de
via iusta? Beati omnes qui cōfidunt in eo. Si beati qui cōfidunt in eo, miseri qui con
fidunt in se. Maledictus enim omnis qui spem suam ponit in homine. Ergo nec in te,
quia & tu homo es. Si enim spem tuam posueris in alio homine, inordinate humilis
eris: Si autem spem tuam posueris in te, periculose superbis. Quid autem interest?
Vtrunq; pernicios um. Nihil horum eligendum, inordinate humilis non leuatur, pe-
riculose superbus præcipitatur, Deniq; vt nouerit sanctitas vestra, pp istum sensum
redarguendum & consumendum, q̄ in se quisque confidit, diuturna esse ista uerba.
Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apostolū audite hęc ipsa uer-
ba dicentem, & sententiam cur dicta sint explanātem. Ecce Apostoli uerba sunt. Cū
timore & tremore vestram ipsorū salutem operamini. Quare ergo cū timore & tre-
more meam salutem operor, cū sit in potestate mea operari salutem meam? Vis audi
re quare cum timore & tremore? Deus est n. qui operatur in vobis, ideo cum timore
& tremore. Quia quod imperat humilis, amittit superbus. Si ergo deus est qui opera-
tur in vobis, quare dictum est, vestram ipsorum salutē operamini? Quia sic deus in
nos operatur ut & nos operemur. Adiutor meus esto: Designat operatorem, qui in-
uocat adiutorem, Sed voluntas, inquit, mea bona est. Fateor tua. Sed & ipsa a quo da-
tā, a quo excitata? Noli me, ipsum Apostolum interroga, Deus est n. inquit, qui ope-
ratur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Quid est ergo quod tibi arroga
bas? Quid et quod superbus ibas & peribas? Redi ad cor tuum, inueni te malum,
& vt sis bonus, inuoca bonum. Non. n. in te placet deo, nisi quod habes ex deo. Quod
autem habes ex te, displicet deo. Si bona tua cogites, quod habes quod non accepi-
sti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Solus est ille qui non no-
uit nisi dare. Non habet datorem, quia non habet meliorē. Quo tu si inferior es, tuo
quia inferior es, gratulare quia ad eius imaginem factus es, vt in illo inuenias qui
in te peristi. Non enim potuisti in te nisi perdere te, nec scis inuenire te nisi ille, qui
fecit te quęrat te. Alloquamur tamen & eos qui secundum istam visibilem & popula
rem intelligentiam iudicant terram. Iudicant enim terrā reges, duces, principes, iu-
dices. Vnusquisq; p munere qđ accipit in terra, iudicat terrā. Quid est autē qđ dici-
tur iudicat terrā, nisi iudicat homines qui sunt in terra? Nam si terrā, ppriē non acci-
pias, nisi quam calcas, agricolis ergo dictū est, qui iudicatis terrā. Porro aūt si reges
iudicant terrā, & qui sub regibus potestatē accipiūt a regibus, erudiātur & ipsi, quia
terra iudicat terrā, Et timere debet eū qui est in cœlo terra iudicans terram. Parē pe
pe suū iudicat, homo hoiem, mortalis mortalem, peccator peccatorē. Si enim proce-
dat in medīū dominica illla sententia. Qui sine peccato est, prior in illam lapidē mit
tat, nonne omnis iudicans terram terremotū patitur? Euangelicū capitulum recola
mus. Pharisæi tentantes dominum, adduxerunt ante eum mulierem in adulterio de
prehensam, De quo peccato pœna fuerat lege definita, lege, s. data p Moysen famulū
dei. Hac ergo complexione dolosa & fraudulenta ad dominum Pharisęi accesserunt
vt si iuberet lapidari mulierē diffamatā, pderet mansuetudinē: Si aūt qđ lex iussis-
set, phiberet, peccasse teneretur in legē. Sicut aūt interrogātes de tributo Cæsari red
dendo, ore suo cœpit, vicissim interrogans cuius esset, platus numus, cuius haberet
imaginē & supscriptionē: Rndentes. n. ipsi qui interrogauerūt, in numo esse imagi-
nem Cæsaris: r ndit eis scdm os ipsorū. Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quę
dei sunt: ut admoneret sic reddendam deo in homine imaginem, dęi quemadmo-
dum in numo imago sua redditur Cæsari. Ita & in ista adultera interrogatores ite-
rogauit, & ideo iudices iudicauit. Non prohibebo, inquit, lapidari, quam lap-
dari lex iussit, sed quæro a quibus. Non enim resisto, sed legis ministrum requiro.
Denique audite, Lapidare vultis secundum legem, Qui sine peccato est, prior in illā
lapidem mittat. Quādo autem hæc audiuit, digito scribebat in terra, vt erudiret re-

Psal. 2

Hiere. 17
De cōtinē
tiæ animæ
ca. 8.
Psal. 2.
Philip. 2

Ioan. 8

De verbis
domini.
ser. 47.

Mat. 22.

Leui. 20.

Ioan. 8.

Gene. 1

1. Cor. 4.

ram. Quādo autē hoc dixit Pharisęis, leuauit oculos suos & inspexit terrā, & fecit eā
tremere. Proinde cum hoc dixisset, iterum cœpit scribere in terra. At illi compunct
& tremefacti, vnus post alterum discesserunt. O terræmotum, ubi sic terra mota est
ut etiam mutaret locum. Illis ergo discedentibus, remansit peccatrix & saluator. Re-
mansit ęgrota & medicus. Remansit misera & misericordia. Et aspiciens mulierē, di-
xit, Nemo te condemnauit? Et illa, Nemo domine. Sed tamen adhuc solicita erat. Pec
catores enim damnare non ausi sunt. Non ausi sunt lapidare peccatricem, qui seipsos
intuentes similes inuenerunt. Sed adhuc mulier erat in magno periculo, quia ei ille
iudex remanserat qui erat sine peccato. Nemo, inquit, te damnauit? At illa, Nemo do
mine: Sed nec nunc secura sum. Cui solicitudini tacita dominus uoce respondit, Nec
ego te condemnabo. Illos a uindicta represit conscientia, me ad subueniendū incli Roma. 13.
nat misericordia. Hæc attendite & erudimini omnes qui iudicatis terram. Omnes. s.
qui etiam sic intelligendum est, de quibus Apostolus dicit, Omnis anima potestati-
bus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Quæ autem sunt, a
deo ordinata sunt: Qui resistit potestati, dei ordinationi resistit. Principes enim non
sunt timori bono operi, sed malo. Vis autem non timere potestatem? Bonū fac & ha-
bebis laudem ex illa. Et si non ab illa, tamen ex illa. Aut enim iuste agis, & iusta pote-
stas laudabit te: Aut iuste agentem etiam si potestas iniusta damnet te, deus iustus
coronabit te. Ac per hoc tu iustitiam tene, tu bene uiue. Et siue dānet siue absoluat,
habebis laudem ex illa. Beatus ille cuius hic sanguis fusus est. Nonne ex illa potesta
te antequam & uisus est iudicari, laudem inuenit: Confessionem ,pmisit, in fide per-
mansit. Mortem non timuit, sanguinem fudit, diabolum uicit. Vt ergo non sitis ini-
quæ potestatis quicunq; homines vultis habere in potestate, erudimini ne peruerse
iudicetis, & ante anima pereatis, q̄ quēquam carne perdatis. Iudex esse uis, non potes
meritis, uel pecunia, nondum reprehendo. Fortasse enim prodesse cupis rebus huma
nis, & emis ut prosis, ut seruias iustitię non parcis pecunię. Prius ,pter te esto iudex
in te. Prius iudica te de te, ut de penetrali conscientię securus procedas ad alterum. In
teipsum redi, te attende, te discute, te audi. Ibi te uolo probare integrum iudi-
cem, ubi non quæris potestatem. Procedere uis cum potestate, ut alter tibi dicat de al
tero quod tu nescis, prius intus iudica. Nihil tibi de te dixit conscientia tua? Si nolis
negare, utiq; dixit. Nolo audire quid dixerit. Tu iudica qui audisti. Dixit tibi de te qd
feceris, quid acceperis, quid peccaueris. Vellem scire qualem sententiam ,ptulisti. Si
bene audisti, si recte audisti, si in audiendo iustus fuisti, si tuæ mentis tribunal ascen
disti, si teipsum ante teipsum in eculeo cordis suspendisti, si graues tortores adhibui
sti, si timores bene audisti, si sic audisti, & ,pculdubio pœnitendo peccatum punisti. Psal. 2.
Ecce & discussisti & audisti & punisti, & tamen tibi pepercisti. Sic audi & proximum
tuum, si erudiaris sicut admonuit Psalmus, Erudimini qui iudicatis terram. Sic audi
proximum tuum, quomodo audis & te. Peccata persequeris, non peecātem. Et si for-
te quisque, durus est ad corrigenda peccata auersus a timore dei, hoc ipsum in eo p-
sequeris, hoc ipsum corrigere conaberis, hoc perdere & tollere laborabis, ut seruetur 23. q. 4. c.
hō peccato dānato. Duo. n. noīa sunt, hō & peccator. Hoiem deus fecit, peccatorē seip duo.
se hō fecit. Pereat quod fecit hō, liberetur quod fecit deus. Noli ergo usq; ad mortem,
ne cū persequeris peccatum perdas hominē. Noli usq; ad mortē, ut sit quē pœniteat,
hō non necetur, ut sit qui emendetur. Hāc in corde retinens hō inter hoies dilectio
nē, esto iudex ter ræ, & ama non currere, sed diligere. Si superbis, superbi in pctā, non
in hoiem. In illud sæui qđ tibi displicet & in te, nō in eū qui factus est sicut te. Devna
officina existis, vnū artificē habuistis, vnus limus est uestra materies. Quid perdis
non amando quem iudicas? Q̄m iustitiā perdis non amando quē iudicas. Adhibean
tur pœnę, non recuso, nō interdico, sed aio amātis, aio diligentis, aio corrigētis. Nū. n.
filiū tuū non erudis? Et prius agis ut si fieri pōt pudore & liberalitate eruditur, &
erubescat patrem offendere, non tanquā seuerum iudicem timeat: Gaudes ad talem
filium. Sed si fuerit forte ista contēnens, adhibebis & uerbera. Incutis, pœnā, ingeris
dolorem, sed quæris salutem. Multi amore, multi timore correcti sunt, sed per tremo-
rem timoris ad amorem peruenerunt. Erudimini qui iudicatis terrā. Diligite & iudi- Psal. 2.
cate. Non enim sic quæritur innocentia, ut pereat displina. Scriptum est, Disci- Sapi. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

plinam qui abijcit infœlix est. Bene potest addi ad istam sententiam, Sicut disciplinam qui abiicit infœlix est: sic disciplinam qui negat crudelis est. Ausus sum aliqd dicere fratres mei, quod uobis aliquanto plenius exponere ipsius rei obscuritate compellor. Repero quod dixi, Disciplinā qui abiicit infœlix est. Hoc est manifestū: Disciplinam qui non dat, crudelis est. Teneo prorsus, teneo & ostendo, ferendo pium, parcendo crudelem: Exemplum ante oculos pono, Vbi inuenio ferendo dum: Non eo ad alios, ad patrem, & filium eo, pater quando ferit amat, & non vult puer cædi. Contemnit voluntatem, consulit ad vtilitatem. Quare? Quia pater est, quia hereditatem parat, quia successorem nutrit. Ecce feriendo pius est pater, feriendo misericors est. Da mihi hominem parcendo crudelem. Non recedo a personis, eos ipsos ante oculos pono. Sed si puer imperitus & indisciplinatus sic viuat vt pereat, & pater dissimulet, pater parcat, pater perditum filium disciplinę asperitate offendere timeat, nōne parcendo crudelis est? Erudimini ergo qui iudicatis terram, & bene iudicando non a terra Præmium, sed ab illo spectate qui fecit cœlum & terram.

Eodem die, De decem in lege pręceptis, & de decem plagis. Sermo II.

Ser. 95

NOn est sine causa, fratres dilectissimi, q̄ p̄ceptorum legis dei numerus cum numero plagarum quibus Aegyptus percutitur exæquari videtur. Nam sicut decem p̄cepta sunt legis quibus ad cultum dei populus admonetur, ita decem plagæ leguntur, quibus superbia Aegyptiorum affligitur. Consideremus ergo cur & ibi decē pcepta, & hic decem plagæ memorētur. Ideo sine dubio, quia in illis erant vulnera, in istis medicamenta. Et opus erat ut periculosis plagarum decem vulneribus decē p̄ceptorum medicamina subuenirent, Primum est p̄ceptum in lege de vno deo Nō erūt, inquit, tibi dij alij p̄ter me. Prima plaga Aegyptiorum, aqua conuersa in sanguinem,

Exod. 20
Exo. 7

Compara primum p̄ceptum primę plagę, deum vnum ex quo sunt omnia, in similitudinem aquæ ex qua generantur omnia. Ad quam autem rem pertinet sanguis, nisi ad carnem mortalem? Quid est ergo aquæ conuersio in sanguinem, nisi quia illi qui

Roma. 11.

in dominum credere noluerunt: sicut dicit Apostolus, Obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes, se esse sapientes, stulti facti sunt. Aqua. n. in sanguinē vertitur, quia sensus Aegyptiorum obscurus & tenebrosus efficitur. Et iusto dei iudicio factum est, vt de illo fluuio sanguinem biberent, in quo Hebræorum paruulos necare cōsueuerant. Secūdum p̄ceptū, Non accipies nomen dei tui in uanū. Qui. n. acceperit nomē

Exod. 20.
Ioan. 14.

domini dei sui in uanum, non mandabitur. Nomen. n. dñi Iesu xpi, veritas est. Ipse. n. dixit, Ego sum veritas. Et quia veritas mundat, vanitas inquinat: videamus huic secundo p̄cepto contrariam plagam, ranarum abundantiam. In ranis hæretici intelliguntur atq; Philosophi Philosophi n. uel hæretici quia in Christo omnia falla esse dicunt, ranæ sunt clamantes in paludibus limosis. Per superbiam & inanem contentionem strepitum uocis habere possunt, doctrinā veræ sapientiæ insinuare non possunt, Qui. n. Christianæ ueritati contradicunt, & in sua uanitate decepti decipiunt, ranæ sunt tædium afferentes auribus non cibum mentibus. Tertium pręceptū est, Memēto, inquit, ut diem sabbati sanctifices. In isto tertio pręcepto insinuatur quædā uocationis indictio, requies cordis, tranquillitas mentis quam facit bona conscientia. Ibi n est sanctificatio, qa ibi est spiritus dei. Deniq; uidete uacationē, hoc est quietē.

Exo. 20.

Super quem, inquit, dns requiescam, nisi super humilē & quietū & trementem verba

Esai. 66.

mea? Spiritale. n. sabbatū non obseruant, nisi illi qui se ita tēperate operibus terrenis accōmodant, ut tn lectioni & orationi, & si non semper certe uel frequenter insistāt,

1. Tim. 4.

secūdum Apostolū, Attende lectioni diuinæ doctrinæ. Et iterū, Sine intermissione

1. Thes. 5

orate, Qui. n. tales sunt quotidie spiritaliter sabbatū colūt. Qui vtero ingeti sunt & iugiter terrenis actibus implicātur, de quibus scriptū est, Impedimēta mūdi fecerūt eos miseros, ij dē requiē hēre non possunt. Attēdite tertiā plagā, huic tertio pręcepto cōtrariam. Scynifes nati, sunt in terra Aegypti de ymo, muscę minutissimæ, inquietissi-

Exod. 8.

mę, inordinate uolātes, in oculos irruētes, nō permittētes hoiem qescere, dū abigunt iterū irruūt, dū expulsæ fuērint iterū redeūt. Quales istæ sunt muscæ, tales sunt hoies inquieti, qui sabbatum spiritaliter obseruare, id est, bonis operibus studere &

lectioni

lectioni vel orationi insistere nolunt. Et quomodo corpus humanum ab istis muscis affligitur, ita cor illorum diuersis cogitationibus inquietatur & compungitur. Tenete præceptum, cauete plagam. Quartum p̄ceptū est, Honora patem tuum & matrem tuam, huic contraria quarta plaga Aegyptiorum cynomia, id est, musca canina

Exo. 20.

Græcum enim vocabulum est. Qui enim parentes honorare dissimulat, musca hūc

Exo 8

canina, id est. diaboli nequitia spiritaliter affligit & cruciat, Caninum est enim parētes non agnoscere. Nihil tam caninum, q̄ cum illi qui genuerunt non agnoscuntur. Quintum p̄ceptum est, Nō mœchaberis. Quinta plaga mors in pecora. Omnis enim qui aut vxore, ppria intemperare excepto filiorum desiderio vritur, aut certe quod

Exo. 20

est crimen grauissimum, qui vxori aut filiæ alienæ aut ancillæ vel suæ vel alterius insidiatur, & non reuocatur pœnitendo, victus cupiditate bestiarum, tanquam amisso homine erit pecus, non quasi cōuersus in naturam pecoris, sed in humana forma habens similitudinem pecoris, qui non vult audire dicentem dominum, Nolite fieri

Psal. 31.

sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Et illud, Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sed

Psal. 48.

si pecus esse non times, uel mori sicut pecus time Sextum p̄ceptū, Non occides. Sexta

Exo. 20.

plaga pustulæ in corpore, & vesicæ bullientes & scaturientes incendia vulnerum de

Exo. 9

fauilla fornacis. Tales sunt homicidales: Ardent ira, quia per iram homicidij fraterni tas perijt. Ardent homines iracundia, ardent & gratia. Nam & qui vult subuenire feruet, qui vult occidere feruet. Iste p̄cepto, ille morbo. Iste bonis operibus, ille sanioſis vlceribus. O si possemus uidere animas homicidarum, sine dubio plus plangeremus q̄ putrescentia corpora vlceratorum. Sequitur p̄ceptum septimum, Non furaberis.

Exo. 20.

Et plaga septima grando in fructibus. Quod per furtum contra dei p̄ceptum sub du

Exo. 9.

cis, de cœlo perdes. Nemo enim habet iniustum lucrum sine iusto dāno Qui furatur verbi gratia, acquiret vestem, sed cœlesti iudicio perdet fidem. Vbi lucrum, ibi dānū. Visibiliter lucrum, inuisibiliter dānum. Lucrum sua cæcitate, damnum de domini

Exo, 20

nube Ergo qui suo malo desiderio forinsecus furantur iusto dei iudicio intrinsecus

Exo. 10

grandinantur. Octauum p̄ceptum, Falsum testimonium non dices. Octaua plaga locusta animal dente noxium. Quid enim vult falsus testis nisi mordendo nocere, &

Galat. 5.

consumere mentiendo? Et ideo nos admonet Apostolus, ne nos falsis criminibus appetamus. Si, inquit, mordetis, & comeditis inuicem, videte ne ab inuicem consumami ni, Nonum p̄ceptum, Non concupisces vxorem proximi tui. Nona plaga densę tenebræ. Si enim peccatum est vxorem, ppriam excepta causa filiorum agnoscere, putas

Exo. 20
Exo. 10.

quale peccatum est alienam appetere? Vere densæ sunt tenebræ. Nihil enim sic dolet in corde patientis, quomodo si vxor illius appetatur. Et qui hoc facit alteri, nihil tale voluisset pati. Alia mala solent homines patienter excipere. Hoc autem nescio utrum inuenire poterit qui patienter ferat, O q̄ densas tenebras patiuntur, qui talia faciūt & talia concupiscunt. Vere excitantur furore horribili. Furor. n. indomitus est vxorē

Exo. 20

alienā cōmaculare uelle atque polluere. Decimum p̄ceptum. Non concupiscas vllā

Exo12.

rem, pximi tui, non pecus, non ouem, non bouem, non aliquid omnino. Huic mādato plaga decima contraria est, mors primogenitorum. Primogenita cordis nostri fi-

Hebr. 11.

des est. Nemo. n. bene operatur nisi fides p̄cesserit, sicut dicit Apostolus, sine fide impossibile est placere deo. Omnia opa tua bona, filij tui sunt spiritales, sed inter istos tibi primogenita est fides. Quisquis rem alienam occulte concupiscit, internam fidē perdit. Erit. n. primum sine dubio simulator obsequens non charitate sed fraude. Ve luti amans eū a quo se cupit fieri hæredem, amare se dicit eum quem mori desiderat, & vt in re eius se videat possessorem, optat ut proprium non relinquat hæredem. Hęc fratres comparatio & quodammodo contrarietas decem p̄ceptorum, & decem plagarum cautos nos faciat, ut habeamus securi res nostras in p̄ceptis dei. Res, inquam, nostras interiores in arca conscientiæ nostræ repolitas. Ipsi sunt thesauri nostri quos

Mat. 6.

nobis nec fur nec latro nec vicinus malus poterit aliquando auferre: ubi nec tinea nec rubigo est metuenda. Istæ sunt. n. uerę diuitiæ i bona conscientia, iustitia, misericordia, castitas, sobrietas. Qui talibus rebus plenus est, diues erit etiam si de naufragio nudus exierit. Si diligenter hæc attenditis, & quæ mala sunt fugere, & quæ bona sunt uolueritis auxiliante domino exercere, eritis populus dei, & de iniqua Aegy-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptiorum seruitute.i.spiritaliū nequitiarum persecutione liberati, ad terrā reprómissionis poteritis fœliciter puenire,p̄stante domino nostro Iesu Christo, cui est gloria & imperium cum patre & spiritusancto in secula seculorum,Amen.

Item eodem die sermo de iudicibus, qui habetur inter sermones ad fratres in eremo. XXXV.

Ioan. 8 Item eodem die Homiliæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioānem, Perrexit Iesus in montem Oliueti & cætera,quę habentur in expositione doctoris Ibidem,Et inter sermones de verbis domini. XLVII.

Se.96. Dominica quarta In quadragesima,de decem chordis,& decem p̄ceptis. Sermo I. qui habetur Tomo nono.fol.199.

Eodem die,de filijs Israel, Sermo II.

Ser.97. Exod.32. HAec dicit dominus Moysi,Sine vt faciam te in gentem magnam Graue est discutere personam qui in infidelitatem cadit,dum maius quod accepit perdit. Quis Iudæorum inexolubiles nodos nescit? Quis perfidiam & audaciā non deponit? Legunt elogia sua,quod in p̄uaricatione parentum non defuisset vindicta. Irata seueritas,p̄mittitur,& contumacia non emendatur. Clemētia leuius irascitur, quia citius miseretur.Ipsius erit iudicium,& probare dignum,& delinquentibus indulsisse peccatum. Quid dico? Deus illos horruit,aut amauit? Absit. Si horruit peccatores contēpsit. Sed amauit,ideo frequenter indulsit. Reuertimini,inquit,ad me,& reuertar ad vos. Eorum quidem sunt scelera aut rea lingua,aut conscientia criminosa. Vos,inquit,de patre diabolo estis. Non potest differri vindicta,vltio non procrastinabitur,Tanta.n sunt crimina usurpatione concepta, ut non parcant generi, cū rei uideantur authori. Clamauerunt,inquit,ad dominum cum tribularētur,mittitur dux qui populum Israeliticum redderet liberatum. Parantur Aegyptijs dignæ & innumerabiles plagæ ignominię,ad uindictam scynifes,p̄cesserunt, uineas bruchus absumpsit,fructifera ligna locusta vastauit: terrorem ex grandine,vlcera,tumultus, voces, flammas,addicta pecora,armenta prostrata, aquas in sanguinem mutatas, prostratas ranas,pisces occisos,p̄durantur elementa nullo rigore, siccantur fluenta in rei miraculo curuata,& in muro suspenditur,vnda insuetum iter mirantur fluctus, miratur & populus,Quid incredule popule nocte desperas? Signū tibi erit colūna, quā Christus illuminat. Securus iter quod arripis vade,antecedet te xp̄s. Et quia prosequitur xp̄s fiducia non terror debet esse, securus ad,p̄missa puenies atq; vtinā non rebelles.

Zacha. 1 Ioan 8 Psal.106. Exo.7

Exo.14. Apertum intrant mare Aegyptij quos circūfusi fluctus festinanter ruentes perdunt. Medij maris arena vngulam sensit,mare cursus sustinuit equitum.Sed hęc vindicta debebatur,ut citius periret,qui consequi denegauit salutem Quid dubitas de hoste? Tu teiam procedere,mortuum uidebis,probabis defunctum,cui ante fueras seruus.

Exod.16. In eremum exitur,nec contumelia differtur. Murmurant, petunt cæpas & pepones,
Num.161. merito insulsi & quos non gratiæ sales condiunt,uilem expetunt cibum. Cæpas,ait, ut extorquerentur eis lachrymę ex delicto collectæ. Non aquarum in fluuiis natura degenerat,communem liquorem amaritudo tristauerat,lignum mittitur,dulcedo reparatur. Petra percussa sitientibus potum p̄buit virga,nec veternosa eis dissuta sunt

Exod. 17 vestimenta,auro sterili non defuit mānа. Pulmentarium poscitur, desiderijs omnia conferuntur. Saporē sensit quisq; quem voluit in ore dū manducauit. Petūt sibi q̄

Exod.16. colerent,atque vtinā simpliciter postulassent. Sed plebsque dotales tabulas lege mari

Exod.32. ti p̄ceperat,de corruptela disponit,& de adulterio cogitat. Quid te infidelis|vis iungere consortio digno? Mater tua displicuit repudiata per libellū repudij,p̄nunciante

Esai.50. Esaia,nec summo charismate es digna,cū execrabilibus factis videaris ingrata. Non

Exo.20 seruies,inquit,deo alieno. Aurum igni apponitur, & ingrati in faustum scelus expe-

Exo.32 tunt,adorant imaginem quam succensus etecerat ignis. Vbi est quod mandatum est:

Deut.6. Audi Israel,dominus deus tuus vnus est: Vitulus tuus vbi erat, cū tibi Christus in mari itinera p̄parabat,mare aperuit,sitientibus potū p̄buit: fessos ieiunio reparauit? Luxuriosa gentilitas,post saturitatē lusum quærit. Sedit, inquit,populus mādu-

care & biber e,& surrexerunt ludere, atque vtinam verbis fuissent dicta, non factis fuissent admissa. Ecce iam pater Abraham transfertur in gentem magnam. Ecce quid criminis admittit primitiuus,quid gratiæ meretur secundus. Vendidisti mihi primatus tuos,delicto factus seruulus fratri tuo. Radix quidem me aliena portat sed noua gratia meum caput impinguat. Ducē se ergo dominus ingrato populo p̄bebat,exercitū Christi per inaccessa loca & deuia deserta terrarum non turbauit iter ignotum. Igitur exoritur impugnante diabolo prophana tentatio,fit repente populus diuinis beneficijs ingratus,mens eius a veritate desciscit,deseruit vitæ largitorem,& secutus est mortis authorem. Vnde simulacra colentium cæca stultitia, immo non ferenda dementia,mortali manu formatum vitulum putare diuinum? Acerbior indignitas rerū est,ut pecoris sit figura terrori, & cum deus animalia omnia homini subiecerit, ipse se in famulatum pecudum sponte deiecerit. Adeo formatur vitulus stultorum collationibus inauratus: & quem nullus naturalis motus quacunque flectebat,eum dementia perfidorum subiugata ceruice portabat: & cuius aures nullus penetrabat auditus,uel aliqua cōmotio sensibilis agitabat,has incassum dementis populi oratio stulta pulsabat: & cui visum modulantibus palpebris vitali motu arrificis phantasia non dederat nec genitrix natura contulerat,eum videntes ingrati deo supplices adorabant. Præcedebat in eremo populum carens spiritu vitulus figuratus, vt tali duce demens populus vteretur,qualis fuerat,& ipse delictis effectus. Et ne tanti mali sine vindicta in posteros manaret exemplum,statim vindicatur in reos. Dum enim malis modus imponitur,frangitur licentia peccatorum: Frequenter enim plagis disciplina corrigitur,si nihil proficiant hortamenta iustorum. A damnabilibus factis homines vindicta compescit, quos in bonis operibus beneficia dei retinere non possunt, Si.n. non inter primos peccantium lapsus consuleret,sed in futurum suspenderet vltionis occursum diuina censura, proculdubio scelestorum omnium latius processisset audacia, Denique si vis tuorum p̄ficere disciplinam, exerce censuram. Vbi rei futuræ sollicitudo versatur,illic aut non peccatur,aut tardius delinquitur. Censura.n.interdum quidam suscipiunt supplicium,vt multi corrigantur in paucis, ne postmodum ita commotus incipiat grassari per multos. Risus frequens corrumpit mores,relaxat quoque neruos rigoris astrictos, seuerus autem vultus custos est disciplinę. Si.n. delinquentibus frenquenter indulges,peccator non proficit ad salutem.

Exo.6. Gene.15.

In eadem dominica homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Abijt Iesus trans mare Galilææ quod est Tyberiadis & cætera: quæ habetur in expositione doctoris Ibidem. Ioan.6

Feria secunda post quartam dominicam,de Thuribulis: Sermo I.

Ser.98. MOdo fratres dilectissimi cum diuina lectio legeretur,audiuimus dixisse dominum ad Moysen,ut thuribula in quibus superbi illi ac rebelles incensum obtulerant conflaret,& producta in laminas altari affigeret,vt essent in testimoniū rebellium & superborū. Thuribula,inquit, dominus,quę sanctificata sunt in mortibus peccatorum,facito ea laminas ductiles & circunda ex eis altare,quia oblata sunt coram domino & sanctificata sunt. Hoc ergo per hanc figuram uidetur ostendi,q̄ thuribula ista quæ scriptura nominat ęrea, imaginem teneant scripturæ diuinæ,cui scripturæ hæretici ignem alienum imponentes,sensum videlicet per errorem & intelligētiam alienā a deo & veritati contrariam introducentes,incensum domino nō suaue, sed execrabile offerunt. Ista ergo thuribula ærea,id est,hęreticorū voces,si adhibeamus ad altare dei, ubi diuinus ignis est,ubi uera fidei p̄dicatio, melius ipsa veritas ex falsorum comparatione fulgebit. Si.n. verbi gratia dicā,ponā dicta Arrianorū uel Manichæorū,aut alterius cuiuslibet hęreticorū,& ex sermonibus ueritatis ac scriptu rarū diuinarū testimonijs velut diuini altaris igne confutē,nōne euidentior eorū ex ipsa cōparatione apparebit impietas? Nā si doctrina ecclesiastica simplex esset & nullis extrinsecus hęreticorū dogmatū assertionibus cingeretur,nō poterat tā clara & tā examinata videri fides nostra. Sed idcirco doctrinā catholicā cōtradicētium obsidet ꝑpugnatio,ut fides nr̄a nō ocio torpescat,sed multis exercitationib⁹ elimetur pp hoc deniq; & Apostolus dicebat,Oportet āt hęreses eē vt ꝓbati quiq; manifesti fiāt inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos. Hoc est dicere, Oportet hæreticorum thuribulis altare circundari, vt certa & manifesta omnibus fiat fidelium atq; infidelium differentia. Cum enim fides catholica velut aurum cœperit fulgere, & prædicatio eius vt argẽtum igne probatum intuentibus resplenduerit, tunc maiore cum turpitudine, & dedecore hæræticorum voces obscuri æramenti vilitate sordebunt. Hæc aũt diximus de thuribulis eorum qui condemnati sunt, quæ altari iubentur affligi, quod ex comparatione impiorum isti clariores appareant: simul vt & posteris daretur exemplum, nequis præsumptione superbi spiritus non sibi a deo datum munus pontificatus inuaderet: sed vt illi credatur quem non ambitio humana, non fauor corruptus, asciuerit, nec munerũ oblatio prophana surrogauerit, sed meritorum conscientia & dei voluntas assumpserit. Quod ergo pertulerunt superbi illi Leuitæ, qui domino non iubente sibi sacerdotiũ vendicabant, hoc patiuntur quicunque se aut ad episcopatus, aut præsbyteratus, vel diaconatus officium vel muneribus aut adulationibus impudenter conantur ingerere. Quomodo cõbusti sunt illi in corpore, sic isti exurentur in corde. Hortatur ergo Moyses pontificem magnum vt offerat incensum in castris, & exoret pro populo. Num.6. Iam enim inquit, vastari populus cœpit. In spiritu videbat Moyses quę gerebantur, Abijt ergo Aaron vt offerret incensum pro populo, & stetit inter viuos & mortuos, & mitigatus est furor dei. Si intellexisti historiæ ordinem, & oculis vt ita dicam cernere potuisti stantem pontificem medium inter viuos & mortuos, ascende nunc ad verbi huius celsioria fastigia, & uide quomodo verus pontifex Iesus Christus assumpto thuribulo carnis humanæ, & superposito igne altaris, anima sine dubio illa magnifica cum qua natus est in carne, adiecto etiam incenso qui est spiritus immaculatus, medius inter viuos & mortuos stetit, & mortem non permisit vltra grassari, sed sicut Apostolus dixit, destruxit eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum Hæb.2. vt qui in ipsum pontificem Christum credit, iam non moriatur sed uiuat in æternũ. Hoc fuit mysterium, quod postea futurum iam tunc angelus ille qui populum vastabat expauit. Agnoscebat enim figuram thuribuli & ignis & incensi, & qualis offerenda esset deo hostia ab eo qui medius mortuorum viuorũq; constituendus erat præuidebat: & illos tunc imago præfigurata saluauit, ad nos autem salutis veritas ipsa peruenit. Neque enim indumenta pontificis purpura ac lana byssoq; contexta erubuisset angelus ille vastator, sed ista quæ futura erant indumenta domini & saluatoris nostri singularis & magni pontificis intellexit, & his cesset quibus vtique vniuersa creatura inferior erat. Puto autem q; non solum primo aduentu domini & saluatoris nostri forma ipsa completa sit, sed eadem fortasse seruabitur & in secũdo. Veniet iterum filius hominis, & cum venerit sine dubio inueniet quosdam mortuos, quosdam viuentes. Hoc loco non incongrue mortui intelliguntur, illi qui nimietate scelerum in peccatis suis mortui comprobantur, viuentes autem illi qui in operibus vitę permanserint. Veruntamẽ vtrobibet modo stabit etiam in futuro magnus hic pontifex & saluator noster medius viuorum & mortuorũ. Sed & tunc forte medius viuorum & mortuorum stare dicendus est, cum statuet oues quidem a dextris, hœdos autem a sinistris, & dicet his qui a dextris erunt, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. His autem qui a sinistris sunt dicet, Item in ignem æternum operarii iniquitatis, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius, quoniam non noui vos. Et sunt vtique mortui qui in ignem mittuntur in æternum? Sunt autem viui illi qui mittuntur ad regnum. Ad quod regnũ vos pius dominus perducere pro sua pietatẽ dignetur, cui est honor & imperium cũ patre & sancto spiritu in secula seculorum. Amen.

Mat.25.

Ser.99. Num.17. 1.Cor.4

Eodem die, de uirga Aaron. Sermo. II.

OMnis princeps tribus populi habet virgam. Non enim potest quis regere populum, nisi habeat virgam. Vnde & Paulus Apostolus quia princeps erat populi, idcirco dicebat: Quid vultis? In virga veniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Omnes ergo principes tribuum habeãt necesse est virgas suas, sed vnus est solus, sicut scriptura dicit, verus pontifex, cuius ille Aaron sacerdos prę ferebat figuram. Huius ergo virga germinauit. Sicut enim virga Aaron germinauit in populo Iudæorum, ita crux Christi floruit in populo gentium. Verum quoniam vt sæpe

ostendimus, verus pontifex Christus est, ipse solus est cuius virga crucis non solũ germinauit sed & floruit, & omnes qui credentium populorum fructus exhibuit. Quis autem iste est fructus quem attulit? Amygdalas, inquit. Amigdalę fratres, nuces sunt. Qui fructus primo quidem indumento amarus est, sequenti munitur ac tegitur, tertio sumentem pascit ac nutrit. Talis ergo est in ecclesia Christi doctrina legis ac prophetarum. Prima literæ facies satis amara est, quæ quidem circũcisionem carnis præcipit, quæ de sacrificijs mandat, & cætera quę per occidentem literam designantur. Hæc omnia tanquam amaram nucis corticem proiice. Secundo in loco ad munimenta tecta peruenies, in quo vel † mortalis doctrina ratio continentiæ designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum quę seruantur intrinsecus, frangenda tamen quandoq; & sine dubio dissoluenda sunt: ut si verbi causa dicamus, abstinentia ciborum & castigatio corporis donec sumus in corpore isto corruptibili & passibili sine dubio necessaria est. cum autem superueniente morte confractum fuerit & resolutum, & resurrectionis tẽpore incorruptibile ex corruptibili redditum, atque ex animali spiritale, non iam labore afflictionis, nec abstinentię castigatione, sed qualitate sui nulla iam corpori corruptela dominabitur: Sic ergo & nũc durior testa nucis velut necessaria abstinentiæ rato videtur, & postmodum non quę renda. Tertio autem loco, reconditum uelut in nuce inuenies secretum mysteriorũ sapientię & scientiæ dei sensum, quo nutriantur & pascãtur animæ sanctæ, non solũ in præsenti uita, sed etiam in futura. Ipse enim est pontificalis fructus, de quo promittur his qui esuriunt & sitiunt iustitiã, quia ipsi saturabuntur. Hoc igitur modo in omnibus scripturis triplex huius sacramenti ratio percurrit. Sic & sapientia monet, ut describamus eam nobis in corde tripliciter, id respondendum, inquit, uerbum ueritatis his qui pro posuerunt nobis. Nam quia sacramẽtum sacerdotale est uirga nucis, idcirco arbitror etiam Hieremiam qui erat unus ex sacerdotibus ex Anathot uidisse uirgam nuceam, & prophetasse de ea illa quæ scripta sunt, uel de uirga nucea, uel de lebete siue olla succensa, quasi ostenderit per hæc in uirga nucea esse uitam, & in lebete succensam esse mortem. Vita enim & mors ponitur ante faciẽ nostram, & uita quidem Christus in sacramento nucis, mors autem diabolus in figura lebetis succensæ. Si ergo peccaueris, portionem tuam pones cum olla succensa. Si autem iuste egeris, efficietur portio tua in uirgam nuceam cum magno pontifice. Sed & in canticis canticorum, sponsa dicitur descendisse in hortum nucis, ubi etiam pariter cum nucibus sacerdotalium quodammodo pomorum copiam præscribitur inuenisse. Diligenter attẽdite fratres, quia unum promisit deus futurum in uirga, sed plura dedit. Verum est fratres: Consuetudinis suæ rem fecit dominus noster. Semper enim maiora tribuit quam promittit. Et erit, inquit, homo quemcunque elegero, uirga eius germinabit: hoc est solum quod promisit deus, ut uirga eius quem eligeret germinet. Vbi uero ad rem uenitur, ut quod promissum est ostendatur impletum, non unum illud quod promissum fuerat effectum dicitur, sed uide quanta addantur. Ait enim scriptura, Ecce germinauit uirga Aarõ in domo Leui. Hoc est unum illud sine dubio quod fuerat repromissum. Sed adduntur alia, & dicitur: Et produxit frondes, & protulit flores, & germinauit nuces. Cum ergo de solo germine fuisset repromissum, uide quanta largitur deus, vt non solum germẽ produxerit, sed & frondes: & nõ solum frondes, sed & flores: & non solum flores, sed & fructus. Quid igitur est quod ex his colligi & cõtemplari possit uideamus. Primum omnium resurrectionis ex mortuis sacramentum in his euidenter agnoscimus. Virga enim arida germinat, cum corpus extinctum cœperit reuiuiscere. Quæ sunt autem quatuor ista, quę resurgenti corpori præstabuntur? Vt seminatum in corruptionem, surgat in incorruptione. Et seminatum in infirmitatẽ, surgat in uirtute: Seminatum in ignominiã, surgat in gloria. Et seminatũ corpus animale, resurgit corpus spiritale. Ista sunt quatuor, quæ uirga arrida corporis nostri in resurrectione germinabit. Sed redeamus ad ea quæ de uirga dicere cœperamus. Possumus adhuc sic intelligere eorum quæ uirga germinauerat differentias. Omnis qui in xpo credit, primo moritur, & post hoc renascitur. Et est etiã in figura q; uirga arida postmodum germinauit. Est ergo primum germen, prima hominis in xpo confessio. Secundo frondescit, ubi renatus donum gratiæ dei sanctifica

†alias moralis.

Exod. 12.

Mat. 5.

Proue. 2.

Num. 17.

Hiere. 1

Hiere. 11.

Canti. 6.

Num. 17.

1. Cor. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionemq; suſceperit. Inde affert flores, vbi proficere cœperit, & morum ſuauitate decorari, ac fragrantiam miſericordię & benignitatis effundere. Ad vltimum quoque affert etiam fructus iuſtitiæ, quibus non ſolum ipſe viuat, ſed & alijs vitam præbeat. Cum autem ad perfectum venerit, & protulerit ex ſe verbum fidei, verbum ſcientiæ dei, & per doctrinam ſuam alios lucrifecerit, hoc eſt attuliſſe fructus quibus alij nutriantur. Sic ergo ſinguli quiq; credentium de virga Aaron, quæ Chriſtus eſt, germinant. Quorum quatuor iſtę differentiæ in alijs ſcripturæ locis velut ætates quatuor deſignantur, quas Ioannes Apoſtolus in epiſtola ſua diſtinctione myſtica comprehendit. Ait enim. Scripſi vobis pueri, ſcripſi vobis adoleſcentes, ſcripſi vobis iuuenes, ſcripſi vobis patres. In quibus vtiq; non corporales ætates, ſed ſpiritualium profectuum differentias ponit. Sic etiam in hoc ſacerdotalis virgæ germen obſeruabimus deſignari. Habentur ergo omnia hæc non tam in virga. Aaron, quā in ea virga quæ exiit de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendit, ſupra quem requieſcit ſpiritus dei. In quo nec hoc ipſum videtur ocioſum, qd exire dicitur virga, & flos aſcendere. Quāuis. n. vnus ſit Chriſtus, ſingulis tamen diuerſus efficitur, prout indiget is qui operatur. Qui ergo ſegnior eſt & negligentior, pro diſciplina xp̄s ei efficitur virga & in virga non aſcendere dicitur, ſed exire. Exeundum nāque eſt ei qui inutilis & ignauus eſt, de eo ſtatu in quo non recte conſiſtit, tranſeundum ad aliū ſtatum tamquam virgæ compulſione, id eſt, ſeueritate doctrinæ rigidioris admonitu. Qui vero iuſtus eſt, quia iuſtus ſicut palma floret, in hoc aſcendere dicitur Chriſtus. Sic ergo qui verberibus indiget, exit ad eum virga. Qui autem proficit ad iuſtitiam, aſcendit ei in florem. Aſcēdit autem quouſq; afferat fructus ſpiritus, qui ſunt charitas, pax, patientia, & reliquę virtutes in Chriſto Ieſu domino noſtro.

1. Ioan. 2

Eſai. 11.

Pſal. 91.

Item eodem die homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannem:

Ioan. 2

Prope erat paſcha Iudæorum & aſcendit Ieſus Hieroſolymam: & cætera: quę habetur in expoſitione doctoris. Ibidem.

Num. 13.

Feria tertia poſt quartam dominicam in quadrageſima, de exploratoribus & de botro.

Sermo. I.

Ser. 100. Num. 13.

MOdo cum diuina lectio legeretur, audiuimus ꝙ tempore illo quo miſſi ſunt duodecim exploratores ad conſiderandam terram repromiſſionis, duo ex illis vuam miræ magnitudinis in phalanga detulerint ad filios Iſrael. Duo iſti fratres dilectiſsimi, multis modis intelligi poſſunt. Nam & duo teſtamenta nouā incongrue ſignificaſſe credūtur, & duo præcepta quibus diligitur deus & proximus. Poſſunt etiam in hiſtoria & allegoria intelligi. Quod autem duum teſtamentorum typum habuerint, hinc euidenter agnoſcimus, quia quomodo in medio duorum illorum vua exhibita legitur, ita in medio duum teſtamentorū Chriſtus dominus euidenter agnoſcitur; ſecundum illud quod ſcriptum eſt, In medio duum animalium cognoſceris, id eſt, in medio noui uel veteris teſtamenti, Quod autem dixit, In medio non ſic intelligendum eſt, ꝙ Chriſtus inter nouum & vetus teſtamentū ſic fuerit medius, vt nēc in nouo nec in veteri continetur. Non ita eſt fratres chariſsimi. Sed qđ ait, In medio diuum animalium cognoſceris, hoc ſentiendum eſt ꝙ ſit in medio veteris teſtamenti, & in medio noui, id eſt, intus in interiori & ſpiritali intellectu, non in litera quæ nō ſolū Iudeos, ſed etiam hæreticos omnes cōſueuit occidere, ſed in ſpiritu qui omnes Chriſtianos ſpiritaliter intelligentes viuificat. Hoc eſt ergo, in medio diuum animalium cognoſceris, in interiori ſenſu noui ſiue veteris teſtamenti. Exhibita eſt ergo vua a duobus. Iſti autem duo qui vuam de terra repromiſſionis afferre meruerunt, ſicut iam diximus, poſſunt intelligi etiam duo præcepta dilectionis, id eſt, diliges deum & diliges proximum. Denique cōſiderate fratres, quia ſicut illi duo pendentē vuā attulerunt, ita & de iſtis duobus, id eſt, dilectione dei & ꝓximi dicitur, In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetę. Sicut. n. vua illa Chriſtum deū figurauit, ita & terra repromiſſionis in qua natus eſt, ſctē Marię, videtur imaginē ſtulliſſe. In ipſa. n. impletū eſt, Veritas de terra orta eſt. Quo aūt beata Maria nō fuit terra repromiſsionis quæ per prophetam multo ante promiſſa eſt? Nam per beatam

Abacu. 3.

2. Cor. 3.

Mat. 22

Pſal. 84.

Eſaiam dominus eam ante multa annotū ſpatia repromiſit. Sic enim ait, Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filium. Exhibita eſt. n. vua de terra repromiſſionis. Ipſa eſt. n. de qua legimus, Suxerunt mel de petra, & oleum de firma petra. Et de ipſa ſcriptum eſt: petra aūt erat xp̄s. Et illud, Cum adipe renium, & ſanguine vuæ. Et iterū, Lauabit in vino ſtolam ſuam, & amictū ſuum in ſanguine vuæ. Hæc, inquam, vua in ligno ſuſpenſa duorum defertur obſequio, quæ nobis vtique ſicut iam dictum eſt, duum teſtamentorum repræſentātur oraculis, quæ il ligno crucis pependit, cuius vinum in pretium noſtrum paſſionis expreſſione ꝓfluxit. Sed operæpretium eſt arcana ſacramentorum aperiri effectibus rerum. Hanc vuam duo deferunt inſerto vecte pendentem. Poſſunt iſti duo ēt Chriſtianum vel Iudaicum populū figurare. Iſti ergo ſunt duo, id eſt, ſynagogę uel Eccleſię populi. Et quia prior fuit Iudęorū populus Præcedit Iudęus, ſequitur Chriſtianus. Salutem ſuam hic ante conſpectū ſuum gerit, ille poſt dorſum. Hic obſequium p̄fert, ille contēptum. Ideo & de Iudæis Prophęta teſtatur, Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum illorum ſemp incurua. Incedunt duo ſub ſacro faſce ordine ſuo. Hic ſemp videt, ille ſemp relinquit. Iudęus autem ꝓximum ſe æſtimat, ſed abſentat. Chriſtianus ergo p̄ſenti munere fruitur, Iudæus ſolo onere p̄grauatur. Quia xp̄s ſicut credēti ſalus, ita onus eſt nō credenti. Iudæis. n. ille ſpecialiter annunciatus: de quibus dictum eſt, In ſua venit, & ſui eū nō receperunt: Factus eſt eis lapis offenſionis & petra ſcandali: & quem Iſrael nō cognouit, gentium fides recepit. Et ideo poſt ſequitur iſte, ſed ſpem ſuam ſub oculis habens antecedit, & proficit: ille prior graditur, ſed deſerit & recedit. Portat quidem Chriſtum in lege Iudęus, ſed a gratia quam in myſteriis portat aduerſus eſt, quia quem p̄dicatione ſuſcepit electus, corde perdit incredulus: & quem vnus aſpernatur in lege, alter miratur in corpore. Vnde amborum dominus & redemptor noſter ab hoc adorante geſtatur, ab illo ſe auerſante ſuſpenditur: Ac ſic impletū eſt in Iudæis: Poſuerunt ad me dorſa, & non facies ſuas. Et quia xp̄m dn̄m quem prior populus Iudæorum & poſt dorſum reliquit & crucifixit, nos poſtea venientes adorare & portare meruimus, ſecundum illud quod Apoſtolus ait, Glorificate & portate deum in corpore veſtro, quantum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus, ne a ceruicibus noſtris tam ſanctam ſarcinam malis operibus deponamus. Sarcina enim Chriſti, leuare cōſueuit nō premere. Sic & ipſe in euangelio dixit, Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Si. n. iugū xp̄i ſubdita & humili ceruice ſuſcipimus, magis nos portat q̄ a nobis portetur. Sicut enim iugū ſeculi ſemp premit, ita iugum xp̄i leuare conſueuit. Et quia omnis homo aut xp̄m portando erigitur, aut iugum ſeculi ſuſtinendo ad inferiora deprimitur, attendat vnuſquiſque cōſcientiā ſuam: & ſi ſe ſanctis cogitationibus & bonis operibus iugū Chriſti portare cognouerit, gaudeat & deo gratias agat, & cum grandi ſolicitudine vel timore perſeuerare cōtendat, Qui vero luxurioſis cogitationibus & malis operibus duriſsimo mundi huius iugo ſe nimium grauari cognoſcit, orationibus, ieiuniis vel eleemoſynis ꝓiiciat iugum diaboli, vt mereatur excipere iugum Chriſti, & de omnibus malis actibus ſuis cum propheta fideliter dicat: Dirumpamus vincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum ipſorum. Tunc enim de illa ſpiritali vua de qua nobis vinum lætitię prælum crucis expreſſit, cum ſecura conſcientia bibere poterimus, ſi nos nec luxuria ſordidauerit, nec iracundia combuſſerit, nec inflauerit ſuperbia, nec auaritia obſcurauerit, nec inuidia vipereo veneno percuſſerit. Omnia. n. iſta de corde ſuo debet expellere, qui ad altare deſiderat vel optat accedere. Et quia ſpiritalis vindemia, id eſt, paſchalis ſolēnitas imminet, in qua feſtiuitate botrus ille, de quo ſuperius diximus, per iniuriam vel pondera crucis expreſſus eſt, de tanta ac tali vua accepturi calicem ſalutaris & vinum lætitię bibituri, exceptoria cordis vel pectoris noſtri cum grandi nitore ac diligentia, ieiuniis, vigiliis, orationibus, Eleemoſynis & præcipue caſtitatis nitore mundemus: Contra nullum hominem odium in corde ſeruantes, & non ſolum amicos ſed etiam inimicos & aduerſarios diligentes, cum ſecura conſcientia in oratione dominica dicamus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt honor & imperium cum patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Eſai. 7

Deu. 32.

1. Cor. 10

Gene. 49.

Pſal. 68

Ioan. 1

Roma. 9

1. Cor. 6

Matt. 11.

Pſal. 2

Matt. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num. 21 Eodem die, de serpente æneo, Sermo II.

Serm. 101 IN lectione quæ nobis recitata est fratres charissimi, audiuimus ꝙ eo tempore, quo propter superbiam Iudæorum & murmurationem eorum contra dominum a serpentibus regulis, id est, basilicis in deserto populus vastabatur, præceperit do-

Num. 21. minus Moysi vt serpentem æneum faceret, eumq; in ligno suspenderet, quem percussi respicientes ab interitu sanarentur. Serpens iste fratres dilectissimi, licet hoc satis mirum esse videatur, tamen figurauit incarnationem domini. Duram forte ali cui videri poterat ista significatio, nisi hocipse dominus in Euangelio suo dixisset.

Ioan. 3 Sic enim ait, Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Suspensus est ergo tunc serpens æneus in cruce, quia Christus suspendus erat in ligno. Tunc. n. quicunque fuisset a serpente percussus, serpentem æneum respiciebat & sanabatur: nunc vero humanum genus quod a spiritali serpente diabolo percussum fuerat, Christum credendo respicit & sanatur. Quicunque percussus serpentem illum æneum non vidisset, moriebatur. Ita est fratres, nisi quisq; in xpm crediderit crucifixum, diaboli veneno premitur. Tunc. n. vnusquisque respiciebat serpentem mortuum, vt posset euadere viuum: Nunc vero qui vult diaboli vitare venenum, Christum respiciat crucifixum. Et quia mors a morsu nomen accepit, & generi humano morsus antiqui serpentis acciderat, & mors nisi a morte superari non poterat: ideo mortem Christus sustinuit, vt iniusta mors iustam vinceret mortem,

Gene. 3 & liberaret reos iuste, dum pro eis occidebatur iniuste. Quicquid n. diabolus in Adã exercuerat, quasi iuste videbatur egisse in homine, qui se vnius arboris delectatione vendiderat. In Adam ergo quasi in proprio seruo iure sibi domino dominium vendicauit: in passione autem Christi in quo peccati maculam non inuenit, iniuste mala omnia perpetrauit. Sic & ipse dominus in euangelio dixit, Ecce venit princeps hu-

Ioan. 14 ius mundi, & in me nihil inuenit. Quid est nihil inuenit. Nullum omninò peccatũ.

Psal. 68 Et in Psalmis, Quę non rapui, inquit, tunc exoluebam. Quod ergo iuste debebat Adam, Christus iniuste mortem suscipiendo persoluit. Ille expandit manum ad pomorum dulcedinem, iste ad crucis amaritudinem. Ille arborem necis iste salutis ostendit, Ille se contra deum erexit & cecidit, Christus se humiliauit ut omnes erigeret.

Num. 21 Adam mortem vniuersis, intulit, & Christus vitam omnibus reparauit. Respiciebat ergo vnusquisque ad serpentem æneum, & a venenatis serpentibus sanabatur. Serpens æneus in ligno positus venena viuorum feroentium superauit, & Christus in cruce suspensus & mortuus antiqua diaboli venena restrinxit, & omnes qui ab eo percussi fuerant liberauit. Quare tamen serpens ille non de auro, non de argento sed de æramento fuerit factus, videamus. Hoc mihi videtur ꝙ duas significationes habere posset. Vnam propter diuturnitatem quia vasa ęnea durare diutius solent. Aliam propter vocis claritatem, nam inter omnia metalla vasa ærea maiorem tinnitum reddere & longius sonare solent. Doctrina non in una tantum gente Iudæorũ innotescere, sed per vniuersum mundum claro salutiferæ prædicationis sono poterat peruenire: ideo serpens ille æneus efficitur, vt doctrina Christi in vniuerso mun-

Psal. 18. do clarius prædicetur: secundum illud quod de apostolis scriptum est, In omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Et tamen fratres etiam secundum medicorum carnalium disciplinam, quibus de morte serpentis contra viuorum serpentium venena salubria præparantur antidota, non est incongruum, vt mortuum debeat serpentem intendere, qui a viuorum serpentium venenis desiderat liberari. Hæc ergo omnia ideo diximus, vt quoscunque serpentis, id est diaboli & angelorum eius venena percusserint ad Christum qui in similitudine illius ænei in ligno suspensus est fideliter aspiciant, vt cum beato Paulo Apostolo dicere

Gala. 6. possint, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Et quia de beatæ crucis mysterio diutius loqui & dulce est & salubre, reliquas eius significationes breuiter si iubetis charitatis uestrę auribus intimamus. Quid enim dulcius, quid suauius uel cogitari vel dici potest q̃ sanctæ crucis mysterium, per quam non solum ab inferis reuocari, sed etiam in cœlos eleuari meruimus. Quia sine vlla dubitatione vbi caput nostrum Christum ascendisse credimus, membra illius secutura esse confidimus. Ligni cruc

cis etiam vmbra vel figuræ, in veteri quoque testamento plurimum valuerunt. Nul-
lum Moyses signum sine ligni sacramento peregit. Vt enim signa & prodigia in Ae- Exod. 4
gypto faceret, virgam accepit a domino, & ad signa quæq; diuinitus audiebat & dice-
batur ei: Eleua virgam tuam Non vtique deus virgæ auxilio indigebat, sed erigeba-
tur vt scire possimus quantum esset illud futuri ligni mysterium, cuius fuerat vm-
bra figuratum virgæ illius sacramentum. Forte si rubrum mare diuidendum est, iu- Exo. 14
betur Moyses eleuare virgam, & mare cognoscens venturi ligni figuram, mox iter
populo pandit insuetum Si ad aquam merrhæ amaram venitur, nisi lignum in se su- Exod. 15
sceperit non dulcescit. Quæres erat indicio, amaritudinem gentium per lignum cru-
cis in vsum dalcedinis quandoque esse vertendam. Si autem non habet aquam po- Exod. 17
pulus vnde bibat, petra ligno percutitur, & dat per gratiam quod non habuerat per
naturam. Si Amalech sæuus hostis occurrit, Iesus filius Naue virgam tenere manu Vbi sup.
iubetur, & Moyses brachia sua in modum crucis extendere, ac sic per figuram cru-
cis vincitur insuperabilis inimicus. Sed nec Heliseus ligni huius mystici virtutẽ pe- 4. Reg. 6.
nitus ignorauit, qui securim de manubrio in gurgitem lapsam misso in flumine li-
gno de profundo euocauit, significans vtique dura corda & ferreas hominum cerui-
ces de profundo emersas errore, ligno crucis esse in posterum subiugandas. O crux
cuius tantus ac talis decerpitur fuctus. Fructus autem crucis, gloriæ est resurrectio. Psal. 1.
Hic fructus ligni huius, vere plantatus est secus decursus aquarum. Semper. n. cruci
baptisma iungitur. Dedit hoc lignum fructum in tempore suo, dedit fructum inte-
rim domini resurrectione, dabit & cum apparuerit de cœlis ille qui visus est sup ter
ram, cum præcedente ipso crucis signo iam fulgido venerit de supernis: tunc resur-
gent corpora sepultorum, tunc exultabunt sancti in gloria, tunc in suis cubilibus Psal. 149
lætabuntur, qui nunc de sui regis ac domini cruce non confunduntur, sed potius
gloriantur.

Item eodem die Homilia de eo quod scritum est secundum Ioannem: Iam die festo Ioan. 7.
mediante, ascendit Iesus in templum & docebat: & cætera, quæ habetur in exposi-
tione doctoris Ibidem.

Feria quarta post quartam dñicam in quadragesima: de eo ꝙ senior populus in de-
serto mortuus est, & iunior in terram repromissionis ingressus est: Sermo I.

SCire & intelligere debemus fratres dilectissimi, quia senior populus Iudæorum Serm. 102.
qui propter incredulitatem in deserto mortuus est, significauit priorem populũ Num. 14
Iudæorum: paruuli vero eorum, id est, iunior populus figurauit populum Gentiũ.
Sicut enim seniore populo mortuo, iunior terram repromissionis accepit, ita repro-
bato Iudęorum populo, iunior populus Christianorum gratiam diuinæ benedictio
nis obtinuit. Tamen fratres charissimi transitorie vel negligenter, sed cum ingenti
tremore considerandum est, quia de sexcentis milibus duo tantum terram repromis-
sionis ingressi sunt. Hoc ergo audiant, qui ita dominum misericordem esse volunt, Num. 14
vt iustum esse non cted ant. Si enim diligenter attendimus fratres charissimi, & erga
illa sexcenta milia quæ in eremo mortua fuerant deus noster misericors fuit, & cir
ca illos duos qui terram repromissionis intrauerunt iustus apparuit: Quomodo nõ
fuit misericors, qui eos per quadraginta annos reseruauit & expectauit ad pœniten
tiam, & non solum conuerti noluerunt, sed etiam frequenti rebellione contra domi-
num murmurantes, ad peccator& suorum cumulum grauiorem semp sarcinam addi
derunt? Quomodo non est misericors, qui nos tanto tempore expectat vt corriga-
mur? Nunquid tam prolixa misericordia potest deo auferre iustitiam? Quanto. n.
diutius expectat, tanto grauius vindicat. Quando enim prolixis temporibus pecca-
mus, & nihil mali a domino sustinemus, patientia est non negligentia. Non ille potẽ-
tiam perdidit, sed nos ad pœnitentiam reseruauit. Ergo & in illis qui in eremo mor-
tui sunt misericors fuit, quos tanta longanimitate sustinuit: & in illis duobus ꝓmis-
sa compleuit, quos fidei merito in terram repromissionis induxit. Sed dicit aliquis ꝙ
etiam si egissent pœnitentiam terram re,promissionis intrare nõ potuissent, qua deus Num. 14
definitam illis dederat sententiam dicens, Non intrabitis terram pro quia iuraui pa-
tribus vestris, sed in solitudine iacebunt cadauera vestra. Nõ ita est frẽs charissimi:
Atque vtinam tam cito peccator homo resurgat ad pœnitentiam, q̃ cito deus etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

definitam vult mutare sententiam. Aud i ipsum dominum per Prophetam spẽm ma-
Hiere.26 ximam humano generi promittentem. Repente, inquit, loquar ad gentẽ, vt pro pec-
catis suis faciam eis malum, & si pro iniquitatibus suis egerit pœnitentiam, & ego
pœnitentiam agam super malo, quod cogitaui vt facerem eis, & non faciam. Videte
fratres quanta sit circa nos pietas dei nostri, & agnoscite vtrum velit negarẽ miseri
cordiam, qui de conuersione nostra suam dixerat mutare sententiam. Conuertamur
ergo fratres charissimi, nec emendationem nostram ad extremum vitæ nostrę tem-
Eccli.5 pus differre velimus, sed audiamus Prophetam dicentem. Nolite tarde conuerti ad
Prou.27 dominum, nec differatis de die in diem, quia nescitis quæ supuentura pariat dies.
O homo quare differs de die in diem, forte hodie habiturus vltimum diem? Semper
ergo fratres charissimi cum ingenti timore atque tremore ad memoriam reuoce-
mus, ꝙ tanta sit apud dominum nostrum iustitia, vt sicut iam supra dictũ est de sex-
centis milibus duo tantum terram promissionis intrauerint. Hęc si humili & contri-
to corde assidue cogitare volumus, salubrem nobis metum incutientes, medicamen
ta nobis de alienis vulneribus facimus, & aliorum mors ꝓficit ad nostram salutem.
Iterum atque iterum rogo vos fratres & admoneo vt istam seueritatem & iustum iu
dicium dei quo senior ille populus pro peccato murmurationis in deserto consum-
ptus est, cum grandi semper metu & solicitudine cogitemus, & sic amemus dei mi-
sericordiam, vt tamen iustitiam timeamus. Parcit modo & tacet, sed non semper tace
bit. Modo enim pro ineffabili pietate sua non solum nos admonet, sed etiam rogat
vt nos a peccatis mortiferis reuocemus. Audiamus illum dum rogat, ne nos postea
non audiat ille dum iudicat. Audiamus eum per prophetam dicentem Fili, inquit, mi
Eccli.30 serere animæ tuę placens deo. Quid ad hæc respondebit humana fragilitas? Deus te
rogat vt tui miserearis, & non vis. Causam tuam apud te agit, & a te non potest impe
trare. Et quomodo te audit ille in die iudicij supplicantem, cũ tu eum pro teipso no-
lueris audire rogantem? Quis enim non expauescat & metuat fratres charissimi, ꝙ
pro quadraginta dierum spatio, annis quadraginta populus Iudæorum pœnam reci
pere meruit in eremo? Si enim pro vnius diei culpa vnius anni spatium recõpensan-
dum est pœna, nos qui tanta quotidie peccata committimus, si eleemosynarum vel
pœnitentiæ non subuenerint medicamenta, timeo ne nobis non inferantur, tempo-
ralia sed æterna supplicia. Et quia calidis vulneribus solent medicamenta celerius
subuenire, quotiescunque peccauerimus non expectemus mortifera securitate vul-
nera ipsa putrescere, nec iterum vulnera vulneribus augeamus, sed continuo ad spi
ritalem medicum recurrentes, salutem recipere festinemus. Et ideo quomodo quan-
do in corpore vulnus accipimus, si statim medicamenta requirimus, cito sanitatem
recipere poterimus: ita si moram fecerit, necesse est vt tardius ad sanitatem plaga ip-
sa redeat, aut aliqua fœda cicatrix in corpore nostro remaneat. Si hæc in corpore fa-
cimus, quanto magis in aiæ vulneribus adhibere debemus, vbi ad imaginem & simi
litudinem dei facti sumus? Si tantam curam impendimus corpori quod velimus no
Gene.2 limus in puluerem redigendum est, quantam solicitudinem & curam erga salutem
Ephes.5.4 animæ debemus apponere: vt sicut dicit Apostolus, Sine macula vel ruga mereamur
ante tribunal æterni iudicis apparere? Ne forte si multis peccatorum vulneribus la-
cerati & vitiorum pannis sordẽtibus inuoluti ad illud nuptiale conuiuium veneri-
mus, dicatur nobis illud quod ipse sponsus cœlestis in Euangelio dixit, Amice quo-
modo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Auertat a nobis deus illud quod
sequitur Cum enim hæc peccator ille audiens obmutesceret, dixit paterfamilias: Li-
Mat.22 gate illi manus & pedes &, iicite in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor den
tium, Ecce qualem sententiam accepturi sunt qui maiorem de corpore quam de ani
ma solicitudinem gerunt, & plus cogitant qualiter caro sua paruissimo tempore vi
uat in oculis hominum, quam quo anima sua ornata bonis operibus ad beatitudinẽ
vel similitudinem perueniat angelorum. Hæc ergo fratres charissimi, sicut superius
supplicaui, si attentius voluerimus cogitare remedia nobis in die necessitatis acqui
rimus: vt cum dies iudicij venerit, non cum impijs & peccatoribus puniamur, sed
cũ iustis & deum timẽtibus ad ætẽrna ꝑmia sœliciter veniamus, auxiliante dño no-
stro Iesu Christo, cui est honor & imperium cum patre & sancto spiritu in secula &c.

Item eodem die homiliæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannẽ:
Præteriens Iesus vidit hominem cœcum a natiuitate & cætera: quæ habentur in
expositione doctoris Ibidem: Et in libro Quinquaginta homiliarum. XLIII.
Ioan.9

Feria quinta post quartam dominicam in quadragesima, de Balam & Balach.
Num.22

Sermo I.

Serm.103. Num.22. LEctio quæ nobis hodie recitata est fratres charissimi dicit, quod profecti filij Israel collocauerunt castra ad occidentem Moab iuxta Iordanem contra Hiericho, & vidit Balach filius Sephor, & reliqua omnia quæ de Balaam & asino scribit historia plena negocijs. Interior vero intellectus multum negocioſior esse po test, vel ipsius tantum historię explanari facit sententias, deo tamen donante breui-
ter quæ possumus enarramus. Hic Balaam famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxijs præpotens. Non.n. habebat potestatem vel a se verba ad benedi-
cendum, sed habebat ad maledicendum, Dæmones. n. ad maledicendum: & ideo qua si expertus in talibus, opinioni erat omnibus qui erant in Oriente. Nisi n experimẽ ta plurima præcessissent, ꝙ frequenter maledictis hostem uertisset armatũ, nõ vtiq; prę sumpsisset rex hoc posse fieri sermonibus, quod ferro & acie uix posset impleri. Certus ergo Balach de hoc & frequenter expertus, omissis oibus instrumẽtis & au-
xilijs bellicis, mittit ad eum legatos dicens: Veni nunc maledic populum hunc quia fortior hic est q̃ nos, si forte possimus aliquos percutere ex eis, & eicere eos de ter-
ra. Et addidit: Scio, inquit, ꝙ quos benedixeris, benedicti, erunt, & quos maledixeris maledicti erunt. Ego non credo, quia sciret ꝙ quibus benedixerit benedicti sint, sed videtur mihi adulandi gratia hęc dicere, ut artem eius efferens & extollẽs, promptio
tem reddat ad facinus. Sed tamen veniunt ad Balaam legati. Venerunt. n. inquit, se- Num.22.
niores Moab & seniores Madiam, & diuinacula in manibus eorum. Igitur Balaam diuinaculis acceptis, cum solerent dæmones ad se venire, fugatis quidem vidit adesse dominum. Venit ergo ipse dominus ad Balaam, non ꝙ dignus esset ad quem ue-
niisset deus, sed vt fugarentur illi qui ad maledicendum & ad malefaciendum adesse consueuerunt. Et dixit deus ad Balaam: Non eas cum eis neque maledicas populũ: Est n. benedictus. Deus ire Balaam atque inuocare dæmones ad maledicendum pro
hibet: si tamen a cupiditate cessasset. Sed quia persistit in desiderio pecuniæ, indul-
gens deus arbitrii voluntatem rursus ire permisit. Ascendit ergo asinam Balaam, oc
currit ei angelus qui excubabat pro Israel, de quo scriptum est dicente domino ad
Moysen: Angelus meus ibit tecum. Pertendens autem ire comprimitur in uia, conte- Exod.32.
ritur ab asina. Sed magus dęmones vidit, asina tamen angelum videt, non ꝙ digna esset uidere angelum, sicut nec loqui digna erat, sed ut confutaretur Balaam, ut ait scriptura in quodam loco, Mutum animal humana uoce respondens argueret Pro- 2.Petr.2.
phetæ dementiam. Hæc asina, id est, Ecclesia prius portabat Balaam, nunc autẽ xp̃m ex quo soluta est a discipulis, & a quibus innexa erat vinculis relaxata, vt filius dei
sederet super eam, & cum ipsa ingrederetur sanctam ciuitatẽ Hierusalem: sicut scri- Matt.21.
ptum est, Noli timere filia Sion, ecce rex tuus uenit tibi mitis, & sedet super subiuga Ioan.12.
lem, id est, asinam. Asinam, credentes sine dubio ex Iudęis dicit, & pullum nouellum eos profecto qui sunt est gentibus credentes in Christum. Balaam hic qui interpre-
atur populus uanus, videtur mihi habere personam scribarum & pharisæorum iu-
daici populi. Balach uero qui exclusio uel deuoratio iterpretatur, & ipse habere per-
sonam intelligendus est unius alicuius mundi huius contrariæ potestatis, quæ ex-
cludere & deuorare cupiat Israel. Primum ergo omniũ de ipso Balaam requiramus, Balaã q̃o
cur in scripturis nunc uituperabilis est, nunc laudabilis ponitur. Nam uituperabilis est cum ædificat aras & victimas imponit dæmoniis & apparatu magico po- vituperabilis & q̃o laudabilis
scit diuina consulta. Culpabilis est, cum consilium pessimum dat vt populus de-
cipiatur per mulieres Madianitas, & cultum idolorum. Rursus laudabilis est, cum
verbum domini ponitur in ore eius, cum spiritus dei fit super eum, cum de Chri-
sto prophetat, cum Iudæis & gentibus de aduentu Christi mysteria futura pro-
nunciat, cum pro maledictionibus, benedictionem populo largitur, & nomen

Universidad de Deusto
Biblioteca

Israel super visibilem gloriam mysticis excolit eloquiis. Hæc frēs charissimi pauca de plurimis ꝓ tempore vobis dicta sufficiant, sed omnia in corde diligentissime retinete, & corda vestra semp ad spiritalia agnoscenda conuertite: vt quia omnium ꝓphetiam iam per Euangelium nobis dominus reuelauit, ad illud gaudium pertenire mereamur, quod pie & iuste viuentibus dominus repromisit: Ipso adiuuante qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homilię de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē, Ioan.5 Pater meus vsque modo operatur & ego operor, &c. Quæ habentur in expositione doctoris Ibidem: Et in libro Quinquaginta homilia. XXII.

Feria sexta post quartam dominicam in quadragesima de suscitatione Lazari.

Sermo I.

Serm.104. MVltis quidem signis ac virtutibus dominus ac saluator noster Christus Iesus diuinitatis suæ potentiam declarauit, sed maxime in Lazari morte, vt in præ-
Psal.45 senti lectione audiuit dilectio vestra, ostendens se esse de quo scriptum erat, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob. Quas tamen virtutes dominus ac saluator noster duplici genere operatus est, & corporaliter & spiritaliter, id ē,
Ioan. 9 visibiliter & inuisibiliter, vt per visibile opus inuisibilem virtutem ostenderet. Super
Ioan. 11. lux cæcum a natiuitate lumine oculorum illuminauit visibili opere, vt inuisibili illa virtute cęcitatem Iudæorum cognitionis suæ lumine illustraret: In præsenti vero lectione Lazaro mortuo vitam donauit vt incredula corda Iudæorum de morte peccati suscitaret in vitam. Denique multi Iudæorum propter Lazarum Christo domino crediderunt. Cognouerunt enim in resurrectione Lazari manifestam filii dei potentiam, quia morti potestate propria imperare non est conditionis humanæ, sed
Acto.9. & 20. diuinæ naturę. Legimus quidem & Apostolos mortuos suscitasse sed illi vt suscitaret dominum orauerunt. Suscitauerunt autem non sua virtute, nec sua potestate, sed inuocato nomine Christi qui morti ac vitæ dominatur: filius autem dei Lazari
Ioan.11. virtute propria suscitauit. Deniq; vt ait dominus, Lazare exi foras, statim ille egressus de monumento est, neque mors tenere poterat, quem vita vocabat. In naribus humor sepulturæ erat: Lazarus viuus astabat. Non expectauit mors iteratam vocē saluatoris audire, quia virtutem vitæ ferre non poterat, sed ad vnam vocem domini mors & corpus Lazari de monumento & animam dimisit de inferno, & totus Lazarus de monumento viuus processit, qui totus ibi non fuerat. Tardius quis de somno suscitatur quā Lazarus de morte. Humor corporis adhuc erat in naribus Iudęorum, & Lazarus viuus astabat, Sed iam caput lectionis ipsius videamus. Ait ergo dominus ad discipulos suos, vt audiuit in præsenti lectione dilectio vestra: Amicus, inquit, noster Lazarus dormit, sed vado vt a somno suscitem eum. Bene dixit dominꝰ, amicus noster Lazarus dormit, quia vere de morte velut de somno erat surrecturus. Sed discipuli ignorātes cur hoc dominus dixisset, aiunt ad illum, Domine si dormit sanus erit. Tunc respondens ait illis manifeste: Lazarus mortuus est, sed gaudeo ꝓpter uos, vt credatis, quia non ibi eram. Sed si gaudere se dicit hic dominus ꝓpter discipulos de Lazari morte, quid est ꝙ postea flesse refertur in Lazari morte? Sed aduertamus rationem gaudii, & lacrymarum. Gaudebat dominus ꝓpter discipulos, flebat ꝓpter Iudæos Propter discipulos gaudebat, quia p resurrectionem Lazari confirmari habebat fides ipsoꝝ in Christo. Propter Iudæoꝝ flebat incredulitatem, quia nec resurgente Lazaro Christo domino fuerant crediturī. Aut forte idcirco fleuit dominus, vt lacrymis suis mundi peccata deleret. Si Petrus potuit lacrymaꝝ suaꝝ fusione ꝓpria peccata abstergere, cur non credimus lacrymis domini mundi peccata deleta fuisse? Denique post lacrymas domini multi ex populo Iudęoꝝ crediderūt. Vicit ex parte incredulitatem Iudæoꝝ dominicæ pietatis affectus, & discordes mentes eorum molliuit prima fusio lacrymaꝝ. Et idcirco forte vtrunque de domino in p̄senti
Matt. 26. Psal. 125 lectione refertur, ꝙ & gauisus sit & fleuit, quia qui seminat in lacrymis, vt scriptum est, in gaudio metet. Lacrymæ ergo domini gaudia mundi sunt, quia idcirco ille lacrymas fudit, vt nos gaudia mereremur. Sed redeamus ad ordinem. Ait ergo ad discipulos

cipulos suos: Amicus, inquit, noster Lazarus mortuus est, sed gaudeo propter uos, ut sciatis quia non eram ibi. Aduertamus & hic mysterium, quomodo non se illic dominus fuisse dicit. Cum enim dicit manifeste, Lazarus mortuus est: p̄sentem se illic fuisse euidenter ostendit. Neq; n. hoc dicere dominus potuisset, nullo sibi nunciante, nisi p̄sens fuisset. Quō. n. in loco ubi Lazarus mortuus est p̄sens non erat dn̄s, qui omnia loca totius mundi diuina potestate circūuenit? Sed hic quoque dominus ac saluator noster sacramentum in se carnis ac diuinitatis ostendit. Non erat ibi secundum carnem, hic erat secundum diuinitatem, quia deus ubiq; est. Cum ergo uenisset dominus ad Mariam & Martham sororem Lazari uidens turbam Iudæorum ait, Vbi posuistis eum? Nunquid nesciebat dominus ubi positus esset Lazarus, qui absens mortuū Lazarum pronunciauerat, & qui diuinitatis suæ maiestate ubique erat? Sed hoc dominus ex ueteri consuetudine fecit. Nam & ad Adam similiter ait Vbi es Adam: Non quia nesciret ubi esset Adam, sed idcirco interrogauit, ut peccatum suum Adam ore Gene.3. proprio confiteretur, ut posset peccati ueniam promereri. Interrogat & Cain, Vbi est frater tuus Abel? Et ille dixit, Nescio. Non quia nesciret ubi esset Abel, idcirco interro Gene.4. garet Cain, sed cū ille negaret parricidium eius argueret quod in fratre commiserat. Deniq; Adam quia interroganti domino confessus est peccatum quod cōmisit, uenię redditus est: Cain quia negauit parricidium quod cōmisit, æterna pœna damnatus est. Sicut hic cum dicit dominus, Vbi posuistis eum, non idcirco interrogat quia nesciret ubi positus esset Lazarus, sed ut turba Iudæorum ad monumentum Lazari sequerentur: ut uidentes diuinam Christi potentiam in Lazari resurrectione, ipsi aduersus se testes existerent, si tantæ virtuti non crederent. Dixerat. n illis superius do Ioan.10. minus. Si mihi non creditis, uel operibus credite, & cognoscite quia pater in me est, & ego in illo. Deinde cum uenisset ad monumētum, ait ad circūstantes Iudæos, Tol- Ioan.11. lite hinc lapidem. Quid dicimus? Nunquid lapidem dominus a monumento p̄cepto remouere non poterat, qui inferni claustra ꝓpria uirtute remouit? Sed quod ab hominibus fieri poterat homines facere p̄cepit, quod autem diuinæ uirtutis erat, sua potē tia demonstrauit. Lapidem. n. a monumento reuocare humanæ virtutis est, animam uero ab inferno reuocare, solius diuinę potentiæ est. Verū facile si uoluisset sola iussione uerbi remouere a monumento lapidem potuisset, qui uerbo mundum creauit. Cum ergo remouissent lapidem a monumento', ait magna uoce, Lazare veni foras: ostendens se esse de quo scriptum erat, Vox domini in virtute, uox domini in magni Psal.28. ficentia. Et iterum, Ecce dabit virtuti suæ vocem virtutis, Virtutis plane & magnifi- Psal.67. centię vox ista est, quæ statim Laxarum de morte ad vitam reuocauit, & ante anima corpori reddita est q̄ sonū vocis miserat. Licet alibi esset corpus, alibi anima, tamen uox ista domini statim & aīam corpori reddidit, & corpus aīę repræsentauit. Deterrita. n. mors est, audita voce tantæ uirtutis. Nec mirū sane ad vnā vocē dn̄i resurgere Lazarus potuit, qn̄ oēs qui in monumentis sunt ad vnā vocem solā resurrecturos in Euangelio ipse declarauit dicendo, Venit hora, qn̄ oēs qui in monumentis sunt au- Ioan 5. dient vocē filii dei, & resurgent. Vnde sine dubio tūc mors audita voce dn̄i oēs mortuos a se potuisset dimittere, nisi ꝓprie vocatū Lazarū cognouisset. Vt ait ergo dominus, Lazare exi foras, statim ille exiuit ligatis manibus & pedibus, & facies eius sudario erat cooperta. Quid & hic dicemus? Nunquid dn̄s in Lazaro sepulturæ vincula rūpere non poterat, qui mortis uincula diruperat? Sed hic dn̄s ac saluator noster duplicē virtutē in Lazaro suæ operationis ostendit, ut uel sic incredulitati Iudæorum fidem credulitatis infunderet. Non. n. minoris admirationis est Lazarum ligatum pedibus ambulare potuisse, q̄ a mortuis resurrexisse. Ioan. 11.

Eodē die quod iusto dei iudicio filij Israel terrā repromissionis receperint. Ser. II.

IN lectionibus quæ nobis recitatę sunt fratres charissimi, audiuimus ꝙ mortuo Moyse, Iesus susceperit principatum, & transito Iordane, expulsis uel interfectis Ser. 105. gentibus Chananæis, terras eorum filiis Israel tradiderit possidendas. Quoties le Iosue.1 ctiones istę fratres charissimi, de testamento ueteri recitantur, solent Pagani, & uel maxime immundissimi Manichęi, ore sacrilego blasphemare & dicere, quia iniusti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia dei fuit,vt filios Israel per violentiam de terra Aegypti tolleret, & postea expulsis Chananęorum gentibus,terras eorum eis tradiderit possidendas. Vnde ne forte simplices quosque vel imperitos ista murmuratio prophana decipiat, quantum possum breuiter deo auxiliante, sanctitati vestræ demonstrare cupio, ab antiquis patribus traditam uerissimam rationem,& ostendere quia deus noster,non solum misericors, sep & iustus est,& iudicia eius plerunque sunt occulta,nunquam tamen iniusta. Tra-
Gene. 10 dūt maiores nri, quod quādo filii Noe omnē terrā inter se inuicem diuiserunt,terra
ista quæ dicitur Chananæorum, in diuisione orbis, seniori filio Noe, id est, Sem, in
Gen. 9. possessionem obuenerit,& eam tempore non paruo possederit. Postea vero increscentes populi Chananæi,de illo vtique filio qui a patre fuerat maledictus, venerunt ad
loca illa,& per violentiam expulsis fratribus suis,id est, filijs Sem,terram eorum mo-
Gene. 11 re barbarico possederunt. Et quia beatus Abraham,de genere Sem legitur fuisse,filij
eius,id est,populi Israelitæ,non alienam terram tradēte domino peruaserūt, sed suā
propriam quam per violentia patres eorum perdiderant receperunt. Et quia Chananæi,excepto illo peccato, quod possessionem alienam inuaserant, multa nefanda
Gene. 15. & inaudita crimina committebant,intantum,vt quando dominus Sodomam & Gomorram subuertebat,dixisse legatur,Necdum enim cōpletæ sunt iniquitates Amorræorum: & expectabat dominus,vt aut conuerterentur,& agerent pœnitentiam,aut certe si conuerti nollent,crimina criminibus cumulantes,& peccandi mensuram implentes,iustissimam dei sententiā sustinerent. Quia ergo eos dupliciter inuenit reos
diuina censura,pro eo quod & terras alienas inuaserant, & postea scelera & crimina
inaudita commiserant,iusto iudicio puniuntur, & Israelitico populo antiquorū patrum possessio reformatur. Et quidem secundum literam, sicut in scripturis sanctorum scriptum inuenimus,charitati uestræ rustico & simplici sermone quem tot intelligere possent,insinuanda credidimus, vt habeatis quod respondere possitis paganis & sacrilegis Manichæis,quia sicut iam dictum est,filij Israel antiquorum parentū suorum terram recipiunt,non alienam quasi per iniustitiam tollunt. Et hęc quidem secundū literam, iusto dei iudicio gesta referuntur, sed quia sicut dicit Apostolus,
1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis,scripta sunt autem propter nos,in quos fines seculorum deuenerunt, Quid etiam spiritaliter ista significent,si diligenter,sicut deo
inspirante consuestis attenditis,ratione euidentissima cognoscetis. Terra repromi-
Terra repromissionis. sionis,quam toties deus dicit lacte & melle manantem,nos fuimus antequam peccaret Adam,quando in nobis nihil aliud erat quàm quod misericordia conferat con-
ditoris. Postquam autem in Adam omnes moriuntur, & iterum omnes eunt in con-
1. Cor. 11. demnationem per transgressionem primi hominis,terram repromissionis Chananęi
cœperant possidere. Voluntas enim domini possessionem cordis nostri, non vitijs sed
virtutibus naturaliter deputauerat. Quæ post præuaricationem Adæ insolescentibus vitijs tanquam populis Chananæis,a propria religione, id est, ab intellectu vel
mente rationabili virtutes sanctæ depulsæ sunt,& vitia remanserunt. Cum virtutibus rursum si per dei gratiam possessio animæ nostræ recepta fuerit,nō tam alienas
occupasse terras q̄ proprias videbimur recepisse. Cum enim auxiliante domino,a populo virtutibus contra se dimicantibus, vitia fuerint superata, locum quem sibi in
corde nostro concupiscentię vel fornicationis spiritus retentabat, deinceps castitas
occupabit,quem furor cœpit,sapientia possidebit, quem tristitia mortem operās inuaserat,salutaris & plena gaudij lętitia obtinebit,quem desidię tepor uel negligentię
vastabat,humilitas honestabit,quē cupiditas obscurum fecerat,misericordia ad claritatem pristinam reuocabit,quem inuidia veneno suo percusserat,benignā simplicitas adornabit. Ita singulis vitijs expulsis,eorum loca,id est,affectus,virtutes e cōtrario possidebunt. Ipse tamen virtutes,filij Israel,id est, animæ uidentis deum nō immerito nuncupantur,& cum vniuersas,deo auxiliante cordis suis expulerint passiones non tam alienas possessiones peruasisse, q̄ proprias terras recuperasse credendæ
sunt. Et illud aduertite fratres, quod specialiter ad donum gratię pertinere cognoscitur. Non enim lege naturæ,nec per legem literæ, quia non per Moysen,id est per
Hebr. 7. legem veteris testamenti,sed per Iesum successorē Moysi terra repromissionis Israelitico populo reformatur. Sic enim & Apostolus ait,Nihil, inquit,ad perfectum adu-

duxit lex. Non ergo per legis literam, sed per euangelicam gratiam, gentes crudeles & pessimæ,id est,originalia peccata vel actualia crimina, de terra repromissionis, id est, Christianorum cordibus Iesu duce potuerunt effugari, sicut ipse in Euangelio dicit. Nemo potest domum fortis intrare,& vasa eius diripere, nisi prius alligauerit Mar. 12.
fortem. Et iterum, Confidite, quia ego vici mundum. Sicut enim vetus Adam, Ioan. 16.
consentiendo diabolo nos de terra repromissionis exclusit. Ita e contrario nouus
Adam Christus resistendo diabolo ad antiquam patriam reuocauit. Et hoc fratres Iosue. 4.
attendite,quia terra repromissioni: non recipitur, nisi prius regnante Iesu Iordanis
fluuius transeantur. Ita est fratres,quia ad spiritalem terram repromissionis, id est,
conscientiam puram,non nisi per sacramentum baptismi peruenitur. Denique per
ipsum fluuium Iesus Israeliticum populum transire fecit. Hæc enim quæ vobis sug
gessimus fratres charissimi, velut munda animalia spiritaliter ruminate. Scriptum
itaque est: Quos deus amat,arguit & castigat. Et vasa figuli probat fornax & homi Apoca. 3.
nes iustos tentatio tribulationis. Quoties domino dispensante tribulari permitti- Eccl. 27
tur,vel aliquas aduersitates contra iustitiam sustinemus, patienter & æquanimiter
auxiliante domino sufferamus propter illud quod Apostolus ait: Non sunt condi- Roma. 8.
gnæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Cum 1. Cor. 11.
tribulamur a domino corripimur,vt non cum hoc mundo damnemur. Magis time-
re debemus,si aut nullas aut paruas tribulationes in hoc seculo patimur: quia si de
flagellat omnem filium quem recipit, sine dubio quem non flagellat non recipit. Si
pro terrenis bonis tantos labores & tam grauia pericula homines æquo animo patiuntur,quare pro fide & thesauro eterno sumus pigri? Quare sumus timidi pro illis diuitiis,quas nec naufragia nobis possunt auferre? Iustus enim naufragus euadit diues & nudus. His diuitiis plenus erat sanctus Iob. Nihil in domo remanserat, Iob. 1
omnia vno ictu perierunt quibus opulentus pauloante videbatur,subito mendicus
in stercore sedet,a capite vsque ad pedes vermibus scatens. Quid ista miseria miserius? Quid interiore fœlicitate fœlicius? Perdiderat omnia illa quæ dederat deus,
sed habebat ipsum qui omnia dederat deum. Nudus,inquit, exiui de vtero matris
meæ,nudus reuertar in terram. Dominus dedit,dominus abstulit,sicut domino pla
cuit ita factum est,sit nomen domini benedictum in secula. Certe pauper est, certe
nihil habet. Si nihil remansit,de quo thesauro istę gemmæ laudis dei proferuntur?
Postea tentator ad carnem accessit,omnibus sublatis tentatricem uxorem reliquit.
Euam dimisit,sed Adam ille non fuit. Et ibi qualis inuentus est, quomodo respon- Iob. 2
dit uxori blasphemiam suggerenti? Locuta es,inquit, quasi vna ex insipientibus
mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini,mala quare non sustineamus? O
virum putrem & integrum, O fœdum & pulchrum, O vulneratum & sanum, O in
stercore sedentem,& in cœlo regnantem. Si amamus imitemur, ut imitemur laboremus. Adiuuat certantem,qui certamen indixit. Non te sic expectat deus in agone certantem vt populus aurigam. Clamare enim nouit,adiuuare non nouit, Coronę veniam parare potest,uires subministrare non potest. Hoc enim non deus. Et
forte dum spectat, plus laborat sedendo quàm ille luctando. Deus quando
spectat certatores suos, adiuuat eos inuocantes. Nam vox athletæ ipsius est in Psal. 93.
Psalmo, Si dicebam, motus est pes meus,misericordia tua domine adiuuabat me. Luc. 11.
Non ergo pigri fratres mei quæramus, petamus, & pulsemus. Qui quærit, inuenit, qui petit accipit, & pulsanti aperietur, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor honor & imperium cum patre & spiritu sancto qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Item eodem die Homiliæ de deo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Erat quidam languens Lazarus, & cætera quę habentur in expositione doctoris, Ibidem, Et inter sermones. De uerbis domini. XLIIII. & LII. Et in libro LXXXIII. quæstionum, quæstione. LXV. Ioan. 11.

Sabbato post quartam dominicam in quadragesima, de eo quod Iesus præcepit populo vt parati essent ad transeundum Iordanem, Et de Raab meretrice, Et subuersione Hiericho:

Ioſue. 1
Ioſue. 6

Sermo I.

Serm. 106

SIcut frequenter charitati uestræ suggessimus frēs charissimi, Moyses non solum typum xpi, sed etiam figuram legis intelligitur habuisse, Denique in monte ubi dñs transfiguratus est Moyses & Helias loquebantur cum eo. Et in illis duobus lex & prophetia significatæ sunt. Mortuo ergo Moyse, Iesus susceptt imperium, & cessante lege, dominus noster verus Iesus totius mundi obtinuit principatum. Iesus ergo ille qui typum domini præferebat, veniens ad Iordanem dixit ad populum, Parate vobis cibos ad diem tertium. Diem tertium frēs charissimi, trinitatis agnoscimus esse mysterium. Quos ergo cibos præparare debemus, vt ad diem tertium ueniamus? Videtur mihi q̄ cibus iste fides intelligi debeat. In Christianis. n. fides est, per quam in trinitatem creditur, & ad sacramentum baptismi peruenitur. Quod ergo tunc Iesus ille dixit populo suo, hoc nunc & verus Iesus per ministros suos dicit populo Christiano. Quid est enim aliud dicere, Parate vobis cibum ad diem tertium: nisi, trinitatis suscipite sacramentum? Post hæc Iordane transito, quasi babtismi cōpleto mysterio, populus Israel terram repromissionis ingreditur. Verum est fratres charissimi, Nisi quis per baptismi sacramentum transierit, terram veræ repromissionis, id est, æternam beatitudinem non videbit. Mittit tamen Iesus duos exploratores ad ciuitatem Hiericho, & suscipiuntur a meretrice. Iesus duos mittit exploratores, quia verus Iesus daturus erat duo præcepta dilectionis. Quia & reuera quid nobis aliud quos mittit uerus Iesus, nisi vt diligamus deum, diligamus & proximum? Dixit ergo Iesus, Præparate vobis cibos, & estote parati ad diem tertiū. Sicut enim rūm præparatis cibis die tertio uentum est ad Iordanem fluuium, ita & nunc in Ecclesia catholica assumptis spiritalibus cibis fidei, spei & charitatis, peruenitur ad trinitatis mysterium, & ad baptismi sacramentum. Tulit autem Iesus duodecim lapides, & posuit in Iordane. Ex ipso iordane tulit alios duodecim, & fixit in loco castrorum. Illi duodecim qui missi sunt in iordane, videntur mihi typum habuisse Patriarcharum. Illi vero qui leuati sunt de iordane, figuram habuisse Apostolorum. Post mortem. n. Moysi, sepultis Patriarchis, Apostoli surrexerunt. Sic & in psalmo legimus, Propatribus, inquit, tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. Sic sepultis Patriarchis Apostoli nascuntur, quō sepulto seniore populo, iunior populus Iesu duce in terram repromissionis inducitur. Senior ille populus typum habuit Iudæorum, iunior vero figuram habuit gentium. Ille populus senior transito mari rubro sepelitur in eremo, iunior vero populus ad hoc transiit iordanē fluuiū, ut acciperet regnum. Verum est fratres. Nemo beatitudinem regni cœlestis accipiet, nisi prius per baptismi sacramenta transierit. Nam de illo seniore nō amplius quām duo meruerunt terram repromissionis intrare, & in ipsis duobus aliquid figuratū esse cognoscimus. Sicut enim supra dictum est, duo sunt præcepta dilectionis, quę Christianum populum inuitant, vt uitam æternam accipiant. Ita illi duo fuerunt, qui Iudęorum populo consilium dabant, q̄ si in deum crederent, fœliciter terram repromissionis introirent. Post hæc ad ciuitatem Hiericho ventum est, & muri eius ad clamorem populorum & sono tubarum vsque ad fundamenta deiecti sunt. Hiericho fratres typum habuit mundi huius. Sicut. n. tunc canentibus tubis muri illi ceciderunt, ita & nunc oportet ut ciuitas mundi, id est, superbia cum suis turribus, auaritia scilicet, inuidia atque luxuria simul cum populis, id est omnibus concupiscentiis malis, assidua sacerdotum prędicatione destruatur atque dispereat. Nō ergo oportet ut sacerdotes in Ecclesia taceant, sed audiant dominum dicentem, Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam, & annuncia populo meo scelera eorum. Clamare ergo iubemur, & uehementer clamare, Ne parcas, inquit, id est, peccatoris iniquitati, ne tacendo pereas, & dum verecundię eius consulis, nō consulas sanitati, ne vulnera illius, quæ clamando resecare poteras, reticendo in peius enutrias. Clamare ergo iubemur, & ne quis se nō audisse dicat, aut quenquā uox lateat sacerdotis, uehementer clamare. Et ne forte hoc ipsum non sufficeret, addidit dicens, Sicut tuba exalta uocem tuam, Scitis q̄ tuba non tam oblectationis esse soleat, quām terroris non

Ioſue. 1
Matt. 17
Ioſue. 1
Ibid.
Ioſue. 3
Ioſue. 2
Ioſue. 4
Pſal. 44
Eſaiæ. 58

non tam delectationem prędicare, q̄ inferre formidinem. Tuba itaque peccatoribus necessaria est, quæ non solum aures eorum penetret, sed & cor concutiat, nec delectet cantu, sed castiget auditu, & strenuos quosque hortetur in bonis, & remissos terreat pro delictis. Nam sicut in p̄lio tuba formidolosi militis mentem deiicit, & animum fortis accendit, ita & sacerdotalis tuba mentem peccatoris humiliat, animos uiri sancti corroborat, Nec parcit voci, vt parcat saluti, & uno eodemq̄ sono isti adhortationem dat, quemadmodum sit fortior ad uincendum, illi terrorem incutit quem admodum sit fortior ad peccandum. Hæc. n. consuetudo tubæ est, vt delinquentium opera disipet, & sanctorum facta confirmet. Deniq; sacerdotalibus tubis Hiericho muri qui intra se continebant peccatores populum corruerunt. Non illos pulsauit aries, non expugnauit machina, sed quod mirum est, sacerdotalis sonus aut tubę terror euertit. Muri qui aduersus ferrum inexpugnabiles extiterant, sacra tubarum uoce collisi sunt. Quis. n. non stupeat in illo facto saxa sono dirupta fundamenta clangore esse quassata, & vniuersa collapsa, vt cum victores nihil manu læderent, apud aduersarios nihil stabile remaneret? Sed quāuis muros illos nemo cōtingeret, expugnabantur tamen forinsecus sono iustorum, intrinsecus habitacula peccatorum. Sic. n. æquo dei iudicio & iustis aperuerunt uiam, & defensionē p̄fidis negauerunt. Sed hęc omnia in figura facta esse non dubium est, Nam sacerdotales illius tpis tubas quid aliud p̄figurasse credimus, q̄ huius tpis sacerdotum p̄dicationes, p quas non cessant peccatoribus terribili sono austerum iudicium nunciare, tristem gehennæ interitū p̄dicare, & quodam cōminationis strepitu aures delinquentium verberare? Sicut. n. tunc tubarum clangor destructis cæmentorum muris ad populi interiora puenit, ita nunc p̄dicatio sacerdotum destructis prauis cogitationibus ad animæ nuda pertrāsit. Et sicut sacræ vocis sonus contumacem populū destruxit & captiuauit, ita & nūc sacerdotalis prædicatio populum peccatorem subiugat. Septē ergo diebus, sicut scriptura dicit, muri Hiericho sacerdotalibus tubis circundati ceciderunt. Vnde nos spiritalibus spiritalia comparantes, dicimus quod hoc septenario numero nunc p sacerdotes dei non tā una ciuitas destruitur, q̄ totius mundi iniquitas dissipatur. Nā sicut singularis vrbis nunciatione vniuersi mundi habitus figuratur, ita septem dierum circulo totius mundi spatia distinguuntur, per quæ sacerdotalium p̄dicatio num tubæ ipsi seculo excidium annunciant, & iudicium cōminantur, sicut scriptū est, Qm̄ mundus peribit, & omnia quę in mundo sunt. Qui autem facit voluntatem dei, manet in æternum, sicut & Christus in æternum manet, Cui est honor & gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Ioſue. 6
1. Cor. 2
1. Ioan. 2

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē, Ego sum lux mundi: &c. Quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Ioan. 8.

Dominica in passione domini, de Sampsone. Sermo I.

Serm. 107

IN lectione ista quę nobis recitata est fratres charissimi, multa & nimia obscura diuina mysteria continentur. Quæ quia non possunt breuiter implicari, hac sola ex causa psalmos matutinos perius voluimus consumare, ne vos sermo p̄lixior fatigaret. Et quia hora consuetudinaria de Ecclesia exituri estis, ea quę dicenda sunt secundum uestram consuetudinem cum silentio & quiete attento animo audite. Sampson fratres dilectissimi qualem fortitudinem habuerit de gratia dei, nō de natura p̄pria, iam audistis. Nam si fortis esset natus, cum ei capillus diminueretur, fortitudo nō adimeretur, Et ubi illa potentissima fortitudo, nisi in eo q̄ scriptura dixit, Incedebat cum illo spiritus domini? Ad domini spiritum pertinebat illa fortitudo. In Sampson vas erat, in spiritu plenitudo erat, Vas impleri & exinaniri potest. Videamus ergo allophylis qualem parabolam Sampson p̄posuit, De manducante, inquit, exiuit cibus, & de forte est egressa dulcedo. Prodita est hæc parabola, delata est ad amicos, soluta est, victus est Sampson. Hic si iustus est latet ualde, & in p̄fundo est viri huius iustitia. Nam & quod legitur, victus blanditiis mulierbribus, & q̄ ad meretricem intrauerit, videte huius meritum vacillare minus intelligentibus secreta veritatis, & equiramus frēs charissimi quid significauerit victus, quid figurauit uirtus, quid significauerit cedēs blanditiis mulierbribus, quid significauerit p̄dens secretum parabolæ, quid significauerit intrans ad meretricem, quid significauerit vulpes

Iudic. 14.
Iudic. 15.

capiens,& per caudas vulpium,quibus ignem alligauit, inimicor. fructus incendés. Quos quidem fructus de compendio incendere potuit, si non in vulpibus mysteriū cogit ret. Nunquid stipula arida ardere non potuit,nisi ignem per eam vulpes tra- xissent? Intelligamus ergo frēs charissimi grandia hic latere mysteria quæ viderat Sampson frēs dilectissimi Christum significabat. Verum mihi dicere videor,sed con tinuo occurrit cogitantibus,Et Christus vincetur blanditiis mulierbribus?Et Chri- stus quō intelligitur ad meretricem intrare potuisse? Deinde & xp̄s capite nudatur, capillo raditur virtute spoliatur,alligatur,excæcatur,illuditur? Euigila fides,attēde quid sit xp̄s,non solum quid fecerit,sed etiam quid passus est xp̄s. Quid fecit? Ope- ratus est vt fortis,passus est vt infirmus. In vno vero intelligo vtrunque, videlicet fortitudinem filij dei,videlicet infirmitatem filij hominis. Accedit & aliud,quia Christus totus quō eum scriptura cōmendat, & caput & corpus est, Sicut Ecclesiæ caput est Ephes. 5. Christus,ita xp̄i corpus Ecclesia est.Habet ergo Ecclesia in se fortes,habet infirmos: habet iustos,habet & iniustos. Modo.n.corpus xp̄i quod iustis area est,postea hor- Matt. 13. reum erit.Tamen cum area est,non recusat paleas sustinere. Cum tempus aduene- rit reponet triticum,& a paleis segregabit. Quædam ergo fecit Sampson ex persona capitis,quædam ex persona corporis,totum tamen ex persona xp̄i. In eo.n ꝙ virtu- tes & mirabilia operatus est Sampson, caput Ecclesiæ Christum significabat, in eo autem ꝙ prudenter fecit,illos qui in Ecclesia iuste uiuunt,imaginem gessit.Vbi for- te p̄uentus est,& incaute egit,eos qui in Ecclesia peccatores sunt figurauit.Meretrix quam Sampson in coniugium sumit Ecclesia est,quę ante agnitionem unius dei cu idolis fornicata fuit,quam postea sibi xp̄s adiunxit. Postquam ab eo illuminata fidē suscepit,etiam hoc meruit,vt per eum salutis sacramenta cognosceret, & ab eodem reuelarentur ei mysteria cœlestium secretorum. Nam quæstio ipsa quę continet,De edente exiuit cibus,& de forte est egressa dulcedo, quid aliud significat q̄ Christum a mortuis resurgentem? De edente vtique,id est,de morte quæ cuncta deuorat atq; Ioan. 6 consumit,exiuit cibus ille qui dixit,Ego sum panis uiuus qui de cœlo descendi: quę humana exacerbauit iniquitas,eiꝰ aceti & fellis amaritudinem ꝓpinauit, atque ab eo plebs gentium vitæ dulcedinem conuersa suscepit: ac sic de mortui leonis ore.i. de Christi morte qui accubans dormiuit ut leo,apum,id est,Christianorum ꝓcessit examen. Quod autem dicit,Non inuenissetis ꝓpositionem meam,nisi arassetis in vi tula mea: hæc vitula i Ecclesia reuelata sibi a viro suo secreta fidei mysteria trinita- tis resurrectionis,iudicij pariter & regni,in fines terræ Apostolos & sanctos doctri na,& prædicatione uulgauit, & intelligentibus atque cognoscentibus æternæ vitæ præmia repromisit.Sequitur autem,Iratus est Sampson,quia duxit sodalis eius vxo rem eius.Sodalis iste omnium hæreticorum figuram gessit. Magnum secretum est frēs mei Nam hæretici qui Ecclesiam diuiserunt,vxorem domini sui ducere,& abdu cere voluerunt.De ecclesia.n & de Euangelijs exierunt,qui impietatis adulterio Ec clesiam,id est,Christi corpus in partem suam conantur inuadere. Vnde fidelis ille 2. Cor. 11 seruus & amicus dominicæ sponsæ loquitur, Despondi.n. vos uni viro virginem ca Iudic. 15 stam exhibere Christo. Videamus mysterium, iste Sampson quid fecerit offensus, Cant. 2 Cepit n.vulpes,id est,adulterantes sodales: de quibus dicitur in Cantico canticorū, Vulpes ca Capite nobis vulpes paruulas exterminantes vineas. Quid est capite?Id est,compre pere quid hendite,conuincite,confutate,ne exterminentur Ecclesiasticę vineæ.Quid est aliud Caudę vul vulpes capere,nisi hæreticos diuinæ legis authoritate reuincere,& sanctarū scriptu- pium colli rarū testimonijs velut quibusdā vinculis alligare atq; constringere? Vulpes capit,li gatæ. gatis caudis ignem apponit. Quid sibi volunt caudæ vulpium colligatæ? Caudæ vulpium quid sunt,nisi posteriora hæreticorum,qui prima habent magna & blanda & deceptoria opera,posteriora ligata.i:damnata, & ignem in fine trahentia, vt eorū Iudic. 16 fructus & acta contumant,qui suis seductionibus acquiescunt? Quod autem intra uit ad meretricem,si sine causa fecit quicunque fecit,immundus est. Si non ita intra uit vt concūberet,mysterii causa fortasis intrauit.Sed concubuisse non legimus. Se quitur,Inimici vero expectabant ad portas ciuitatis,ut cōprehēderent eū cū de me retrice ad quam intrauerat fuisset egressus. Ille autem dormiebat. Videte quem modum non scriptum est,quia mixtus est meretrici: sed scriptum,quia dormiebat,

Vbi surrexit, inquit, media nocte exiit, abstulit portas ciuitatis ipsius cum seris,& easdem portas in cacumine montis posuit. Ab allophylis teneri non potuit, portas ciuitatis quibus ad meretricem intrauit abstulit,& in monte leuauit. Quid est hoc? Prou. 30 Infernum & amorem mulieris,utrunque scriptura coniungit. Inferni ignem tene- bat domus meretricis,Pro inferis ponitur domus meretricis. Recte pro inferis poni- tur,quia neminem repellit,omnem intrantem ad se trahit. Agnoscimus hoc loco re- demptoris nostri opera. Postquam synagoga, ad quam venerat,a se per diabolum se parata est,postea quam eum decaluauit,id est, in loco caluariæ crucifixit,ad inferna descendit: & inimici custodiebant locum dormiētis.i. sepulchrum,& capere volebāt Matt. 27 quem videre non poterant.Ille aūt dormiebat ibi.Hoc ideo dixit,quia vere mortuus erat.Et quod dictum est,Media nocte surrexit,hoc significauit,quia in secreto surre xit.Aperte.n.passus est,solis autem discipulis & certis quibusque resurrexisse mani- festus est,Ergo ꝙ intrauit omnes viderunt,ꝙ surrexit,pauci cognouerunt, tenuerūt & palpauerunt.Tollit tamen portas ciuitatis,id est,aufert portas inferni. Quid est Portas in- portas inferni tollere,nisi mortis imperium remouere?Recipiebat.n.nō remittebat. ferni tolle Quid autem fecit dns Iesus xp̄s? Ablatis portis mortis, ascendit in cacumen mon- re. tis.Nouimus.n.eum & resurrexisse,& in cœlos ascendisse.Quid est autem ꝙ & in ca- Acto. 1. pillis virtutem habebat? Et hoc frēs diligenter aduertite. Virtutem non habuit in Iudic. 16 manu,non in pede,nō in pectore,nō in ipso capite: sed in capillis,in crinibus. Quid sunt capilli,quid comę?Et nos videmus,& interrogatus Apostolus respondet nobis, Coma velam entum est.Et in velamento xp̄s habebat virtutem, quando vmbræ ve 2. Cor. 11 teris legis eum tegebant. Coma ergo Sampson in velamento erat quia in Christo aliud videbatur,& aliud intelligebatur.Quid sibi autem vult ꝙ proditum est secre- tum,& decaluatus est Sampson?Contempta est lex,& passus est xp̄s.Christum.n.nō occiderent,si legem non contempsissent.Nam nouerant & ipsi quia eis Christum nō licebat occidere.Dicebant iudici,Nobis non licet occidere aliquem. Decaluatus est Ioan. 18. Sampson,reuelata sunt condensa, remotum est velamentum, & xp̄s qui latebat ap- paruit. Capilli autem rediuiui caput iterum vestierunt,quia iudęi nec resurgentem Christum agnoscere voluerunt. Fuit quidem in molendino,fuit cæcatus,fuit in do mo carceris.Domus carceris uel molendiuum labor est huius seculi. Excæcatio aūt Sampson illos indicat,qui infidelitate cæcati Christum nec virtutes operantem,nec ascendentem ad cœlestia cognouerunt. Cæcitas ergo Sapson quam intulerunt, cæ- citatem Iudæorum significabat. Christus autem a Iudæis & comprehensus est & oc cisus.Adduxerunt ergo eum inimici ut illuderent ei.Iam hic imaginem crucis attē- dite,Expansus.n.manus ad duas columnas,quasi ad duo ligna crucis extendit: sed aduersarios suos interemptos oppressit,& illius passio interfectio facta est persequē tium.Et ideo scriptura concludit,Plures mortuus occidit,q̄ viuus occiderat. Nam hoc mysterium in domino nostro Iesu Christo impletum est,Redemptionem nostrā quam ipse viuens minime celebrauerat, mortuus consummauit, Cui est honor & gloria in secula seculorum,Amen.

Item in eadem dnica Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundū Ioan- Ioan. 8 nem,Quis arguet me de peccato &c.quæ habetur in expositione doctoris, Ibidē.

Feria secunda post dominicam passionis domini,De Gedeon, Sermo I.

HOdierna die audiuimus fratres, ꝙ cum sub arbore quercus Gedeon filius Ioas Serm. 108. triticeam messem virga cæderet,angelo promittente audire meruit,quòd ipse a Iudic. 8 potestate inimicorum in libertatem dei populum vindicaret. Nec mirum si electus ad gratiam, cum sub umbra iam tunc sanctę crucis & venerabilis sapientię prædes- tinato incarnationis futuræ mysterio constitutus, feracis segetis sensibilia de lati- bulis frumenta ꝓduceret, electionemq̄ sanctoꝝ a purgamentis inanis paleæ seque- straret: qui tanquā uirga veritatis exercitati, supflua veteris hominis cū actibus ei deponētes,quasi in torculari ita Ecclesia cōgregantur. Ecclesia.n.torcular est fontis æterni,in qua cœlestis uitis fructus exūdat.Gedeon vero cū audisset ꝙ per eum dns plebē suam a multitudine hostium liberaret,obtulit in sacrificio hœdum caprarum, cuius carnem secundum præcepta angeli & azyma supra petram posuit, & in eam

ius perfudit. Quæ simul virgæ cacumine quam gerebat angelus dei contigit, & de
petra ignis erupit, atque ita sacrificium quod offerebatur absumptum est. Per quod
1. Cor. 10. indicium declaratum uidetur, ꝙ petra illa typum habuerit corporis Christi: quia scri
ptum est, Bibebant autem de spirituali consequente eos petra, petra autem erat Chri-
stus. Quod utique non ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quæ sitien-
tium corda populorum perenni riuo sui sanguinis inundauit. Iam tunc igitur in my
sterio declaratum, est, quia dominus Iesus in carne sua totius mundi peccata cruci-
fixus aboleret, nec solum delicta factorum, sed etiam cupiditates animorum. Caro
enim hœdi ad culpam facti refertur, ius ad illecebras cupiditatū, sicut scriptum est,
Nume. 11. Quia concupiuit populus cupiditatem pessimam & dixerunt, Quis nobis dabit car-
Iudic. 6 nem? Quod igitur extendit angelus virgam, & tetigit petram, de qua exiuit ignis,
ostendit ꝙ caro domini repleta spiritu diuino, peccata omnia humanæ conditionis
Luc. 12. exureret. Vnde & dominus ait, Ignem veni mittere in terrā. Aduerit igitur vir do-
ctus & præsagus futurorum superna mysteria, & ideo secundum oracula occidit vi-
tulum a patre suo idolis deputatum, & septennem alium immolauit deo. Quo facto
manifestissime declarauit, post aduentum domini omnia abolenda esse gentilitatis
sacrificia, solumq; sacrificiū deo dominicæ passionis pro religione populi deferendū.
Esai. 11. Etenim vitulus ille erat in typo Christi septem autem annorum erat, quia in Chri-
Gene. 18 sto septem spiritalium plenitudo virtutum, vt Esaias dixit, habitabat. Hunc vitulū
Ioan. 8. Abraham obtulit, quando diem domini vidit, & gauisus est. Hic est qui nunc in hæ-
di typo tunc in ouis, nunc in vituli offerebatur, Hœdus quòd sacrificiū pro delictis
sit, ouis quòd voluntaria hostia, vitulus quòd immaculata sit victima. Præuidit er-
Iudic. 6. go mysterium sanctus Gedeon. Denique elegit trecentos viros ad prælium, vt osté
deret non in numero multitudinis, sed in sacramento crucis mundū ab incursu gra-
uium hostium liberandum. Trecenti enim in Græca. τ, tau similitudinem crucis
ostendunt. Et licet fortis esset ꝙ fidens, pleniora adhuc de domino futuræ victoriæ
documenta quærebat, dicens, Si saluas in manu mea Israel, quemadmodum locutus
es domine, ecce ego pono lanæ vellus in area, & si ros factus fuerit sup vellus, & sup
omnem terram siccitas, cognoscam quia in manu mea secundum promissa tua popu
lum liberabis. Et ita factum est. Sed adiecit postea vt rursus ros profluere per to-
tam terram, & siccitas esset in vellere, & ita completum est. Ros enim in vellere fides
Deut. 32. erat in Iudæa, quia sicut ros verba dei descendunt. Vnde & Moyses ait, Expectetur
sicut pluuia eloquium meum, & sicut ros verba mea. Ergo quando totus orbis in-
fructuoso æstu gentilis superstitionis arebat, tunc erat ros ille cœlestis visitationis
Mar. 15. in vellere. i. in Iudea. Postea vero q̄ oues quæ perierant domus Israel, vnde puto
figuram Iudaici velleris adumbratam: oues, inquam, illę, fontem aquæ viuæ nega-
uerunt, ros fidei exaruit in pectoribus Iudæorum, meatusq; suos fons ille diuinus in
corda gentium deriuauit. Inde est quòd nunc fidei rore totus orbis humescit at ve
Esa. 5 ro Iudæi Prophetas suos & consiliarios perdiderunt, Nec mirum si perfidię subeūt
Psal. 71. siccitatem, quos dominus deus prophetici imbris vbertate priuauit dicens, Mādabo
nubibus ne pluant super vineam istam. Etenim propheticę nubis pluuia salutaris,
sicut Dauid dixit, Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super
terram. Hanc nobis scripturæ diuinę totius mundi pluuiā pollicebantur, quę spiri-
tu diuini roris rigaret orbē sub dñi saluatoris aduentu. Venit ergo iam ros, venit &
pluuia, venit dominus stillicidia secum cœlestia deferens, & ideo iam nos bibimus
qui ante sitiebamus, & diuinum illum spiritum haustu interiore potamus. Hoc er-
go p̄uidit sanctus Gedeon, quia verum & spiritalem rorem etiam gentes nationesq;
erant fidei perceptione bibituræ, Nec tunc otiose Gedeon vellus nec in cāpo posuit
Mat. 9. nec in prato, sed posuit in area vbi messis est tritici. Messis autem multa, operarij ve-
ro pauci, eo quòd per fidem domini in Ecclesia futura esset messis fœcunda virtutū.
Nec illud otiosum est quod exiccauit uellus Iudaicum, & rorem eius misit in peluim,
vt repleretur aqua, non tamen ipse ex eo rore pedes lauit, Alii debebatur tanti pro-
Mat. 10. tiua mysterii. Expectabatur Christus, qui sordes omnium solus posset abluere. Non
erat tantus Gedeon, qui hoc sibi mysterium uendicaret. Non enim Gedeō, sed filius
hominis uenit non ministrari, sed ministrare. Aliquoties ea quæ dicuntur, rogo vos

fratres ut non moleste accipiatis, quod propter tardiores quoq; & simplices breui-
ter replicamus. Qui enim literati & docti sunt deo propitio sine labore intelligunt
quę dicantur, r eliquis uero idiotis atque simplicibus, nisi breuis recapitulatio facta
fuerit, timeo ne ex his quæ dicuntur parum capere possint. Gedeon fratres dilectis-
simi typum gesit domini saluatoris. Et quia trecenti secundum Græcum comput-
tum crucem faciunt, ita tunc Gedeon in trecentis viris Iudæorum populum de cru- Recapitu-
delissimis gentibus eripuit, quomodo postea, Christus per mysterium crucis totum latio.
genus humanum de potestate diaboli liberauit. Torcular enim vbi messem tere-
bat propter assiduas tribulationes Ecclesiæ typum gesit. Messis quæ cædebatur,
Christianum populum significauit, quem aduenies Christus virga disciplinę vel
baculo crucis suæ, a paleis, id est, a peccatis omnibus separauit. Nam & angelus ille
qui venit ad eum, & ipse in typum domini saluatoris accipitur. Arboreni sub qua
stetit, & virgam quam tenuit, crucem significasse manifestum est. Petra illa, super quā
Gedeō obtulit holocaustum, Christus erat. Sic enim ait Apostolus, Petra autem erat 1. Cor. 10
Christus Hœdus ille qui oblatus est, humanum genus peccatis obnoxium designa-
uit. Quod angelus virga sua tetigit petram, & exiit ignis, & consumpsit hœdum illū:
crux tetigit Christum, & de petra quæ erat Christus ignis exiit charitatis, qui huma
ni generis peccata consumpsit. De ipso enim verus Gedeon Christus in Euangelio
dixit, Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur? Taurus vero Lucę. 12.
quem occidit, & ipse dominum figurabat, qui pro redemptione generis humani obla
tus est. Quod autem septem annorum erat, septemplicem gratia spiritus sancti, quæ
in Christo venit, significasse videtur. Vellus quod in area posuit, & rogauit dominū
vt̄an solo vellete esset ros, & in omni terra siccitas, & factum est ita: & iterum rogauit,
vt vellus remaneret siccum, & in tota area esset ros, vellus significauit populum Iu-
dęorum, area autem in toto mundo populum omnium Gentium & quia primo tem
pore ros verbi dei in sola Iudæa fuit, & totus mundus in siccitate remanserat, ideo
primum ros in uellere venit, & area sicca fuit: postea vero quando Iudæi Christum
dominum occiderunt, per passionis iniuriam expressum est vellus, & remansit Iu-
dæorum populus aridus & siccus, & in totam aream, id est, vniuersum mundum, ad
omnes gentes, non solum ros, sed etiam pluuia verbi dei & Apostolorū flumina per-
uenerunt, Deniq; in vniuersa terra quasi area, rore gratiæ perseuerante in nobis, spi-
ritalis irrigatur Ecclesia, & infœlix synagoga ab omni humore vel pluuia diuini ver-
bi sicca remansit & arida. Vt hęc ergo spiritalis pluuia, & ros diuinę gratiæ perseueret
in nobis, omnia quæ prædicantur salubriter cogitando, & nobis inuicem colloquen-
do, uelut munda animalia ruminemus: vt vtilem succum vnde anima nostra in eter
num possit viuere, habere possimus, & talibus delitijs satiati cū Propheta dicere me
reamur, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine. Sed tunc in nobis dulcedo Psal. 118.
verbi dei poterit permanere, si hoc etiam alijs plena & perfecta charitate frequētius
referendo uoluerimus ingerere, vt non solum de nostra, sed etiam de aliorum salute
lucra nobis spiritalia possimus prouidere, auxiliante nobis domino nostro Iesu Chri
sto, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorū, Amen.

Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē, Ioan. 7
Miserunt principes & Pharisæi: & cætera, quæ habetur in expositione doctoris,
Ibidem.

Feria tertia post dominicam passionis, de illo versu psalmi, Sicut deficit fumus, defici-
ant &c. Sermo I. Psal. 67.

AVdiuimus & contremuimus quod in voce psalmi est prophetatum. Ait enim Si
cut deficit fumus deficiant: sicut fluit cæra a facie ignis, sic pereant peccatores Se. 109.
a facie dei. Non dubito fratres charissimi quòd omniū vestrum corda concussa sint, Psal. 67.
nec cuiusquā conscia sub his verbis intrepida steterit. Quis n. gloriabitur castum se Prou. 20.
here cor, aut qs gloriabitur mūdū se esse a peccatis? Ac p hoc cū scriptura dicit, Sicut
fluit cęra a facie ignis, sic pereāt pctōres a facie dei, quis nō contremiscat, quis nō pa-
uibūdus exiliat? Quid ergo faciamus, aut quæ spes nobis est? Neq; n. frustra hæc cā-
tantur. Aut vero cū hæc dicit ꝓpheta, optat ea hoibus, ac nō potius uentura p̄uidet?

In verbis quidem figura optantis apparet, sed intelligitur præsentia nunciãtis. Sicut enim quædam in scriptura Prophetarum tanquam in p̃teritum facta narrantur cum futura p̃dicantur: ita quædam tanquam voto dicuntur optantis; sed qui recte intelligunt quod audiunt, visionem p̃nunciantis agnoscunt. Longe autem ante nativitatẽ dominicæ incarnationis, isti psalmi dicti atque conscripti sunt. Non ante deum Christum, sed ante natum ex virgine Maria Christum. Nam p̃fecto pater Abraham lõge ante Dauid regem, cuius tempore hi psalmi cantati sunt, fuit. Dominus autem dixit Ante Abraham ego sum. Ipse enim est verbũ dei, per quod facta sunt omnia, sed ipse ĩplens prophetas, in carne se esse venturum per eos p̃dixit. Ad eius autem incarnationẽ pertinet passio. Neq; enim potuit pati illa quæ in Euangelio scripta sunt, nisi in carne mortali & passibili quam gerebat. Et ibi vtiq; legitur, quemadmodum domino crucifixo hi qui crucifixerunt eum vestimenta eius diuiserunt sibi, & cum inuestissent in eis tunicam desuper textam, noluerunt eam conscindere, sed sortem super eam miserunt, vt ad quem peruueniret, integra peruueniret, qua significabatur charitas, quę diuidi non potest. Hęc ergo cum in Euangelio iam facta narrantur, longe ante multos annos in psalmo cum futura prænunciarentur, tanquam gesta & transacta narrata sunt. Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, & dinumerauerũt omnia ossa mea. Ipsi vero considerauerũt & inspexerunt me, diuiserunt sibi vestimẽta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Omnia tanquam p̃terita dicuntur, & futura p̃dicantur. Sicut ergo in verbis præteriti tpis futura facta significantur, sic in figura optantis p̃nunciantis mens intelligenda est. Sic & de Iuda dñi traditore tanquã optaret Propheta, quod venturũ esse p̃dicit. Et de ipsis Iudęis, Fiat, inquit, mensa eorũ in laqueum, & in venationẽ & in scandalũ. Quod de his p̃dictum esse sine dubitatione exponit, sicut de Iuda quæ sub eadem figura p̃nunciata sunt Apostolus Petrus commemorat. Nec sine cã & quę futura sunt tanq̃ trãsacta dicuntur. Deo.n. sic certa sunt, vt iam pro factis habeantur, & tanquã optans videtur dicere Propheta, quod certum p̃uidet esse venturũ, nihil aliud, quantũ mihi videtur, ostendens, nisi nobis nõ debere displicere cognitã sniam dei, quã fixã ĩmobilęq; constituit. Et ideo in actibus Apostolorũ, cum quidam Prophera nomine Agabus p̃diceret Apostolũ Paulum in Hierosolyma a Iudæis multa esse passurũ, & usq; ad vincula peruenturũ, cũ hoc audito fratres reuocare & retinere uellent ne illuc pergeret: quid facitis, inquit, conturbantes cor meum? Ego n. nõ solũ alligari, sed etiã mori paratus sum pro nomine domini nostri Iesu Christi. Atq; ita cũ viderent fratres ĩmobilem viri ad oĩa perferenda cõstantiam, dixerunt. Fiat dñi voluntas. Nunquid ergo quia dixerunt, Fiat voluntas dei, optauerunt Apostolo vt talia pateretur, ac non potius mentem suam sublimi & diuino statuto deuotissime subdiderunt? Sic & Propheta cũ dicit, Sicut fluit cæra a facie ignis, sic pereant Peccatores a facie dei: videt hoc certissime peccatoribus imminere, & placet ei quod deus statuit, deo ipse displiceat. Quid ergo facimus fratres, nisi vt dum tempus est vitam mutemus, & facta nostra si qua sunt corrigamus? Vt quod sine vlla dubitatione venturum est peccatoribus, nos non inueniat super quos ueniat: nõ quia non erimus, sed ut non tales inueniat qualibus uenturum esse p̃dictum est. Propterea se iudex uenturum minatur, ut non inueniat quos puniat cum uenerit. Propterea illud cantant prophetę vt corrigamur. Si damnare uellet, taceret. Nemo uolẽs ferire dicit, obserua. Totum fratres quod audiuimus per scripturas, vox est dei dicentis, Obserua. Et totum quod patimur p̃tribulationes in hac uita, flagellũ dei est corrigere uolentis ne damnet in fine. Quasi dura sunt, molesta sunt, horrent quando narrantur, quę quisque grauia ualde patitur in hac uita, in comparatione autem eterni ignis non parua sed nulla sunt. Siue nos flagellemur, siue cum alii flagellantur, admonemur a domino. Omnia ista fratres quæ in hac uita infliguntur a domino, admonitiones sunt & stimuli correctionis nostræ. Veniet autem ignis æternus de quo dicetur illis qui ad sinistram constituendi sunt, Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc acturi sunt quidam pœnitentiam. Nam scriptum est in libro quodam Sapientiæ. Dicent intra se pœnitentiam agentes & præ angustia spiritus gementes. Quid nobis profuit superbia, & quid diuitiarum iactantiam contulit nobis: Transierunt omnia illa tanquam vmbra, Erit enim ibi

Ioan.8. Ioan.1.

Ioan.19

Psal.21.

Psal.68 Acto.1.

Acto.21.

Psal.67.

Matt.25.

Sapi.5.

pœnitentia, sed infructuosa. Erit ibi pœnitentia, sed dolorem habens, medicinam nõ habens. Nunc est fructuosa pœnitentia, quando correctio libera pœniteat te ad vocẽ scripturæ. Nam ad vocem præsentis indicis, sine causa pœnitebit te. Tũc iam ille sententiã dicturus est, Et non erit quod reprehendas quando sniam dicturus est. Non n. tacuit ante sniam. No n. te distulit nisi vt corrigeres te, quemadmodũ latroni in cruce pendenti se mutare permisit. Tunc enim latro pendens cum domino, credidit in Christum, quando de illo discipuli titubauerunt. Cõtempserunt Iudæi mortuos suscitantem, non contempsit latro secum in cruce pendentem. Non est ergo quod in fine dicatur domino. Non me permisisti bene viuere, aut dilationem corporis non mihi dedisti, aut non ostendisti quid appeterem, quid vitarem. Videte quia non tacet, videte quia differt, videte quia blanditur, hortatur, minatur. Cõstituit verbum suũ in sublimitate, per totum mundum recitatur vniuerso humano generi. Non est qui iam dicat, Nesciui, non audiui. Impletur quod dictum est in Psalmo, Nec est qui se absondat a calore eius. Modo ergo calor eius in verbo eius est. Mutare modo a calore eius, & non deflues sicut cera ab igne eius. Nam illud fratres mei venturum est aliquando quod modo rident impij, quod modo conténunt derisores, quod putant falso cantari aliquando venturum est. Si venerunt tanta, quanta prædicta sunt, desperemus & illud aliquando venturum. Si autem omnia quæ de Ecclesia futura prænunciata sunt, iam videmus exhibita & cæcorum etiam oculos feriunt, quid dubitamus etiam illa ventur? Quãdo dicebatur Ecclesia Christi futura per totum orbem terrarum, dicebatur a paucis & ridebatur a multis. Modo iam impletum est quod tãto ante prædictum est, Diffusa est Ecclesia per totum orbem terrarum. Ante milia annorum promissum est Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Venit xp̃s ex semine Abrahæ, benedictæ sunt in Christo iã omnes gẽtes. Prædicta sunt schismata, & hæreses futuræ, videmus illa. Prędictæ sunt persecutiones, factæ sunt a regibus colentibus idola. Pro ipsis idolis aduersus nomen Christi repleta est terra martyribus. Sparsum est semen sanguinis, surrexit seges Ecclesiæ. Nec frustra orauit Ecclesia pro inimicis suis. Crediderunt & qui persequebantur. Prædictum est etiam quia ipsa idola euertenda essent per nomen Christi. Nam & hoc inuenimus in scripturis, Ante paucos annos Christiani illa legebant & non videbant, adhuc futura illa expectabant, & sic abierunt, non illa viderunt, sed tamen credentes quod futura essent, cum fide abierunt ad dominum. Nostris temporibus etiam ipsa cernuntur. Omnia quæ ante prædicta sunt de ecclesia, uidemus impleta. Solus dies iudicij non est venturus? ipse solus prænunciatur & non veniet? Vsque adeo sumus duri & lapidei cordis, vt legamus scripturas, & videamus omnia prorsus ad literam euenisse quæ scripta sunt, & de his quę remanẽt desperemus? Quantum est enim quod remanet ad ea quæ iam nobis exhibita videmus? Tam pura deus ostendit, & de residuo nos fraudaturus est? Veniet iudicium redditurum pro meritis, Bonis bona, malis mala, Boni simus & securi iudicẽ expectemus. Fratres mei maxime nunc dicentem me audite, Nolo tecum computare præterita. Ab hodierna die te muta, cras te alterum inueniat. Nos autẽ peruersitate nostra sic volumus deũ esse misericordem, vt non sit iustus. Alij rursus quasi p̃fidentes de iustitia sua, sic volunt iustum vt nolint misericordem. Vtrũq; se exhibet deus, vtrunque p̃stat, nec mia eius p̃scribit iustitiæ nec iustitia eius aufert miam. Misericors est, & iustus est. Vñ misericordẽ ꝓbamus? Parcit mõ pctõribus, dat veniã cõfitẽtibus. Vñ ꝓbauimus quia iustus est? Quia venturus est dies iudicij quẽ modo differt, non aufert. Et cum venerit redditurus est pro meritis. An hoc vultis vt reddat auersis quod reddetur cõuersis? Fratres, iustum videtur vobis vt ibi ponatur Iudas, vbi positus est Petrus? Et ipse ibi poneretur si se correxisset, Sed de venia desperans, potius sibi collũ ligauit, quã regis clementiã supplicaret. Itaq; fratres, sicut dicere cœperã, non est vnde reprehendamus deũ. Quid contra illũ dicamus, nõ erit cũ venerit iudicare. Cogitet vnusquisque peccata sua, & modo illa emendet cum tẽpus est. Sit fructuosus dolor, non sit sterilis pœnitudo. Tanquam hoc dicit deus, Ecce indi caui sententiã, sed nondum protuli. Prædixi, non fixi. Quid times quia dixi? Si mutaueris, mutatur. Nam scriptũ

Luc.23

Psal.18.

Gene.12 & 23.

Mat.27.

De pœni. di.1 c.Nouit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, ꝙ pœniteat deum. Nunquid quomodo hominem sic pœnitet deum. Nam dictum est, Si pœnituerit vos de peccatis vestris, pœnitebit & me de omnibus malis quæ facturus eram vobis. Nunquid quasi errantem pœnitet deum? Sed pœnitentia dicitur in deo mutatio sententiæ. Non est iniqua, sed iusta. Quare iusta? Mutatus est reus, mutauit iudex sententiam. Noli terreri. Sententia mutata est, non iustitia. Iustitia integra manet, quia mutato debet parcere quia iustus est. Quomodo pertinaci non parcit, sic mutato parcit. Ipse rex est indulgentiarum, qui dator est legis, Misit legem, venit cum indulgentia. Reum te fecerat lex, absoluit te qui dedit legem. Immo nō absoluit. Nam absoluere est innocentem iudicare. Donat potius peccata conuerso. Omnes enim sunt rei, qui peccatis suis inuoluti sunt. Nemo se optet absolui. Omnes veniam deprecemur. Venia vero datur mutato. Et erimus securi cum audierimus, Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Certe fratres modo pereunt peccatores, & non pereunt peccatores. Si incipiant iuste viuere, peribunt vtique peccatores, sed non peribunt homines. Homo peccator, duo nomina sunt, homo vnū nomen est, & peccator vnum nomen est. In his duobus nominibus intelligimus quia vnum horum deus fecit, alterum horum homo fecit. Hominem enim deus fecit, peccatorem se ipse, homo fecit. Quid ergo contremiscis? Quando tibi dicit deus, Pereāt peccatores a facie mea, hoc tibi dicit deus, Pereat in te quod tu fecisti, & seruo quod ego feci. Et modo ardet ignis in calore verbi, res est in feruore spiritus sancti, sicut diximus iamdudum quia scriptum est in alio Psalmo, Nec est qui se absondat a calore eius. Spiritum autem sanctum esse calorem dicit Apostolus, spiritu feruentes. Ergo pro facie dei, tibi poue interim scripturam dei. Liquesce ab illa, pœniteat te cū audis hæc de peccatis tuis. Cum aūt te pœnitet, & cū teipsum excrucias sub calore verbi, cum etiam lachrymę currunt, nonne ceræ tabescenti & tanquā in lachrymas currenti similis inueniris. Modo ergo fac quod in posterum times, & non habebis quod in posterum timeas. Tantum non sicut fumus deficiant. Nam vtrunq; ibi habes positum, forte non sine causa, quia est etiā distantia peccatorū. In ipso vno verbo vtrūq; posuit Psalmus, Sicut deficit fumus, deficiāt: & sicut fluit cera a facie ignis, sic pereāt peccatores a facie dei. Qui sunt qui sicut fumus deficiunt? Qui sunt nisi superbi, nō confitentes peccata sua, sed defendentes? Quare fumo comparati sunt? Quia fumus erigit se, extollit se tanquam in cœlum, sed quanto fit superior, tanto facilius euanescit & dispersit. Rursus considerate quod dixi. Solidior est fumus igni proximus, & terræ proximus, nondum sic euanuit, nondum sic est dispersus in ventos: quādoquidem attenuatur, euanescit, & dispersit quando se multum extulerit. Quia ergo superbus sic se erigit contra deum, quomodo fumus contra cœlum, restat vt ita deficiat & tanquam in ventos suæ vanitatis elatione dissipatus intereat, quemadmodū dispersit fumus elatus, tumida non solida magnitudine inflatus. Sic est enim fumus. Vides ꝙ magnam molem, habes quasi quod videas, & non habes quod teneas. Talē ergo pœnam fratres ante omnia detestamini, nec defendatis peccata vestra: & si adhuc facitis nolite defendere. Subdite vos deo, & sic tūdite pectora vestra, vt & ipsa quæ remanserunt, non fiant. Conamini non facere, & si fieri, potest, nulla facite: si autem fieri nō potest vt nulla faciatis, maneat tamen illa pia confessio. Erit enim respectus misericordię ipsius, vt te conante omnia perimere, & quantum adiuuerit perimente, de reliquis, quę tibi restant in itinere in vento & in conatu comprehenso, facile ignoscat: tantum proficere affecta, non deficere. Si non te inuenit dies vltimus victore, inueniat vel pugnantem, non captum & addictum. Est autem misericordia abundantissima & larga eius beneuolentia, qui nos sanguine filij sui redemit, cum propter peccata nostra nihil essemus. Nam ipse aliquid magnum fecit, cum hominem ad imaginē & similitudinem suam creauit, Sed quia nos nihil fieri volumus peccando, & tradu cem mortalitatis de parentibus diximus, & massa peccati, massa iræ facti sumus, placuit tamen illi per misericordiam suam redimere nos tanto pretio, dedit pro nobis sanguinem vnici sui innocenter nati, innocenter viuentis, innocenter mortui. Qui nos tanto pretio redemit, non vult perire quos emit. Non emit quos perdat, sed emit quos viuificet. Si peccata nostra superant nos, prętium suum non contemnit. Deus prętium magnum dedit, nec tamen nobis tantū de ipsius misericordia blandiamur si non

Psal. 67.

13. Quæ. 4. duo.

Psal. 18 Rom. 12

Psal. 67

Genē. 1.

si non fuerimus conati aduersus peccata nostra, nec si aliqua maxime capitalia fecerimus, speremus ita futuram esse misericordiam, vt ei coniungatur iniquitas. Nunquid enim & eos qui nihil egerunt, quemadmodū correcti viuerent, sed in pertinacia & duritia animi permanserunt etiam deum defendēdo peccata sua ibi cōstitutus est vbi constituit sanctos Apostolos, prophetas, patriarchas & fideles suos bene de se meritos, sibi seruientes, ambulantes in castitate, modestia, humilitate, eleemosynas facientes, ignoscentes quod a quoquam perpessi sunt. Talis est enim via iustorū talis est via sanctorum tenentium deum patrem, tenentium Ecclesiam matrē, nec illum parentem, nec istam offendentes, sed in amore vtriusq; parentis viuentes, & ad hæreditatem æternam properantes, non læso patre, non læsa matre, datur vnicuiq; hæreditas. Quia duo parentes nos genuerunt ad mortem, duo parentes nos genuerunt ad vitam. Parentes qui nos genuerunt ad mortem, Adam est & Eua: parentes qui nos genuerūt ad vitam, Christus est & Ecclesia. Et pater meus qui me genuit ad mortem. Adam mihi fuit, & mater mea Eua mihi fuit. Nati sumus secundum istā progeniem carnis ex munere quidem dei, quia & istud munus non est alterius sed dei: & tamē fratres quomodo nati sumus? Certe vt moriamur, Prœcessores genuerūt sibi successores, nunquid genuerunt sibi cum quibus hic semper viuant? Sed tanquā decessuri, qui illis succederent genuerūt sibi. Deus autem pater & mater Ecclesia, nō ad hoc genuerunt, generant autem ad vitam æternam, quia & ipsi æterni sunt. Et hanc hæreditatem promissam a Christo vitam æternam, secundum quod verbum caro factū est, & habitauit in nobis. Nurritus creuit, passus, mortuus & resuscitatus accepit hæreditatem regnum cœlorum. In ipso homine accepit resurrectionem & vitam æternam, in ipso homine accepit, in verbo autem non accepit, quia incommutabiliter manet ab æterno in æternum. Quia ergo accepit resurrectionem & vitā æternam, caro illa quæ resurrexit & viuificata ascendit in cœlum, hoc nobis promissum est. Ipsam hæreditatem expectamus, vitam æternam. Adhuc enim nō totum corpus accepit, quia caput in cœlo est, membra adhuc in terra sunt, nec caput solum accepturum est hæreditatem, & corpus relinquetur, totus Christus accepturus est hæreditatem. Totus secundum hominem, id est, caput & corpus. Membra erho Christi sumus, speremus hæreditatem, quia cum ista omnia transierunt, hoc bonum accepturi sumus quod non transibit, & hoc malum euasuri quod non transibit: æterna sunt. n. vtraque. Non enim aliquid non æternum promisit suis, & aliquid temporale minatus est impijs. Quomodo vitam, beatitudinem, regnum hæreditatem sempiternam sine fine promisit sanctis, sic ignem æternum minatus est impijs. Sed quod promisit non amamus, saltem quod minatus est timeamus.

Parentes duo ad mortem & duo ad ui tam.

Ioan. 7.

Item eodem die Homilia, De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem Ambulabat Iesus in Galilæam, & cætera quæ habetur in expositione doctoris, ibidem.

Psal 9

Feria quarta post dominicam passionis, de illo versu Psalmi, Tibi derelictus est pauper, &c. Sermo I.

Serm. 110. Psal. 9

CAntauimus domino & diximus, Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Quæramus pauperem, queramus pupillum. Nec mirum sit ꝙ admoneo vt quæramus, quos sic abundare cernimus & sentimus. Nonne pauperibus plena omnia? Nonne pupillis plena sunt omnia? Et tamen inter omnia quę pupillū. Ac prius ostendum est charitati vestræ id, quod putamus non de hoc esse quod quærimus, Qui enim dicuntur pauperes & sunt, in quos a deo mandatę eleemosynæ fiūt de quibus fatemur scriptum, Iuclude eleemosynam in corde pauperis, & ipsa orabit pro te dominum. Abundat quidem hoc genus hominum, sed altius intelligendus est iste pauper de quo dictum est, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Sunt pauperes non habentes pecuniam, victum quotidianū vix inuenientes, alienis operibus misericordia sic indigentes, vt etiam mendicare non erubescāt: sed si de his dictum est, Tibi derelictus est pauper: nos quid fecimus qui hoc non sumus? Ergo nos qui Christiani sumus, non sumus deo derelicti? Et quæ alia nobis spes est, si non sumus illi derelicti, qui nos non dereliquit? Discite ergo esse pauperes

Eccli. 20

Matt. 5.

Psal. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& deo reliquio cõpauperes mei. Diues est, superbus est. Nam & in diuitiis istis, quæ vulgo appellantur diuitiæ, quibus est contraria vulgaris ista paupertas, in diuitiis ergo nihil est sic cauendum q̃ superbiæ morbus. Qui n. non habet pecuniam, nõ habet amplisſimas facultates, non habet unde se extollat. Si ergo qui non habet extollat, non laudatur pro eo q̃ non se extollit: qui habet, laudetur si se nõ extollit. Quid ergo laudo humilem pauperem? Vnde superbiat non habet. Quis aũt ferat & inopem & superbum? Lauda diuitem humilem, lauda diuitem pauperem. Tales vult Apostolus Paulus, qui scribens ad Timotheum dicit. Præcipe diuitibus huius seculi, non supbe sapere. Noui quid dicam. Hoc illis p̃cipe. Habent diuitias intrinsecus superbiam persuadentes, habent diuitias in quibus laborent esse humiles. Da mihi Zachæum habẽtem magnas diuitias, principem publicanor̃, cõfessorem peccatorum, statura breuem, animo breuiorem, ascendentem lignum ut transeuntem uideret, q̃ pro illo pendebat in ligno. Da mihi dicentem, Dimidium rerum mearum do pauperibus. Sed multum diues es o Zachæe, multum diues es: Ecce dimidium dabis, Dimidium quare reseruabis? Quia si cui aliquid abstuli, quadruplum reddo. Sed aut mihi quisque mendicus, debilitate fessus, pannis obsitus, fame languidus, respondit mihi & dixit, Mihi debetur regnum cœlorum: ego. n. similis sum illi Lazaro, qui iacebat ulceroſus ante diuitis domum, cuius canes lingebant ulcera, & quærebat saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, ego illi similior sum, inquit. Nostru genus est, cui debetur regnum cœlorum, non illi generi qui induũtur purpura & byſſo, & epulantur quotidie splendide. Talis enim erat ille, ante cuius domum iacebat pauper ulceroſus: & videte exitus amborum. Contigit enim mori inopem illum, & auferri ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est diues, & sepultus est. Nam pauper forte nec sepultus. Et quid postea? Cum apud inferos diues ille in tormẽtis esset, leuauit oculos suos, vidit pauperem quem contempserat in Abrahæ gremio quiescentem. Desiderauit guttam a quo ille micam. Et q̃m dilexit opulentiam, non inuenit misericordiam. Voluit subueniri fratribus suis, semper uęcors, sero misericors. Nihil omnino quod postulauit, accepit. Discernamus ergo, inquit mihi, pauperes & diuites. Quid me ad alia intelligenda exhortaris? Aperti sunt pauperes, aperti sunt diuites. Audi ergo me de hoc quod proposuisti domine pauper. Cum illum sanctũ ulceroſum te esse dicis, timeo ne superbiendo non sis quod dicis, Noli conrẽnere diuites misericordes, diuites humiles: & ut citius dicam quod pauloante dixi, diuites pauperes noli contẽnere o paup. Esto & tu, paup, paup. i. humilis. Si enim diues factus est humilis, quanto magis pauper debet esse humilis? Pauper nõ habet unde inflatur, diues habet cum quo inflatur. Audi ergo me, Esto verus pauper, esto pius, esto humilis. Nam si de ipsa paupertate nosa & ulceroſa paupertate gloriaris, quia talis fuit ille qui ante domum diuitis iacebat, attendis quia pauper fuit, & aliud non attendis. Quid, inquis, attendo? Lege scripturas, & inuenies quod dico Lazarus pauper fuit, in cuius sinum leuatus est, diues fuit. Contigit, inquit, mori inopem illum, & auferri ab angelis. Quo? In sinum Abrahæ. i. in secretum ubi erat Abraham. Nolite enim carnaliter intelligere, q̃d uelut in sinum tunicæ Abrahę leuatus sit pauper. Sinus erat, quia secretum erat. Vn de dicitur. Redde uicinis nostris in sinum eor̃: id est, in secreta eor̃. Quid est, Redde in sinum eorum? Torque conscientiã eor̃. Lege: aut si legere non potes, audi cum legitur, & vide Abraham opulentissimum fuisse in terra, auro, & argento, familia, pecore, possessione, & tamen diues iste pauper fuit. Humilis autem fuit, credidit Abrahã deo, & deputatum est illi ad iustitiam. Iustificatus est gratia dei non propria p̃sumptione. Fidelis erat, bene operabatur. Filium iussus est immolare, neq; cunctatus est ei offerre quod acceperat a quo acceperat. Probatus est deo, constitutus est exẽplũ fidei. Iam deo notus erat, sed nobis monstrandus erat. Non est inflatus quasi in operibus bonis suis, quia pauper erat diues iste. Et vt scias quia non est inflatus tanquam in bonis operibus suis. Sciebat enim quia quicquid habebat, a deo habebat: & non in semetipso, sed in domino gloriabatur. Audi Paulũ Apostolum, Si enim Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deum. Videtis, quia cum abundent pauperes, recte quærimus pauperem, in turba quærimus & vix inuenimus. Occurrit mihi pauper & quero pauperẽ. Interim tu manũ porrige pauperique

1.Tim.6.

Lucæ. 19

Luc. 10

Lucæ. 16

Psal.78.
Reddere in sinũ eorũ quid.
Gene. 13
Gene. 15

Roma. 4

inuenis. Ex corde quæris quem quæris. Tu dicis, pauper sum sicut Lazarus: diues iste meus humilis non dicit, diues sum sicut Abraham. Ergo tu te extollis, ille se humiliat. Quid inflaris & non imitaris? Ego, inquit, pauper leuor in sinum Abrahæ, nõ vides quia diues susceptor est pauperis? Si enim superbis contra eos qui habent pecuniam, negas eos ad regnum cœlorum pertinere, cum in eis fortasse inueniatur humilitas quę in te non inuenitur. Non times ne tibi cum mortuus fueris dicat Abraham, Recede a me quia blasphemasti me? Admoneamus ergo diuites nostros quod Apostolus admonuit, Non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Admoneamus. Diuitiæ illę quas putatis plenas esse delitiarum, pleniores sunt periculorũ. Pauper erat, & securior dormiebat. Sic nãque alius accedebat ad duram terram, quã ad lectum inargentatum. Attendite curas diuitum & comparate securitati pauperũ. Sed audiat diues iste vt non superbe sapiat, neque speret in incerto diuitiarum. Vtatur mundo, tanquam non vtens. Sciat se viam ambulare, & in has diuitias tanquam in stabulo intrasse. Reficiat, viator est, reficiat se & transeat: non secum tollit quod in stabulo inuenit. Alius viator erit, & ipse habebit, sed non auferet. Omnes hic relicturi sunt, quod hic acquisierunt. Nudus, inquit, exij de vtero matris meæ, nudus reuertar in terram. Audi alium pauperem, Nihil intulimus in hunc mundum, sed nec auferre aliquid possumus. Victum & tegumentum habentes, his contenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & desideria multa & noxia, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix est enim omnium malorum auaritia, quam quidam appetentes a fide pererrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Qui sunt isti q̃ a fide pererrauerũt & inseruerũt se doloribus multis? Qui volunt diuites fieri. Modo respondeat mihi ille pannosus. Videamus si non vult diues fieri, videamus, interrogemus eum si non vult diues fieri. Respondeat, non mentiatur. Audio linguam, sed interrogo conscientiam. Dicat si non vult fieri: si autem vult, iam incidit in tentationem & desideria multa, stulta & noxia. Non enim opes, sed desideria. Vnde? Quia vult diues fieri. Quid inde? Desideria multa & stulta & noxia, quę mergunt homines in interitum & perditionem. Vides vbi sis? Quid mihi ostentas nullas facultates, cum ego vincam tantas cupiditates? Ecce iam tompara duos. Iste diues est, ille pauper. Sed iste diues est, iam est, non vult fieri: sed diues est, aut de parẽtibus, aut de donis & hereditatibus. Ponamus, faciamus: diues est etiã de iuiquitatibus, iam non vult addere, imposuit modum, fixit limitem cupiditati, iã corde militat pietati. Diues, inquis. Respondeo, diues est. Iterum tu accusator respondes & dicis, De iniquitate diues est. Quid si facit amicos de mammona iniquitatis? Dominus nouerat quod dicebat: vtique non errabat, quando præcipiebat, Facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt & ipsi recipiant vos in tabernacula æterna. Quid si hoc facit iste diues? Iam finit cupiditatem, exercet pietatem. Tu nihil habes, sed diues vis fieri, incides in tentationem. Sed forte inde factus es pauperrimus & egentissimus, quia nescio quid habebas paternum, quod te sustentaret, & calumnia aliqua competitoris abstulit. Gemis, audio, tempora accusas. Quod gemis, si possis facis. An non videmus, an non quotidianis exemplis plena sunt omnia? Heri gemebat, quia perdebat sua: hodie pergens ad maiorem, rapit aliena. Inuenimus verum pauperem, inuenimus pium humilem, non de se fidentem, pauperem virum, membrum pauperis, qui propter nos pauper factus est cum diues esset. Vide diuitem nostrum qui propter nos pauper factus est cum diues esset. Vide illum diuitem. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Plus est aurum facere quam habere, diues es auro, argento, pecore, familia, fundis fructibus, tibi ista creare non potuisti. Vide illum diuitem, omnia per ipsum facta sunt. Vide illum pauperem, verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quis digne cogitat diuitias eius? Quomodo faciat qui non fit, quomodo creet non creatus, formet non formatus, mutabilia manens, temporalia sempiternus? Quis digne cogitat diuitias eius? Paupertatem cogitemus, ne forte pauperes vel ipsam capiamus, Concipitur vtero virginali, includitur visceribus matris. O paupertas. In angusto diuersorio nascitur, inuolutus infantilibus tegumẽtis in præsepio

1.Tim.6

1.Tim.1
1.Cor.7.

Iob.1.
1.Tim.6

2.Cor.8

Ioan.1

Lu.1.& 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.27. ponitur,fit cibaria iumentis pauperibus,deinde cœli & terræ dominus. Creator angelorum,omnium visibilium & inuisibilium effector & conditor,fugit,vagit, nutritur,crescit,tolerat ętatem,occultat maiestatem,postea tenetur,cõtemnitur,flagellatur,illuditur,conspuitur,colaphizatur,spinis coronatur, ligno suspenditur, lancea perforatur.O paupertas.Ecce caput pauperum quos requiro, cuius pauperis membrum inuenimus virum pauperem. Breuiter quęramus pupillum,quia in paupere

Mat.23 requirendo fatigati sumus.Domine Iesu,pupillum quæro. Fatigatus quęro,cito re-

Psal.26 sponde vt inueniam.Ne vobis dicatis,inquit,patrem in terra: inuentus est pupillus iste.Oret pupillus iste,audiamus eum,& imitemur eum,Quæ eius est oratio? Quo-

Mat.5 niam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me,Si

Psal.9 ergo beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnum cœlorum, tibi derelictus

Ioan.10 est pauper.Si pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me:pupillo tu eris adiutor.

Item eodem die Homilia de eo,quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem

Ser.111. Facta sunt encęnia in Hierosolymis, &c. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria quinta post dominicam passionis,de aduersitate temporali. Sermo. I

Rom.3 QVoties,fratres charissimi,aliquæ aduersitates veniunt, quoties aut hostilitas aut siccitas aut mortalitas iusto dei iudicio nobis fuerint irrogata, nõ eius iniustitiæ sed nostris hoc peccatis imputare debemus, Quia sicut dicit Apostolus,Non iniquus est deus qui infert iram.Multorum enim malis moribus atque clamoribus exagitatus est mundus.Et vt hoc omnes intelligere possint, aper-

Boni &mali duo vasa plena. tius charitati vestræ insinuo,sic sunt boni & mali,quomodo si duo vasa sint plena, & vnum habeat putredinem,& aliud aromata prætiosa cum uno ventilabro ventila ta.Illud vas vbi fuerint aromata odorem desiderabilem:aliud aũt fœtorem intolerabilem reddit. Ita simul boni atque mali indiscrete quidem turbati, sed alto dei iudicio separati.Quoties aliqua tribulatio in mundum venerit,qui boni sunt velut sancta vasa gratias agunt deo,qui eos castigare dignatur:illi vero qui sunt superbi,luxuriosi,cupidi,blasphemant & murmurant contra deum dicentes,O deus, quid tanti mali fecimus vt talia patiamur? Vnde sæpe fit,vt infœlices isti amore huius uitæ obligati,nec istam tenere possint,& illam sempiternam,de qua fugiet dolor & gemitus,amittãt,& quod peius est,nec ista mala prędentia possunt euadere,sed ad illa quæ

Apoc.22 æterna mala sunt,eorum crimina eos faciunt peruenire.Non insultans, sed gemens & dolens hęc dico.Ecce sicut in eo qui superbo & rebelli spiritu emendare se noluerit,impletur illud quod scriptum est,Qui in sordibus est sordescat adhuc. Iustus au-

Rom.8 tem iustiora faciet,& sanctus sanctiora, Non enim spes bonorum in isto est mundo posita.Spes enim quæ videtur,ait Apostolus,non est spes,quoniam & ipsa mundana quæ videtur in amaritudine vera est.Amaram enim potionem mundus suis dilectoribus propinat.O infœlicitas generis humani. Amarus est mundus & diligitur, putas si dulcis esset qualiter amaretur? Vos alloquitur veritas dilectores mundi,vbi est quod amastis,vbi est quod pro magno tenebatis, vbi est quod dimittere nolebatis, vbi sunt tot regiones,vbi tantę splendidissimę ciuitates? Lugendo potius ista dicta sunt quam insultando.Magno affectu ista deputarentur,si tantummodo audirẽtur: At cum oculos nostros dira calamitas & obsidionis percusserit,& nunc tẽpore mortalitatis affligat mortuorum hominum sepeliendis corporibus,vix illi qui remanere videbantur occurrerent.Considerantes etiam illa mala quæ iusto dei iudicio illata sunt,quando totæ prouinciæ in captiuitatem ductæ sunt, sustinuimus matres familias abductas,prędnantes abscisas,& nutrices auulsis e manibus paruulis, atque in vias proiectis,nec viuos ipsos filios retinere, nec mortuos permiserunt sepelire, Cruciatus magnus & dolor,timor & horror tortores cordis pariter insistebant, maxime cum a talibus fœminis hoc impia barbarica exigebat potentia, vt quæ se scie-

Ioan.8 bat multorum mancipiorum fuisse dominam, barbarorum se subito sine vllo prætio lugeret ancillam.Sic impletum est in nobis illud quod dictum est per prophetam Dauid, Vendidisti populum tuum sine prætio, & non fuit multitudo in commutationibus

tionibus eorum.Dura a delicatis & a nobilibus mulieribus seruitia sine vlla miseratione humanitatis a barbaris exacta sunt.Strepitus clamoris huius in aurib⁹ nostris

13.4 M. vrget, dum talia audimus atque videmus. Nunquid ferreæ sunt carnes hominũ, etiam si seruus ferreus in aliquibus inueniatur? Quis ista audiens uidensq; non doleat? Vnde cum Propheta dicere possumus, Quis dabit capiti meo aquam, aut ocu- Hiere.9
lis meis fontem lachrymarum, & plorabo die ac nocte interfectos filię populi mei? Non solum mortem corpoꝛ,uerum etiam animarum? Christianis loquimur,multos cognouimus in ista uastatione sine sacramento baptismi ex ipsa vita fuisse ereptos Roma.9
atque inter vasa iræ relictos. Quis luctus idoneior, quis planctus celsior inueniri pot,quando sic exarsit ira oipotentis,ut repelleret etiam tabernaculum suũ in quo habitauit in hominibus? Et ille etiam qui vnico filio suo non pepercit,sed pro nobis Roma.8
omnibus tradidit illum,nec pretium tanti sanguinis attenderit,nulli Ecclesiæ,nulli clero,nulli sacratæ virgini,nulli parcere ciuitati. Nos vero frẽs charissimi,quibus dominus non p nostris meritis parcere, sed adhuc ad pniam reseruare dignatur,nõ sine grandi timore debemus considerare q; hęc omnibus nobis præbentur exempla, Et ideo illorum mors proficiat ad nostram salutem,eorum tribulatio sit nostra correptio,de aliorum plagis faciamus medicamẽta vulneribus nostris: & semper timea mus quod dominus in Euangel.dixit,Putatis q; hi Galilæi præ omnibus peccatores Lucæ.13
fuerint,quoniam talia possi sunt,non dico uobis, sed nisi pniam egeritis,oẽs similiter peribitis. Et ideo qui solebat esse luxuriosus sit castus, qui superbus sit humilis, qui erat inuidus sit benignus, qui per fraudes uel calũnias solebat res alienas rapere,incipiat de suis largiores eleemosynas dare.Nimis delicatum est quod a nobis requirit dominus noster,fratres charissimi,non dixit nobis ieiunate plus quãm potestis,& plusquã uires vestrę sufferũt vigilate.Nõ nobis dicit,a uino uel a carnibus abstinete. Non a nobis requiruntur,sed hoc dignatur iniũgere, quod omnes homines possent cum ipsius gratia sine grandi labore cõplere.Sed quod pessimum est, multi sunt qui durissimum & amarissimum auaritiæ iugum cum multis laboribus uolũt Mat.11.
ferre,& dulce iugum Christi & onus eius leue dissimulant humeris suis imponere: malunt cum multis peccatis sub sarcina graui succumbere, q̃ iugum xpi, quod eos potest in cœlum eleuare,susципere. Vos vero frẽs,nobiscum sapienter & fideliter cogitantes,dirumpatis a ceruicibus uestris durum & asperum auaritiæ iugum,& iugũ xpi suauissimum uestris humeris imponentes, secundum Apostolum conuersatio- Philip.3.
nem vestram leuantes in cœlum,vt cum Christus apparuerit uita vestra,tunc & uos Col.3.
cum ipso appareatis in gloria,quod ipse præstabit in,&c.

Item eodem die, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam,

Rogabat Iesum quidam Pharisæus, &c. quæ habetur in lib. Quinquaginta Homiliarum, XXIII.

Feria sexta post dominicam passionis, De studio sapientiæ & meditatione legis dei.

Sermo I.

Ser.112. OPortet frẽs charissimi,ut mundo corde & casto corpore sapientiam diuinam discere diligatis,& intelligere appetatis,quia ipsa cognitio dei se fideliter quęrentibus & instanter meditantibus tribuit.Cognitione autem dei nihil melius est,quia nihil beatius est,& ipsa uera beatitudo est. Vnde & saluator ad patrem ait, Hæc est Ioan.17.
autem vita æterna,vt cognoscant te vnum verũ deum, & quem misisti Iesum Christum.Huius ergo sapientiæ notitia qualiter adipiscatur,audite.Primo omnium quę rendum est homini quæ sit vera scientia,ueraque sapientia,Quia sapientia huius se culi,stultitia est apud deum.Scientia uera est:a diaboli seruitio quod sunt peccata re- 1.Cor.3
cedere,& sapientia perfecta est deum colere secundum mandatorum illius veritatẽ, quia in his duobus uita beata acquiritur, sicut psalmista ait, Diuerte a malo, & fac bonum.Nec etiam sufficit cuiquam mala non facere, nisi etiam bona faciat: nec bona facere,nisi etiam mala omittat.Omnis ergo qui sic sapiens est, proculdubio beatus erit in ęterñ.Beata siquidẽ uita est,cognitio diuinitatis: cognitio diuinitatis, virtus boni operis est,virtus boni operis,fructus est æternæ beatitudinis.Adhuc ergo bonum habemus solatium,diuinarum lectionẽ scripturaꝝ,quia sacrarum lectio scripturarum diuinæ est p̃cognitio non parua beatitudinis.In his.n.quasi in quodã

Philip. 3 ſpeculo homo ſeipſum conſiderare pót qualis ſit, vel quo tendat. Lectio aſsidua purificat oia, timorẽ incutit gehennæ, ad gaudia ſupna cor inſtigat legentis. Qui uult cum deo ſemp eſſe, frequenter debet orare & legere. Nã cũ oramus, ipſi cum deo loquimur: cũ vero legimus, deus nobiſcum loquitur. Geminũ cõfert donũ lectio ſanctarum ſcripturarum, ſiue quia intellectũ mentis erudit, ſeu quia a mundi vanitatibus abſtractum hoẽm ad amorem dei pducit. Labor honeſtus eſt lectionis, & multũ

Pſal. 118. ad emũdationem animi ꝓficit. Sicut. n. ex carnalibus eſcis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis interior hó nutritur & paſcitur, ſicut pſalmiſta ait, Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua domine, ſup mel & fauũ ori meo. Sed ille beatiſsimus eſt, qui diuinas ſcripturas vertit in opera. Oẽs plane ſcripturæ ſanctæ ad noſtram ſalutẽ ſcriptæ ſunt, vt ꝓficiamus in eis in veritatis agnitionem. Sępius cæcus offendit q̃ videns, hic ignorans legem dei ſępius ignoranter peccat quám ille qui ſcit. Sicut cæcus ſine doctore, ſic homo ſine doctore uiã rectã vix graditur. Et ideo frẽs charisſimi, quicunq; ex vobis lectiones sacras legere & intelligere poſſunt, in his ſtudiũ impendãt, ut earum frequenter meditatione utantur: qui vero ſenſum locutionis ſacræ ex lectione non poſſunt pcipere, attentius audiant interprætantẽ, ut recipiant ſaltem inde ædificationem. Cum vero magiſterio cœleſti inſtructi quid faciendũ, quidve vitandum

Roma. 2. ſit dilectiſsimi accipiatis, non ſit mora in faciendo, quod intus ſapiatis intelligendo: Lucæ. 12 quia vt beatus Paulus apoſtolus ait, Nó auditores legis iuſti ſunt apud deum, ſed fa-

Iacobi. 4 ctores legis. Et ipſa veritas ait, Seruus qui ſcit voluntatẽ dñi ſui & nó facit, vapulabit multis. Item alibi ſcriptum eſt, Scienti bonũ & non facienti, peccatũ eſt illi. Itaq; omni diligentia ſtudete vt cognoſcatis voluntatẽ dei: poſtquã aũt cognoueritis voluntatẽ eius ſummo niſu cõtẽdite, ut hanc faciatis implẽtes mandata illius, & inſtanter depoſcite, ut in hoc perſeuerantes pueniatis ad ꝓmiſſa illius. Ad qd̃ nos adinuare dignetur ipſe qui p ſuã bonitatẽ nos uocauerat, & per ſuã gratiã liberauerat, quiq; bene certãtibus cœleſtia regna promiſerat Ieſus Chriſtus dominus noſter, qui uiuit & regnat cum deo patre & ſpiritu ſancto, per omnia ſecula ſeculorum.

Item eodem die Homilia, de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſecundũ Ioannem,

Ioan. 11 Collegerunt pontifices & phariſæi concilium aduerſus Ieſum, &c. quę habetur in expoſitione doctoris, Ibidem.

Sabbato poſt dominicam paſſionis. De vita mortali & immortali. Sermo I.

Serm. 113 Matt. 19 DIxit dñs cuidam adoleſcenti, Si uis uenire ad vitã, ſerua mandata. Non dixit, Si vis venire ad vitã ęternam: ſed, ſi vis venire ad vitã: eam definiens vitam q̃ fo-

rit æterna vita. Huius ergo vitæ amorẽm nos primitus commendemus. Et enim amatur & qualiſcunque vita iſta, & ipſam qualẽcunque ęrumnoſam, miſerã finire hoies timent & pauescunt. Hinc videndũ eſt, hinc conſiderandũ eſt, quẽadmodum amanda ſit æterna vita, quando ſic amatur miſera iſta, & quando finienda vita: conſiderate frẽs, quantũ amanda ſit vita, vbi nunquã finies vitam. Amas ergo iſtam vitã, vbi tantũ laboras, curris, fatagis, anhelas, & vix enumerantur quæ neceſſaria ſunt in miſera vita, ſeminare, arare, nouellare, nauigare, molere, coquere, texere, & poſt hęc oĩa finire habes vitã. Ecce quæ pateris in miſera iſta quam diligis vita, & putas te ſempvicturum & nunquã morituru. Templa ſaxea, marmorea, ferro plumboq; conſolidata tamen cadunt, & homo ſe nunquã putat moriturũ? Diſcite ergo frẽs qrere æter-

Pſal. 33. nam uitam, vbi iſta nó tolerabitis, ſed in æternũ cum deo regnabitis. Quis n uult uitam, ſicut dicit ꝓpheta, diligat uidere dies bonos. Nam in diebus malis mors potius optatur quàm uita. Nõne audiuimus & vidimus homines in aliquibus tribulationibus & anguſtiis, conflictationibus & ægritudinibus dum ſunt conſtituti & videntſe laborare, nihil aliud dicere, Deus mitte mihi mortem, accelera dies meos? Et quando venit ægritudo, curritur, adducuntur medici, ſolidi & munera ꝓmittuntur. Dicit tibi ipſa mors, Ecce aſſum quã pauloante a domino petebas, quid mihi modo fugere vis? Inueni te falſatorem, & miſeræ vitæ amatorẽ. De his aũt diebus quos agimus,

Eph 5. Apoſtolus ait, Redimentes tẽpus qm̃ dies mali ſunt. Nõ ergo ſunt mali dies quos agimus in corruptela huius carnis in tanta uel ſub tanta ſarcina corruptibilis corporis, inter tantas tentationes, inter tantas difficultates, vbi falſa voluntas, nulla ſecuritas gaudii, timor torquens, cupiditas auida, triſtitia arida? Ecce quam malos dies, &c.

mo uult finire ipſos dies malos, multũq; hinc rogant hoies deum ut diu viuãt. Quid eſt aũt diu viuere, niſi diu torqueri? Quid eſt aliud diu uiuere, quàm malos dies malis diebus addere? Et cum creſcunt pueri quaſi accedũt illis dies, & neſciunt quia minuuntur, & ipſa eſt falſa cõputatio. Creſcentibus. n. decedunt dies potius quàm accedunt. Cõſtituit alicui homini nato, uerbi gratia, octoginta annos, quicquid uiuit, de ſumma minuit, & inepti hoies gratulantur plurimis natalitiis tã ſuis quàm filiorum ſuorum, O virum prudentẽ, ſi tibi vinum minuatur in cuppa triſtaris, dies perdis & gaudes? Mali ergo ſunt dies, & eo peiores, quia diliguntur. Sic blanditur hic mũdus vt nemo velit finire ærũnoſam vitam. Vera. n. uita uel beata hæc, cum reſurgimus & cum Chriſto regnabimus. Nam & impii reſurrecturi ſunt, ſed in ignem ituri. Vita itaque non eſt niſi beata. Et beata uita eſſe non pót niſi ęterna, vbi ſunt dies boni, nec multi, ſed unus. Ex conſuetudine huius vitæ appellati ſunt dies. Dies ille neſcit ortum, neſcit occaſum: illi diei nõ ſuccedit craſtinus, quia eum nõ ꝓcedit heſternus. Hunc diem vel hos dies & hanc vitã & verã uitã in ꝓmiſſis habemus. Alicuius ergo operis merces eſt. Si n. mercedem amamus in opere non deficiamus, & in æternum cum Chriſto regnabimus.

Item eodem die Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannẽ, Ioan. 17

Subleuatis Ieſus oculis in cœlum dixit, Pater venit hora, &c. quæ habetur in expoſitione doctoris, Ibidem.

Dominica in Ramis palmarum, De paſſione domini. Sermo I.

Ser. 114. ADmonet nos frẽs charisſimi, ad ſolẽnitatẽ dñicę paſſionis ipſe, in quo eam nec muta elementa tacuerunt. Celebret eã lux fidei linguis hoium, quã cõclamauerunt ęr ſilentia tenebrarũ. Hodie dominus noſter in ſtatera crucis pcium noſtræ ſalutis appendit, & vna morte vniuerſum mundũ ſicut oĩum cõditor, ita oĩum repara-

tor abſoluit. Indubitanter. n. credamus q̃ totũ mũdũ redemit, qui plus dedit quàm totus mundus ualeret, Meritum. n. redẽptæ mercedis dignitas inſignis precii ſupergreſſa eſt. Inter redemptũ & redimentẽ diſpenſatio fuit, cõpenſatio nõ fuit. Qui ergo non habebat peccata ꝓpria, digne deleuit aliena. Solus hic pia uictima ꝓ oĩbus cecidit, ut omnes leuaret. Et quia debitũ ſolus nõ habuit, recte fœnus miſericordiæ ꝓ debitoribus erogauit. Perpende inter hæc qui talem ꝓ nobis dedit pecuniã, qualẽ a nobis ſit exacturus vſuram. In hac itaque die fides Propheticæ annunciationis impleta eſt, ita dicentis, Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus, Eſa. 50. faciem meã nõ auerti a fœditate ſputoꝝ. Suſcepit mala noſtra, vt tribueret bona ſua. Hinc intelligamus quantũ hoiem diligere dignatus ſit ante culpam, quem ſic diligit poſt ruinam. Agnoſce homo quantum ualeas, & quãtum debeas, & dum tantã redẽptionis tuæ perſpicis dignitatẽ, ipſe tibi indicito peccandi pudorẽ. Ecce ꝓ impio pie- Matt. 27 tas flagellatur, ꝓ ſtulto ſapientia illuditur, ꝓ mẽdace ueritas necatur, dãnatur iuſtitia ꝓ iniquo, miſericordia afficitur ꝓ crudeli, ꝓ miſero repletur ſynceritas aceto, inebriatur felle dulcedo, addicitur innocentia pro reo, moritur vita ꝓ mortuo. Expauit ſcelus hoium natura rerum, & quẽ creatura rebellis nõ agnoſcit, eum mundi dñm tremens terra teſtatur, & cœli regẽ ſol fugiẽs cõfitetur. Chlamyde coccinea induitur, quia ſanguine martyrum ſuoꝝ Eccleſiæ corpus ornatur, Corona ſpinea capiti eius imponitur, quia punctio peccatoꝝ noſtroꝝ, quoꝝ remiſſione redẽptoris gloria ſtruitur, aridis tribulis cõparatur. Studeamus nunc é diuerſo, ut membroꝝ vita capitis ſit corona. Quod vero ſitire ſe in cruce poſitus dicit, fidẽ incredulæ gentis concupiſcit. Sed econtra acetum malitiæ porrigunt, quia vinũ ſapientiæ quod a deo acceperant peccãdo corruperãt. Velũ tẽpli ſcinditur, quia ſynagoga honore nudatur. Obſeruatio antiqua diſſoluitur, Eccleſiæ vnitas ꝓmonſtratur. Monumenta aperiuntur, quia mortis iura iure ſuperantur. Laxata ſede tartarea a domino rerũ ꝓfundę noctis clauſtra reſerãtur, & quẽ hoies nõ recipiunt, inferi deũ eſſe cognoſcũt. Quod aũt triginta argẽteos Iudas vẽditor ꝓphanus reſudit, indicabat nihil ſibi xpi ꝓcium profuturũ, ſed ſalutis beneficiũ ſcelere ſuo aliis cõferendũ. Videamus qd hoc refuſo ꝓcio emptũ eſſe eloquia diuina teſtãtur. Emerũt, inquit, ex eo agrũ figuli in ſepulturã pe- Mat. 27 regrinorũ. Figulus xps eſt, ager xpi Eccleſia, acquiſitio peregrinoꝝ populus gentiũ. Supereſt charisſimi, ut agri huius, quotidiani atq; perpetui ſtudeamus eſſe cultores,

seminemus in eo frugem bonæ conscientiæ, vt cum te mpus messis i. consummationis, & dies reddendæ rationis aduenerit, cum securitate & exultatione bonorum operum manipulos reportemus, & post contritionem ieiuniorum præsentis quadragesimæ laudabiliū actuū candore vestiti, & indumento castitatis ornati, ad festa futura procedamus, & pascha illud æternum piorum inserti concilijs celebremus, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat. &c.

Ser. 115.

In eadem Dominica, De tradutione Symboli. Sermo II.

Symbolū collatio.

SYmbolum qđ vobis traditurі sumus, fratres charissimi, cōprehensio est fidei nostræ atque perfectio, simplex, breue, plenum, vt simplicitas consultat audiētium rusticitati, breuitas memoriæ, plenitudo doctrinæ. Quod. n. Græce symbolū dicitur, Latine collatio nominatur. Collatio ideo, quia collata in vnū totius catholicæ legis fides, symboli colligitur breuitate, cuius textū vobis modo deo annuente dicemus. Petrus dixit, Credo in deum patrem oīpotentem. Ioannes dixit, Creatorē cœli & terræ. Iacobus dixit, Credo & in Iesum Christum filium eius vnicum dominū nostrū. Andreas dixit, Qui cōceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Philippus ait, Passus sub pontio pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Thomas ait, Descendit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Bartholomæus dixit, Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Matthæus dixit, Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Iacobus Alphæi, Credo & in spiritum sanctū, sanctā Ecclesiam catholicam. Simon Zelotes, Sanctorum cōmunionem, remissionem peccatorū. Iudas Iacobi, Carnis resurrectionē. Mathias compleuit, Vitā æternā, Amē. Audite ergo fratres charissimi redēptoris nostri vocē per Prophetam dicentē, Venite filij, audite me, timorem dñi docebo vos. Filios vocat, quos in gremio Ecclesiæ collocat. Nec. n. pōt mater vocari, nisi filios procreauerit. Ergo charissimi, ad perenne præmiū vos inuitari cognoscite, qui fideliter cum dei adiutorio lauacrum aquæ vitalis accipistis, vel qui expetitis vt cū ad sacrum fontem vel verā pœnitentiam peruenieritis, per spiritum sanctum salutaris & cœlestis vos vnda perfundat. Ideo charissimi, huius mysterij sacramētū sicut fide cōcepimus & corde credimus, perfectis vocibus declaremus. Credo in deum patrē oīpotentē, & reliqua sicut supra. Ergo dilectissimi, hæc verba nō humana, sed domini sunt cœlestia sacramēta, quæ in vestris cordibus ipsius misericordia præstante resideant, vt gratiā domini incorruptā & immaculatā vsq; ad finē percipiatis. Repetimus adhuc charissimi symbolū, vt cum mysterio cōueniat trinitatis. Credo in deum. Credendū nobis est, fratres charissimi, in deū patrē, ita & in Iesum xp̄m filium eius. Pater sine filio credi nō pōt, quia licet distincta sit in eis personarū proprietas, tamen vna & indiscreta maiestas. Sicut totū ergo potuit semper pater, ita totum pōt semp filius. Qui cōceptus est de spū sancto, natus ex Maria virgine. Sacramentum hic susceptī corporis demōstratur, vt quē ante secula pater genuit in fine iam seculi Maria virgo spūsctō inspirante cōcepit. Et ideo de ipsa domini matre angelus Gabriel dicit, Spūs ctūs superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ad excipiendū. n. dominicæ maiestatis aduentū, necesse fuit vt humanæ infirmitati diuinum adesset auxiliū. Scta. n. Maria vt virgo peperit, ita virgo cōcepit. Quāliter hæc aut quō salua virginali integritate p fecta sit, credere magis q̄ ennarrare possumus. Fidei in his plurimū licet, sermoni parū. Passus ergo sub pontio pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descēdit ad inferna, tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterā dei patris. Sedere ad dexterā patris dicitur, nō vt dicatur maior, sed vt ostēdatur æqualis. Hæc oīa testimonia sunt dñicæ passionis, vt dñm Iesum Christū sicut vere passum & vere mortuū, sic vere resurrexisse & triūphasse credamus. In quo nobis xp̄s dominus reliqt exēplū, vt sicut eū non dubitamus natū & mortuū, & resurrexisse & viuere, ita nos quoq; sicut natos & mortuos eē nouimus, sic post mortē resurrecturos & in æternū esse victuros noscamus. Sequitur, Inde venturus iudicare viuos & mortuos. Credo & in spiritum sctū: vtiq; vt æqualis credatur deitas dei patris & fili & spiritus sancti æqualem ostēderet potestatem. Credo sanctam Ecclesiam catholicam. Bene symbolum Ecclesiā catholicā nominauit & sanctā, quia multæ Ecclesiæ hæreticorum sunt, sed quę non est catholica, nec sancta dici pōt. Sequitur

Pſal. 33.

Luc. 1.

quitur, Sanctorum communionem. Credentes ergo sanctam Ecclesiam catholicam sanctorum habentes communionem, quia vbi est fides sancta, ibi est & sancta communio. Credere vos quoq; in corpore resurrectionem & remissionem peccatorum oportet. Omne sacramentum baptismi in hoc constat, vt resurrectionem corporū & remissionem peccatorum nobis a deo præstanda credamus. Superest vt cuius audistis passionē, audistis ascensionē, audistis iudiciū, quotidie expecteris aduentū.

In eadem Dominica, Ad Competentes. Ser. III. Ser. 116.

HOdie fratres charissimi, specialiter ad Competentes humilitatis nostræ sermo dirigitur. Et quamuis omnibus etiā fidelibus baptizatis admonitio nostra conueniat, & vnusquisq; qui de animæ suæ salute solicitudinē gerit, vnde proficere possit, credimus q̄ in ista humili suggestione nostra reperiat, peculiariter tamē eos qui nunc baptismi sacramenta desiderant, volumus admonere. Primum ergo Cōpetentes isti, quare hoc nomine vocentur, agnoscant. Competenres dicuntur simul petentes, quomodo cōsedentes nihil est, aliud, nisi simul sedētes, & colloquētes nihil aliud est, nisi simul loquentes, concurrentes sine dubio non intelliguntur, nisi simul currentes, ita & competentes non possunt aliud intelligi nisi simul petentes. Ecce iam quare hoc nomen competentes habeant, didicerunt: nunc verò isti qui simul petunt debent scire quid petunt. Quid ergo petunt qui baptismi sacramenta desiderant? Quid vtique nisi vt qui erant vasa diaboli, mereantur effici vasa Christi: Totum in nobis spiritaliter impletur mysterijs angelorum. Ideo rogo vos & cōmoneo omnes cōpetentes, & contestor simul & annuncio, vt cum dei adiutorio in istis diebus vsq; ad Pascha, diligenter perscrutemini conscientias vestras, ne forte sit vel vnus homo contra quem odium in corde teneatis: Si enim ille qui baptizandus est, iracundiam vel odiū in corde rēseruat, nescio si in eo gratia diuina proficiat. Dicturus est enim. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et si hoc in eo futurum est quod ipse erat, quid supereſt, nisi quomodo ipse dimiserit, sic ei iustitia diuina dimittat, secundum illud quod dominus ipse dixit, Date, & dabitur vobis, Dimittite, & dimittetur vobis? Ac sic qui non dimiserit, ipse contra se ianuam diuinæ misericordiæ claudit, dicendo, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus. Primo ergo hoc specialiter competentes attendant, ne vllum hominem odio habeant. Secundo interrogent conscientias suas, & si alicui vt euenire solet, fecerunt iniuriam, cito veniam petant. Tertio si aut per furtum aut per falsum testimoniū aut aut per aliquam calliditatem aut per statēras dolosas vel mensuras duplices cuicunque aliquid abstulerunt, si secundum exemplum Zachęi non possunt in quadruplū vel simplo restituāt. Nā nescio qua fronte gratiam diuinę misericordiæ se credit posse accipere, q̄ res alienas quas male abstulit, dissimulat reformare. Sed forte hoc etiā oportet cōpetētibus obseruare, vt si agnoscunt se persuadente diabolo, furtum, homicidium, aut adulterium commisse, aut si aliqua mulier cōpetens potiones diabolicas aliquando ad aborsum accepit, & filios suos adhuc in vtero positos, aut etiam natos occidit: quia satis graue peccatum est: pro omnibus his cum gemitu & cōpunctione dei misericordiam quærant & ad baptismi sacramenta per pœnitentiam mundati perueniant. Et hoc ante oīa quicunque se has culpas habere vident, obseruent ut castitatē & ante baptismum custodiant, & post baptismum non paruo tempore se a voluptate custodiāt. Venenum inuidiæ fugiant, ne imitatores diaboli esse videantur, de quo scriptū est, Inuidia diaboli, mors intrauit in orbē terrarū: Imitantur ante eō qui sunt ex parte illius superbiā etiā per quā ipse diabolus cecidit, vitare contendant: qa xp̄s quē sequi desiderāt, mitis fuit & humilis cordis. Et satis timendum est illud quod scriptū est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Mēdaciū etiā de ore suo nō proferāt, pp illud qđ scriptū est, Perdes omnes qui loquūtur mendaciū. Et iterū, Os qđ mētitur q̄ dixit, Vir multū iurās implebitur iniqtate, & nō discedet de domo illius plaga. Vinū vero & istis diebus parū accipiāt, & cū dies paschæ uenerint, cū grādi se cautela a crapula vel ebrietate custodiāt, ne forte qđ p sacramentum baptismi mundatū vel illuminatū fuit, si crapula surrepserit, p intēperantiam obscuretur. Et ideo etiā si aliqs eos p inimicā amicitiā ad bibendū cogere voluerint,

Luc. 19

Sapien. 2

Mat. 11
Iaco. 4

Pſal. 5
Sapien. 1
Eccli. 23

oīno refugiant & nūquam penitus acquieſcunt, ſed quod decet & expedit Chriſtianis, in cibo vel in potu percipiant, Et quia omnes cōpetentes vterus matris Eccleſiæ Chriſto inſpirante concepit, nihil iniuſtum aut inhoneſtum exerceant, ne forte male agendo viſcera materna concutiant, & ante legitimum partum velut aborſum eos mater ſanctā proijciat, ſed magis omnes competentes benigni ſint, humiles, manſueti, ſobrij, vt ad ſalutaris baptiſmi ſacramentum ordine legitimo cōuenientes, de hædis conuertantur ad agnos, de ſiniſtra transferantur ad dexteram, cū illis qui ad dexteram erūt, illā deſiderabilē vocem fœliciter audituri, Venite benedicti patris mei, percepite regnum quod vobis paratum eſt ab origine mundi Si ſecundum conſuetudinem ſuam charitas veſtra diligenter attendat, agnoſcere poteſtis admonitionem noſtram, licet ad cōpetentes dicta ſit, poſſet tamen omnibus baptizatis fidelibus conuenire. Et ideo nos qui iam ante multa tpa in xpō renati ſumus, iſtis qui baptizandi ſunt, exēplum ſanctæ cōuerſationis in oibus præbeamus, vt ſi nos imitari voluerint non per latam & ſpatioſam viam trahantur ad mortem, ſed per arctam & anguſtam peruenire mereantur ad vitam. Et ideo non ſolum exēplis, ſed etiam verbis eos ad omne opus bonum admonere debetis, præcipue tamen qui filios aut filias excipere religioſo amore deſiderant, & antequam baptizentur, & poſteaquam baptizati fuerint, de caſtitate, de humilitate, de ſobrietate vel pace eos admonere vel docere non deſinant, & agnoſcant ſe fideiuſſores eſſe ipſorum. Pro ipſis enim reſpondent, ꝙ abrenuncient diabolo, pompis & operibus eius. Et ideo tam illi qui excipiunt quā qui excipiuntur, i. tam patres quam filij pactum quod cum xpō in baptiſmi ſacramento conſcribunt cuſtodire contendant, nec vnquam aliquid de diaboli pompis vel mundi iſtius luxurioſis oblectationibus concupiſcant, vt deo adiuuante, & illi qui filios ſuſcipiunt ſi caſte & iuſte vixerint, & illi qui excipiuntur ſi eos imitari voluerint, ſicut credimus pariter ad præmia æterna perueniant, præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Item in eadem Dominica, de eodem alius ſermo, qui habetur in libro quinquaginta homiliarum, XLIX.

Item in eadem Dominica alius ſermo de primo verſu Pſalmi viceſimi primi, Deus deus meus reſpice in me: qui ſumitur in expoſitione doctoris, Ibidem.

De eodem etiam Pſalmo tractatur in lib. De gratia noui teſtamenti ad Honoratum, cap. 2. & ſequentibus.

Feria ſecunda poſt Dominicam Palmarum, De paſsione Domini & Iuda traditore.

Sermo. I.

Ser. 117. SVſcepit dīs triſtitiam noſtram vt nobis largiretur lætitiam ſuā. Et veſtigijs noſtris deſcendit vſq; ad mortis ærumnā, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam, Zach. 13. Mat. 26. Percutiam, inquit, paſtorem, & diſpergentur oues gregis. Triſtis erat quia nos paruulos relinquebat. Anima triſtis erat, non pro ſua paſsione, ſed pro noſtra diſpſione. Proditorē oſculo libēter ſuſcepit, non qa deus dei filius mortē timebat, ſed quia nec malos pro ſe perire volebat. Iuda oſculo filiū hoīs tradis? Fungebaris diſciplina virtutis, & diſcipulus factus es cōſilij iniquitatis. Officio ſanguine fundis, pro pignore amoris vulnus infligis, pacis argumēto mortē immittis, ſeruus dīm tradis, diſcipulus magiſtrū prodis. Vtiliora ſunt vulnera amici q̄ volūtaria oſcula inimici. Signo dato ab his qui cū fuſtibus venerāt, detinentur. Iniicit manus turba, nectūtur vincula, detinetur iuſtitia, & traditur ab iniuſtitia. Percuſsit ergo Petrus aurē pueri principis. Quare Petrus? Quia ipſe accepit regni cœlorū, claues. & ſoluēdi ligādiq; ipſe adeptus eſt ptātem. Abſciſſa eſt pueri auricula male audiētis, aure īteriore xpm male intelligentis, qui paſſus nō eſt p ꝓphetā æſtimari, ſed dei filiū docuit fideli cōfeſsione ſignari. Limus ſuū agnoſcit coopatorē, & caro ſuā ſequitur opatricē. Iubere potuit, operari maluit, qui e limo terræ corpis mēbra formauit, q̄ hoſtes ſuos nō paſſus eſt vulnerari. Illo iuſto mortē inferebat, p ſecutorū vulnera iſta ſanabat. Petrus ſequebatur a lōge. Neq; n. negare potuiſſet, ſi xpō dño adhæſiſſet. Ter me, inquit, negabis. In domo principis ſacerdotū ignis ardebat, vbi Petrus occultus ſedebat. Frigus erat, vbi xps nō erat Petrus ab ancilla proditus negat. Mallē Petrum dīm negaſſe, q̄ ſuā,

Mat. 25

Mat. 7

Prou. 27

Mat. 26

dominū vendidiſſe, Interrogatur Petrus, Et tu, inquit, ex illis es qui cū Galilæo erāt. Nō enim erat quia in principio erat, hominē negauit, hominū cōſortiū refutauit. Nō enim hominis erat Apoſtolus, qui fuerat xpi diſcipulus. Ergo fleuit amare, maluit ipſe ſuum accuſare peccatum, vt iuſtificaretur fatendo quā grauaretur negando. Lachrymas lego, ſatisfactionem non lego. Petrus negauit in nocte, ſed cōfitetur in die. Habebat lachrymas petrus, quas pio fundebat affectu: non habebat proditor fletus quibus culpam ablueret, vt dum reus ſuo iudicio damnatur, ſpontaneū facinus expietur. Peccaui, inquit, quod tradiderim ſanguinē iuſtū. Et Iudæi: Quid ad nos? tu videris. Pertinacibus ſtudijs funeſtā ſibi vēdicant ſanguinis auctionē, cū refunderet vēditor ſacrilegij quantitatē. Præciū ſanguinis a Iudæorum gazaphylacio ſeparatur & ager figuli xpi pecunia cōparatur, locus humādis peregrinorū reliquiis, prophetiæ teſtimoniū adimpletur, & ſurgētis eccleſię myſteriū reuelatur, Ergo p cio ſanguinis emitur mundus: Venit. n. vt ſaluetur mūdus. Non enim cognouit mundus eum, qui fuerat in mundo mundus. Accuſatur, & tacet, bene tacet qui defenſione nō eget. Am biāt defendi, qui timēt vinci. Non vt reus excuſat ſe tacendo, ſed deſpicit falſidicos refellendo. Manus quidem pilatus lauit, ſed facta probauit. Vxor verberatur in noctē, admonet virum in die. Veritas fatigatur, & a ſeruo dominus iudicatur Coronam de ſpinis annexam compungentes, caput eius coronant, & illudentes adorant. Vt rex ſalutatur, vt victor coronatur, & quaſi deus & dominus adoratur. Pulchre crucē aſcēdit, iudicio victor aſsiſtit. Talis ergo aſcendit, qui ſeculum vincere parat. Poſuerunt titulū ſcriptū, Hic eſt Ieſus rex Iudæorū. Vermis in cruce, ſcarabæus in cruce. Bonus vermis qui hæſit ligno, bonus ſcarabęus qui clamauit e ligno. Quid clamauit? Ne ſtatuas illis hoc peccatū. Illis vtique petebat veniā a quibus accipiebat iniuriā. Hodie, inquit, mecū eris in paradiſo. Nec mirū ſi conuerſo culpam ignoſcebat, qui inſultantibus veniā relaxabat. Potauerūt eū aceto, Bene ad cōſummanda oīa corruptio ſyn ceritatis hauritur. Itaq; acetū bibitur, vinū cū felle non bibitur. Synceritati non debuit amaritudo miſceri, quia ꝓ nobis dīm ſine peccato decuit crucifigi. Pater, inquit in manus tuas cōmendo ſpm meū. Bene tradidit qui nō amiſit. Spūs patri commendatur vt peccatorū vincula reſoluantur. Sol occidit ſacrilegis vt ſpectaculum obumbrarer funeſtis. Finduntur petrę & Iudæorū corda durātur. Elemēta fugiunt, terra cōcutitur. Iudęus arguit, miles cuſtodit, monumēta reſerātur, & Iudæorū perfidia denudatur. Diſcipuli vigilāt, & fletib. oculos mœſtos ſomnus inuidus captat. Iudæi qd curioſi eſtis, vbi caro crucifixa remāſit? In flāmis cum tribus pueris apparuit, qui poſtea paruulus dignatus eſt naſci. Stabant tamē mulieres hęc videtes, ſtabat & mater dñi ſuo filio teſtimoniū phibente. Ioſeph & Nicodemus xpm ſepeliūt, vnus iuſtus, alter in quo dolus nō erat. Nā ſi Apoſtoli ſepelirēt, dicerēt nō ſepultū, quem Iudæi nūciauerāt raptū, Nicodemus nocte venit pp metū Iudæorū Simplicitas enim quæritur, nō ambitio deſideratur. Q uo iuſtus latebras periculi timeret, qui corpus non timuit ſepelire? Ideo occulte poſtulauit vt corpus celaret, non vt periculum p cauēret. Mulieres de lōge ſtabant quæ diligēter locū ſeruabant. Sexus innutat, deuotio calet. Et cum diſcipuli fatigarentur, ſolę tamē ab angelo ne timeāt admonentur. Noli me, inquit tangere, nondum enim aſcendi ad patrem meū. Nondum tibi aſcēdi quæ viuentē cum mortuis quęris. Quare primū mulieri? Per mulierē mors antea eſt nunciata, ꝓ mulierē vita hoibus reparatur. Mulier quid ploras? Mulier xpm videbat, ſed hortulanū putabat. Deus eſt qui adoratur, homo eſt qui tenebatur. Nō renuit tangi a fœmina, quia nō oēs poſſunt Chriſtum tangere reſurgentem, quem tetigerant in corpore commorantem.

Luc. 23

Luc. 2

Ioan. 19

Mat. 27

Ioan. 20

In eadem feria de paſsione do. & Suſanna, Sermo II. Serm. 118.

FOrſitan mirum videtur nobis fratres cur dominus apud preſidem pilatum a principibus ſacerdotum accuſetur, nec aliquem iam eorum reſponſione conuincant, cum vtique ingratam accuſationem non niſi repellere ſolet ſubſecuta defenſio. Mirum, inquam, ſit fratres quod arguatur Saluator & taceat. Taciturnitas enim negat quod obijcitur, cum non vult reſpondere quod quæritur. Accuſationem ſuā dns tacendo non firmat, ſed deſpicit nō repellendo. Bene. n. tacet, qui defenſionē non deſperat. Ambiat defendi qui metuit ſuperari. Feſtinet loqui, qui timet

Mat. 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinci. Christus autem cum condemnatur exuperat,cum iudicatur vincit,sicut ait
Psal.50. Propheta,Vt iustificeris in sermonibus tuis,& vincas cum iudicaris. Quid ergo o-
pus erat ei loq ante iudiciū,cui ipm iudiciū erat plena victoria? Vicit ergo cū iudica
Matt.27. tur xps,qa sic innocens ap,pbatur. Vnde ait Pilatus,Innocēs ego sum a sanguine hu
ius iusti. Melior est igitur cā q nō defenditur & ,pbatur, plenior iustitia q no verbis
astruitur,sed veritate fulcitur. Taceat lingua necesse ē,vbi ipa veritas sibi adest. Ta-
ceat lingua ī bono negotio,q & ī malis causis obticere cōsueuit. Nolo sic defendi iu-
stitiā sicut solet iniquitas excusari. Quod uincit xps, non rationis est sed virtutis,
Sciuit.n. Saluator qui est sapientia,quomodo tacendo vinceret,quo non respon-
do superaret,atque ideo causam suam maluit comprobare q dicere: Ad vincendum
fortasse metus eum cogeret ne salutem proderet, nisi quod ipsa erat tota causa vi-
ctoriæ. Suam.n. salutem prodidit ut salutem oium lucraretur. In se vinci maluit,ve
Dan.13 victor esset in cūctis. Sed quid de deo Christo loquar? Susanna mulier inimicos suos
tacuit & vicit. Non enim apud Danielem in sermone tuitio est,sed in sancta fœmina
tacente lingua pro eo castitas loquitur. Castitas enim Susannæ affuit in iudicio,que
Euæ defuit in paradiso. Ibi enim pudori eius consuluit,hic saluti. Ibi ne maculare-
tur pudicitia,hic ne innocentia damnaretur. Castitas enim Susannæ & presbyteros
Gene. 3 impudicos cōuicit in paradiso,& in iudicio falsos accusatores obtinuit: bisq uictrix
reos facit testimonii,quos reos facit adulterii: atque tandem iudicem meretur casti
tas Danielem puerum iuniorem,necdum pubescentis ętatis. Multum igitur deo ideo
pudicitia consequitur,cum iudicem virginem promeretur. Secura enim est de victo-
ria castitas,cui est iudicatura virginitas. Pudicitiæ aūt causas,nisi vir pudicus audi-
re non debuit. Talem enim arbitrum meretur castimonia,apud quem non periclite
tur uerecundia. Cognitio igitur Daniel Susannę negotio, cum eam fallis accusatio-
Dan 13 nibus vellet plebs imperita damnare,ait idem, Mundus ego sum a sanguine huius.
Quo dicto,peccantis populi reuocauit errorem. Hac ergo circa Susannam Daniel
Matt.27 vtitur,qua circa dominum vsus est Pilatus. Ait enim Pilatus,Mundus ego sum a san
guine huius iusti. Eadem igitur sententia absoluitur pudicitia,qua est & absoluta iu
stitia. Sed Daniel melius quam Pilatus. Ille enim pudicum sanguinem nec condēnat
Ioan.6 & liberat,hic aūt iusti sanguinem confitetur & tradit. Quid enim pro fuit testimo-
nium perhibuisse innocentiæ, & velut reum addixisse nequitiæ, nisi quod grauius
peccatum est vnum eundemq & pronunciare iustum & tradere criminosis? Ipse.n.
iniquitatis sue testis est,qui ore absoluit & corde condemnat. Lauerit licet manus Pi
latus,tamen sua facta non diluit. Quamuis abstergere se putauerit iusti sanguinem
de suis membris,eodem tamen sanguine mens eus tenetur infecta. Ipse.n. occidit
Christum qui eum tradidit occidendum. Iudex enim bonus & constans, ne sangui-
nem innocentis addiceret,nec inuidiæ cedere debuit,nec timere. Daniel ergo melius
quam Pilatus ille peccantis populi reuocauit errorem,hic autem furentis synagogę
sacrilegium confirmauit.

In eadem fria de symbolo, Sermo III.

Serm.119. SYmbolum est breuiter cōplexa regula fidei, vt mentem instruat nec oneret me-
moriam,paucis verbis dicatur vnde multum acquiratur. Credo in deum patrē
omnipotentem. Vide quam cito dicitur,& quantum ualet. Deus est,& pater est. Deus
potestate,pater bonitate. Quām fœlices sumus qui dīm nostrum patrē inuenimus.
Credamus ergo in eum,& omnia nobis de ipsius misericordia promittamus. Quia
omnipotens est, ideo in deum patrem omnipotentem credimus. Nemo dicat, non
mihi potest dimittere peccata. Quomodo non potest omnipotens? Sed dicis, Ego
multum peccaui. Et ego dico,sed ille omnipotens est. Et tu,Ego talia peccata cōmi-
Psal.104. si, vnde liberari & mundari non possum. Respondeo, Sed ille omnipotens est. Videte
quid ei cantetis in Psalmo, Benedic,inquit,anima mea domino,& noli obliuisci om
nes retributiones eius. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis,qui sanat om-
nes languores tuos. Ad hoc nobis est eius omnipotentia necessaria. Nam vniuersa
creaturę ad hoc erat necessaria vt crearetur. Omnipotens est ad faciendā maiora &

minora. Omnipotens est ad cœlestia & terrestria. Omnipotēs est ad facienda immor
talia & corporalia. Omnipotens est ad facienda visibilia & inuisibilia, magnus in
magnis,nec paruus in minimis. Postremo oīpotens est ad facienda omnia quæ face-
re voluerit. Nam ego dico quanta non possit. Non potest mori,non pōt peccare,non
potest mentiri,non pōt falli. Tanta non pōt,quæ si posset,non esset oīpotens. Credi Rom. 10
te ergo in eum & confitemini. Corde enim creditur ad iustitiam,ore aūt cōfessio fit
ad salutem. Ideo cum crediderit is oportet vt confiteamini. Quando symbolum red-
ditis,accipite modo quod teneatis,& postea reddatis,& nunquā obliuiscamini. Post
hoc quid? Et in Iesum xpm. Credo dicis in deum patrem omnipotentem,& in Iesum
xpm filium eius vnicum dīm nostrum. Si filium vnicum, ergo patri æqualem. Si fi-
lium unicum,ergo eiusdem substantiæ cuius est pater. Si filium vnicum, ergo eius
omnipotentiæ cuius est pater. Si filium vnicum,ergo patri coæternum. Hoc in se &
apud se & apud patrem. Propter nos quid? Ad nos quid? Qui conceptus est de spiritu Luc.1.& 2.
sancto,natus ex virgine Maria. Ecce qua venit, Quis,ad quos. Per virginem Mariā,
in qua operatus est spiritussanctus,non homo maritus,qui fœcundauit castam & ser
uauit intactam. Sic ergo carne indutus est dominus xps, sic factus est homo qui fe-
cit hominem,assumendo quod non erat,non perdendo quod erat. Verbū enim caro
factum est,& habitauit in nobis. Non verbum in carnem versum est, sed verbū ma- Ioan.1.
nens carne accepta. Inuisibilis semper factus est visibilis quando voluit & habitauit
in nobis. Quid est in nobis? In hominibus. Factus unus ex hominum numero,vnus
& vnicus. Vnicus patri. Nobis quid? Et nobis vnicus saluator. Nemo.n. prēter ipsum
saluator noster,& nobis vnicus redemptor. Nemo enim pter ipsum redemptor no-
ster,non auro,non argento,sed sanguine suo. Ergo ipsa vbi empti sumus eius com-
mertia videamus. Cum enim dictum esset in symbolo, Qui cōceptus est de spiritu
sancto,natus ex virgine Maria: iam quid ,p nobis passus est sequitur. Sub Pontio Pi-
lato crucifixus,mortuus,& sepultus. Quia filius dei vnicus dominus nō crucifixus,
filius dei vnicus dns non sepultus est: Homo crucifixus est,homo sepultus est, deus
non est mutatus,deus non est occisus,& tamen secundū hoiem occisus. Si.n. cogno- 1.Cor.2
uissent,ait Apostolus,nunquā dominū gloriæ crucifixissent. Et dominum glorię o-
stendit,& crucifixum confessus est: quia siquis etiam tuam tunicam illæsa carne tua
conscindat,tibi facit iniuriam,nec sic clamas ,p veste tua vt dicas, conscidisti tunicā
meam,sed conscidisti me,fila de me feci sti. Loqueris ista integer, & verum dicis,&
de carne tua nihil detraxit qui læsit. Sic & dominus Christus crucifixus est, dominꝰ
est,vnicus patri est,saluator noster est,dominus gloriæ est,tamen crucifixus est, sed
in carne,& sepultus in sola carne. Nam vbi sepultus est,& quando sepultus est,tunc
ibi nec anima fuit. sola caro in sepulcro iacebat,'& tamen confiteris Iesum Christum
filium eius vnicum,dominum nostrum: Qui conceptus est de spiritusancto,natus
ex virgine Maria. Qui Iesus xps vnicus filius dei dominus noster sub Pontio pilato
crucifixus: Quia Iesus xps vnicus dei filius dominus noster & sepultus. Qui Iesus
Christus vnicus dei filius dominus noster, sola caro iacet, & tu dicis, Dominus no-
ster. Dico plane dico,quia vestem intueor & vestitum adoro. Caro illa illius vesti- Philip. 2.
mentum fuit,quia cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqua-
lem deo,sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, non formam dei amit
tens: In similitudine hominum factus & habitu inuentus vt homo,Non contemna-
solam carnem quando iacuit,tunc nos emit. Quare nos emit? Quia non semper ia-
cuit: Tertia.n.die resurrexit a mortuus. Hoc sequitur in symbolo. Cum confessi fue Matt.28
rimus eius passionem,confitemur & resurrectionem In passione quid egit? Docuit
quid toleremus. In resurrectione quid egit? Ostendit quid superemus. Hic opus,ibi
merces. Opus in passione,merces in resurrectione, Nec quia resurrexit a mortuis
hic remansit. Sed quid sequitur? Ascendit in cœlum. Et modo vbi est? Sedet ad dexte
ram patris. Intellige dexteram,ne quæras ibi sinistram. Dextera dei dicitur æterna
fœlicitas. Dextera dei dicitur ineffabilis,inæstimabilis,incomprehensibilis beatitu-
do atque prosperitas. Hæc est dextera dei Ibi sedet. Quid est ibi sedet? Ibi habitat.
Sedes enim dicuntur ubi quisque habitat. Num enim quando illum uidit Srepha-
nus sanctus,mentiebatur qui dicebat, Sedet ad dexteram patris? Quomodo enim Acto.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit Srephanus,Ecce ego video cœlum apertum & filium hominis ſtantem ad dexteram dei. Quia ille vidit ſtantem,mentiebatur forte qui dicebat tunc, Sedet ad dexteram patris ? Sedet ergo dictum eſt,manet,habitat. Quomodo? Qumodo tu. Quo ſtatu? Quis dicet? Dicamus quod docuit,dicamus quod nouimus. Quid? Inde uenturus indicaturus viuos & mortuos. Confiteamur ſaluatorem,ne timeamus iudicem. Qui enim modo in eum credit & præcepta eius fecit & diligit eum, non timebit quãdo ueniet iudicare viuos & mortuos,non ſolum non timebit,ſed ut ueniat optabit. Quid enim nobis fœlicius q̃ quando venit quem deſideramus? Quando uenit quẽ amamus. Sed timeamus quia Iudex noſter erit, qui modo eſt aduocatus noſter,ipſe
1.Ioan. 1 tunc erit iudex noſter. Audi Ioannem, Si dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos ſeducimus & veritas in nobis non eſt. Si autem confeſsi fuerimus peccata
1.Ioan. 2 noſtra,dixit,Fidelis eſt & iuſtus qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Hæc ſcripſi vobis ut non peccetis. Et ſiquis peccauerit,aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt exoratio peccatorum noſtrorum. Si haberes cauſam apud aliquem iudicem agendam, & inſtrueres aduocatum, eſſes ſuſceptus ab aduocato,ageret cauſam tuam ſicut poſſet: & ſi non illam finiſſet, & audires illum iudicio venturum, quantum gauderes, quia ipſe potuit eſſe iudex tuus,quia fuit pauloante aduocatus tuus? Et modo ipſe pro nobis orat,ipſe pro nobis interpellat. Aduocatum enim habemus & iudicem timeamus: Immo quia aduocatum præmiſimus,ſecuri iudicem venturum ſperemus, Tranſitum eſt in ſymbolo quod per tinet ad Ieſum Chriſtum filium dei vnicum dominum noſtrum: ſequitur, Et in ſpiritum ſanctum,ut cõpleatur trinitas,pater & filius & ſpiritusſanctus. Sed de
Ioan. 1 filio multa ſunt dicta,quia filius ſuſcepit hominem, filius verbum caro factum eſt, non pater,nõ Spiritusſanctus,ſed carnem filii tota trinitas fecit. Inſeparabilia enim ſunt opera trinitatis. Sic ergo accipite ſpiritum ſanctum vt non credatis minorem eſſe quãm filium,& minorem eſſe quãm patrem. Pater enim & filius & ſpiritusſanctus tota trinitas unus deus. Nihil ibi diſtat,nihil varium,nihil defectiuum,nihil alteri contrarium, æquale ſemper, inuiſibile & incommutabile pater & filius & ſpiritusſanctus. Liberet nos trinitas a multitudine peccatorum. Iam quod ſequitur ad nos pertinet. In ſanctam eccleſiam. Sancta eccleſia nos ſumus, ſed non ſic dixi, nos quaſi ecce qui hic ſumus, qui me modo audiſtis. Quotquot hic ſumus deo proprio Chriſtiani fideles in hac eccleſia, id eſt, in iſta ciuitate, quotquot ſunt in iſta regione, quotquot ſunt in iſta prouincia, quotquot ſunt & trans mare,
Psal. 49 quotquot ſunt & in toto orbe terrarum, quoniam a ſolis ortu uſque ad occaſum laudatur nomen domini. Sic ſe habet eccleſia catholica mater noſtra vera, uera illius ſponſi coniunx: Honoremus eam, quia tanti domini matrona eſt. Et quid dicam? Magna eſt ſponſo & ſingularis dignatio, meretricem inuenit, virginem fecit. Quia meretrix fuit non debet negare, ne obliuiſcatur miſericordiam liberantis. Quomodo non erat meretrix,quando poſt idola & dæmonia fornicabatur? Fornicatio cordis in omnibus fuit. In paucis carne in omnibus corde. Et venit & virginem fecit. Eccleſiam virginem fecit. In fide virgo eſt. In carne paucas habet virgines ſanctimoniales: In fide omnes virgines debet habere & fœminas & uiros. Ibi enim debet eſſe caſtitas & puritas & ſanctitas. Nam uultis noſſe quàm uirgo ſit? A-
1. Cor. 11 poſtolum Paulum audite,amicum ſponſi audite zelantem ſponſo non ſibi. Aptaui uos,inquit,vni viro. Eccleſiæ dicebat. Et cui eccleſiæ? Quocunque literę illę perueni-
Gene. 3 re potuerunt, Aptaui vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Timeo autem dixit,ne ſicut ſerpens Euam decepit aſtutia ſua. Serpens ille nunquid corporaliter concubuit cum Eua? Et tamen uirgininitatem cordis eius extinxit. Hoc timeo dicit, ne corrumpantur mentes veſtrę a caſtitate quæ eſt in Chriſto. Virgo eſt ergo eccleſia,uirgo eſt,uirgo ſit. Caueat ſeductorem ne inueniat corruptorem. Virgo eſt eccleſia. Dicturus es mihi forte, Si uirgo eſt,quomodo parit filios? Aut ſi non parit filios, quomodo dedimus nomina noſtra vt de eius uiſceribus naſceremur? Reſpondeo,Et uirgo eſt & parit,Mariam imitatur quæ dominum peperit. Nunquid non uir- 188
go ſancta Maria & peperit & uirgo permanſit? Sic & eccleſia & parit & uirgo eſt. Et C
ſi conſideres Chriſtum parit, quia membra eius ſunt qui baptizantur. Vos eſtis,

inquit Apoſtolus,corpus Chriſti & membra. Si ergo membra Chriſti parit,Mariæ ſimilima eſt. In remiſsionem peccatorum. Hæc in eccleſia fi non eſſet, nulla ſpes eſſet: remiſsio peccatorum ſi in eccleſia non eſſet, nulla futurę vitæ & liberationis ęternæ ſpes eſſet. Gratias agimus deo,qui eccleſię ſuæ dedit hoc donum. Ecce uenturi eſtis ad fontem ſanctum,diluemini baptiſmo ſalutari lauacro regenerationis. Renouamini,eritis ſine vllo peccato,aſcendentes de illo lauacro. Omnia quæ nos præterita perſequebantur,ibi delebuntur: Aegyptiis inſequentibus Iſraelitas ſimilia erant ve
Exo. 14. ſtra peccata,perſequentibus ſed vſque ad mare rubrum. Quid eſt vſque ad mare rubrum? Vſque ad fontem Chriſti cruce & ſanguine conſecratum. Quod. n. rubrũ eſt, rubet. Non vides quo rubeat pars xpi, interroga oculos fidei. Si crucem videas,attende & cruorem, Si vides quod pendet,attende quod fudit. Lancea perforatum eſt latus
Ioan. 16 xpi,& manauit ꝑcium noſtrum. Ideo ſigno xpi ſignatur baptiſmus i. aqua vbi tingimini,& quaſi in mari rubro tranſitis. Peccata veſtra, hoſtes veſtri ſunt. Sequuntur, ſed vſque ad mare. Cum uos intraueritis euadetis,illa delebuntur: Quo euadẽtibus per ſiccũ Iſraelitis,aqua cooperuit Aegyptios. Et quid dicit ſcriptura? Vnus ex eis non remãſit. Peccaſti multa,peccaſti pauca,peccaſti magna, peccaſti parua,quod eſt minus ex eis non remanſit. Sed quoniam viuituri ſumus in iſto ſeculo ubi quis non uiuit ſine peccato,ideo remiſsio peccatorũ non eſt in ſola ablutione ſacri baptiſmatis,ſed etiam in oratione dominica & quotidiana quã poſt octo dies accepturi eſtis. In illa inuenietis quaſi quotidianum baptiſmum veſtrum, vt agatis deo gratias qui donauit hoc munus eccleſiæ ſuæ, quod confitemur in Symbolo. Vt cum dixerimus, Sanctam eccleſiam,adiũgamus,Remiſsionem peccatorũ. Poſt hæc,Carnis reſurrectionem. Iſte iam finis eſt. Sed finis ſine fine erit reſurrectio carnis: Sed erit poſtea nulla mors carnis,nullæ anguſtiæ carnis,nulla ſames & ſitis carnis, nullæ afflictiones carnis,nulla ſenectus & laſsitudo carnis. Noli ergo horrere carnis reſurrectionem. Bona eius vide,mala obliuiſcere. Prorſus quicquid quærelarum eſt carnalium modo,tunc ibi non erit. Aeterni erimus,æquales angelis dei. Vnam cũ angelis ſanctis ciuitatẽ
Mat. 22. habebimus a domino poſsidebimur,hæreditas eius erimus, & ipſe hæreditas noſtra
Psal. 15. erit,quoniam ipſi dicimus modo,Dominus pars hęreditatis meæ. Et de nobis dictũ
Psal. 3 eſt filio ipſius,Poſtula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, Poſsidebimus & poſsidebimur,tenebimus & tenebimur. Quid dicam? Colimur & colimus. Sed colimus vt deum,colimur vt ager. Vt ſciatis quia colimur,dominũ audite,Ego ſum vi-
Ioan. 15 tis vera,uos eſtis ſarmenta,pater meus agricola. Si agricola dicitur agrum colit. Quẽ agrum? Colit nos. Et agricola terrę huius uiſibilis arare poteſt, fodere,põt plantare, poteſt rigare ſi aquam inuenerit poteſt,nunquid poteſt incrementum dare,germen educere in terram,radicem figere,in auras promouere,robur addere ramis,fructibus onerare,foliis honeſtare? Nũquid agricola poteſt? Agricola tamen noſter deus pater omnia iſta poteſt in nobis. Quare? Quia credimus in deũ patrem omnipotentem. Ergo tenetẽ quod & propoſuimus vobis,& quo deus dare dignatus eſt expoſuimus.

Item eodem die aliùs ſermo de eodem,qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, XLII.

Item eodem die Homilia de eo quod ſcriptum eſt, in Euangelio ſecundum Ioannẽ, Ante ſex dies Paſchæ uenit Ieſus Bethaniam &c. quæ habetur in expoſitione doctoris, Ibidem.
Ioan. 12.

Feria tertia poſt dñicam Palmarum, De reparatione generis humani, Ser. I

FRequenter audiuimus fratres dilectiſsimi beatum Paulum Adoſtolum dicentem, Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi. i. diuinitas operabatur in corpore. Apparebat in fragilitate humanitas, & in uirtute maieſtas. Ad hoc itaq; nobiſcũ uixit in carne ut ꝑferret exẽpla iuſtitiæ. Ad hoc ꝓ nobis mortẽ ſubiit, ut cõferret
Ser. 120. munera ſalutis æternæ. Hoiem ad hoc induit ut eruditet, ad hoc tradidit, ut redimeret, ad hoc reſumpſit ut in deum ſumeret. Vitam ad hoc depoſuit ut donaret mortem adhoc ſuſcepit ut uinceret, cui tamen mortis præſumptum dominium redditur, & quaſi ſeruus quidem ſuccubuit, ſed quaſi dominus imperauit. Siquidem nec animam inferni porta, nec corpus tenere potuit ſepultura, quæ per illud
1. Cor. 5.

triduum nequaquam carnem mortali corruptione violabat; quia in inferno sub eadem mora regnum mortis anima destruebat. Quid retribuemus domino pro muneribus tantæ dignitatis? De plenitudine cœlesti pro nobis in facturam se suam fector exinaniuit figulus in figmentum suam transijt, & rex cœli homini militauit.

Psal. 18. Militauit dixi, Crux enim pugnantem indicat, resurrectio triũphantem. Quis tantam possit narrare pietatem? A summo cœlo egressio eius, & vsque ad inferni profunda descensio. In vna eademq; persona q̃ bene manifestantur humana pariter & diuina. Nam sedem tartari penetraturus hominem se confessus est dum descẽderet, deum se prodidit dum rediret. Vt redimeret impios, sicut ait sermo diuinus, vt redi-

Esai. 53. Lucæ. 22 & 23. meret iniquos inter iniquos reputatus est, inter duos quos dextra leuaq; legimus pependisse. Seipsum confusioni & opprobrio crucis tradidit, vt latronem glorificaret. Sed si bene respicimus, non illi soli hoc hoc p̃stitum esse deprehendimus. Nam dum tantum reum benigne relaxat, dum tanto debitori refundit immanis debiti cautionum, humano generi conscripsit securitatem: vt consolatio ac spes fieret totius populi, absolutio vnius desperati, & priuatum donum in publicum cresceret beneficium. Quare indubitanter credendum est, vt quod latroni illi ad commendationem fidei suæ venerat, etiam causa spei nostræ & vtilitatis accesserit. Immensa enim dei nostri bonitas libenter tribuit, quæ etiam generaliter profutura prænoscit. Et ideo iuxta fiduciam tantę clementię, siquis nostrum crimina sua probabili conuersatione damnauerit, & Christum toto corde crediderit, etiam cum latrone in semeipso ingressum paradisi aperuisse se nouerit. Quantum autem sit in spe salutis humanæ magnitudo fidei, & altitudo diuitiarum misericordiæ dei, & patientiæ magnitudo, ostenditur, cum hominem in sceleribus inuolutum pœna misit ad innocentiam, & offensa perduxit ad gloriam. Quem saluti culpa perdiderat, perditio inuenit, crucia-

Luc. 23 tus absoluit, damnatio consecrauit. Sed non sine causa tantum meruit. Videamus quo tempore fidelis apparuit. Ecce inter signa atque virtutes attestantibus miraculis & acclamantibus, aliquoties in discipulis mens iam robusta titubauit, & nũc xpi

Matt. 26. Luc. 23. suppliciis quodammodo contradicentibus in latrone fides nouella conualuit. Sub ipso passionis tempore ab ancilla interrogatus vnus ex discipulis beatus Petrus, peculiarius Christo cognitus, ita respondit, Non noui hominem istum. Et iste qui ante non nouerat, exclamat, Memento mei domine cum ueneris in regnum tuum. Quam singularis & q̃ stupenda deuotio. Sub illo tẽpore credidit reus, quo negauit electus. Laudabilius hoc itaque in latrone ac magnificentius fuit, q̃ hominem addictum & inter extrema deficientem supplicia deum credidit, q̃ si inter virtutum opera credidisset. Non itaque sine causa tantum meruit. Aduertamus plenius quo tempore dominum confitetur. Feruebat impietas persequentium, exultabat impietas blasphemantium, contritio, liuores & vulnera solum Christum hominem demonstrabant. Sacrarum manuum in ligno crucis extensio & reuerenda confixio, quæ condemnabat Adę & Euę manus, ad interdictum ligni cibum ingemiscenda seculi trasgressione porrectas. Hæc, inquam, confixio per omnia infirmitatem hominis asserebat. Illius per latus lanceæ tremenda percussio quantum ostendebat hominem tantũ afcõdebat deum. Apostolis post diuina miracula desperantibus, solus hic non acquiescit scandalo crucis & mortis. Solus hic testis est maiestatis, qui socius ꝓbatur doloris. Et ideo adhuc in latronciniis positus, inuisibilem deum angelicis tam oculis videt. Illuminarat credo nascentem fidem, lateri iam credentis in Christum propius corpore admota diuinitas, quæ se largius sub momento illo pro peragenda redemptione infuderat. Videamus autem qualis fuerit ipsa deprecatio confitentis, Memẽto, inquit, mei domine cum veneris in regnum tuum. Non dixit, si deus es de præsenti supplicio eripe me: sed magis, quia vere deus es, de futuro iudicio libera me. Quam cito eũ repleuit spiritussancti eruditio per quam futuri exanimis diem cogitani, & si intolerabile probat esse quod sentit, grauius tamen intelligit esse quod metuit. Predicat se culis iudicem regemq; seculorum, nondum uocatus & iam electus, nõdum famulus & iam amicus, nondum discipulus & iam magister atque ex latrone confessor: quia

Luc. 23. & si pœna cœperat in latrone, nouo genere consummatur in martyre. Memento, inquit, mei domine. De ligno crucis clamat, sed iam tempora retributionis cogitat, vi

deamus

 287

deamus quid inter ista respondeat diues & larga dei bonitas, quæ sicut excedit vota, ita gratiam adiungit ad merita. Hodie, inquit, tanquam si diceret, Quid me, inquit, o fidelissime comes & vnicus tanti testis triumphi, quid me tantopere exorandum putas, vt die iudicij mei meminerim tui? Quid me ad prẽsentem retributionem paratum, in tempora tam longa dissimulas? Quid in futura secula fidem in te perfectam fatigas? Hodie mecum eris in paradiso. Ergo tanquam hæreditaria & paterna sedes, Luc. 23.
quæ expulso Adam, quæ expulsis duobus clausa est, in numeris populis te introeũte Gene. 3.
reserabitur. Ingredere illuc primus, sed ingressu fœliciore q̃ prim⁹. Intra paradisum, nequaquam vltra cum Adam visurus infernum. Nullum illic cibum letalem, nullam iam legem, nullam arborem pertimescas. Ego tibi illic ero victus & vita: & ne forte verearis ne tibi aliquis hostis in illo beato nemore, ne antiquus ille latro insidietur, possessio tibi illic me introducente firmabitur. Recedat ergo infidelitas quæ deum & hominem non recognoscit. Nam sicut diabolus est qui de paradiso expulit, ita deus est qui reducit. Hæc charissimi p omnem gestorum ordinem deum sub hoie agnoscamus operantem. Positus in patibulo verus arbiter in medio damnatorum, negantem repulit, suscepit confitentem. Hunc deputat regno, illum relinquit inferno. Per hæc ergo credamus in maiestate iudicaturum, quem iam in cruce & misericordiam videmus exercere & iudicium. Credamus, inquam deum, vel ex sola virtute patientiæ, qui dum ab homine crucis neci traditur, sic quoque homini gloriã pol licetur: qui illas ipsas iniurias & plagas in corpus suum, cõuertit in pretiũ nostrum. Sed & ipsa totius mundi irrationabilis creatura, moribus suis deum loquitur. Nam in media passione domini Saluatoris, cœlestia & terrena turbantur, lux nocte miscetur, elementa quatiuntur, & ab antiquis ministerijs effugantur. Aperte rerum natura pspicitur cõmoueri, veluti vĩdictã authoris sui velit armari. Tertia ipsa cõcussa fundamẽtis suis, q̃si q̃ crucẽ dñi vix sustineat, tãq̃ ad scelus ꝓpriũ cõtremiscit. Dies fugo lumine qũo pòt sumit lamẽtũ, & fusco tristiũ tenebrarũ habitu more lugẽtis induitur: & vt tota cœli facies dominicæ natiuitatis gloriam noua lucę testatur, ita crucis iniuriam nouis tenebris detestatur. Et quę duritia cordis humani? Væ eis qui inter ista non credunt, quandoquidem creatura irrationabilis, quæ recipere non potest credulitatis affectum, dat tamen deo confessionis obsequium: & cũ pro solo homine Christus mortuus sit, perhibet ei tamen etiam pars illa mundi testimonium diuinitatis, ad quam non puenerunt beneficia passionis. Quæ cum ita sint charissimi, agnoscat homo, quantum valeat, & quantum illum deo obnoxium faciat natura vel gratia. Agnoscat homo quantum ab illo expectet deus, & quem tanta dignatione habuit charum, q̃ velit esse in conuersatione pretiosum. Agnoscat homo quantum valeat & quantum debeat, & dum prætium suũ cogitat, vilis sibi esse desinat, & potius vicem muneris saluatori ex ipso bono suo. i. de conseruata salute restituat. Custodiamus ergo solicite quod tanti sui cruoris commercio Christus redemit. Reus itaque erit non parui pretii, sed sanguinis Christi, qui violat & cõmaculat animam Christi sanguine & passione mũdatam, blasphemus, homicida, castitatis proditor. Hæc tria capitaliter occidunt. Contestamur charitati vestræ causas ęternorum malorũ. Blasphemus, homicida, ꝓditor castitatis suę, expugnator alienæ. i. qui legitimi cubilis iura transgreditur, qui extra coniugem suam per mortiferos errat amplexus, reus erit ęternæ mortis, quia vilem in se hãbuit sanguinem redemptoris. Et quia clamat Apostolus, Neq; rapaces neq; adulteri regnum dei possidebunt: Abstineamus manus ab alienis, oculos ab aliena fœmina caueamus: ne corpori illi quod de nostro Christus assumpsit, iniuriam faciamus in nostro corpore. Caueamus ita peccatis & crimi nibus vitam ꝓdere, vt ad nos non respiciat ꝓphetia illa terribilis, Nõ est, inquit, deus in conspectu eius, polluuntur vię eius in omni tempore, auferuntur iudicia tua a facie eius. Irremediabile periculũ est, sic aliquem uitiis & cupiditatibus fręna laxare, ut se rationem deo non meminerit redditurum. Puto quia magna sit iam peccati pœna, metum ac memoriam futuri perdidisse iudicii. Non nobis ita dulcia sint pauperũ spolia, postmodum nimis amaricatura. Nihilominus sicut dictũ est, refugiamus carnis alienę abominanda contagia, uitemus obscœna inimicæ uoluptatis incendia. Hæc qui agit charissimi, de stipula ac lignis iniquitatum perpetuos sibi succendit

Tria capitaliter occidentia.

1. Cor. 6

Psal. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignes,& nunquam extinguendos concinnat vapores,Non tanti est vita,si ad hoc vi-
uat homo,vt in paucis huius vitę annis,consummandę sub breui fine,cógreget sibi
pœnas ęternas & sine fine mansuras. Sed ne forte charissimi aliquem nimis secu-
rum faciat aut remissum tā noua fœlicitas credulitatis,ne forte dicat aliquis in corde
suo,Non me vsqueadeo conturbet & cruciet rea conscientia, non me vsqueadeo con
tristet culpabilis vita,video sub momento, video sub exiguo spatio latroni crimina
Luc.23. fua donata,& mihi resoluta mente concipiuntur: Primum considerandum in latro-
ne illo,non solum credulitatis compendium,sed deuotio,sed temporis illius sub quo
hæc agebantur occasio,quo iustorum legitur titubasse perfectio. Deinde ante mihi
fidem latronis ostende,& tunc tibi latronis beatitudinem pollicere. Immittit diabo-
lus securitatem vt inferat perditionem,neque dinumerari possint,quantos hęc ina-
nis spei vmbra deceperit. Deterreant quæso nos ab hac persuasione, innumerabiles
populi sub tali securitate nudi & vacui bonis, & malis pleni ex hac luce præcepti.
Quotidie expauescendo transitus nostri & commigrationis incerta,quæ & modo vel
insperata vel subita sunt,& in æternum remediis caritura sunt. Præueniendus est
dies,qui prędenire consueuit. Ipse se seducit,& de morte sua ludit qui hoc cogitat,po
test mihi extremi temporis indulgentia subuenire. Non est hoc, Primum,quia perí-
culosissima est in ultimum diem promissa securitas: Deinde stultissimū est vt causa
quæ de necessitatibus agitur ęternis,inutilitatibus uitæ deficientis cómittatur ex-
tremis. Odibile est apud deum,quando homo sub fiducia pœnitentiæ in senectutem
reseruatæ liberius peccat. Credite charissimi,difficile est vt callida dissimulatio ordi
nandę cōsummationis obtinere digna sit facultatem. Apud illum cordis interpretes
ars non admittetur ad salutem. Ille autem de quo locuti sumus beatus latro,beatus,
inquā,non iam iuxta viā insidias tendens,sed viam ipsam in Christo tenens,ac vitæ
prædam subito rapiens,immutato genere,& noua spolia de morte propria reportās,
ille nec salutis tempora sciens distulit,nec remedia status sui in momenta vltima in-
fœlici fraude posuit,nec redemptionis suæ spē in desperationis nouissimum reseca
uit,nec religionem ante nec Christum sciuit. Quod si sciisset, fuisset forsitan inter
Apostolos non postremus in numero,qui prior factus est in regno. Ergo etiā ex hoc
in extremo placuit deo,quia ad consequendam fidem,non fuit extrema hora illa sed
prima. Opus est ergo vt sibi homo quotidiano actu prouideat, & procuret consum-
mationem,opus est ut tota vita nostra talis sit in conuersatione, vt liberi mereamur
esse in fine. Inceſſabiliter diē transitus nostri & tempus iudicij cogitantes,nos quoq;
Luc.23 cum latrone iugiter proclamemus, Memento mei domine cum veneris in regnum
tuum.

In eadem feria de passione domini: Sermo II.

Se.122. OMnes,inquit,dominus Iesus,scandalum patiemini in hac nocte. Discipuli ter-
Matt.26 rentur tali auditu,& Iudam non terret tanti sceleris cogitatus. Consulite Apo
stoli dominum,interrogate discipuli magistrum. Qui mecum,inquit,mittit manum
in paropside,ipse traditurus est me. O induratam frōtem talia de se audire,& adhuc
delectatur accūbere. Videt publicari suā conscientiam, & adhuc manum porrigit ad
buccellam. Nunquid ego sum Rabi? O Iuda cui dicis,nunquid ego sum Rabi? iam
dic ego sum. Non est oblatio nescientis,sed pietas miserātis. Tu Iuda quē possedit cu
piditas,oia in te nouit diuinitas,sed væ tibi in quo semel periit humanitas. Oēs, in-
Mat. 26 quit,scādalū patiemini in hac nocte. Et Petrus,Et si oēs scādalizati fuerint in te, ego
tn nō scādalizabor. Cœperūt altercari medicus & ægrotus,Ille sine ægritudine se ee
putabat,ille futurā accessionē videbat. Cui dns ait. Paululū sequestremur, donec rei
exitū cōprobemus. Et Iudas,Quē osculatus fuero ipse est,tenete eū. O signū sacrile
gū,o placitū fugiēdum,vbi ab osculo incipitur bellū,& p pacis indiciū pacis rūpitur
sacrum. Venerūt ad ortū qui iā antea pdiderāt paradisum, qrētes dnm Iesum Xpm
Ioan.18 Egrediūtur quærētes q ante puenerāt veniētes. Stat Iesus & dnt, Iesum quærimus
Aspicit eos ipse saluator,quos pcedebat Iudas tenebrosus ducator. Ducatū pbebat
magistrū nō videbat,nō qa Iesus mutabilis erat. Erat qđ erat. Lucē in tenebris
Ioan 3. rebat,sed lucē tenebrę nō comprehenderunt. Sed audiamus vocē lucis, qui dicit

nebris venientibus cum laternis,Quem quæritis? Illi dixerūt,Iesum,Respondit Ie-
sus,Ego sum. Audita voce abierunt prostrati in faciē cæcitatis. Sed quia lucet lux in
tenebris excitat elisos a mortuis. Iterum dicit eis,Quem quæritis? Iesum,inquiūt.
Et ait illis,Ego sum. O insensati Iudęi,interrogastis & cecidistis,leuati estis,& ingra-
ti estis. Qua vos cōcutiemini cōminatione vel terrore, qui ad solam cecidistis limpli
cem vocem? Dic Israel, Venisti tenere me,quia ergo defendi te a persequentibus te?
Vtinam teneres me,& nō perderes te. In aquis parietes cōstruxi, faculam columnæ Exo.14.
micantis erexi, Aegyptios cæcitate percussi,tota nocte pro te pugnaui. Factū est ma-
ne,& transisti incolumis mare. Male me quæritis,ideo cecidistis. Ecce qualiter cadūt
qui male dominum quærunt. Tenetur interea dominus ad sacerdotum principem Ioan.18
perducendus,& cum discipuli laberentur,Petrus promissor egregius cœpit ambula
re longinquius,peruenit ad principis domum,& quia petrum frigus vrgebat,calefa-
ciendus solicitus assistebat,Ecce illi qui nihil infirmitatis se putabant habere,paula
tim cœpit ad verba medici puenire. Negat teritus Christū, qui se promiserat animā
pro eo positurum. Prostrauit eum anicula decrepita,quasi grauis febricula. Presit
eum lethargicus somnus,& cœpit eū præco impiger matutinus. Audit Gallum can-
tantem,& vidit se discipulus dominum offendisse. Sub ancilla cœpit pondere vergi
are quę demergi. Nō erat qui adiuuaret,nisi de interioribus prætorij petrū dominus
respexisset. Cū nox media declinatum subito teneret incursum gallus cātauit & no
cte naufragus respirauit. Contum inuenit fidei liberalem quousque impelleret na-
uem,vt in medio scopulorum portum quæreret lachrymarum. Vidit nauim cordis
sui sine mercibus nudā,flere cœpit amare,quia dominum suū cœpit amare Iesus pe
lago nauigatorem terrebat,& Petrus de gubernatore securitatē sperabat. Domine,
inquit petrus,vbi me dimisisti? Lumen tuum video,te adhuc non video. Lauasti pe-
des meos,tersisti linteo tuo,lumine tuo aperi oculos meos. Quando possum videre
nisi respexeris me? Ita permansit in amaritudine lachrimarū,quousque dominus
deportis eruperet inferorū. Petrus lachrymas fudit confessionis, & Iudas osculum
porrigit falsitatis. Orate,inquit discipulis,ne intretis in tentationem. Inquieta nox Matt.26
in fugam compulit piscatores. Pastor tenetur,& petrus turbatur. Ipse pastor tristis
erat,anima eius turbatur,diuinitas inconcussa lætatur. Orat semel, orat & iterum,
tertioq; precatur. Tanquam aquila tegebat nidū suū velamento pennarum, & solici
tus cum orat ad pullos reuertebatur,propter quos tristitiā patiebatur. Obtulerunt
Iudęi triginta argenteos,Ille tali prætio debet cōparari,cui non potest aliquid æsti-
mari. Bene synagoga triginta stateres argenti pensasti, dū dei filiū suspendisti. Abijt
ergo Iudas,& laqueo se suspendit. Vide Iudas sententiā diuinæ maiestatis,quę te pu Mat.26
niri noluit manibus alienis. Pendes in laqueo,& argentū iacet in tēplo. Nullus gratu
latur de tali commercio,quia sacrilegū pronunciat prętium. Non licet mitti in cor-
bonam,quoniam prętium sanguinis est Ecce Iudæorum improbitas cōdemnat ad-
missum,& non condemnat sacrilegium. Si tollere non licet prętium,cur implere sesti
nas homicidium? Aut prætium innocentis sanguinis in corbonam non licebat mitte
re,ipsum innocentem licebat occidere? Emerunt,inquit,agrum in sepulturam pere-
grinorum. Inuenit tandem mens cęca remedium, Ad requiem peregrinorum,salua-
toris deputant prętium, Licet non agnoscant, impletur tamen mysterij sacramen-
tum. Interrogauit Pilatus Iesum, Tu es Rex Iudæorum? Et Iesus, Tu dixisti,
Qui ait vulgo, Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum? Vulgus cla-
mat,crucifigatur, O inordinata nequitia iudicantis, Pronunciat innocentem, &
eligendi tribuit facultatem. Multa enim sum passa pro iusto isto hac nocte,eius mu
lier mandat,In natiuitate mundi, vxor ducit virum ad mortem, in passione Chri-
sti vxor prouocat ad salutem. Illic serpentis subtilitas precipitat, hic terror angeli-
cus reuocat,vt inde inciperet venia,vnde videntur prorupisse peccata, Aqua manus
lauat, dicens, Innocens sum a sanguine huius iusti. Illuminatur per aquæ my-
sterium iudicis sensus, & Christum pronunciat iustum vt populum faceret reum.
Magnum tibi delicti vēdicas principatum, Ecce iudex saluatoris se amore excusat,&
traditor se cum Iudeis propria voce condemnat. Omnia sunt elementa permota,
cœlum non est quietum, cum caput dominicū colaphis verberatur,Nō curia cœle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis cœlo contenta permansi, quia in commotione fuerunt. Cœli luminaria conturbantur, & de stationibus suis stellę sulphureę cadunt in lapsum. Ligni cuspide rumpitur Golgatha, resonant mallei secures; cædentes, scinduntur montis sacrati petrę, ille solus Petrus qui fuerat super petram tanquam in mollem tenuemq; arenam soluebatur ex petra Latro veniam petiit, deitate largiente percepit. Ille sui meminisse rogauit, saluator in paradiso secum venisse promisit.

In eadem feria: Sermo III.

Serm.122. Dilectissimi fratres, dominus noster Iesus Christus nobis salutem exhibuit, diuinæ vero naturę nihil minuit. Gratias ergo agamus pietati eius, qui infirmitati nostræ de homine suo vitale composuit medicamentum. Magnificemus eũ, qui nullum diuinæ virtutis dum nobis subuenit fecerat detrimentum. Vere pius, vere Saluator, qui intantum dilexerit opus suum, qui intantum reputauerit seruũ suũ. humanũ genus vniuersum, vt culpã eius suo verbere expiaret, vulnera eius suo liuore sanaret, Deniq; ille peccat, hic vapulat. Ille p̃uaricatur, iste crucifigitur. Quis hoc existimet, & quis cogitet? Quis compenset dominum pro seruis mori dignatum? Et hoc pro quibus? Pro sceleratis, pro impijs. Quid tibi domine retribuet opus tuũ bonum a te factum, propria voluntate peruersum, sed tua miseratione reparatũ? Quid ab eo ꝓ tantis beneficiis expetis? Nunquid aliquid eius eges, aut ab eo quod ei non dedisti requires? An forte imo hoc quæris vt aptum facias cui miserearis, vt dignũ cõstituas quem immortalitatis tuæ participem reddas, vt facias bonum quem corones in æternum? Sed quid a nobis vt hoc retribueres accepisti? Nihil certe, an aliquid? Indulgeat dominus terræ miseræ, si quippiam terra & cinis præsumserit dicere. Non repudiat insipientem, sed respiciat confitentem. Dicat terra domino suo, dicat homo factori suo. Nempe accepisti aliquid ex me, quod non habuisti in te. Volens enim subuenire terræ, sed excedere nolens modum iustitiæ, mortalem morte tua redimere cogitabas sed vnde mori posses ex te nihilominus non habebas. Tu omnipotẽs, ego egens. Tu imortalis, ego mortalis. Accepisti ex me egestatem pulueris, sumpsisti de me mortem carnis. Fudisti ꝓ me p̃tium redemptionis. O p̃tiosum p̃tium perditorum. Dicant nunc qui redempti sunt a domino, quos
Psal. 106. liberauit de manu hostis. Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicat ei terra redempta, terra irrigata, redempta sanguine, irrigata baptismate: Magna iniquitas mea, sed maior est redemptio tua. Audiat ergo uocem domini mei humani generis aduersarius, & nihil iam sibi applaudat elatus,
Mar.27. quia ꝓ totius mundi facinore in cruce pepẽdit dominus noster Iesus Christus. Nũc
Ioan. 12. inquit, iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi mittetur foras. Et ego cum exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. O q̃ bene te tuo impetu diabole percussisti: Crudelitas tua tibi exitium, nobis attulit commodum. Dum nulli parcis, teipsum tandem interimis. Per vnius delictum oẽs captiuasti, per vnius iustitiã oẽs nihilominus amisisti. Si illum qui tibi consenserat inuasisti, istum in quo nihil inueneras cur indebite occidisti? Effudisti innoxium sanguinem, redde damnatam ꝓgeniem. Tu certe ille es qui tibi diuinitatis similitudinem arrogabas elatus, nũc ab homine diuino ꝓsterneris superatus. Et quid mirum si te vtpote creaturam suã virtus diuina vicisset? Sed hoc est magnum atque mirificum vt de puluere assumeret, vnde tuam nequiriam ꝓsterneret atq; contereret, vt qui supra sydera superbus erigebaris, nunc a carne supereris. Ille igitur sanguis quem effudisti, te vicit, me redemit. Denique illum bibo, & veneni tui perniciem saluatus vltra non timeo. Præualuisti in paradiso, sed victus es de patibulo. Quid mihi circũiectam paradiso igneam rõphæam opponis? Ecce exaltati crucifixi ꝓfluens vnda restinxit versatilem flammam. Iam iam patet humano generi paradisus, in quo latronem confitentem reduxit dominus Iesus Christus. O quam grande mysterium. Paradisus qui clausus fuerat p̃uaricatore primi, iam reseratur latroni. An forte & in hoc latrone totum hominem, uel illum etiam primum generis humani parentẽ aduertere conuenit? Si enim is qui aliis interficiendo intulerat mortem latronis accepit nomen, quanto magis qui ipsam mortem quæ non erat peccando inuenit, latronis non immerito crimen incurrit. Christus autem

ait

ait latroni, Hodie, inquit, mecum eris in paradiso. Cui aliquando charissimi tarda videatur esse conuersio, cum latronis iam pendentis, iam morientis non fuerit repudiata confessio? O ampla domini miseratio, obliuiscentis iniusti crimen, susciptis pœnitentis fidem, pro scelere damnatũ facientis electũ, mortis debitorẽ reddentis æternitatis vitę participẽ. Sed plane huius latronis extrema quidem sed non minima fides, qui dominum tunc non suscitantem mortuos, sed morientem pro peccatoribus propemodum agnoscere & cõfiteri promeruit. Solus denique Petrus passionis timore perterritus, quasi hoiem denegat, latro crucifixum adorat. Sed Petrũ dominus correxit respiciendo, latronem vero beatificauit in gloria assumendo. O latronem laudabilem, mirabilem, imitabilem, sæuitientem gladio, violentum cœlo, rapinis inhiantem, fide feruentem. Sed hæc mutatio dextræ excelsi est, vt versam vicẽ redderet diabolo Christus, videlicet, vt quemadmodum diabolus primum deprauando hominẽ abstulerat de paradiso, sic Christus latronẽ confitentem erueret de inferno, ille præsumentem de interdicto ligno decepit, iste pendentem de pœnali ligno redemit. Etenim fratres assumamus & nos vocem latronis huius si non volumus esse latrones. Dicamus & nos, Memento nostri domine cum veneris in regnum tuum. Hanc ergo confessionem illius sancti latronis fratres charissimi, quam decantando protulimus & respondendo propria voce fecimus, deuotione certissima proferamus, & sic dicamus vt audiamur, sic cõfiteamur vt saluemur. Fide ergo dicamus, corde clamemus. Ipse autem dominus noster Iesus Christus audiet profecto vocẽ nostri clamoris, si integram deuotionem approbauerit mentis. Ipse perducat nos ad arborẽ vitæ, qui eruit nos de lacu miseriæ. Ipse aperiat nobis ianuas paradisi, qui confregit portas inferni. Ipse populum suum eruat a flagello, qui se contineri permisit ante, præsidem Pontium pilatum. Ipse in regnum suum perducat confitentes, qui pati dignatus est pro impijs innocens, vt sit nomen domini benedictum in secula secula seculorum, Amen.

Psal 76.

Luc. 23

Luc. 1. & 2.

In eadem feria, De expositione symboli. Sermo. IIII.

Se. 123. Oportet attẽdere fratres charissimi quanta dei pietas sit erga humanum genus. Omnipotens deus creator & conditor angelorum & hominũ, omnis creaturæ visibilis & inuisibilis, parem se voluit vocari ab homine & pro filijs habere quos fecit ex limo terræ. Si ergo credis deo, dęmonem relinque: si deũ sequi volueris, quicquid deo non placeat deuitare procura. Gaude & exulta, quia vnum eundemq; deũ habes & patrẽ, ipsum cole, ipsum dilige, ipsius fac voluntatẽ. Nihil de idolorũ cultu vel superstitionibus paganorum cogites, quia deus est omnipotens qui omnia quæ tibi promittit potens est reddere, Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Nisi enim eundem dei filiũ, eundemq; Christum filium hominis tota mente absque vlla hæsitatione credideris atque confitearis, nec patrem tibi prodesse confiteri. Crede ergo filium dei vnigenitum ab ingenito deo patre, vitam a vita, verum deum de deo vero, coęternum & coessentialem, coomnipotentem, & coæqualem per omnia patri, & ad æterna cum eo, & cũ omnibus sanctis eius gaudia merebris peruenire. Qui conceptus est de spiritusancto, natus ex Maria Virgine. Cum spiritumsanctum ministratorem tantę natiuitatis audieris, nullatenus dubites virginẽ potuisse concipere. Cur non credis eum in vtero incorruptę virginis potuisse hominem figurare, quem credere debes hominem fecisse de limo terrę? Nec dubites Mariã Virginem mansisse post partum, quia qualiter hoc factum sit non humanus sermo neque sensus potest comprehendere: quoniam deus pater voluit filium suum coæqualem sibi per omnia, in nulloq; dissimilem humanã pro hominibus susciperе carnem: vt omnibus sibi credentibus eiusq; obsequentibus voluntati æternam vitã largiretur & gloriã, vt hominem ad imaginem dei factũ & per inuidiã deceptũ diaboli, atque a rẽgno expulsum ęterno, per vnicum filium suum carnem assumendo & humanam naturam suscipiendo erueret a diabolo & regno restitueret ęterno. Qui passus est sub pontio pilato crucifixus, mortuus, & sepultus. Qui propter te humanæ carnis accepit corruptionem, ipse pro tua redemptione & salute in humanitate quã accepit crucis pertulit passionem: quia passio illius nostra est vita, mors illius est liberatio nra. Tertia die resurrexit a mortuis. Si te triduana domini sepultura contur

Luc. 23

Gene. 2

Gene. 1

Mat. 27

bet, resurrectio gloriosa confirmet. Quicquid enim infirmitatis audis in Christo, nostræ hoc necessitatis, nostræ redemptionis est causa: quicquid gloriæ, eius est propriæ potestatis. Qui ideo mortuus est vt nos reuiuiscere, ideo resurrexit vt nos ad vitam
Mar. 16. resuscitaret æternam. Ascendit ad cœlum, sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Si tibi magnum & pretiosum videtur q̃ pro te filius dei pependit in cruce, illud q̃ sublime q̃ ascendit in cœlum, illud te multo magis stupere oportet q̃ pro te mortuus est & sepultus. Quia ad hoc descendit, vt ea quæ humanæ displicent infirmiti, pro tua salute sufferret, & te ad æternam & ad cœlestẽ gloriã secũ perduceret. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Ipse qui ab iniquis & impijs iudicatus est ad
2. Tim. 4. mortem, ipse omnes bonos & iustos iudicaturus est ad gloriam, omnesq; impios detrusurus ad pœnam. Et in spiritum sanctum. Sicut credidisti deum patrem omnipotentem & filium eius vnigenitum, pari fide & veneratione crede spiritum sanctum vnũ deum esse patri filioq; coæqualem in omnibus, in nulloq; dissimilem. Sanctam ecclesiam catholicam, sanctorum communionem, remissionem peccatorum. In qua omnis qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto æternam omniũ percipiet indulgentiam peccatorum, extra quam omnes iniqui & impii ad supplicia deputantur æterna. Carnis resurrectionem & vitam æternã. Quod in Christi gloriosa resurrectione audisti completum, hoc in te omnino in futuro iudicio crede esse complendum: Et carnis tuæ resurrectio te reparet in æternum. Nisi enim credideris reparandum te et se post mortem ad præmium vitę æternæ peruenire non poteris. Si autem credideris æternis gaudiis inseraris. Per Christum dominum nostrum viuentem & regnantem cum patre & spiritu sancto nunc & semper, & in omnes æternitates seculorum seculi, Amen.

Feria quarta post dominicam Palmarum, De passione domini. Sermo. I.

Ser. 124. Mat. 26. IN lectione Euangelica quæ nobis hesterno die recitata est fratres charissimi, audiuimus dominum dixisse discipulis suis, Omnes vos scandalũ patiemini in hac nocte propter me. Cui beatus Petrus ait, Etiam si oẽs scandalizati fuerint, ego nunquam scãdalizabor. Sed dominus inspector cordis respondit, & dixit, Amen dico tibi antequam gallus cantet, ter me negabis. Ille autem dixit, Etiam si me mori oportuerit pro te, non te negabo. Videte fratres charissimi verus & cœlestis medicus vnam cordis inspexerat, & qua hora tentationis pondus vel infidelitatis frigus venturum esse prædixerat. Medicus p̃ dicebat, & ægrotus negabat. Sed vbi ad horã ventum est, falsum fuit quod promiserat homo, & verum apparuit qd̃ p̃ dixerat deus. Quid
Homo sine dei gratia quid possit. Esa. 40. enim homo sine dei gratia possit, timor beati Petri Apostoli euidenter ostendit. Fretus enim liberum arbitriũ, nõ addito etiã dei adiutorio, promiserat se pro domino moriturum. Sed quid est homo sine gratia dei, nisi qd̃ fuit Petrus cũ negaret spm & nisi quod ait propheta, Omnis caro fœnũ? Et ideo beatũ Petrũ paululũ dominus subdeseruit, vt in illo totum humanũ genus posset agnoscere, nihil se sine dei gratia præualere, & vt ecclesię rectori futuro ignoscendi peccantibus quędam regula ponerẽtur. Credendæ enim erãt Petro Apostolo claues ecclesiæ, immo creditæ sunt ei claues regni cœlorum, Credenda quoq; ei erat populorũ innumera multitudo quæ esset pro suæ naturę vitiis, passionibus, culpis inuoluta atque peccatis. Denique sic ad
Mat. 16. eum Saluator dicit. Tibi, inquit, dedi claues regni cœlorum. Deinde sequitur, dicens, Quæcunque ligaueris super terram erunt ligata & in cœlo, videlicet vt in claubus fidelis iantior, in sententijs esset clementissimus dispensator. Erat enim reuera hic Petrus paulo durior & seuerus, sicut eius austeritatem truncata ob Christi iniuriã serui principis sacerdotum declarat auricula. Hic igitur tam durus tamq; seuerus iudex donum non peccandi a domino fuisset indeptus, quæ uenia commissis populis donaretur? Sed idcirco diuine prouidẽtiæ secretũ ita tẽperauit atq; permisit, vt primus ipse laberetur ac rueret in peccatũ quo ergo peccãtes duriorẽ sententiam propriis intuitũ temperaret. Quantũ igitur diuini muneris erga salutem horum, quantumq; solicitudinis impendantur aduertite. Totius corporis morbum in ipso capite curat ecclesię, & in ipso vertice componit membrorum omnium sanitatem, in confessionis Christi crepidine, in ipso immobilis fidei fundamento, in Petro scilicet illo qui dixerat, Etiam si me oporteat mori tecum, non tẽ negabo. Hic est Petrus, qui
Mat. 16

diuina reuelatione prior omnium veritatem meruit cõfiteri, dicens, Tu es Christus filius dei. Hic tantus & talis venit ad illam noctẽ in qua dominus tradebatur, & cum Mat. 16
se calefacere vellet ad prunas, accessit ad eum puella & dicit ei: Et tu hesterno die cũ Ioan. 18.
hoie hoc eris. At ille mox respõdit. Nescio hoiem istũ. Quid agis o Petre, futuræ rector ecclesiæ, quid loqueris? intuere quid sis interrogatus, vel qd̃ interrogãti responderis. Vox tua repente mutata est, hoc est, oẽ illud quod cito, sed non cauto sermone promiseras. Hoc est totum qnod etiam oibus negantibus te vsq; ad mortem perseuerare iuraueras? Nondum fidem tuã aliquis tentauit atq; discussit, nondum te ob xpi negationem aduersarius traxit ad publicum, nondum es apud reges, & præsides propter nomen eius exhibitus, non tibi flagella, nondum sunt admota tormenta. Quis porro est qui te interrogat, q̃ tam cito negasti? Nõ est seruus, nõ liber, nõ pharisæus non scriba, non sacerdos, non miles, non centurio, non spiculator, nullus postremo eorum qui authoritate sua posset formidinem incutere confitenti: mulier te simplici voce interrogat, & fortasse nec proditura confessum, nec vero tantum mulier, sed puellã, & non solum puella, sed ostiaria, vile proculdubio abiectũq; mancipium. O res stupenda. Puella accedens fidem Petri discussit, & mirum si soliditatem Petri nõ turbo, non imber, sed roris leuissima gutta transfixit. Petrus labia puellæ non sustulit, sed vbi locuta est, ille turbatur. Processit sermo puellæ, & immobilis columna cõcussa est. Verũtamen instabat illa interrogans, & dicebat: Et tu hesterno die cum homine hoc eras? Petrus autem eo magis oppressus formidine, hominem se scire negauit. Quem respiciens Christus suorum fecit recordari sermonum. At ille intelligens factum, conuersus ad pœnitentiam amarissime fleuit. Agnouit enim sibi vt homini peccati irrepsisse perniciem, quod totum hactenus vt memini diuinitus procuratum est. Videte ergo fratres charissimi, quemadmodum exiguæ culpæ permittitur subiacere tantus Apostolus, vt emendatus eletionis vitio atq; correctus, integro vestiatur moderationis & clementię indumento, lã enim eruditus es & edoctus in Petro quẽadmodum eum dominus tui causa patitur circũscribi delicto, quemadmodũ illum fidei pietatisq; sinniferum, & generis humani columnam permiserit metu dominante quassari, vt populorum doctoribus & magistris esset exemplum, a deo sibi non peccandi gratiam minime cõdonatam, sicut dicit Apostolus Paulus, Cõsiderans te ne & tu tenteris. Cum forte quis fuerit in ecclesia delicto præuentus, non statim abiiciat, Gala. 6
non condemnet, sed compatiatur ac lugeat, consoletur & reuocet, commodet iacenti affectum, porrigat manum, erigat lapsum, spem ei diuinæ clementiæ repromittens, sub qua etiam seruire exẽplo tantorũ comprobat magistrorũ. Hæc autem nos, vt supra memorauimus, non iustos culpando, sed peccatores ad spẽ erigendo protulimus, & primo quidem virtutes eius exultemus, vt & iustis formam cautelæ, & peccatoribus salutis ministraremus exemplum.

In eadem feria, de expositionẽ Symboli, Ser. II.

CRedimus in vnum deum patrem omnipotentem, & in vnigenitum filium eius Ser. 115
Iesum Christum deum & dominum saluatorem, & in spiritum sanctum deum. Non tres deos, sed patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum colimus & confitemur. Non sic vnum deum quasi solitarium, nec eũ denique qui ipse sibi pater sit, ipse & filius. Sed patrẽ verũ qui genuit filium verum. i. deum ex deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, omnipotentem de omnipotente, vitam ex vita, perfectũ ex perfecto, totum a toto, plenum a pleno, non creatum, sed genitum: non ex nihilo, sed ex patre, vnius substantiæ cum patre, quod Græce dicitur homousion. Spiritum vero sanctũ deum non ingenitum, neque genitum, non creatũ, neque factũ, sed de patre procedentem & filio, patris & filii spiritum, semper in patre & filio coæternum & coæqualem & cooperatorem confitemur & veneramur. Ideoq; in nomine patris & filii & spirituſsancti vnum confitemur deũ, quia deus nomen est potestatis non proprietatis. Proprium nomen est patri pater, & proprium nomen est filio filius, & proprium est spiritui sancto spirituſsanctus. Hanc trinitatem vnum deũ credimus. Et vnum esse deũ patrem, & ex vno patre filiũ, qui est vnius cum patre naturæ uniusq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

substantiæ & vnius potestatis. Pater filium genuit non voluntate, non necessitate, sed natura. Filius vltimo tempore, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis, & quæ in terra, visibilia & inuisibilia, ad nos saluandos & ad implendas scripturas venit a patre, qui nunquam desiit esse cum patre, quem credimus conceptum de spiritu sancto, & natum de virgine Maria, verbum carnem factum, non demutatum, sed deum permanentem, hominem natum non putatiue, sed vere: non aereum, sed corporeū: non phantasticum, sed carneum, ossa, sanguinem, sensum & animam habentē, hoc est, perfectū hoiem, verū hoiem & verū deū intelligimus, vt verum deum verū hominem fuisse nullo modo ambigamus. Non enim amisit quod erat, sed cœpit esse quod non erat, vt perfectus sit in suis, & verus sit in nostris. Nam qui deus erat, homo factus est: & qui homo natus est, ꝓperatur vt deus, vt homo moritur: & qui vt homo moritur, surgit vt deus: qui deuicto mortis imperio, cum ea carne q̄ natus & passus & mortuus fuerat resurrexit. Ascendit ad patrem, sedetq; ad dexteram eius in gloria, quam semper habuit habetq;. In eius morte & sanguine credimus nos emundatos, & ab eo resuscitandos die nouissima in hac carne in qua nunc viuimus, & quam habemus, consecuturos nos aut vitam aternam pro præmio boni meriti, aut pœnas pro peccatis ęterni supplicij. Hæc retinete, huic fidei animas vestras subiugate, a Christo domino præmia consecuturi regni cœlorum, Amen.

Lucę. 1. & 2. Ioan. 1. Mar. 16.

In eadem Feria, de Oratione dominica, Sermo. III.

Ser. 126

QVoniam domino gubernante iam estis in regia constituti, & prope est dies quo ad cœlestis regis veluti cosistorium veniatis, moneo vos charissimi, vt precem legitimam patri & deo offerendam ante discatis. Nā quia stupida mens hominum & ignara cœlestium, nec scire, nec inuenire potera t quemadmodum deum digne precaretur, ipse verus dominus & magister ostendit & docuit, per se quidem sanctos Apostolos, per illos autem nos, quomodo debeamus orare. Sic inquit, orabitis: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua: &c. O vere cœlestis oratio, quę tota est oratio. Nam si singula verba prout sunt, latius tractare voluerimus, dies ante quám sermo deficiet. Attamen breuiter percurramus. Dicimus: Pater noster qui es in cœlis. Sic incipiendo, bonitatem dei & gratiam potestamur. Nam quando nos terrestres & miseri, & imbecilles, & inutiles serui auderemus vultus leuantes ad cœlum dicere. Pater noster; nisi ipse per suum nobis vnigenitum hanc fiduciam prestitisset? Sicut scriptum est: Quotquot eum receperunt, dedit illis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Accepta igitur potestate patrem vocamus deum, quia per fidē spiritum adoptionis accipimus, ut nos factos dei filios gratulemur. Deinde dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Hoc actio gratiarum est, veluti si dicatur, sanctum sit & benedictum nomen tuum. Decet ergo gratias agere, qui gratiam meruerūt. Adueniat regnum tuum. Non vtique vt incipiat ille regnare, cuius regnum est omnium seculorum: sed hoc optamus vt finem nostris faciat malis, & veniens de cœlo nos assumat in regnum. Hoc enim dicto admonemur, vbi vitam nostram & substantiam & regnum sperare debeamus. Similiter dicimus: Fiat volūtas tua sicut in cœlo & in terra. Quis. n. obstat deo quo minus fiat voluntas eius vbiq;? Sed hoc oramus, ut sicut in cœlo fit uolūtas dei vbi nullus offendit, ita virtutē nostris animis tribuat, vt eius uoluntatem nos qui sumus in terra facere & implere possimus. Vel certe cum dicimus, Fiat voluntas tua: docemur semper ad dei, non nostram respicere voluntatem, quia in nostra voluntate aliquoties contraria sunt, in dñi āt voluntate uita est semper & bonitas. Cōsequenter iā post cœlestia ēt terrestria postulamus, sed tamen necessaria. Nā dicimus: Panē nostrū quotidianū da nobis hodie. O sapiētia vera & diuina ꝓuidentia, quæ docuit & panē solū petere, & hodie noīare. Hoc. n. dicto & auiditas cum auarita tollitur, & humanæ vitæ insinuatur incertū: secūdū illud, Nolite solicīti esse in crastinū. Vere n. incōueniens esset eū in multos annos & tpa, vel certe in aliquos diem necessaria postulare, cui forte sub nocte esset uita finienda. Sin. n. & ille auarissimus diues, qui restructis horreis & repletis dixerat ad animam suā: Habes multa bona in annos multos, epulare: audiuit a domino, Stulte, ac nocte repetunt animam

Matt. 9. De verbis do. ser. 28. In lil. 50. homi. Humi. 24. Ioan. 1. Roma. 8

Matt. 6.

Lucæ 12

animam tuam, quæ ꝓparasti cuius erunt? Competenter ergo oramus, panē nostrū quotidianum hodie nobis dari, quia crastinus dies quid pariat ignoramus. Dicimus deinde: Dimitte nobis debita nostra. Debita fratres peccata intelliguntur. Nam debitum contrahitur quotiescunq; delinquitur, quod debitum quandoq; solui in gehenna necesse est. Et quia humanæ fragilitati non deest quotidie vnde delinquat: ideo petimus vt debita nobis dum sumus in corpore dimittantur, ne vsq; ad nouissimū quadrantem desudemus. Bene autem adiungitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vides charissime quanta nos conditione diuinus sermo pstringat. Dimitte ergo, vt dimittatur tibi. Habes aliquem debitorem, qui in te peccauit, qui forte iniuriam fecit, dimitte illi roganti, indulge poscēti, parce pœnitenti, ne dum denegas pietatem fratri, tibi claudas indulgentiam. Iam vero vtilissimo fine oratio sacra completur orando contra tentationem & malum. Dicimus. n. Ne inducas nos intentationem, sed libera nos a malo. Inducit deus intentationem hominem, cum tentari permittit vt ꝓbet, non vt perimatur. Tentat aūt non quasi mentium nescius humanarū, sed vt suos fideles faciat in seculo manifestos, sicut scriptum est, Vasa figuli ꝓbat fornax, homines autem iustos tentatio tribulationis. Sic Abraham tentauit in filio & honorauit, sic Iob dando intentationes varias ꝓbauit, sic sanctos Apostolos, sic beatissimos martyres per ignem quoque & gladios coronauit. Ex quo apparet, a deo tentationes huiusmodi ꝓuenire, & diabolū nihil sine dei permissione valere. Ergo deus solus adorandus est, qui pōt educere de tentatione. Educit vero cū liberat a malo. A malo aūt liberat, quando super id, quod possumus, non nos permittit tentari. Habetis fratres ostensum, & quē debeatis orare, & cui gratias agere, & cuius cupere regnum, vel expectare voluntatem. Deinde contra tentationes & malum cuius sit auxilium pstolandū. Ecce in paucis omnia & in breuitate cōpleta sunt. Quia ergo nō difficile discitur, imo facile retinetur, omnes hortor tā vi & q̄ fœminas, discite retinere, vt cū fueritis gratiam domini quam cupitis consecuti, inter omnes sanctos hanc precem ore co nsono proferre possitis & corde mundo diligere, vt Christus sedens ad dexteram patris in ore vestro verba sua p̄cepta, & hic nos custodiat, & futuro æuo dignos efficiat. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

Prou 27. Matt. 6 Eccl. 27 Dan. 12 Iob. 1.

Feria quinta in cœna domini, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioānem, Surgit a cœna & ponit vestimenta sua, & cętera: Sermo I.

Ioan. 13

Ser. 127.

HOdie fratres charissimi, audiuimus Euangelistam dicentem, Quia cū surrexisset a cœna dominus, posuit vestimenta sua, & pręcinxit se linteo, & cœpit lauare pedes discipulorum. Quid nos dilectissimi in hoc loco dicturi sum⁹? Quam excusationem p̄tendere poterimus, qui dedignamur impendere peregrinis, quod ille dignatus est impendere seruis suis? Sed sunt forte aliqui viri potentes & nobiles, sunt aliquæ delicatæ matronę, quæ dedignantur se inclinare vsque ad vestigia sanctorum in hoc mundo peregrinantium, hospitum pedes non solum ipsi non dedignantur abluere, sed nec suorum quidem cuiq̄ vt ꝓ se faciant imperare. Erubescunt forsitan nobiles delicatis manibus viri, vel mulieres xp̄ianæ in hoc mūdo sanctorum contrectare vestigia, quia hoc natalium prærogatiua non patitur. Mala nobilitas, quæ se per superbiā apud deū reddit ignobilē. Erubescunt ergo nobiles & potentes sanctis & peregrinis abluere pedes in hoc seculo, sed si se nō correxerint, plus habent erubescere & dolere, cum ab illorū consortio separati fuerint in futuro. Tūc sine vllo pniæ remedio affligentur, cum illos quos despexerant, propter humilitatē viderint accipere regnum, se ꝓpter superbiam meruisse supplicium. Timeamus ergo fratres illud quod beatus Petrus Apostolus timuit, quando audiuit dominum dicētem: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et dum Petrus recusat, negat illi Christus regnum, nisi accepisset obsequium: ne forte & nos si sanctorum pedes dedignamur abluere, partem cum illis non mereamur habere, inclinemus nos potius ad sanctorum vel peregrinorum vestigia: quia cum hoc sancta humilitate complemus, illorum quidem pedes manibus nostris tangimus, sed animarum nostrarum sordes & maculas per fidem & humilitatem abluimus, & non solum minuta sed etiam capi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

talia peccata purgamus. Gaudete ergo dilectissimi & exultate in domino, qui nobis in hac die salutiferæ consolationis mysteria consecrauit. Vnde autem cõmendauit dominus corpus & sanguinem suum? Vnde nisi de humilitate sua? Nisi enim esset hũ- Ioan. 1. milis, nec manducaretur nec biberetur. Respice altitudinẽ ipsius, In principio erat verbum. Ecce qualis est cibus sempiternus. Sed manducant angeli, manducant supnæ virtutes, manducant cœlestes spiritus: manducant & sagınantur, & integrũ manet quod eos satiat & lætificat. Quis autem homo posset ad illum cibum ascendere? Quia ergo ad illum panem homo non poterat ascendere, dignatus est panis ipse descendere ad hominem: & hoc cum ineffabili pietate factum est, quia oportet vt mẽsa illa angelorum lacteſceret, & ad paruulos perueniret. Sic ergo fecit sapientia dei, sic nos per carnis assumptionem pauit pane cœlesti. Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Vide ergo humilitatem, quia panem angelorum, manducauit hõ. verbum illud vnde pascuntur angeli sempiternum, quod est æquale patri manducauit homo. Et ideo fratres charissimi, quia nos dominus noster patiẽtia docuit, pœna liberauit, morte redemit, speremus semper in domino, & nihil sine eius voluntate & Mar. 26. adiutorio p̃sumamus. Nostis.n quid temere beatus Petrus promiserit Christo. Et si oẽs, inquit, scandalizati fuerint in te, ego nunq̃ scandalizabor. Dñs quinouerat fragilitatẽ humanã & sciebat nõ esse in p̃missione sed in cõsumatione uirtutẽ: Amẽ, inquit, dico tibi, quod in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Dicit ei Beatus Petrus, Etiam si me mori oportuerit tecum, nõ te negabo. Videre fratres re- sponsionem discipuli, & intelligite dilectionis esse quod dixit, Sed quia per solum ſti amoris studium, non addito etiam adiutorio domini voluit esse promissum, stare nõ potuit per hominem quod sub diuinitate pendebat: fuit quidẽ in voluntate, sed non Vbi sup. fuit in virtute, sicut ipse dominus dicit, Spiritus prõptus est, caro autem infirma. Et Ioan. 15 iterum, Sine me nihil potestis facere. Vsq; ad mortem promisit, & in timore negauit: Habuerat confessionem mirabilem, si habuisset in consummatione virtutẽ. Vnde dilectissimi fratres, rogo & admoneo vos, vt vnusq̃sq; recurrat ad testẽ idoneũ. conscientiam suam, & si ibi aliqua vulnera inuenerit peccatorum, confugiat ad remedium lachrymarum: pœniteat se feciſſe quod fecit, incipiat vigilantissimo corde ſtorita curẽ sentia vitare, futura prospicere, & deo auxiliante omnia mala repellere, quia quãdiu quis in hoc seculo viuere possit ignorat, nec licet euadere, nisi pœnitentia p̃currente. Illud ante omnia dilectissimi frẽs quod specialiter pertinet ad fideles, pia fide & tota animi deuotione cogitate. Accessuri ad altare domini dei nostri inspicite vniuersa latibula cordis vestri, ne forte sint ibi aliqua peccata, quæ nondum ex- rata sint eleemosynis atq; ieiuniis, & timete illud Apostoli, Qui manducauerit cor- 1. Cor. 11. pus domini & biberit sanguinem eius indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo, & sic de corpore illo edat & de calice bibat. Nullus ex vobis contra vllum hominem odium reseruet in corde suo, ut securi possitis di- Mat. 6. cere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Castitatem autem ante omnia custodite, gulam refrænate, ebrietatem fugite, pauperibus secundum quod vires suppetunt eleemosynas date. Et hoc ante omnia rogo frẽs charissimi, vt gaudium quod nobis hucusq̃; de vestra deuotione feciſtis, in die cra- Mat. 10. stina. i. in passione domini compleatis. Non enim qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et ideo sic agere debetis, ne per vnius diei negligentiam perdatis, quod per totã quadragesimam acquisistis. Sic est enim tota quadragesima abstinere, orare vel psallere, & in passione domini. i. in parasceue de ecclesia se subtrahere: quomodo si aliquis cum grandi labore studeat terram colere, & messem non mereatur accipere. Et ideo rogo vos, vt nullus se de ecclesia subtrahat, nisi forte quem aut corporis infirmitas, aut grandis & publica necessitas tenuerit occupatum. Ipse enim in paschali solemnitate legitimum gaudium poterit celebrare, qui in passione domini se noluit de ecclesiæ conuentu subtrahere. Qui me in hac suggestione libenter audierit, confido quod illi deus & in hoc seculo & in futuro gloriosa præmia recompensabit; qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die de Iuda Iscarioth, Sermo II.

RETinet sanctitas vestra fratres, nos vobis hoc proxima dominica prædicasse, quod Iudas Iscarioth propria sententia condemnatus, ad Pharisæos dominici sanguinis mercedem reportarit, & actus pœnitentia refuderit venditionis pretium, sed conscientiæ suę non resoluerit scelus. Denique post redditum pretium, laqueo se suspendit, vt qui se multauerat pecunia, multaret & vita. Intelligens enim quantum scelus admiserit, non sufficit ei sacrilegii carere mercede, nisi careret & salute. Dignum enim se morte iudicat, quòd Christum vitam omnium tradidisset. Seuerissimus igitur Iudas sui iudex, vel in vlciscendo confitetur, quem negauerat in tradendo. Restituit ergo pecuniam Pharisæis, sed nec Pharisęi eam libenter accipiunt. Dicunt enim illicitum sibi esse in suis eam habere thesauris, Vide igitur quanta vis dominicæ sit pecuniæ, quam inde Iudas reijcit, hinc Pharisæi in loculos non recludũt. Iusti enim sanguinis pretium pertimescit iniquitas possidere, consiliũ tamen ineũt Pharisęi, vt ex ea ager figuli comparetur, in quo peregrinorum corpora collocentur. Quod quidem prouidentia dei factum puto, vt pretium saluatoris non peccatoribus sumptum præbeat, sed peregrinis requiem subministret: non sacrilegis sit ad luxum, sed defunctis sit ad sepulchrum, vti iam exinde Christus & viuos sanguinis passione redimat, & mortuos prætiosa possessione suscipiat. Pretio ergo dominici sanguinis ager figuli comparatur. Legimus in scripturis quòd totius generis humani salus redempta sit sanguine saluatoris, sicut ait Apostolus Petrus, Hoc scientes, qa Ser. 28. Mat 27. non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione 1. Pet. 1. paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Iesu Christi. Igitur si pretium vitę nostræ sanguis est domini, uide ergo quia illo non tam redempta sit agri terrena fragilitas, quam totius mundi incolumitas sempiterna. Ait nanque Euangelista, Non enim venit Christus vt iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Vide, inquam, ne pecunia illa non tam compa- Ioan. 3 rati sit agri parua portio, quàm totius mundi copiosa possessio, sicut ait Dauid propheta, Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ager ergo iste mundus hic totus est, in quo nos dispersi & dis- Psal. 3. seminati domino fructum boni operis germinamus. Sed si fortasse perquiras a me ager mundus est, quis nam sit figulus qui mundi possit habere dominatum? Nisi fallor, ipse est figulus, qui uascula corporis nostri fecit ex limo, de quo dicit scriptura, Et fecit deus hominem de limo terræ. Ipse est figulus, qui carniũ nostrarũ cœnosum Gene. 2 lutũ vapore sui spiritus animauit, & materiam fluidam atq; terrenã igneo calore decoxit: ipse, inq̃, est figulus, qui nos per manus suas formauit ad vitam, p xp̃m suum reformauit ad gloriam, sicut ait Apostolus, Ad eandem imaginẽ reformamur de gloria ad gloriam. s. vt qui a priore factura proprijs vitijs corrumus, in secunda natiui 1. Cor. 3 tate figuli huius materia reparemur, hoc est, qui p Adę transgressionem in mortem cecidimus, p saluatoris gratiam denuo resurgamus. Ipse plane est figulus, de quo dicit beatus Apostolus, nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me feciſti sic? Et iterum, Nunquid non habet ptãtem figulus luti ex eadem massa facere aliud qui- Rom. 9. dem uas in honorem, aliud vero in contumeliam? Ex eodem.n. luto corporis nostri deus, tamen pro meritis singulorũ, alios custodit ad regnum, alios reseruat ad pœnã. Iuste itaq; figuli ager xp̃i sanguine emptus est, pẽregrinis inquam, qui erant sine domo & patria, & his qui toto orbe exules iactabantur, requies Christi sanguine prouidetur: & quibus non est in mundo possessio, his in Christo sit sepultura. Istos autẽ peregrinos quos esse dicimus, nisi deuotissimos Christianos, qui renunciantes seculo, & nihil possidentes in mundo, in xp̃i sanguine requiescunt? Christianus.n. qui mundum non possidet hic, totum possidet saluatorem. Ideo aũt peregrinis xp̃i sepultura promittitur, vt qui se a carnalibus uitijs tanq̃ peregrinum & alienum custodierit, is xp̃i requiẽ mereatur. Sepultura n xp̃i quid est aliud, nisi reqes xp̃iani? Nos ergo pegrini in hoc mũdo sumus, & tanq̃ hospites i hac luce uersamur, sicut ait Apolus dicẽs, Etenim dũ sumus in corpore, peregrinamur a dño. Peregrini, inquam, su- 1. Cor. 5.

mus,& nobis ſaluatoris empta eſt ſepultura. Conſepulti enim ſumus, ſicut ait Apo-
Rom.6 ſtolus,cum illo per baptiſmum in mortem. Baptiſmus igitur Chriſti nobis eſt ſepul-
tura,in quo peccatis morimur,criminibus ſepelimur & veteris hominis conſcientia
reſoluta in alteram natiuitatē rediuiua infantia reparamur. Baptiſmus,inquam,ſal-
uatoris nobis eſt ſepultura,quia ibi perdidimus quod ante viximus,& ibi denuo ac-
cipimus vt viuamus. Magna igitur ſepulturæ huius eſt gratia, in qua nobis & vtilis
mors infertur,& vtilior codonatur. Magna,inquam,ſepulturæ huius gratia, quæ &
purificat peccatorem,& viuificat morientem.

Ser.129. Eodem die,de fide recta, Sermo. III.

CRedimus in vnum deum patrem & filium & ſpiritum ſanctum, viſibilium &
inuiſibilium factorem,per quem creata ſunt omnia in cœlo & in terra. Hunc
vnum deum,& hanc vnam eſſe diuini nominis trinitatem,patrē non eſſe filiū
ſed habere filium qui pater non ſit: filium non eſſe patrem,ſed filium dei eſſe naturā
ſanctum quoq; paraclettum eſſe,qui nec pater ſit ipſe, nec filius,ſed a patre, filioque
procedat. Eſt ergo ingenitus pater genitus filius,non genitus paracletus, ſed a patre
Mat.3 & filio procedens. Pater eſt,cuius vox hæc eſt audita de cœlls, Hic eſt filius meus di-
Mat.16. lectus,in quo mihi bene complacui. Hic filius eſt qui ait,Ego a patre exiui,& veni in
hunc mundum. Paracletus eſt ipſe de quo filius ait,Niſi abiero ad patrem,paracletus
non veniet ad vos. Hanc eſſe trinitatem perſonis diſtinctam,indifferenter: præter il-
lam nullam diuinam eſſe naturam vel angeli, vel ſpiritus, vel virtutis alicuius quæ
deus eſſe credatur. Hunc igitur filium dei natum a patre,& eſſe principium, patremq;
illum ſanctificaſſe in vtero Mariæ virginis,atq, ex ea vnum hoiem ſine viri ſemine
generatū ideſt ſuſcepiſſe dominum noſtrum Ieſum xp̄m non imaginarium corpus
aut forma ſola compoſitum,ſed ſolidum. Atque hunc & eſuriſſe,& ſitiſſe, & doluiſſe,
Mat. 27 & & fleuiſſe,& omnia corporis exercitia ſenſiſſe. Poſtremo crucifixum,mortuum & ſe-
28. pultum,tertia die reſurrexiſſe,conuerſatum poſtmodum cum diſcipulis,quibus ſan
ctum paracletum miſit,dum ad cœlos aſcendiſſet: hunc filium hoīs nunc vocari. Re-
ſurrectionem veram humanā credimus carnis. Aīam hominis non diuinam eſſe ſub
ſtantiam vel dei patris,ſed creaturā diuina voluntate prolapſam. Siquis ergo dixe-
rit atque crediderit,a deo oīpotentem mundum hunc factū non fuiſſe atq; eius om
inſtrumenta,anathema ſit. Siquis dixerit atq; crediderit deum Patrē eundem,filium
eſſe vel paracletum,anathema ſit. Siquis dixerit atq; crediderit deum filium eūdem
eſſe patrem vel paracletū,anthema ſit. Siquis dixerit atque crediderit paracletū ſpi-
ritum,eſſe patrem ſeu & filium,anathema ſit. Siquis dixerit atque crediderit hoīem
Ieſum Chriſtum a filio dei aſſumptum non fuiſſe, anathēma ſit. Siquis dixerit atq;
crediderit filium dei deum paſſum fuiſſe anathema ſit. Siquis dixerit atq; crediderit
hoīem Ieſum Chriſtum,hominem impaſsibilem fuiſſe anathema ſit. Siquis dixerit
Gene.2. atque crediderit alterum deum eſſe priſcæ legis, alterum Euangeliorum anathema
ſit. Siquis dixerit atq; crediderit ab altero deo mundum fuiſſe factum, quā ab illo de
de quo ſcriptum eſt. In principio fecit deus cœlū & terram, qui ſolus verus deus eſt,
anathema ſit. Siquis dixerit atque crediderit corpora humana nō reſurrectura poſt
mortem,anathema ſit. Siquis dixerit atq; crediderit aīam humanā dei portionē vel
vel dei eſſe ſubſtantiā,anathema ſit. Siquis aliquas ſcripturas præter eas quas catho
lica eccleſia recepit,vel authoritatem habendas eſſe crediderit, vel fuerit veneratus
anathema ſit. Siquis non dixerit,ſemper patrē, ſemp filium, & ſemper ſpiritū ſctūm
eſſe,anathema ſit. Siquis non dixerit filium natum eſſe de patre,i. de ſubſtantia pa-
terna,anathema ſit. Siquis non dixerit verbum dei filium dei eſſe, & deū patrē eius,
& omnia poſſe,& omnia noſſe,& patri æqualem,anathema ſit. Siquis dixerit,ꝙ in car
ne conſtitutus filius dei cum eſſet in terra,in cœlis cum patre non erat,anathema ſit.
Philip.2 Siquis dixerit,qđ in paſsione crucis dolorem ſentiebat filius dei,deus & non caro eīs
anima quam induerat formam ſerui quam ſibi acceperat,ſicut ait ſcriptura,anathe-
ma ſit. Siquis nō dixerit,qđ in carne quam aſſumpſit ſedet in dextera patris, in qua ven-
turus eſt iudicare viuos & mortuos, anathema ſit. Siquis non dixerit ſpiritum ſanctum de patre eſſe vere ac proprie,ſicut filius de diuina ſubſtantia,& deum verū
anathema ſit. Siquis dixetit ſpiritum ſanctum facturam,aut per filium factum

thēma ſit. Siquis non dixerit, omnia per filium & ſpiritum ſanctum patrem feciſſe
ideſt viſibilia & inuiſibilia,anathema ſit. Siquis non dixerit patris & filij,& ſpiritus-
ſancti vnam diuinitatem,parem maieſtatem,potentiam,vnam gloriam, dominatio-
nem,vnum regnum atque vnam voluntatem,anathema ſit. Siquis tres perſonas nō
dixerit veras patris & filii & ſpirituſſancti æquales,ſemper viuētes, omnia continen
tes uiſibilia & inuiſibilia,oīa potentes,omnia iudicantes,omnia viuificanteso,mnia
facientes,omnia quæ ſaluanda ſunt ſaluantes,anathema ſit. Siquis non dixerit ado
randum ſpiritum ſanctum ab omni creatura,ſicut filium & patrem,anathema ſit. Si-
quis de patre & filio bene ſenſerit,de ſpiritu autem ſancto non recte habuerit, hære
ticus eſt. Quod omnes hæretici de filio dei & ſpirituſancto male ſentientes, in perfi-
dia Iudęorum & gentilium inuenitur. Quod ſiquis patiatur deum patrem & deum
filium & deum ſpiritum ſanctum deos dici,& non deum propter diuinitatem & po-
tentiam vnam quam credimus eſſe & ſcimus patris & filii & ſpirituſſancti,anathema
ſit. Siquis ſubtrahens aut filium,aut ſpiritum ſanctum, ita ſolum exiſtimet eſſe deū
patrem dici,aut credi vnum deum,anathema ſit.

Item in eadem feria,Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioan-
nem: Ante diem feſtum Paſchæ ſciens Ieſus: & cætera,quæ habetur in expoſitio Ioan.13
ne doctoris Ibidem.

Item eodem die alius ſermo de Pſalmo ſexageſimotertio: Exaudi orationem meam: Pſal.63
& cætera,qui ſumptus eſt de expoſitione doctoris eiuſdem Pſalmi.

Item eodem die alius ſermo factus ad fratres in eremo, qui inter ſermones ad eoſ-
dem habetur vigeſimuoctauus.

Feria ſexta in Paraſceue,de cruce & latrone: Sermo. I,

HOdierna die dominus noſter fratres pependit in cruce,& nos epulamur,vt diſca
tis qm̄ crux Chriſti ferię ſunt & nundinæ ſpiritales. Antea nāq; crux nomē con Ser.130
demnationis erat,nunc vero facta eſt res honoris: prius in dānatione maledicti ſta- Mat.27
bat,nunc in occaſione ſalutis erecta eſt. Hæc.n. crux innumerabilium nobis bonorū
extitit cauſa: hæc nos de erroribus liberauit,hæc nos ſedentes in tenebris illumina-
uit,hæc nos ex diabolo expugnatore reconciliauit deo,& ex alienatis reſtituit in do
meſticos,de longinquis proximos fecit,de peregrinis reddidit ciues. Hæc eſt inimici
tiarum interemptio,pacis firmamentum,& oīum nobis bonorū theſaurus: propter
hanc iā nō erramus in ſolitudinibus,viam.n. veritatis agnouimus, nec iam extra re
gnum ſumus,ianuam.n. regis intrauimus,iam ignitas diaboli ſagittas nō timemus.
Fontem enim vitæ quo extinguerētur inuenimus. Propter hāc iam in viduitate nō
ſumus,ſponſum enim recepimus. Non expaueſcimus lupum, quia bonum paſtorē
inuenimus,Ego enim ſum,ait paſtor bonus. Propter hanc nom formidamus tyran Ioan.10
num,regi enim adhæremus: propter hanc diem feſtum agimus,crucis memoriam ce
lebrantes. Ita & magiſter gentium docet propter crucem annua feſta conſtitui. Epu-
lemur,inquit,non in fermento veteri,neque in fermento malitiæ & nequitię, ſed in 1.Co.5.
azimis ſynceritatis & veritatis. Deinde cauſam agendæ ſolēnitatis adiiciēs,ait: Quo
niam Paſcha noſtrum pro nobis immolatus eſt Chriſtus. Vbi autem ſacrificium,ibi
& interpretatio peccatorum,ibi reconciliatio dei fiet. Vox lætitiæ & ſalutis in taber- Pſal.117
naculis iuſtorum. Sed & omnis terra lætetur, Paſcha noſtrum pro nobis immolatus
eſt Chriſtus? Et vbi immolatus eſt? Dicito,in altitudine crucis. Nouum eſt altare ſa-
crificii huius,quoniam & immolatio noua & admirabilis. Ipſe enim & hoſtia erat &
ſacerdos. Hoſtia quidem ſecundum carnem,ſacerdos vero ſecundum ſpiritum,Idem
ipſe & offerebat quidem ſe ſecundum ſpiritū,offerebatur vero ſecundum carnē. Au
di igitur nūc quō vtraq; hęc manifeſtauerit Paulus. Omnis inquit,ſacerdos, qui ex
hoībus accipitur,pro hoībus cōſtituitur. Vnde neceſſarium eſt, vt & ipſe habeat qđ Heb.5
offerat. Ecce ipſe offerebat ſeipſum. Alibi dictū eſt. Qm̄ dñs ſemel oblatus eſt ꝑ obla
tione ſui deinceps vt multorū auferat pctā, Secunda vero ſine peccato videbitur his Heb.9
qui expectant eum in ſalutem. Ecce iſtic oblatus eſt, ibi ſeipſum obtulit. Vidiſti quo
modo ſimul & hoſtia & ſacerdos factus eſt, & altare erat crux. Et cuius rei cauſa nō
in templo offertur hæc hoſtia, ſed extra ciuitatem & extra muros, vt illud adimple-

retur ſcriptum eſt, Quoniam inter iniquos deputatus eſt. Cuius igitur rei cauſa in
Eſai.53. altitudine crucis imolatur, & non ſub tegmine ædificij? Ob hoc ſcilicet, vt aeris natu
Luc.22 ram mundaret, ppea non in altari, tecto ſuperpoſito, ſed ſub cœlo. Aer. n. purgabatur
Heb.3. cũ in altitudine imolaretur ouis: terra etiã purgabatur qa ſtillabat ſanguis dñi ſup
eã. Ideo nõ ſub tegmine, neq; in tẽplo Iudæoru, vt nõ ſubtraherẽt ſacrificiũ ſalutare Iudæi. Neq; exiſtimes pro illa tm̃odo gente hãc hoſtiã offerri. Propterea. n. extra
ciuitatẽ & extra muros, vt intelligas qm̃ cõis eſt hoſtia pro genere humano oblata,
& ideo cõis eſt purificatio, nõ ex aliqua parte, quẽadmodum fuerat in Iudæis. Nam
Deut.12. Iudæis ideo præcepit deus relinquere vniuerſam terram, & in vno loco offerre ſacrificia & vota reddere, quoniã immunda erat tunc vniuerſa terra fumo ararum & nidore buſtorum, cæterorũq; coinquinatorum, eorum quæ de prophanis gentilium ſacrilegijs inferebantur ſuper eam. Nobis vero iam quomodo Chriſtus aduenienſ
1.Tim.2. vniuerſam terram expiauit, omnis locus oratorium factũ eſt. Et idcirco beatus Paulus hortatur & præcipit, ſine intermiſsione orare vbique dicens, Volo orare viros in
omni loco, leuantes manus ſanctas. Vides quomodo mundatus eſt orbis terrarũ.
Et ideo vbiq; ſanctas manus leuare poſſumus, qm̃ vniuerſa terra ſanctificata eſt, vt
ſanctior ſit quã illa quæ in interioribus templi veteris erant ſancta ſanctorum. Ibi
nãq; irrationabile animal ouis offerebatur, hic autem ſpiritalis oblata eſt. Et quanto maior eſt oblatio, tanto & eminentior ſanctificatio, idcirco feſtiuitas epulationis
eſt crux Chriſti, Vis diſcere & aliud crucis beneficium? Paradiſum ante quinque mi
lia vel amplius fere annos clauſum, hodie nobis aperuit. In hac. n. die & in hac ho
ra latronem introducens Chriſtus, duplex beneficium operatus eſt, vnum quidem
quia paradiſum aperuit, aliud vero quia latronẽ introduxit. Hodie reddidit nobis pa
triam principalem, hodie reduxit nos in ciuitatem paternam, & ęternam domũ re-
Luc.23 donauit communi hominum naturæ. Hodie mecũ eris in paradiſo. Quid dicis? Crucifixus es, & clauis confixus, & paradiſum promittis? Ita, inquit, vt in ipſa cruce virtutem meam agnoſcas qm̃ res hæc triſtitiæ videbatur, vt non in crucis lignum attendas, ſed virtutem eius qui crucifixus eſt diſcas. In cruce hoc miraculum operatus eſt,
vnde maxime potentiam ſuam declarat omnipotens, non mortuum reſuſcitans, nõ
mari & ventis imperans, non dæmones eiiciens, ſed crucifixus & conſputatus in fa-
cie clauiſq; confixus, cum iniurias & maledicta ſuſciperet, deriſus atque contemptus malignam illam atque longo ſcelerum vſu obduratam latronis mentem im-
tare præualuit, vt ex vtroque virtutem eius inſpicias. In eodem enim tpe paſſioni
crucifixus vniuerſam creaturam turbauit, & ſaxa dirupit, duriorẽ vero lapidibus ani-
Luc.23. mã attraxit pariter & honorauit, dicens, Hodie mecũ eris in paradiſo. Et certe Cherubin cuſtodiuit paradiſum, ſed hic etiã Cherubin dominus eſt. Flammea rhom-
Gene.3. phæa obuoluitur, ſed ipſe & flammæ, & gehennæ, & vitæ, & mortis poteſtatem habet. Et quidem nemo regum aliquando paſſus eſt latronem hominem, aut quem-
quam alium eiuſdem naturæ conſeruum ſecum aſſumens ita in ciuitatem introducere, ſed Chriſtus hoc fecit, qui mortis & diaboli victor, & ſacratiſsimam
ingrediens patriam ſecum latronem introducit, non conculcans paradiſum iſtius
pietatis opere, ſed honorans, neque confundens latronis introitu, ſed illuſtrans.
Honor namq; paradiſi eſt, talem dominum habere, qui etiam latrouem dignum
facere poſſet paradiſi delitiarum. Etenim cum publicanos & meretrices introduceret in regnum cœlorum, non confudit ſed extulit regnum cœlorum, neque deiecit, ſed potius honorauit paradiſum. Honor enim vt dixi, eſt paradiſi
talem habere dominum, qui & latronem dignum facere poſsit delitijs & poſſeſsione paradiſi. Talis eſt enim domini regnum cœlorum, vt & meretrices & publicanos ita probabiles reddat, vt digni appareãt gratia & gloria quæ illic eſt, Quemadmodum enim medicũ tunc maxime admiramur, cum viderimus eum difficiles hominum valetudines curantem, mortisque pericula medendi arte vincentem, ita & Chriſtum admirari iuſtum eſt, quando inſanabilia vulnera in corporibus & mentibus curat, quando publicanum & meretricem ad tantam ſanitatem perducit, vt etiam cœlo dignos oſtendat. Et quid tali dignum quiete egerat latro, vt poſt crucem quam meruerat, repente paradiſo dignus iudicare-

tur? Vis breuiter dicam virtutem fidei: eius? Quando Petrus negauit deorſum, tunc
ille confeſſus eſt ſurſum. Et hæc nõ ut accuſans beatiſsimum Petrum locutus ſum,
quod abſit, ſed latronis magnanimitatem oſtendere uolens. Nam ille diſcipulus mi-
nas abiectæ puellæ non ſuſtinuit, latro vero multitudinem totius populi videns cir
cumſtantem & clamantem, inſanas blaſphemias & opprobria atque maledicta iaculantem, non attendit illis, non cogitauit viſibilem abiectionem eius qui crucifigebatur, ſed oculis fidei hæc cuncta tranſcurrens, & ut abiecta & leuia veritatis impedimenta prẽteriens & relinquens, cognouit dominum cœli, & ait dicẽs, Memento mei
domine in regnotuo. Ne ergo breui commemoratione dimittamus latronem iſtum,
neq; confundamur doctorem accipere, quem dominus noſter non erubuit primum
in paradiſum introducere. Ne, inquam, erubeſcamus magiſtrum habere hominem, Luc.23.
qui ante oẽm generis humani naturam meruit dignus haberi regno cœlorum: ſed
ſingula intentius diſquiramus, vt virtutem crucis agnoſcamus. Non dixit ad eum
dominus quemadmodum ad Petrum: Veni poſt me faciam te piſcatorem hominũ. Mat.4
Nec dixit ad eum quemadmodum ad duodecim diſcipulos, Quoniam ſedebitis ſup Matt.19
duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Iſrael: ſed ne qualemcunq; uerbum
dignatus ei dicere, nullum miraculum oſtendit, non mortuum reſuſcitatum, nõ demonem expulſum, non mare obediens, non denique aliquid aut de regno cœlorum
ei locutus, aut de gehenna comminatus eſt, & prior omnium latro confeſſus eſt eũ,
& hoc alio exprobrante fecit. Improperat ei & ille alius latro. Audiſti latronem & latronem, ambos in cruce, ambos conuerſatione latronum, ambos ex eadem malignitate venientes, ſed iam non ambo in eiſdem mentibus & meritis ſunt conſtituti. Nã
alius quidem regnum adipiſcebatur, alius vero in gegennam mittebatur. Ita & pridie in diſcipulis ſimile diſcrimen fuit. Nam & Iudas quidẽ diſcipulus fuit vt illi undecim, ſed illi quidem dicebant dño, Vbi vis paremus tibi Paſcha mãducare: iſte ve
ro ſe ad tradendum dñm ꝓparabat & dicebat, Quid vultis mihi dare, & ego uobis eũ
tradam? Et illi quidem ad miniſterium diuinum ſe ꝓparabant, hic autem ad tradendum feſtinabat. Ita & in hoc loco latro & latro, ſed vnus quidẽ improperabat: alius
blaſphemabat, alius laudabat, & blaſphemantem corripiebat: dicens, Nec times dominum tuum? Vidiſti fiduciam latronis, vidiſti liberam voluntatem in cruce. Audiſti philoſophiam in tribulatione, & reuerentiam diuini timoris in ſupplicio. Quoniam quidem in ſemetipſo erat & clauis confixus, non ſaucium intellectum neque
confixum ſenſum habebat. Quis non admiretur & compungatur? Non ſolum enim
quod in ipſo erat, ſed & ea quæ circa ſeipſum erant relinquens, de altero curam gerebat in cruce, doctor effectus, & corripiens & dicens, Nec times dominum tuum? No
li, inquit, attendere iudicio huic quod deorſum eſt, alius iudex inuiſibilis eſt. Ne ergo conſideres, quia deorſum a iudice mortali condemnatus eſt, non enim talia ſunt
ſuperna iudicia. Hic autem in terreno iudicio, & iuſti condemnantur, & iniuſti effugiunt, & rei dimittuntur, & innocentes puniuntur. Volentes nanque & nolentes
multum errant qui iudicant. Ignorantes enim iuſtitiam ſeducuntur, uel certe ſcientes per auaritiam corrumpuntur ut ſanguinem innocentem uendant. In ſupernis
vero nihil tale. Iudex n. iuſtus eſt, & iudicium eius tanquam lumen prodiit, non habens tenebras neque ignorantiam. Vt ergo non diceret quoniam damnatus deorſum in terris, & adiudicatus eſt pœnę, perduxit eum ad iudicium ſupernum, comme
morauit tribunal illud horribile tantum non dicens ſibi: Reſpice te, & non portabis
ſententiam damnationis æternę, nec ſtabis in ſorte iudicum corruptorum, reſpiciens ad ſalutem futurum in ſupernis iudicium. Vidiſti philoſophiam latronis, uidiſti intellectum & doctrinam, ſubito in ictu oculi de cruce in cœlum tranſiliuit: ita
iam ex abundantia receptæ iuſtitiæ proximum illum vel ſocium quondam ſuum
arguens, vt diceret ei. Non times, inquit, quoniam in ipſo iudicio ſumus, id eſt, in ea-
dem condemnatione? Nonne, inquit, & tu in ipſa cruce es? Quamobrem in quo ſocium increpas pœnę, teipſum pro illo reum ſtatues? Quemadmodum enim is qui
in peccatis eſt, ſi alios audeat accuſare, ſeipſum ante illos accuſat: ita & is qui in ærumna poſitus eſt, ſi aliis eam ſui oblitus exprobrat, ſibi ante illos dicit opprobriũ,
quoniam, inquit, in ipſo iudicio ſumus. Quid agis o latro? ſatisfacere incipiens,

socium tibi dominum feciſti? Non, inquit, emendo hanc de me opinionem in ſubſequentibus. Nam ne æſtimes quo propter damnationis conſortium, criminis quoq; conſortem fecerit dominum, ſubtexuit emendationem, dicens: Et nos quidem iuſte, digna enim patimur his quæ commiſimus. Vidiſti confeſſionē perfectam, vidiſti quō Eſai. 43 in cruce ſe exuit a peccatis. Dic, inquit, tu iniquitates tuas prior, ut iuſtificeris. Nemo compulit, nemo vim fecit, ſed ipſe ſe diuulgauit, ipſe cōdemnauit, dicens: Et nos quidem iuſte digna factis recipimus, hic autem nihil mali geſſit: Memento mei domine in regno tuo. Non eſt auſus ante dicere, memento mei deus, quàm per confeſſionem iniquitatis præteritæ ſarcinam peccatorum deponeret. Vides quanta res ſit confeſſio. Confeſſus eſt, & paradiſum aperuit: confeſſus eſt, & tante fiducię robur accepit, vt de latrocinio regnum depoſceret, conſiderans quantorum bonorum nobis cauſa ſit crux. Dicito mihi latro regnum petens, quid in eo tale vides ex quo petis? Dic mihi, nam quod in conſpicuo eſt, clauos & crucem cernis? Sed hęc, inquit, crux, ipſa regni inſigne eſt, & propter eam Ieſum regem appello, quia video crucifixum. Opus enim regis eſt vitam ſuam pro his quibus regnat opponere. Vnde & ait: Quia Ioan. 10. paſtor bonus animam ſuam ponit pro ouibus. Igitur & rex bonus animam ſuam ponit pro his quorum Princeps. Quoniam igitur animam ſuam poſuit, ideo eum Luc. 23. regem cognoſco, & dominum appello. Memento mei, inquit, domine in regno tuo. Conſideraſti quomodo & regni inſigne ſit crux, quod ſi aliunde vis dicere, hocipſum non reliquit eum ſolum ſuper terram, ſed attraxit in cœlo. Vnde hoc ipſum ſcire potes, quia pariter cum ipſo veniet in ſecundo & glorioſo eius aduentu, Matt. 24 vt diſcas quomodo vera & magnifica eſt crux. Vnde & glorioſam eam dixit, in ea gloriante Apoſtolo. Sed videamus quomodo cum cruce veniet. Neceſſarium eſt enim & hocipſum oſtendere. Si dixerint, inquit, ecce in promptuariis eſt Chriſtus, ecce in ſolitudine eſt, nolite credere: de ſecunda præſentia ſuæ gloriæ dicens, propter pſeudochriſtos, & propter falſos prophetas, propter antichriſtum, ne aliquis errore præuentus in falſos incidat Chriſtos, quoniam Chriſti, ſaluatoris aduentum pręueniet antichriſtus. Ideo ſolicite pręcauendum eſt, ne quis paſtorem quærens, lupum inueniat. Ob hoc prædico tibi, unde dinoſcas ueri paſtoris aduentum. Nam quia primus aduentus eius latenter factus eſt, ne æſtimes quoniam ſecundus aduentus eius talis erit, hoc dedit ſignum. Hæc.n. fuit uoluntas eius, ut primus aduentus latenter fieret & quæreret quod perierat, ſecundus uero aduentus non ita ſimpliciter ait: Quemadmodum, inquit, fulgur exiens ab Oriente apparet in Occidente, ita erit aduentus Mat. 24 filii hominis. Subito omnibus apparebit, nec erit indigens quiſquam interrogare, ſiue hic, ſiue illic eſt Chriſtus. Quemadmodum.n. cum fulgur emicuerit, non egemus inquirere ſi facta ſit coruſcatio, ita cum reuelatio præſentiæ eius effulſerit, non indigebimus interrogare an venerit Chriſtus. Sed quod quæritur, ſi cum cruce veniet, Vbi ſup. nec enim promiſſæ expoſitionis oblitus ſum audi igitur ſubſequētia: Tunc, inquit, quando venturus eſt, ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum. Tanta.n. erit eminentia ſplendoris in Chriſto, vt etiam clariſſima cœli luminaria præ fulgore lūminis diuini abſcondantur. Tunc ſtellæ cadent, quando apparuerit ſignum filii hominis in cœlo. Conſideraſti quanta uirtus ſit ſigni, hoc eſt crucis, ſol obſcurabitur, luna non dabit lumen ſuum: crux vero fulgebit, & obſcurabit luminaria cœli, delapſisq; ſyderib⁹ ſola radiabit, ut diſcas quoniam crux & luna lucidior, & ſole erit præclarior, quorum ſplendorem diuini luminis illuſtrata fulgore ſuperabit. Quemadmodum enim ingrediente rege in ciuitatem, exercitus antecedit, præferens humeris ſigna atque uexilla regalia, & ambitu præparationis armiſonæ annunciat regis introitum: ita domino deſcendente e cœlis prędcedet exercitus angelorum, qui ſignum Matt. 24. illud, id eſt, triumphale uexillum ſublimibus humeris præferentes diuinum regis cœleſtis ingreſſum, terreſtrium mentibus nunciabunt. Tunc, inquit, commouebuntur virtutes cœlorū. De angelis dicit: Tremor.n. illos apprehēdet & timor magnus. Cuius igitur rei cauſa dic mihi? Quia tunc tam terribile erit iudicium illud, vt etiā ab angelis timeatur. Omnis.n. natura generis humani incipiet iudicari, & aſtare terribili iudici. Quamobrem ergo tunc angeli contremiſcent, & vnde tremor apprehendet eos? Non.n. illi habent iudicari. Sed quemadmodum principe iudicante, non ſolum

rel, ſed & officia quæ nihil ſibi conſcia ſunt, timore & tremore comprehenduntur propter iudicis terrorem: ita & tunc cum genus humanum iudicabitur, etiam cœleſtes miniſtri pauebunt, & terribili apparatu de iudicis intuentis horrenda formidine contremiſcent. Sed quare crux apparebit tunc, & quam ob cauſam in eius prælatu dominus aduenier, ratio perſpicua eſt, vt agnoſcant cōſilium iniquitatis ſuæ qui dominum maieſtatis crucifixerunt. Per hoc enim ſignum impudens Iudæorum redarguitur impietas: & quomodo propter hoc ipſum habens crucem veniet, audi ipſum in Euengelio proteſtantem: Quia tunc plangent omnes tribus terræ, videntes Vbi ſup. accuſatorem ſuum, id eſt ipſam crucem, & in ipſo arguente cognoſcent peccatū ſuū ſero, & fruſtra fatebuntur impiam cæcitatem. Quid autem miraris, ſi crucem afferēs ueniet, ubi & ipſa vulnera oſtendet? Tunc videbunt, inquit, in quem compunxerūt. Quemadmodum enim in Thoma fecit, uolens incredulitatem diſcipuli coarguere, Zach. 12 erroremq; corrigere pro multorum fide, & ingerens oſtendit illi ſigna clauorum, & Ioan. 19 ipſa de clauis vulnera, & dixit: Mitte manum tuam, & uide. Quoniam ſpiritus oſſa & Ioan. 20. carnem non habet, quem admodum me videtis habere tunc oſtendet uulnera & cru Luc. 24 cem manifeſtabit, quoniam ipſe eſt qui crucifixus eſt. Non ſolum autem de cruce, ſed de verbis ipſis quæ in cruce habuit, immenſam pietatem eius poſſumus conſiderare. Nam cum adhuc in cruce confixus eſſet, dicebat: Pater, dimitte illis peccatum, Lucæ. 23 non enim ſciunt quid faciunt. Et crucifixus pro illis qui crucifixerant orabat, & quidem illi ē diuerſo dicebant: Si filius dei es, deſcende de cruce. Sed propter hoc nō deſcendit de cruce, quoniam filius dei eſt. Propter hoc enim venit, ut crucifigeretur p nobis. Deſcende, inquiunt, de cruce & credimus in te. Hæc verba ſunt & occaſionis & incredulitatis. Nam plus fecit, q̄ ſi de cruce deſcendiſſet. Multo enim maius fuit lapide ad monumentum appoſito reſurgere, q̄ de cruce deſcendere. Lazarum etiam Ioan. 11 quatriduanum iam funere fœtidū de ſepulcro reſuſcitaſſe maius fuit, quàm de cruce deſcendere. Et illi quidem dicebant: Si filius dei es, ſalua temetipſum. Hęc autem omnia faciebant, & improperabant ei pariter. Dimitte, inquit, illis peccatum. Vtique dimiſit, ſi vellent pœnitere. Si enim non dimiſiſſet illis peccatum, non vtique ſtatim poſt aſſumptionem eius tria milia & quinque millia credidiſſent. Quoniam, inquit, Acto. 2. & 4. multa millia Iudæorum crediderunt. Audi quid dicunt Paulo Apoſtolo, Vides, inquiunt frater, quot millia ſunt Iudæorum qui crediderunt? Imitatores ergo domini Acto. 21. eſſe debemus, & pro inimicis orare exemplo ipſius, qui cum eſſet crucifixus pro cru Lucæ. 23 cifigentibus ſe patrem poſtulabat vt dimitteret illis peccatum, Et quomodo, inquit, poſſum dominum imitari? Si uolueritis poteritis. Si enim impoſsibile erat imitari eum, quomodo dicebat: Diſcite a me quoniam mitis ſum & humilis corde ē Nam ſi Matt. 11. impoſsibile eſſet imitari eum, nunquam Paulus dixiſſet: Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti. Quòd ſi dominum imitari non vis, imitare ſeruum eius. Stephanum, 1. Cor. 4. quem & Apoſtolum dico, nam ille dominum imitatus eſt. Et quemadmodum Chriſtus inter crucifigentes ſe relinquens crucem, relinquens propriam perſecutionem, pro crucifigentibus ſe deprecabatur patrem, ita & ſeruus eius inter lapidantes, ſe ſuſcipiens iacula ſaxorum & dolores qui ex ipſis fiebant dicebat. Domine, ne ſtatuas illis peccatum hoc. Audiſti quomodo ſecundum dominum locutus eſt ſeruus. Ille ait: Acto. 7. Pater, dimitte illis peccatum, neſciunt enim quid faciunt. At iſte dicit: Domine, ne Luc. 23. ſtatuas illis hoc peccatum. Et vt diſcas quoniam cum omni ſolicitudine orauit: Poſitis, inquit, genibus orabat dicens: Domine, ne ſtatuas illis hoc peccatum, qui uiuis & regnas in ſecula ſeculorum, Amen. Acto. 7.

Eodem die, de expoſitione Symboli, ad Competentes: Sermo II.

QVeſo vos fratres chariſſimi, ut nobis reſerantibus expoſitionem Symboli attentius audiatis Quæ doctrina Symboli virtus eſt ſacramenti, illuminatio animæ, plenitudo credentium in eo quod docetur aut diſcitur, & unitas trinitatis, & trinitas diſtincta perſonis, & opulentia creatoris, & redemptio paſſionis, Hoc nexus infidelitatis abſoluitur, hoc vitæ ianua panditur, hoc gloria confeſſionis oſtenditur. Symbolum dilectiſſimi breue eſt uerbis, ſed magnum eſt ſacra- Serm. 131.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentis: paruum ostendens imminuti cne latitudinis, sed totum continens compen
dio breuitatis: exiguum est, vt memoriam non obruat, sed diffusum ut intelligentiã
superexcedat, confirmans oẽs perfectione credendi, desiderio confitendi, fiducia re
surgendi. Digne ergo & attentiores & frequentiores & pro ratione temporis ipsius
puriores ad audiendum symbolum conuenistis. Quicquid enim præfiguratum est
in patriarchis, quicquid nunciatum est in scripturis, quicquid prædictum est in pro
phetis uel de deo ingnito, uel ex deo dei vnigenito, vel de spiritu sancto, quanuis la
tenter ostensum sit, uel de suscipiendi hominis sacramento, vel de mortis domini re
surrectionisq; mysterio, totum hoc breuiter iuxta oraculum propheticum, symbo
lum in se continet confitendo. Tenendo ergo fratres charissimi collationem fidei
& gratiam professionis mysterium memoriæ commodatum, iam ad istius symboli
professionis sacramentum textumq; veniamus, quod in hunc modum incipit: Cre
do in deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum fi
lium eius vnicum, dominum nostrum, qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex
Maria uirgine, passus sub pontio pilato, crucifixus mortuus & sepultus: Descendit
ad inferna: tertia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad cœlos sedet ad dexteram dei
patris omnipotentis, inde uenturus iudicare uiuos & mortuos. Credo in spiritũ san
ctum, sanctam ecclesiam catdolicam, sanctorum communionem, remissionem pec
catorum, huius carnis resurrectionem, vitam æternam, Amen. Repetẽdus est nobis
dilectissimi sermo symboli huius, qualiter ea quę dicimus vestris sensibus melius in
seramus. Credo in deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Tertia igi
tur vice repetitur, vt ad reliqua capienda fideli cursu puenire possimus. Et quia lex
fidei nostræ in trinitate consistit, ut ipse numerus repetitionis cum signo ueniat tri
nitatis, tertia vice ordo symboli recensendus est. In primis dilectissimi qualis sermo
sit, in capite symboli diligenter aduertite, & quali principio inchoetur solicitius per
tractate. Ergo in primo habet. Credo. Videte q̃ dominus noster nõ nos iubet discu
tere diuina iudicia, sed credere, nec rõnem requirere, sed fidem simpliciter & immo
biliter exhibere. In deum patrem. Aduertite, q̃ cum dei patris nomẽ in confessione
coniungit, ostendit q̃ non ante deus esse cœperit & postea pater, sed sine vllo initio
& deus semper & pater est. Quia ego semper fuit pater, semper habuit filium cui pa
ter est, Omnipotentem uero ideo dicit, quia omnipotens est, cuiq; nihil impossibi
le est, qui cœlum, terrã, mare, homines, atque omnia animalia & reptilia non aliquo
operis actu, sed solo verbi creauit imperio. Et ideo non nobis veniat in cogitatione
quomodo hoc aut illud potuit fieri, qui omnipotentem præcipimur confiteri. Crea
torem cœli & terræ. Hoc ait quod superius dixi, quia omnia sola verbi potestate per
ficit. Credo & in Iesum Christum filium eius. Aduertite, q̃ cũ in patrem, sic & in fi
lium credendum sit. Et quia cum patre æqualis est maiestate, tantum ipsi quantum
& patri honoris nos debere nouimus, & seruitutis obsequium. Iesum Christum. Ie
sus saluator interpretatur, Christus vero a chrismate dicitur, quia sicut antiqui re
Luc. 1. ges a sacerdotibus oleo sacro perfundebantur, sic dominus noster Iesus Christus spi
Luc. 2 ritussancti infusione repletus est. Qui conceptus est de spiritusancto. Non poterat
aliunde quãm de deo concipere, quę deum meruit procreare. Natus ex Maria virgi
ne. Non potuit non talem habere conceptum, quæ virgo erat permansura post par
Matt. 27. tum. Passus sub Pontio pilato Iste pilatus iudex erat in illo tempore, ab imperatore
positus in Iudæa, sub quo dominus passus est, cuius mentio ad temporis significa
tionem, non ad personę illius pertinet dignitatem. Crucifixus est & sepultus, Cru
cem illam in qua ille crucifixus est in corpore, nos gestamus in fronte. Sepultus est.
Sicut in veritate natus, ita in veritate mortuus & sepultus. Tertia die resurrexit.
Marci. 16 Triduanæ sepulturæ mora euidenter ostendit q̃ dum corpus in sepulcro iacuit, ani
Acto. 1. ma illa de inferni s triumphauit. Ascendit ad cœlos: id est, conditionem naturæ no
stræ, quam de homine matre natus assumpsit, sup cœlos in dexterã dei patris collo
cauit. Inde uẽturus iudicare viuos & mortuos. In ipso corpore uẽturus est ad iudicii,
in quo ascendit ad cœlũ. Christianos iudicat & paganos, iustos peccatores, fideles &
impios. Credo & in spiritum sanctum. Aduertite, q̃ sicut in patrẽ, ita & in filium &
spiritũsanctũ sit credendũ. Nã q uel in unã de trinitate pſonã nõ crediderit, in di-

bus illi credidisse nõn ꝓderit Sanctam Ecclesiam catholicam. Sciendum est q̃ eccle
siam credere, non tamen in ecclesiam credere debeamus, quia ecclesia non est deus,
sed domus dei est Catholicam dicit toto orbe diffusam quia diuersorum hęreticorũ
ecclesiæ ideo catholicæ non dicuntur, quia per loca atq; per suas quasq; prouincias
continentur, hæc vero a solis ortu vsq; ad occasum vnius fidei splendore diffunditur.
Sanctorum communionem: id est, cum illis sanctis qui in hac quam susc epimus
fide defuncti sunt, societate & spei cõmunione teneamur. Remissionem peccatorũ.
Oportet enim vt post remissionem quæ nobis p̃statur munere redemptoris in ba
ptismo, plenæ credulitatis teneamus assectum. Carnis huius resurrectionem. Carnẽ
quam in hac uita sub mortali conditione portamus, resurrecturam esse immortalẽ,
ac rationalem redituram pro animę consortio credamus. Vitam æternam. Absq; vlla
dubitatione fatemur uos vitam æternam cõsecuturos, si hæc quę vobis exponimus
sacramenta fideliter teneatis, ac bonis actibus conseruetis. Hunc breuem sermonem
de vniuerso symbolo vobis debitum reddidi, quod symbolum cum audieritis, totũ
istum sermonem nostrum breuiter collectum recognoscetis, nec vt eadem verba te
neatis vllo modo scribere debetis, sed audiendo perdiscere, & memoria semper tene
re atque recolere. Quicquid enim in symbolo audistis iam, diuinis scripturarum san
ctarum literis continetur. Commemorario fit ꝓmissionis dei, vbi per Prophetã pro
nuncians testamentum nouum dixit. Hoc est testamentum quod ordinabo eis post
dies illos dicit dominus, dans legem meam in mente eorum, & in corde eorum scri- Hiere. 31.
bam ea. Huius rei significandę causa, audiendo symbolum non in tabulis vel in vlla
materia, sed in cordibus scribitur. p̃stabit ille qui vos vocauit ad suum regnum, vt
eius gratia regeneratis vobis, etiam spiritusancto scribatur in cordibus vestris, vt q̃d Gala. 5
crediti is dilꝛgatis, & fides in vobis per dilectionem operetur, ac sic domino deo largi
tori bonorum omnium placatis, non seruiliter timendo pœnã, sed liberabiliter amã
do iustitiam. Hoc ergo symbolum quod vobis per scripturas & sermones ecclesiasti
cos insinuatum est, sub hac breui forma fidelibus confitendum & profitendum est.

Sabbato in vigilia Paschę, de Ioseph qui corpus domini petiit a Pilato, &c. Ser. I.

PEracta passione domini nostri Iesu Christi & resurrectiõe in qua fidei nostræ
omnis summa consistit, emergit quidam Ioseph, olim quidem amator & discí Ser. 132.
pulus domini, & qui pro ratione temporis defuncto exequias occultas impen
debat, quia & noti misericordiam furor persequentium prohibebat. Quod factũ, ita
Ioannes Euengelista narrauit. Rogauit, inquit, Pilatum Ioseph occulte, ꝓpter metũ Ioan. 19
Iudęorum, & petiuit corpus Iesu, & permisit Pilatus. Cum in animo religioso metus
cum deuotione certaret, excogitat statim quod & fidei satisfaceret & timori, & occul
te postulans ut humo mandaret occisum, & declinaret insaniam Iudæorum. Iudex
vero eundẽ seruãs animũ mortuo, quẽ impendit audito: nã quẽ coactus dederat pœ
næ, libẽs tradit sepulturæ. Postq̃ verso corpus Iesu humatũ est, statim potẽtiã suã re
petit, qua venerat reditura maiestas. Nã cuius natiuitas hoïs oñderat filiũ, mors ꝓ
didit deũ. Cũ n. Maria Magdalene veniſſet ad monumẽtũ, quã memorẽ saluatos anim Ioan. 20
sa fide deuotio in lacrymas cõpellebat, videns reuolutũ a foribus lapidẽ, cũ non in
ueniſſet in sepulchro dñm, cœpit acrius dolere q̃ perdiderit & defunctũ. Mox autem
ad Petrũ eius discipulũ peruolat, quẽ ꝓ meriti qualitate vel fidei, maior de eius obi
tu cura tãgebat, nunciat inane sepulchrũ, quęritur corpus ablatũ. Petrus vero resur
rectionis filii dei & añ crucẽ conscius quã p̃dixerat ipse passurus, sub tali vnico non
fleuit aut doluit, sed morẽ suũ in diuinis virtutibus seruãs ꝓperat experiri q̃d cre
didit. Ad sepulchrũ itaq; dñi celeri cursu festinat, lætior rediturus, si non inueniret
quẽ quærebat. Beatus aũt Euãgelista & ex cõsequentibus ꝓbat potẽtiã resurgentis.
Venit, inqt, Simõ Petrus, & introiuit in monumẽtũ, & cũ non inueniſſet dñm, vidit Ioan. 20
linteamina posita & sudariũ q̃d fuerat sup caput eius. Nã manifestius deus per latu
rus quẽ uiuificauerat in cœlũ & mortẽ vacuat & sepulchrũ. Nã linteamine quo fu
nus tegebatur expolito, reliqt terræ exuuias, vitali tã corpore iduta maiestas. Petrus
igitur vidẽs resurrectionẽ quã dei filius pronunciauerat impletam, qui solicitus ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nerāt,securus absceſsit.Maria tamen reſurrectionis ignara non ceſſat lacrymas fundere,neſciens hanc eſſe dominici corporis gloriam quam putabat iniuriam. Cuius inanes mœrores angelus magis prohibet quam conſolatur,ut Euangeliſta teſtatur: Maria,inquit,quid ploras? Si ſpiritali prudentia intentionem diuini ſermonis intelligas lacrymarum cauſam non tanquam ignarus interrogat, ſed importunos fletus dolentis obiurgat.Maria,inquit,quid ploras, cum uacuato monumento non damno funeris, ſed merito reſurgentis Ieſu Chriſti corpus virtus ſibi non facinus uendicaſſet? Culpat eodem tempore a Maria lacrymas fundi, quo debuit gloriari. Quid ploras,aut quem quæris? Angelus inſtruit neſcientem ſano conſilio, ne uiuentem quæreret in ſepulcro. Quę mulier quia reuixiſſe quē flebat,nec correcta cognouit, a ſuperfluis poſtmodum lacrymis reuocatut uocibus reſurgentis ſimilibus. Etenim Ieſus Mariam verbis alloquitur: Mulier,inquit,quid ploras,aut quem queris? Hoc eſt dicere,me iam viuente pro quo mortuo lacrymas fundis? Aut me præſente quem quæris? At illa Ieſum ſecundo appellata cognoſcens diuinæ maieſtatis operante potentia uiuum inuenit, quem quærebat occiſum Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, cui ſemper in patre gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Eodem die de ſepulcro domini: Sermo II.

Serm. 133 Ioan. 19. Videamus fratres de domini corpore poſteaquam de cruce deponitur quid geratur. Accepit illud Ioſeph ab Arimathia,uir iuſtus,ſicut ait Euangeliſta,& in uno ſuo ſepeliuit monumento,in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Beatum ergo corpus domini noſtri Ieſu Chriſti, quod cum naſcitur ex utero virginis gignitur,cum recedit iuſti tumulo commendatur. Beatum plane corpus quod uirginitas peperit,& iuſtitia cuſtodiuit. Cuſtodiuit enim illud Ioſeph tumulo incorruptum,ſicut ſeruauit illud Mariæ uterus illibatū. Sicut.n. pollutione ibi nō tāgitur,ſic mortis corruptione nō læditur. Vbiq; beato corpori defertur,vbiq; virginitas. Nouus illud uēter cōcepit,nouus tumulus concluſit. Dñica ergo eſt virgo vulua,& virgo ſepultura. Quin potius ipm ſepulturā uuluā dixerim,eſt.n. ſimilitudo nō parua. Sicut.n. dominus de matris vulua viuus exiuit,ita & de Ioſeph ſepultura uiuus ſurrexit. Et ſicut de utero tunc ad prædicandum natus eſt,ita & nunc ad euangelizandum resurrexit. Tutus eſt de ſepulcro,niſi quod gloriоſior eſt iſta quām illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit,hæc ędidit immortale. Poſt illam natiuitatem ad inferos deſcenditur,poſt hanc remeatur ac cœlos. Religioſior eſt plane iſta quam illa natiuitas. Illa enim corpus mortale genuit, totius mundi dominū nouem menſibus in utero clauſum tenuit,hæc autem triduo tantum tumuli gremio cuſtodiuit. Illa cunctorū ſpē tardius protulit,hæc omnium ſalutem citius ſuſcitauit. Fortaſſe quis dicat de priori dominicæ natiuitatis prædicatione,in qua prędicauimus, non minorem gloriam ꝙ tumulus Ioſeph ſuſcitauit dominum,quām ꝙ eum ſanctæ Mariæ uterus procreauit. Quæ comparatio uentris & tumuli, cum ex intimis viſceribus illa ædiderit filium, hic autem ſolummodo locum prēſtiterit,ſepulturę? At ego dico, non minorem Ioſeph affectum fuiſſe quām Mariæ. Siquidem illa utero dominum,hic corde cōcepit. Illa ſaluatori membrorum ſuorum ſecretum præſtitit, hic ſecretum ſui cordis non negauit. Illa dominum pannis inuoluit cum natus eſt, hic linteis cum receſſit: illa perunxit beatum corpus oleo,hic aromatibus honorauit. Conueniunt ergo ſibi obſequia,conuenit & affectus. Inde neceſſe eſt etiam meritum conuenire,niſi ꝙ Mariā ad obſequium angelus admonuit, Ioſeph autem iuſtitia ſola perſuaſit. Igitur Ioſeph in ſuo ſepulcro poſuit dominum. Legimus in propheta, Sepulcrum patens eſt gutPſa. 5. & 13 tur eorum: Si ergo ſepulcrum patens eſt guttur hominum, vide ne forte ſecundum hanc ſimilitudinem dominum Ioſeph non tam in terrena poſuerit ſepultura,quam in monumento ſui cordis collocauerit, & cuſtodiendum illum ſuſceperit, non tam memoria fragili moriturorum quam memoria ſancta virtutum. Hæc enim virtutū fidelis eſt memoria, quę intra ſe continens Chriſtum, lædi eum hęreticorum corruptione non patitur De qua memoria in ſacramentis dominus dicit: Quotieſcunque

1. Cor. 11. feceritis hæc, in memoriam mei facietis donec ueniam. Quotieſcunꝙ enim Chriſtum

ſtum loquimur,toties eum ſanctiori memoriæ commendamus. Sepulchrum ergo patens,guttur hominum recte plane dicit propheta. Sepulchrum enim Chriſti patens eſt Euangeliſtarum beatum guttur, p quod illud ęterno literaꝝ theſauro condiderunt. Patens autem ſepulchrum ideo dicitur,quia qui vult ad Chriſti puenire myſterium,non ingreditur ad illud niſi p Euangelicæ ſcripturę ſecretū. In literarum.n. ſecreto quaſi quoddam nouo vaſculo commendatus eſt dominus. Quiſq; igitur illū uidere deſiderat,ibi & paſsionis eius ſacramentum inueniet,& reſurrectionis gloriā recognoſcet. Patens ergo guttur ſanctorum eſt. Vnde Apoſtolus ad Corinthios ait: 1. Cor. 6. Os noſtrum patet ad vos o Corinthii: muitans eos vt p p̄dicationis ſuæ apertam ianuam ingrediamur Chriſti ſecreta myſteria. In hac igitur pectoris memoria collocatur dominus a Ioſeph, vt in iuſtitiæ ſede requieſcat, & habeat filius hominis vbi caput reclinet. Videamus igitur quare ſaluator in aliena ſepultura ponatur,ac ſuam non habeat ſepulturam: Ideo in aliena ſepultura ponitur,quia p aliorum morieba-tur ſalute. Mors n. iſta non illi accidit,ſed nobis,p ficit: mors iſta non illi illata eſt,ſed nobis delata. Vt quid ergo ei ꝓpria ſepultura, qui in ſe mortem ꝓpriam non habebat? Et quid illi tumultus in terris,cuius ſedes manebat in cœlis? Vt quid illi ſepultura,qui tridui tantum temporis ſpacio non tam in ſepulchro mortuus iacuit, quā veluti in lecto conquieuit? Ipſa.n. temporis breuitas declarat potius ſomnum fuiſſe q̄ mortem. Sepulchrum autem mortis eſt habitaculum. Neceſſarium ergo non erat mortis habitaculum Chriſto,qui vita eſt,nec opus habebat ſemper viuens habitaculo defunctorum. Recte autem hanc vitam nos in noſtro ſepulchro condimus, vt viuiſicet mortem noſtram,vt cum ipſo a mortuis reſurgamus. Vnde & illa Maria Magdalene, quæ dominum inter cæteros defunctos in ſepulchro requirebat arguitur, & dicitur illi: Quid quæris viuentem cum mortuis? Hoc eſt, quid quæris in tumulo, Lucæ. 24 quem adorare debes in cœlo? Quid quæris apud inferos,quem reduſſe iam cōſtat ad ſuperos? Quem illa adhuc non intelligens nec cognoſcens,reſpondit illi: Domine,ſi tu ſuſtuliſti eum,dicito mihi,vbi poſuiſti eum,& ego eum tollam. Aeſtimabat enim eum,ſicut dicit ſcriptura,hortulanum eſſe. Sancta ergo & ſimplex fœmina Chriſtū requirit a Chriſto,ac deuotione nīētis ꝓphetat & neſcit. Ait enim domino de ſemet- Ioan. 20 ipſo: Si tu ſuſtuliſti eum,dicito mihi Recte interrogat, ſi tu ſuſtuliſti eum. Ipſe.n. tulit corpus ſuum,qui illud protulit de ſepulchro: ipſe tulit corpus, qui illud iacens & dormiens ſua aſpiratione collegit: ipſe tulit corpus ſuum, qui illud diuinitatis virtute geſtans portauit ad cœlos. Atq; ideo mulier ſapienter interrogat & requirit: Si tu ſuſtuliſti eum,dicito mihi vbi poſuiſti eum: hoc eſt, ſi illud auferens de ſepulchro ad Lucę. 23. paradiſum tranſtuliſti. Audierat.n. illum dicentem latroni: Hodie mecum eris in paradiſo. Aut certe ſi de inferno in patris dexteram collocaſti, ſicut ait Apoſtolus: Quę ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Beatus ergo qui ita qrit Colo. 3. Chriſtum dominum, vt credat eum & in paradiſo conſtitutum, & in cœleſtibus collocatum. Nam qui eum in in inferno requirit aut in tumulo, dicitur ei: Quid quæris viuentem cum mortuis?

Item eodem die alius ſermo de eodem, de quo ſupra, qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, Homilia trigeſimaſexta.

Eodem die de eo quod ſcriptum eſt in Geneſi: In principio creauit deus cœlum & terram,&c. Sermo III.

Ser. 124 Multa ſunt & magna venerāde paſchę myſteria, q̄ diuinis libris ſunt cōſecrata, & antiqs Iudæorū archiuis fuerāt reſeruata, quorū admirabilis rō & mira, fides pura, religio ſyncerat veluti quodā velamine tecta ſuā ſctitatē in abditis occulebāt, & ptiſci antiſtites adūbrata cernebāt, & ſacrificia cruēta munerib. offerebāt. Hāc artifex nō terrenis colorib. ſed cęleſtibus virtutibus clypeo deuotionis auro coruſcāte depinxit, & animum tenaciter diligens in ipſo templo humani corporis dedicauit in integris & acerrimis ſenſibus officia diſtribuit, & amorem in eius corde concluſit. Et cum ille clarus rector aſtrorum, poli genitor, dux diei, luminis imperator, interieſtor germinis, autumni temperies, anni curſum & quadripartita temporū ſpacia cō-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pleuerit,diei huius solennitatem nos docuit celebrare Quanta nobis bona dominicæ passionis admirabiles triumphi contulerint, mortali & humana voce nec prædicare nec memoriter valeo numerare. Ex illo ita que beneficiorũ aceruo, quæ cœlestis munificentia humano generi largita est,vnum granum fidei quod in se continet multiplicem vitę rationem in gremio sapientiæ collocabo, vt in ipso prudentię fulco coalescat diuini sermonis imbre satum, magnaq; & admiranda ex modica præbeat stirpe, & orationis opacitate exuberantia præstet. In principio,inquit,fecit deus cœlũ & terram. Exclusit omnium infœliciũ errores, vnum imperatorem deum patrem ostendit, vnum conditorem vniuersitatis filium indicauit. Fiat lux : Et facta est lux. Et vidit deus lucem quia bona est: non ꝙ deus lucem ante non nosset, quam non nisi visam laudaret,cum sit lux solus omnium ipse,sicut Euangelista testatur: Ego sum lux mũdi. Et Apostolus: Qui habitat lucem inaccesibilem,quam nemo hominũ vidit, nec videre potest. Hanc lucem dixit in seculo,quia bona est secundum hominem,nõ secundum deum. Deus enim non tantam hanc lucem tribuit quam poterat ipse largiri,sed quantum mortalis oculus capere potuit. Nec qui vniuersum orbem illuminat tribueret splendorem,nisi quem mortalis capere aut sustinere vtique posset. Terra erat inuisibilis & incomposita. Sed terra inuisibilis esse non poterat. Cui ergo inuisibilis erat? Si angelis,vbi tanta moles abscondi poterat ? Si hominibus adhuc homo non erat. Deus quippe fundauit terram super aquas, & medietatem aquarum super cœlos imposuit,& medietatem abyssis demersit, & in maria congregauit,& sic terra apparuit. Et dixit deus: Fiat firmamentum inter aquam & aquam. Et vocauit deus firmamentum cœlum. Videtis quia aquam super firmamentum cœli imposuit, & separationem aquarum arida terra apparuit,& recedentibus aquis visibilem significauit. Quòd autem inuisibilis & incomposita,nec dum fuerat ordinata, nec dum diuersis fructibus plena, Tenebræ,inquit,erant super abyssos,& spiritus dei ferebatur super aquas. Si enim faculam in tenebris inferas, continuo illuminantur vniuersa: quanto magis vbi deus erat,tenebræ esse non poterant ? Hic spiritus quidem res est dei,non tamen ipse deus intelligetur esse. Nam etsi spiritus dicitur,non omnis spiritus deus est. Sic enim spiritus dei dictus est,quomodo & angelus dei,hoc est,res dei, non tamen ipse deus qui spiritus dei. Hic ergo spiritus qui superferebatur aquas,seminarius est animandę conditionis. Vnde & aquæ & terræ mox iussu dei emerserũt, quia nec aqua nec terra viueret aut aliquid generaret,nisi hoc dei spiritus animaret. Vnde & terra fruges,& aqua produxit pisces. Duos autem spiritus esse vnum deum, scilicet huius mundi Apostolus dicit: Nos iam non habemus spiritum huius mundi, sed spiritum qui ex deo est,vt ostenderet alterum esse spiritum dei qui deus est,alterum spiritum huius mundi quo animantur vniuersa. Amos propheta dicit: Qui solidat tonitruum,& condidit spiritum,eum vtique qui deus dici non poterat generatus. Fecit ergo in principio cœlum & terram. Cœlum spiritum, terram carnem hoc est, hominem spiritalem. In principio,hoc est, in Christo. Interrogauerunt eum Iudæi: Quem te dicis? Respondit: Principium,qui & loquor vobis. Terra,inquit,inuisibilis & incomposita. Quia carnem hominis Christus assumere disponebat,incomposita dicebatur. Composita nec dum erat,quia necdum Gabrielis angeli annunciatione composita,necdum assumptione domini visibilis facta,necdum virtutum frugibus plena. Diuisio aquarum, Iudæorum populorum & Christianorum,sicut Apocalypsis: Aquas quas vidisti,populi sunt & nationes . Cum aquas dicit super cœlos impositas. Christianum populum nunciat. Tertia die germinat terra herbam pabuli secundum suum genus,& omne lignum faciens fructum . Cum igitur terram germinare iubet,in ecclesia catechumini sunt quasi herbæ . Cum credunt, velut in culmo se erigunt. Fideles quoque in spica maturi accrescunt,vnde & sanctorum grana in horreis cœlestibus reconduntur. Lignum enim fructiferum,diuersa sunt genera sanctorum. Quas arbores nec turbines cupiditatum possunt euertere, nec ardor libidinis flammæ exurere. Fiat,inquit,luminare maius in inchoatione diei,& luminare minus in inchoatione noctis. Sol Christus est. Luna ecclesia in orbe composita, solis charitate quotidie illustrata. Stellæ quoque lucentes, sanctorum sunt animæ, id est, Apostoli patriarchæ, martyres, virgines, sacerdotes, cuncti iusti pariter &

Gene.1 — Ioan.8. — 1.Tim.6. — Gene.1 — Psal.135. — Gene.1. — 1.Cor.2. — Ioan.8 — Apoc.17 — Gene.1

les virtutum suarum flamma radiantes . Quinta die fœtus suos pisces & aues factũ est vt producerẽt. In comparatione piscium sanctos dicimus, qui in aqua baptismatis viuunt. Ideo pisces benedictionem primo consequi meruerunt, quia fideles in sacramento baptismatis benedici potuerunt, Sexta vero die fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam.

Eodem die,de expositione orationis dominicę post redditum symbolũ, Ser. IIII.

Reddidistis quod creditis,audistis quod oretis, quomodo inuocare non possetis in quem non credidistis,Apostolo dicente: Quo inuocabunt in qué non crediderunt? Ideo prius symbolum didicistis,vbi est regula fidei vestræ breuis & grandis: breuis numero verborum,grandis pondere sententiarum. Oratio autem quam hodie accepistis tenendam,& ad octo dies reddendam, sicut audistis cum Euangelium legeretur, ab ipso domino dicta est discipulis ipsius, & ab ipsis peruenit ad nos, quoniam in omnem terram exiuit sonus eorum . Ergo nolite inhærere terrenis, qui patrem inuenistis in cœlis . Dicturi enim estis : Pater noster qui es in cœlis . Ad magnum genus pertinere cœpistis . Sub isto patre fratres sunt dominus & seruus, sub isto patre fratres sunt imperator & miles sub isto patre fratres sunt diues & pauper . Omnes Christiani fideles diuersos in terra habent patres, alii nobiles alii ignobiles,vnum vero patrem inuocant qui est in cœlis. Si ibi est pater noster,ibi nobis præparatur hæreditas. Talis est autem iste pater,cum quo possideamus quod donat. Dat enim hæreditatem,sed non moriens illam nobis dereliquit, Non enim ipse discedit,sed ille permanet vt nos accedamus. Quia ergo audiuimus a quo petamus,sciamus & quid petamus,ne forte talem patrem mala petendo offenda mus. Quid ergo nos docuit dominus Iesus petere a patre, qui est in cœlis? Sanctificetur nomen tuum. Quale beneficium est dum petimus a deo,ut sanctificetur nomẽ dei? Semper sanctum est Quare ergo petimus ut sanctificetur,nisi vt nos per ipsum sanctificemur? Quod ergo semper sanctũ est,vt in nobis sanctificetur oramus. Sanctificatur in vobis nomen dei,quando baptizamini. Vt quid hoc orabitis cũ baptizati fueritis,nisi vt quod accipitis perseueret in vobis? Sequitur alia petitio. Adueniat regnum tuum. Siue petamus,siue non petamus,uenturum est regnũ dei. Quare ergo petimus,nisi ut veniat & nobis quod venturum est oĩbus sanctis, vt & nos deus in numero sanctorum suorum habeat,quibus venturum est regnum eius? Dicimus tertia petitione: Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Quid est hoc? Vt quomodo tibi seruiunt angeli in cœlo,& nos tibi seruiamus in terra . Angeli ipsius sancti obediunt illi,non illum offendunt,faciunt iussa amando eum. Hoc ergo oramus,ut & nos præceptum dei charitate faciamus. Iterum verba ista & aliter intelliguntur. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra. Cœlum in nobis anima est,terra in nobis corpus est. Quid est ergo,fiat uoluntas tua. Sicut & nos audiuimus præcepta tua,sic nobis consentiat caro nostra,ne dum contendunt caro & spiritus, præcepta dei minus implere possimus. Sequitur in oratione: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Siue exhibitionem corpori necessariam petamus a patre, in pane significantes quicquid nobis est necessarium,siue quotidianum panem illum intelligamus quem accepturi estis de altari,petimus bene vt det nobis eum . Quid est enim quod oramus,nisi ne male aliquid admittamus,vnde a tali pane separemur? Et verbũ dei quæ quotidie prædicatur,panis est. Non.n.quia non est panis uentris,ideo non est panis mẽtis. Cum autem ista vita transierit,nec panem illum quærimus quem quærit fames: nec sacramentum altaris habemus accipere,quia ibi erimus cum Christo,cuius corpus accepimus: nec verba ista nobis dici habent quæ dicimus vobis,nec codex legẽdus est quando ipsum videbimus quod est verbum dei, per quod facta sunt omnia, quo pascuntur angeli,quo illuminantur angeli,quo sapientes fiunt angeli,nõ quærẽtes verba locutionis anfractuosę,sed bibẽtes vnicũ verbũ, & inde ipleti ructãt laudes & nõ deficiũt in laudibus. Beati.n.ait Psalmus, q habitãt in domo tua,in secula seculoꝝ laudabũt te Ergo in hac vita petimus qđ sequtur, Dimitte nobis debita nra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris . In baptismo oĩa debita,id est,pctã prorum.

Ioan. 1. — Psal.83. — Matt.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus dimittuntur nobis. Sed quia nemo hic potest viuere sine peccato: & si nō magno crimine vnde separetur ab illo pane, tamen nemo potest sine peccatis esse in hac terra, & non possumus accipere nisi unum baptismum, semel in oratione accipimus, unde quotidie lauemur, vt nobis peccata nostra quotidie dimittantur: sed si faciamus quod sequitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Itaq; fratres mei, moneo vos in dei gratia filios meos, & sub illo patre fratres meos moneo uos, ut quādo aliquis offendit & peccat in vos, & venit & confitetur, & petit a uobis veniam, ut ignoscatis illi, & continuo ex corde dimittatis, ne vobis a deo ueniam ueniente, phibeatis. Si. n. nō dimittetis uos, nec ille dimittet uobis. Ergo & hoc in ista vita petimus, quia & hic possunt dimitti, ubi possunt haberi peccata. In illa autem vita non dimittuntur, quia nec habentur. Deinde petimus, dicentes, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo. Et hoc in ista vita nobis necessarium est petere, ne inferamur in tentationē, quia hic sunt tentationes: & liberemur a malo, quia hic est malum. Ac per hoc omnes istæ petitiones septem, tres ad vitam æternam pertinent, qua

Matt. 6. tuor ad vitam præsentem. Sanctificetur nomen tuum semper erit, Adueniat regnū tuum: hoc regnum semper erit. Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: semper erit. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: non semper erit. Dimitte nobis debita nostra: non semper erit. Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos a malo: non semper erit. Sed ubi est tentatio & vbi est malum, ibi necessariū est vt petamus. Vnde deus omnipotens ita a nobis orandus est, ut quicquid humana fragilitas cauere & vitare non pualet, hoc ille ꝓpitius nobis conferre dignetur. Iesus xps dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre & spū sancto in secula seculorum, Amen.

Item eodem die alii sermones de eodē de quo supra, qui habētur in libro Quinquaginta Homilia. quadragesimo secundo. Et de uerbis domini uigesimo octauo.

Psal. 117. In die sancto Paschæ, de eo quod scriptum est in psalmo: Hæc est dies quam fecit dominus, &c. Sermo I.

Serm. 136. NOn queo fratres charissimi, quod mente concipio, ore proferre, & cordis mei lętitiam lingua non explicat. Hoc autem non solum ego patior, qui cupio narrare quæ sentio, sed etiam vos mecum patimini, plus exultantes in conscientia quàm eloquio proferentes. Videtur mihi hæc dies cęteris diebus esse lucidior, sol mundo clarior illuxisse, astra quoque omnia uel elementa lętari, & quæ patiente domino ꝓprium lumen retraxerant, & noluerunt creatorem suum aspicere crucifixum, eum nunc victorem illum, & ab inferis resurgentem nouo claritatis suæ uenerantur obsequio. Credit cœlum, credit terra, & sagēna quæ totum mundum piscata est, Iudęos

Psal. 117 tenere nō potuit. Hæc est dies quam fecit dominus exultemus & lętemur in ea. Quo modo Maria virgo mater domini inter omnes mulieres principatum tenet, ita & inter cæteros dies hæc oīum dierum mater est. Rem nouā dico, sed quæ scripturarū uocibus comꝓbatur. Hæc dies una de septem, & extra septem est. Hæc dies quæ appel-

Ps. 6. & 11 latur octaua. Vnde & in quibusdā psalmorū titulis superscribitur ꝓ octaua. Hæc est

Gene. 7 in qua synagoga finitur, & ecclesia nascitur. Hæc est in cuius numero octo animæ seruatæ sunt in arca Noe, Et quid mihi necesse est infinita replicare? Dies me deficiet si uoluero omne diei istius exponere sacramentum, hoc tm̄ dico, quod uniuersa sabbati gratia & antiqua illa festiuitas populi Iudæorū diei istius solennitate mutata est. Illi in sabbato non faciebant opus seruile, nos in die dominica, hoc est, in die resur-

Exo. 20. rectionis opus seruile non facimus, quia peccatis & vitiis nō seruimus. Qui. n. facit

Ioan. 8. peccatum, seruus est peccati. Illi de domibus suis non egrediebantur, & nos de domo xpi nō egredimur. Sumus. n. in ecclesia. Illi nō accendebant ignē in die sabbati, nos econtrario accendamus in nobis ignē spiritussancti, & omne vitium excoquamus peccatorū. De quo igne dns ait: Ignē veni mittere in terram, & quid volo nisi vt

Luc. 12 ardeat? Desiderat dominus istum ignem arderē in nobis, secundum Apostolum: Spi-

Rom. 12. ritum sanctum feruere, vt non refrigescat charitas dei. Illi per diem sabbati non ambulant in itinere, perdiderunt. n. eum qui dixit: Ego sum uia. Nos autem dicimus:

Ioan. 14. Psal. 118. Beati immaculati in uia, qui ambulāt in lege domini. Et iterum: Viam ueritatis elegi, & viam iustificationū tuarū doce me. Illi de spinis dominū coronauerunt, nos autem

Matt. 27. infuerimus lapides precioſi, nostrum dominum coronabimus. Caput imperatorum

seculi

seculi istius ornant diademata, nos ideo in capite nostri regis imponimur, vt ornemur a capite. Illi non receperunt Christum, & susceпturi sunt antichristum: nos recepimus humilem filium dei, vt habeamus postea triumphantem. Et ad extremum, noster hircus ante dominum immolatur in altari, illorum hircus antichristus con- Leuit. 16
sputus & maledictus proiicitur in solitudinem. Noster latro cum domino ingressus Luc. 23.
est paradisum, illorum latro, homicida atque blasphemus moritur in suo peccato. Illis Barrabas latro dimittitur, nobis xps occiditur. Pro quibus vniuersis frēs cha- Matt. 27
rissimi cōsona pariter uoce cantemus: Hæc est dies quam fecit dominus, exultemus Psal. 117
& lætemur in ea. Igneam illam romphęam & paradisi ianuam quam nullus potuit Gene. 3
effringere, hodie Christus cum latrone reserauit. Hodie dixit Christus ad angelos: Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino. Quę cum semel a- Psal. 117
perta est, nunquam credentibus clauditur. Ex eo tempore quo passus est dominus vsque ad prę sentem diem, hæc porta clausa est & reserata: clausa est peccatoribus & incredulis, reserata est iustis & credentibus. Per hanc ingressus est Petrus, per hanc ingressus est & Paulus, per hanc omnes sancti martyres intrauerunt, per hanc quoti die de toto mundo iustorum animæ ingrediuntur. Duæ. n. sunt portæ, porta paradi- Portę duę.
si, & porta Ecclesiæ. Per portam Ecclesię intramus in portam paradisi. Ita ergo debemus viuere, ne euciamur de domo illa, & electi foras a bestiis deuoremur, quas in alio loco propheta formidans commemorans ait: Ne tradas bestiis animam confitentem tibi. Ecce nunc dominus stans in paradisi ianua loquitur ad nos, qui sumus in Psal. 73.
domo ipsius congregati, & dicit: Hæc est porta domini, iusti intrabunt per eam. Psal. 117.

In eodem festo, de descensu Christi ad inferos, Sermo II.

PAssionem uel resurrectionem domini & saluatoris nostri frēs dilectissimi, licet Serm 137.
omnia veteris testamenti uolumina multo ante prædixerint, tamen etiam per os
quid ꝓphetæ spiritussanctus euidenter ostendit, dicens: Deus vltionum dominus, Psal. 98.
deus vltionum libere egit. Solus etenim ipse libere egit, qui nobis hodie ostendit
quid egerit. Libere. n. egit, de quo multo antea fuerat prophetatum, quia factus est Psal. 87
sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Vultis tamen audire quid egerit? Au-
dite quid fecerit, Nulla necessitate, sed ꝓpria voluntate in ligno se suspendi pmisit,
clauis corpus suum perforari non renuit, animam ponendo mortem sustinuit, car- Marci. 27
nem in sepulcro posuit, & comitante secum anima ad inferna descendit. Per hanc electi, qui quanuis in tranquillitatis, sinu, tamen apud inferni claustra tenebantur,
ad paradisi amœna reducti sunt. Quod ante passionem dixit, in resurrectione sua
dominus impleuit: Si exaltatus fuero, inquit, a terra, omnia traham ad me. Omnia Ioan. 12
etenim traxit, qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia abstulit, utiq;
electa. Neque n. infideles quosque & ꝓ suis criminibus eternis suppliciis deditos, ad
ueniam dominus resurgēdo reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos
in fide & actibus recognouit. Vnde recte etiam per Osee dicitur: Ero mors tua o Osee. 13
mors, ero morsus tuus inferne. Id nanque quod occidimus, agimus vt penitus non
sit. Ex eo autem quod mordemus, partem abstrahimus, partemq; relinquimus. Quia
ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partem abstulit & partem reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernum. Ait ergo: Ero mors tua o mors. Ac si aperte dicat: Quia in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus inferne, quia sublatis meis te in parte transfigo. Tunc
etenim dominus noster Iesus Christus illuni tenebrarum & mortis principem colligauit, legiones illius perturbauit, portarum inferni vectes ferreos cōfregit, omnes
iustos qui originali peccato astricti tenebantur absoluit, captiuos in libertatem pristinam reuocauit, peccatorum tenebris obcęcatos splendida luce perfudit. Ecce au- Psal. 93.
distis, ꝓ defensor noster vltionis dominus libere egisse describitur. Postquam. n. exal
tatus, id est, a Iudæis in cruce suspensus est, ut hæc breuiter cuncta perstringā, mox
vt spiritum reddidit, vnita suæ diuinitati anima ad infernorum ꝓfunda descendit.
Cumq; tenebrarum terminum quasi quidam deprædator splendidus ac terribilis attigisset, aspicientes eum impię ac tartaricæ legiones, territę ac tremētes inquirere cœperunt, dicentes: Quisnam est iste terribilis, & nueo splendore coruscus? Nunquā

noſter talem excepit tartarus, nunquam in noſtram cauernam talem euomit mundus. Inuaſor iſte non debitor, exactor eſt non peccator. Iudicem videmus, non ſupplicem: venit iubere, non ſuccumbere: eripere, nō manere. Vbi iam ianitores noſtri dormierunt, cum iſte bellator clauſtra uexabat? Hic ſi reus eſſet, tam potens non eſſet. Si eum aliqua peccata fuſcarent, nunquam noſtra tartara ſuo diſliparet fulgore. Si deus, ut quid venit? Si homo, quid præſumpſit? Si deus, quid in ſepulcro facit? Si homo, quare peccatores ſoluit? Nunquid cum actore noſtro fœdus compoſuit, aut forte congreſſus & ipſum vicit, & ſic ad noſtra regna aſcendit? Certe mortuus erat, certe illuſus erat. Prædator noſter neſciuit, quam huic ſtragem ꝓcuraret in inferno crux illa, fallens gaudia noſtra, parturiens damna noſtra. Per lignum ditati ſumus, per lignū euertimur. Perit poteſtas illa ſemp populis formidata. Nullus hic viuus intrauit, nemo carnifices terruit, nunquam huic cœnolento loco & nigra ſemper caligine cęcato iucundum lumen apparuit. Aut forte ſol de mundo migrauit? Sed nec cœlum nubes aſtrąꝫ apparent, & tamen infernus lucet. Defendere contra ipſum cuſtodiam carceris noſtri non ualemus. Male intrauimus, lumen obtenebrare nequiuimus, inſuper & de noſtro interitu formidamus. Vnde eſt iſte tam ſplendidus, tam fortis, tam præclarus, tamꝙ terribilis? Mundus ille qui nobis ſubditus fuit, ſemper noſtris vſibus mortis tributa perſoluit, nunquam nobis talem miſit, nunquam talia inferis munera deſtinauit. Quis ergo iſte eſt, qui ſic intrepidus noſtros fines ingreditur, & non ſolum noſtra ſupplicia non uereatur, inſuper & alios de vinculis noſtris abſoluit? An forte ipſe eſt ille, de quo princeps noſter paulo ante dicebat, quod per eius mortem, totius mundi acciperet poteſtatem? Sed ſi iſte eſt, in contrarium eſt noſtri prędatoris uerſa ſententia, & dum ſibi vincere viſus eſt, ipſe potius victus atque ꝓſtratus eſt. O princeps noſter, hic ne eſt ille de cuius tibi ſemper futura morte plaudebas? Ipſe ne eſt in cuius cruce omem mumdum tibi ſubiugandum eſſe credebas? Ipſe ne eſt in cuius exitu nobis tanta ſpolia ꝓmittebas? Quid eſt quod egiſti? Quid eſt quod facere voluiſti? Ecce iam totas tibi tenebras ſuo ſplēdore fugauit, & omnes tuos carceres fregit, captiuos eiecit, ligatos ſoluit, luctus eorum in gaudium cōmutauit. Ecce ipſi qui ſub noſtris ſolebant ſuſpirare tormentis, inſultant nobis de perceptione ſalutis, & non ſolum iam nihil uerentur, inſuper & minātur. Nunquam hi ita ſuperbi erant mortui, nec aliquando ſic potuerunt læti eſſe captiui. Vt quid iſtum adducere uoluiſti, quo ueniente omnes ſunt lætitiæ reſtituti, qui ante fuerant deſperati? Nullus hic iam ſolicitus eorum mugitus auditur, nullus reſonat gemitus. Factum eſt autem captiuis redemptionis commercium. O princeps noſter, illas tuas diuitias quas primum acquiſieras per paradiſi amiſsionem, nunc perdidiſti per crucem: perit omnis lætitia tua, in luctum conuerſa ſunt gaudia tua. Dum tu Chriſtum ſuſpendis in ligno, ignoras quanta damna ſuſtineas in inferno. Præuidere non poteras, quia euerſorem regni tui in mortem ſine reatu aliquo perducebas? Attenderes cauſam, requireres culpam. In quo nihil mali cognoueras, quare eum ad noſtram patriam perducebas? Liberum huc adduxiſti, & tot obnoxios perdidiſti. Poſt iſtas crudelium miniſtrorum infernalium voces, ſine aliqua mora ad imperiū domini & ſaluatoris noſtri omnes ferrei confracti ſunt uectes: & ecce ſubito innumerabiles ſanctorum populi, qui tenebantur in morte captiui, ſaluatoris ſui genibus aduoluti, lacrymabili eum voce cum obſecratione depoſcunt, dicentes. Adueniſti redemptor mundi, adueniſti quem deſiderantes quotidie ſperabamus. Adueniſti quē nobis futurum lex nunciauerat & prophetæ. Adueniſti donans in carne viuis indulgentiam peccatoribus mundi, ſolue defunctos inferni. Veniſti poſt longas lacrymas, eripe ſolus qui paſſus es pro nobis. Cœli conditor, ad inferos intrare dignatus es. Tenta noſtra vocabant ſuſpiria, te larga requirebant lamenta. Vnde ſpes deſperatis, unde cōſolatio in tormentis? In aduentu tuo catena noſtra cecidit, nox effugit. Vita veniente mors moritur, nec tortor inſtat, nec percuſſor. Damnati vota capiunt, creator ꝓperat non inuaſor. In tyranno catena innectitur, & tortor noſter pœna torquetur. Solue redēptor mundi defunctos captiuos inferni. Deſcendiſti pro nobis ad inferos, noli nobis deeſſe cum fueris reuerſurus ad ſuperos. Poſuiſti titulū gloriæ in ſeculo, pone ſignū victoriæ in inferno. Nec mora poſtquā audita eſt poſtulatio atque ad-

gatio innumerabiliū captiuoꝝ ſtatim a dñi iuſſu omnes antiqui iuſti iura poteſtatis accipiunt, atque in ſuos tortores ipſi ꝓtinus tormenta conuertunt, humili ſupplicatione cum ineffabili gaudio clamantes dño, atque dicentes: Aſcende dñe Ieſu ſpolia to inferno, & authore mortis ſuis uinculis irretito, redde iam lætitiam mundo. Iucundentur in aſcenſu tuo fideles tui, aſpiciētes cicatrices corporis tui. Fecit hoc xp̄s ſicut iam ſuperius dictum eſt: Facta p̄da in inferno, uiuus exiit de ſepulchro. Ipſe ſe ſua potētia ſuſcitauit, & iterū ſe immaculata carne veſtiuit. Diſcipulis ſuis apparuit, vt dubitationem auferret incredulis. Clauoꝝ uulnera demonſtrauit, vt nullā ſuſpicionem relinqueret Manichæis. Manifeſte manducauit & bibit, poſtea vero in conſpectu multoꝝ apparuit. Per nubē cœlos aſcendit, in ſede ſuā carnē ad patris dexteram, unde nunquam uerbū dei diſceſſerat, collocauit. Exultent ergo populi xp̄iani, ꝓ quibus ſanguis effuſus eſt xp̄i. Iucundemur in dño, qui reſurrectionē carnis ſoléniter celebramus in xp̄o. Omnis p̄torum mundum catholica gratuletur Eccleſia, qa xp̄s dominus & de ſua diuinitate nihil minuit, & hominem quem creauerat liberauit. Vnde exultantes voce humili ſupplicemus, vt pro quibus iſta ptulit cum uenit in mundum, liberatos nos de manu inferi attollere ſecum dignetur in cœlum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Ioan. 20

Actor. 1.

In eodem feſto, de reſurrectione, Sermo III.

Serm. 138.

GAudete fratres chariſſimi, quia redemptionis noſtræ p̄tium p̄ſolutum eſt. Non modica quantitate conſtamus, ꝓ quibus ipſe factus eſt p̄tium q redemit. Chriſtus. n. dominus & ſaluator ideo natus eſt ut doceret, ideo mortuus eſt ut ſanaret. Crux fuit mortifera xp̄o, ſed ſalutifera Chriſtiano. Surrexit ſaluator chariſſimi, cūctis diuinitatis ſuæ manifeſtus iudiciis. Nam ſecutæ ſunt eum ſtellę poſt uēr. gloria poſt ſepulcrum. Regreſſum cuſtodit angelus, qui nunciauerat naſcitur. Reddūt ꝑterna victorem, & ſuperna ſuſcipiunt triumphantem. Suſtulit errorē natus, mortem calcauit occiſus. Reuocauit ab inferis quem creauit, in illius cruce p̄tiū noſtrū pependit & regnum. Redit in lucem creatura cum domino. Lumen n. ex lumine ſuſcipere meruiſti, quod cū xp̄s oculos clauderet perdidiſti. Prouiciāt ſuperi tenebras, quas ſaluator inferis denegauit. Congaudeant hic elementa quæ planxerant, quia xp̄s de ſua maieſtate nihil perdidit, & hominem quem fecerat liberauit. Iudæi tamē perfidi, monumenti lapidem ſignauerunt, vt non haberet xp̄s egreſſum: ſed ſicut eū mundus non capit, nec ſepultura cuſtodit. Tenetur ibi, ſed vbique regnat. Difficile ſurgeret, ſi non antequam reſurgeret regnaret. Nam quō de ſepulchro exire nō poſſet, qui ex incorruptis matris uiſceribus ſalua virginitate ꝓceſſit? Feſellit cuſtodes, exiliuit de ſepulcro, apparuit diſcipulis ianuis non apertis. Inde clauſus exiit, huc excluſus intrauit. Immenſę maieſtatis arcanum, fecit etiā in morte miniſteriū. Crucifixus redit ab inferis & triumphat. Infer manum tuam Thoma lateri ſaluatoris, tange uulnera quę noſtra peccata fecerūt, ſcrutare vnde ſanguis effluxit ut nobis ſanitatis poculum ꝓpinaret. Intuere Thoma p̄tium noſtrum, ſigna clauoꝝ diligenter attende, & iu ipſis uulneribus medicamentum uel theſauꝝ humani generis recognoſce. Niſi hoc ligno figeretur, ligni illius p̄uaricatio minime tolleretur. Sed ideo ſe ille p̄cuti voluit, ne nos diutius peccata percuterent. Innocentem tradidit, ut reū abſolueret. Quis tantam digne poſsit eloqui pietatem? Innocens affligitur, ut noxius liberaretur. Vt redimatur ſeruus, occiditur filius. Vtitur pii & fortiſſimi regis officio, dum cicatrices quas ꝓ ſalute populi ſui excepit, oſtendit. Aſpicite phariſæi vacuum monumentum, & impietatis veſtræ cognoſcite ſacrilegium. Clauos quos fixeratis agnoſcimus, & quem occidiſtis adoramus. Videte quem compunxiſtis. Poterat fixuras clauoꝝ dominus reſurrectione ſua componere, ſed ideo reſeruauit ut qui hoc ſacrilegiū cōmiſerāt, uideāt, & cōfundātur. O crudeliſſimi phariſæi, impios uos uidetis & p̄fidos. Vni mors data eſt, ut oībus tolleretur. Sed xp̄s dñs quādo mortem ſuſcepit, ita corruptionē nō ſenſit, qūo quādo natus eſt integritatē Marię uirginitas non amiſit. Properate diſcipuli, & accepta poteſtate p omnes gentes excurrite. Renaſcantur in ſpiritu, qui naſcuntur in carne. Salutare lauacrum diluat, quicquid præuaricatio ſordidauit. Baptizentur omnes gentes in nomine patris & filii & ſpiri-

Matt. 27.

Lucæ. 2

Ioan. 20.

Matt. 28

tussancti,vt impleatur quod scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu
Ioan. 3. sancto,non potest intrare in regnum dei. Nos vero charissimi, qui nullis precedentibus meritis de iferni carcere & de tenebris æternæ noctis meruimus liberari, ita sobrie, ita caste,ac pie viuere studeamus, vt stolam baptismi sine aliqua luxuriæ macula integram illibatamq; seruantes,ad æterni sponsi thalamum, & ad illud cœleste ac nuptiale conuiuium charitati splendidi,bonorum margaritis operum ornati fœliciter veniamus, ipso adiuuante qui cum patre & spiritu sancto viuit & gloriatur deus,per omnia secula seculorum,Amen.

In eodem festo,de resurrestione corporum contra Gentile: Sermo IIII.

Sermo. 49. PEr hos dies sicut recolit charitas vestra fratres, solenniter leguntur Euangelicę lectiones ad resurrectionem domini pertinentes. Omnes enim Euangelistę quatuor,neque de passione domini,neque de resurrectione tacere potuerunt. Nā quia multa fecit dominus Iesus,non omnes omnia conscripserunt,sed alius ista, alius illa,summa cum concordia veritatis. Multa etiam commemorat Ioannes euāgelista facta esse a domino Iesu Christo,quæ a nullo aliorum conscripta sunt. Tanta facta sunt,quanta tunc fieri debuerunt: tanta scripta sunt,quanta nunc legi debuerunt. Vt autem ostendantur Euangelistæ omnes quatuor in eo quod simul omnes dicunt,& non prætermittunt: id est,de passione vel de resurrectione Christi non inter se dixisse contraria,valde operosus est labor. Nonnulli enim putauerunt eos inter se
1. Re. 16 esse contrarios,cum essent contrarii animæ suæ. Et ideo data est opera ab eis qui potuerunt adiuuante domino, vt ostenderentur inter se non esse contrarii. Sed sicut dixi,si hoc vobis ostendam,& in populo velim ista tractare, multitudo audientium prius obruitur tædio q̄ reueletur scientia veritatis. Sed scio fidem vestram,id est,fidē huius totius multitudinis,& eorum qui hodie hic non sunt,& tamen fideles sunt: noui fidem eorum sic esse certam de veritate Euangelistarum, vt expositione mea non indigeant. Qui nouit quomodo ista defendat,doctior est,non fidelior. Habet fidem, habet facultatem defendendi fidem, Alius non habet facultatem & copiam & doctrinam defendendi fidem,sed habet ipsam fidem. Ille autem qui nouit defendere fidem, titubantibus est necessarius,non credentibus. In defensione enim fidei curātur languores dubitationis vel infidelitatis. Qui ergo defendit fidem,bonus est medicus. Sed
Matt. 9 in te non est infidelitatis morbus. Quando ille nouit curare qd nō habes, nouit ista ponere medicamentum,sed in te non est vitium. Non est sanis opus medicus,sed male habentibus. Tamen quę possunt expeditius dici ,p tempore,& commodius audiri, subticere vobis non est consilii. De ipsa resurrectione domini,cuius in seipso dominus p̄misit exemplum, ut sciremus quod etiam in corporibus nostris in fine seculi sperare debeamus,multi multa disputant,aliqui fideliter, aliqui infideliter. Qui fideliter disputant,scire volunt diligentius quid respondeant infidelibus: qui aute infideliter disputant,argumentantur contra animas suas,disputantes contra potētiam omnipotentis,dicētes: vnde fieri potest,vt mortuus resurgat? Dico ego: Deus est qui facit,& tu dicis fieri non potest. Non dico: Da mihi Christianum, da mihi Iudæum: sed,da mihi Paganum multorum idolorum cultorem, dæmonum seruum,qui nō dicat deum esse omnipotentem,negare Christum potest,negare omnipotentem deum non potest. Quem tu ergo credis? Quasi pagano loquor. Quem tu credis deum omnipotentem,ipsum ego dico mortuorum suscitatorem: Si dixeris, Nō potest fieri. derogas omnipotenti. Si autem credis illum omnipotentem,me quare respuis ista dicentem? Si diceremus carnem resurrecturam vt esuriat & fitiat, vt vgrotet,ut laboret, vt corruptionibus subiiciatur, merito crdere non deberes. Habet enim modo caro ista has necessitates uel calamitates. Et hoc vnde? Causa peccatū est, in quo peccauimus,& omnes ad corruptionem nati sumus. Malorum omnium nostrorū causa peccatum est, Non enim sine causa homines mala ista patiuntur. Iustus est deus, omnipotens est deus, nullo modo ista paterēmur si non mereremur. Sed cū essemus in pœnis,ad aquas venimus de peccatis,dominus noster Iesus Christus voluit esse in pœnis nostris sine peccatis suis,sustinendo sine culpa pœnam & culpam soluit & pœnā.

Calamitatū tpaliū pēm causa est.

Culpam soluit peccata donando,pœnam soluit a mortuis resurgēdo. Hoc promisit, & nos in spe ambulare voluit: perseueremus,& ad rem deueniemus. Caro resurget incorruptibilis, caro resurget sine vitio, sine peformitate, sine onere acpondere: quām nunc tibi facit tormentum,postea tibi erit ornamentum. Ergo si bonum est habere corpus incorruptibile,quare hoc facturum deum volumus desperare? Philosophi seculi huius,qui magni fuerunt & docti & cæteris meliores,animam humanā immortalem esse senserunt,nec solum senserunt,sed quantis potuerunt argumentationibus defenderunt,& ipsas defensiones conscriptas posteris reliquerunt. Sunt libri,leguntur. Ideo istos philosophos dixi aliis fuisse meliores in comparatione peiorum,quia fuerunt philosophi qui dicerent homini cum mortuus fuerit,nullam vitam postea remanere, Talibus ille utique prępponendi sunt. Et in quo illi meliores erant quanuis in multis a ueritate deuiantes,tamen in quo erant isti superiores,veritati fuerant propinquantes. Hi ergo qui senserunt atque dixerunt animas humanas immortales,de malis hominum, de ærumnis erroribusq; mortalium quæsierunt causas quantum homines potuerunt, & dixerunt sicut potuerunt præcelsisse nescio quæ in alia uita peccata, quorum peccatorum merito ista corpora velut carcerem animæ mererentur. Deinde quæsitum est ab eis, q̄ postea cum fuerit homo mortuus quid erit. In hoc contriuerunt ingenia sua,& laborauerunt quantum ingenia potuerunt reddere hominibus rationem vel sibi vel aliis: & dixerunt,animas hominum male viuentium immundas pessimis moribus, cum exierint de corporibus, rursus continuo reuolui ad alia corpora,& pœnas hic luere quas videmus: eas vero animas quæ bene vixerunt,cum exirent de corporibus, ire ad superna cœlorum,requiescere ibi in stellis & luminibus istis conspicuis, vel quibuscunque cœlestibus abditisq; secretis,obliuisci omnium præteritorum malorum,& rursus delectari redire ad corpora,& venire iterum ad ista patienda. Hoc ergo interesse voluerunt inter animas peccatorum & animas iustorum, quia peccatorum animas de proximo statim cum exierint de corporibus,dicunt reuolui ad altera corpora, iustorum autem animas diu esse in requie,non tamen semper, sed rursus delectari corporibus, & de summis cœlis post tantam iustitiam ad ista mala facere ruinam. Hoc dixerunt valde magni philosophi mundi huius,de quibus dicit scriptura nostra: Stultam fecit deus sapientiam,quanto magis stultitiam? Si sapiētia mundi stultitia est apud deum,stultitia mundi quam longe est a deo? Est tamen quædam stultitia mundi huius,quæ peruenit ad deum,de qua dicit Apostolus: Quoniam in sapientia dei non cognouit mundus per sapientiam deum,placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Et dicit: Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prędicamus Christum crucifixum, Iudęis quidem scandalum, gentibus stultitiam,ipsis autem uocatis Iudæis & Græcis Christum dei virtutem & dei sapientiam. Venit dominus Christus sapientia dei,cœlum tonat,ranę taceant. Quod dixit veritas,verum est. Quòd dixit in malo quidem esse genus humanum causa peccati, manifestum est. Sed qui crediderint in mediatorem,qui constitutus est medius inter deum & homines,inter deum iustum & homines iniustos, medius homo iustus, humanitatem habens de imo,iustitiam de summo,& ideo medius,hincvnum & vnū inde,quia si vtrunque inde ibi esset,si vtrunque hinc nobiscum iaceret, medius non esset. Qui ergo crediderit in mediatorem, & fideliter ac bene uixerit, exit quidem de corpore,& erit in requie,postea uero recipiet corpus non ad tormentum, sed ad ornamentum,& uiuet cum deo in æternum. Non est quòd eum delectet ut redeat, quia secum habet corpus. Ergo charissimi, qui proposui uobis hodie quid dicant etiam philosophi mundi huius,quorum deus sapientiam tanquam ueram stultitiam reprobauit,crastino adiuuante domino exponere poterimus.

1. Cor. 1
1. Cor. 3.
1. Cor. 2.

Item in eodem festo alius sermo de resurrectione domini & cantatione Halleluia, quihabetur in libro Quinquaginta Homiliarum decimo sexto.

Luc.24. Feria secunda paschę, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Duo & ex discipulis Iesu ibant, &c. Sermo I.

Ser.140. Mat.28. Luc.24. HEsterno die, id est, nocte, lecta est ex Euangelio resurrectio saluatoris. Lecta est autem ex euangelio secundum Matthæum. Hodie vero sicut audistis pronunciare lectorem, recitata est nobis domini resurrectio, sicut Lucas Euangelista conscribit. Quod sępe admonendi estis, & memoriter tenere debetis. Non vos debet mouere quod alius Euangelista dicit, si quid alius prętermittit, quia & ille qui prætermittit quod alius dicit, dicit aliquid quod ille p̄termiserit. Aliqua uero singuli dicunt, alii tres non dicunt: aliqua duo dicunt, alii non dicunt: aliqua tres dicunt, & vnus non dicit. Authoritas autem tanta est euangelii sancti, vt quia in eis loquebatur spiritus vnus, uerum sit etam quod dixerit vnus. Hoc ergo quod modo audistis, quia dominus Iesus, posteaquam resurrexit a mortuis, inuenit duos in via ex discipulis suis colloquentes inuicem de his quæ contigerant, & dixit illis, Qui sunt sermones isti quos loquimini vobiscum, & cętera: solus dicit Lucas Euangelista, Breuiter hoc attigit Marcus, quia apparuit duobus in via: sed quid illi dixerint domino, vel quid eis dixerit dominus, p̄termisit. Quid ergo ista lectio contulit nobis? Magnū aliquid si intelligamus. Apparuit Iesus, videbatur oculis, & non agnoscebatur. Magister ambulabat cum illis in via, & nōdum illi ambulabant in uia. Inuenit enim eos exorbitasse de via. Quando enim cum illis fuerat ante passionem, omnia p̄dixerat passurum se fuisse, moriturum, tertia die resurrecturum. Omnia p̄dixerat, sed semo illius illorum obliuio fuit, sicut perturbati sunt quando eum viderunt in ligno pendentem. Nos, inquiunt, sperabamus quia ipse erat redempturus Israel. O discipuli sperabatis, ergo iam non speratis? Ecce Christus viuit, spes mortua est in vobis. Prosus viuit Christus. Mortua discipulorum corda inuenit, quorum oculis, apparuit & non apparuit, uidebatur & abscondebatur. Nam si non uidebatur, quomodo illum interrogantem audiebant, interroganti respondebant? In uia cum illis tanquam comes ambulabat, & ipse dux erat. vtiq; videbant, sed non agnoscebant. Tenebantur oculi eorum, sicut audiuimus, ne eum agnoscerent. Eia fratres, vbi voluit dominus agnosci? In fractione panis. Securi sumus, panem frāgimus, & dominū agnoscimus. Noluit agnosci nisi ibi ppter nos, qui non eum visuri eramus in carne, & tamen manducaturi eius carnem. Quisquis ergo fidelis es, quisquis non inaniter Christianus caris, qui squis Ecclesiam non sine causa ingrederis, quisquis verbum dei cum timore & spe audis, consolatur te fractio panis, absentia domini non est absens. Habeo fidem, & tecum est quem non vides. Illi quando cum eis dominus loquebatur, nec fidem habebant, quia eum resurrexisse non credebāt, nec resurgere posse sperabant. Perdiderant fidem, perdiderant spem, ambulabant mortui cum uiuente, ambulabat p cum ipsa uita. Cum illis ambulabat uita, sed in eorum cordibus nondum erat uita. Tu vero si vis habere uitam, fac quod fecerunt ut agnoscas dominum, hospitio susceperunt. Similis enim erat dominus tanquam in longinqua pergenti, illi uerō tenuerunt eum. Posteaquam uenerunt ad locum quo tendebant, dixerunt, Iam hic nobiscum mane, declinauit in vesperam dies. Tene hospitem, si vis agnoscere saluatorem. Quod tulerat infidelitas, reddidit hospitalitas. Dominus ergo præsentauit seipsum in fractione panis. Discite ubi dominum quæratis, discite ubi habeatis, discite vbi agnoscatis quando manducatis. Norunt enim fideles aliquid quod melius intelligunt in ista lectione q̄ illi non nouerunt. Dominus his cognitus est, & postea ꝯ cognitus est, nusquam comparuit eis. Affuit corpore, dum tenebatur fide. Ideo enim dominus noster absentauit se corpore ab omni Ecclesia, & ascendit in cœlum vt fides ædificetur. Si enim non nosti nisi quod vides, ubi est fides? Si autem credis & quod non vides, cum uideris gaudebis. Aedificatur fides, quia redditur species, veniet q̄d videmus. Veniet frēs ueniet, uide qūo te inueniat. Nā veniet q̄d dicūt homines, ubi est, qñ est, qūo est, qñ erit, qñ venturū est. Certus esto, veniet, nō solū veniet, sed & si mo[illegible] Iis ueniet. Væ q non crediderūt, & magnū gaudiū eis qui crediderūt. Gaudebūt fideles, cōfundētur infideles. Fideles dicturi sunt, Grās tibi dñe, vera audiuim⁹, vera cognouimus, uera credidimus, uera spauimus, uera cernimus. Infideles aūt dicturi sunt. Vbi est q̄d nō credebamus, vbi est quod illa quæ legebatur mendacia putabamus? Ita fiet, vt confusio ni reddatur supplicium. Ibūt enim illi in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Mat.25

Eodem die, de resurrectione. Sermo. II.

Ser.141. REsurrectio domini nostri Iesu Christi ex more legitur his diebus ex omnibus libris sancti Euāgelij. In hac lectione animaduertimus, qūo discipulos suos prima mēbra sua, hærentes lateri suo obiurgauit dominus Iesus: quia quem dolebant occisum fuisse, non credebant viuum ēsse patres fidei, nōdum fideles magistri: vt crederet totus orbis terrarum quod prædicaturi fuerant, & propter quod fuerant morituri, nondum credebant. Quem viderant mortuos suscitasse non credebant resurrexisse. Merito ergo obiurgantur, ostendebantur sibi vt innotescerent sibi qui essent per seipsos, quid futuri essent per illum. Sic etiam Petrus demonstratus est sibi, quando de imminente passione præsumpsit, & veniente ipsa passione titubauit. Vidit se in se, doluit se in se, tleuit se in se, conuersus est ad eum qui fecerat se. Ecce isti nondum credebant. Qualis illius dignatio qui nobis dedit credere quod nōdum videmus, non credimus verbis eorum, illi non credebant oculis. Resurrectio autem domini nostri Iesu Christi noua vita, & vita est credentium in Iesum, & hoc sacramentum est passionis & resurrectionis eius, quod valde nosse & agere debetis. Non enim sine causa vita venit ad mortem. Non sine causa fons vitæ vnde bibitur, bibit hunc celicem qui ei non debebatur. Nō enim Christo debebatur mori, Vnde venerit mors, originem ipsius quæramus. Pater mortis peccatum est. Si enim nunquam peccaretur nemo moreretur. Legem dei, hoc est præceptum dei cum conditione homo primus accepit: vt si seruaret, viueret: si corrumperet, moreretur. sese credendo moriturum fuisse, quod dixerat qui legem dederat, inde mors, inde labor, inde miseria, inde etiā post mortē primam mors secunda est, post mortem temporalem mors sempiterna. Huic ergo traditioni mortis obnoxius, his legibus inferni obstructibus nascitur omnis, homo sed propter illum hominem deus homo factus est ne periret homo. Non n. legibus obstrictis venit: ideo dicitur in Psalmo, Inter mortuos liber. Quem sine concupiscentia virgo concepit, quem virgo peperit, & virgo permānsit, qui vixit sine culpa, qui est mortuus propter culpam non suam. Nam mortuus est propter nostrā. Pœna culpæ mortis dominus noster Iesus Christus mori venit, peccare non venit, communicando nobiscum si ne culpa pœnam, & culpam soluit & pœnam. Pœna quā soluit quæ nobis debebatur post istam vitam. Ergo crucifixus est, vt in cruce ostenderet veteris hominis nostri occasum, Et resurrexit vt in vita sua ostenderet nostræ vitæ nouitatem. Sic enim docuit doctrina apostolica, Traditus, inquit, est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Huius rei signum circuncilio data erat patribus, vt octaua die circunciderētur omnis masculus. Circuncisio fiebat ex cultellis petrinis, quia petra erat Christus. In ista circuncisione significabatur expoliatio carnalis vitæ octaua die per Christi resurrectionem, Septimus enim dies hebdomadis sabbato completur. Sabbato dominus iacuit in sepulcro: octauo autem die resurgendo nos innouauit. Nos ergo octauo die resurgendo circuncidit, nos in ipso spe viuimus. Audiamus Apostolum dicentem, Si cōresurrexistis cū xp̄o. Qūo resurgimus qui nōdum mortui sumus? Quid est ergo quod voluit dicere Apostolus, Si consurrexistis cum Christo? Nunqd ille resurrexit, nisi prius mortuus fuisset? Viuentibus loquebatur, nondum morientibus iam resurgētibus. Quid sibi vult? Videte quid dicat, Si resurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite vbi xp̄s est in dextera dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ supra terram. Mortui enim estis. Ipse dicit, Non ego sed tamē verū dicit: & ideo dico & ego, Credidi propter qd̄ locutus sum. Si bene viuimus, mortui fuimus & resurreximus. Qui autem nondum mortuus est, nec resurrexit, male adhuc viuit. Et si male viuit, non viuit, moriatur ne moriatur. Quid est, moriatur ne moriatur? Mutetur ne dānetur. Si resurrexistis cū xp̄o, verba repeto Apostoli, quæ sursum sunt quærite, vbi xps est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, nō quę sup terrā. Mortui. n. estis, & vita vestra absc̄odita cum Christo in deo. Cum enim Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos cū illo apparebimus in gloria: hæc sunt verba Apostoli. Et qui nōdū mortuus est, dico vt Mat.25 Luc.24 Peccatum mortis pater. Psal.87. Roma.4. Gene.17 Iosue.5. 1.Co.10. Col.3. Psal.115. Col.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Viuere bene quid. Gene.3. Psal 71. Psal.4. Mendaciũ quærere.

moriatur:& qui adhuc male viuit,dico vt mutetur. Si enim male viuebat,& iam male non viuit,resurrexit. Sed quid est bene viuere? Quæ sursum sunt sapere,non quæ super terram Quandiu terra es,in terram ibis: quãdiu lingis terram? Amando terram,lingis vtique terram,& efficieris eius inimicus: de quo dicit Psalmus, Et inimici eius terram lingent. Quid erratis filii hominum? Quid estis filii dei? Filii hominũ vsquequo graui corde,vt quid diligitis vanitatem & quærẽtis mẽdaciũ? Quod mendacium quæritis? Mundum. Beati esse vultis,scio. Da mihi hominem latronẽ,scelera-
tum,fornicatorem,maleficum,sacrilegum,omnibus vitiis inquinatum,omnibus fla-
gitiis seu facinoribus obruptum qui non velit beatam vitam viuere. Scio oẽs vultis
beate viuere,sed vnde homo beate viuat,hoc non vultis quære. Quæris aurum,quia
putas te de auro beatum futurum,sed aurum te non facit beatũ Quare quæris men-
dacium? Quare vis esse in isto seculo sublimatus? Quia honore hominum & pompa
seculi putas te beatum futurum,sed pompa seculi non te facit beatum, Quare quæ-
ris mendacium? Et quicquid hic aliud quæris cum secularitẽr quẽris, cum amando
terram quæris,propterea quæris vt sis beatus. Sed nulla res terrena te faciet beatũ.

Psal.4.

Quare non cessas quærendo mendacium? Vnde ergo eris beatus? Filii hominũ vsq;
quo graui corde? Non vultis esse graui corde,qui terreno mendacio oneratis cor ve-
strum? Quousq; fuerunt graui corde homines? Antequã veniret Christus, antequã
resurgeret Christus,fuerunt homines graui corde. Quousque graui corde: vt quid
diligitis vanitatem & quæritis mendacium? Volentes beati esse, eas res quæritis va-
de miseri estis. Fallit vos quod quæritis mendacium est quod quẽritis. Beatus vis es-
se? Ostendo tibi si vis,vnde habes beatus esse. Sequitur ibi, Vsquequo graui corde,

Psal.4.

vt quid diligitis vanitatem & quẽritis mendacium? Scitote,Quid? Quoniam domi-
nus magnificauit sanctum suum. Venit Christus ad miserias nostras,esuriuit,siti-
uit,fatigatus est,dormiuit,mira fecit,mala passus est,flagellatus est, spinis corona-
tus est,sputis illitus,alapis cæsus,ligno fixus est,lancea vulneratus est, in sepulchro
positus,sed tertia die resurrexit Finito labore,mortua morte. Ecce ibi oculum habe
te in eius resurrectione quia ita magnificauit sanctum suũ vt resuscitaret eũ a mor-
tuis,& daret ei honorẽ in cœlo sedenti ad dexteram suam. Ostendit tibi quid debeas
sapere si vis beatus esse. Hic enim beatus esse non potes,quia nemo hic beatus esse po-
test. Bonam rem quẽris,sed terra ista non est regio eius quam quæris. Quid quæris
Beatam vitam. Sed non est hic. Aurum si quẽreres in illo loco vbi non est,ille,qui in-
uit,quia non est ibi,nonne diceret tibi, quid fodis,quid terram solicitas? Fossam fo-
cis qua descendas,non vbi aliquid inuenias,quid es responsurus admonenti te? Au-
rum quẽro. Et ille. Non tibi dico,nihil est qd quæris,sed,non est ibi quod quæris Sic
& tu quando dicis,Beatus esse volo,bonam rem quæris,sed nõ est hic. Si habuit illud
hic xps,habebas & tu in regione mortis tuæ. Quid ille inuenit hic attende, veniens
de alia regione,& quid inuenit,nisi quod hic abundat? Manducauit tecũ,quod abun-
dat in cella miseriæ tuæ. Acetum hic bibit,sed hic habuit. Ecce quod in cella tua in-
uenit. Sed ad magnam mensam suã te inuitauit,mensam cœli, mensam angelorum,
vbi ipse panis est. Descendens ergo & ista mala inueniens in cella tua, & nõ dedigna-
tus est talem mẽsam tuam,& promisit suam. Et quid nobis dicit. Credite credite vos
venturos ad bona mensæ meę,quando non sum dedignatus mala mensæ vestræ. Ma-
lum tuum tulit,& bonũ suum dabit. Vitam suam promisit nobis. Sed incredibilius
est quod fecit. Mortem suam prærogauit nobis,tanquam diceret, Ad vitam meã vos
inuito,vbi nemo moritur,vbi nemo deficit. Ecce quod vos inuito,ad regionem an-
gelorum,ad amicitiam patris & sancti spiritus, ad cœnam sempiternam, ad fratern-
itatem meam: postremo ad me ipsum. Ad vitam meam vos inuito. Non vultis cre-
dere,quia dabo vobis vitam meam? Tenete pignus,mortem meam. Modo ergo cum
in ista morte corruptibili viuimus,morum mutatione cum Christo viuamus, beatã
vitam non accepturi nisi cum ad illum uenerimus qui venit ad nos, & cum illo esse
cœperimus qui mortuus est pro nobis.

Ser.142.

Eodem die. Sermo. III.

SAlutis humanæ fratres charissimi,& mundi rediuiua libertas non modica tra-
tione requiritur,sed Christi sanguine temperatur. Sed quantum venerabilis diei
huius

huius officium credentibus contulit gaudium,tantum incredulis interitum portauit & luctum. Confert lætitiam christianis ex fide,ingerit pœnam Iudæis desperantibus ex cruce. Illis iniuria filii dei æternam contulit mortem,nobis ad perpetuã profecit salutem. Quis rogo diuinæ pietatis excessus est, vel quanta amoris amplitudo monstratur? Ad hoc deus propter hominem perditum de cœlo voluit descẽdere nõ vt honorem in mundo accipere videretur,sed vt suspenderetur in cruce. Et dum voluit deceptum laqueis mortis eximere,ipsam subire non dedignatus est mortem. Et qualem mortem? Quę detestabilior oi morte extitisset. Hoc Apostolus asseruerat di- Philip.2.
cens,Humiliauit,inquit,se vsque ad mortem,mortem autem crucis. Vnde post mor- Psal.117.
tem victrix resurrectio parabatur. Dicamus fratres. Hæc est dies quã fecit dominus, gaudeamus & epulemur in ea: hoc est pascha quod colimus, in hoc peregrinamur, hoc præteritum redit,hoc voluitur in futurum.

Eodem die sermo,de Resurrectione corporum contra infideles.
Sermo. IIII.

PRopria fides est christianorũ,resurrectio mortuorum. Hanc in seipso ideſt resurrectionem mortuorum caput nostrum Christus ostendit. Et exemplũ fidei no- Ser.143
bis præstitit,vt hoc sperent membra in se quod pcesisit in capite. Hesterno die vobis insinuauimus,sapientes gentium quos philosophos dicunt,ipsos qui in eis excellentissimi fuerun,scrutatos fuisse naturam,& de operibus artificem cohnouisse: Prophetam non audierunt,legem dei non acceperunt,sed eis quodammodo silẽs ipsis mundi operibus loquebatur,& eos ad quærendum artificẽ rerum, mundi species inuitabat. Nec potuerunt in animum inducere,cœlum & terram sine authore constare. De his beatus Paulus apostolus ita loquitur,Reuelatur,inquit,ira dei de cœlo sup omnem impietatem. Quid est super omnem? Non solum super Iudæos qui dei legem ac Roma.1.
operunt,& legis datorẽ offenderunt, verumetiam super impietatem gentium reuelatur ira dei de cœlo. Et ne quisquam diceret, quare cum ipsi legem non acceperint? Secutus adiunxit,Et iniustitiam eorum qui veritatem dei in iniquitate detinent. Iã tu respondę,Quam veritatem? Non enim acceperunt legem,nõ enim audierunt Prophetam. Audi quam veritatem. Quoniã quod notum est,inquit,dei,manifestum est in illis. Vnde manifestũ? Adhuc audi,Deus. n. illis manifestauit. Si adhuc quęris,quõ manifestauit quibus legem non dedit? Audi quomodo, Inuisibilia enim eius a constitutione mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Inuisibilia. n. eius, hoc est,inuisibilia dei a constitutione mundi,id est,ex quo constituit mundum, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur,illa per hęc intellecta conspiciuntur. Ꝯ
piterna quoq;,verba Apostoli dico,ipsa attexo. Sempiterna quoque virtus eius & di- Roma.1.
uinitas subaudis,intellecta conspiciuntur,vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscentes deum,non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Non dicit,nescientis deum,sed cognoscentes. Vnde cognoscentes? Ex his quæ fecit. Interroga pulchritudinem terræ,interroga pulchritudinẽ maris,interroga pulchritudinem dilati & diffusi aeris,interroga pulchritudinem cœli,interroga ordinem syderum,interroga solem fulgore suo diem clarificantem,interroga lunam fulgore suo sequentis noctis tenebras temperantem,interroga animalia quæ mouẽtur in aquis, in terris quæ volant in aere,latentes animas,perspicua corpora,uisibilia regenda,in uisibiles regentes: interroga ista. Respondent tibi omnia,Ecce,vide pulchra sumus, pulchritudo eorum confessio eorum est. Ista pulchra mutabilia quis fecit,nisi incommutabilis pulcher in seipso? Denique homines vt possent intelligere & cognoscere deum vniuersi mundi creatorem,in ipso homine interrogauerũt hęc duo, corpus & animam,hoc interrogabant quod & ipsi gestabant,videbant corpus, animam non videbant,Sed corpus nisi de anima non uidebant. Videbant enim per oculum,sed intus erat,qui per fenestras aspiciebat. Deniq; discedente habitatore,iacet domus. Discedente qui regebat,cadit quod regebatur. Et quoniam cadit,cadauer vocatur. Nõ ne ibi oculi integri? Et si pateant,nihil vident. Aures assunt,sed migrauit auditor. Linguę organum manet,sed abscesit musicus qui mouebat. Interrogauerunt ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista duo,corpus quod videtur,& animam quæ non videtur, & inuenerunt melius esse aliud quod non videtur,quam illud quod videtur: maiorem esse animam latentem deteriorem carnem apparentem. Viderunt ista,intuiti sunt, discusserunt vtrũq; & inuenerunt vtrunque mutabile in ipso homine. Mutabile corpus per ætates, per corruptiones,per alimenta,per refectiones,per defectiones,per vitam, per mortem. Transierunt ad animam quam vtique comprehenderant meliorem & inuisibilẽ,mirabantur,& inuenerunt & ipsam mutabilem,modo nolle,modo scire, modo nescire, modo meminisse,modo obliuisci,modo timere,modo audere,modo in in sapientiam Roma.1. modo in stultitiam deficere. Viderunt & ipsam mutabilẽ,transierunt & ipsam. Quæ sierunt enim aliquod immutabile. Sic ergo peruenerunt & cognoscendum deum qui fecit,per ista quę fecit: sed non sicut deum honorauerunt aut gratias egerunt: vt ipse dicit Apostolus,sed euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiẽs cor eorum,dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt Et quo peruenerunt? Et immutauerunt,inquit,gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Idola dicit. Et parum erat facere idolum ad speciem hominis,& ad sui operis similitudinem addicere artificẽ,parum fuit hoc. Sed insuper quid? Et volucrũ & quadrupedum & serpentium. Omnia quippe ista quasi muta animalia & irrationabilia illi quasi magni sapientes deos sibi fecerunt. Reprehendebam quando adorabas imaginem hominis,quid tibi faciam quando adoras imaginem canis,imaginem colubri,imaginem crocodilli? Peruenerunt vsque ad ista. Quantum quærentes in superna euecti sunt,tantum cadentes in ima demersi sunt. Altius enim mergitur quod de alto cadit. Hi ergo sicut hodie vos cõmonui quæsierunt quod postea, id est, quod post hanc vita sit futurum. Quæsierunt sicut homines, sed quando inuenirent cum homines essent,doctrinam dei non habuerunt,prophetas non audierunt,non potuerunt inuenire,suspicati sunt. Retuli heri vobis suspitiones. Exeunt animæ malæ, inquiunt,& quia immundæ sunt, continuo in alia corpora reuoluuntur. Exeunt animę sapientium atque iustorum: & quia bene vixerunt, volant ad cœlum. Age bene,bene inuenisti illis locum, volantes ad cœlum peruenerunt. Et quid ibi? Ibi erunt inquiunt,& requiescent cum diis. Sedes eorum erunt stellæ. Non malum habitaculis illis inuenistis,vel ibi illas dimittite,nolite illas deiicere. Sed,inquiunt, Post tempora longa,facta penitus obliuione veterum miseriarum,incipiunt velle reuerti ad ista pora,& delectabit eas venire: & rursus veniunt ad ista patienda, ad ista tolerandad obliuiscendum deum,ad blasphemandum deum,ad sequendas corporis voluptates, ad pugnas contra libidines. Veniunt ad istas miserias,vnde & quo? Dic mihi quare? Quia obliuiscuntur, Obliuiscuntur & delectationem carnis hoc solum mali sui memorem minerunt vnde ruerunt. Veniunt. Quare? Quia delectat eos rursus in corporibus habitare. Vnde delectat eos,nisi per memoriam,quia ibi aliquando habitauerunt? Dele totam memoriam,& forte residuam facies sapientiam. Nihil remaneat quod reuocet,Et horruit quidam author ipsorum cui demonstrabatur,vel qui inducebat apud inferos demonstrantem patrem filio suo. Nostis enim proprie omnes hæc,atque vtinã pauci noscueretis. Sed pauci nostis in libris,multi in theatris, quia Aeneas descendit ad inferos,& ostendit illi pater suus animas Romanorum magnorum venturas
Vergi. lib. Aneidos. in corpora: expauit ipse Aeneas & ait,O pater an ne aliquas ad cœlũ hinc ire putandum est. Sublimes animas,iterumque ad tarda reuerti corpora. Sentiendum ne est, inquit quód eant ad cœlum & iterum redeant? Quæ lucis miseris tam dira cupido? Melius filius intelligebat quam pater exponebat. Reprehendit cupiditatem animarum rursus in corpora redire volentium. Dixit duram cupiditatem, dixit eas miseras,nec erubuit eas. Ad hoc philosophi perduxistis,ut purgẽtur animæ,perueniant ad summam mundiciam,& per ipsa mundiciam obliuiscantur oĩa, & per obliuiones miseriarum redeant ad miserias corporum. Dicite obsecro, Nonne etiam hæc si ipsa esset,inquã,quę sine dubio falsa,quia fœda sunt,nonne melius nescirentur? Ante te dicturus es mihi,non eris sapiẽs si ista nescieris. Vt qd illa sciã, possum ne esse melior,q̃ tunc ero in cœlo? Si in cœlo quãdo ero melior & perfectior,& obliuiscor omnia quæ hic didici,& hæc ibi melior nescisturus sum,sine modo illa nescieno habitantem dicis omnia obliuiscẽtem,sine in terra esse horum omnium nescien-

tem. Deinde rogo te, an sciant se istæ animæ in cœlo, passuras esse rursus huius uitæ miserias,an nesciunt? Elige quod volueris. Si sciunt se passuras esse tantas miserias,quo sunt beatæ miserias suas futuras cogitantes? Quo sunt beatę, vbi sunt sine securitate? Sed video quid eligas,dicturus es nesciunt. Laudas ergo ibi hanc ignorãtiam quam me nunc habere non sinis,docendo me in terra,quod me nesciturum dicis in cœlo. Nesciunt,inquis. Si nesciunt,& se non putant passurus,errando sunt beatæ. Quod.n passuræ putant se non passuras,quod falsum putare,quid est aliud quã errare? Erunt ergo errore fœlices,erunt beatæ non ęternitate sed falsitate. Liberet nos veritas vt beati uere esse possimus, qm̃ nó vacat sermo redẽptoris nostri, Si uos filius liberauerit,tunc vere liberi eritis. Ipse.n.dixit, Si manseritis in verbo meo, ve- Ioan. 8
re discipuli mei eritis,& cognoscetis veritatem,& veritas liberabit vos. Deinde audi aliud peius,aliud dolendum,vel potius irridendum: hic sapiens,hic philosophus, hoc est interrogatus: Verbi gratia,Pythagoras,Plato, Porphyrius,& nescio quis aliꝰ ipsorum, Quare philosopharis? Propter,inquit,beatam vitam. Quando habebis istã beatam vitã? Cum hoc corpus, inquit,reliquero in terra. Modo ergo misera vita geritur,sed spes est beatę uitę: ibi beata uita geritur,sed spes est miseræ vitæ. Ergo si spes nostræ infœlicitatis est fœlix,& fœlicitas infœlix, abiiciamus hæc, & uel rideamus quia falsa sunt,uel doleamus quia magna existimantur. Sunt.n.ista fratres mei magna,magnorum deliramenta doctorum Quanto melius tenemus magnoꝝ sacramenta doctorum? Amore corporũ dicunt redire animas purgatas, mundatas,sapientes,purgatas animas amore corporum redire ad corpora. Ergo anima purgata si sic amat, nonne amor iste magnę sunt sordes? Sed corpus est omne fugiendum, magnus eorũ Porphyrius philosophus,fidei Christianæ acerrimus inimicus, quia iam Chri- 1.Petr.4.
stianis temporibus fuit,sed tamen ab ipsis deliramentis erubescendo, a Christianis 12.de Ciuitate dei
ex aliqua parte correptus,dixit. Corpus est omne fugiendum. Omne dixit,quasi om cap.26.
ne corpus uinculum ærumnosum sit animæ. Et prorsus si corpus qualecunq; est fugiendum, non est ut laudes eius corpus: & dicas, qũo deo docẽte fides nostra laudat corpus: quia & corpus quod modo habemus, quãuis habeamus hinc de peccato pœnam,& corpus quod corrumpitur aggrauat animam: tamen habet corpus istud spe- Sapien.
ciem suam,dispositionem membrorum,distinctionẽ sensuum,erectam staturã,&c. quę bene considerantes stupent. Veruntamen illud omnino incorruptibile,omnino immortale,omnino ad mouendum agile & facile erit. Sed ait Porphyrius. Sine causa mihi laudas corpus. Qualecunq; corpus,si uult esse beata anima, corpus est omne fugiendum. Hoc dicunt philosophi,sed errant,sed delirant. Cito,pbo, nolo diutius disputare,libros uestros lego,quia illa quę p̃dicata sunt,debẽt habere subditum. Duo enim sunt inuicem sibi connexa,prædicata & subdita. Superat omnia deus,huic cũcta sunt subdita. Et anima si habet aliquem honorem apud deum,debet habere aliquid subditum. Sed nolo hinc diutius disputare,libros vestros lego,mundum istum animal dicitis, id est, cœlum & terram, maria, omnia quę sunt ingentia corpora, & immensa usquequaq; elementa. Totum hoc uniuersum corpus quod ex his elementis omnibus constat, dicitis esse animal magnum: id est,habere animã suam,sed sensus corporis non habere,quia extrinsecus nihil est quod sentiri possit: habere tamẽ intellectum,hærere deo: & ipsam animam mundi uocari Iouem,uel uocari Hecatẽ, id est,quasi animam uniuersalem mundum regentem,& unum quoddam animal facientem: eundemq; mundum æternum esse dicitis,super futurum,finem non habiturum. Si ergo æternus mundus,& sine fine manet mundus,& animal est mundus,anima ista semp tenetur in mundo,certe corpus est oẽ fugiendũ. Quid est qd̃ dicebas, Corpus est oé fugieudũ? Ego dico beatas aias incorruptibilia corpora semp habituras. Tu q dicis,corpus oẽ fugiẽdũ,occide mũdũ. Tu dicis,ut fugiã de carne mea,fuglat Iupiter tuus de cœlo & terra. Quodq; inuenimus eũdẽ Platonẽ magistrũ istoꝝ oium,in libro quodã suo quẽ scripsit de cõstitutione mũdi, inducere deũ factorem deoꝝ,facientẽ. s. deos cœlestes,stellas oẽs,solem & lunã, Dicit ergo deum opificẽ deorum cœlestium, dicit ipsas stellas habere animas intellectuales q̃ intelligunt deum, & corpora uisibilia quę cernuntur. Dico ut intelligatis, Sol iste qui uidetur non uideretur nisi corpus esset. Hoc uerum est: stella ulla uel luna non uideretur nisi cor- 1.Cor.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus esset,verum dicit.Ideo dicit & Apostolus, Et corpora cœlestia,& corpora terrestria.Et sequitur,Alia gloria cœlestium,alia & terrestrium. Et rursus dicens de gloria cœlestium corporũ Apostolus adiunxit,& ait,Alia gloria solis,alia gloria lunæ, alia gloria stellarum.Stella enim a stella differt in gloria,sic & resurrectio mortuorũ. Vides quia promissa est sanctorum corporibus claritas,& diuersa species claritatis,quia diuersa sunt merita charitatis.Sed illi qui dicũt,stellæ istę quas videtis,corpora sunt quidem,sed suas aĩas intellectuales,& sunt dij iterũ de corporibus,quia corpora verum dicunt,Sed vtrũ habeant animas suas,vt quod discutio modo veniamus adrẽ. Inducitur deus a Platone ipso alloq deos quos fecit de corpotali & incorporali substantia,atque inter cætera dicere illis.Quoniã estis orti,immortales esse & dissolubiles non potestis.Iam ad istam vocem illi intremiscere poterãt. Quare? Quia immortales esse cupiebant & mori nolebant.Ergo vt eis auferret timorem,secutus addũxit atque ait.Non tamen dissoluemini,neque vos vlla mortis fata periment, nec erunt valentiora quam consilium meum,quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram,quam illa quibus colligati estis.Ecce deus securitatem dat diis a se factis: securitatem illis dat immortalitatis: securitatem illis dat q̃ non relinquãt globos corporum suorum.Certe corpus est omne fugiendum. Quantum existimo respondum est illis,sicut intelligere potestis,sicut & nos loqui possumus, quantum hora sermonis permittit quantum capacitas nostra sinit,respondum eis.Iam vero quod & ipsi dicant de resurrectione corporum quasi acute,& non eis, sicut arbitrantur etiam nos respondere possumus multum est vt hodie vobis dicam. Sed quia semel promisi vobis,per istos dies istam de resurrectione carnis quæstionem esse versandã, ad ea quæ restant,adiuuante domino,& aures & corda in crastinum præparate.

Ser. 144.

Matt.29. Mar. 16. Luc. 24.

Rom.11.

Luc.24.

Gene.3.

Feria tertia paschæ. Sermo.I.

RESurrectio domini nostri Iesu Christi,& hodie recitata est: sed de altero libro Euangelii qui est secundum Lucam.Primo enim lecta est secundum Matthæũ hesterna autem die secundum Marcum,hodie secundum Lucam, Sic habet ordo euangelistarũ.Sicut enim passio ipsius ex omnibus euangelistis cõscripta est,sic duo isti septem vel octo durant spacium, vt secundum omnes euangelistas resurrectio recitetur.Passio autem quia vno die legitur,non solet legi nisi secundum Matthæum. Volueram aliquando vt per singulos annos secundum omnes euangelistas etiã passio legeretur,factum est, non audierunt homines quod consueuerunt & perturbant sunt.Qui autem amat literas & non vult semper esse idiota,omnia nouit, & omnia diligenter inquirit.Sed sicut cuiq; a deo parata est mensura fidei,sic quisque proficit. Nunc attendamus quod hodie cum legeretur audiuimus. Nam quod heri commendaui charitati vestræ expressimus,hodie audierimus infidelitatem discipulorum,vt intelligamus quantum eius beneficio nobis præstitum est.Si credamus quod nos redemit,vocauit eos,instruxit eos,vixit cum eis in terra,fecit ante oculos eorũ tanta mirabilia vsq; ad mortuos suscitandos.Mortuos resuscitauit,carnem suam nõ erubescebat resuscitare: Venerunt mulieres ad monumentum, corpus in monumento non inuenerunt,resurrexisse dominum ab angelis audierunt, fœminæ viris nunciauerunt.Et quid scriptum est,quid audistis? Visa sunt ista ante oculos eorum quasi deliramenta.Magna infidelitas conditionis humanæ. Quando locuta est Eua quod dixerat serpens,audita est,cito mulieri creditum est,fœminis vera dicentibus vt viueret Christus minus creditum est.Nam hoc est quod egit dominus Iesus Christus, vt prius illud sexus fœmineus nunciaret, Quia ergo per sexum fœmineum cecidit homo,per sexum fœmineum reparatus est homo: quia virgo Christum peperit, fœmina resurrexisse nunciabat,per fœminam mors,per fœminam vita. Sed non crediderunt discipuli quod dixerant fœminæ,delirare putauerunt,quando veritatẽ nunciabant.Ecce alibi,Duo ambulabant in via,& loquebantur secum de his quæ acciderant in Hierusalem,de iniquitate Iudęorum,de morte Christi,ambulabant fabulantes,& quasi mortuum dolentes,resurrexisse nescientes. Apparuit & ipsis factus est tertius viator,miscuit cum eis amica colloquia,oculi eorum tenebantur ne agnoscerent eum.Oportebat enim vt melius cor instrueretur. Cognitio differtur, quærit ab eis quid

quid inter se loquerentur,ut quod ipse sciebat illi faterentur. Et,quod audistis,mirari cœperunt,quia de re clara & tam manifesta velut a nesciente interrogabãtur, Tu solus,inquiunt,peregrinus es in Hierusalem,& nescis quæ ibi gesta sunt? At ille dixit, Quæ de Iesu Nazareno qui fuit ꝓpheta potens factis & dictis. O discipuli, Propheta erat xps dominus ꝓphetarũ, iudici nomen p̃conis imponunt, ad alienigenas uerba deuenerant. Quid est quod dixi? Recolite q̃ quando ipse Iesus ait discipulis suis. Quem dicunt homines esse filium hominis? Responderunt opiniones alienas. Alii dixerunt quod Helias es,alii quia Ioannes baptista,alii quia Hieremias, aut unus ex prophetis. Verba ista alienorũ erant,non discipulorũ. Ecce ad ista verba discipuli uenerunt.Nunc ergo uos quem me esse dicitis? Respõdistis mihi opiniones alienas, fidem uestram volo audire.Tunc Petrus vnus pro omnibus, Tu es xps filius dei uiui,Nõ quicunq; unus ex ꝓphetis,sed filius dei uiui,adimpletor ꝓphetarum, creator angelorum. Tu es xps filius dei uiui. Audiuit quod decuit eum audire ex hac uoce & tali uoce,Beatus es Simon bar Iona,quia non tibi reuelauit caro & sanguis,sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi,Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,& portæ inferi non pualebunt aduersus eam. Tibi dabo claues regni cœlorum,& quęcunq; solueris super terram,soluta erunt & in cœlo: & q̃cunq; ligaueris super terram,ligata erunt & in cœlo. Fides hoc meruit audire,non homo. Nam ipse homo quid erat,nisi quod ait psalmista, Omnis homo mendax? Denique continuo post hæc verba denunciauit eis passionẽ suam & mortem. Expauit Petrus & ait, Absit a te domine non fiet istud. Tunc dominus,Redi post me satanas.Petrus satanas,vbi sunt illa uerba,Beatus es Simon bar Iona? Nunquid beatus satanas? Beatus de deo,satanas de homine. Denique iuse dominus exposuit quare illum dixerit satanam.Non.n.sapis quæ dei sunt,sed quę sunt hominis. Vnde tunc beatus? Quia non tibi reuelauit caro & sanguis,sed pater meus qui in cœlis.Vnde postea satanas? Non sapis quę dei sunt,quæ quando sapueras beatus eras,sed sapis q̃ hominis sunt. Ecce quomodo alternabat anima discipulorũ quasi ex ortu & occasu, modo stabat, modo iacebat,modo illuminabatur, modo tenebrabatur, qa de deo illuminabatur, de suo tenebrabatur. Vnde illuminabatur? Accedite ad eum & illuminamini. Vnde tenebrabatur? Qui loquitur mendacium de suo loquitur. Filium dei eum dixerat & timebat ne moreretur cum filius dei esset.Nisi ille uenisset ut moreretur, nos unde viueremus? Vnde nos habemus vitam,inde ille habuit mortem. Ipsum Euangelium attende,In principo erat uerbum,& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum,Quære ibi mortem: Vbi? Vnde? Q̃uo? Erat uerbum,uerbum apud deum,deus uerbum.Si inuenis ibi carnem & sanguinem,inuenis mortem: ergo ille uerbum. Vnde illi mors? A nobis hominibus in terra positis,mortalibus,corruptibilibus,peccatoribus. Vnde uita? Non erat illi unde haberet mortem,non eramus nos unde haberemus uitam. Accepit ille mortem de nostro,ut daret nobis vitam de suo. Quomodo ille mortem de nostro? Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Accepit hinc a nobis quod offerret ꝑ nobis. Vita autem vnde nobis? Et vita erat lux hominum. Ipse nobis uita,nos illi mors. Sed qualis mors? Dignatione,non conditione,quia dignatus est,quia voluit,quia misertus est. Potestatem habeo ponendi animam meã, & iterum sumendi eam. Hęc Petrus nesciebat, quãdo audita morte domini expauit. Sed ecce iam dixerat dominus moriturum se & resurrecturum tertia die. Factum est quod prędicabat,& non credebant quod audierant. Ecce iam triduum est ex eo qđ ista facta sunt,& nos putabamus q̃ ipse erat redempturus Israel. Sperabatis iam de speratis,de spe cecidistis,leuat uos qui vobiscum ambulat. Discipuli erant,ipsum audierant magistrum,nouerant ipsum,ab illo instructi erant,& non potuerunt imitari & habere fidem latronis pendentis in cruce. Sed forte aliqui uestrum nesciunt qd dixi de latrone,non audiendo passionem secundum omnes euangelistas. Iste.n.euãgelista Lucas narrauit quod dico quia duo latrones crucifixi sunt cum Christo: dixit & hoc Matthæus,Sed unus eorum latronum qui insultauit domino, & alter eorum qui credidit Christum: Matthæus non dixit, Lucas dixit. Recolamus fidem latronis quã non inuenit xps post resurrectionẽ in discipulis suis. Pendebat in cruce xps, pendebat & latro. In medio ille,illi a lateribus. Insultat unus, credit alter: iudi-

Pſal.33. Ioan. 8

Ioan. 1.

Ioan. 10.

Luc.24.

Lucæ. 23

Matt.27.

car]melius ille.n.qui insultabat hoc dixit, Si filius dei es libera te. Et alius ad illum,
Tu non times deum. Si nos propter facta nostra merito patimur,ipse quid fecit? Et
Lucæ. 23 conuersus ad eum,Memento,inquit,mei domine dum veneris in regnum tuũ. Ma-
gna fides,huic fidei quid addi possit ignoro. Titubauerunt qui viderunt Christum
mortuos suscitantes,credidit ille quem videbat secum in ligno pendentem. Quando
illi titubauerunt,tunc ille credidit. Qualem fructum xp̃s de arido ligno percepit?
Quid.n.dñs dixerat,Amen dico tibi,hodie mecum eris in paradiso, Tu differs te,e-
go agnosco te. Quando hoc speraret latro,adductus de latrocinio ad iudicem,a iudi
ce ad crucem,de cruce ad paradisum. Deinde ipse attendens merita sua non dixit,Me
mento mei ut liberes me hodie, sed cum veneris in regnum tuum, tunc memor mei
esto: si mihi tormenta debentur,uel quousque veneris in regnum tuum. Et ille,non
inuasisti regnum cœlorum,uim fecisti,credidisti,rapuisti, hodie mecum eris in para
diso. Non te differo. Tantæ fidei hodie reddo qnod debeo. Latro dicit, Memento mei
domine cum veneris in regnum tuum Non solum credebat resurrecturum,sed etiã
regnaturum. Pendendenti crucifixo,cruento ligno horrenti,cum veneris, inquit,in
regnum tuum: & illi,nos sperabamus. Vbi latro inuenit,discipulus perdidit. Deinde
Luc.24. iam charissimi,magnum sacramentum quod cognouimus,audite, Ambulabat cum
illis,suscipitur hospitio,panem frangit,& cognoscitur. Et nos non dicamus, quia
Christum non cognouimus,nouimus si credimus. Verum est,Nouimus si credimus,
habemus si credimus. Habebant illi xp̃m commune,nos intus in animo. Plus est xp̃m
habere in corde, q̃m in domo. Cor.n.nostrum interius nobis est, q̃m sit domus nostra.
Iam vero vbi debet eum fidelis agnoscere? Agnoscit qui fidelis est,qui autem cate-
chumenus est,ignorat. Sed ianuam contra eum nemo claudat, ut nouerit, Hesterna
die admonui charitatem uestram, quia resurrectio xp̃i est in nobis si bene uiue-
mus. Si uita nostra mala moriatur,& quotidie noua ꝓficiat. Abundant hic pœniten
tes. Quando illis imponitur manus,fit ordo longissimus. Orate pœnitentes,& eunt
orare pœnitentes. Quo pœnitet quod fit,si pœnitet non fiat. Si autem fit, [non] no-
men erat, crimen manet. Aliqui ipsi sibi pœnitentiæ locum petierunt,aliqui ex com-
municati a nobis in pœnitentæ locum redacti sunt,nolunt inde surgere,quasi eho
sit locus pœnitentium. Qui debet etiã locus humilitatis,sit locus humilitatis. Vobis
dico qui uocamini pœnitentes & non estis: Vobis dico, Quid uobis dicam? Laudo
uos,in hoc non laudo,sed gemo & langeo: Et quid faciam frẽs, immutate uitã in me-
lius. Mutate,quia finis incertus est. Omnis homo cum casu suo ambulat Quid dicis
De uerbis tis bene uiuere,cum putatis quia longa erit uita? Longam uitam putatis,& mortem
do. ser. 16. subitaneam non timetis. Sed ecce longa sit: & quæro unum pœnitentem,& non in-
uenio. Quanto melius bona longa q̃ mala uita erit? Longam cœnã malam ferre ne-
mo,longam vitam malem omnes habere uolunt. Vtiq; si grande quod uiuimus,bo-
num sit ipsum grande. Quid.n.uis mali,dic mihi in oibus actibus tuis,cogitatio-
bus,cupiditatibus? In terram non uis segetem malam,non uis vtiq; malam,sed bonã
arborem,equum,seruum,bonum amicũ,bonum filiũ,uxorem bonam. Et quid hæc
magna cõmemorem,quando non uis vestem malam habere,sed bonam,caligam po-
stremo ipsam non vis nisi bonam? Aut da mihi aliquid te uelle quod malum est,nec
te uelle aliquid bonum: puto uillam malam non uis,sed bonam,solam animam ma-
lam uis? Quid te offendisti? Quid de te tu ipse male meruisti? Inter bona tua uo uis
esse malum nisi te solum. Puto,quia dico quo soleo, & facitis quod soletis. Ego cor
deo excutio uestimenta mea. Timeo ne mihi imputetur quia non dico, officiũ meũ
impleo,fructum uestrum quero,de bonis operibus vestris gaudiũ habere volo,non
pecuniam. Non n. qui bene uiuit,diuitem me facit: & tamẽ diuitię meę nõ nisi spes
uestra est,in Christo gaudium meum,solatium meum, & respiramentum periclo-
rum in his tentationibus nullum est nisi bona uita vestra. Obsecro uos fratres, si
obliti estis uestri, miseremini tamen mei.

Eodem die,de resurrectione domini, Sermo. III.

Serm. 145. DE resurrectione domini quod sequebatur in Euangelio secundum Lucam, ho-
die terminatum est,vbi audiuimus apparuisse dominum in medio discipulorũ
suorum discrepantium & non credentium, Tam vero inopinatum fuit & incredibi-

le,vt nec videntes viderent. Videbant.n.viuum quem planxerant mortuum, vide-
bant in medio sui stantem,quem doluerant in cruce pendentem. Videbant ergo &
quia suis oculis non credebant,vt verum viderent, falsum putabant. Aestimabant Lucæ. 24
sicut audistis se spiritum videre. Quod postea crediderunt de xp̃o pessimi hæretici,
prius hoc crediderunt titubantes Apostoli. Sunt enim hodie qui non credunt carnẽ
habuisse Christum,quia & partum virginis destruunt,& nolunt eum natum ex fœ- Ioan. 1.
mina credere. Verbum caro factum est: prorsus a sua fide vel potus a sua infidelita-
te,totam istam dispensationem salutis nostræ,q̃ factus est homo pro inueniendo ho
mine qui deus fecerat hominem: totum hoc quod Christus in remissionem peccato Coloss. 2.
tum nostrorum verum non falsum sanguinem fudit,& de vero suo sanguine chiro-
graphum peccatorum nostrorum deleuit: hoc totum hæretici damnabiles euacuare
conantur,totum hoc Manichæi non credunt, Ecce loquitur & Euangelium, Stabat
dominus inter discipulos suos,nondum credentes q̃ resurrexerat. Videbant eum &
putabant se spiritum videre. Si nihil mali est credere Christum fuisse, non carnem:
si nihil mali est,dimittantur in ista opinione discipuli, Attendite vt intelligatis q̃d
volo dicere,deus autem donet vt dicam,vt sic dicam, quo vos audire expedit. Ecce
hoc ipsum repeto. Aliquando ipsi detestabiles carnem detestantes, & secundum car-
nem viuentes: aliquando hoc dicunt,& sic decipiunt. Qui melius credunt de xp̃o,il-
li qui dicunt quia carnem habuit,an nos qui dicimus,deus erat spũs, & oculis homi
num non corpus,sed deus apparebat? Quid est melius,caro an spiritus? Quid respõ
suri sumus,nisi spiritum carne esse meliorem? Si ergo dicis, Confiteris quia spiritus
melior est q̃m caro. Melius ergo de spiritu sentio, qui eum spm fuisse dico,non carnẽ.
O infœlix error. Quare ergo spiritum & carnem dico fuisse xp̃m? Tu dicis spiritum,
ego spm & carnem. Non tu melius dicis,sed minus dicis, Audi ergo totum quod dico
ego,id est,catholica fides,& quod dicit fundatissima fides & serenissima veritas. Tu
nũ dicis spiritum tãtum fuisse xp̃m quod est & spiritus noster,id est, anima nostra,
hoc dicis tm fuisse xp̃m. Audi quid dicas, Dico quod dicas. Erat ipse spũs ex ea natu-
ra & substantia unde & noster est spũs Quanto minus dicas,attende. Erat ibi uer-
bum,tu dicis humanus spiritus solus. Ego dico,uerbum,spiritus, corpus,deus & ho
mo. Si duo nolo dicere,isto utor compendio, Deus & homo,& uerus deus, & verus
homo. Sed de ipso homine si quæris a me,duo iterum dico, Anima humana, caro hu
mana. Tu homo es ꝓpter animam & carnem,ille xp̃s propter deum & hominem. Ec
ce quod dico. Sed tu melius te dicere putas,quia dicis,spiritus erat,spiritus appare-
bat,spiritus uidebatur,spiritus in homine conuersabatur. Hoc dicis, quod dixi,hoc
putabant & discipuli. Si nihil malum dicis,si bonum est quod dicis,bonum erat q̃d
discipuli putabant. Si dominus eos dimittit ut sic putent,dimittendus es & tu. Hoc
enim credebãt quod & tu: si bonum est quod tu credis, bonum erat quod illi crede-
bant. Sed non erat bonum. Ait illis dominus, Quid turbati estis,& cogitationes ascẽ Lucæ. 24
dunt in cor uestrum? Cogitationes istæ terrenæ sunt. Si n. cœlestes essent, descende-
rent in cor,non ascenderent. Quare.n.dicitur nobis, Sursum cor vestrum, nisi ut ter-
renæ cogitationes non ante se inueniant cor nostrum quod sursum posueramus? Er
go quid turbati estis,& cogitationes ascendunt in cor uestrum? Videte manus meas
& pedes meos,palpate & uidete. Parum est uobis attendere, Manus mittite,si parum
est attendite. Nec sufficiat attendere,palpate. Nec tangere solum dixit, sed palpate &
contrectate. Probent sibi manus uestræ si mentiuntur oculi uestri, palpate & vi-
dete,oculos & manus habete. Quid palpate, & quid videte, quia spiritus carnem &
ossa non habet, sicut me videtis habere. Errabas cum discipulis,corrigere cum disci
pulis. Humanum est,concedo. Putatis spiritum Christum,hoc & Petrus, hoc & cete-
ri qui spiritũ putauerunt se videre: sed in isto errore non remanserunt,ut scias pror
sus hoc fuisse in cordibus eorum: medicus non dimisit, accessit, medicamentum
adhibuit,uulnera in cordibus videbat, & vnde vulnera cordium curaret in corpore
cicatrices ferebat. Sic ergo credamus, scio quia creditis sic, sed ne forte in agro
isto domini sit herba mala, etiam eos alloquor quos non uideo. Nemo cre-
dat de Christo, nisi quod de se credi uoluit Christus. Antequam nobis expedit ut
credamus quod credi de se voluit, qui nos redemit, qui salutem nostram quæsi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit,qui pro nobis sanguinem suum fudit,qui pro nobis quod nobis nō debebatur, attulit:hoc credamus quod xps est filius dei,verbum dei. Quid est verbū dei? Quod dicere non potest verbum hominis,hoc est verbum dei. Quæris a me,quid sit verbū dei? Si tibi vellem dicere quid sit verbum hominis,non explico,fatigor,hæsito, succumbo,non possum explicare verbi humani. Ecce antequā dicam vobis, quod volo dicere iam verbum est in corde meo,nōdum a me dictum est,& apud me est: dicitur a me & peruenit ad te,& non recedit a me. Intenditis vt audiatis verbum a me, mentes vestras pasco cum loquor. Diuideretis inter vos cibum si afferrem ventribus,nec totus perueniret ad singulos. Sed quanto plures estis, tanto in plura frusta quod ponerem diuideretis,& tanto minus quisque acciperet, quanto maior esset multitudo accipientium. Modo autem cibum attuli mentib. Dico accipite, sumite & comedite. Accepistis,comedistis,& nō diuisistis. Quicquid loquor,& omnibus totum est, & singulis totum est. Ecce qūo non potest satis explicari quātam vim habet hominis verbum,& dicitis mihi quid est verbum dei? Verbū dei pascit angelorū, tot milia,Mente enim pascuntur,mente replentur. Implet angelos,implet mundū, implet virgine. Ioan.10 vterum,nec ibi spaciatur,nec hic angustiatur. Quid est verbum dei? Ipse breuiter dese dicit,sed magnum est quod dicit,Ego & pater vnum sumus. Nolo murmures, verba appende. Quid ergo? Plura verba de vno verbo non sufficiunt explicando verbū. Ioan.1 Ergo quod non potest explicari verbum caro factum est,& habitauit in nobis. Suscepit totum quasi plenum hominem,animam & corpus hominis. Et si aliquid scrupulosius vis,animam & carnem habet & pecus. Cum dico animam humanam & carnē humanam,totam animam humanam accepit. Fuerunt enim qui hinc hæresim facerent & dicerent,quia anima Christi non habuit mentem,nō habuit intellectum,non habuit rationem,sed verbum dei illi fuit pro mente & pro intellectu & pro ratione. Nolo sic credas. Totum redemit qui totum creauit, totum suscepit, totum liberauit verbum. Vbi mens hominis & intellectus,ibi anima viuificans carnem. Caro vera & integra erat ibi peccatum solum non erat ibi.

Mar.16 Eodem die,de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Marcum, Post hæc autem duobus ex his ambulantib. apparuit in alia effigie &c. Sermo. III.

Ser. 146. HOdierno die iam ecce tertio audiuimus ex Euangelio domini nostri resurrectionem,quemadmodum me vobis locutum esse meministis quoniā hoc moris est, vt secundum omnes euangelistas resurrectio domini recitetur. Marci Euangelium est,quod modo cum legeretur audiuimus. Marcus autem meruit istam dispensationem,cum in numero illorum duodecim non fuisset,quemadmodum & Lucas, Nam cum sint quatuor euangelistæ,Matthæus,Ioannes,Marcus & Lucas, duo sunt ex illis duodecim Apostolis,id est,Matthæus & Ioannes. Sed illorum præcessio infœcunda non fuit,vt consequentes comites non haberent. Marcus & Lucas Apostolorum non pares sed suppares fuerunt. Ideo iam voluit spiritussanctus etiam ex his qui inter duodecim non fuerunt,eligere ad Euangelium conscribendum duos, ne putaretur gratia euangelizandi vsq; ad Apostolos peruenisse,& in illis fontem gratiæ defecisse. Ioan.4 Cum enim dicat dominus de spiritu suo,& de verbo suo, quod siquis perceperit digneq; habuerit,fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam: fons vtiq; manando se indicat,nō remanando. Per Apostolos peruenit gratia ad alios,& missi sunt euangelizare,quoniam qui vocauit primos,ipse vocauit secundos,ipse vocauit etiā vsq; ad nouissimum tempus corpus vnigeniti sui,id est, Ecclesiam toto orbe diffusam. Quid ergo audiuimus Marcum dicētem? Quod apparuerit dominus in uia duo Mar.16. bus,sicut dixit & Lucas,cuius Euangelium heri audiuimus. Apparuit,inquit, duobus in uia in alia effigie. Lucas autem hoc ipsum aliis uerbis dixit, sed ab eadem sententia non deuiauit. Lucas enim quid dixit? Tenebantur oculi eorum ne eum agnoscerent: Marcus qd dixit? Appuit eis in alia effigie. Qd ille dixit, Tenebātur oculi eo- Luc.24. rū ne eū agnoscerēt: hoc iste dixit, In alia effigie. Alia.n. effigies uisa est, retētis oculis nō apparentis. Quid ergo fratres, qm Lucas dixit, quod credo uos de lectione hesterna recentissime meminisse, quod cum benedictum frangeret panem, aperti sunt oculi eorum? Ergo clausis oculis in uia cum illo comitabantur,& poterant scire ubi gressus ponerent, si clausos oculos haberēt? Aperti sunt ergo ad cognitionē, nō ad usus

nem Dominus itaq; noster Iesus Christus, ante panis fractionem ignotus loquitur cum hominibus,in panis fractione cognoscitur,quia ibi percipitur vbi vita æterna percipitur. Hospitio suscipitur,qui domum parat in cœlo. Ait enim secundum euangelistam Ioannem. Multæ mansiones sunt apud patrem meum,alioquin dicerem vobis,ibo parare vobis locum. Sed si iero & parauero, iterum veniens assumam vos. Ioan. 14 Hospes in terra esse voluit dominus cœli,peregrinus in mundo,per quem factus est mundus. Hospes esse dignatus est,vt tu haberes suscipiendo benedictionem,nō quia ille indigebat,cum hospes intrabat. Heliam sanctum famis tempore per coruum do- 3.Reg. 17. minus pascebat,& quem persequebantur homines,ei seruiebant aues. Afferebat ser De verb. uo dei coruus mane panes,ad vesperam carnes. Non indigebat ergo ille quem deus do. ser. 26. ministris auibus pascebat,& tamen quāuis Helias non indigeret,mittitur ad viduā Sareptanam & dicitur ei,Vade,illa vidua pascet te, Defecerat ei deus, vt ad viduam mitteretur? Sed si deus seruo suo sine humano ministerio semper præberet panem, vidua vñ haberet mercedē? Mittitur ergo nō indigens ad indigentem, non esuriens ad esurientem,& dicit ad eam,Vade & affer mihi pusillum vt manducem. Illa modicū habebat quod consumptura erat,& moriendo defectura. Respondit,quantum haberet,Prophetæ intimauit,& ait illi Propheta,Vade prius affer mihi. Illa non dubitauit,sed obtulit,Obtulit refectionē,sed meruit benedictionem. Benedixit sanctus Helias hydriam farinæ,capsacem olei. Illud in domo repositum erat consumendum, & illud oleum in palo pendebat finiendum. Accessit benedictio, & vasa illa thesauri facti sunt. Laguncula olei facta est fons olei,farina parua vberrimas segetes superauit. Si Helias non indigebat,Christus indigebat? Ideo fratres mei admonet nos scriptura sancta,quia plerunque seruos suos quos potest pascere deus, ideo facit indigentes,vt inueniat operantes. Nemo superbiat, quia dat pauperi,Christus pauper fuit,Nemo superbiat,quia hospitem suscipit,xps hospes fuit. Melior est susceptus q̄ suscipiens,ditior accipiens quam tradens. Qui accipiebat cuncta possidebat, qui dabat ab illo cui dabat acceperat quod dabat. Nemo ergo superbiat fratres mei,quando dat pauperi,non dicat in animo suo: Ego do,ille accepit,Ego suscipio,ille indiget tecto. Forte quem suscipis iustus est,ille indiget pane,tu veritate, Ille tecto, tu cœlo, ille indiget pecunia,tu iustitia,Fœnerator esto,eroga quod recipias noli timere,ne te fœneratorē iudicet deus. Prorsus esto fœnerator,sed deus tibi dicit: Quid vis? Fœnerari vis. Quid est fœnerari? Minus dare & plus accipere. Ecce mihi da,ego accipio minus,& do plus. Quem quæris cui des,vnde crescat pecunia tua? Hominem quæris, quando accipit gaudet,quando reddit plorat. Vt accipiat precatur, ne reddat calumniatur. Da quidem & homini & noli te auertere ab eo qui mutuum petit. Sed tu dedisti,non ploret cui dedisti: & si hoc ipsum quod daturus est,vel quod accepit exigitur,forte ad manum nondum habet,pertulisti petentem,expecta habentem,cum habuerit reddet tibi. Sed auarus es,dicit tibi deus, Me conueni,ego filium diuitem,pauperem propter te feci,Propter nos enim pauper factus est cum diues esset. Aurū quæris,ille fecit. Familiam quæris,ille fecit. Pecora quæris. Ille fecit. Possessiones quæris, 2.Cor.8 ille fecit. Argentum quæris,ille fecit. Quid quæris tantū quę fecit? Ipsum accipe qui fecit,cogita quēadmodum te dilexit. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Omnia per ipsum,& ipse inter omnia. Qui fecit hominem factus est homo, Ioan. 1. factus est quod fecit,ne periret quod fecit. Qui fecit omnia, factus est inter omnia. Attēde diuitias quid diuitius eo per quem facta sunt omnia? Et tamen ille cum diues esset,mortalem carnem accepit in vtero virginis. Infans natus est, pannis infantilibus inuolutus est,in præsepio positus est,patienter expectauit ætates,patienter tempora pertulit,per quem facta sunt tempora. Suxit,vagiuit,infans apparuit. Sed iace- Luc.2 bat & regnabat,a matre nutriebatur,& ab angelis nunciabatur,& stella fulgente declarabatur. Tales diuitiæ,talis paupertas,diuitiæ vt crearēris,paupertas vt restituere tis. Quod ille ergo paup susceptus est hospitio quasi pauper, dignatio fuit suscipientis,non miseria egentis. Forte dicis tibi, O beati qui meruerunt Christum suscipere, Si ego tūc fuissē, O si vnus fuissem de duob illis quos inuenit in via. Tu esto in via, non deerit hospes xps. Putas enim iam non tibi licere suscipere Christū? Vnde, inquis,licet? Iam resurgens manifestatus est discipulus suis,ascendit in cœlum, ibi est

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.25. ad dexteram patris,non est venturus nisi in vltimo seculo ad iudicandum viuos & mortuos. Venturus est autem in claritate,non in infirmitate, daturus regnum non quæsiturus hospitium. Quando dabit regnum,excidit tibi quod dicturus est, Cum Actuũ. 9 vni ex minimis meis fecistis,mihi fecistis? Ille dives,egens est vsque in finem seculi. Eget prorsus,non in capite,sed in membris suis,vbi doleat quãdo dixit, Saule Saule quid me persequeris? Obsequamur ergo Christo. Nobiscum est in suis, nobiscum Matt.28 est in nobis: nec frustra dixit,Ecce ego vobiscum sum vsque ad cõsummationem seculi. Hæc faciendo agnoscimus Christum in bonis operibus,non corpore,seu corde Ioan.20 non oculis carnis,sed oculis fidei. Quia vidisti,credisti,ait cuidam discipulo suo incredulo,qui dixerat,Non credo nisi tetigero: Veni tange,& noli esse incredulus. Tetigit & clamauit,Dominus meus & deus meus. Quia vidisti credidisti,ipsa est tota fides tua,quia credis quod vides: laudo eos qui non vident & credunt, quia cum viderint gaudebunt.

Ser.147 Eodem die,de resurrectione corporum contra Gentiles. Sermo. IIII.

Debus his sanctis resurrectioni domini dedicatis,quantum donante ipso possumus de carnis resurrectione tractemus. Hæc enim fides est nostra, hoc donum in domini nostri Iesu Christi nobis carne promissum est, & in ipso precessit exemplum. Voluit enim nobis quòd promisit in fine,non solum pronunciare, sed etiã demonstrare. Illi quidem qui tunc fuerunt cum illum viderent,& cum expauescerent, & spiritum se videre crederẽt,soliditatem corporis tenuerunt. Locutus est enim non solum verbis ad aures eorum,sed etiam specie ad oculos eorum, parumq; erat sepe Luc.24. bere cernendum. nisi etiam offerret pertractandum atque palpandum. Ait.n. Quid turbati estis,& cogitationes ascendunt in cor vestrum? Putauerunt.n. se spm̃ videre. Quid turbati estis,inquit,& cogitationes ascendunt in cor vestrum? Videte manus meas & pedes meos: Palpate & videte,quia spiritus ossa & carnem nõ habet sicut me videtis habere. Contra istã euidentiã disputabant hoies. Quid.n. aliud faceret hoies qui ea quæ sunt hoium sapiunt, quã sic disputare de deo cõtra deũ? Ille.n. deus est, isti hoies sunt. Sed deus nouit cogitationes hominum quoniã vanę sunt. In homine carnali tota regula intelligendi est cõsuetudo cernẽdi. Quod solent videre credunt, quod non solent nõ credunt. Præter consuetudinem facit deus miracula, quia deus est: Maiora quidem miracula sunt tot quotidie homines nasci qui non erant, quam Matt. 27. paucos resurrexisse qui erant: & tamen ista miracula non consideratione cõprehensa sunt,sed assiduitate viluerunt. Resurrexit xps,absoluta est res. Corpus erat, cum erat,pependit in cruce,emisit animam, posita est caro in sepulchro. Exhibuit illam viuam,qui viuebat in illa? Quare miramur? Quare nõ credimus? Deus est qui fecit. Considera authorem,& tolle dubitationem. Quærunt ergo homines, vtrum corruptio ista corpis q̃ sentiũt in carne sua,futura sit in resurrectione mortuorũ? Dicimus ei nõ futurã. Rñdent nobis,Si corruptio nõ erit,quare mãducabitur? Aut si nõ mãducabitur,quare post resurrectionẽ dñs mãducauit? Modo Euangelium cũ legeretur audiuimus, quia cum exhiberet se uiuũ oculis manibusq; discipulorũ suorũ, parum illi visum est ad demonstrandam euidentiam corporalem: sed addidit, Habetis hic Luc.24. aliquid quod manducetur? Et obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis,manducauit & reliquias dedit eis. Dicitur.n. nobis, Si corruptio corporis non resurget, quare manducauit dominus xps? Legistis quia manducauit,nunquid legistis, quia esuriuit? Quòd manducauit Iesus,potestatis fuit,non egestatis. Si desideraret manGene.18. ducare,egeret. Rursus si manducare non posset,minus ualeret. Nunquid & angeli quando suscepti sunt hospitio a patribus nostris non manducauerunt,& tamen corruptibiles non fuerunt? Rursus dicunt, Resurgent vitia quæ erant in corpore humano cum quibus moritur homo? Respondemus. Nõ resurgent uitia. Et dicitur Tobiæ. 12 nobis: Quare ergo dominus cum suorum uulnerũ cicatricibus resurrexit? Quid adhuc dicimus,nisi quia & hoc potestatis fuit non necessitatis. Sic resurgere uoluit,sic uoluit quibusdam dubitantibus exhibere in illa carne cicatrices uulneris, ut sanaret eorũ uulnus incredulitatis. Adhuc disputant & quęrunt a nobis: Paruuli qui moriuntur, paruuli resurrecturi sunt,an ætas erit plena reuiuiscentium, quorũ erat parua incorrientium? Hoc quidem in scripturis definitum non inuenimus. Incorruptibilia cor-

pora & immortalia resurrectura promissa sunt. Sed si parua ætas redditur, si statura pusilla reuocatur, nunquid & propterea infirmitas reuocatur? Si parui erunt, nunqd iacebunt & ambulare non poterunt? Credibilius tamẽ accipitur & probabilius & rationabilius, plenas ætates resurrecturas, vt reddatur munere, qd̃ accessurũ erat tempore. Nec enim crediturí sumus senectam resurrecturam anhelã & curuã. Postremo corruptionẽ tolle,& qd̃ vis adde. Sed,inquis. Quo erit terrenũ corpus in cœlo? Philosophi.n. gentiũ illi valde magni, quorũ vobis iã vel insanas certe vel humanas sententias intimaui, quæsierunt quippe ista nõ spiritu dei sed coniectura cordis humani: hinc maxime faciũt quęstionẽ, tractãt subtiliter de momẽtis ponderũ & ordine elementorum: & dicũt qd̃ etiam videmus mundũ sic esse dispositum, vt ima sit terra tanquam in fundo eius, secunda aqua supfundatur terræ, tertius aer veniat, quartus æther cũcta coopiat. Illud elementum supnum quod ęthera appellãt, ignem dicunt esse liquidũ & purũ, inde sydera esse formata, ibi nihil esse posse terrenũ, qm̃ ordo põderum non admittit. Si dicamus eis nostra corpora in terra esse noua victura & in cœlo non futura audaciter & temere imo infideliter dicimus. Credere.n. debemus talia corpora nos habituros, vt vbi velimus qñ voluerimus ibi simus, Nam si respondemus, ad absoluendã de ordine ponderum quæstionẽ, in terra nos esse victuros, de ipso corpore dñi nobis est quæstio cũ quo ascendit in cœlũ. Audistis qd̃ de Euãgelio modo recẽs sonuit in auribus nostris, quia eleuatis manibus suis, benedixit eis,& factum est vt beneditceret eis, recessit ab eis,& ferebatur in cœlũ xps dominus. Qui serebatur in cœlum? Dominus xps. Qui dominus Christus? Quid n. separaturus es hominem a deo,& facturus es aliã personam dei, aliam hoĩs, vt iã non sit trinitas sed quaternitas? Quo tu homo anima es & corpus,& sicut aía & corpus vnus est homo, ita deus & homo vnus est xps. Sed verbũ non recessit a patre, & ad nos venit, & patrem non deseruit,& in vtero carnẽ accepit & mundũ rexit. Quid ergo leuatũ est in cœlum, nisi quod sumptũ est de terra? Idest caro illa, corpus illud: de quo loquens ad discipulos ait, Palpate & videte, quia spũs ossa & carnẽ non habet, sicut me videtis habere. Credamus hoc fratres,& si argumenta philosophorum difficile soluimus, illud quod demonstratũ est in domino sine difficultate fidei teneamus. Illi garriant, nos credamus. Sed non põt, inquiũt, esse terrenũ corpus in cœlo. Quid si hoc velit deus? Respõde contra deum,& dic, nõ põt deus. Nonne & tu quicunq; paganus, dicis oipotentem deum? Nõne in lib. Platonis quod hesterno die declarau legitur dixisse deus non factus dijs a se factis, Qm̃ estis orti, immortales quidem esse & indissolubiles nõ potestis: non tamen dissoluemini, neq; vlla mortis fata periment, nec erunt valentia quã consilium meũ, quod maius est vinculũ ad perpetuitatem vestrã qui illa quibus estis colligati? Totum ad voluntatem suam redegit deus, qui potest & quod impossibile est. Nam quid est aliud, non potestis esse immortales, sed vt non moriamini ego facio, nisi & qd̃ fieri nõ põt ego facio? Volo tamẽ aliquid etiã de diuersitate disputare. Rogo dic mihi, Terra terra est, Aqua aqua est, Aer aer est, Aether est cœlum, Et ignis ille liquidus cœlum est. Quatuor nẽpe ista gaudia quasi cõstruxerũt & ædificauerũt mundum: hoc est, ex his quatuor ædificatus est mũdus. Quod in imo sit, terra est. Quod desuper aqua. Quod sup aquã, aer est, Quod super aerem, cœlum est, ęther est. Corpora solida quæ tenentur atq; tractantur, nõ humida dico quæ labuntur & fluunt, corpora dico, tractabilia, vnde sunt? Terrę deputanda sunt, an aquæ, an aeri, an ætheri? Respõsurus es, Terræ. Terrenum ergo corpus est lignũ? Plane terrenum. In terra nascitur, ĩ terra alitur, in terra crescit. Tractabile est nõ fluxibile. Redi mecũ ad illũ ordinẽ ponderũ. Terra est in fundamẽto. Ordinẽ sequere, Quid sup terram? Aquę. Quare lignũ natat super aquã? Terrenum est corpus. Si reuoces ad illum ordinẽ ponderũ, sub aqua esse debuit nõ supra, Inuenimus inter terrã & lignũ aquã mediũ, sup terrã aquã, & sup aquã, iterũ terrã, qñ quidẽ lignũ terra est. Perdidisti illum ordinẽ, tene fidẽ. Ergo terrena corpora inuenta sunt super elementum qd̃ secundum est in ordine elementorũ, qñ natant ligna neque mergũtur. Attẽde aliud quod plus mireris. Corpora ipsa grauissima & tamẽ terrena mox vt dimissa fuerint super aquam, continuo demerguntur & ad ima profunda pẽrueniũt, sicut est ferrũ, postremo sicut est plumbũ. Quid n. plumbo grauius? Accedit tñ manus artificis ad plumbum sicut est plumbũ.

Mar. 16.

Luc.24

De Ciui. dei. lib. 22. cap. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum,facit inde aliquod vas concauum,& natat plumbum ſuper aquam. Ergo nenō deus dabit corpori meo, quod dat artifex plumbo? Deinde aquam ipſam vbi ponitis? Redite ad ordinem elementoꝝ. Certe reſpondebitis,q̄ aqua ſit ſup terram. Qua re ergo antequam in terra currant,pendent in nubibus flumina? Reuoca nunc conſiderationem tuam & cogitationem ad ea quæ dicturus ſum, ſi domino adiuuante explicare potuero. Quid facilius mouetur,quid velocius agitatur,grauius corpus an leuius? Quis non reſpondeat,leuius? Leuiora.n.corpora facilius mouentur, velocius aguntur,grauiora difficilius atq; tardius. Certe regulam fixiſti,certe conſideraſti,& circūſpectis omnibus reſpondiſti,quia facilius mouentur, & aguntur uelocius corpora leuiora q̄ grauiora. Ita eſt,dicis. Reſponde ergo mihi: Quare leuiſſima aranea tarde ſe mouet,& grauis equus velociter currit? De ipſis hominibus loquar,manius corpus hominis grauius eſt, breuius corpus quod minus habet ponderis leuius eſt. Ita uero eſt,ſi alius portet. Si autem ipſe homo corpus ſuum portat,ualidus currit,macer languore uix ambulat. Appende macrum & robuſtum hominem,illū languore vix paucas libellas appendētem, illum ſalubritate corporis multa pondera in carne ſua gerentem. Tenta tu ambos tollere, grauis eſt validus,leuis eſt macilentus. Recedat portator appareat ambulator, ipſos dimitte ſibi, ferant corpora ſua, video validum robuſtumq; currentem. Si hoc ualet ſanitas, immortalitas, quid valebit? Dabit ergo deus miram facilitatem,miram leuitatem. Non ſine cauſa illa corpora ſpiritalia nuncupata ſunt,non ideo dicta ſunt ſpiritalia quia erunt ſpiritus non corpora. Nam iſta quæ modo habemus dicuntur animalia corpora, & tamen animæ non ſunt ſed corpora: ſic illa ſpiritalia dicuntur,ſed nō ſunt ſpiritus, niſi qua ad nutum ſpiritus ſeruient. Nihil tibi contradicit ex te,nihil in te rebellat aduerſus te: no ibi erit qd Apoſtolus gemit, Caro cōcupiſcit aduerſus ſpūm,ſpūs aduerſus carnē: nō ibi erit,Video aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mētis meæ. Hæc bella ibi nō erūt,pax ibi erit,pax p̄fecta ibi erit. Vbi uolueris,eris,ſed a deo nō recedes. Vbi volueris,eris,ſed quocunq; ieris,deū tuū habebis. De quo beatus eris,ſemp cū illo eris. Nemo ergo fallat,nemo argumentetur,nemo ſua ſuſpicione deliret: Quid nobis p̄miſit deus? Venturum eſſe certiſſime teneamus. Quando videbatur xps ſed mei,quando ſpiritus putabatur, vt ſe corpus eſſe perſuaderet, non ſolum prębebat oculis videndum,ſed etiam manibus cōtrectandum. Quibus ad exhibendam fidē ueritatem in corpore dignatus eſt etiam non neceſſitate ſed poteſtate cibum ſumere. Tamen adhuc illis p̄ gaudio trepidantibus, firmamentum cordis adhibuit de ſanctis ſcripturis: & ait illis, Hæc ſunt uerba quę locutus ſum ad uos cum adhuc eſſem vobiſcum, qm̄ neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi & p̄phetis & pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum: ſicut Euangelium loquitur quod modo lectum eſt, ut intelligerent ſcripturas: & dixit eis, Quia ſic ſcriptū eſt, & ſic oportebat xp̄m pati & reſurgere a mortuis tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam in remiſſionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hieroſolymis. Illud non vidimus,ſed hoc videmus. Quando iſta promittebantur,nondum uidebantur. Apoſtoli Chriſtum præſentem videbant,ſed toto orbe terrarum diffuſam Eccleſiam nō videbant. Videbant caput,& de corpore credebant: habemus uices noſtras,habemus gratiam diſpenſationis & diſtributionis noſtræ ad credendum certiſſimis documentis, tempora nobis in una fide ſunt diſtributa. Illi videbant caput & credebant de corpore,non uidemus corpus credamus de capite.

Gala.5 Rom.7.

Lucæ. 24

Feria quarta Paſchæ,de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannem,Manifeſtauit ſe iterum Ieſus ad mare Tyberiadis &c. Sermo I.

Serm 148.

ET hodie lectio recitata eſt de his q̄ facta ſunt poſt reſurrectionē dñi, ſecundum Euangeliſtam Ioannē. Audiuit nobiſcum charitas veſtra dominum Ieſum Chriſtum ad mare Tyberiadis oſtendiſſe ſe diſcipulis ſuis? & qui eos iam fecerat piſcatores hominum,inuenit eos adhuc piſcatores piſcium: Per totam noctem nihil cœperunt,uiſo autem domino & eo iubente, retia mittentes cœperunt quantum numerum audiſtis. Nunquam hoc dominus iuberet, niſi aliquit ſignificare uellet, quod

Ioan. 21

nobis noſſe expediret. Quid ergo pro magno potuit ad Ieſum Chriſtum pertinere, ſi piſces caperentur,aut ſi non caperentur? Sed illa piſcatio, ſignificatio noſtra erat. Recolamus ergo vobiſcum duas iſtas piſcationes diſcipulorum factas eſſe iubente domino Ieſu Chriſto, vnam ante paſsionem,alteram poſt reſurrectionem. In his ergo duabus piſcationibus tota figuratur Eccleſia,& qualis modo, & qualis erit in reſurrectione mortuorum. Modo habet enim ſine numero multos bonos & malos, poſt reſurrectionem autem habebit certo numero ſolos bonos. Recordamini ergo primā piſcationem, vbi videamus Eccleſiam qualis eſt,iſto tempore. Dominus Ieſus inuenit diſcipulos ſuos piſcantes,quando primum eos vocauit vt ſequerētur eum. Tunc tota nocte illi cœperunt: Eo autem viſo audierunt ab illo,mittite retia. Domine,inquiunt,per totam noctē nihil cœpimus,ſed ecce in verbo tuo mittimus. Miſerunt,iubente omnipotente,Quid potuit aliud fieri,niſi quod ille voluiſſet? Sed tamen eodē ipſo facto,aliquid nobis vt dixi quod noſſe expediat ſignificare dignatus eſt. Miſſa ſunt retia. Adhuc dominus nondum erat paſſus,nondum reſurrexerat, miſſa ſunt retia,cœperunt tantum piſcium vt duo nauigia implerentur, & ipſa retia eadem piſcium multitudine ſcinderentur. Tunc illis dixit,Venite & faciam uos piſcatores hominum. Aceperunt ab illo retia uerbi dei,miſerunt in mundum tanq̄ in mare,p̄ſundum,cœperunt quantam multitudinem Chriſtianorum cernimus & miramur. Duo autem illa nauigia,duos populos ſignificabant, Iudæorum & gentium, ſynagogæ & Eccleſiæ,circunciſionis & p̄putii. Illorum.n. duorum nauigiorum tanquam duorū parietum de diuerſo venientium,lapis angularis eſt xp̄s. Sed quid audiumus? Ibi p̄mebantur nauigia præ multitudine, ſic fit modo,multi xp̄iani qui male uiuunt Eccleſiam premunt. Parum eſt quia premunt,& retia dirumpunt. Nam ſi nō eſſent retia ſciſſa,ſchiſmata non eſſent cōmiſſa. Tranſeamus ergo ab iſta piſcatione quam toleramus,& ad illam veniamus. Ardenter optamus & fideliter exoptamus: Ecce dñs mortuus eſt,ſed reſurrexit,apparuit ad mare diſcipulis ſuis,iubet eos retia mittere. Non quomodocunque intendite. Nam in prima piſcatione non illis dixit, Mittite retia in dexteram aut ſiniſtram. Ne ſoli mali vel ſoli boni ſignificarentur ſi diceret,in dexteram,ideo nō dixit,vel in ſiniſtram, quia permiſti erant capiendi boni cum malis Iam modo poſt reſurrectionem qualis erit Eccleſia audite, diſcernite, gaudete, ſperate, comprehendite. Mittite, inquit, retia in dexteram partem. Iam dexteri capiūtur, nulli mali timeantur. Scitis.n. qui dixit ſe ſeparaturum eſſe oues a dexteris, dicturus: Accipite regnum: Ecce unde mittit retia? In dexteram partem miſerunt, cœperunt, certus eſt numerus, nemo eſt ibi ſup numerum. Modo autem quanti ſup numerum accedunt ad altare, qui in populo dei videntur, & in libro vitæ non ſcribuntur. Ibi ergo certus numerus eſt. De quibus piſcibus & vos eſſe affectate, non audiendo tantū & laudando, ſed intelligendo & bene uiuendo. Mittuntur ergo retia, capiuntur piſces magni. Quis eſt n. ibi tunc paruus, quando erunt æquales angelis dei? Capiuntur ergo piſces magni, centum quinquaginta & tres. Dicet mihi aliquis. Et tot erunt ſancti? Abſit a nobis, ut tantam paucitatem eſſe ſanctorum & in illo regno futuroꝝ etiam de ſola iſta Eccleſia ſuſpicemur. Certus numerus erit, ſed milia milium erunt de populo Iſraelitico. Ioannes ſanctus in Apocalypſi de ſolo populo Iſrael duodecies duodena milia dicit futuros, qui ſe cum mulieribus non coinquinauerunt, virgines.n. permanſerunt. At uero de cæteris gentibus venire dicit cum ſtolis albis tanta milia hominum, quæ numerare nemo poteſt. Aliquod ergo ſignum uult iſte numerus, & anniuerſaria ſolēnitate ſermonis huius commemorare vobis debeo, quod omni anno ſoletis audire. Centum quinquaginta & tres piſces, numerus eſt ſignificans milia milium ſanctorum atq; fidelium. Quare ergo iſto numero tot milia q̄ futura ſunt in regno cœloꝝ, dominus ſignificare dignatus eſt? Audite quare. Scitis legē datam eſſe per Moyſen populo dei, & in ipſa lege p̄cipuum cōmemorari decalogum id eſt, decem p̄cepta legis. Quorum eſt unum præceptum de colendo uno deo, ſecundum p̄ceptum de obſeruatione ſabbati, quod Chriſtiani ſpiritaliter obſeruant, Iudæi carnaliter uiolant. Iſta tria p̄cepta ad deum pertinent, reliqua ſeptem ad homines, propter illa duo principalia, Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum tanq̄ teipſum.

Lucæ. 9

Marci. 1. Lucæ. 5

Ioan. 21

Ibidem.

Matt. 22 Ioan. 21.

Apoc. 14

Exod. 20

Matt. 22.

In his duobus mandatis,tota lex pendet & prophetæ. Quia ergo duo sunt ista præce-
cepta in illo decalogo,tria pertinent ad dilectionem dei, & septem ad dilectionem p
Præcepta ximi.Quæ sunt septem pertinentia ad hominem? Honora patrem tuum & matrem, 168
nullus im non mœchaberis,non occides,non furaberis,non falsum testimonium dixeris, non G
plet nisi concupisces uxorem proximi tui,non concupisces rem proximi tui. Hæc decem præ
adiuuetur cepta nemo implet uiribus suis, nisi adiuuetur gratia dei. Si ergo legem nemo im-
gratia dei. plet uiribus suis,nisi deus adiuuet spiritu suo, iam recolite quemadmodum spiritus
Esaiæ.11 sanctus septenario numero commendatur sicut sanctus Propheta dicit,implendum
hominem spiritu dei sapientiæ & intellectus,consilii & fortitudinis, scientiæ & pie-
tatis,spiritu timoris dei. Istæ septē operationes cōmendant septenario numero spm
sanctum,qui quasi descendens ad nos incipit a sapientia,finit ad timorem: Nos aūt
Eccli.1. ascendentes incipimus a timore,perficimur in sapientia: Initium.n. sapientiæ timor
domini . Si ergo spiritu opus est ut lex possit impleri,accedant septem ad decem,fit
numerus decem & septem. Si computes ab uno usque ad decem & septem, fiunt cen
tum quinquaginta & tres. Non opus est omnia annumerare,apud uos numerate,sic
computate,unum & duo & tria & quatuor sunt decem. Quomodo decem sunt unū
& duo & tria & quatuor,sic adde cæteros numeros usque ad decē & septē, & inuenis
numerū sacratum fidelium atq; sanctorum in cœlestibus cum domino futurorum. 169
H

Eodem die, Sermo II.

Serm.149. HOdie terminatum est de his quæ narrat Ioannes, qūo apparuerit dñs post re
surrectiocem discipulis suis. Compellauit ergo Apostolum Petrum illū præ-
Ioan. 21. sumptorem & negatorem,cum loqueretur iam uiuus morte deuicta, & dice-
bat,Simon Ioannis. Sic.n.appellabatur Petrus,Amas me? Respondebat ille quod e-
rat in corde ipsius . Si Petrus respondebat quod in corde habebat, dominus quare
q̄rebat qui corda uidebat ? Deniq; ipse etiam Petrus mirabatur, & cum quodam tē-
dio audiebat quærentem quem nouerat omnia scientē.Semel dictum est,Amas me.
Respōsum est,Diligo te,tu scis.Et iterum,Amas me? Domine tu omnia nosti,tu scis
quia diligo te.Et tertio,Amas me: Contristatus est Petrus. Quid contristaris Petre?
Quia respondes amorem , oblitus tuum timorem. Sine interroget,interroget te do-
minus,medicus est qui te interroget,ad sanitatem pertinet quod interrogat. Noli te
dio affici.Expecta,impletur numerus dilectionis ut deleat numerum negationis,u-
bique tamen idem in ipso ternario numero interrogationis suæ dominus Iesus re-
spondenti amorem commendat agnos suos,& dicit, Pasce oues meas: tanq; diceret,
Quid retribues,quia diligis me,dilectionem ostende in ouibus? Quid mihi præstat, 203
quia diligis me,quando ego tibi præstiti ut me diligeres ? Si dilectionem tuam erga
me habes,vbi ostendas habet ubi exerceas,pasce agnos meos . Quatenus autem el-
sent pascendæ agni dominici, oues, tanto pretio comparatæ,quanta essent dilectio-
ne pascendæ,in consequentibus demonstrauit. Postquam n. Petrus impleto legitimo
numero trinę responsionis professus, est se esse domini dilectorem,commendatis
sibi ouibus eius,audit de sua futura passione. Hic demonstrauit dominus sic diligē
1.Ioan. 3 das oues suas ab eis quibus eas commendat,ut parati sint mori pro eis. Sic idē Ioan-
Ioan. 13. nes in epistola sua ait,Sicut pro nobis Christus animam suam posuit, sic & nos de-
bemus pro fratribus animas ponere.Responderat ergo domino Petrus per superbā
quandam præsumptionem,quando ei dixerat,Animam meam p te ponam. Nondū
vires acceperat quibus impleret promissum.Modo iam ut possit hoc implere,chari-
tate impletur. Ideo dicitur,Amas me. Et respondet,Amo,quia hoc nom implet nisi
charitas. Quid est ergo Petre? Quando negasti quid timuisti? Totum quod timui-
sti,hoc erat mori.Viuus tecum loquitur quē mortuum vidisti, noli iam timere mor-
tē,in illo vita est quā timebas.Pepēdit in cruce,cōfixus est clauis,spm reddidit,lācea
p cussus ē,i sepulcro positus.Hoc timuisti q̄n negasti,ne hoc patereris timuisti,mor- 210
tē timendo uitā negasti.Modo intellige: q̄n timuisti mori tunc mortuus es.Mortuus
est,n.negādo,sed surrexit plorādo.Quid deinde ait illi?Sequere me,sciens eius mate-
Ioan.21 ritatē.Si.n.meministis,imo meminerunt q legerāt,dixit Petrus: Sequar te quocūq;
Ioan. 13. ieris.Et dominus ad illū,Nō potes me sequi modo,sequeris autem postea.Modo,in-

quit,non potes,promittis,sed ego uideo uires tuas.Ego uenam cordis inspicio,& q̄d
uerum est ęgroto renuncio:Non potes me modo sequi:sequeris autem postea. Sed
ista renunciatio non est desperatio. Adiunxit & ait,sequeris autem postea, Eris sa-
nus & sequeris me.Iam quia uidit quid agatur in corde ipsius,& uidit q̄ donum de-
derit dilectionis animæ ipsius,dicit ei,Sequere me.Ego certe dixeram,Nō potes mo
do,ego modo dico,sequere me. Respexit Petrus ad discipulum quem diligebat Ie- Ioan.22
sus.i.ad ipsum Ioannem qui euāgelium hoc scripsit:& ait domino, Domine iste q̄d?
Scio quia diligis eum,quomodo ego sequor & ipse non sequitur ? Ait dominus : Sic
eum uolo manere donec ueniam,tu me sequere. Ip se uero euangelista, ipse qui scri-
bit de quo dictum est hoc: Sic eum uolo manere donec ueniam: secutus adiunxit ver
ba sua in euangelio & ait,natam fuisse famam inter fratres pp hoc uerbum,quia di- Ibidem.
scipulus ille non esset moriturus.Et ut tolleret istam opinionem adiunxit:¡Non aūt
dixit eum non esse moriturum,sed tantum dixit: Sic eum uolo manere donec ueniā,
tu me sequere. Hanc ergo opinionem qua putabatur Ioannes non esse moriturus,
abstulit ipse Ioannes uerbis suis consequentibus ne hoc credatur:& ait,Non hoc di-
xit dominus sed hoc dixit.Quare autem hoc dixerit, Ioannes non exponit, sed no-
bis reliquit,propter quod pullamus si forte aperiatur nobis. Quātum mihi dominus
donare dignatur,quantum mihi uidetur,uidetur aūt & melius melioribus , sic puto
istam solui q̄nem duobus modis: aut de passione Petri dixit dominus quod dixit,
aut de Euangelio Ioannis quod est de passione: ut hoc,sequere me,sit patere,p me,
patere quod ego. Crucifixus est enim Christus,crucifixus est & Petrus. Expertus est
clauos,expertus est cruciatus. Ioannes autem nihil eorum expertus est: hoc,est, Sic
eum uolo manere,sine uulnere,sine cruciatu,dormiat & expectet me,tu me sequere.
Patet quod ego,sanguinem fudi pro te,funde pro me. Vno ergo isto mō exponi pōt
quod dictum est: Sic eū uolo manere donec ueniam, tu me sequere. Nolo ut ipse pa-
tiatur,tu patere. Sēcūdum aūt euangelium Ioannis,hoc modo uidetur intelligi: q̄d
Petrus scripsit de domino,scripserunt & alii,sed scripta eorū magis circa humanita-
tē domini uidentur occupata. Dñs.n.xps & deus est & homo. Quid est homo? Anima
& caro. Quid aūt xps est? Verbum,anima & caro. Sed qualis anima? Nam & pecora
habent animas. Verbum, rationalis anima & caro, hoc totum xps. Sed de diuinitate
in literis Petri non aliud: In euangelio aūt Ioannis multū memini. In principio erat Ioan.1
uerbum,ipse dixit. Transcendit nubes,& transcendit sydera, transcendit & angelos,
transcendit oēm creaturā, peruenit ad uerbū per quod facta sunt omnia. In principio
erat uerbū,& uerbum erat apud deum,& deus erat uerbū: hoc erat in principio apud
deum,omnia per ipsum facta sunt. Quis uidet,quis cogitat, quis digne susciplat , qs
digne pronunciet? Tunc hunc qui bene intelligit quando xps uenerit: Sic eum uolo
manere donec ueniam. Exposui sicut potui,pōt ipse melius in cordibus uestris.

Item eodem die homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannē;
Manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis &c. quæ habetur in expositione
doctoris, Ibidem.

Feria quinta Paschæ: Sermo I.

AGnus ille legalis cuius īmolatione antiquus Hebræorū populus Aegyptiæ ser- Sēr.150
uitutis iugū abiecit, qū o multimodis sacramentis ueriorē sanctæ ecclesiæ ho- Exod.12.
stiā in figura sui contineat, tūc potissimū ipsa rei veritate ꝓbatū est, qn̄ pascha no- 1. Cor. 5
strū īmolatus est xps, qui sicut ouis ad occisionē ductus est, & sicut agnus corā ton- Esa. 53.
dēte se sine voce, sic nō aperuit os suū. Iste est agnus qui in altari crucis hostia viua
deo patri ꝓ nobis in odorē suauitatis oblatus trāsitū nobis de regione vmbræ mor-
tis ad terrā repromissionis patefecit. Iste est, inq̄, qui simul uictima & sacerdos, oē ve
teris sacerdotii & sacrificii vmbrā clara luce reuelādo, figuris & ænigmatibus finem Mat. 9.
posuit: nouo aūt ecclesiæ populo nouū sacerdotiū & nouū sacrificiū initiauit, ut vi- Ioan. 12.
delicet nouū uinū ī vtres nouos mitteretur. Q̄d si granū frumēti cadēs ī terrā & mor
tuū tā mirabiliter oia īnouauit, multo magis ī seipo rediuiū cū fructu multiplicato
resurgēs cūcta fęcūdauit, & n̄ solū spiritalib. rōnabilis terrę icremētis, sed & ipis quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

que terrenis seminibus hoc tempore ampliorem prouentum dedit. Vnde modo in germina erumpentis terræ tota hilarior facies, vario suorum fructuum ornatu oẽm hactenus quasi mortuum rerum naturam resurgenti suo domino conresuscitat: vbi arborum & herbarum grata venustas, diuerso quidem germinum munere, pari tamen gestu lætitiæ, singulari huic solennitati festiua occurrit. De cœli autem nunc vsq; quodammodo tristi, tandem vero læta facie quid dicam, quę aliquãdiu iam dẽsa Psal. 84. caligine nubium adoperta aeris huius spatiũ omne turbauit? Et ecce repente quasi iustitia de cœlo in terram prospiciente mira serenitas mundo arridet, & in vnam lætitiam cœli & terræ vota concurrunt vt deum & hominem Christum communi exultatione excipiant, qui communem vtrisque pacem afferre venerat, & medium parietem maceriæ soluens, fecit vtraq; vnum. Hinc astrorum omnium fomes, splendor ille solaris suam frontem admodum rugatam iam iamq; expurgat: & quasi rex conspicuus indiademate capitis sui, in desponsationis suæ, & in die lætitię cordis sui cęteris stellis velut comitibus suis largiora luminis sui dona impendit. Luna n. ab ipso ortus sui die semper in quodam sui dispendio posita, ad paschalia gaudia pleno se lumine parat. Et vt cuncta breuiter perstringã, sicut omne quod in rebus subsistit diuina dispensatione hominis imperio seruit, sic de salute humana omnibus vna exultatio incumbit. Cum igitur pro homine omnis creatura tantis indiciis sui Gene. 2. gaudia monstret, consequens est vt ab hominibus ipsis testimonia tali lætitiæ non desint. Præfigurata est in protoplasto Adam Christi resurrectio, quia sicut ille post soporem surgens, Euam de latere suo fabricatam agnouit, ita Christus a morte resurgens ex vulnere lateris sui ædificauit ecclesiam. Noe quoe vir agricola cum plantasset vineam, & inebriatus vino obdormisset, & discoopertus iaceret in tabernaculo suo, expergefactus a somno filio suo verecundiam suam non celanti male dictum Gene. 9 perpetuæ seruitutis imponens, Christum significauit: quia vineam suam fecit ecclesiam, cuius amore poculo passionis inebriatus, & assumptæ carnis tegmine nudatus Canti. 5. a mortuis resurrexit, sicut ipse ait in Canticis, Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Ionas vero qualiter & ipse in se domini mortem & resurrectionẽ expressit, Euangelicus sermo aperte declarat. Quia igitur fratres omnis creatura quoe charitatis officio nostræ saluti congaudet, nostrum est ex hoc nobis in vsum vtile Roma. 12 di aliquid trahere: ne communis omnium lætitia ius suum in nobis amittat, quos causæ totius summa in capite spectat. Et primum quidem velut oues pascuæ domini, in ara cordis igne charitatis assati, nosmetipsos offeramus hostiam viuentem, sanctam, deo placentem: & azymis continentiæ, mortificata iam habentes membra nostra quæ sunt super terram i fornicationem, immunditiam, & cæteravitiorum ergastula declinemus, & in statione virtutum sedem nobis aptemus: mortuis quoq; operibus abrenunciantes, fructum optimum vt terra bona afferamus, exemploq; bonæ Coloss. 3. arboris in omni bonitate & iustitia fructificemus. Ne vero & claritas solis nostræ desit conuersationi, Luceat lux nostra corã hominibus, vt uideant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cœlis est. Si igitur ita agentes ultimus nos Mat 5. dies inuenerit, erit nobis quandoque in premio ipsa quoque corporum resurrectio, vbi cum Christus apparuerit vita nostra tunc & nos apparebimus cum ipso in gloria qui uiuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen. Coloss 3.

Eodem die: Sermo II.

Ser. 151. SIc se habet fratres charissimi: Sic se habet miseria nostræ conditionis & dei miseratio, ut tempus mœstitiæ, tempus lætitię præcedat. i. ut prius sit tempus mœstitię, posterius tempus lætitiæ. Prius sit tempus laboris, posterius quietis, prius sit tempus calamitatis, posterius fœlicitatis. Sic se habet miseria nostrę conditionis ut dixi mus & diuina miseratio. Tempus enim mœstitiæ, laboris, miseriæ, peccata nostra nobis repererunt. Tempus vero lętitię, quietis, fœlicitatis, non venit de meritis nostris, sed de gratia saluatoris. Aliud meremus, aliud speramus. Meremur mala, speramus bona. Hoc facit misericordia eius qui creauit nos. Sed tempore miseriæ nostrę Tristitia quare ut stercus. nosse debemus vnde debeat esse ipsa tristitia. Tristitia enim sic est, quomodo stercus.

Stercus

Stercus non loco suo positum immunditia est. Stercus non loco suo positum, immundam facit domum: loco suo positum, fertilem facit agrum. Videte stercoris locũ ab agricola prouisum. Ait Apostolus, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur 2. Cor. 2. ex me? Et alio loco, Tristitia, inquit, secundum deum pœnitentiam in salutem impœ 2. Co. 7. nitendam operatur. Qui secundum deum tristis est, in pœnitẽtiam tristis est de peccatis suis. Tristitia de iniquitate propriam iustitiam parturit. Prius tibi displiceat quod es, vt possis esse quod non es. Quę secundum deum est, inquit, tristitia, pœnitentiam in salutem impenitendam operatur. Pœnitentiam, inquit, in salutem. Qualem salutem? Impœnitendam. Quid est impœnitendam? Cuius te omnino pœnitere non possit. Habuimus enim vitam cuius nos debuimus pœnitẽre, habuimus vitam pœnitendam, sed non possumus peruenire ad vitam impœnitendam nisi per malæ vitæ pœnitentiam. Nunquid fratres vt dicere cœperam in massa tritici purgata inuenies stercus? Tamen ad illum nitorem, ad illam speciem & pulchritudinem p stercus peruenitur, reipublicæ fœditas via fuit. Merito etiam dominus dicit in Euangelio de quadam arbore infructuosa, Iam ecce triennium est q̃ venio ad eam, & fructũ in ea non inuenio p̃cidam illam, ne mihi agrum impediat. Intercedit colonus: Intercedit iam securi imminente infructuosis radicibus, & pene feriente, intercedit colonus, quomodo intercesit deo Moyses. Intercedit colonus & dicit, Domine dimitte illam & hoc anno: Circũfodio ei & adhibeo cophinum stercoris: si fecerit fructum, bene: si quo minus, p̃cides eam. Arbor ista genus est humanum. Visitauit istam arborẽ dominus tempore Patriarcharum, quasi primo anno. Visitauit eam tempore legis & prophetarum, quasi secundo anno. Ecce in Euangelio tertius annus illuxit. Iã quasi pcidi debuit, sed interpellat misericors misericordem. Qui enim se volebat exhibere misericordem, ipse sibi opposuit intercessorem. Dimittatur, inquit, hoc anno, circumfodiatur ei fossa: lignum est humilitatis, adhibeatur cophinus stercoris, si forte det fructum: imo quia dat fructum, ex patre non dat fructum, veniet dominus eius & dilaudet eam. Quid est diuidet? Quia sunt boni & sunt mali. Modo autem in vno cœtu tanquam in vno corpore sunt cõstituti. Ergo fratres mei vt dixi, Stercoris locus opportunius dat fructum, importunius autem locum facit immundum. Nescio quis tristis est, Inueni nescio quem tristem: Stercus video, locum quæro, dic amice vnde tristis es? Perdidi, inquit, pecuniam. Locus immundus, fructus nullus, audiat Apostolum, Tristitia mundi mortem operatur. Nõ solum fructus nullus, sed magna per- 2. Cor. 7. nicies. Sic & de cæteris rebus ad gaudia secularia pertinentibus, quas res longum est enumerare. Video alium tristantem, gementem, flentem; Multum stercoris video, & ibi locum quæro. Et cum viderem tristem, inspexi & orantem. Orans nescio quid mihi bonę significationis ingesit. Sed adhuc locum quæro. Quid enim si iste orans, gemens, magno fletu mortem roget inimicis suis? Etiam sic iam plorat, iam rogat, iam orat, locus immundus, fructus nullus. Plus est quod inuenimus inscripturis: Rogat ut moriatur inimicus ipsius, incidit in maledictionem Iudæ. Oratio eius fiat in pec Psal. 108. catum. Inspexi alium rursus gementem, flentem, orantem, stercus agnosco, locũ quę Psal. 40. 10. Intendi autem orationi eius, & audito dicentem, Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi: Gemit peccatum: Agnosco agrum, expecto fructum: Deo gratias. Bono loco est stercus, non ibi uacat, fructum parturit. Hoc est uere tempus fructuosæ mœstitiæ, vt conditionem mortalitatis nostræ, abundantiã tentationum, surreptiones peccatorum, aduersitates cupiditatum, rixas concupiscẽtiarum contra bonas cogitationes semper tumultuantium doleamus, hinc tristes sumus. Hoc tempus miseriæ nostræ & gemitus nostri, quadraginta dies illi significant ante pascha. Lętitia vero quæ posterior erit, quietis, fœlicitatis, vitæ æternę, regni sine fine, quod nondum est, his diebus quinquaginta quibus diebus deo laudes dicuntur, significatur. Significantur enim nobis tempora, vnum ante resurrectionẽ domini, alterum post resurrectionem domini. Vnum in quo sumus, alterum in quo nos futuros esse speramus. Tempus mœroris quod significant dies quadragesimæ & significamus & habemus. Tempus autem lætitiæ & quietis & regni quod significãt dies isti, significamus per halleluia, sed nondum habemus laudes: Sed nunc suspira- Halleluia mus ad halleluia. Quid est halleluia? Laudate deum. Sed nondum habemus laudes, quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ecclesia frequentantur laudes dei post resurrectionem, quia nobis erit perpetus
Mat.25 laus post resurrectionem nostram. Domini passio tempus nostrum significat in quo
nunc flemus. Flagella, uincula, contumeliæ, sputa, spinea corona, uinum sellitum, in
spongia acetũ, insultationes, opprobria, postremo ipsa crux in ligno membra sacra
pendentia, quid nobis significant nisi tempus quod agimus, tempus mœroris, tem-
pus mortalitatis, tempus tentationis? Ideo fœdum tempus, sed fœditas ista stercoris
sit in agro, non in domo. Meror sit de peccatis non de cupiditatibus fraudatis. Fœdũ
tempus, sed si bene vtatur fidele tempus. Quid fœtidius agro stercorato? Pulchrior
fuit ager antequam cophinum stercoris haberet, perductus est ager ad fœditatẽ ut
ueniret ad ubertatem fidei. Ergo fœditas huius temporis signũ est, sed nobis sit ista
Esai.3 fœditas tempus fertilitatis. Videamus ergo cum Propheta quid dicat: Vidimus eum.
Psal.21. Qualem? Non habentem speciem neque decorem. Quare? Alium prophetam inter-
roga: Dinumerauerunt omnia ossa mea. Dinumerata sunt ossa pendentis. Fœda spe-
cies, crucifixi species, sed ista fœditas pulchritudinẽ parturit. Quam pulchritudinẽ?
Psal.44 Resurrectionis; Quia speciosus forma p̃ filiis hominum. Laudemus ergo fratres do-
minum, quia eius fidelia promissa retinemus, nondum accepimus. Parum putatis,
quia ꝓmissorem tenemus, vt iam debitorem exigamus? Promissor deus debitor fa-
Psal.115. ctus est bonitate sua, non prerogatiua nostra. Quid ei debemus, ut eum debitorem
teneamus? An forte quod audistis in psal. Quid retribuam domino. Primo quando
dicit, Quid retribuam domino, uerba sunt debitoris, non debitum exigentis. Præro-
gatum est illi, Quid retribuam domino. Quid est quid retribuam? Rependã. Pro qua
re? Pro omnibus quę retribuit mihi. Quid retribuit mihi? Primo nihil eram & fecit
me, perieram quæsiuit me, quærens inuenit me, captiuum redemit me, emptum libe-
rauit me, de seruo fratrem fecit me. Quid retribuam domino? Non habes quid retri-
buas. Quando ab illo totum expectas, quid habes retribuere: Sed expecta. Nescio quid
vult dicere. Cur quærit? Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi?
Circunspiciens vndique quid retribuat, quasi inuenit. Quid inuenit? Calicem salu-
taris accipiam. Retribuere cogitabas, adhuc accipere quærebas. Vnde rogo? Si adhuc
accipere quæris, adhuc debitor eris, quando retributor. Si ergo semper debitor eris
quando retribues? Non inuenis quod retribuas, nisi quod dederis non habebis. Vide
quando dicebas: Quid retribuam, ad illud pertinet quod dixisti: Omnis homo men-
dax. Qui enim voluerit dicere, quia retribuet aliquid deo mendax est: (Omnia ab il-
lo speranda sunt, a nobis ipsis præter illum nihil nisi forte peccatum,) & mendacium
de suo loquitur. Vere plene de suo abundat homo, mendacium omnino hic habet &
thesaurum mendaciorum, cor suum mentiatur quantum potest non deficit, fingat
qcqd põt, mẽtiatur qcqd põt. Quare? Quia qđ gratis hẽt, de se hẽt, nõ illud emit. Qđ
venitur ad veritatem, si verax vult esse, non erit de suo. Mendax Petrus de suo. Vbi
mendax? Præmisit nobis dominus passionem, & dicit, Absit a te, nõ fiat illud. Omnis
Matt.16. homo mendax. Vnde mendax? Ipsum dominum audi: Non sapis quæ dei sunt, sed
Psal.115. quę sunt hominis. Verax autem Petrus. Quando? Tu es Christus filius dei viui. Va-
de ista veritas homini mendaci? Ecce homo dicit, Tu es Christus filius dei viui.
Quis dicit: Petrus. Quid erat Petrus? Homo qui dixit verum. Certe omnis homo mẽ-
dax. Ecce, ecce lingua eius, ecce lingua de lingua eius. Quomodo omnis homo
mendax? Audi, quia omnis homo mendax, quia de suo. Ergo vnde Petrus verax? A tu-
di ipsam ueritatem, Beatus es Simon Bariona. Vnde beatus? De suo? Absit, quia
tibi non reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Laudemus er-
go dominum fratres charissimi, laudemus deum, dicamus halleluia. Significemus
istis diebus diem sine fine. Significemus locum immortalitatis, tempus immorta-
psal.83. litatis. Festinemus ad domum æternam. Beati qui habitant in domo tua, in secula
seculorum laudabũt te. Lex dicit, scriptura dicit, ueritas dicit: Venturi sumus ad do-
mum dei quæ est in cœlis. Ibi non quinquaginta diebus deum laudabimus, sed
quemadmodum scriptum est: In secula seculorum. Videbimus, amabimus, laudabi-
mus. Nec quod uidebimus deficiet, nec quod amabimus peribit, nec quod laudabi-
mus tacebit. Sepiternum totum erit, sine fine erit. Laudemus, laudemus, sed non
solis uocibus, laudemus & moribus, laudet lingua, laudet vita, sed habeat charitatem

infinitam cũ vita per Iesum Christum dominum nostrum, qui &c.

Item eodem die, homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioãnem, Ioan. 20
Maria stabat ad monumentum &c. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria sexta Paschæ: Sermo. I.

NArrationem resurrectionis domini nostri Iesu Christi secũdum euangelistam Ser. 152.
Ioannem hodie lectam scitis, & commendaueram vobis secundum omnes qua-
tuor Euangelistas istis diebus resurrectionem domini recitari. De his ergo quæ au-
distis illud tantum solet moueri, quare dixerit dominus Iesus mulieri quærenti cor
pus eius, & eum iam viuum agnoscenti, Noli me tangere, nondum enim ascẽdi ad pa- Ioan.20
trem meum. Dixi aũt vobis & meminisse debetis, non omnia omnes dicere, sed dici
ab alijs quæ ab alijs prætermissa sunt: non tamen ita vt inter se repugnare crẽdendi
essent, sed absit cõtentio, & absit pietas intelligentis. Nam sicut legitur apud Euange Mat.28
listam Matthæum, postea q̃ resurrexit occurrit duabus mulieribus, in quibus & ista
erat: & dixit eis, Auete. Illę autem accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerũt
eum, Et vtique ad patrem nondum ascenderat. Qũo huic dicitur: Noli me tangere,
Nondum enim ascendi ad patrem? Sic enim verba ista vidẽtur sonare, quasi tunc eũ
posset tangere Maria, quando ascendisset in cœlum. Si in terra positum non tangit,
in cœlo sedentem quis mortalium potest tangere? Sed ille tactus, fidẽ significat. Tan Luc.8
git Christum, qui credidit in Christum. Nam & illa mulier quæ fluxũ sanguinis pa-
tiebatur, apud seipsam ait: Si tetigero fimbriam vestimẽti eius salua ero. Fide tetigit
& sanitas subsecuta est quam præsumpsit. Denique vt nos sciamus quid sit vere tan-
gere, dominus continuo dixit discipulis suis: Quis me tetigit? Et dixerunt discipuli:
Turbæ te comprimunt, & dicis quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis. Quasi di- Ioan.20.
ceret: Turba præmit, fides me tangit. Videtur ergo ista Maria cui dixit dominus, No-
li me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: Ecclesiæ gestare personam,
quæ tunc in Christum credit, cum ascendisset ad patrem. Ecce vos interrogo quãdo
credidistis, interrogo Ecclesiam toto orbe terrarum diffusam, cuius persona erat in
vna fœmina; & vna voce mihi respondet, Tunc credidi cum Iesus ascendisset ad pa-
trem. Quid est tunc credidi, nisi tunc tetigi? Multi carnales Christum tantummodo
hominem putauerunt, diuinitatem in illo latentem non intellexerunt: & ideo bene
non tetigerunt, quia non bene crediderunt. Vis bene tãgere? Intellige Christum vbi
est patri coæternus, & tetigisti. Si autem hominem pũtas & nihil amplius putas, tibi
nondum ascendit ad patrem. Adhibuit ergo dominus Iesus speciem corporis homi-
nis sensibus, ad confirmandam carnis resurrectionem. Nihil nos docere voluit ostẽ- 1.Cor.4
dendo se viuũ in corpore post resurrectionem suam, nisi vt credatur a nobis resurre
ctio mortuorum, donec veniat dominus & illuminet ascondita tenebrarum. Quid
est hoc? Audi quod sequitur: Et manifestabit cogitationes cordis. Cor videre dei est,
hominum autem non est, nisi de his quæ manifesta sunt iudicare. Modo ergo cogita
tiones nostræ nobisipsis singulis q̃busq; in luce sunt, quia nouimus eas, sed proxi-
mis nostris in tenebris sunt, quia non vident eas. Ibi quod nosti te cogitare, & alter
sciturus est. Quid times? Modo vis abscondere, modo times publicare cogitationes
tuas. Forte. n. aliquid mali aliqñ cogitas, forte aliqd turpe, forte aliqd vanũ. Nihil ibi
nisi bonũ, nihil ibi nisi honestũ, nihil ibi nisi verum, nihil ibi nisi purum, nihil ibi ni
si syncerum. Quando ibi fueris, quid cogitabis? Quomodo vis videri modo faciem
tuam, sic tunc voles videri conscientiam tuam. Nã & ipsa agnitio charissimi, nonne
omnium nostrũ erit? Ibi erit inuicẽ agnitio. Sic videbunt omnes & multo excellen-
tius, quomodo hic solent videre Prophetę. Diuinẽ videbũt, quãdo de deo pleni erũt
nec quod offendat erit, nec quod lateat cognitorem. Erunt ergo ibi membra inte-
gra, etiam quæ hic pudenda, ibi tamen pudenda non erunt. Non ibi erit solici-
tum integritatis decus, vbi non erit libidinis dedecus. Ecce iam hic vbi omnium no-
strorũ operũ necessitas mater est, quæ necessitas tunc non erit, tamẽ inuenimus ali-
qua quæ deus posuit in corporibus ad nullos usus, sed ad solũ decus. Nulla ibi erit
corruptio, nulla deformis prauitas, nulla ærũnosa necessitas, sed interminatæ æter-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nitatis pulchra veritas, summa fœlicitas. Sed dicis mihi: Quid acturus sum? Nulla actio tibi videtur stare, videre, amare, laudare? Ecce dies sunt sancti, qui post resurrectionem nostrā. Ser.153. ctionem domini celebrātur, significant futuram vitam post resurrectionem nostrā. Sicut enim quadragesimæ dies ante pascha significauerunt laboriosam vitam in hac ærumna mortali, sic isti dies lęti significant futuram vitam vbi erimus sine fine cū domino regnaturi. Vita quę significatur quadragesima ante pascha, modo habetur: vita quæ significatur quinquaginta diebus post resurrectiouem, nō habetur sed ſperatur & sperando amatur. Et in isto amore deus qui promisit ista laudatur, & ipse laudes halleluia sunt. Q nid est enim halleluia? Verbum est Hebręum. Halleluia, laudate dominum: Halleluia: laudate deum. Canamus & inuicem nos excitemus ad laudandum deum, nec non cordibus melius q̄ cithara cordis dicimus laudes. Deo canamus halleluia, & cum cantauerimus, propter infirmitatem recedimus ut corpora reficiamus. Quare reficimus nisi quia deficimus? Deinde tanta est infirmitas carnis, tanta huius vitæ molestia, ut quælibet magna res veniat in fastidio. Quomodo desideramus istos dies ad annum venturos cum modo abierunt, & quanta auiditate ad illos venimus per temporis interuallū? Si diceretur nobis sine cessatione dicite halleluia, excusaremus. Quare excusaremus? Quia lassi non possumus, quia & ad ipsum bonū Psal.133. fastidio fatigaremur, vbi nullus est defectus, nulla fastidia. State, laudate qui statis Psal.85. in domo domini, in atriis domus dei nostri. Quid quæris, quid ibi facturus sis? Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te.

Eodem die: Sermo II.

Ser.153. SAcramentum dilectissimi dominicę resurrectionis diuina voluit prouidentia variis figuris rerum & prophetarum oraculis aliquoties p̄signari, quatenus per omnes seculi labentes ætates omnis sanctorum spes ad illum tenderet solum qui est expectatio omnium gentium. Vnde illud quod in ipso mundi nascentis exordio mater Gene.12 omnium viuentium Eua de costa uiri dormientis est producta, matrem credētium ecclesiam ex latere Christi in cruce morientis monstrat exortam, sicut in actu ostantis Adæ figura est domini resurgentis a morte. Vnde dicit Apostolus, Factus di- 1. Cor.15. primus homo in animam viuentem: secundus homo in spiritum viuificātem. Noe Gene.9. vero qui in opere arcæ & ipse suo nomine requiem dei in sanctis significat, in eo vel maxime redemptoris nostri figuram repręsentat, q̄ cum esset agricola vineam plantauit, & vini poculo ebriatus, in suo tabernaculo est denudatus. Quæ res ad illius pro- Ser.154 prie spectat, qui calice passionis adeo factus est ebrius, vt ipso tegmine corporis nudaretur ad tempus, & statim in resurrectione euigilans, illis daret benedictionē qui Psal.21. in mysterio venerantur eius passionem, irrisoribus autem suis dignam maledictio- Ioan.19 nem. De quo calice dicit Psalmista, Calix meus inebrians, q̄ p̄clarus est. Et in Euan- Exod. 7. gelio dominus, Calicem quem dedit mihi pater, non bibam illū? Virga quoq; Moysi in terram proiecta & in draconem conuersa, cum teneretur per caudam rediit iterū in virgam: quia illa potestas diuinæ maiestatis de cœlo descendens ad terram p̄ nobis voluit esse mortalis, sed post peractam carnis assumptæ dispensationem, recepit Ionæ.2. se ad paternę dexteræ sedem. De Iona quem absorptum piscis euomuit illæsum in aridam, euidentem habemus ipsius domini sententiam, q̄ sicut ille fuerit in uentre Mat.12 ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita foret hominis filius in cordæ terræ. Extant & alia quām plurima de hac solennitate solennitatum sancta p̄conia, quibus oibus astipulatur & ipsa temporum ratio, quæ paschalem terminum vernali dedicauit ęquinoctio, expectato dūtaxat sequēte primi mensis plenilunio: ut sicut ab inferioribus sol in altum proficiens, primo nunc adequat longitudine noctes, luna etiam per diuina suæ lucis incrementa videtur esse plenissima: ita resurgens ab inferis sol iustitię, Ecclesiam catenus in tenebris constitutam suo illustraret lumine. Hæc sunt sacro- Ser.155 sabcta huius diei paschalis gaudia, hęc seculis omnibus desiderata & prædicata solennia, quæ nos semper animo venerari, semper opere pro modulo nostro iustum est 1.Ioan.2 imitari, sicut dicit Apostolus Ioannes, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Et ille quidem pro nobis ad tempus crucifixus, nos

quotidie

quotidie crucem tollere, & ipsum sequi oportet. Mortem ille ad horam gustauit, nos semper debemus mortificare membra nostra quæ sunt super terram, fornicationem, Ephes.5. immunditiam, & cætera. Resurrexit ille a mortuis, resurgere nos iubemur a vitiis, dicente Apostolo, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Roma.6 Quod si modo carnem nostram pro Christo cum vitiis & concupiscentiis crucifixe- Coloss.3. rimus, complantati etiam similitudini mortis eius, mortificatione vitiorū fuerimus, cum Christus apparuerit vita nostra, tunc & nos apparebimus cū ipso in gloria, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die. Sermo III.

DEus misericordiæ & iustitiæ hodie resurrexit a mortuis per potentiam patris, Ser.154. vt Paulus ait, Qui suscitauit eum a mortuis. Et propheta, Inter mortuos liber esto. In quo & nos omnes post resurgemus & viuemus. Quia enim prestitit nobis ducatum ad regnum suum, iubemur & nos præparare viam domino, hoc est, humilitatem, dilectionem dei & proximi, iustitiam, bonitatem, integritatem, patientiam, charitatem, prudentiam, pietatem & innocentiam. Hæc omnia præcepit nobis dominus per semetipsum exemplis, qui per agnum significatur. Quæritur ergo, quare agnus iste nō die, sed ad vesperam immoletur? Hæc causa manifesta est. Dominus enim no ster ac saluator in consummatione seculorum passus est, vt Ioannes ait. Filioli mei, nouissima hora est. Hodie fides ecclesiæ confirmata est in xp̄o, & in semine Abrahæ Gene.22. omnes gentes benedicuntur, ac saluator mundi intonuit, & plenā supernis ciuibus & hominibus lætitiam contulit, cum viuum se post passionem suam prębuit iuxta promissum suum. Bene quoq; dominicus sermo ac resurrectio dni coniungitur. Venerabilis est hæc dies, qui dominicus dies, & dies primus atq, perfectus est, & dies cla- Gene.1 rus in quo vita est prima lux, in quo transgressi sunt filii Israel mare rubrum siccis Exo.14 pedibus, & in quo pluit manna filiis Israel in deserto, & quo dominus baptizatus est Exo.16. in Iordane, Quo vinum de aqua in Chana Galileæ factum est, Quo benedixit domi- Matt.3 nus quinque panes, quibus satiauit quinque milia hominum. In quo resurrexit do- Ioan.2 minus a morte Quo intrauit dominus in domos clausas, vbi erant discipuli congre- Matt.14. gati propter metum Iudæorum. In quo spiritus sanctus descendit in Apostolos. Et Ioan.20. in quo speramus dominum nostrum iesum Christum ad iudicium venturū. In quo Acto.2. die omnis creatura reformabitur in melius, vt sol & luna septuplum lumen accipiant, & sancti homines vitam æternam propter merita bonæ obedientiæ recipiant a Deo.

Sabbato post diem sanctum Paschæ Sermo. I.

ETh odie resurrectio domini recitata est de sancto euangelio, Lectum est enim Ser.156. Euangelium secundum Ioannem, audiuimus quæ in aliis libris euangelij nō audiueramus. Omnibus quidem communis est prædicatio veritatis, & de fonte vno omnes biberunt. Sed in prædicatione euangelii, sicut sæpe commonui charitatem vestram, alia omnes, alia tres, alia duo, alia singuli posuerunt. Modo ergo q̄d audiuimus secundum Ioannem euangelium, quia Maria vidit dominum, & dixit ad eam dominus. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, solus Euangelista Ioannes commemorat. Hinc ergo loquendum est sanctitati vestrę. Visis n linteaminibus in sepulchro, dominum non resurrexisse crediderant, sed ablatum esse. Ipse Ioan.20. Ioannes, seipsum enim dicit, quem diligebat Iesus, cū audisset denūciantibus mulieribus & dicentibus. Tulerunt dominum meū de monumento, cucurrit cum Petro, & attendit in monumētum, vidit sola linteamina, & credidit nō quia resurrexerat, hoc sequentia verba testantur. Sic enim scriptum est, quod modo audiuimus. Attendit, vidit & credidit, nondum enim sciebat scripturas, quia oportebat eum a mortuis resurgere. Ergo qui credidit quod fidei non erat hoc credidit: sed falsum credidit. Apparuit ei postea dominus, fugauit falsum, inseruit verum. Tamen illud quod solet mouere lectorem & auditorem non incuriosum neq; negligentem, quomodo sit dictum, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem, hic videamus dño ipso adiuuante, quid dictum sit, Mouet n hoc quidem, Noli me tangere, nodum enim ascendi ad patrem. Quando enim ascendit ad patrem? Sicut indicant Actus Apostolorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadragesimo die post resurrectionem suam, quem diem in nomine ipsius celebraturi sumus: tunc ascendit ad patrem, tunc eum discipuli qui manibus tetigerunt, oculis deduxerunt. Tunc sonuit angelica vox, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum: hic Iesus qui assumptus est a uobis, sic veniet quomodo eum vidistis euntē in cœlum. Si ergo tunc ascendit ad patrem, quid dicimus fratres mei? Maria non poterat eum tangere in terra stantem, & poterat tangere in cœlo sedentem? Si hic non poterat, quanto minus poterat ibi? Quid est ergo, Noli me tangere, non enim ascendi ad patrem? Ste enim sonāt verba, tanquam diceret, tunc me tange cum ascendero antequam ascendam noli me tangere. O domine hic es & non tango, cum ascenderis tangam? Deinde si antequam ad patrem ascenderet tactum horrebat humanum, quomodo se discipulis non solum videndum, sed etiam contrectandū præbuit quando dixit, Quid cogitatis in cordibus vestris, Videte manus meas, & pedes meos, palpate & videte, quia spiritus carnem non habet, sicut me videtis habere. Incredulus etiam ille discipulus Thomas tetigit latus perforatū, & exclamauit, Dominus meus & deus meus. An forte aliquis insipiens dixerit, antequam ad patrem ascenderet, viri eum poterant tangere, mulieres autem non poterant, nisi cum ad patrem ascēderet. Absurda est ista cogitatio, & peruersa sententia. Prorsus quod audiuit Maria, audiat Ecclesia. Hoc omnes audiant, deum intelligant, omnes faciant. Quid ergo est, Noli me tangere. nondū enim ascendi ad patrem? Quod me vides, hominem solum putas patri æqualem esse adhuc nescis: noli me tangere talem, noli in hominem solum credere, sed verbum æquale genitori intellige. Quid ergo est, Noli me tangere? Noli credere. Quid noli credere? Quia hoc solum sum quod vides. Ascendam ad patrem, & tunc tange. Tibi scendo, quando intellexeris æqualem. Quando me putas minorem, nondum ascendo tibi, Tangere autem, credere esse puto: quia facile possumus intelligere de illa muliere quæ tetigit fimbriam vestimenti Christi, & salua facta est. Recordamini euangelium, Dominus Iesus Christus ibat ad visitandam archysynagogi filiam, quæ primo nunciata fuit infirma, postea mortua. Ille pergente, ecce mulier de transuerso venit, quæ fluxum sanguinis patiebatur per duodecim annos, & in medicis frustra curantibus, & non sanantibus, omnia sua consumpserat, dixitq; in corde suo, Si tetigero fimbriam vestimenti eius salua ero. Hoc ipsum dicere, iam tangere fuit. Denique audi sententiam, cum salua facta esset secundum fidem suam, ait dominus Iesus Christus, Tetigit me aliquis. Et discipuli, Turbæ te comprimunt, & dicis quis me tetigit? Et ille, Tetigit me aliquis, nam ego scio virtutem exiisse de me. Gratia præcesit vt illa sanaretur, non vt ille minueretur. Dicunt ergo discipuli, Premūt te turbę, & tu unum aut vnam sensisti. Et ille, Tetigit me aliquis, illæ premūt, ista tetigit. Quid est, illæ premūt, ista tetigit: Iudæi affligunt, Ecclesia credidit. Secundum hunc ergo intellectum, quoniam uidemus mulierem tetigisse, quod est credidisse, secundum hoc dictum est ad Mariam, Noli me tangere, ascendam & tange. Tunc enim tange quando cognoueris, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, quidem caro factū est, verbum incontaminatum, immaculatum, immutabile manet, integrū. Sed quia tu hoiem solū vides, verbum non vides, nolo credas in carne, & relinquas verbum, totus Christus tibi appareat, quia æqualis est patri in verbo. Noli ergo, inquit, modo tangere, scio quia nondum vides quid sim. Ecclesia ergo, cuius figuram Maria gerebat, audiat quod audiuit Maria. Tangamus omnes, si credamus, iam ascendit ad patrem, sedet ad dexterā patris. Confiteur hoc hodie vniuersa ecclesia, Ascendit in cœlum, sedet ad dexteram patris. Hoc audiunt qui baptizantur, hoc credunt anteq; baptizentur. Quando ergo credunt, Maria tangit xpm. Intellectus obscurus & sanus, incredulis clausus, fide pulsanti est apertus. Ipse ergo dominus Iesus Christus, & ibi est, & nobiscū est, & cum patre est, & in nobis est, & ab illo non recedit, & nos non deserit, & orare docet ut magister, & cum patre exaudiuit vt filius.

Luc.24

Ioan.20.

Luc.8

Ioan.20
Ioan. 1

Eodem die, Sermo II.

Ser.137. DIgne frēs charissimi piis studiis exultemus in xpo sub p̄senti solēnitate, in qua nobis inferorum dominus diues spoliis redditus est, in qua rediit cellsitudo profundis, lux de tenebris, uita de mortuis. Ecce quantum p salute ouium perditarū

bēnigna pii pastoris solicitudo discurrir. Sub vno eodemq; tempore & hominē vsq; ad paradisum reuocare dignatur, & mortem vsq; ad inferna persequitur, gloriosius captiuandam in regno suo, & magnificentius in suis sedibus triumphandam. Ad Descensum itaq; cœlestis domini profundum inferi panditur, peregrinum sibi lumen inferni nox æterna miratur. Expauit ergo nox subito non suum mortuum, immo expauit mortem suam. Adducit enim ille qui dudum per prophetam suum dixerat, O mors ero mors tua, ero morsus tuus inferne. Et ideo non solum in eo inuenire no potuit quod teneret, sed eos quos antea retinebat reuocari ad superoros se nolente conspexit, & quem debitorem suum putabat, exactorē potius experta potius experta est. Et quem quasi captiuū inferni vinculis astringendū esse credebat, quasi liberatorem cum accepta captiuitate redire mirata est, ac si quē descensione hominem iudicauerat, deum regressione cognouit. Potuerat quidē dominus noster fratres charissimi hostem humani generis sola maiestate prosternere sine incarnationis humilitate, sine certamine passionis: sed homo qui proprie transgressionis crimine tenebatur obnoxius, qui per culpam suā incurrerat seruitutem, non violentia liberādus fuit, sed misericordia redimēdus. Et quia deus æquitas & iustitia est, ipse sibi lex est. Et quia homo iudicii & iuris sui ac liberi arbitrii præditus voluntate, qui voluntarius ruerat, iniustum erat vt erigeretur inuitus, æquis & salubrius fuit, vt qui per superbiam a diabolo persuasus fuerat ad mortem, a deo per humilitatem solidaretur ad vitam. Iusto ergo ordine qui per caliditatem maleuoli serpentis nō impulsus sed seductus fuerat ad perditionem, rursum per sapientiam beneuoli redemptoris non compellitur, sed ducitur ad salutem, vt qui cum sua voluntate corruisse videbatur, cum sua rursus voluntate repararetur, vt etiā virtuti ac remunerationi locus. Non enim præripuit eum per violentiam suam, sed potius per iustitiam & beneuolētiam solidat & eruit ad vitam, qui benignitas prouocātis etiam meritum desiderat acquirentis, & dignatissimi medici studium, infirmi requirit assensum. Cuius ineffabilē ad seruendos nos dignitatem, etiam præseus Euangelii lectio declarauit. Ait enim simut audistis, Cum esset sero die illo vna sabbatorum venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio discipulorum suorum. Quid mirum si dominus ad discipulos glorificatum corpus clausis tris stupentibus intromisit, qui illæso materni pudoris signaculo, ianuam mundi huius intrauit? Cuius ortum naturę nesciunt, non dubites si potentiam exercere videas triumphantem, quē tam stupenda perspicis egisse nascentem. Quid hic respondebūt Iudæi, sepulto domino descendentes & signantes lapidem cū custodibus? Quæ cū ita sint, quo eum repellere potuit obiectus repaguli, quem non coercuerat pondus sepulchri? Immo quō cum obserua domus excludere potuit, quē includere mortis porta nō potuit. Quid mirū si substantiā corporis nostri per clausa ostia non transmisit, cui etiam penetralia supernorū, & solis angelis familiare secretum patere cō sueuit? Cum ergo dixissent alii discipuli, vidimus dñm, respōdit Thomas & dixit eis, Nisi videro, inquit, in manibus eius fixurā clauorū, & mittam digitū meū in locū clauorū, & mittā manum meā in latus eius, nō credam. Quā bona ignorantia quæ erudiuit ignaros, quæ instruxit incredulos, Quam bona infidelitas, quæ feculorum fidei militauit. Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorū. Vox ista inquirētis est, non negātis. Dum hoc dicit, docere voluit, confirmari desiderauit. & ideo ad eum dns ita ait, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meū. Dū benignū præbet veritas moderata responsum in Apostolo suo nō dubitationis vitiū, sed solicitudinis instruxit affectū. Quia ergo illo in tpe tāti mysterii nouitas versabatur, merito curiosæ pscrutationis nō est, sed vtilitas exclusa accedit, qd in his Apostoli verbi mundi vtilitas agitur. Vnius interrogatio vniuersitatis est instructio. Ostendit ergo manus & latus. Necessarium enim erat, vt manifestarum præsens expressio cicatricum crucifixi corporis faceret fidem, quia splendnr nouę lucis, pristinam obduxerat veritatem, & cognitionem quodammodo charitas obscurauerat. Visis ergo cicatricibus, respondit Thomas & dixit, Dominus meus & Deus meus. Nouo genere vestigia uulnerum diuinitatis perhibet testimonium, quia templum erat Dei indumentum corporis uulnerati. Duas hoc loco in Christo mirare substantias. Fixurā pspicit corporis, & Deū

Ioan. 20

Luc.2

Mat.27.

Ioan.20

Oseę.13.

prędicat maiestatis. Vbi sunt qui dicunt animas nouis, in quibus antea non uixerũt, corporibus induendas? Ecce in resurrectionis authore hoc ipsum uideo resurrexisse quod cecidit, & ideo mortui dormire dicuntur, iuxta prophetam, Nunquid qui dormit non adiiciet ut resurgat? Quare mortem somno assimilauit? Quia in vno eodęq; Psal. 40 homine, nunquid alter est qui in somno resoluitur, alter vero qui in eiusdem somni stupore ad vigilandi officia suscitatur? Non vtiq; sed ipsa absq; dubio membra euigilasse credenda sunt, quæ dormitionis stupore laxata sunt. Ita mors corporis quod in puluere confectura susceperit, idem ipsum discussa restituit, nec rude, sed redituiũ vas cognatus spiritus recognoscit. Et propterea mysterium resurrectionis etiam de minimis exponens, ita Apostolus loquitur, resurrectionem grano tritici comparans. Etenim in quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Si quando, vt moris est, fruges botri fulcis agricola fœnerante creduntur, nunquid aliud est quod sepelitur in semina, aliud quod virescit in germina? Sed singula quæq; corpora non de nihilo, sed sui origine producuntur, & recentia de veteribus innouantur. Cum autem de resurrectione loqueretur Apostolus, dicens, Quod seminas non uiuificatur, nisi prius moriatur: vides quia mors quod susceperit, hoc refundit? Et vnicuiq;, inquit, seminum ꝓprium corpus. Non vtiq; a genere suo alienum, sed naturæ suæ ꝓprium & de materiæ suæ qualitate reparatum. Reuocabitur ergo in contubernium pristinum animæ & corporis vnitas, & nullis vnquam seculis dissocianda germanitas. Nostrum est gratia authoris & redemptoris inniti, vt ad illorum numerum pertinere & uideamur, de quibus Apostolus dicit, Simul rapiemur obuiam Christo in aera & in 1. Thes. 4 nubibus, & sic semper cum domino erimus. Dignum enim esse iudicauit, ut germana corporis animæq; substantia cum Christo simul regnet in cœlis, quę Christo seruiuit in terris.

Ioan. 20 Item eodem die Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannẽ, Vna sabbati Maria Magdalenæ uenit mane: &c. quę habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Item eodem die alius sermo de epistola, qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, XX.

Dominica in octauis Paschæ, ad competentes: Sermo I.

Ser. 157. PAschalis solennitas hodierna festiuitate concluditur, & ideo hodie neophytorũ habitus cõmutatur, ita tñ vt candor qui de habitu deponitur, semp in corde teneatur. In qua quidẽ primũ nobis agendũ est, vt quia paschales dies sunt, id est, indulgentiæ ac remissionis, ita a nobis sanctorũ dierũ festiuitas agatur, vt relaxatione corporũ puritas nõ obfuscetur, sed potius abstinẽtes ab oĩ luxu, ebrietate, lasciuia, demus operã sobriæ remissioni ac sanctæ sinceritati, vt qcqd mõ corporali abstinentia non acquirimus, mẽtiũ puritate ꝙramus. Ad oẽs qdem pertinet sermo, quos cura nostra cõplectitur: verũtamen hodie terminata sacrorũ solẽnitate, alloquamur nouella germina sctitatis, regenerata ex aqua & spiritu sancto, germẽ piũ, exa- Philip. 4. men nouellũ. Flos nostri honoris, & fructus laboris, gaudiũ & corona mea, oẽs q̃ sta- Rom. 13. tis in domino. Apostolicis verbis vos alloquor, Ecce nox p̃cessit, dies aũt appropinquabit, Abiicite opera tenebrarũ, & induite vos arma lucis, sic vt in die honeste ambulemus: Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & ęmulatione, sed induimini dominũ Iesum Christũ. Habemus, 2. Pet. 1. inquit, certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes tanquam lu- Luc. 12. cernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris, Sint ergo lumbi vestri accincti, & lucernæ ardentes, & vos similes hominibus expectan- Ioan. 16 tibus dñm suũ q̃n reuertatur a nuptiis. Ecce dies aduenient, in quibus dñs dicit, Pusillũ, inquit, & nõ uidebitis me, & iterũ pusillũ & videbitis me. Hæc est hora de qua dixit, Vos tristes eritis, seculum aũt gaudebit .i. uita ista tentationibus plena in qua 2. Cor. 5. peregrinantur a dño eo. Sed iterum, inquit, uidebo uos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Cuius spei tam gratum & tam gratuitum etiam pignus sanctum spiritum accepimus, qui in cordibus nostris inenarrabiles gemitus Esai. 26. operatur sanctorum desideriorum. Concepimus enim, sicut ait Esaias, parturiuimus

turiuimus spiritum salutis. Et mulier cum parturit, ait dominus, tristitia est illi quia Ioan. 16 uenit dies eius, sed cum pepererit fit gaudium, quoniã natus est homo in seculo. Hoc est gaudium quod nemo aufert a nobis, quo in æternæ vitæ lucem ex hac fidei conceptione transfundimur. Nunc ergo ieiunemus & oremus, cum dies parturitionis est. Hoc totum corpus Christi, in toto orbe diffusum. i. tota hæc agit Ecclesia, & illa vnitas quæ dicit in psalmo, A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meũ. psal. 60. Vnde iam nobis elucet, cur quadragesima instituta sit huius humiliationis solennitas. Qui enim a finibus terræ clamat cum anxiaretur cor eius, a quatuor orbis terræ partibus clamat, quas frequenter etiam scriptura commemorat, Oriẽte, & Occiduo, Aquilone & Meridie. Per hoc totum ille decalogus legis, iam non per literam tantũmodo metuendus, sed per gratiam charitatis implendus, indictus est. Vnde quater multiplicatis decem, uidemus quadraginta compleri. Sed adhuc in labore tentationis cum uenia delictorum. Quis enim perfectæ implet, Non concupisces? Vnde ieiu- Exo. 20. nandum & orandum a bono tamen opere non cessandum. Cui labori merces illa redditur in fine, quæ denarii nomine nuncupatur. Sicut autem ternarius a tribus, quaternarius a quatuor, ita denarius a decem nomen accepit. Qui coniunctus quadragenario, tanquan merces labori redditur. Quinquagenarii numeri figura tempus illius gaudii significat, quod nemo auferet a nobis. Cuius in hac uita nondum perfectionem habemus, sed tamen post solennitatem dominicæ passionis, a die resurrectionis eius per dies quinquaginta, quibus ieiunia relaxamus, hoc in dominicis laudibus personante halleluia celebramus. Nunc ita in persona Christi, vt non possideamur a satana, exhortor vos dilectissimi, ut quotidianis & largioribus eleemosynis, frequentioribus orationibus dominum propitiemus. Nunc tempus est ut vnusq; sq; abstineat se non tantum ab illicitis, sed etiam a quibusdam licitis, & orationibus atq; ieiuniis vacet, Quanuis & per totum annum certis diebus hoc facere debeat, & quanto magis animus qui eam fundit a carnali uoluptate suspenditur. Quadragin- Exod. 34. ta dies ieiunauit Moyses legis administrator, quadraginta Helias prophetarum ex- 3. Reg. 19 cellentissimus, quadraginta ipse dominus, testimonium habens a lege & prophetis, Mat 4. Baptismus ille p̃ponitur. Ioannes enim baptizauit Christum, cum se Christo profi- Matt. 3. teretur minorem. Christus autem baptizauit Christianum, qui se ostendit & Ioanne Luc. 2. esse maiorem, sicut circuncisione carnis, quanuis eam & Christus accepit, & nemo Christianus accepit. Melius est sacramentum resurrectionis Christi, quod ad expoliandam carnalem hanc veteremq; uitam corde circuncideretur Christianus, ut au- Roma. 6 diat Apostolum dicentem, Sicut Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, sic & nos in nouitate uitæ ambulemus: sicut ipsum vetus pascha quod agni occisione celebrare p̃ceptum est, non ideo quia hoc cum discipulis celebrauit Christus, iã me- 1. Co. 5. lius est pascha nostrum quod immolatus est Christus. Pertinuit enim ad p̃bendum nobis humilitatis & deuotionis exemplum, ut illa etiam sacramenta ueniens suscipere dignaretur, quibus venturus ipse p̃nunciabatur: ut hinc ostenderet quanta religione nos oportet accipere hæc sacramenta, quibus iam uenisse nunciatur. Nõ ergo quia Christus post acceptum baptismum continuo ieiunauit, tanquam regulã obseruationis dedisse credendus est, vt post ipsius Christi baptismum acceptum conti nuo ieiunare necesse esset: sed plane illo exemplo docuit ieiunandum esse, quando forte acriore luctamine cum tentato confligitur. Ob hoc enim & Christus qui sicut homo dignatus est nasci, non respuit sicut homo tentari, ut Christianus magisterio eius instructus, non posit a tentatione superari. Siue ergo continuo post baptismũ, siue quolibet interuallo temporis interposito, quando simile p̃lium tentationis infertur homini ieiunandum est, ut & caro impleat de castigatione militiam, & anima impetret de humilitate uictoriam. In illo ergo dominico exemplo illius causa ieiunii non Iordanis tinctio, sed diaboli tentatio fuit. Cur autem nos ante solennitatem passionis domini ieiunemus, & illa ieiuniorum relaxatio quinquagesimo die perficiatur, hæc ratio est. Omnis qui recte ieiunat, aut animam suam in gemitu oratio-

nis & castigatione corporis humili,& ex fide non ficta affligit: aut ab illecebra carnis
inopia aliqua spiritali veritatis,& sapientiæ delectatione suspensa, ad famem sitimq;
Mat.9. sitiendam descendit. Interrogantibus pharisęis cur discipuli eius non ieiunarent,
Nam de illo primo quod habet animæ humiliationem. Non possunt,inquit,lugere
filii sponsi,quādiu cum eis sponsus est,sed uenient hora,quando auferetur ab eis ipō
sus,& tunc ieiunabunt. De illo autem altero quod habet epulas mentis ita consequē
eer locutus est, Nemo assuet pannum nouum vestimento veteri, ne maior scissura
fiat;neque mittunt vinum nouum in vtres veteres,ne rumpantur, & vinum effun-
datur: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt,& ambo conseruabuntur. Proinde
Psal.44. quia iam sponsus ablatus est,vtique nobis filiis illius pulchri sponsi lugendum est.
Esa.53. Speciosus enim forma præ filiis hominum,cuius diffusa gratia in labiis eius. Inter
manus persequentium non habuit speciem neque decorem,& ablata est de terra vi-
ta eius. Et recte lugemus,si flagramus desiderio eius. Beati quibus eum licuit ante
passionem tunc habere præsentem,interrogare sicut vellent,audire sicut audire de-
berent. Illos dies concupierunt videre patres ante aduentum eius,neque viderunt:
Mar. 13. quia in alia dispensatione fuerant ordinati,per quos venturus annunciaretur, non
quibus veniens audiretur. De his enim Apostolus loquitur dicens,Multi iusti & Pro
phetæ voluerunt videre quæ videtis,& non viderunt,& audire quę auditis,& nō au-
dierunt. In nobis autem illud impletum est quod idem ipse dicit,Venient dies,quā-
do desiderabitis videre vnum de diebus istis,& non poteritis. Qui sancti desiderii ꝑ
Psal.41. flamma vritur,quis hic non lugeat, quis non laboret in gemitu suo, quis non dicat,
2.Co.5. Factæ sunt mihi lachrymę meę panes die ac nocte,dum dicitur mihi quotidie, vbi
Philip.1 est deus tuus? Credimus quippe eum iam sedentem ad dexteram patris, sed tamen
quandiu sumus in corpore,peregrinamur ab eo,nec de eo dubitantibus vel negan-
tibus & dicentibus,ubi est deus tuus, valemus ostendere. Merito Apostolus eius cō
cupiscebat dissolui,& esse cum illo: manere autem in carne nō sibi optimum dicebat,
sed necessarium propter nos: vbi cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouī
Sapi.9 dentiæ nostrę,quoniam deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: ꝭ
Iob.1 de tentatio est vita humana super terram,& in hac nocte seculi circuit sicut leo qui
1.Per.5. rens quem deuoret. Non leo de tribu Iuda rex noster, sed leo diabolus aduersarius
Apoc.5. noster. Ille n quatuor animalium de Apocalypsi Ioannis figuram in se vno exprī
Apoc.2. mens,natus vt homo,operatur vt leo,immolatus vt vitulus, volauit ut aquila. Vola
Psal.17. uit super pennas uentorum,& posuit tenebras latibulum suum. Posuit tenebras, &
Psal.103. facta est nox,in qua pertranseunt omnes bestiæ syluæ. Catuli leonum rugientes;ꝛē
1.Ret.5. tatores videlicet,per quos diabolus quęrit quem deuoret. Non quidem habentes po ꝛ
testatem,nisi in eos quos receperint: quia & in psalmo ipso ita sequitur, Quærentes ꝺ
a deo escam sibi. In tam periculosa & tentationibus plena huius seculi nocte, quis
non medullis oibus contremiscat,ne dignus iudicetur, qui deuorandus dimittatur
in fauces tam crudelis inimici? Vnde & ieiunandum & orandū est,& tanto potius,tā
to instantius,quanto propinquius & ipsa dominicæ resurrectionis solennitate pas-
sionisq; celebritate anniuersaria, quodammodo nobis eiusdem noctis memoria re-
sculpitur,ne obliuione deleatur, & nos non corpore sed spiritu dormientes ille ru-
giens deuorator inueniat. Nam & ipsa dominica passio quid nobis aliud in capite
Lucæ.22 nostro Iesu Christo,q̄ ipsam vitæ huius tentationem maxime cōmendauit? Vnde
adueniente iam mortis suæ tempore Petro dixit,Postulauit satanas vexare uos sicut
triticum,& ego orauī pro te,ne deficiat fides tua. Vnde & tu conforta fratres tuos. Et
plane confortauit nos per Apostolum, Vnde cum his duobus in monte se ostendit.
Nos autem quia tam longum ieiunium perpetrare non possumus, ut per tot dies &
noctes nihil alimentorum sicut illi accipiamus,saltem quātum possumus faciamus,
exceptis diebus,per quos certis de causis mos Ecclesiæ prohibet ieiunare, Domino ꝛ
deo nostro vel quotidiano uel crebro ieiunio placeamus, Sed nunquid sic a cibo &
potu abstinentia,per tot dies non potest esse continua? Quanquā tempus humiliāde ꝭ
aiæ quantū potui maxime cōmendaui,tn propter hominū errores, qui per vani
quas seductiones,& prauas consuetudines nobis molestā pro vobis curā inserere no
cessant, tacere nō possumus. Sunt quidā obseruatores quadragesimę delitioſi potius

religiosi,exquirentes nouas suauitates,magis q̄ ueteres concupiscentias castigan-
tes,qui pretiosis copiosisq; apparatibus fructuū diuersorū quorūlibet uarietates &
sapores superare contendunt. Vasa in quibus coctæ sunt carnes tanq̄ īmunda formi
dant,& in carne sua uentris & gutturis luxuriā non formidant. Ieiunant non vt solā
tā tēperando minuant edacitatē,sed ut immoderatam differendo augeant auiditatē.
Nā ubi tempus reficiēdi aduenerit,optimis mensis tanq̄ pecora p̄cipibus irruunt,
uentresq; distendunt,artificiosis & peregrinis condimentorū diuersitatibus tantum
capiunt manducando,quantū digerere non sufficiunt ieiunando. Sunt etiam qui vi
nu ita non bibunt,vt aliorū expressionē pomorū, aliosq; sibi liquores nō salutis cā
sed iucunditatis exquirant, tanquā non sit quadragesima piæ humiliationis obser-
uatio,sed nouæ uoluptatis occasio. Quantū n honestius esset, ut qui ꝓpter infirmi- 1.Tim.5.
tatem stomachi aquā potare nō poterat, uino usitato & modico sustentaretur. Quid
ūt absurdius,quam tpe quo cato arctius est castiganda, tantā suauitatē carni ꝓcu-
rare,ut ipsa fauciū concupiscentia nollet quadragesimā p̄terire? Quid inconuenien-
tius,q̄ diebus humilitatis,qn parū uictus oibus imitandū est, ita uiuere,ut si toto tē
pore sic uiuatur,uix possint uictū patrimonia sustinere? Cauete ista dilectissimi,co- Eccli.18
gitāte quid scriptū est,Post cōcupiscentias tuas non eas. Q̄d saluberrimū præceptū,
si omni tpe obseruandū est,quanto amplius his diebus, qn ita turpe est,si cupiditas
nostra ad inusitatas relaxetur illecebras,ut merito culpetur qui nō restrinxerit usi-
tatas? Præcipue sane pauperū mementote,ut qd uobis parcius uiuendo subtrahitis,
in cœlesti thesauro reponatis. Accipiat esuriens xp̄s qd ieiunans minus accepit xp̄ia
nus. Castigatio uolentis,fiat sustētatio nō habentis. Copiosę uoluntatis inopia,fiat
necessaria inopis. Copiosa sit ēt in aio placabili & humili misericors ignoscēdi facili
tas. Petat ueniā,qui fecit iniuriā. Det ueniā,qui accepit iniuriā,ut nō possideamur a
satana,cuius triūphus est dissensio xp̄ianorū. Et hæc n magni lucri eleemosyna est,
habitū relaxare conseruo,ut tibi relaxetur a dño. Vtrūq; opus bonū cœlestis magi- Luc.6.
ster discipulis cōmendauit,dicēs, Dimittite & dimittetur uobis, Date & dabitur vo- Mat.18.
bis. Mementote serui illius,cui oē debitū dns eius qd donauerat replicauit,quia con
seruo sibi debenti cētū denarios miam non rependit,quā de talentorū decē milibus
quæ debebat accepit. In hoc genere operis boni nulla est excusatio,ubi sola uolūtas
tota facultas est. Pōt quisq; dicere,Ne stomachus doleat ieiunare non possum. Pōt ēt
dicere,Volo dare pauperi,sed vnde non habeo,aut tm habeo,ut timeā egere si dede-
ro. Quāquā & in his operibus excusationes pleriq; sibi hoies falsas faciunt,quas ve-
ras non inueniūt: verūtn quis equidē dicat,ideo non ignoui ueniam petēti,quia me
dicalitudo impediuit,aut quia manus qua porrigerem non fuit. Dimitte ut dimittatur
tibi. Cordis hoc opus est,nullum uel carnis sue membrum in adiutorium animæ as- Luc.6.
sumitur,ut hoc impleat quod regatur. Voluntate agitur,uoluntate perficitur. Fac se
curus,nihil in corpore dolebis,nihil in domo minus habebis. Iam vero fratres uide-
te quid malum sit,ut pœnitenti fratri non ignoscat,cui p̄ceptū est,ut inimicū adhuc
diligat. Quæ cum ita sint,& cum scriptum sit,Sol non occidat super iracnndiā ve- Ephes.4.
strā,consideratę fratres utrum Christianus sit dicendus, qui aut his diebus inimi-
citias non vult finire,quas nunquam debuit exercere.

Eadem dominica: Sermo II.

QVantum dño donante possumus,de carnis resurrectione tractemus. Hęc est.n. Ser.158
fides nostra,hoc donū dñi nostri Iesu xp̄i nobis carne promissum est,& in ipso
p̄cepsit exēplū. Voluit nobis qd promisit in fine nō solū pronūciare,sed ēt demōstrare.
illi qdē qui tunc fuerūt cū illū uiderent,& cū expauescerent,& spiritū se uidere cre-
derent, soliditatē corporis tenuerūt. Locutus est.n. non solū uerbis ad aures eorum
sed ēt specie ad oculos eorū. Parūq; erat se p̄bere cernēdū, nisi ēt offerret pertractan-
dū atq; palpandū. Ait.n. Quid turbati estis,& cogitationes ascēdūt in corda uestra?
putauerūt.n. se spm uidere. Quid turbati estis,inqt,& cogitationes ascēdūt in cor ve Luc.24.
strum? Videte manus meas & pedes meos, palpate & videte, qa spūs carnē & ossa non
habet sicut me uidetis habere. Contra istam euidentiam disputabant homines.

Quid enim aliud facerent homines, qui ea quæ sunt hominum sapiunt, quam sic di
spurare de deo contra deum? Ille enim deus est, isti homines sunt. Sed dominus no-
uit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. In homine carnali tota regula est in
telligendi, consuetudo cernendi. Quod solent videre credunt, quod non solent non A
credunt. Præter consuetudinem facit deus mirabilia, quia deus est. Maiora quidem
mirabilia sunt, tot quotidie homines nasci qui non erant, quam paucos resurrexisse
qui erant. Et tamen ista mirabilia non considerationē comprehensa sunt, sed assidui
tate viluerunt. Resurrexit Christus, absoluta res est. Corpus erat, caro erat, pependit
in cruce, emisit animam, positus est in sepulchro, exhibuit illam viuam, qui viuebat
in illa, Quare miramur? Quare non credimus? Deus est qui fecit. Considera authorē
& tolle dubitationem. Quærunt ergo homines, vtrum corruptio ista corporis, quam
sentiunt in carne sua futura sit in resurrectione mortuorum, Dicimus non futuram.
Respondent nobis, Si corruptio non erit, quare manducabitur? Aut si non manduca-
bitur, quare post resurrectionem dominus manducauit? Modo cum Euangelium le-
Luc. 24. geretur audiuimus, quia cum exhiberet se viuum oculis manibusq; discipulorū suo-
rum, parum illi visum est ad demonstrādam euidentiam corporalem, sed addidit, Ha
betis hic aliquid quod manducetur? Et obtulerunt ei partem piscis assi, & fauum
mellis. Manducauit & reliquias dedit eis. Dicitur enim nobis, Si corruptio corporis
non resurgit, quare manducauit dominus Christus? Legitis quia manducauit, nun-
quid legitis quia esuriuit? Quod manducauit Iesus, potestatis fuit, non egestatis. Si
Gen. 18. & 19. desideraret manducare, egeret: rursus si manducare non posset, minus valeret. Nun-
quid & angeli quando suscepti sunt hospitio a patribus nostris non manducauerūt?
Et tamen corruptibiles non fuerunt. Rursus dicunt, resurgunt vitia? Et respon-
detur a nobis, Non. Quare ergo, inquiunt, dominus cum suorum vulnerum cicatrici-
bus resurrexit? Quid adhuc dicimus, nisi quia & hoc potestatis fuit non necessitatis?
Sic resurgere voluit, vt quibusdam dubitantibus exhiberet in illa carne cicatrices
uulneris, & sanaret uulnus incredulitatis.

Eadem dominica. Sermo. III.

Ser. 159. LEctio euangelica frēs charissimi, quæ nuper auribus nostris insonuit, cōtinet
magnum miraculum. Quanuis ubiq; sit dominus, ipsius miraculum contine
Ioan. 20. dominus noster Iesus xps in carne uera intrauerit ad discipulos per ostia clausa. Re-
quiris a me forsitan rationem, & argumentum requiris. Si uera, inquies, caro fuerat
quæ resurrexit, quomodo ipsa clausis ianuis ad discipulos introiuit? Ita ne uero, in-
quies, cuiusquam capit auditus, quod non obseruat opus, & intrare quisquam limen
in corpore potuit? Redde mihi inquit, rationē. O homo si rationem e me poscis, non
erit mirabile. Exemplum quæritur, non erit singulare. Credis nempe dominū xpm
Mat. 14 super aquas maris firmis gressibus ambulasse? Credis vtiq;. Dicis igitur mihi, Si per
ostia clausa Christus intrauit, vbi est corporis pondus? Accedant paulisper modus
& pondus. Ille hæc fecit, cui nihil impossibile est, Christus qui carnem suam potuit
de sepulchro producere, non potuit clausis ianuis ad discipulos introire? Quando
audis miraculum, serua fidem, non inquirat animus rationem. Hinc est q̄ & Tho-
Ioan. 20. mas discipulus titubauit, nec credidit, sed eum dominus postea confirmauit. Dixe-
rant n & condiscipuli eius. Vidimus dominum. Ille autem, Nisi uidero, inquit, in ma
nibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in latus eius, non credam.
Sciebat n. clauis in cruce confixum, sciebat lancea latus percussum. Hęc signa quæ-
rebat, ideo non credebat. Manus quærebat & latus, & dum curiosus existit in vulne
Ioan. 11. re, mortem incurrerat in fide. O beate Apostole, ante oculos tuos Christus Lazarū
potuit suscitare, & ipse non poterat de sepulchro surgere? Quæris loca clauorum, &
oblitus es miracula tanta signorum? Nonne ante oculos tuos, cæcos illuminauit, pa-
alyticos sanauit, leprosos mūdauit? Sic perdidisti in triduo memoriam magistri, ut
potentiæ non crederes Christi? Mors xpi in carne, uita tua debet esse in fide. Vidisti D
quidem percutientem lancea, sed diuinam non penetrauit potentiam. Ecce iterū ue
nit dominus, ne periret discipulus, & dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide
manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus,

sed fidelis. O pietas saluatoris, quæ non dedignatur locum ostendere cicatricis. Re-
spondit Thomas, & dixit, Dominus meus & deus meus. Modo est dominus & deus Ioan. 20.
tuus, quia voluit vt videres, ne incredulitate animam perderes. Merito ad eū dns sic
loquitur, Quia vidisti me credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. Ecce di-
scipulus trepidauit, ecce Ecclesia quod non vidit, credidit. Beatum meritum nostrū
fratres, si in Ecclesia sanctorum teneatur acceptum. Hic accipitur merces, vbi vera te
netur & cognoscitur fides. Hanc igitur Ecclesiam Christus sua resurrectione consti
tuit, in hac ęterna præmia collocauit. Credite fratres, ille speret requiem, qui non di
scesserit a radice, cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Eadem dominica. Sermo IIII.

AVdiuit charitas vestra, cum sanctum Euangelium legeretur, dominum & sal Ser. 160.
uatorem nostrum Iesum Christum post resurrectionem suam clausis ostiis Ioan. 20
introisse ad discipulos suos. Magnum miraculum, sed mirari desinis, si deum
cogitaueris. Mirum. n. esset, si solus homo hoc fecisset. Refer ad omnipotentiam, non
ad phantasiam. Ostiis clausis intrauit, Respondeo tibi, vt scias quia vera caro fuerat
cicatrices tangendo monstrauit. Sed sicut non est, inquis, naturę corporis per ianuā
clausam intrare, sic non est naturæ corporalis super fluctus maris ambulare. Intra-
uit per clausa ostia, responde mihi, da mihi soliditatē carnis. Ambulauit super aquas
maris, da mihi, & tu pondus carnis. Vis nosse hoc omnipotentiæ fuisse? Et Petro de- Mat. 14.
dit. Qui quod voluit dedit, quod proprium erat sibi seruauit. Ille. n. uiuens per clau
sas ianuas intrauit, qui nascendo integritatem matris non violauit. Ergo fratres ad- Luc. 2
mirati credamus, credentes obaudiamus, obaudientes speremus promissa, si facimus
iussa, quia vt faciamus iussa, ipse adiuuat a quo speramus promissa. Hodie octauæ di
cuntur infantium, reuelanda sunt capita eorum, quod est indicium libertatis. Habet
enim libertatem ista spiritalis natiuitas, propriæ autem carnalis natiuitas seruitutē.
Duæ sunt vtiq; hominis natiuitates, nasci & renasci. Nascimur ad laborem, renasci- Natiuita-
mur ad quietem. Nascimur ad miserias, renascimur ad æternam fœlicitatem, Nam il tes hois
li pueri, infantes, paruuli, lactantes, maternis vberibus inhærentes, & quantū in eos duæ.
gratiæ referatur nescientes, vt ipsi videtis quia infantes vocantur, & ipsi habēt octa-
uas hodie. Et isti senes, iuuenes, adolescentuli, omnes infantes. Vna quippe illorum
infantia pertinet ad vetustatem, altera ad nouitatem. Nā quos videtis recentes a par
tu, veteres nascuntur. Vetus homo noster dictus est Adam, ex quo nascimur: nouus
homo Christus, per quem renascimur. Isti ergo & noui sunt, & renati sunt ad aliam Vetus ho-
vitam, & est in illis, si dici potest, quādo nascuntur noua vetustas. Ecce miscētur ho- mo noster
die fidelibus infantes nostri, & rāquam de nido volant. Necesse est ergo, vt parturien & nouus.
tes eos alloquamur. Sicut n. recolitis fratres mei, Hirundinum vel domesticorū pas-
serum pullos quando volare de nido cœperint, matres cum strepitu circūuolant, &
vocibus pus testantur pericula filiorum. Scimus ergo multos qui appellantur fideles
male viuere, & gratiæ quam acceperunt moribus suis non conuenire, laudare deum,
lingua, blasphemare vita. Scimus autem alios inter istos multos tanquam inter mul
tam & abundantem paleam velut grana gementes in tritura, sed ipse horrei se collo
cantes. Duo ista genera hominum scimus esse in Ecclesia. Aream dominicam Eccle- Duo genē
siam nouimus, uentilationem in die iudicii speramus, massam frumēti in resurrectio ra horum
ne desideramus, horreū in vita ęterna sumere cupimus. Ibi nulla palea erit, sicut in in ecclesia
gehenna nullū granū erit. Nunc ergo fratres mei cum sciamus duo ista genera ho-
minū esse in Ecclesia, piorū, & impiorū, bonorū & malorū, timentiū & cotemnentiū
quibus coniungantur ista nescimus. Quod aūt velimus & ipsi sciunt, utrum de illis
nota nostra compleantur, humana ignorantia solicitudine fatigatur aliquando, &
falsis suspicionibus agitatur. Ex his discitur in hac terra, ubi sine tentatione non ui-
uitur. Admoneo ergo uos sancta germina, admoneo uos nouellæ in agro dominico
plantæ, ne de uobis dicatur q̄ de uinea domus Israel dictum est, Expectaui ut face- Esa. 5
ret uuas, fecit autem spinas. Botrum in uobis inueniat, qui botrus pro uobis calca-
tus est. Vuam ferte, bene viuite. Fructus. n. spiritus est, sicut dicit Apostolus, charitas, Gal. 5
gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, mansuetudo, fides, continentia, ca-
stitas. Quando ad nos uenit agricola noster, cuius nos operarii sumus, ille qui intus

dat incrementum: nam nos forinsecus plãtare nouimus & rigare, sed ait Apostolus,
Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed deus qui incrementũ dat, Qui mo
do videt quo audiatis, qui modo inspicit quo timeatis, aut iam continere incipiatis,
Phi. 4. cum ad vos ille agricola venerit, inueniat in vobis quod dixit Apostolus, Gaudium
meum & corona mea, omnes qui statis in domino. Fratres, filii dulcissimi, filii cha-
rissimi, imitamini bonos, cauete malos. Scio enim quia venturi sunt ad vos homines
mali, & persuasuri vobis vinolentiam, & dicturi sunt vobis, Quare? Nonne & nos tu-
mus fidelissimi. Scio, inde doleo, inde timeo. Iam tu si dixeris constanter: frater nec
tu vellem facere quod facis, sed si te non possum ducere in bonum meum, vel noli
me trahere ad malum tuum. Hominibus istis, vt fieri solet, caput dolebit? Dicturus
est tibi vicinus tuus aut vicina, Est hic incantator, est hic remediator, & nescio vbi
mathematicus. Tu dicis, Christianus sum, nõ licet mihi, Et si ille dixerit tibi, quare?
Nonne ego Christianus sum? Tu dicturus es, Sed ego fidelis sum. Et ille tibi, Et ego
baptizatus sum. Fiunt angeli diaboli, mẽbra Christi. Quia ipsum possidet mimicus
trahere quærit & alium. Inueniat vos paratos, qui ista vobis præparauit. Ideo loquor
ideo contestor, ideo non taceo, ideo vestimẽta mea excutio, ideo in tribunali dei mei
excusatum me habeo. Dicam deo meo, Domine non tacui, domine talentum quod
Matt. 25 mihi dedisti non abscondi, sed erogaui, Hoc poterit mihi dicere, Serue nequã, tu da-
res, ego exigerem. Ecce domine dedi, tu exige. Et si forte vos vetus titillauerit cõsue
tudo, habetis quem interpelletis. Maior est adiutor quam oppugnator. Ideo gemitis,
Matt. 6. ideo oratis, ideo dicitis, Ne nos inferas in tentationem. Obseruate illud etiam statues
mei, quod supra dicitis. Dimitte nobis debita nostra: vt faciatis quod sequitur, Sicut
& nos dimittimus debitoribus nostris. Eleemosynam facis eleemosynã accipis. Igno
scis, ignoscetur tibi. Erogas, erogabitur tibi, Deum audi dicẽtem, Dimittite, & dimit-
tetur vobis. Date & dabitur vobis. In mente habete pauperes. Omnibus dico, Facite
elemosynas fratres mei, facite & non perdetis. Deum credite. Non solum dico vobis,
non perdetis quod facitis cum pauperibus: sed plane dico vobis, hoc solum nõ per-
ditis, cætera pditis. Ecce videamus si exhilaratis pauperes hodie, horrea ipsorũ vos
Eccli. 29 estis, vt det vobis deus vnde detis, & dimittat quod forte peccatis. Includite elemosy-
nam in cordibus pauperum, & ipsa pro vobis exorabit dominum, cui est honor &
in secula seculorum, Amen.

Eadem dominica. Sermo V.

Ser. 161. REtinet sanctitas vestra fratres superiorem tractatũ, in quo scripsimus sanctum
Thomã Apostolũ ad confirmandã fidẽ oĩum, post resurrectionẽ dñici corporis
mẽbra palpasse, & ad repellẽdam ambiguitatẽ vniuersorum, vulnerũ eius cicatrices
scrutari voluisse. Nõ. n. propter se tantum hoc operatus est beatus Apostolus, sed q̃d
sibi gessit, cunctis proficit. Cũ suam. n. exercuit solicitudinẽ, fidẽ oĩum confirmauit.
Quis. n. ex hoc dubitet rediisse a mortuis saluatorẽ, cuius post inferos p̃sentiã agno-
scat oculus, attrectet manus, digitus pscrutetur? Quãuis igitur modicæ fidei homo,
quãuis imbecilis ingenii Christianus, nunquã solicitudinẽ suã inquisitioni Thomę
æquiparare potuisset. Nunquã. n. post agnitionem ac conuersationem loquela ausus
esset petere, vt etiã tactu Christum perscutaretur in Christo, & in ipso hoie quẽ cer-
neret hominis corpus inquireret, & resurrectionem eius non tã mirabiliũ gloria cre-
deret, quam passionis iniuria cõprobaret. Thomas ergo cum ẽsset sanctus, fidelis &
iustus, hæc omnia solicite requisiuit, non q̃ ipse aliquid dubitaret, sed vt omnem su
spitionem incredulitatis excluderet. Nam suffecerat illi ad fidem propriam vidisse
quem nouerat, sed nobis operatns est, vt tangeret quem videbat: vt si forte dicere-
mus delusos esse oculos, non possemus dicere manus illius fuisse frustratas. In resur-
rectionis. n. manifestatione de aspectu ambigi potest, de tactu non potest dubitari.
Constat enim veritatis ipsius testimonio rediisse ab inferis saluatorem. Quis non
spem suam in Christo collocet? Quis non fidem suam ponat in domino, vt dum il-
lum credit ab inferis, ipse resurgat a mortuis? Dicit beatus Apostolus, Si enim mor-
1. Cor. 15. tui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quia ergo surrexit xp̃s, suscitabitur
& mortui, quia resurrexit dñs, & seruuli reuiuiscent. Ipse. n est, sicut ait Apostolus,
Coloss. 1 primogenitus ex mortuis. Sicut. n. est apud superos idẽ primogenitus in multis fra-

tribus, ita & ab inferis est primo genitus ex defunctis. Primogenitus aũt dr̃ quis, ex
eo q̃ secuturis aliis primus gignitur. Primogenitus ergo Christus uocatur ex mor- Primoge-
tuis, q̃ primum illum ex inferni tenebris in lucem resurrectionis partus ædiderit. nitus qs.
Partus. n dicendus est, vbi permutatione quadam aĩa tartari legibus moritur, vt re-
diuiuo corporis vsui renascatur. Natiuitas. n. resurrectionis apud superos, mors quę
dam in feror̃ est. Vnde ipsa mors mortem quodammodo patitur, dum ei inuitæ de-
functor̃ multitudo subtrahitur. Nam sic beatus Apostolus dicit, Nouissima aũt ini- 1. Cor. 15.
mica destruetur mors. Et iterum, Absorpta est mors in victoria. Cum ergo absumi-
tur mors in victoria, defectionis quadam suæ internitione destruitur. Defectionem
autem patitur, cum potestas eius cunctis resurgentibus uacuatur. Videamus autem
quid sit quod ait, Mortem in victoria esse consumptã. Consumpta est plane mors in Mortẽ vi
victoria sua, dum xp̃m inferni legibus subiiciens, ipsa se, cum eum uincit, obruit. In ctoria esse
to n. in quo illũ quę se superasse credebat possedit, ab eo uicta est, cũ resurrexit. To- cõsumptã
tam ergo fidem nostrã in resurrectionis gloria collocare debemus, & in futura ma- quid.
gis vita sperare de dño. Sic. n ait sanctus Apostolus, Si in hac vita tm̃ in xp̃o speram⁹,
miserabiliores sumus oĩbus hominibus. Miser ergo est qui in hac tm̃ vita sperat in
domino. Miser plane est, quia cito spes eius subducitur, dum cito hæc breuis vita fi-
nitur. Nam spes illius caduca efficitur, dum temporali transitu dulcedinis eius volu
ptas elabitur. De tali. n spe dicit Apostolus, Spes autem quæ videtur non est spes. In Rom. 8
futura igitur uita speremus in domino, quæ solida est atque perpetua, vt non mise-
rabiliores cunctis hominibus, sed meliores esse possimus.

Eadem dominica, Sermo VI.

Ser. 162. CErtissima est fiducia Christianorum diuinitus ꝓmissa, resurrectio mortuor̃.
Hanc. n. veritas ipsa ꝓmisit. Veritas. n. mentiri nõ potest. Alioquin veritas nõ
est, si mentiri potest. Vera est igitur de resurrectione corporũ ꝓmissa veritas,
quia veritas quæ mentiri non nouit, totum necesse est ut impleat quod ꝓmisit. Hãc
enim resurrectionem corpor̃, vt futurã certissime nouerimus, ipse dominus nobis
in suo corpore dignatus est demonstrare. Resurrexit xp̃s, ut resurrecturum se nõ du
bitet Christianus. Quod. n. p̃cessit in capite, sequetur in corpore. Nosse. n. debemus Morte
dilectissimi frẽs, duas esse mortes, & duas esse resurrectiones. Dicitur. n. mors prima, duæ.
dicitur & secunda. Porro primæ mortis duę sunt partes. Vna qua peccatrix anima p
culpam discesit a creatore suo. Altera qua iudicante deo, exclusa est per pœnam de
corpore suo. Mors autem secunda, ipsa est corporis & animæ punitio sempiterna. Per
mortem vero secundam anima solius mali hominis in ęternũ cum corpore suo cru-
ciatur. Vtraque ergo mors oẽm hominem tenebat obstrictũ, quia naturę transgres-
sio unum quenq̃ peccatis ꝓpagat obnoxium. Venit autem dei filius immortalis &
iustus, vt moreretur ꝓ nobis, in qua carne quia nullũ potuit habere pctm̃, sine reatu
pertulit peccati supplicium. Secundam itaq̃ primæ mortis partem, id est, solius cor- Resurre-
poris mortem, dei filius pro nobis accepit, per quam a nobis & dominationem pec- ctiones
cati, & pœnam æternæ punitionis exclusit. Hoc ergo xp̃s in suis fidelibus misericor- duæ.
diter operatur, vt hic eos primo in anima resuscitet, donans fidem ut recte credant,
tribuens charitatem, vt bonis operibus libenter insistant. In nouissimo vero die ad
hoc eis corpora resuscitare dignabitur, vt eis æternam beatitudinem largiatur. Resu
scitati ergo in anima per fidem dilectissimi fratres, cum iustitia viuamus, ut etiam
corpore ad ęternam lætitiam resurgamus. Discedamus ab operibus malis, quę mor-
tificant animam, etiam dum viuit corpus, vt in æternis bonis & anima nostra merea
tur esse & corpus. Seruemus primæ resurrectionis munus, quod nobis per fidem lar
gitus est Christus, vt cum resurrexerimus corpore, mereamur cum xp̃o saluatore si- 1. Cor. 15.
ne fine regnare. Tunc absorbebitur mors in victoria. Tunc dabitur fidelibus vera
vita, veraq̃ lætitia. Tunc deus ꝓ meritis fidei atq̃ bonor̃ operũ dabit suis fidelibus re
gnum cœlor̃, Qui viuit & regnat cum patre & spiritu sancto in virtute deus, &c.

Eadem Dominica, Sermo VII.

Serm. 163. PAscha xp̃i dilectissimi regnum est cœli, salus mũdi, vita credentium, ocasus infer
ni, gloria supernorum, resurrectio mortuorum, testimonium resurrectionis di-
uinę, pretium redemptionis humanæ, cognitio mortis abolitæ. Quæ festiuitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei sacrata mysterio & cognita sacramento, virtutem dominicæ resurrectionis per
angelos indicat, per Apostolos manifestat, per corda credentium bona multiplicat.
Psal. 117 Hic igitur est dies dilectissimi quem fecit dominus, ut audistis, celsior cunctis, luci-
dior uniuersis, in quo dominus resurrexit, in quo sibi nouam plebem, ut ipsi uide-
tis, regenerationis spiritu conquisiuit, in quo singulorum mentes gaudio & exulta-
tione perfudit. Hic ergo dies resurrectionis xpi, defunctis vita, peccatoribus venia,
sanctis est gloria. Siquidem operatione virtutis eleuat de imis, suscitat de terrenis,
collocat in excelsis, consummat iustos, firmat dubios, damnat incredulos. Ad hoc, n.
dominus hodie resurrexit, ut imaginem nobis futuræ resurrectionis ostenderet: &
ideo hodie vt vitali lauacro resurgens dei populus ad instar resurrectionis Ecclesiæ
nostram splendore niuei candoris illuminet, gratias agere deo nostro debemus, q
dum sancti Paschæ solennitatem colimus, futuræ resurrectionis speciem iam uide-
mus: resurrecturum est humanum genus in seculi consummatione post mortẽ, nue
resurgit in baptismo: suscitandus est tunc dei populus post soporem, nunc suscita-
tur post infidelitatem: liberandus est tunc a mortali conditione, nunc liberatur ab
ignorantiæ cæcitate: renasciturus est ad æternitatem, nunc nascitur ad salutem. O-
mnes. n. qui olim in Christo baptizati, assumere non possunt candidam vestem, con
uersationem saltem candidam non relinquant. Solet sub nigro habitu anima satis
pura latitare, nec multum interest, si quis non habet candidam vestem. Talis latro
Luc. 23 fuit ille qui in Euangelio crucfixus cum saluatore clamasse dicitur. Memẽto mei do
mine dum veneris in regnum tuum. Attendite ergo charissimi & uidete, quid fidelis
obtinet, quid meretur? Regnum saluatoris latro poscit in cruce, & dum pœnæ multi
tudinem patitur, ad præmia æterna perducitur. Imitamini ergo eius deuotionẽ, imi-
tamini amare regnum Christi: quod poscit latro moriendo, vos desiderate bene ui-
uendo. Illius credulitati paradisus aperitur, & nostræ spei æternorum monstratur
firmitas præmiorum. Lætemur ergo & exultemus in hac die, in qua dominus resur-
De confe. gens intulit pacem, intulit salutem. Hoc itaque admoneo fratres dilectissimi, ut qui
d. 4. Vos ties paschalis solennitas venit, quicunque uiri, quæcunque mulieres de sacro fonte
autem. filios spiritaliter exceperunt, cognoscant se pro ipsis fideiussores apud deum exti
se, & ideo semper illis solicitudinem veræ charitatis impendant, & admoneant, ca
stitatem custodiant, virginitatem vsque ad nuptias seruent, a maledicto vel perju-
rio linguam refrenent, cantica turpia vel luxuriosa ex ore non proferant, non super
biant, non inuideant, iracundiam vel odium in corde non teneant, auguria non ob-
seruent, phylacteria & characteres diabolicos nec sibi nec suis aliquando suspen-
dant, incantatores velut ministros diaboli fugiant, fidem catholicam teneant, ad Ec
clesiam frequentius currant, contempta verbositate lectiones diuinas attentis auri-
bus audiant, peregrinos accipiant, & secundum quod ipsis in baptismo dictum est,
hospitum pedes lauent, pacem & ipsi reneant, discordes ad concordiam reuocare cõ
tendant, sacerdotibus & parentibus honorem amore ueræ charitatis impẽdant. Hæc
ergo omnia & his similia si filios & filias vestras admonere contenditis, cum ipsis ad
Eternam beatitudinem fœliciter peruenietis. Nemo se circumueniat, fratres charissi
mi, nullus homo sibi solummodo viuat: & sicut frequenter suggessi, quantoscunq
aliquis exemplo sanctæ vitæ ædificauerit, cum tantis & pro tantis mercedem beatæ
vitæ retributionis accipiet: & quantiscũque exemplum malę conuersationis etiam
si non eum illi sequantur præbuerit, pro tantis se malis rationem nouerit redditu-
rum. Et ideo sicut iam supra suggessi. neophytis mostris auxiliante domino exem-
plum bonæ conuersationis, quantum possumus debemus ostendere, ut non pro illo
rum destructione pœnam accipere, sed potius pro ędificatione ad indulgentiam pec
catorum mereamur peruenire, præstante domino nostro Iesu Christo.

Eadem dominica, ad baptizatos, ut bonos nõ malos in ecclesia imitẽtur. Ser. VIII.

Serm. 164. HOdierna die qui baptizati sunt in Christo & regenerati, alloquamur eos &
uos in eis, & ipsos in vobis. Ecce facti estis mẽbra Christi. Si cogitetis quid
Psal. 34 facti estis, omnia vestra ossa dicent, Domine quis similis tibi? Non enim ut-
gne

gne cogitari potest illa dignatio dei, fecit omnis sermo, sensusq; humanus, venisse vo
bis gratuitam gratiam nullis meritis precedentibus. Ideo & gratia dicitur, quia gra- Gratia di-
tis datur. Quam gratiam? Vt sitis membra Christi filij dei, vt sitis fratres, nisi quia citur quia
vnicus natura, vos gratia fratres facti? Quia ergo membra Christi facti estis, admo- gratis da-
neo vos, timeo de vobis, non tantum a Paganis, non a Iudeis, non ab hæreticis, quã- tur.
tum a malis catholicis. Eligite vobis de populo dei quos imitemini. Nam si turbam
imitari volueritis, inter paucos angustam viam ambulantes nõ eritis: abstinete vos
a fornicatione, a rapinis, a fraudibus, a periuriis, ab illicitis rebus, a iurgiis: ebrietas
repellatur a vobis: adulterium sic timete, quomodo mortem, mortem non quę ani-
mam soluit a corpore, sed vbi anima semper ardebit cũ corpore Fratres, fratres mei,
filij mei, filiæ meæ, sorores meæ, scio agere diabolum partes suas, nec quiescere loqui
in cordibus eorum, quos obligatos suis vinculis tenet, scio fornicatoribus, adulteris
qui contenti non sunt coniuge sua, dicere diabolum in cordibus eorum, non sunt
magna carnis peccata. Contra hanc diaboli susurrationem debemus habere Christi
incarnationem. Hoc est vnde Christianos decipit inimicus per carnis illecebras, cũ
eis facit leue quod graue est, leue quod asperum est, dulce quod amarũ est. Sed quid
prodest quia satanas facit leue, quod Christus ostendit graue? Nunquid nouum ali-
quid facit diabolus dicere Christianis fidelibus, nihil graue est quod facit in carne
tua peccans? Nunquid in spiritu facile deletur carnis peccatum, facile a deo uenia da Genẽ. 3
tur? Quid facit magnum? Artificium suum facit, quod & in paradiso dixit, Manduca
te, & eritis sicut dij, nequaquam moriemini. Deus dixerat, Qua die manducaueritis,
morte moriemini Monet inimicus & ait, Nõ moriemini, sed aperiẽtur oculi vestri &
eritis sicut dij. Dimissa est iussio dei, & audita est psuasio diaboli: tũc inuẽta est uera
iussio dei, & falsa deceptio diaboli. Nunquid pfuit, obsecro vos, quia dixit mulier, ser
pens seduxit me? Nunquid valuit excusatio? Si valuit excusatio, quare secuta est dã-
natio? Ideo vobis dico fratres mei, filij mei, qui habetis vxores, vt nihil aliud noue-
ritis: & qui nõ habetis & ducere vultis, integri vos ad eas seruate, sicut integras vul
tis inuenire. Vos qui continentiam deo vouistis, nolite retrospicere. Ecce dico vo-
bis, ecce clamo vobis, ego me absoluo: erogatorem me posuit deus, non exactorem,
tamen vbi possumus. vbi datur locus, nõ cesso: vbi scimus, corripimus, obiurgamus,
anathematizamus, excommunicamus, & tamen non corrigimus. Quare? Quia neq; 1. Cor. 3
qui plantat, aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Modo qui lo-
quor, quia moneo, quid opus est nisi exaudiat me deus, p vobis, hoc est, in cordibus
vestris? Breuiter dico, & vobis commendo, & fideles terreo, & vos ędifico. Membra
Christi estis, nolite me, sed Apostolum audite, Tollens, inquit, membra Christi, fa- 1. Cor. 6:
ciam membra meretricis? Sed dicit aliquis, Meretrix non est quam habeo, concubi-
na mea est. O sancte Episcope, meretricem fecisti concubinam meam. Nunquid ego
dixi? Apostolus clamat, & ego incurri calumniam. Ego volo te esse sanum, quare in
me furis sicut insanus? Habes vxorem qui hoc dicis: Habeo, inquis. Bene, velis nolis
illa quę præter vxorem tecum dormit, meretrix est. Ecce uade & dic ei, quia iniuriã
tibi fecit Episcopus. Habes vxorem legitimam tuam, & alia tecum dormit, quæcũq;
est illa, iam dixi, meretrix est. Sed seruat tibi uxor tua fidem, nec nouit alium nisi te
solum, & non disposuit se nosse alterum. Cum ergo illa sit casta, tu quare fornicaris?
Si illa te vnum, quare tu duas? Sed dicis, ancilla mea concubina mea est, nunquid ad
vxorem alienam uado? nunquid ad meretricem vado publicam? Jan non licet mihi
facere in domo mea quæ volo? Dico tibi, non licet. In gehennam vadunt qui hoc
faciunt, in sempiternum ignem ardebunt. Vel hic liceat mihi loqui & dicere, Corri-
gant se qui tales sunt dum viuunt, ne postea velint & non possint, quia subito venit
mors & non est qui corrigatur, sed vt in ignem mittatur. Nam quando veniat illa no
tissima hora nescitur, & dicitur, corrigo. Quando corrigis, quando mutaris? Cras, in
quis. Ecce quoties dicis, cras, cras, factus es coruus. Ecce dico tibi cum facis vocem
coruinam, occurrit tibi ruina. Nam ille coruus cuius vocem imitaris, exiit de arca & Gene. 8
non rediit. Tu autem frater redi in Ecclesiam, quam tunc illa arca significabat. Sed
vos me audite, O baptizati, audite me per sanguinem Christi qui estis renati, obse-
cro vos per nomen quod super vos inuocatum est, per illud altare ad quod accessi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

stis,per sacramenta quę accepistis',per iudicium futurum uiuorum &' mortuorum.' Obsecro uos,obstringo uos per nomen Iesu Christi,ut non imitemini eos quos infideles esse cognoscitis,sed illius sacramentum maneat in uobis qui de ligno descendere noluit,sed uoluit de sepulchro resurgere,Amen.

Ioan.20 Item in eadem dominica Homilia,de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem,Cum sero esset die illa una sabbatorum,&c.quę habetur in expositione doctoris,Ibidem.

Dominica prima post octauas paschæ, De pastoribus, Sermo vnus, qui habetur in Tomo 9. fol.229.

Ser.65' Item in eadem dominica Homilia,de eo quod scriptum est in Euangelio secundum
Ioan.20 Ioannem Ego sum pastor bonus,&c.quæ habetur in expositione doctoris,Ibidē

Dominica secunda post octauas paschæ,de pace & vnitate: Sermo I.

Ser.166 LEgimus in Euangelio fratres charissimi, q̄ saluator & dominus noster cum appropinquaret passioni,& transitū suū de hoc mūdo ad patrē discipulis insinuaret,inter alia uerba quæ ob sui cōmemorationē dilectis comitibus suis impenderat
Ioan. 14. maxime pacis bonū & vnitatis quasi speciale munus illis cōmendauit,dicens, Pacem do uobis,pacem meā relinquo vobis:ac si diceret, In pace uos dimisi,in pace uos inueniā.Proficiscens uoluit dare, quæ desiderabat rediens in oibus inuenire.Hāc sūa hæreditatē dedit,dona oīa suæ pollicitationis & p̄mia, in pacis conuersatione p̄mi-sit.Atq; ideo fratres xp̄i esse uoluerimus,in eius pace esse & manere debemus. Pacē uobis sicut audistis,xp̄s dedit,concordes atq; vnanimes eē p̄cepit,dilectionis & charitatis fœdera incorrupta atq; inuiolata mandauit. Cuius pacis ornamenta mirabiliMat.5 ter alio ostendit loco dicens,Beati pacifici,qm̄ filii dei uocabuntur'. Et si filius dei accipit uocari qui pacificus esse iam cœpit,non uult filius dei dici, qui pacem noluerit amplecti,negat deū sibi patrē,qui pacificus esse contēnit.Pacificos ergo esse oportet dei filios,corde mites,sermone simplices,affectione concordes,fideliter sibi vnanimitatis nexibus cohærentes.Sed hæc pax cū bonis & dei p̄cepta seruātibus custodienda est,non cū iniquis & sceleratis,qui pacem inter se habent in peccatis suis.Pax ergo ad salutem sempiternā ꝓficit,pax quæ in diabolo est, ad perpetuā uenit perditionē.
Pax cū bonis,& bellū cū uitiis semper habendū est, mala siquidem impiorū hoīum odio habenda sunt.Nam hoies ipsi,quātuis mali sint,amandi sunt, quia creatura dei
Zach.8 sunt:pax uero quę in bonis est,concordiā fratrū & charitatē copulat proximorum. Par spiritū spāliter dei ꝓmeretur,pax dilectionis mater est, pax indiciū est sanctitatis,de qua dominus p̄ ꝓphetā ait, Pacē & ueritatem diligite.Pax plebis sanitas,gloria sacerdotis,& patriæ lætitia,& terror hostiū siue visibiliū siue inuisibiliū. Oībus viribus pax est custodienda fratres, quia semper in domino manet qui in pace fuit manet,& cū sanctis dei societatem hēt.Sacerdotis est,in pace populū admonere quid debeat agere populi est,in humilitate audire quæ monet sacerdos. Quicquid non licet,pastoris est ꝓhibere ne fiat:plebis est audire ne faciat: atq; vnitatis uinculū oēs debent p̄lati simul & subditi in fide & dilecti one per oīa seruare, quia sine pace non
Mat.5. suscipitur sacerdotis oratio,nec plebis oblatio.Si ergo uolumus uelociter a deo exaudiri,& gratāter munera nostra ab eo accipi,debemus utiq; in pace cōuersari.De qua nos ipta ueritas instruere dignata est,Si offers,inquit,munus tuū ad altare,& ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuū
Ioan. 17. ante altare,& uade prius reconciliari fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuū.
1.Cor.1 Quia ergo vnitatem nostrā & cūcordiā deus desiderat,ostendit ipse saluator in Euā-
2.Cor. 3. gelio ad patrē ita loquens,Parer,inquit,sancte serua eos in noīe tuo quos dedisti mihi,ut sint vnū sicut & nos.Vñ & Apostolus,fideles hortatur dicēs, Obsecro vos frēs,
Ephes. 4. vt idipsum sapiatis,& vnum dicatis oēs.Et itē,Non sit,inquit,inter vos zelus & con-
Ibid. tentio.Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a uobis cum omni malitia.Item alibi ait,Sustinentes inuicē in charitate,soliciti seruare vnitatē spūs;in vinculo pacis,Vnum corpus & vnus spiritus,sicut uocati estis in vna spe vocationis uestræ. Hęcita vnanimitas sub Apostolus olim fuit. Sic nouus

credentium populus,domini mandata custodiens,charitatē suam tenuit, ꝓbat scri- Acto.2.
ptura quæ dicit,Turba autem eorū,qui crediderant,una anima & mente agebant.Et Acto.4.
iterum, Et erant p̄seuerantes omnes unanimes in oratione, cum mulieribus & Maria quæ fuerat mater Iesu,& fratribus eius.Et ideo efficacibus precibus orabāt,ideo impetrare cū fiducia poterant quodcunque de dei misericordia postulabant. In nobis vero sic unanimitas diminuta est, vt & largitas operationis infracta sit. Domos tunc venundabant,& thesauros sibi in cœlo reponentes, distribuenda in vsus indigentium precia Apostolis offerebant:at nunc de patrimonio nec decimas damus. Et cum vendere iubeat dominus,emimus potius & augemus. Sic in nobis emarcuit vigor fidei sic credentiū robur elanguit. Et idcirco dominus tēpora nostra respiciens,
Luc. 18 in Euangelio suo dicens ait: Filius hominis cū venerit, putas inueniet fidē in terra? videmus fieri quod ille p̄ dixit,in dei timore,in lege iustitiæ,in dilectione, in operę fides est.Nemo futuros metum cogitat.Diem & iram domini,& incredulis ventura supplicia & statuta perfidis ęterna tormenta nemo considerat, quæ metueret cōsciē tia,nostra si crederet:quia non credit,oīno non metuit: si aūt crederet,& caueret: si caueret,& euaderet. Excitemus nos quantū possumus dilectissimi frēs, & somno inertię veteris abrupto ad obseruanda & gerenda domini p̄cepta vigilemus.Simus tales quales nos esse ipse p̄cepit dicens: Sint lūbi vestri p̄cincti & lucernæ ardentes in
Lucæ. 12 manibus uestris,& vos similes hominibus expectātibus dominū suū quando reuertatur a nuptiis,vt cū uenerit & pulsauerit confestim,aperiant ei. Et, Beati serui illi, quos aduenies dominus inuenerit vigilātes.Accinctos nos esse oportet,ne cū expe
Mat 5. ditionis dies venerit,impeditos & implicatos apprehendat. Luceat in bonis operib' nostrū lumen & fulgeat,vt ipsum lumen nos ad lucē claritatis æternæ de hac seculi nocte perducat,quo cū xpo,qui est ueræ pacis author,& cū sanctis angelis eius ęterna pace perpetua fœlicitate fruamur,p̄stante domino nostro Iesu Christo qui cū patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum,Amen.

Item in eadem dominica Homi.de eo quod scriptum est in Euangelio secundū Ioan Ioan.16
nem,Modicum & iam videbitis me,&c.quæ habetur in expositione doctoris,Ibi.

Dominica tertia post octauas Paschæ. Sermo I.

Ser.167. VOx domini est frēs charissimi,Pacem meā do vobis,pacem meam relinquo vobis.De pace dicturi prius quæ pacis sint cōmoda videamus. Est pax serenitas
Ioan.14. mentis,tranquillitas aīę,simplicitas cordis, amoris vinculū, consortium charitatis.
Pacis diffinitio. Hæc est quæ simultates tollit,bella cōpescit,cōprimit iras, superbos calcat, humiles eleuat,discordes sedat,inimicos concordat: cunctis est placita, non quærit alienum, nihil deputat suum:docet amare quæ odisse non nouit: nescit extolli,nescit inflari. Hanc ergo qui accipit teneat,qui perdidit reparet,qui amisit exquirat,qm̄ qui in ea dem non fuerit inuentus,abdicatur a patre,exhæredatur a filio, nihilominus a spiritusancto alienus efficitur.Respuit.n.munus oblatum qui datæ legis contempserit bonum: nec poterit ad hæreditatem domini peruenire,qui testamentū noluerit obseruare. Non pōt concordiam habere cum xpo,qui discors voluerit esse cum Christiano. Contumacia ergo est,crimen est quod iubetur contemnere,quod præcipitur nolle fieri,quod imperatur declinare. Quid tibi cōmune cum discordia Christiane? Quid simultates amas,quæ authori placere non possunt? Quid exerces inimicitias? Quas eas primus inuenit? In initio nanq; inimicitias in protoplastum dum serpens
Gen.3 exerit,interficitur:dum homini inuidet,ipse prosternitur:dum Adam cupit decipere,ipse primus iugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere Christiane, aut discordiæ authori de similitudine operum parem te ipsius agnosce.

Eadem dominica,de dilectione inimicorum: Sermo II.

Ser. 168. IN diuinis uoluminibus frēs charissimi, ita dispensauit spiritussanctus vt & sanis ornamenta,& ægrotis spiritalia medicamenta deesse non possint. Quam rem ego domino donante cognoscens,vnde animarum remedia possitis accipere, spiritalia antidota studui prouidere. Collegi ergo quantum potui paucos de amœnissimis scripturarum montibus flores,vnde sicut iam dictum est,& ægrotis medicamenta cōficerē,& de thesauro cœlesti preciosissimas margaritas a peccator& corruptione

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberis ornamenta componerem. Primum medicamentum est animæ ægrotanti plena & perfecta dilectio, per quam possit non solum amicos, sed etiam inimicos diligere. Quam rem qualiter fidelis christianus credere, tenere & obseruare debeat, de vete-
ri ac nouo testamento, put potuimus, vnicum ac singulare remedium animæ, pa-
more inimicoꝝ pauca capitula excerpsimus, quæ vnusquisq; si non discutiendo, sed
credendo suscepit, & peccatoꝝ suoꝝ indulgentiam accipiet, & ad æternam beatitudi-
Cene. 28 nem deo auxiliante perueniet. In primis considerandum est quanta in beato Iacob
fuerit charitas, vt odientem se fratrem suum maluerit in longinquis regionibus su-
gere q̄ vicem odii repensare. quem sicut vitare sciuit, ita odisse nesciuit, & reuersus
multis muneribus vt eum sibi placatum faceret, honorauit. Deinde attendendū est
Gene. 45 q̄ benigna fuerit etiam erga inimicos antiquoꝝ sanctoꝝ charitas. Nam beatus Io-
seph, p parricidij crimine impijs & inimicis fratribus suis non odij amaritudinem,
sed charitatis dulcedinem repensauit. Osculabatur. n. singulos, & p singulos flebat,
quibus non solum nihil malꝝ rependit, sed omnia bona retribuens tam uiuo q̄ mor-
tuo patre, germano semp amore dilexit. Beatus quoque Moyses cum frequenter eū
Exod 32 populus rebellis non solum contemnere, sed etiam lapidare vellet, diuinæ charitatis
Leui 19 memor, ita p illis domino supplicabat vt clamaret & diceret, Si non dimiseris pecca-
Exod. 23 tum populi tui, dele me de libro tuo quem scripsisti. In ipso. n. veteri Testamento le-
gimus scriptum, Itinera eoꝝ qui iniuriam retinent malefacti in mortem. Et iterum,
Ne memor, inquit, sis iniuriæ, pximi tui. Et iteꝝ, Si videris asinum inimici tui aut
tem in luto, non pteribis nisi prius alleues eum. Quo loco diligenter vnusquisque
consideret, q̄ si asinum inimici non licet in luto dimitti, quāto magis homo ad ima-
ginem dei factus non debet odio haberi nec negligi. Beatus quoque Iob ita veram
Iob. 31. & perfectam charitatem etiam cum inimicis fideliter retinebat, vt gaudens & libera
conscientia ad eum diceret, Si gauisus sum ad ruinam inimici mei, & exultaui in eo
q̄ inuenisset eum malum, uel si in corde dixi, bene. Beatus quoque Dauid, licet tur-
bulentis multis fuerit exornatus, nulla tamen eum actio familiarius deo coniun-
2. Re. 16. gebat q̄ dilectio inimicoꝝ suoꝝ. Cui cum inimicus suus in faciem malediceret, malu-
men parcere & dei iudicio reseruare, quam suæ iracundię satisfacere. Et iterū
tum non fuit simulata nec vel falsa dilectio sua, vt ipsos etiam aduersarios be-
nos fieret, & in illis qui in eos occidere præsumpserant vindicaret, Ideo securus in
2. Reg. 1. psalmo dicebat illud, quod omnes homines satis attento & trementi animo de-
Psal. 7. cere debent, Si reddidi, inquit, retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimi-
cis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam & cōprehendat, & cōculcet in
terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Ecce quali maledicto se ip-
sum condennat, qui de inimicis diligendis dei præcepta contemnens, odium in eos
de seruare non meruit, Vnde considerandum est qua fronte vel qua conscientia ver-
siculum istum ex ore suo, pferre poterit qui inimicis suis mala pro malis retribuere
Proue. 24. Per Salomonem quoque spirituſsanctus clamat & dicit, Cum ceciderit inimicus
tuus, ne gaudeas, ne forte videat deus & displiceat illi, & auertat iracundiam suam ab
eo, & vtique cum ab illo auerterit, ad illum dirigat qui de inimici ruina gaudebat: se
Proue. 17. cundum illud, Qui in ruina lætatur alterius, non erit impunitus. Item ibi, Homo ho
Eccli. 28. mini reseruat iram, & a deo quærit medelam? Et in hominem similem sibi non habet
misericordiam, &c. Ipse cum caro sit reseruat iram, & propitiationem quærit a deo,
Leuit. 19 quis exorabit, p delictis ipsius? Dicitur quidem in veteri testamento. Diliges proxi-
Matt. 5. mum tuum & odio habebis inimicum tuum. Sed qui sano intellectu scripturę diui-
nę sensum agnoscere cupit, sententiam istam hoc modo intelligat, vt diligat omnem
hominem, pximum suum, odio habeat diabolum inimicum suum. Quod etiam in
vno homine malo impleri potest. In ipso enim vno qui malus est, & pximum habes
& inimicum. Nam q̄ homo est, pximus tuus est: q̄ malus est, non solum tuus sed et
suus inimicus est: dilige ergo in eo carnem & animam, hoc est, pximum tuum quem
deus fecit, & odio habe malitiam quam ipso cōsentiente diabolus intromisit. Quod
cum sancto & pio animo feceris, vices cœlestis medici agis, odio habens morbum
Proue. 25. & diligens ægrotum. Item per Salomonem loquitur spirituſsanctus, Si esurierit ini-
Rom. 12. micus tuus ciba illum, si sitit potum da illi, hoc enim faciens carbones ignis conge-
res super

ret super caput eius. Hoc ergo loco cum grandi diligentia obseruandum est, ne forte dum eum bene non intelligimus, de medicamentis nobis vulnera faciamus. Solet enim nonnulli hoc præceptum quasi ad satiandum furorem suum assumere. Dicūt enim apud se, Ecce cibo inimicum meum ut ardeat in æternum. Auertat deus huiusmodi intelligentiam ab animis nostris. Qualiter ergo accipi debeat locus iste, sancti & antiqui patres reuelante spiritu sancto definierunt, si esurierit inimicus tuus, ciba illum, &c. hoc enim, inquit, faciens carbones ignis congeres super caput eius. Caput in homine sensus rationalis intelligitur: qui sensus cum a feruore charitatis recedēs factus fuerit frigidus, unde scriptum est, qua abundauit iniquitas, refrigescit chari- Mat. 24
tas multorum: necesse est ut quod obest saluti contrarium sapiat, vt cui peberet esse amicus, inimicus existat. Ad sanandum ergo talem phreneticum, homines sanctos & charitatis igne succensos hortatur spirituſsanctus dicens, Carbones ignis congeres super caput eius. Cum enim inimico tuo pro animo frequentius bene feceris, quāliber sit impius & crudelis, barbarus & cruentus: tamen tandem aliquando erubescet & dolet & pœnitere incipit quod admisit. Nam cum pœnitentiam cœperit agere, sensus rationalis, hoc est, caput ipsius incipit charitatis igne succendi, & qui prius quasi frigidus & phreneticus contra te consueuerat iracundiam retinere, spiritali calore de tua bonitate succensus incipit toto corde diligere. Ecce quomodo sancti patres hūc scripturæ locum intelligendum esse dixerunt. Nam absit a sensu catholico, ut eo animo quisque boni aliquid inimico suo conetur impendere, ut eum pro hoc beneficio uelit æterno incendio concremari. Vnde cun grandi cautela de pace fidei considerā dum est, & timendum ne sequamur literam occidentem, sed magis spiritum uiuificantem diligamus. Et illud fratres charissimi, cū grādi tremore cōsiderare debemus, qd in psalmo terribiliter spirituſsanctus dixit. Cū. n. illā cœlestē Hierusalē, id est, congregationē oīum sctōrū, quæ cū xpo est regnatura, ad laudandū dñm, puocaret, cū dixisset, Lauda Hierusalē dñm: addidit, Qui posuit fines tuos pacē. Ergo vt ipsi uide- Psal. 147
rē, Hierusalē illa cœlestis muros de pace cōstructos hēt. Qui. n. talē pacē & talē charitatē hēt, ut oēs hoīes diligat, & pro bonis oret ut meliores fiāt, pro malis supplicat ut cito se corrigant, de qua parte voluerit intrare, illius cœlestis Hierusalē portas apertas merebitur inuenire: qui aūt non vult habere talē charitatē, qualē & xps pcepit & Apostolus docuit, ex oī parte Hierusalē portas clausas inueniet. Et quia oleū charitatis habere noluit, clausis ianuis sponsi cū illis fatuis uirginibus illā metuendā audiet vocē. Amen dico uobis, nesçio uos vnde sitis. Quo. n. illis quinq; virginibus quę charitatis oleū habuerūt, illa cœlestis Hierusalē aperiet ianuas suas, ut intret in gaudiū dñi sui: sic illis econtrario qui sine charitate veniunt claudet, & æterna a se separatione repellet, & implebitur illud quod in psalmo dicitur de Hierusalē, Qm, inquit, cofortauit seras portarū tuarū. Clausis portis & confirmatis seris nunquā exiet amicus, nunquā intrare poterit inimicus, quia sicut iustus nunquā erit exiturus a gloria, ita & peccator nunquā poterit liberari a pœna. Et ideo si volumus ut ab istis istis malis nos dignetur diuina pietas liberare ut fœliciter ad illā cœlestē Hierusalē meream intrare, totis viribus laboremus, vt in nobis impleatur illud quod Apostolus dixit, Quis nos separabit a charitate xpi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, Rom. 8.
an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Et illud, Certus sum. n. quia, neq; mors, neq; yita, neq; angeli, neq; principatus, neq; ptātes, neq; altitudo, neq; profundū, neq; instātia, neq; futura, neq; creatura aliqua poterit nos separare a charitate dei, q est in xpo Iesu dño nro. Ecce sicut audistis, beatū Apostolū & apostolicos uiros tāta actanta terribilia a charitate dei separare non poterāt. Vnde nimis dolendū est, q̄ cū illo a charitate dei nec tormentis poterant separari, nos interdū ociosis fabulis separamur, & nonnunquā ob paruissimū conuitiū & cuiusq; miseri hois detractionem, ita derelinquimus charitatē, vt non solū cū eo multis diebus, sed et mensibus fortas sis & annis nec loqui nec ad conuiuiū peruenire uelimus, & non attēdimus quia dū nos inuicem odio habemus, ita muros ciuitatis Hierusalē contra nos claudimus, ut Ioan. 4
nullus nobis aditus remaneat per quē intrare possimus. Et quia ciuitas illa habitato rē deum habet dicente Ioāne Euang. Deus charitas est: qui charitatē habere noluerit, qua fronte uel qua conscia ad dōm qui est charitas p̄sumit accedere? Hæc oia fra-

tres chariſsimi,dum vobis paterna pietate frequenter inſinuo, abſoluo apud deum conſcientiam meã.Et quia nullus vnquã erit qui ſe in veritate valeat excuſare ꝙ verã pacẽ & verã charitatẽ tenere nõ poſsit,totis viribus miam dei deprecemur,vt nobis illã charitatẽ.ſine qua nullus vnquã deũ videbit,inſinuare & donare dignetur,ut nullis nec tormentis nec dãnis ac perſecutionibus ab illius dilectione uel dulcedine ſeparetur.Si iubetis,iam non eſt opus ut prolixiori uos ſermone diutius fatigemus: &ide iam iſta quæ ad præſens dicta ſunt,ueſtræ charitati ſufficiant,dũ hęc deo placita quę accepiſtis ſanctis cogitationibus uelut mũda aialia aſsidue ruminatis,& qualiter ea cũ dei adiutorio poſsitis adimplere,in veſtris animis definitis.Ea quæ ſequũtur de amore inimicorũ,aut die craſtino,aut certe die dominico abſque aliqua laſsitudine corporis opportunius audietis.

Ioan.16 Item in eadem dñica Homilia,de eo quod ſcriptũ eſt in Euãg.ſecundum Ioan.Vado ad eum qui me miſit,&c quæ habetur in expõne doctoris, Ibidẽ, Et inter ſermones,De verbis domini, LXI.

Dominica in Rogationibus,de pace: Sermo I.

Serm.169. Mat.5. Pacis laudes. FOelices pacifici,qm̃ filii dei vocabuntue.Meritũ xp̃ianæ vrtutis vileſcit in cũctis, ſi vnitatẽ non hẽt pacis,nec peruenit ad vocabulũ filii niſi per nomen pacifici. Pax eſt quæ expoliat hoiem ſeruitute,dat nomen ingenuũ, mutat cũ cõditione perſonã,ex famulo liberũ,filiũ facit ex ſeruo,deũ patrẽ vocat,& cõmutat ſeruũ in filio, amicũ facit ex deo,patrẽ reddit ex dño. Sic ſic facit,qui non vult perire quod facit, fœlices pacifici,qm̃ filii dei vocabuntur.En filius dei eſſe incipit,qui pacificus eẽ cœpit.Non vult filius dici,qui pacificus noluerit inueniri:negat ſibi patrẽ deũ,qui hæres pacis eſſe nequiuit.Seuerũ ſenſurus eſt deũ, quẽ clementẽ blandũq; dedignatur eſt patrẽ. Fœlices pacifici, qm̃ filii dei vocabũtur. Gaudeamus hoc noſe quali filii & hæredes dei,cohæredes aũt xp̃i.Quanta eſt huius pacis retributio, hæreditatẽ poſſidere cũ xp̃o,ſubſtãtiam patris habere cũ filio,cœleſte regnũ participari cũ dño,& in cõſortiũ perpetuitatis admitti cũ dño? Quę ſit hęc prauitas morũ,inuidere melioribus atq; in ſordidioribus inhærere,adoptati victoriã perdere, ac nolle hæreditatem regnorũ cœleſtiũ poſsidere?Etenim filiũ ſe dei & cohæredẽ denegat xp̃i,qui reuerterit patris regimine gubernari.Pax,concordia fratrũ,ſicut ſcriptũ eſt,In tribus placuit ſpiritui meo quæ ſunt ꝓbata corã deo & hoĩbus:concordia fratrũ & amor morũ,& vir & mulier conſentientes ſibi. Concordia ergo fratrũ,voluntas dei eſt,iucũditas xp̃i,pfectio ſanctitatis,iuſtitię regula,materia doctrinę,morũ cuſtodia, atq; in rebus oĩbus laudabilis diſciplina. Pax ſuffragiũ p̃cũ & ſupplicationũ, facilis atq; impetrabilis,quia deſideriorũ oĩum cõpetens eſt plenitudo, ſicut ſcriptũ eſt in Apoſtolo,Pax cõuentionis amabilẽ deo facit in fratribus:quæ charitatis indicat teſtimoniũ.Pax ergo dilectionis mater eſt,concordiæ vinculũ,ac purę mentis indiciũ manifeſtũ,quia ſibi exigit de deo quod velit,quicquid voluerit petat, & quicquid voluerit ſumat . Pax præceptis regalibus cõſeruanda eſt, domino xp̃o dicente,Pacẽ meã do vobis,pacẽ meã relinquo vobis.Qui diſcipulus xp̃i eſt, xp̃i pcepta ſeruat.Seruare mãdatum,eſt pacẽ in oĩbus cuſtodire.Nã diuidere vnitatẽ, non eſt magiſtrũ ſequi, ſed eius mandatũ calcare.Sequi.n. xp̃m,eſt habere pacẽ: & non ſequi quod pacis eſt, hoc eſt hoc habere in magiſtro ex parte quod diligas,& ex parte qd̃ dãnes. Illud eſt amare doctorẽ,doctoris mandata in oĩbus cuſtodire,dicentis, Pacẽ meã do uobis,pacẽ meã relinquo vobis.Licet fratres in pace protrahere moras,delectat hoc dixiſſe ſæpe quenter,& iterũ atq; iterũ p̃conari,Pacẽ meã do uobis,pacẽ meã dimitto uobis , In pace uos dimitto,in pace uos dimiſi,in pace uos inueniã.Proficiſcẽs uoluit dare,qd̃ deſiderabat rediens in oĩbus inuenire cõſultũ voluit eſſe cui dederat,qui vſq; ad regreſſum ſuũ ſeruare quod p̃ſtiterat,imperabat.Quid ergo facturus eſt hõ cũ venerit deus,& quęſitũ non inuenerit quod donauit? qua excuſatione vſurus , qui pacẽ ſeruare non potuit?Pacẽ meã do uobis,pacẽ meã dimitto uobis,In pace vos: Dimitto pace uos inueniã.Regale mandatũ ſeruare,diuina uox eſt, Inueniã quod dimiſiſti. Tutare pacẽ,radicitus dei eſt:euellere, penitus inimici. Amor fratris ex deo eſt , odium ex diabolo conſtat.Propter quod damnanda ſunt odia,quia ſcriptũ eſt. Qui odit

Eccl.25. Cõcordia fratrum.

1.Ioan.3.

fratrem ſuum,homicida eſt. Cohibeamus iram,quia ſcriptum eſt, Qui iraſcitur fratri ſuo,reus erit iudicio. Amanda eſt pax & diligenda concordia. Iſta ſunt quæ generant charitatem,& ſcitis ſecundum Apoſtolum,ꝙ deus charitas eſt. Sine deo eſt,qui non habet charitatem.Paternus affectus non poteſt non amare quod docet.Pax plebis,gloria ſacerdotis:& parentum lętitia,perfecta charitas filiorum . Sacerdotis eſt quod debet admonere,Plebis eſt audire quod admonet. Quicquid non licet, paſtoris eſt prohibere ne fiat:gregis eſt audire vt faciat . Vtraque conueniant, & vniuerſa ſaluata ſunt : nec deus inuenit in plebe quod puniat,nec ſacerdos poteſt habere qd̃ doleat.Seruemus mandata quæ uitæ ſunt,teneat ſe profundæ pacis nexibus colligata fraternitas,& ſalutari vinculo charitatis,mutua ſe dilectione conſtringat,quia dilectio magnanimum facit. Suauis eſt dilectio,non zelatur,non æmulatur. Dilectio non eſt falſiloqua,non inflatur , nihil dedecoris admittit , non quærit quę ſua ſunt, non exacerbatur,non cogitat malum,non gaudet in iniuſtitia,congaudet autem veritati . Omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet. Dilectio ergo omnibus votis ac deſideriis amplectenda,quæ tot bona poteſt habere quot premia. Cuſtodiẽda omnibus viribus pax eſt,quoniam deus ſemper in pace eſt.Nõ habeat locum quo obrepat inimicus,ne in tritici ſegetem ualeat zizania ſeminare,& ſecuro iam ruſtico ſpe longi laboris eluſus ſpectatus,in ipſa meſis maturitate ſubducatur,aut vinum vetuſtate ſuauis,in acriori ſubito perfidia demutatum in effuſæ fæcis ſe permixtione coniungat,aut inter dulcia mella,fellis venena amariora ſuffundat,aut inter uernantes floribus campos ac pratorum varietate gemmatos, tribulorum interiectione animas grati odoris occidat.Procul contentiones procul lites & odia , procul maledicta mutantur:& quia laqueus mortis eſt lingua,ſuſurro ac bilinguis pareat animæ ſuæ, ne in ſupplicium ſuum vincula ſibi mortis adducat.Amate pacem, & trãquilla ſunt omnia,ut & vos præmia & nobis gaudia reſeruetis,vt electa dei pacis vnitate funda ta,perfectam teneatis diſciplinam,per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

Matt.5.

1.Ioan.4.

Eadem dominica,De dilectione inimicorum, Sermo II.

Ser.170. INtendite fratres mei ad charitatem, quam ſic laudat ſcriptura diuina , vt nihil ei coæquet. Cum nos moneat deus ut nos inuicem diligamus, nunquid hoc tantũ monet vt diligas diligentem te? Hæc eſt mutua dilectio,hoc nõ ſufficit deo, peruenire.n.voluit vſq; ad inimicos diligendos,dicens, Diligite inimicos veſtros,benefacite eis qui oderunt uos,& orate pro eis qui uos perſequuntur , vt ſitis filii patris veſtri qui in cœlis eſt,qui ſolem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos. Quid dicis, diligis inimicum tuum? Reſpondeqis forte, per infirmitatem non poſſum. Sed ꝓfice & age vt poſsis,maxime quia oraturus es iudicẽ,quem fallere nemo poteſt,qui actus eſt cauſam tuam. Interpella ergo hũc iudicem , vbi nullus tabellarius cõturbat, nullus officialis remouet,nullus emitur aduocatus,qui poſsit pro te preces effunde re,aut verba dicere,quæ non didiciſti:ſed ipſe filius dei vnicus æqualis patri , ſedẽs ad dexteram patris,illius aſſeſſor , tuus iudex eſt,docuit te pauca verba,quæ quiuis idiota põt tenere & dicere , & in eis cõſtituit tibi cãm tuã , docuit te ius cœleſte quõ ꝑceris.Sed forſitã rñdebis,per quẽ peto,per me,an p aliũ ? Qui te docuit orare,ipſe ꝓ te allegat p̃cẽ,quia tu reus eras.Gaude quia ille erit tũc iudex tuus,qui mõ aduocatus tuus eſt. Iõ ergo quia oraturus es,acturus es cãm tuã , paucis verbis uẽturus ad illa verba,Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Dicit.n.tibi deus,Quid mihi das,ut ego dimittã tibi debita tua? Quale munus offers quale ſacrificiũ cõſciæ tuæ ĩponis altaribus meis ? Cõtinuo docuit te,qd petas & qd offeras.Petis,dimitte nobis debita nr̃a:& tu offers. Quid? Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris,debitor es ei qui falli nõ põt.Habes & tu debitorẽ . Dicit tibi deus, Tu debitor meus es , ille debitor tuus:hoc facio ergo tibi debitori meo,qd̃ tu feceris debitori tuo. Inde offers mihi munus,vñ pepceris debitori tuo.Rogas me,ꝓ mia tua, noli eẽ piger in mia,attẽde qd̃ ſcriptura dicit,Miam volo magis q̃ ſacrificiũ.Noli offerre ſacrificiũ ſine mia,qa nõ rẽmittũtur tibi pct̃a tua niſi offeras cũ mia.Sed forte dicis,nõ hẽo pct̃a. Quãtũ uis cautus ſis frater,tñ in carne uiues in ſeculo,agis inter

Matt.6.

De verbis dñi ſer.25. Oſee.6. Mat.9

preſſuras & anguſtias,& interim innumerabilia tentamenta verſaris,non poteris eſſe ſine pcō. Certe dicit tibi deus,Securus eſto de pcō,noli dimittere ſi nō habes qđ ego tibi dimittā,ſed magis exige ſi nihil debes: ſi aūt debitor es, magis gratulare te habere debitorē,in quo facias qđ fiat in te. Audi me,& diſcute te,quia vel paucis ꝓ deſt q̄ poſſunt veraciter orare,oīonē dn̄icā veraciter dicere,Domine dimitte mihi,ſi & cut & ego dimitto. Nō fallaciter,nō ficte,ex corde vero fac,vt & in te verū fiat. Si.n.q te læſit,q̄ in te peccauit,petit a te veniā,& ignoſcis, iā potes ſecurus dicere, Dimitte nobis debita noſtra,ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Nā ſi reſiſtis rogāti, cōteneris & tu cū rogaueris. Clauſiſti cōtra pulſantē,clauſum inuenies cū pulſaueris Nā ſi aperueris viſcera indulgētię rogāti te,apiet & tibi deus cū rogaueris eū. Modo n. illos alloquor,q̄ petūt veniā a fratribus ſuis xp̄ianis,& nō accipiunt. Ecce tu ſi cōceſſeris,ſecurus orabis. Ille vero ſi te rogauerit,& ſi nō cōceſſeris,q̄o ſecur⁹ eris? Quiſquis. n. es q̄ peccaſti & veniā nō meruiſti,noli timere,interpella deum ipſius & tuum,debita.n. ſunt. Nūquid poterit debita exigere ſeruus q̄ donauerit dominus? Si forte nō te rogauerit q̄ in te peccauit,ſi veniā nō deprecatur, ſi peccauerit in ſup ad huc & inſcitur,tu qđ facies? dimittis an nō dimittis? Ecce nō dimiſiſti. Quare? Quia nō rogauit. Si ppea nō dimiſiſti quia nō rogauit, noli tibi tubare in dominicā oratiōnē,ſecurus illā dic,nō tibi pectus pcutias,quia nō roganti nō dimiſiſti. Ergo ille qui nō rogauit remanſit. Exigitur prorſus,exigitur ab illo: veruntamē in te ſit perfecta charitas,roga ꝓ nō rogante,quia rogas ꝓ multū periclitante. Hic iā attēde magiſtrū & dominū tuū, nō in cathedra ſedentē, ſed in ligno pendentē circunſpectis undiq; turbis inimicor⁹ & dicentē,Pater ignoſce illis quia neſciūt quid faciunt. Vide magiſtrū,audi imitatorē. Nūquid tunc dominus xp̄s ꝓ rogātibus rogauit,& nō potius ꝓ inſultantibus & interficientibus? Nunquid deſeruit medicus officiū ſuū,quia phreneticus ſæuiebat? Dic.n. Ignoſce illis,quia neſciunt quid faciunt. Saluatorē occidūt, quia ſalutē nō q̄runt. Econtra & tu forſitan dicturus es,Et quando ego hoc poſſum qđ dominus potuit? Quare hoc dicis? Attende vbi hoc facit, attende quia in cruce hoc fecit,nō in cœlo. Semper n. deus in cœlo cum patre,in cruce aūt ꝓ te homo, vbi ſe imitandū p̄buit oībus. Pro te.n. miſit ipſam vocē,vt ab oībus audiretur. Nam potuit ꝓ illis orare in ſilentio,ſed tu non haberes exemplū. Sed ſi multū eſt ad te dominus,nō ſit ad te multū ſeruus. Nō potes imitari dominū tuū cū pēderet in cruce. Stephanū ſeruū eius cū lapidaretur attēde. Primū ait tanquā ſeruus ad dominū. Domine Ieſu,accipe ſpiritū meū: & poſt hęc genuflexo ait, Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum: & cū hoc dixiſſet obdormiuit in requie dilectionis. Pacem pinguiſsimā inuenit,quia pacē inimicis optauit. Nunquid & ipſe tunc ꝓ rogantibus rogauit,& nō pro ſæuientibus,ꝓ lapidantibus & interficientibus? Habes exemplū,diſce: vide quō pro ſe ſtans orauit,& ꝓ illis genuflexit: putamus frēs qa plus eos diligit ꝝ ſeipſum? Pro ſe vero ſtans tanꝝ iuſtus facile exaudiebatur. Nā ꝓ iniquis genu figendū erat. Oſtēdite ergo dilectionē vſq; ad inimicos veniā rogantes. Ergo frēs ꝓpter ſecuritatē dominicæ orationis,rogantibus ex corde dimittite,vt & dominus vobis veſtra peccata dimittat in hoc mortali corpore & futuro vſq; in ſecula ſeulorum,Amen.

Luc.23

Acto.7.

Item in eadem dominica alius ſermo, De pace: qui habetur inter ſermones, ad fratres in eremo,ſecundus.

Item in eadem dominica alius ſermō, De dilectione inimicorum: qui habetur in lib. Quinquaginta Homilia. VI.

Item in eadem dominica Homilia, de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannem, Amen amen dico vobis, Si quid petieritis & cætera, quæ habetur in expoſitione doctoris, Ibidem.

Ioan.16.

Feria ſecunda in rogationibus, De eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Lucam, Quis veſtrum habebit amicum &c.

Luc.11.

Sermo I.

Serm.171.

SVauis dominus & mitis fratres charisſimi, habet ianuam pietatis, nec repellit inde pulſantes, ſed culpat potius negligentes. Neq;.n. aliquid petitur quod non habeat, vt cum non dederit erubeſcat. Diues eſt & pius, affluens & benignus, dat & non improperat, imo tunc theſauri domus eius triſtitiam patiuntur, quādo deſunt

delectabilia faſtidia petitionum. Ipſe dominus dicit, Vſque modo nihil petiſtis. Petite & accipietis, pulſate & aperietur vobis. Ego ſum oſtium & ianua. Quare trepidat pulſando manus veſtra, & dormitat in mendicitate conſcientia veſtra? Ego ſum ianua vitæ, non horreſco ſordidum pulſatorem, non pauperem repudio petitorem, tātum nemo ſuam negligat paupertatem. Pulſate & aperietur. Stant angeli ad ianuam vt introducant non vt repellant, vt ſuggerant non vt terreant. Nulla eſt pompa in ianua mea. Ego ſum ianua, qui ſuſtinui crucis ignominiam. Quare timeant perētes egentiam, cum nulli aliquando denegauit miſericordiam? Quis ſperauit in domino & confuſus eſt? Si pulſant qui deſiderant caſtitatem, dat eis continuo gratiam & ſanctitatem, & dicit eis, Nolite ambulare polluti, nolite incedere maculoſi. Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum. Si accedat pupillus parua manu pulſare ianuam paternam, nunciant eum angeli domino, pupillus pulſat, defenſionis pietatem expectat, reſpōde illi domine, Tibi.n derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor. Reſpondet illi q diues eſt, miſericordia plenus, qui miſeris pater eſt. Ego ſum iudex viduar⁹, & pater orphanorum. Nemo lædat quos ego ſuſcipio, nemo expoliet quos ego defendo. Et q accelſerint ad ipſam ianuam, quanuis diuidant vocē diſparis precis, tamen ab unius diuitis patris familias domo omnes accipiunt pietatem. Hoc amat ianua ſaluatoris, vt pulſatoribus ſemper abundet opportunis. Propterea ipſe dominus videns ianuā ſuam a petitor⁹ voce, a pulſantium clamore ſilere, inuitat omnes ad orationem, omnibus paratus tribuere pietatem. Petite, & ſi non acceperitis adhuc petite, & perſeuerate pulſare. Nolite deficere, quia non necat deus ſame animam iuſti. Qui tamen voluerit eſſe dulciter humilis & benignus, ſecurus tanquam in tutiſsimo portu conſiſtit. Opponit ergo parabolam cuiuſdam hominis, cuius hoſpes improuiſus aduenit, & hoſpes hoſpitem excepit: paſſus eſt verecundiam, abiit continuo ad domum diuitis magnam, non ſine ſacramento tres petit panes, quia vnus hoſpes erat gratia pietatis, ſed ſubſtantia trinitatis. Nonne vnus hoſpes erat in tribus qui venit ad patrē Abraham? Hoſpes & amicus, pranſor & manſor, & omnia illi in trinitate ſunt exhibita humanitatis obſequia, quia trinitatis gloria refulget. Trimum attulit vitulum pater, tres menſuras ſimilaginis conſperſit futura mater, paritura filium ꝓ quo pater mactaret agnum, & ipſa corpus xp̄i in trinitate iam fecerat ſacramentum. Ita & iſte amicus veniente hoſpite pergit ad domum diuitis, & trium panum allegat neceſſitatem: pulſat & nullus reſpondet de ianitoribus, quia omnes tenuerat ſomnus. Nō angeli, non archangeli, non ꝓphetæ, non miniſtri. Et ille pulſat, quanuis nemo reſpōdeat. Quandoq; paterfamilias ad importunitatem pulſantis reſpondit, ille de interioribus ſacris, de throno quietis, quid pulſas ſine tempore, qui piger fuiſti cū tēpore? Dies fuit, & in lumine non ambulaſti, nox ſuperuenit, & pulſare cœpiſti. Excuſat tēpus quod improbus quærit affectus. Iam pueri quieſcunt, & non eſt dignum ut pp te iniuriam patiantur, antequam venires diutius vigilauerunt, modo ꝓ tēpore quie uerunt, non eſt qui poſsit tibi dare reſponſum. Et ille, Domine a te peto, ad te pulſo, imo te pulſo, tu es ianua, tu ſurge, da mihi miſeritordiam, qui non es dedignatus de luto limi formare viſcera mea. Miniſterio non indiges, quia omnia potes. Sed ſi pueri tui dormiunt, tu non dormis qui cuſtodis Iſrael. Gratis peto, ſub gratia mendico, non ſub lege præſumo. Sed ſi lex & ꝓphetę uſque ad Ioannem, ſed tu agratia nō habet finem. Quo euenerunt pueri tui, prophetę tui, & ego noui. Sed tu domine qui es initium & finis, & primus & nouiſsimus, noli ad me tædiare nouiſsima hora nōctis petentem, qui nocte media captiuam duxiſti captiuitatem. Quid faciet paterfamilias tanti perſeueratoris voce cōſtrictus? Nō excitat Prophetam, non immittit angelum, non archangelum, ipſe ſurgit & dabit illi quantum deſiderat. Bene pertinax ille petitor & nocturnus mendicator ad hoſpitem proprium repedauit, diues factus refecit, nec hoſpes rogo uos fratres qui in nocte venit, & imparatum hoſpitem inuenit, imo ideo nocte venit hoſpes in perpetua & deficiente paupertate? In nocte venit hoſpes, gratia in ſumma ignorantia, in magna egentia, immittit triſtitiam, quando dicit nocturnus petitor, In tribulatione inuocaui dominum & exaudiuit me in latitudine. Et iterum, Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos dominus, quoniam proximus eſt. Ideo hoſpes ſuperuenit improuiſus ſubito, cum

Luc.11. Ioan.16. Ecclī.2. Leui.19 Pſal. 9 Luc.11. Ioan.10. Gen.2. Pſal. 120 Matt. 11. Apoc. 1 Gene. 18 Pſal.117. Pſal.33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisp iam tędio afficitur pressuram. Superuenit illi orandi desiderium, flendi arripiens votum. Illa hora hospes venit gratia vt compungat conscientiam, ne in sua mori atur egentia, sed eat & petat ad diuitem, non suis meritis, sed meritis hospitis venientis, & accipiat tres panes, vt in patre & filio & sancto spiritu possit & ipse pascere cæteros indigentes. Quicquid boni cogitauerit homo subito corde percussus, sciat quia hospes ille venit de cœlo, & bene venit qui nocte venit. In tribulatione subuenit, non ingerens tædium, sed affectum. Et quia dominus Christus ad discipulos suos clausis ostiis in tribulatione venit, non speratus sed optatus, salutauit in pace, & hospes hospites suos refecit in pace. Nonne est iste hospes qui dicit, Ecce sto & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo & cœnabo cum illo ego & pater meus? Quã bona domus, vbi pater & filius ingreditur hospes amicus, qui & spiritussanctus. Ipse ibi exhibet in domo pauperis, in hospitio puritatis diuersa pulmentaria, propter cœnam dominicam, Quæ sunt ista pulmentaria? Gaudium, longanimitas, continentia, fides, castitas, Tantummodo non pigeat hospitem suscipere dominum, ipse secum portat dulcedines delitiarum, vt pascat ibi lætantes exercitus angelorum. Cum illo hospite pax est & iucunditas, qui venit ad hospitem suum, non torquere, sed pascere, non expoliare, sed vestire, non percutere sed sanare. Ipsum hospitem semper apertis cordis nostri ianuis suscipiamus, & nunquam nobis dominetur tyrannus inimicus, & in omnibus Christo donante eius mandata seruemus.

Ioan. 20.

Apoc. 3.

Item eadem feria Homilia, De eodẽ de quo supra, quę habetur inter sermones, De verbis domini, XXIX. Et libr. II. De quæstionibus Euangeliorum, capite XXI. & XXII.

Item eadem feria alius sermo de epistola diei, qui habetur in libro Quinquaginta homiliarum, XII. & XLVI. & XLVII. Et ad fratres in eremo. XXX.

Serm. 172.

Feria tertia in Rogationibus: Sermo I.

QVomodo ieiunio⁊ tempus est fratres charissimi, de ieiunio cum sanctitate vestra tractandum est, ut sciatis quemadmodum ieiunetis. Ieiunia enim Christianoꝝ spiritaliter potius quam carnaliter obseruanda sunt. Vnde a peccatis nostris principaliter ieiunemus, ne ieiunia vestra sicut Iudæorum ieiunia deo respuantur. Quale est.n. vt a cibis quos dominus creauit, nescio quis impostor abstineat & peccatorum sagina pingueścat? Non tale ieiunium ego elegi, dicit dominus. Nam si flectas, inquit, vt circulum ceruicem tuam, cilicium autem & cinerẽ substernas, nec si vocabis, inquit, ieiunium acceptum. Sed quid? Solue, inquit, omnẽ nodum iniquitatis, & obstinationem maiorum. Dimitte conflictos in requiem, & omnem conuentionem dissipa. Parum est.n. ieiunium, abstinere tantummodo a peccatis, nisi addamus & bona. Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam: Si videris nudum, vesti. Porro autem ieiuniis vestris etiam illud oportet accedere, quod dominus in Euangelio præcipit, Cum ieiunatis, inquit, nolite fieri sicut hypocritę tristes. Exterminant enim facies suas vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam: vos autem cum ieiunatis vngite capita vestra, ne appareatis hominibus ieiunantes, & pater vester qui videt in absconso reddet vobis in palam. Quare fratres non præuidet sanctitas vestra, aliter ieiunia acceptari non posse, nisi contigerit legaliter ieiunare. Secundum Apostoli dictum fratres, me quidem hæc eadem vobis dicere non piget, vobis autẽ tutissimum. Sed dominus in Euangelio, Omnis, inquit, scriba doctus, in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Vt ergo sciat sanctitas vestra fratres, non solum noua dicenda, sed & vetera repetenda, legimus spiritum sanctum per Esaiam Prophetam taliter perfectos increpantem,

Matt. 6

Philip. 3.

Matt. 13.

Necomenia vestra & sabbatum & dies magnus non sit in eo dicit dominus. Ieiuniũ est quod probat altissimus, nõ solum intermissa corporis refectio, verumetiam a malis actibus facta discessio. Itaq; si neq; mens tua grauetur oppressa peccatis, neq; animus tuus vitiorum illecebris delectetur, digna deo exoluisti ieiunia. Cęterum si corpus tuum ieiunia longa consumpserint, atque illi subtraxeris cibum, cum nõ detrahis vitia in malis perseuerans, magis horres q̃ placeas deo. Tunc erunt deo accepta ieiunia, si operibus sanctis fuerit expiata cõscientia. Cur.n. corpus fame discrucias, cui turpiter peccando blandiris? Principaliter ergo animus ieiunet a malis, & sic corpus subeat exercendo ieiunia. Nam cum sit ieiunium animæ humiliatio, quale est humiliari cibo & augeri peccato? Qui igitur corpori suo ieiunia deuotus indicit, principaliter renunciet vitiis, cupiditatum fomites comprimat, frangat impetus mẽtus, libidines vincat, faces auaritię ardentes extinguat, latiusq; vim dilectionis extendat, atque in alimentis pauperum abrupti apparatus stipendia largiatur. Omnia.n. corporis nefanda peccata animi virtute calcẽtur, vt & anima sanctitate corporis adiuuetur. Tunc.n. & impetrari poterit quod optatur, si casto corpore animoq; deuoto ad officia sanctitatis implenda per curam obseruationis quisq; incedat. Hęc sunt quę diuinam cõmouent pietatem, quæ ad impetrandam precibus sanctitatem semper aditum faciunt. Cæterum si caput substernas atq; cineres desuper spargas, si denique collum tuum velut circulum torqueas, atq; ad exorandam clementiam dei largos fletus effundas, nihil ꝓficis. Commouere.n. diuinam non poteris pietatem, qui circa ꝓximos tuos debitam neglexisti charitatem. Scriptum est.n. Non tale ieiuniũ ego elegi, dicit dominus. Nec si flectas vt circulum ceruicem tuam, cilicium autem & cinerem substernas, nec sic vocabo, inquit, ieiuniũ acceptabile. Sed quid. Solue, inquit, omnẽ nodum iniquitatis & obstinationem maloꝝ. Dimitte quassatos in requiem, & omnem iniquam conuentionem dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum vesti, & domesticos seminis tui ne despicias. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito oriẽtur, & præibit ante te iustitia, & claritas dei circundabit te. Tunc inuocabis & dominus exaudiet, dum adhuc loqueris dicet, Ecce assum. Hęc sunt.n. quibus homo & refectus cibo frequenter impetrat quod exoptat, & ieiunans maiora prędia consequitur sanctitatis. Tale ieiunium delectat Christum, tali denique delectatur cuncti potens, quem ad ieiunandum non immanium delictorum frequens reatus impellit, ad quem non denique adipiscendæ gloriæ temporalis vel cumulandi patrimonij cupiditas inanis ascendit, sed vrget semper religionis affectus & deuota synceritas, quam cum fuerint comitata plena pietatis officia, quantum ille valebit, tantum ille proficiet. Taliter agendo merebitur, statim præsentem dominum propitium q̃ sentire. Imple ergo miserationis officia, & sanctificasti ieiunia. Sagina pauperum viscera, & anima tua muneribus sanctitatis pinguescit. Vesti nudum, & tua peccata contecta sunt. Peregrinum hospitio tuo contende suscipere, vt & te deus in cœlorum regna suscipiat, Per omnia secula seculorum, Amen.

Ieiuniũ.

Esaiæ. 58

Item in eadem feria Homilia, De eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Nolite sanctum dare canibus, & cætera quæ habetur in libro primo de sermone domini in monte, cap. XXIII. & sequentibus. Et inter sermones de uerbis domini. V.

Matt. 7

In vigilia ascensionis domini: Sermo I.

SCire debemus & intelligere fratres charissimi, quia dies compunctionis & pœnitentiæ celebramus, & ideo non nos oportet nimio risu vel in aliquo minus cauto & congruo cachinno dissolui, timentes illud quod dominus in Euangelio dixit, Væ vobis qui ridetis, quia lugebitis & flebitis: & illud quod alibi scriptum est,

Ser. 173.

Luc. 6

Prouē. 14. Extrema gaudii luctus occupat. Nec aliquibus durum esse videatur, q̄ magis ad tristitiam vel planctum q̄ ad lætitiam vos prouocare videmur. Si enim diligenter attenditis fratres, in omnibus scripturis hoc dominus hortatur & admonet, vt sicut in hoc seculo debeamus esse soliciti, ut in futuro posimus esse securi, sicut ait Psalmista,

Psal. 125. Mat. 5. Mat. 7 Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent: & in Euangelio, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quia arcta & angusta via est quę ducit ad uitam, lata & spatiosa quę trahit ad mortem: Melius est nobis post paucas angustias ad æternam beatitudinem peruenire, q̄ post breuem lætitiam ad inferni profunda descēdere. Vnde totis

Lucæ. 16 viribus elaborare debemus, vt pœnam purpurati diuitis posimus euadere, & ad beatitudinem pauperis Lazari peruenire. Quid enim illi profuit superbia diuiti, q̄ hic paruo tempore luxuriosus pascebatur delitiis suis, & nunc sine vllo termino inferni flammam pascit medullis suis? Melius est ergo vt vos paruo tempore ad salubrem iustitiam prouocemus, & postea vobiscū ad æternam lætitiam peruenire mereamur: q̄ si vobis ad tempus falsam dulcedinem velimus ingerere, & postea vobiscū perpetuā amaritudinem sentire. Et licet omni tempore fratres charissimi uobis oporteat dei misericordiam corpore contrito & corde compuncto requirere, & ab illo indulgentiam peccatorum fideliter postulare, nunc tamen propter imminentem peccatis nostris debitam & grauissimam seueritatem, cum ingenti rugitu vel gemitu assiduis orationibus & largioribus eleemosynis debemus dei misericordiā implorare: vt ipse nobis misericordiam & benedictionem aquarum cœlestium tribuat, pacem reddere dignetur, peccatorum indulgentiam dare, & prospera dignetur pro sua pietate concedere. In his p̄cipue diebus occisis fabulis finem conemur imponere, & quantum vires suppetunt orare studeamus, & psallere, Et si pacem temporum desideramus accipere, non dissimulemus pacem cum proximis custodire. Si enim in veritate vis vincatur diabolus inimicus tuus, cito tibi reconcilietur ꝓximus tuus. Contra nullū hominem desæuiat ira tua, & cito a te indignatio diuina cessabit secundum illam promissionem domini & saluatoris. Si, inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum,

Mar. 6. dimittet & vobis patervester cœlestis peccata vestra. Nullus sibi de industria aliquas occupationes inquirat, per quas se de ecclesiæ conuentu subducat. Sine dubio peccatorum suorum vulnera diligit. qui in istis tribus diebus ieiunando, orando & psallendo medicamenta sibi spiritalia non requirit. Abundant & nimium abundant negligentiæ, quas per totum anni spatium congregauimus, & ideo vel in istis tribus diebus quod ad nitorem vel purgationem animæ pertinet agere studeamus. Nolite vos de ecclesiæ conuentu subtrahere, quia non tam longo spatio fatigamur, ut hoc sustinere non valeamus. Sicut qui in istis sex horis de conuentu ecclesiæ non subducit se, magnum remedium animæ suæ noscitur ꝓuidere: ita econtrario qui aut p cupiditatem, aut pro alia qualibet minus necessaria occupatione adesse noluerint, inde sibi faciunt crudelia vulnera, vnde habere potuerant medicamenta salubria, & inde se grauant vnde subleuare potuerant. Sed credo de dei misericordia q̄ ita vobis inspirare dignabitur, ut non negligentiam peccatorum acquirere, sed magis per compunctionem ieiunando, orando, psallendo, & eleemosynas faciendo ad remedium possitis indulgentię peruenire, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

Ioan. 17. Item in eadem uigilia, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundū Ioannem, Subleuatis Iesus oculis &c. quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

In festo ascensionis domini: Sermo I.

Ser. 174 GLorificatio domini nostri Iesu Christi resurgendo & ascendendo completa est. Resurrectionem ipsius Paschæ dominico celebrauimus: Ascensionem hodie celebramus. Festus nobis dies vterq;. Ideo enim resurrexit ut nobis exemplum resurrectionis ostenderet. Et ideo ascendit, ut nos desuper protegeret. Habemus ergo dominum & saluatorem nostrum Iesum Christum prius pendentem in ligno, nunc se-

Acto. 1. dentem in cœlo. Pretium nostrum dedit cum penderet in ligno, collegit quod emit

cum esset in cœlo, Cum enim omnes collegerit quos, vtique per tempora collegit, in fine temporis veniet, & quomodo scriptum est, Deus manifestus veniet: non quemadmodum primi tus venit occultus, sed sicut dictum est, manifestum: occultum enim oportebat eum venire vt iudicaretur, manifestus autem veniet ut iudicet. Si enim prius manifestus venisset, iudicare manifestum quis auderet? Quandoquidem dicit Apostolus Paulus. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed si ille non occideretur, mors non moreretur. Trophęo suo diabolus uictus est. Exultauit enim diabolus quando hominem primum seducendo deiecit in mortem. Seducendo primum hominem occidit, occidendo nouissimum primum de laqueis perdidit. Facta est ergo uictoria domini nostri Iesu Christi cum resurrexit & ascendit in cœlum, & impletum est quod audistis cum Apocalypsis legeretur, Vicit leo de tribu Iuda. Ipse leo dictus est, ipse agnus occisus est, Leo propter fortitudinē, agnus propter innocentiam. Leo quia inuictus, agnus quia mansuetus, Et ipse agnus occisus morte sua vicit leonem qui circuit quærens quem deuoret. Dictus est enim diabolus leo, feritate, non uirtute Apostolus quippe ait Petrus, Vigilare vos oportet aduersus tentationes, quia aduersarius, inquit, uester diabolus circuit quærens quem deuoret. Sed quomodo circuit, dixit, Sicut leo rugiens circuit quærēs quem deuoret. Quis non incurreret in dentes leonis huius nisi vicisset leo de tribu Iuda? Contra leonem leo contra lupum agnus exultauit diabolus quando mortuus est Christus, & ipsa morte Christi est diabolus uictus, tanquam in muscipula escam accepit. Gaudebat ad mortem, quasi p̄positus morti. A quo gaudebat, inde illi tensum est. Muscipula diaboli crux domini: esca qua caperetur, mors domini. Ecce resurrexit dominus noster Iesus Christus: Vbi est mors quæ pependit in ligno? Vbi est insultatio Iudæum? Vbi est typhus & superbia, caput ante crucem agitantiū & dicentium, Si filius dei est descendat de cruce? Ecce plus fecit q̄ illi insultando exigebāt. Plus enim est de sepulchro resurgere, quam de ligno descendere. Iam vero quanta gloria est ꝙ ascendit in cœlum, ꝙ sedet ad dexteram patris: sed oculis non videmus, quia nec pendentem in ligno uidimus. Totū hoc fide tenemus, oculis cordis intuemur. Hodie enim sicut audistis fratres, dominus Iesus Christus ascendit in cœlum, ascendat cum illo & cor nostrum. Audiamus Apostolum dicentem, Si consurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Quę sursum sunt sapite non quę super terrā. Sicut .n. ille ascendit nec recessit a nobis, sic & nos cū illo ibi iā sumus, quāuis nondū in corpore nostro factum sit quod promittitur nobis. Ille iam exaltatus est super cœlos. Neq; n. ppea nobis desperanda est perfecta & angelica cœlestis habitatio, quia dixit, Nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo: sed hoc dictum est pp vnitatem qua caput nostrū est, & nos corpus eius. Cum ascendit in cœlū, nos ab illo non separamur. Qui de cœlo descendit, non nobis inuidet cœlum, sed quodāmodo clamat. Mea mēbra estote, si ascendere vultis in cœlū. In hoc ergo ipsi interim roboremur in hoc votis oībus æstuemus. Hoc meditemur in terris, qd' cōputamur in cœlis. Tunc exuturi carnē mortalitatis, nunc exuamus animi uetustatem. Facile corpus leuabitur in alta cœlorū, si non prægmat spiritum sarcina peccatorum.

Mat. 27. Psal. 49. 1. Cor. 2 Apoc. 5. 1. Pet. 5. Mat. 27 Acto. 1. Marc. 16. Coloss. 3. Ioan. 3.

In eodem festo, Sermo II.

Ser. 175 SAluator noster dilectissimi fratres ascendit in cœlum. Non ergo turbemur in terra. Ibi sit mens, & hic erit requies. Ascendamus cū xp̄o interim corde, cum dies eius ꝓmissus aduenerit, sequemur & corpore. Scire tamen debemus frēs, quia cū xp̄o non ascendit superbia, non auaritia, non luxuria, nullum uitium nostrū ascendit cū medico nostro. Et ideo si post medicū desideramus ascendere, debemus uitia uel peccata deponere. Oēs. n. quasi quibusdā cōpedibus nos p̄munt, & peccatorum nos retribus ligare contendunt, & ideo cum dei adiutorio secundū quod ait Psalmista. Dirupamus uincula eorum, ut securi posimus dicere domine, Dirupisti uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Resurrectio domini spes nostra est, ascensio domini glorificatio nostra est. Ascensionis hodie solennia celebramus. Si ergo recte, si fideli-

Psal. 2: Psal. 115.

ter,si deuote,si sancte,si pie ascensionem domini celebramus, ascendamus cum illo & sursum corda habeamus. Ascendentes autem non extollamur,nec de nostris quasi de propriis meritis p̄sumamus. Sursum autem corda habere debemus ad dominum. Sursum enim cor ad dominum,non superbia vocatur. Sursum autem cor ad dominum refugium vocatur, Videte fratres magnum miraculum. Altus est deus,erigis te,& fugit a te. Humilitas te,& descendit ad te. Quare hoc? Quia excelsus est & humilia respicit,& alta de longe cognoscit. Humilia de proximo respicit vt attollat,alta,id est,superba de longe cognoscit ut deprimat. Resurrexit enim Christus vt spē nobis daret,quia surgit homo qui moritur: ne moriendo desperaremus, & vitam nostram in morte finitam putaremus,securos nos fecit. Soliciti enim eramus de ipsa anima, & ille nobis resurgendo de carnis resurrectione fiduciam dedit. Crede ergo vt munderis. Prius te oportet credere,ut postea per fidem deum merearis aspicere. Deum.n. videre vis,audi ipsum,Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Prius ergo cogita de corde mundando,quicquid ibi vides quod displicet deo, tolle. Venire ad te vult deus: audi ipsum dicentem,Ego & pater ueniemus,& mansionem apud eum faciemus. Ecce quid p̄mittit deus? Si ego qualiscunque fragilis homo uēturum me ad domum tuam promitterem,sine dubio mundares eā, superflua proiiceres, quæ erāt necessaria p̄parares: Deus ad cor tuum uenire uult,& piger es ei domum mundare? Omnia vitia inimica sunt deo,& ideo ipso auxiliante proiice illa, si uis excipere deū. Non enim amat deus habitare cum auaritia immunda,sordida & insatiabili,cui infideles homines seruire uolunt,& deum uidere cupiunt. Et tu ergo munda cor tuum. Si potes id age,id operare,ut Christus mundet vbi maneat: Roga,supplica,humiliare: audi scripturam dicentem,Deus superbis resistit. Esto humilis,ut in te requiescat deus. Idem ipse Christus tibi est uia & patria. Secundum hominem uia, secundum deum patria. Si fideliter curris, per ipsum uadis,& ad ipsum peruenies. Etenim ipse eterna via assumpsit quod non erat,non amisit quod erat. Ipsius ergo misericordiā deprecemur,ut nobis fidem rectam & intellectum sibi placitum ad exercenda opera bona concedat: Quod ipse præstare dignetur,qui uiuit & regnat per omnia seculorum,Amen.

Pſal.137.

Mat.5.

Ioan.14

Ioan.4.

1.Pet.5.

Serm.176. In eodem festo, Sermo III.

OMnia charissimi quæ dominus Iesus Christus in hoc mundo sub fragilitate nostra miracula ædidit,nobis proficiunt: qui dum humanam cōditionem sideribus importauit, credentibus cœlum patere posse monstrauit, & dum victorem mortis in cœlestia eleuauit,uictoribus quo sequantur ostendit. Ascensio ergo domini,catholicæ fidei cōfirmatio fuit: ut securi in posterum crederemus miracula illius domum,cuius iam in præsenti percepissemus effectum: & fidelis quisque cum iam tanta pepcerit,per ea quæ cognoscit p̄stita,discat sperare promissa,ac dei sui præritam p̄sentemq; bonitatem,quasi futurorū teneat cautionem, Super excelsa ergo cœli terrenum corpus imponitur,ossa intra sepuchri angustias pauloante conclusa angelorum cœtibus inferuntur,in gremiū immortalitatis mortalis natura transfun ditur,& iddeo sacra Apostolicę lectionis testatur historia. Cum hæc dixisset,inquit, uidentibus illis eleuatus est. Dum audis eleuatū,agnosce militiæ cœlestis obsequium. Vnde hodierna festiuitas hominis nobis & dei sacramēta manifestauit. Sub vna eademq; persona in eo qui eleuat diuinam potentiam, in eo autem qui eleuatur humanam cognosce substantiam. Ideoq; omnimodis detestanda sūt uenena orientalis erroris,qui impia nouitate præsumit asserere filium dei ac filium hominis vnius esse naturæ. In alterutra enim parte uel qui solum hominem fuisse dixerit,negabit conditoris gloriam, uel qui solum deum, negabit misericordiam redemptoris. Quo genere non facile Arrianus euangelicam poterit habere ueritatem, vbi filium dei nunc æqualem legimus nunc minorem. Qui enim unius naturæ saluatorem nostrum mortifera persuasione crediderit, solum hominem aut solum Deum cogetur dicere crucifixum. Sed non ita est. Mortem enim nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Nos ergo nouerimus in Christo duplicem

Act.1.

geminamque substantiam. De patre cœlestem,de matre terrenam. Quam vtranque in vno eodemque redemptore suis promptum est testimoniis explicare. Quasi homo dicebat,quia pater maior me est: sed idem quasi deus pronunciabat,Ego & pater vnum sumus. Quasi homo dicebat,Tristis est anima mea vsque ad mortem: sed quasi deus fiducialiter loquebatur. Potestatem habeo ponendi animam meam,& potestatem habeo iterum sumendi eam. Quasi homo in cruce pendebat,sed quasi deus regnum cœleste donabat. Arriani autem confusa mente distinctas substantias penitus non videntes,quæ erant hominis ad deum impie retulerunt,credentes quod minor loqueretur diuinitas,vbi iuncta deo hominis demonstrabatur infirmitas. Nullā itaq; facientes inter cœlestia & tetrena rationem, dum inter deum & hominē distinguere nesciunt,dei substantiam diuiserūt,& dum ad sola hominis verba respiciunt, eum sine intellectus lumine perdiderunt. Nos vero, vt præfati sumus, & dei & hominis duplicem substantiam,sed simplicem nouerimus esse personam. Ille etiam error valde refugiendus est,qui impie asserit q̄ beata Maria solum deum peperit,eo q̄ sibi saluator noster cœlestem nescio quam carnem intra viscera materna perfecerit,& ita transierit per virginis vterum,quasi per corpus alienum. Sed cum dicat per Prophetam sermo diuinus,De torrente in via bibet,propterea exaltabit caput: si nō est corpus nostrum,quomodo est caput nostrum? Et cum alio loco Propheta cōmorat,Paruulus natus est nobis: Non nobis natus est,si nihil sumpsit ex nobis. Si nihil de nostro suscepit,nihil nobis p̄stitit, Proinde charissimi si non in nostra carne diabolum triumphauit,se exercuit,non nobis vicit. Si nō in nostro corpore resurrexit,conditioni nostræ resurgendo nihil contuiit. Hæc qui dicit, susceptæ & assumptæ carnis non intelligit rationem,confundit ordinem,euacuat vtilitatem: si non in nostra carne peregit medicinam,solam ergo ex homine nascendi elegit iniuriam. Recedat a sensibus nostris tam periculosa persuasio. De nostro est quod appendit, de suo est quod donauit. Meum tector esse quod ceciderit ut meum sit quod resurrexerit. Meum testor esse quod iacuit intra tumulum, vt meum sit quod ascendit in cœlum. In illo itaq; nostri generis corpore nos Christi mors viuificauit, nos resurrectio erexit,nos ascensio consecrauit. In illo nostris originis corpore cœlestibus regnis arrā nostræ conditionis imposuit. Elaboremus ergo charissimi,vt quēadmodum dominus in hac die nostro cum corpore ad superna conscendit: ita nos post illum quomodo possumus spe ascendamus & corde sequamur. Ipso affectu patiter & profectu ascendamus post illum,& iam per vitia ac passiones nostras, si vtique vnusquisq; nostrūm subdere eas sibi studeat,ac super eas stare consuescat,ex ipsis sibi gradum constituit,quo posit ad superiora conscendere. Eleuabunt nos si fuerint infra nos. De vitiis nostris scalam nobis facimus,si vitia ipsa calcamus. Nam cū bonitatis author non ascendit malitia,nec cum filio virginis libido atque luxuria. Non,inquā,ascēduut vitia post virtutum parentem,peccata post iustū,nec infirmitates ac morbi possunt ire post medicum. Igitur si intrare ipsius medici regnum volumus,prius vulnera nr̄a curemus. Ordinemus & custodiamus in nobis statū vtriusq; substantiæ,ne animam nobiliorem vtiq, hominis portionem tartaro pars deuoluat inferior,sed secum potius cœlo sanctificatum corpus acquirat natura glorioſior,ipso adiuuante,qui viuit & regnat in secula seculorum,Amen.

In xp̄o duplex ſubſtantia. Ioan. 14. Ioan.10 Mat.26 Ioan.10 Luc.23.

Pſal.109

Eſaiæ.9

In eodem festo, Sermo, IIII.

ASCensionis domini nostri Iesu Christi sanctus & solēnis dies hodie illuxit,exultemus & iocundemur in eo. Christus descēdit in inferiora patuerūt. Christus ascēdit,superiora claruerūt. Christus in sepulchro,mentiātur custodes. Xp̄s in inferno, visitentur quiescentes. Christus in cœlo,credant oēs gentes. Ipse ergo debet esse auditor nostri sermonis, qui est largitor nostræ salutis. Nam de quo aliquid loquamur vobis nisi de illo qui modo ex Euangelio loquebamur omnibus nobis. Ascendens enim ad patrem dicebat discipulis suis. Hæc locutus sum vobis, cum adhuc essem vobiscum. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & commouebit vos omnia quæcunque dixi. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia dixi vobis, vado ad patrem meum,quia pater maior me est. Ascensurum enim se dixit ad patrem, & con-

Ser.177

Ioan.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbi sup. tristati sunt discipuli, q̃ eos corporali forma desereret, & ait illis, Quia dixi vobis, vado ad patrem, tristitia impleuit cor vestrum: Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, quia pater maior me est: hoc est ac si diceret, Ideo subtraho vestris oculis istam serui formam in qua pater maior me est, vt ab oculis carnis serui forma remota dominum spiritaliter videre possitis. Ergo & propter verã formam serui quã
Ioan. 14. susceperat, verum dixit, Pater maior me est, quia vtiq; homine maior est deus: & propter veram formam dei in qua permanet cum patre: verum dixit, Ego & pater vnum
Ioan. 10. sumus. Ascendit ergo ad patrem per id quod homo erat sed mansit in patre per id
Ioan. 1. quod deus erat, quia in carne ad nos processit, & a patre nõ recessit. Ascendit, inquã, ad patrem verbum quod caro factum est vt habitaret in nobis, & suam præsentiam
Mat. 28 repromisit, dicens, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consumatio-
Philip. 2 nem seculi. Secundum formam serui, dicit de illo Ioannes Apostolus, Ipse est uerus deus, & uita æterna. Secundum dei formam dicit de illo Apostolus Paulus, Qui cum
Ioan. 10 in forma dei esset, non rapinam arbitratus esse se æqualem deo, sed semetipsum exi-
Mat 26 nauit formam serui accipiens. Sècundum formam dei ipse de se loquitur. Ego & pater vnum sumus: secundum formam serui dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem. Vnde illa fiducia, unde ista formido? Illa utiq; uox ex proprietate substantiæ, ista uero ex participatione infirmitatis assumptæ. Hæc ergo charissimi prudenter intelligentes de scripturis sanctis, dum legimus discernamus, sed dum discernimus ne fortasse erremus, intellectum ab ipso domino postulemus, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo. V.

Ser. 178. Ascensionis ergo dominicæ inclytum & regale mysterium q̃ Christus terã leuauit ad cœlum, canit etiam totus mundus & festis agit gaudiis triũphos
Psal. 112 domini sui, quia erexit a terra inopem: & de stercore exaltauit pauperem, eumq; leuauit ad patrem. Quis igitur illuc potest ascendere, & aereos dæmones transire, nisi ille solus qui peccatũ non potuit habere? Crux ergo illa non obfuit sed profuit, quia & nobis Christus vicit, & ille in ea superari non potuit. Non sepulchra, non inferi uictricẽ domuere carnem, expendit deus pro homine quod decreuerat, & rapuit quem uolebat. Vident hoc præsentes Apostoli, & paulatim semetipsum ad superna tollentem, pectore pauidi, mente confusi, oculis trepidi consequuntur, donec ultro solutam nubem serena dies exciperet, & fulgore coruſco uallatum humanis conspectibus occultaret. Cum ergo eum discipuli tanto lumine perculsi non uiderent, & curiosos oculos iubar rubidum coruscis ictibus euitaret, confestim ex uictoribus angeli directi duo, metu & dolore prostratos Apostolos verbis talibus consolantur,
Acto. 1 Viri Galilęi quid statis aspicientes in cœlum: Iste Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum, ita uenietquemadmodum vidistis eum euntem in cœlũ. Sic ueniet, inquiũt, manifestius, quemadmodum nunc extollitur super astra præclarus, & poli secreta ascipiunt quem refundant, sanctificantur diuino comitatu, immensus aer, & omnis illa uoluntas turba per auras Christo ascendente transtringit, pauet omne cœlum, mutantur astra, concurrit confestim fulmineus ille militiæ cœlestis exercitus. Videt regem suum uiuæ carnis manubias reportare, atq; hoste debellato hominem in superna conscendere, agnoscunt in cicatricibus signa bellorum, adorant in carne uulnera iam sanata, ubi nihil peccati macula extinxerat, nec quippiam sua virulentia grauidus ille ueneni draco uomuerat. Serpens enim uestigium in petra non figebat. Plaudunt agmina, tubæ sonant, lętis se miscentia blanda modulamina choris funduntur. Ecce confestim splendidus ille senatus cœlestis ex regnis soluitur. Nang; in imis poli læta carminibus regia ampla dei reseratur, undique syderei repagula cœli, atque astriferi orbis arcana soluta penitus compage patescunt. Recessit in geminam arcem diuisus aer, & lati ardua cœli latera concisis marginibus dependerũt. Fit unus ibi sine cœlo dies, & claris titubat fulgoribus, & tunc alternis inter se ita resonant obsequia læta carminibus, Tollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ. Ascendebant enim cruoris rubore perfusus a trophæis uictricibus

laureatus, Viderunt cœlites cuncti speciosum vulneribus Christum, spolia
castris tyrannicis reportata: & admirantes fulgentia diuinæ virtutis vexilla, talibus
concrepant hymnis, deducuntq; lætantes. Quis est, inquiunt, iste rex gloriæ? Et aiũt, Esa. 53.
Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Hic est ille candidus & roseus compunctus
a multitudine, Hic est ille qui non habuit speciem neque decorẽ, infirmus in laqueo,
fortis in spolio, vilis in corpusculo, armatus in prælio, fœdus in morte, pulcher in re-
surrectione, candidus ex virgine, rubicundus in cruce, fuscus in opprobrio, clarus in
cœlo. Quãdo id quispiam fratres nosset, vt deus lateret in carne, maiestas habitaret
in corpore & ita in mundo gereret prælium vt ipsum corpus post sepulchra mox le
uaret ad cœlum? Recepit igitur se intra velamina diuina cum carne maiestas, didicit
cœlum portare hominem, atque sub pedibus Christi famulantia æthæra iacuerunt.
Ecce iam portat patet quam clauserat Adam, claustrum quod cœlo iniquitas infixe-
rat reparatum est. Si quis Christum tenuerit & vnius substantiæ patrem & filium &
spiritum sanctum confessus fuerit, cœli ianuas per ipsum securus intrabit, Amen.

In eodem festo, Sermo. VI.

Quantis ornatibus gaudiorum resulsit hodie aula cœlorũ? Angeli enim vo- Ser. 179.
ta sua superata diutius receperunt & hymnum dixerũt. In alleuatione por
tarum lux in cœlis, splendor in ianuis, quia Christus rursum ascendit, pro-
cedens de thalamo suo, ascensurus in throno suo. Vnde sanctus Dauid posuit Orga- Psal. 18
num suum in foribus cœlorum, cantans cãticum nouum, Qm̃ qui descendit, ipse est
qui ascendit supe omnes cœlos. Lætioribus ergo fistulis organum tangens resultat
& dicit protoferum æterni consulis cernẽs, non auro gemmisq; decorum, sed nubiũ Ephes. 4.
facie candidatum. Qui ponit, inquit, nubem ascẽsum suum, qui ambulat super pen
nas ventorum. Iam enim super aspidem & basiliscum ambulauit, & conculcauit leo Psal. 103.
& draconem: Pede mortis, plausu resurrectionis. Mirabilis in oculis nostris cla Psal. 90
ritatus corruscat ascensionis virtutibus, sedens super nubem leuem, cõplues Apo Ioan. 14.
stolos pacis hæreditate & testamentaria charitatem: Pacem, inquit, meam do vobis,
pacem relinquo vobis. Ad hanc melodiam sonantiam organorum ante aulam regiã
cœlorum inuitati sequuntur Apostoli, benedictionis gratiam petituri: gradiuntur
cum domino filii sponsi pignus accepturi spiritussancti. Leuãs autem manus suas
benedixit eos, dedit eis arrã sponsalem muneris preciosam, nõ ex auro gemmisq; di
stinctam, sed charitatis ansulis contextam catenam, qua alligati sequantur eum ad
sponsam agni Hierusalem patriam sempiternam. Domine, inquiunt, quare nos dere
linquis ascendens, qui nos elegisti in ripa præcedens? Domine quando sumus verba
tua super mel & fauum eminus percepturi, & stillantis rorantisq; gratiæ balsamum
de tuis labiis ac faucibus libaturi; Aut instrue quo ascendis, aut ne deseras cũ ascen-
dis: quasi scuto benignitatis tuæ remansimus in aperto nudati, tanquam pupilli ma
tris amplectentis pennatæ velamine destituti. Quando venies ad nos, qui redemisti
nos? Mors tua fuit peccatum nostrum, sit ascensus tuus pignus nostrũ, ne nimis ab-
sorpti mœrore mergamur, quos eleuasti de gemitibus inferorum. Ascendẽs ergo do
minus alumnorum suorum tristitiam excelsa de nube susciens, emittit consolato-
res mæroris, nuncios ascendentis & indices reuertentis. Viri, inquiunt, Galilæi quid Acto. 1.
statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum, sic veniet
quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Sic veniet. Vna erit euectio, una læ-
titia nubifera, vna species mansueta, sed iustis clarificata & peccatoribus metuenda.
Non vos terrebit aduentus, quos consolatur eius ascensus. Sic veniet, clauorum vul
nera illæsa demonstrans, & foraminum cruenta monilia. Vobis filiis sponsi cum co-
rona cœlestis exhibebit imperii, crucis uulnera non mutabit, quia signum filii homi
nis fulgebit. Accepto ergo Apostoli ascendentis mandato, desuper venturo sancti spi
ritus pignore prętioso, in templo erant unanimes collaudantes dominũ, ut una eos
inueniret corona ignea aduentantium gratiarum. In templo ergo fratres semp vna- Psal. 28
nimes demoremur, & in domo domini ambulantes cum concordia pacis eius spere-
mus aduentũ, & in templo eius omnes dicamus gloriam, ut etiam ignis gratiæ insi-
dat super nos. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eodem festo, Sermo VII.

Ser.80 DElectat aspicere Christum dominum portatoriis nubibus ascẽdentem, cum resurgens a mortuis reuerti cœpit ad cœlum, vnde venerat saluare genus humanum. Qui sunt qui expectant ascendentem, qui viderunt resurgentem, fugerũt pendentem, & sequuntur oculis ascendentem? Timor in cruce, amor in nube, visus delectabilis in aere. O dulcis descendentis affectus, o delectabilis euolantis aspectus. Facit vale, & benedicit in pace. Illi se commendãt, & ille benedictionis gratiam relinqt.

Luc.24. Benedicit eos extensis manibus, & præparatis in occursum imponitur nubibus. Fenit eloquium & iam reperit cœlum. Candida enim subito apparuit nubis euectio, pa-

Psal.134. rata in cœlo. Apparuit nubes, intrauit in eam, qui educit nubes ab extremo terræ, vt oblectaret oculos eorum nubis amœnitas, & irroraret eos ascendẽtis de cœlo suauitas, ne sola desiderantium inanis remaneret anxietas. Ecce in clipeo actuum Apostolorum pendentium viuunt picta lumina piscatorum, adest consolator qui ascendit saluator Mittit continue duos cœlestes prætores, vt alumnos suos securos redderet metuentes, & in gaudium conuerteret lacrymãtes. Oportebat enim cœlestes mitti consolatores, ne remanerent trepidi piscatores. Nam & cũ Imperator de vrbe transit ad vrbem & eius nunciatur aduentus, non mittuntur nisi domestici prætores ac palatini, vt nuncient prouincialibus ꝙ est regis aduentus aut reditus: Ita & domino ascendente prętorum cœlestium turba resplenduit decantantium, vt tanquam prouincialium respirare facerent a timore corda pastorum. Quando etiam patitur ac resurgit, domestici angeli destinantur, vt a nube ac prætorio monumenti resurrexisse nunciarent dominum cœli: & nunc cum ascendit, de choro præcedentium potestatum, de multitudine cantantium in aere castrorum, duo palatini cœlestis imperii diriguntur, vt & flebilia requiescerent lumina piscatorum, hymnum cœlestem recitãt.

Acto.1. Piscatores viri, inquiunt Galilæi, quid aspicitis in Iesum euntem in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Profectus est desiderabilis, non veniet vobis terribilis, nubes in occursu, nubes in reditu. Vulnera portauit, ipsa irrorum reportabit. Crucem retulit cum triumpho, signum filii hominis vobis parebit in cœlo: Sic veniet in ipso corpore, in ipsa nube, in ipsa veritate, vobis in amore, impiis in tremore. Beati quibus vere dicitur, Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Nunquid sic veniet oculis peccatorum? Ipsa erit veritas, sed non erit ipsa securitas. Dies erit tremendi iudicii, descensus angelorum, resurrectio mortuorum. Ascendent angeli & quodam digito tubæ sonantis, tangent sepulchra terræ trementis, vt pignora restituant throno igneo iudicantis, Ascendent angeli ad sepulchra prophetam & ipsorum Apostolorum omniumq; sanctorum, & dicent eis, Ecce est qui sic iterum redit quomodo ascendit. Nos diximus, quia sic veniet quo eum vidistis euntem in cœlum, qui deduxistis euntem, susципite redeuntem. Ista allocutio non est linguarum septuaginta, sed patenter nubes dicuntur pluuiales, vt occurrant in rore & refrigerosa amœnitate qui conscientiæ nõ continent quæstionẽ. Petamus ergo a domino deo nostro, ut sicut hodie ascensionis celebramus tempus & diem, ita

Psal.5. reuertentis mereamur matutinam susципere pietatem, ut dicamus ei, Mane adorabo domine, mane astabo tibi & contemplabor te.

In vigilia Pentecostes, de expositione symboli: Sermo I.

Ser.181 Præfatio. NOtum est dilectissimi charitati uestræ ꝙ milites seculi beneficia tpalia a temporalibus dñis accepturi, prius sacramẽtis militaribus obligãtur, & dominis suis fidem se seruaturos profitentur: Quãto magis ergo eterno regi militaturi & æterna

Hebr.11. premia percepturi, debent sacramentis cœlestibus obligari, & fidem per quam ei placituri sunt, puplice profiteri: dicit enim Apostolus, Sine fide impossibile est placere

Psal.7. deo Hãc in cordibus nrīs agnoscit q̃ scrutatur renes & corda, Sed pp cõseruandã ecclesiæ, vnnitatẽ, dispẽsationi huius tpis cũ fide cordis necessaria ẽ oris cõfessio. Quia

Rom.10. corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, non tantũ p̃dicatorũ sed etiam eruditorum Non enim aliter frater de fratre sentiret, nec pax ecclesiæ ser-

uaretur, nec alium docere aut ab alio discere saluti necessaria posset, nisi quod in corde habet, signis vocum tanquã suis uehiculis ad corda aliorũ transmitteret. Est ergo fides & corde seruanda & ore promenda. Fides nanque omnium bonorũ est fundamẽ- Fides.
tum & humanæ salutis initium. Sine hac nemo ad numerũ filiorũ dei poterit peruenire, & sine ipsa in hoc seculo nec iustificationis consequitur gratia, nec in futuro possidebit vitam æternam. Et si quis non ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem. Hoc attendentes sancti Apostoli certam regulam fidei tradiderunt, quam secũdum numerum Apostolicum duodecim sententiis comprehensam, symbolum vocauerunt, per quam credentes catholicam tenerent vnitatem, & per quam hæreticã conuincerent prauitatem. Symbolum ergo tali ratione institutum maiores nostri dixerunt. Tradunt.n ꝙ post ascensionem domini & Saluatoris nostri ad patrem, cũ Symbolũ
ꝙ aduentum spiritussancti discipuli eius inflammati linguis omnium loquerẽtur breue uer
singulas quasque nationes, vt dei verbum prędicarent, ituri ac discessuri ab inui- bis, sed ma
cem, normam prius sibi futuræ prędicationis in commune statuerunt, ne localiter gnum sa-
ab inuicem discedentes, diuersum vel dissonum prædicarent his qui ad fidem Chri cramẽtis.
sti inuitabantur. Omnes igitur in vno positi & spiritusancto repleti, breue suæ prædicationis indicium conferendo in vnum. quod sentiebat unusquisq; computabat, atque hanc ita credentibus dandam esse regulam instituerunt. Symbolum breue est verbis, sed magnum est sacramentis. Quicquid.n præfiguratum est in patriarchis, quicquid denunciatum in scripturis, quicquid prædictum est in ꝓphetis, vel de deo ingenito, vel ex deo in deum nato, vel de spiritusancto, vel de susципiendo omni sacramento, vel de morte domini resurrectionisq; eius mysterio, totum breuiter hoc symbolum continet, & continendo habet & confitendo. Discat ergo quisque fidem Apostolicam professus per ora gestantium in baptismo, cum ad annos intelligibiles venerit. Iam ad istius symboli professionis sacramentum textumq;, quod in hũc modum incipit, Credo in deum patrem omnipotentem &c. In primis dilectissimi qua Caput. 1
re sermo sit in symboli capite, diligenter attendite. Ergo in primo habet credo. Vide Credere
ꝙ dominus noster non nos iubet discutere diuina iudicia sed credere, nec rationem deo crede-
requirere sed fidem simpliciter & immobiliter exhibere. Non dicit, credo deum, vel re deum &
credo deo, quanuis & hæc saluti necessaria sint. Aliud n. est credere illi, aliud credere credere in
illum, aliud credere in illum. Credere illi, est credere vera esse quæ loquitur. Credere deum, difillum, credere quia ipse est deus. Credere in illum, diligere illum. Credere vera esse ferunt.
quæ loquitur multi & mali possunt. Credunt.n. esse vera & nolũt ea facere sua, quia ad hoc pedum pigri sunt. Credere autem ipsum esse deum, & dæmones possunt. Credere vero in deum, soli nouerunt qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis & vita, quia sine dilectione fides inanis est. Cum dilectione fides Christiani, sine dilectione fides dęmonis. Qui ergo non vult credere Christum, adhuc nec dæmones imitantur. Iam credit Christum, sed odit Christum, habet confessionem fidei in timore pœnæ, non in amore coronæ. Nam & illi puniri timebant: denique beatus Petrus cum domino confitens, diceret, Tu es Christus filius dei ui- Matt.16
ui: eadem pene verba quæ & dęmones proferre uidetur ex ore: sed illorum confessio quia cum odio prolata est Christi, merito damnata est: Illius quia ex interna dilectione processit, æterna beatitudine remunerata est. Nos ergo qui per adoptionem gratiæ filij dei sumus, dicendo, Credo in deum patrem omnipotentem, hoc est sic ei Rom.8.
credamus vt ei per dilectionem adhæreamus, In deum patrem omnipotentem. Aduertite ꝙ cum dei patris nomen in confessione coniungit, ostendit ꝙ non ante deus esse cœpit & postea pater, sed sine vllo initio & deus semper & pater est. Patrem autem cum audis, agnosce ꝙ habet filium ueraciter genitum: quomodo possessor dicitur qui aliquid possidet, & dominus qui alicui dominatur. Deus ergo pater secreti sacramenti uocabulum est, cuius uere filius & verbum. Nec quęratur quomodo genuit filium, quod & angeli nesciunt, Prophetis est incognitum. Vnde illud dictum est, Generationem eius quis enarrabit? Nec a nobis discutiendus est deus sed credendus. Sed vt breuiter dicamus, sufficit nobis scire quia genuit lux splendorem. Esaiæ.53
Omnipotentem vero ideo dicit, quia omnipotens est, cui nihil impossibile est, qui cœlum, & terram, mare, homines, atque omnia animalia reptilia non aliquo operis

Universidad de Deusto
Biblioteca

actu sed solo verbi imperio creauit. Et ideo non nobis veniat in cogitationem quo-
modo hoc aut illud potuit fieri, qui omnipotentem precemur confiteri. Et in Iesum
Cap. 2 Christum filium eius vnicum dominū nostrum. Aduertite quomodo in patrem sic
& in filium credendum est. Et quia cum patre æqualis est maiestate, tantū ipsi quan-
tum & patri honoris nos debere nouimus & seruitutis obsequium. Iesus autem sal-
uator interpretatur. Iesus autem dicitur ꝙ saluet populum. Christus a chrismate di-
citur, quia sicut antiqui reges oleo sacro perfundebantur, ita dominus noster Iesus
Christus spiritu sancti infusione repletus est. Vnicus ideo, quia nec comparationem
recipit cum creaturis, nec similitudinem, quia omniū rerū summus ipse creator est.
Homines autem filii dei vocantur per gratiam, ille solus filius genitus per naturam.
Ostendunt ista in eum iure credendum esse, qui propter hoc quod æqualis patri est
saluator noster est redimens nos, & Christus est rex regens nos, & vnicus dns noster
Luc. 1. spoliato antiquo hoste singulari domino suo asciscens nos. Qui conceptus est de spi-
ritu sancto, i. cuius conceptionis solus author fuit spiritus sanctus, Sicut. n. vermis ca-
lefaciente sole de puro limo formatur, sic spiritu sancto illustrāte & sanctificante cor
virginis, caro xpi de sola carne virginis nulla sementiua carnis origine operante con
Psal. 21 cepta est. Vnde se vermi comparans, per Psalmistam dicit, Ego sum vermis & nō ho-
Luc. 2. mo, id est, non conceptus more humano. Natus ex Maria virgine. Qui veniebat in-
ueteratā peccatis hominum renouare naturam, nouam legem voluit habere nasce
di. Vnigenitus igitur dei factus est hominis filius, vt qui creator mundi erat, fieret &
redemptor. Quod vero maiestatis deus de Maria incarnatus est, non est sordidatus
nascendo de virgine, qui non fuit pollutus hominē condens ex puluere. Denig; sol
aut ignis si lutum tangat, quod tetigit purgat, & se tamen nō inquinat. Nec fuit deo
iniuria causa misericordiæ, neq; sit incredibile quod ipse natus de virgine, qui ad
de virgineo puluere & primā mulierē potuit de costa formare, Deus filium suū quē
solum de corde suo æqualem sibi genitum tanquam seipsum diligebat, ipsum dedit
Mariæ vt naturaliter esset vnus idemq; communis filius dei & Mariæ. Ois natura a
deo creata est, & deus est ex Maria natus. Deus omnia creauit, & Maria deum gene-
Cap. 3 uit. Deus qui omnia fecit, ipse se ex Maria fecit, & sic omnia quæ fecerat refecit. Qui
potuit omnia de nihilo facere noluit ea violata sine Maria reficere. Passus sub Pōtio
pilato, crucifixus mortuus & sepultus. Iste Pilatus iudex erat in illo tempore ab impe
ratore positus in Iudæa, sub quo dominus passus est. Cuius mentio ad tempora si-
gnificationem, non ad personę illius pertinet dignitatem. Crucifixus. Hinc multa
prophetæ prædixerunt qualiter crucifixus in cruce in cōspectu populi maligni ma-
nibus extensis penderit. Tamen vt breuiter dicatur, in cruce suspensus est, vt nos a
Crucis si- damnatione ligni vetiti dissolueret, & a morte liberaret. Sed quæritur, quid sit cru-
gnificatio. cis significatio, & quare dominus in patibulo se pati elegerit? Ad quod tripartita ra-
Et quare tio redditur, Prima, vt Christus pro reatu mundi redemptio daretur, & antiquus ho-
dominus stis velut hamo crucis pateretur, s. vt quos absorbuerat euomeret, non potentia vi-
in patibu- ctus sed iustitia. Secunda causa est, vt secutoribus hominibus vitæ magisterium præ-
lo passus beret. Ad hoc enim ascendit in crucem, vt nobis passionis & resurrectionis præberet
sit. exemplum. Tertia causa est suscepte crucis, vt superbia seculi & inflata sapietia, per
1. Cor. 1 crucis stultam, ut putatur, prædicationem humiliata corrueret, & sciret id quod stul
tum est dei sapientius esse hominibus. Sed adhuc videndum est, quare dominus ta-
Luc. 24 le genus mortis elegerit. Legimus enim in Euangelio ꝙ Pharisæi voluerunt eum præ
Ioan. 8 cipitare de monte. At ille transiens, per medium illorum ibat. Alibi quoq; legimus ꝙ
Iudæi tulerunt lapides vt iacerent in eum, ipse vero abscōdit se, & exiuit de templo.
Quare noluit dominus præcipitari vel lapidari, aut etiam gladio trucari? Vtiq; cau-
sa nostræ salutis hoc fecit. Mors enim Christi signum est nostræ salutis. Noluit er-
go lapidari aut etiam gladio percuti, quia videlicet nos semper nobiscū lapides aut
ferrum ferre non possumus quibus defendamur. Elegit uero crucem, quæ leui mo-
tu manus exprimitur, qua & contra inimici uersutias munimur. Hoc enim signo cru
cis consecratur corpus dominicum, sanctificatur fons baptismatis, initiantur etiam M
presbyteri & cæteri gradus ecclesiastici, & omnia quæcunq; sanctificātur, hoc signo
dominicę crucis cum inuocatione Christi nominis consecrantur. Nam & ipsa crux
magnum

magnum in se mysterium continet, cuius positio talis est, vt superior pars cœlos pe- Cap. 4
tat, inferior terræ inhæreat, fixa in infernorum ima contingat, latitudo autem eius
partes mundi appetat. Qua & xps per passionē crucis angelis profudit in cœlo, quo
rum numerus quia per apostatam angelum imminutus fuerat, ex animabus fideliū
quotidie adimpletur, & nobis qui sumus in terra, & illis qui ꝓpter originale pecca-
tum detinebantur apud inferos, sed & ipsi qui in diuersis mūdi partibus habitabāt.
Iacens vero crux quatuor mundi partes appetit, Orientem videlicet & Occidentem, Crucis fi-
Aquilonē & Miridiem: quia & Christus per passionem suam omnes gentes ad se tra guraquid.
hit, & omnia sibi subiugauit, iuxta quod ipse surgens a mortuis, dicit, Data est mihi Matt. 28
omnis potestas in cœlo & in terra. Continetur etiam in hac crucis figura altius sacra
mentum, quod quanto est altius, tanto attendendum diligentius. Intelligitur nanq; De verbis
in latitudine crucis dilectio proximi, quę non tantum vsque ad amicos, sed etiā ex- apostoli
tendenda est vsq; ad diligendos inimicos. Intelligitur quoq; in eiusdem longitudine sermo. 7.
longa & perseuerans labor. & persecutionum sustinentia, quam patienter ferre de- In li. 50
bet ad patriam suspirans nostra peregrinatio tam pro dilectione proximorum quā Ho. Ho. 3
ꝓ exhibitione omnium bonorū operum. Figuratur simili ratione in altitudine eius
eminentia spei, penetrans vsque ad interiora velaminis: vbi visione pacis perfruen-
tur qui hic a ciuibus Babyloniæ multipliciter exercentur, donec in libertatem glo-
rię filiorum dei a seruitute corruptionis huius liberentur. Attendenda est etiam cru
cis ꝓfunditas, quia ꝓfundum est mysterium crucis, in quo multorum qui sapientes
dicuntur ingenia defecerunt: ꝙ ausi sunt reprehendere quod non potuerunt huma
na ratione coprehendere: videlicet cur verbū deo patri coæternū omnia continens
omnia implens, in assumpto homine totum se conclusit, & tamen totum mundum
regere, complere & continere non desierit. Nulla ergo sit nobis de cruce Christi con
fusio, quia habemus de eius passione victoriam. Sicut. n. sempiternus dei filius nō Cap. 5
sibi sed nobis natus: ita immaculatus dei agnus non sibi sed nobis passus est. Quis
autem non mirificum aduertat esse mysterium, vbi ipse homo prædicetur qui deus
est, & vbi idem dns annunciatur qui adscribitur crucifixus? Nec incogitata ei quod
peremptus est, aut improuisa res accidit, qui diuinitatis suæ consilio idcirco suscepit
hominem, vt ꝓ homine posset occidi. Supplicium autem crucis elegit, vt sublimiorē
victoriam pararet pœna deterior, & qui vniuersitatis bono patiebatur, quasi in con-
spectu mundi in altum sublatus occumberet, simul vt qui crucifixum videbant mi
rabilia cernerēt crucifixi. Nam satis abundeq; gloriam patientis ostendit repentina
solis obscuritas, tremor terrarum, saxoꝝ diuisio, resurrectio mortuoꝝ. Illud autem
quanti est testimonij, ꝙ etiam pariter crucifixus latro memoriā sui in cœlesti regno
fieri a consorte supplicij precabatur. Hinc est charissimi ꝙ illusiones & probra q̄ per Lucæ. 23
tulit Christus, crucem mortēq; eius non suspiriis ingemiscimus, sed continuis cele-
bramus laudibus. Mors domini nostri Iesu Christi non fuit in anima, sed in sola car
ne: mors vero nostra non solum in carne sed etiam in anima. In anima pp peccatum, 1. Petr. 2.
in carne propter pœnam peccati. Ille vero quia peccatum non fecit, nec habuit in a-
nima, non est mortuus nisi in carne tantum, & hoc per similitudinem carnis pecca- Rom. 8.
ti quam de Adam traxit. Igitur simpla eius mors profuit duplæ morti nostræ, & sim
pla eius resurrectio, resurrectioni animæ & corporis. Resurrectio quippe eius duas
mortes nostras soluit, & duas resurrectiones nostras formauit. Nec immeri-
to uno die & duabus noctibus iacuit in sepulcro, quia videlicet lucem suę sim-
plæ mortis, tenebris nostræ duplę mortis adiunxit. Venit enim ad nos qui in
morte carnis & spiritus detinebamur, & suam vnam mortem carnis detulit, duasq;
nostras soluit. Si enim ipse vtranque susciperet, a nulla nos liberaret. Sepul-
tus est, vt ad consolationem sepultorum benedictionem corporis eius & terra susci-
peret. Infirma incarnati verbi cōmemorantur, de quibus Apostolus dicit, Quod Cap. 6
infirmum est dei, fortius est hominibus. Natus est ex virgine, vt nos nasceremur ex 1. Cor. 1.
ecclesię virginis vtero. Tentatus est, vt a tentatione libearet. Tentus, ut dimitteret- Lucæ. 2
mur. Ligatus vt nos a nodo maledictionis absolueremur. Illusus est, vt nos ab illu- Matt. 4
sionibus dæmonum liberaret. Venundatus est, vt nos redimeret. Humiliatus est, vt Matt. 26
nos exultaret, Captus est, vt nos a captiuitate dæmonū auferret. Spoliatus est, vt nu

ditas primi hominis per quā mors ingressa est tegeretur. Spinis coronatus est vt nos liberaret a spinis peccatorum,vel potius vt mōstraret se cum eis coronandū, illosq; caput & coronā ecclesiæ futuros,qui spinosi erant amando vitia. Aceto est potatus, vt nos inebriaret dulcedine cœlestis desiderij & ęterni gaudij. Postremo inaltari cruci sacrificatus est,vt totius mūdi peccata deleret. Mortuus est,vt mortis captiuaret imperium. Sepultus est,vt sepulturæ sanctos benediceret, & vt nos sibi vitiis & concupiscentiis sepeliret. Hæc ergo infirmitas xpi superauit omem firmitatem mundi. Cap.7 Descendit ad inferna,vt Adam protoplastum,& patriarchas,& ꝓphetas,omnesq; iustos qui ꝓ originali peccato ibidem detinebantur liberaret: & vt de vinculis peccati absolutos,de eadem captiuitate & inferni loco,suo sanguine redempto, ad superna patriam,& perpetuæ vitæ gaudia reuocaret Reliqui qui supra originale pctm principalem culpam cōmiserunt,vt asserit scriptura,in pœnali tartaro remanserunt: sicut in persona xpi dictum est per prophetam,Ero mors tua o mors: id est,morte sua Osee.13. xps humani generis inimicam mortem interfecit,& vitam dedit. Ergo mortuus tuus inferne. Partim momordit infernum ꝓ parte eorū quos liberauit, partem reliquit ꝓ parte eorum qui ꝓ principalibus criminibus in tormentis remanserunt. Tertia die resurrexit a mortuis. Si credidisti de xpo quod dedecoris est, crede quod gloriæ est. Si credidisti quod mortis est,crede quod vitæ est. Sicut.n.in passione mysterium pœtatis est,ita in resurrectione operatio potestatis,vt ipse ait, Potestatem habeo ponē Ioad.10 di animam meam,& iterum sumendi eam. Ascendit ad cœlos,id est,conditionem naMarci.16 turæ nostræ quam ex homine matre natus assumpsit,super cœlos in dextera dei paActo.1. tris collocauit. Ascendamus & nos cum xpo interim corde,vt cum dies eius ꝓmissus aduenerit sequamur & corpore Scire tamen debemus frēs,quia cum xpo non ascendit superbia,non auaritia,non luxuria,nullum vitium nostrum ascendit cum medico nostro: Ideo si post medicum desideramus ascendere, debemus vitia vel peccata deponere. Omnes.n.quasi quibusdam cōpedibus nos premunt & peccatorum retPsal.2 bus nos ligare contendunt,& ideo cum dei adiutorio secundum quod ait psalmiPsal. 115 Dirumpamus vincula eorū: vt securi possimus dicere dño. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. Sedere ideCap. 8. dicentis est: Et quia redemptor noster assumptus in cœlum,& nunc omnia iudicans, & ad extremum iudex omnium veniet, sedere scribitur. Inde venturus iudicare 2. Cor. 5 viuos & mortuos. In ipso corpore venturus est ad iudicium, in quo ascendit ad cœlum: xpianos iudicaturus & paganos,iustos & peccatores,fideles impios. Omnes.n. vt ait Apostolus,astabimus ante tribunal xpi,vt referat unusquisque ꝓpria corporis sui prout gesserit,siue bonum,siue malum. Quam rem etiam dominus in Euange Matt.16. lio denunciat, dicens, Filius hominis venturus est in gloria sua cum angelis suis,& tunc reddet unicuique secundum opera sua. Diligenter quæso attendite frēs,& mecum pariter expauescite,quia non dixit,vt reddat unicuique secūdum misericordiā suam: sed,secundum opera. Hic.n.est misericors,ibi iustus. Nam quod non statim in peccatores vindicat,patientia est non negligentia. Non ille potentiam perdidit,sed ad pœnitentiam reseruauit. Vnde valde timendum est,ne quanto diutius spectat vt corrigamur,tanto grauius vindicet si emendari noluerimus Scire & intelligere debemus frēs charissimi,nihil esse nobis salubrius quā vt dānatis omnium psentium,rerum voluptatibus,id potius cogitemus quando erimus de hoc seculo transituri,vel quando tabernaculum corporis vltimo die superueniente deposituri, & iterum illud resurrectionis tempore recepturi, vt cum eodem recipiamus prout gessimus,siue bonum siue malum. Et ideo rogo fratres vt quotidie cogitemus,quales erimus in die iudicij purissimis anglorum conspectibus offerendi, & æterno iudici rationem de libris conscientiæ reddituri,remotis omnibus ꝓbationibus. Certum est in die illa ipsum ante se hominem constituendum,& ipsam sibi vitam in cordis speculo demonstrandam, & testes contra eam non deforis aliquando sed intus de ipsa animaꝓferendos. Adiicienda erunt non aliqua peregrina, sed nimium nota testimonia opera sua. Ordinabuntur ante infœlicem animā peccata, vel crimina sua, vt eam Psal.49. conuincat ꝓbatio,& confundat agnitio, secundum illud quod scriptum est, arguam te & statuam contra faciem tuam. Quicunque se modo dum licet emendare neg-

xerit,ante illum cœlestem populum primum excepturus erit de confusione supplicium,& animam quæ modo per pœnitentiam compendiosam transactas pecatorum suorum putredines curare dissimulat, ante illud tribunal metuendum sine vllo remedio in perpetuo tartaro manebit. Quæ cum ita sint, bene nobiscum ageretur, Cap.9 si iam nūc sic pœniteremus super malis nostris quomodo tunc sine vllo remedio pœnitebimus,si fœditates & confusiones nostras quemadmodum tūc uisuri sumus, sic iam eas nunc videre & horrere possemus. O si iam faciem nunc pecatricis animæ liceret oculis corporis intueri, & conscientiæ nostræ vultum in oculorum præsentiā permitteremur adducere: quod si liceret,nec dici potest quanto studio, quanto metu vrgereniur fœdata componere,maculata tergere, vulnerata curare. Ideoq; quia non possumus oculis corporis,inspiciamus nos inquantum possumus oculis cordis, & vnusquisque conscientiam suam ante conspectum interioris hominis constituat: ipsi nosmetipsos castigemus, ipsi nobiscum rationem de quotidiana conuersatione faciamus, ipsi nos accusemus quotidie iudici nostro, & dum in carne sumus contra ipsam carnem auxiliante domino quotidie dimicemus. Quod qui fecerit,ab auditu malo liberabitur. Qui autem contemnit,quid faciet in illo metuendo iudicij die,cū Matt.25 tremente mundo dominus,præcinentibus angelos buccinis, in illo maiestatis suæ throno circundatus cœlestis militiæ luce consederit: ibiq; de terræ gremio & antiquo puluere susciatato humano genere astante testimonio conscientię singulorum, positis in conspectu peccatorum pœnis iustorumq; ꝑmiis,rationem vitæ cœperit postulare,& plus iam iustus q̄ misericors se veritate iudicis, contemptæ misericordiæ reos cœperit accusare & dicere, Ego te homo de limo manibus meis feci, ego terre- Gene. 2 nis artubus infudi spiritum, ego tibi imaginem nostram similitudinemq; conferre dignatus sum, ego te inter paradisi delitias collocaui: tu vitalia mandata contemnens,deceptorem sequi q̄ deum maluisti. Cum expulsus de paradiso iure peccati mortis vinculis tenereris, virginalem vterum sine dispendio virginitatis parien- Lucæ. 2 tus introiui. In præsepio expositus,& pannis obuolutus iacui: infantiæ contumelias humanosq; dolores,quibus tibi similis fierem, ad hoc.s. vt te mihi similem facerem Matt. 27 pertuli: irridentium palmas & sputa suscepi, acetum cum felle bibi: flagellis cæsus, spinis coronatus,cruci affixus,uulnere perfossus,ut tu eripereris morti,animam in tormentis dimisi: En clauorum uestigia quibus affixus appendi, en perfossum uulneribus latus. Susceptos dolores tuos,ut tibi gloriam da rem suscepi mortem ut in ęternum uiueres. Conditus iacui in sepulchro,ut tu regnares in cœlo Cur quod pro te pertuli perdidisti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renunciasti? Non te ego de morte tua quæro,redde mihi uitam tuam pro qua meam dedi. Redde mihi vitam tuam,quam vulneribus peccatorum indesinenter occidis. Cur habitaculum quod mihi in te sacraueram,luxuriæ sordibus polluisti? Cur corpus meum illecebrarum turpitudine maculasti Cur me grauiore criminum tuorum cruce,q̄ illa in qua quondam pependeram affixisti? Grauior enim apud me peccatorum tuorū crux est in qua inuitus pendeo,q̄ illa in quam tui misertus mortem tuam occisurus ascendi. Cum essem impassibilis,pro te pati dignatus sum: sed tu despexisti in homine deum,in infirmo salutem, & quia post omnia mala tua ad medicamenta pœnitentiæ confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari. Qui tunc Matt. 25. erit stridor dentium, cum sanctorum multitudine ad dexteram regis & ad gloriam segregata, peccati populus in profundo tartari sine ulla miserationis ac uenię spe demersus, excludisse se tenebris suis a beata sanctorum luce viderit: & in Psal.68 profundi sinum sine fine descendens vrgente os suum puteo æterna supplicia & perpetuam mortem non moriturus aspexerit? Frustra autem a paupere, quem in Lucæ. 16 hac vita despexit: misericordiam postulabit: frustra extremum Lazari digitum,quo ardens refrigeretur, ardentibus labiis rogabit apponi. Quam vellet miser,cum paupertatis subiacuisse laboribus,& illa quę perum gloriam viderit,duris quondam paupertatis subiacuisse laboribus,& illa quę cum vita morerētur mala portasse,ne ad illa æterna mereretur supplicia peruenire. Vt ergo tam dura & tam terribilia ante illud tribunal æterni iudicis non mereamur audire, dum adhuc licet & cum dei adiutorio in potestate nostra est, consideremus conscientias nostras: & si aliqua crimina vel peccata capitalia, necdū elee- Caput.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mosynis & orationibus purgata,nobis adhuc dominari cognoscimus, portum pœni
tentiæ deuictis peccatorum fluctibus Christo iuuante festinemus intrare. Et si quid 217
in nauicula animæ nostræ multis tempestatibus peccatorum fluctibus,aut per super
biam fractum,aut per auaritiam ruptum,aut per luxuriam resolutum esse cognosci A
mus cóponere vel reparare bonis operibus festinemus. Studeamus iugiter vitiorum
exhaurire sentinam Non enim nocent peccata præterita, si non placent præsentia.
Sicut enim nulli iustorum sufficit iustitia sua,si non perseuerauerit vsq; in finem,ita
nulli peccatorum nocere poterit iniquitas sua,si antequam de corpore isto discedat,
ad eleemosynarum remedia vel ad pœnitentiæ medicamenta confugerit. Sed quia
quando vel qua hora de hoc seculo rapiamur scire non possumus, sine vlla dilatione
vel mora de sinistra fugere festinemus ad dexteram. Non sanitati,non ætati credeu
dum est. Non in remedium salutis suæ semper finis tardandus est,qui vitæ suæ sem-
Ezec. 3. & per incertus est,quia qui securos facit dicendo,Peccator in qua die conuersus fuerit,
33. omnes iniquitates illius obliuioni traduntur: ipse nos etiam cautos voluit, dicens,
Nolite tardare conuerti ad dominum,nec differatis de die in diem. Conuertamur er-
go ad meliora,dum in nostra sunt potestate remedia Hic extinguamus mortem mo-
riendo peccatis,hic vitam vitæ meritis acquiramus. Hæc ergo fratres dilectissimi sa-
pienter ac fideliter cogitantes,ad pœnitentiæ remedia confugere festinemus, & per 217
castitatem vel humilitatem,per opera iustitiæ ac misericordiæ, æterna nobis apud B
Cap.2 deum comparemus. Sed vt ad id redeamus vnde digressi sumus, sequitur in hoc sanc
to symbolo, Credo in spiritum sanctum. Aduertite q̃ sicut in patrem, ita & in filiũ
in spiritum sanctum sit credendum. Nam qui vel in vnam de trinitate personam nõ
crediderit,in duabus illi credidisse nõ proderit Fides nanq; catholica hæc est, vt vnũ
deum in trinitate,& trinitatem in vnitate veneremur, credamus & colamus & confi
teamur. Et in hac trinitate nihil prius aut posterius,quia sicut nunquam pater sine
filio,nec filius sine patre,sic & nunquam fuit pater & filius sine spiritu sancto. Coæter-
na ergo est sancta trinitas,& inseparabilis vnitas,sine initio & sine fine. Nihil maius
aut minus, Aequalitatem personarũ dicit,quia sancta trinitas æqualis est, & vna est
Roma.1. deitas. Apostolo dicente atque docente. Per ea quæ facta sunt intellecta conspicitur
tur,& per creaturam creator intelligitur,secũdum has comparationes & alias quam
plures. Sol,candor,& calor,& tria sunt vocabula,& tria vnum. Quod candet,hoc ca-
let,& quod calet,hoc cãdet: tria hęc vocabula,res vna cognoscitur: ita pater & filius
& spiritus sanctus,tres personæ in deitate vnum sunt,& individua vnitas recte credi-
tur. Item de terrenis,vena,fons,fluuius,tria hæc vocabula,& tria vnum in sua natu-
ra: ita trium personarum patris & filii & spiritus sancti substantia & deitas vnum est. 217
Neque patris persona,neq; spiritus sancti,sed sola filii suscepit carnẽ. Et vt hoc intelC.
ligas,comparationibus vtar. Certe vt intelligas ex creatura creatorem in anima est
& ratio: & cum sint unum,aliud agit anima aliud,ratio: anima viuimus,ratione sapi
mus. Ita pater & filius & spiritus sanctus,cum sint una substantia, tota trinitas opera
ta est hoiem,quẽ assumpsit non tota trinitas,sed sola persona filii. Et licet ipse dei fi-
lius & homo esset,homo tantum passioni subiacuit. Sicut uerbi gratia, uidemus ar-
borem splendorem solis in se habentem,& cum inciditur,uidemus quia ictus ferien
tis ferri splendorem solis excipit priusquã pertingatur lignum: sed splendor cum ibi
sit,non potest nec incidi,nec a dolante separari. Sic etiam diuinitas nec separari po-
test nec incidi. Illud autem passioni subiacuit,qđ sicut lignũ & ligari possit & tene-
ri. Igitur sicut in patrem & filium,ita & in spiritum sanctum credere debemus. Hæc
est charissimi inoffensa regula ueritatis,ut quorum unum est & unum sunt,a nobis,
Ioan.16 non separentur in terris. Nã sicut diuinitati nihil de creaturis æquari potest,ita om-
Ioan.15. nem diuisionẽ & inæqualitatem natura diuinitatis excludit. Secundum enim Euan
gelicã ueritatẽ,sicut filius a patre exiuit,ita & spũs scts a patre,procedit: & sicut unige
Exod.33. nitus filius dei est,ita & spũs scts dei est,& sicut pr̃ cui uult miseretur,& filius cui uult
Mat.11 patrẽ reuelat,ita etiã spũs scts & inspirare legitur,cui vult & dona cœlestiũ gratiarũ 217
1. Cor.12 diuidere,cui uult. Vñ bene eiusdẽ spũs grã septiformis a Propheta describitur,gaD
Esa.11. mirũ & p eius inspirationẽ ad requiẽ puenitur,& in eius plena perceptione ac uisione
Ioan.14 requies uera possidetur,De quo recte promittitur,Ipse uos docebit oia,quia nisi illẽ
spiritus

spiritus cordi asit audientis,otiosus est sermo doctoris, Nemo docenti homini tri-
buat quod ex ore docẽtis intelligit,quia nisi intus sit qui doceat, doctoris lingua ex
terius inuacuũ laborat. Vnde quia sine eo nihil boni agere possumus,ipso opitulan-
te tales nos reddamus ad quos spiritus sanctus aduenire, & in quibus habitare digne
tur. Sanctam ecclesiam catholicam. Sciendum est q̃ ecclesiam credere, non tamen in Cap.22
ecclesiam credere debemus,quia ecclesia non deus,sed domus dei est. Catholicã di-
cit toto orbe diffusam,quia diuersorum hæreticorum ecclesiæ ideo catholicæ dicun
tur,quia per loca atq; per suas quasq; prouincias continentur. Hæc vero a solis ortu
vsque ad occasum vnius fidei splẽdore diffunditur. Nullæ sunt maiores diuitiæ, nul
li thesauri,nulli honores,nulla huius mundi maior substantia quam est catholica fi
des,quæ peccatores hoies saluat,cæcos illuminat, infirmos curat catchumenos ba-
ptizat,fideles iustificat,pœnitentes reparat,iustos augmentat,martyres coronat, cle
ricos ordinat,sacerdos consecrat,regnis cœlestibus præparat,& in æterna hæredita-
te cũ angelis sanctis communicat. Quisquis ille est,& qualiscunque ille est,xp̃ianus
non est qui in Christi ecclesia non est. Sola quippe est per quam sacrificiũ dominus
libenter accipiat,sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiã de agni
hostia dominus præcepit dicens,In vna domo comedetis, nec efferetis de carnibus
eius foras. In vna nãque domo agnus comeditur,quia in vna catholica ecclesia vera Exo.12.
hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina iussio efferri foras prohi- 24.q.1.
bet,quia dari sanctum canibus vetat. Sola est in qua opus bonum fruuctuose peragi Quiaex so
tur,vnde mercedem denarii non nisi qui intra uineam laborauerunt acceperunt. So la.
la est quę intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuii ar Mat 7.
cam quidem ad sublimiora sustulit,omnes autem quos extra arcam inuenit, extin- Mat.20
xit. Sola est in qua mysteria superna veraciter contemplemur. Vnde ad Moysen do- Gene.7
minus dicit,Est locus apud me,& stabis supra petram. Et paulo post, Tollam manũ Exod. 33.
meam videbis posteriora mea. Quia enim ex sola catholica ecclesia veritas conspici- 24.q.1.
tur,apud se esse locum dominus perhibet de quo videatur. In petra Moyses ponitur Quiaex so
vt dei spẽs completur,quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit,diuinam præsentiam la.
non agnoscit. Auelle,inquit,radium solis a corpore, diuisionem lucis vnitas non ca-
pit. Frange ramum ab arbore,fractus germinare non poterit. A fonte præcide riuum
precisus arescit. In his Cypriani verbis intelligimus lucem non capere diuisionem, Cypriani.
nisi in sanctis regno dei prædestinatis,qui diuidi ab ecclesia nullo modo possunt: &
non germinarè ramum fractum salutis æternę germine accipimus. Ariditatem vero
riui a fonte præcisi,in eo q̃ spiritu sancto vacuantur qui ab vnitate separantur agno
scimus. Sanctorum cõmunionem,i. cum illis sanctis qui in hac quam susćepimus fi Cap.13
de defuncti sunt,societate & spei cõmunione teneamur. Si igitur cum sanctis in ęter
na vita cõionem habere volumus,de imitatione eorum cogitemus. Debent enim in
nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignentur domino sup-
plicare. Si enim tormenta quæ sancti pertulerunt ferre non possumus,vel contra ma
las concupiscentias,ipsis intercedẽtibus repugnemus. Nam nec Abraham, nec Isaac,
nec Iacob occisi sunt,& tamẽ fidei & iustitiæ meritis honorati inter patriarchas pri-
mi esse meruerunt. Ad quorum conuiuium congregatur, quisquis fidelis & iustus &
laudabilis inuenitur. Vnde & nos fratres charissimi etiam si nil tale perpetiamur, si
non vincula,nou verbera,non carceres non supplicia corporis alia, nullam hoium
persecutionem propter iustitiam toleramus,societatem tamen sanctorum obtinere
valebimus,si castigare corpus nostrum & seruituti subiicere curamus, si in spiritu
humilitatis & in anima contrita domino supplicare assuescimus,si illatas a proximo
contumelias placida mente susćidere satagimus,si & eos qui nos odio habẽt qui iniu
rias nobis inferũt,diligere,his benefacere,& pro horum vita & sospitate gaudeamus
exorare,si cum uirtute patientię bonorum quoq; operum fructibus adornari con- Rom.1
tendimus. Taliter etenim cõuersantibus nobis,& corpora nostra, iuxta Apostoli vo
cem,hostiam viuentem,sanctam, deo placentem exhibentibus, cœlesti dignatione Luc.115
conabimur, vt communi cum eis qui membra sua in mortem pro domino dederunt
gloria remuneremur: quia sicut mors illorum,sic & vita nostra prætiosa sit in cõspe
ctu domini,diruptis q̃ vinculis carnis & ipsi atria supernæ ciuitatis intrare atq; inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

choros beatorum martyrum vota gratiarum redemptori nostro rederе merebimur. Hæc sunt vestigia quę nobis sancti quiq; reuertentes in patriam reliquerunt, vt illorum semitis inhærentes sequeremur ad gaudia. Cur non properamus & currimus, vt patriam nostram videre possimus? Magnus illic charorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum frequens nos & copiosa turba desiderat, iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute solicita. Ad eorum cōplexū & cōspectum venire, quanta illis & nobis in commune lætitia est? Illic Apostolorum glorioſus chorus. Illic Prophetarum exultantium numerus insignis. Ibi martyrum populus innumerabilis ob certaminum victoriam coronatur. Illic clarissima virginum turba lætatur, illic etiam confessorum fortitudo laudatur. Sed etiam illorum remuneratio censetur qui præcepta dominica seruantes, ad cœlestes thesauros terrena patrimonia transtulerunt. Quę autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernę ciuitatis quanta sint gaudia, angelorum choris interesse, cū beatissimis spiritibus glorię conditoris assistere, præsentem dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre nullo mortis metu affici, incorruptionis ppetuę munere lætari? Ad hos electos dei auida cupiditate properemus, vt cum his cito esse, & cito nos ad Christum conuenire contingat, ad eum quem huius itineris ducem habemus, salutis authorem, lucis
Cap.14 principem, lętitię largitorem. Remissionem peccatorum. Credenda est præcipue fratres peccatorum remissio, quia hoc vnum remedium est, quod hominū genus a sententia perpetuæ mortis absoluat. Idcirco vnigenitus altissimi dignatus est carnē assumere, contentus est cruce, vt te qui crimina tua euadere non poteras, indulgentia faceret innocentem. Ideo immaculatus occisus est agnus, vt eius cruore humani generis macula tergeretur. Miror autem quosdam sic obstinatos esse vt dandam nō putent lapsis pœnitentiā, aut pœnitentibus existiment veniam denegandam, cum scriApoc.2 ptum sit, Memento unde excideris & age pœnitentiam, & fac priora opera. Vtiq; eiTobię 4 dicitur, quem constet excidisse, & quem dominus hortatur per opera rursus exurgere, quia scriptum est, Eleemosyna a morte liberat, & non vtique ab illa morte quam
Sap.1 semel Christi sanguinis extinxit, & aqua nos salutaris baptismi & redemptoris ipsti gratia liberauit: sed ab ea quæ per delicta postmodum surrepsit. Nam cum scriptum sit. Dns mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum: vtique qui nemine vult perire, cupit peccatores pœnitentiam agere, & per pœnitentiā denuo ad vitam redire. Ideo & per Iohel prophetam clamat & dicit, Et nunc dicit dominus deus
Iohel.2 vester, Reuertimini ad me ex toto corde vestro, simulq; in ieiunio, & fletu & planctu, & scindite corda vestra & non vestimenta vestra, & reuertimini ad dominū deū vestrum, quia misericors & pius est & patiens & multæ miserationis, & qui sententiam
Mat.7. flectat aduersus malitiam irrogatam. Dns quoque in Euangelio pietatem dei patris ostendens ait. Quis est ex vobis homo quem si petierit filius eius panem, nunquid lapidem porriget ei? Aut si piscem postulauerit, nūquid serpentem illi porriget? Si ergo cum sitis mali, scitis bona data dare filiis uestris, quanto magis pater vester de cœlo dabit spiritum bonum petentibus eum? Comparat hic dominus carnalem patrem, & dei patris æternam largamq; pietatem. Quod si iste in terris nequam pater offensus grauiter a filio peccatore & malo, si tamen eū postmodum viderit reformatum, & depositis prioris vitæ delictis, ad sobrios & bonos mores, ad innocentiæ disciplinā pœnitentię dolore correctum, gaudet & gratulatur, & susceptum quem ante perdiderat cum uoto paterno exultationis amplectitur, quanto magis unus ille & uerus pater bonus, misericors, pius, imo ipsa bonitas & misericordia & pietas, lętatur in pœnitentia filiorum suorum: nec irā pœnitentibus aut plangentibus & lamentantibus nec pœnam cominatur, sed veniam magis & indulgētiam pollicetur? Si tm potuit diabolus ut de excelsis uirtutum fastigiis in profundum te duceret malorum, quanto magis poterit deus te ad summum bonorum uerticem reuocare, & non solum in id reCa.15 uocare quod fuisti, sed & beatiorem multo quam prius uidebaris efficere? Tantum
Proue.18. ne concidas animo, neque spem tibi abscindas bonorum, ne quęso accidat tibi quod impiis solet. Non enim peccatorum multitudo adducit in desperationem, sed immensitas. Et propterea Salomon non dixit, quia omnis qui uenerit in profundum malo-

rum contemnit: sed impius inquit si uenerit in profundum malorum contemnit. Impiorum ergo est desperare salutem, & contemnere cum in profundum venerint malorum, non peccatorum. Impietas enim non sinit eos ad deum respicere, illuc redire vnde dilapsi sunt. Ista ergo cogitatio quæ spem conuersionis abscidit, ab impietate descendit, & sicut lapis grauissimus ceruicibus animæ incumbens, semper eam deorsum in terram cogit aspicere, ad deum vero suum oculos non sinit leuare. Sed virilis animi est & præclaræ mentis deiicere a ceruicibus animæ suæ inimicum pondus: imo deprimentem se diabolum abiicere, & imperare animæ suæ, vt canens verba prophetica dicat dominum, Sicut oculi seruorum in manibus dominorū suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suę, ita oculi nostri ad dominū deum nostrum donec misereatur nostri. Miserere nostri domine miserere nostri, quia multum repleti sumus despectione. Preclara vere in his verbis & cœlestis philosophiæ doctrina est. Repleti sumus, inquit, despectione, hoc est quod docere nos voluit, quia & si peccatorum nostrorū multitudine repleti sumus, despectione atque opprobriis cooperti, oculi tamen nostri ad dominum deum nostrum sint, donec misereatur nostri. Nec prius ab obsecratione cessemus, quam impetrare peccatorū veniam mereamur. Hoc enim vere constantis animæ est & pertinacis, vt nequam repellatur de perseuerantia poscendi desperatione impetrandi: sed perseueret ac persistat in obsecrationibus donec misereatur ei. Et ne forte arbitreris te offensam magis contrahere
Luc.11. apud deum, si cum non merearis audiri importunus persistas in precibus, recordare Euangelii parabolam, & ibi inuenies quod perseuerantes & importunos præcatores dominus non sibi ostendit ingratos. Ait n. Et si non dabit ei propter qđ amicus eius est, pp improbitatem tamen eius surget, & dabit ei quantum opus habet. Intellige charissime ergo quia propterea diabolus desperationem subiicit impetrādi, vt spem bonitatis dei nobis abscidat, quæ est dux itineris quo itur ad cœlum. Sicut autē pro morte communi philosophicum est a lachrymis temperare, ita in animę mora consolationem recipere & insipiens & irrelligiosum duco. Quinimmo & ignauiæ nos arguendos puto, si cum lamentatores corporum mortisq; communis tam dure & tam tam vehementer hoc faciant, cum sciant & certi sint nihil prodesse fletus suos ad vitam defuncti, nos nihil tale pro aiæ lamentatione faciamus, quam restitui in statū Cap.16 sum per pœnitentiam nouerimus. Scimus n plures prolapsos ab itinere recto, & precipitatos ab ingressu viæ angustę, & ita rursus reparatos esse, vt posterioribus priora tranſierint, atque ad palmam peruenerint & coronam, numeroq; rursus & choro adscripti credantur esse sanctorum. Et nolo putes quia de his sermo mihi sit tantū qui in paucis & leuibus peccauerunt, de illo loquor qui omnibus succubuit malis, qui immanitate scelerum viam sibi excluserit regni cœlorum, & non de infidelibus sed de fidelibus fuerit, & ex his qui prius placuerunt deo, post hæc autem ceciderunt, vel in adulteria, vel in omnes impudicitias, quę, vt Apostolus Ephe.5 ait, turpe est dicere. Nunquam enim spernit pœnitentiam si ei syncere & simpliciter offeratur, suscipit, libenter accipit, amplectitur, facit omnia quatenus eum ad priorem statum reuocet, quod quia est adhuc præstantius & eminentius, etiam siquis non potuerit explere omnem satisfaciendi ordinem, quantulamcunque tamen & quamlibet breui gestam non respuit pœnitentiam, suscipit etiam ipsam nec patitur quāuis exiguæ conuersionis perire mercedem. Hoc enim mihi uidetur Esa.54. indicare Esaias, vbi de populo Iudæorum quædam talia ait, Propter peccatū modicē contristaui te, & percussi te, & auerti faciem meam a te, & contristatus es, & ambulasti tristis, & consolatus sum te. Hæc igitur habentes exempla pœnitentiæ non perseueremus in malis, nec desperemus reconciliationem, sed Esa.59. dicamus, Etiam nos redeamus ad patrem & approximemus deo. Nunquam crede mihi auersabitur ad se conuersum. Ipse enim dicit, Deus appropians ego sum, & non deus de longe. Ee iterum per eundem Prophetam, Peccata, inquit, separant inter me & uos. Si ergo peccata sunt quæ nos separant a deo, auferamus mediū istud obstaculum, & nihil est quod non prohibeat coniungi deo. Propterea n. creauit nos deus, & esse nos fecit q nō eramus, ut æterna in nos conferat bona, & pstet regna cœlorū. Non n. nos ad hoc fecit, ut gehēnæ nos traderet ignię ppe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuo rẽgnum cœlorum ptopter nos,gehenna propter diabolum facta est. Et hæc ita
Matt.25 esse ex Euangeliis doceam Ipse.n.dominus dicit his qui a dextris eius erunt,Venite
benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.
Illis autem qui a sinistris eius erunt,dicet,Discedite a me maledicti in ignem eternũ E
qui paratus est diabolo & angelis eius. Si ergo gehenna ignis ,ppter diabolum,pro-
pter hominem aũt regnum cœlorum a constitutione mundi præparatum est: tantũ
est ne nosmetipsos ab ingressu bonorum persistendo in malis pertinaciter excluda-
mus. Donec.n. sumus in hac vita quantacunque nobis acciderint peccata, possibile
est omnia ablui per pœnitentiam. Cum autem abducti fuerimus ab hoc seculo,ibi
iam etiã si pœnitebit nos: valde.n.nos pœnitebit,sed nulla erit vtilitas pœnitẽtiæ:
& licet sit stridor dentium,licet vlulatus & fletus,licet fundamus preces & innume-
ris obsecrationibus proclamemus,nemo audiet,nemo subueniet, nec extremo qui-
dem digito aquam quis infundet linguæ nostræ positæ in flammis: sed audiemus il
Lucæ.16 lud quod dixit ille audiuit ab Abraham, Quia chaos magnum firmatum est inter
Cap.17 nos & vos,& neque hinc illuc transire quis potest,neque inde huc. Respiscamus
ergo tandem, & recordemur quid profuerit illis qui in luxuria corporis & præsentis
vitæ voluptatibus vsque in diem vltimum permanserunt. Intuere nunc sepulcra eo
rum,& vide si est in eis aliquod iactantiæ suæ vestigium,si aliqua diuitiarum vel lu
xurię signa cognoueris.Require nũc vbi vestes & odoramẽta peregrina,vbi specta-
culorum voluptas, vbi assectarum turbæ, & conuiuiorum cessit opulentia risus, lo-
cus,& immoderata atque ineffrenata lætitia quo abiit,quo abscesit. Vbi illa nunc,
& vbi ipsi.Quis finis vtrorumq;.Intuere diligentius,& accede ,ppius ad singulos se
pulcra Vide cineres solos,& vermium fœtidas reliquias, & recordare hunc corpori
esse finem etiam si in delitiis & lætitia,si in labore & continentia transegerint vitam.
Nam si res omnis omnisq; causa vsque ad cineres veniret & vermes,parua penderen
tur hæc damna,& quæ facile possit excusare naturæ conditio.Nunc autem conuer-
te tuos oculos ab istis cineribus & sepulcris, & reuoca cogitationẽ tuam ad illud di-
Matt.25. uini iudicij tribunal horrendum,quod ardens fluuius flammeis ambit fluentis, vbi
Esai.66. fletus & stridor dentium,vbi tenebræ exteriores,vbi ille vermis conscientiæ,qui nũ
Marci.9 quam moritur,& ignis qui nunquam extinguetur. Recordare parabolam Lazari,&
Lucæ.16 diuitis illius qui opuntãtarũ dominus,qui purpura indutus & bysso unam nunc-
quæ guttam inuenire non potuit,cum esset in ardoris necessitate constitutus. Dic
quæso te,quid plus habet vita ista q̃ somnium? Sicut.n.hi qui in metallis constituti
vel condemnati,vel in alia qualibet pœna positi, cum forte post multum duræ vitæ
paululum relaxati fuerint in somnium, & vident se inter plures dapes positos,epu-
lis copiosissimis perfrui,vbi vero surrexerint, nihil sibi gratię delectatione somnij
inuenerint resedisse:ita & diues ille quasi somnium habuit huius vitę: vbi discessit,
Cap.18. nihil cum illo nisi præteritorum pœnitudo & præsentium pœna permansit. Hæc
recordare,& ignem illum gehennæ his qui se nunc exagitant flammis libidinis & cu
piditatis oppone. Ignis hic qui in præsenti est vita absumit cuncta quæ recipit,ille
vero quos susceperit semper cruciat,& pœnæ suæ semper integros seruat.Propterea
enim & inextinguibilis dicitur, non solum quia ipse non extinguitur, sed quia nec
eos quos susceperit extinguet aut perimet. Scriptura etenim dicit,quia & peccatores
induent incorruptionem.s.non ad honorem vitæ,sed ad diuturnitatem supplicij fu-
turam.Huius autem pœnę & ignis illius potẽtiam,nulla vox exponere,nullus po-
Matt.25. terit sermo explanare. Nihil est.n.in rebus corruptibilibus quod conferri possit in-
corruptibilibus siue bonis siue malis. Ibi quid agemus? Quid respõdebimus? Nihil
erit nisi stridor dentium,nisi vlulatus & fletus, & sera pœnitẽtia, cessantibus undiq;
auxiliis,& vndique inualescentibus pœnis: sed solatium quidem nullum.Nullus ibi
occurret oculis nostris,nisi soli pœnarum ministri,& facies dira tortor. Ver. has pœ
nas hos cruciatus non solum euadere,sed etiam ęternam beatitudinem, si modo de
Cap.19 malis nostris pœnitentiam agimus, possumus acquirere. Vides quanta est virtus
pœnitentiæ: Vides quantum meriti conuersio reparauit? Corrumpitur aũt pœnite-
Eccl.34 tia,si eisdem quis pro quibus cõfitetur,rursus inuoluatur malis. Vnus.n inquit,ę-
dificans & alius destruens,quid cõsequentur nisi laborem? Et qui baptizatur a mor

tuo, & iterum tangit mortuum, quid ,pficit in lauacro suo? Ita & homo qui ieiunat
pro peccatis suis,& iterum vadit & eadem agit,orationem eius quis exaudiet? Et ite
rum dicit,Qui redit a iustitia ad peccatum,dominus præcipitat eum in gladium. Et
sicut canis cum reuertitur ad vomitum odibilis fit, ita & stultus cum reuertitur ad Prou.26
peccatum suum. Sed nunc quid dicamus ausculta. Sæpe accidit vt per pœnitentiam
quis multa & magna correxerit,inter hæc tamen bona quæ per pœnitentiam corre-
xit & peccata cõmisit. Et hoc est quod maxime desperationem inducit animo, quia
videtur hic destruxisse quod ædificauerat, & omnes illos labores inaniter effudisse.
Et hæc est cogitatio quæ p̃cipue aĩæ pondus desperationis imponit. Sed illud rur-
sus oportet cogitari, per quod pessima & inimica vitę nostræ cogitatio ista repella-
tur,quia illa bona q̃ egimus,& emendatio illa q̃ per pniam quæsita est nisi fuisset,&
velut contrarium pondus ponderi huic quod ex peccato nobis introductum est ob
stitisset nihil fuerat quod in ,pfundum malor. nos decidere ,phiberet. Nunc autem si
cut fortis quædam lorica iaculum graue & amar. non permisi vsque ad vitalia visce
rum penetrare,sed vim lætalis teli maximam fregit. Certum est.n.quia qui fert secũ
illuc plura opera bona & plura opera mala in ipsis pœnis habebit aliquid refrigerij:
qui autem bonorum operum nihil habet, malorum autem secum multam copiam
defert,quid eum maneat non opus est dicere. Erit.n.ibi sine dubio cõpensatio bono
rum malorumq;,& velut in statera posita vtraque pars. Quæ demerserit,illa sibi eo-
rum quo momentum vergitur operarium vendicabit. Si ergo malorum multitudo
superauerit,operarium suum pertrahit ad gehennam. Si vero maiora fuerint opera
bonorum,summa ui obsistent & repugnabunt malis,atque operatorem suum ad re
gionem viuorum ex ipso etiam gehennæ confinio reuocabunt. Hæc ergo frẽs cha-
rissimi si attentius voluerimus cogitare, remedia nobis in die necessitatis acquira-
mus,vt cum dies iudicij venerit,no cum impiis & peccatoribus puniamur, sed cum
iustis & deum timentibus ad æterna præmia fœliciter veniamus, Amen.

In eadem vigilia,De expositione orationis dominicæ ad neophytos. Serm. II.

DVo sunt charissimi quæ principaliter attendere debet humana circũspectio, & Serm.182.
dignitatem suæ conditionis,& excellentiam suæ reformationis. Dignitatẽ suæ
conditionis,ut peccare timeat: excellentiam redẽptionis, vt gratię redimentis ingra Duo atten
tus non existat. Sola quippe voluntate redemptoris homo de terræ vilitate subleua- dere debe-
tus est,& ad dei similitudinem priuilegio rationis sublimatus est. Hanc miser homo mus.
perdidit,cum diabolica persuasione seductus,a conditoris sui instituto superbien-
do recessit. Quem lapsum psalmista considerans,quasi dolendo dicebat, Homo cum Psal.48
in honore esset non intellexit,cõparatus est iumentis insipientibus & similis factus
est illis. De summa erectione proprio arbitrio corruens merito vltima deiectione dã
natus est,qui per se cadere potuit,sed per se resurgere non valuit. Hunc casum plan
gere habet quotidianis lamentis humana fragilitas, quatenus eo redeat per quoti-
diana lamenta vnde corruit per vana oblectamenta, & quæ cecidit pede superbiæ,re Psal.35
surgere studeat pede obedientiæ. Hoc attendens Psalmista dicebat,Non veniat mihi
pes superbiæ, & ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem, expulsi sunt nec potue-
runt stare. Expulsi sunt ab intima quiete nec potuerunt stare.i. perseuerare, sicut p Psal.77
eundem Psalmistam de eisdem dicitur, Quia caro sunt spiritus vadens & nõ rediẽs.
Ad hanc ergo reuersionem siue resurrectionem necessaria fuit medicinalis gratia re
demptoris,quæ sanaret humilitate quod corruptũ fuerat elatione superbiæ. Assum
pſit ergo verbum dei formã serui in qua posset conseruos verbo instruere,& ad exẽ-
plum vitæ suę morum disciplina informare. Humilitatẽ quippe & obedientiam ver-
bo & exemplo insinuabat,quando discipulis exhortando dicebat, Tollite iugũ meũ Matt. 11
super vos,& discite a me quia mitis sum & humilis corde. Iugum.n.meũ suaue est,
& onus meum leue. Iugum.n.eius obedientiæ merito est suaue,cui seruire est regna
re: & onus p̃ceptorum leue,quod non premendo grauat, sed adimplendo per gratiã
adiuuat. Insinuauit etiam verbo sobrietatem,vbi dixit,Non g-auentur corda vestra Lucę. 21
in crapula & ebrietate. Docuit exemplo qui turbam se comitantem non refecit sum-
ptuosis delitiis,sed panibus hordeaceis. Docuit etiam intentionem nostram ad in- Ioan. 6.

terna bona dirigens qualiter esset ieiunandū quando dixit, Cum ieiunatis, nolite
Matt. 6 fieri sicut hypocritę tristes. Illos notans qui luctuosis sordibus rigorē simulant abstinentiæ, vt videantur hominibus ieiunantes. Qualiter etiam sit facienda eleemo-
syna, silentio p̄terire noluit vbi dixit, Cum facis eleemosynā, nesciat sinistra tua qd 119
faciat dextera tua. Hoc documento insinuans, quia eleemosynam & omne opus mi- A
sericordiæ quod facimus non venando laudes hoium, sed pp intentionem vitę æter
næ, quæ per dexteram significatur, facere admonemur. Qualiter quoq; esset orandū
admonuit vbi ait, Tu aūt cum oraueris intra in cubiculum. i habeto cor quietum &
ab omni tumultu exteriorum liberum, & clauso ostio. i. exclusa phantasmatum tur-
ba, ora patrem tuum. Ecce dictum est qualiter sit orandum, addit etiam quid sit orā-
Matt. 6 dum, ita subiungens. Sic aūt orabitis, Pater noster qui es in cœlis &c. Hæc oratio cō
pendiosis verbis. i. septem petitionibus omnes species orationis comprehendit, qui-
bus deum interpellamus, aut p̄ appetendis bonis, aut p̄ vitandis malis, aut p̄ defen-
dis commissis. Harū septem petitionum tres prius positæ pertinent ad æternitatem,
quatuor sequentes ad vitę p̄sentis necessitatem. Nam nominis dei sanctificationem
& aduentum eius quo in claritate venturus est, & completa voluntate eius sicut in
cœlo & in terra, siue iustos & peccatores, siue aiam & corpus, siue xp̄m & eccleſiā in-
telligamus, quanuis ab humili aduentu xp̄i exordium sumant, tamen non nisi secu
li terminatione complebuntur. Et omnia tria in æternum manebunt. Reliqua aūt
quatuor ad hanc vitam temporalem pertinere videntur, quia & panis quotidianus 120
& spiritalis, licet sit sempiternus, ad hoc tantum tempus pertinet inquantum mini B
stratur animæ quibusdam signis & dictis vel scriptis, & ideo panis dicitur, quia labo
rando & differendo discitur, & ita quasi mandendo glutitur. Nunc quoque peccata
dimittuntur nobis, & nos dimittimus aliis, quę est inter quatuor secunda petitio: &
nunc tentationes vitam nostram infestant, & ipsa liberatio a malo ad hanc vitam
pertinet, quia dei iustitia mortem incurrimus, vnde ipsius misericordia liberandi
sumus. Quæ cum ita sint, ipsarum petitionum verba diligentius pertractanda
sunt. vt intellecta & maiorem generent cordis affectum, & quod petitur ad velocio
rem perducatur effectum. Dicamus ergo, Pater noster, cui non timore sed amori
Matt. 6 famulamur. Non hoc populo priori dictum est vt patrem oraret, sed dominus in-
sinuatus est eis, cui nō filiali, obediebāt amore, sed seruili subiiciebantur timore. Ad
monentur autem hoc verbo diuites & nobiles, cum Christiani facti fuerint, quate-
nus se non extollant aduersus pauperes & ignobiles, quoniam simul dicunt, Pater
noster, quod vere ac pie dicere non possunt nisi se fratres esse cognoscant. Hoc no-
mine & charitas excitatur, quia filiis nihil charius debet esse quām pater: & supplex
affectus cum homines dicunt, Pater noster: & quædam impetrandi p̄sumptio 121
quod petitur, cum etiam ante petitionem tam magnum donum accepimus, vt pos- C
simus dicere, Pater noster. Quid enim iam non det filiis petentibus pater, qui
iam hoc ipsum dedit vt essent filij? Postremo quanta cura animum eius tangit qui
dicit, Pater noster, vt tanto patre non sit indignus? Vtatur ergo populus nouo te-
stamenti voce, populus nouus ad æternitatem vocatus, Pater noster. Oratio fra-
terna est, non dicit, pater meus tanquam pro se tantum orans, sed, Pater noster, om-
nes videlicet vna oratione complectens qui se in Christo fratres esse cognoscunt.
Philip. 3. Qui habitas in cœlis, id est, in his quorum conuersatio est in cœlis. Et accommo-
datissima est ista similitudo, vt tantum spiritaliter distare credatur inter iustum
& peccatorem, quantum distat corporaliter inter cœlum & terram. Peccatori e-
Gene. 3 nim dictum est, Terra es & in terram ibis. Cuius rei significandæ gratia cum ad
orandum stamus, ad Orientem vertimur vnde cœlum surgit, non ideo quòd ibi
sit deus tanquam cæteris mundi partibus relictis, sed vt admoneatur animus ad
excellentiorem naturam consurgere, id est, ad deum. Iam quid petendum sit, at-
Matt. 6 tendamus. Sanctificetur nomen tuum. Quod non sic petitur quasi non sit san- 122
ctum dei nomen, sed vt sanctum habeatur ab hominibus, & ita innotescat illis B
deus vt existiment aliquid sanctius non esse, quo magis timeant eum offendere D
Amos. 9 re, quia iustum est nomen dei sanctificare & deum timere, de quo dicitur, Do-
Eccli. 1 minus nomen illi. Hic timor primo gradu est inter beatitudines, de quo di-

citur, Initium sapientiæ timor domini. Et alibi, Timor domini sanctus per- Psal. 18
manens in seculum seculi. Sequitur, Adueniat regnum tuum. i. manifestetur mun- Mat. 6
do. Sicut p̄sens lux absens est cæcis, ita dei regnum quāuis vbique sit, deest tamen
ignorantibus: vel ita, vt tu in nobis, & nos in te, te donante regnemus. Hęc petitio ad
pietatem pertinet, quę est secundo gradu inter beatitudines. Sic. n. pietas est, qua bea Mat. 5
ti sunt mites. Petamus vt veniat regnum dei in nos. i. miteſcamus & non resistamus.
Sequitur, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. i. sicut in angelis, ita in hoibus: Mat. 6.
& sicut in iustis, ita & in peccatoribus: vel ita consentiat caro tuę voluntati, sicut cō
sentit spiritus. Hęc petitio ad sciam pertinet, quæ tertio gradu est inter beatitudines. Mat. 5
Nam sic scia est, qua beati sunt qui lugent. Oremus vt fiat voluntas dei sicut in cœ-
lo, ita & in terra. i. vt consentiat caro spiritui, quia non aliunde tantum dolorem ha- Galat. 5.
bet humana miseria, quantum inde q̄ caro concupiscit aduersus spiritū, & spiritus
aduersus carnem, vt cum Apostolo exclamare cogamur, Infœlix ego homo quis me Rom. 7.
quis me liberabit de corpore huius mortis? Sequitur quarta petitio, Panem nostrū
quotidianum da nobis hodie. Potest & simpliciter intelligi de corporali cibo, & spiri
taliter de pane diuini verbi. Si de corporali agitur, non extendit petitionem suam in
longum iste orator, sed p̄ceptū sequitur Euangelicum, vbi dicitur, Nolite cogitare Mat. 6
de crastino. Crastinus. n. dies ipse cogitabit sibi, Sic & beatus Apostolus monet, Ha- 1. Tim. 6:
bentes uictum & tegumentum, his contenti simus. Si vero spiritaliter accipias panē
istum, vel ipsum Christum intellige qui est supersubstantialis animæ panis, quia
omnem superat substantiam, qui de seipso ait, Ego sum panis uiuus qui de cœlo de- Ioan. 6
scendi. Vel ipsum intellectum verbi diuini qui nobis necessarius est ad reficiendas
ruinas animæ, donec cognominatur hodie. Hæc petitio ad fortitudinē pertinet, quæ
quarto loco ponitur ascendentibus ad summam beatitudinem. Sic. n. fortitudo est, Mat. 6.
q̄ beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Orandum nobis est vt detur nobis
iste panis quotidianus, quo confortati ad illam perfectam saturitatem venire possi-
mus. Sequitur, Et dimitte nobis debita nostra. Forte peccauit in te aliquis, dimitte il Mat. 6
li veniam a te petenti, ne dum fratri negas miam, tibi claudas patris indulgentiam, Iacob. 2
dicente Iacob Apostolo, Iudicium. n sine mia ei qui non fecit miam. Petitio hæc re-
fertur ad consilium, quod quinto loco ponitur inter gradus beatitudinū. Sic. n. con-
silium est, quo beati sunt misericordes. Dimittamus ergo debitoribus nostris debi-
ta sua, & sic oremus ut dimittantur nobis debita nostra. i peccata nostra, p̄pter quæ Mat. 5.
differimus ab impetranda venia nisi eam accelerat frūm indulgentia. Sequitur, Et Mat. 6
ne nos inducas in tentationem. i. ne patiaris nos induci in tentationem. Aliud est. n.
tentari, sine quo nullus p̄batus est iustus: aliud in tentationem induci. i. a tentatore
induci. Hoc est ergo quod oramus, vt non permittat nos deus tentari supra id quod Aliud ē tē-
possumus sed faciat cū tentatione prouentū ut possimus sustinere. Petitio hæc perti tari &
net ad intellectum, qui sexto loco ponitur in numero beatitudinū. Sic. n. intellectus aliud intē
est, quo beati sunt mundi corde. i. qui purgatum habent oculum mentis terreno pul tationē
uere. Oremus non induci in tentationem. i. non habere duplex cor, sed vnum & sim duci.
plex appetere bonum. Sequitur, Sed libera nos a malo, non tm̄ in quod induci possu 1. Cor. 10.
mus, sed etiam ab illo in quo inducti sumus, quo peracto nihil restabit lugendum, Mat. 5.
Huic petitioni congruit sapientia, quæ septimum inter beatitudines obtinet locum. Mat. 6,
Nam sic sapientia est, qua beati sunt pacifici. i. qui ordinatis moribus suis cogūt oīa Mat. 5.
seruire spiritui. Orandum est itaque nobis ut liberemur a malo. Ipsa enim libe- Roma. 8.
ratio liberos nos facit. i. filios dei, ut spiritu adoptionis clamemus, abba pater. Amē Tria sunt
autem in his petitionibus significat indubitanter a domino conferri quod petitur, genera cu-
si vltimę conditionis pactum firmiter teneatur. Hæc tria remediorum genera spiri rationis
taliter commendauit nobis cœlestis medicus eleemosynam uidelicet & ieiunium & sicut tria prę
orationem, quibus tanquam medicinalibus antidotis possemus inueterata mala cu- cedunt ge-
rare, præsentanea pellere, & seruando salutem futura cauere. Et congrue tria sunt nera corru
genera curationis, sicut tria precedunt genera corruptionis. Omne. n. pctm̄ aut fit in ptionis,
anima per consensum prauæ suggestionis ad uiolandum dei templum: aut fit male
utendo corpore ad lędendum proximum, quod est facinorosum, aut fit malę

Universidad de Deusto
Biblioteca

le vtendo corpore ad corrumpendum seipsum, quod est flagitiosum. Facinora enim
1. Cor. 6 licet per corpus fiat qualia sunt homicidia, rapinæ, furta, non tamen corpus faciẽtis
afficiũt vel corrumpunt. De quibus dixit Apostolus, Omne peccatum quodcunque
fecerit homo extra corpus est. Flagitia vero & per corpus fiunt, & corpus afficiunt &
inficiunt. De quibus dicit Apostolus, Qui autem fornicatur in corpus suum peccat.
Merito ergo facinora quæ extra corpus fiunt, eleemosyna tanquam esteriori purgan
tur medicina: quia sicut facinus nocuit proximo, sic eleemosyna quę extra nos est,
& per corpus tamen datur, prodesse debet proximo. Flagitia vero congrue medicina-
li mundantur parsimonia, quia sicut caro lęta traxit ad culpam, sic afflicta reducere
debet ad veniam. Si qui vero sunt quibus hęc medicamenta non congruant, vt vel
eleemosynam dare non possint propter nimiam paupertatem, aut ieiunare propter
1. Thes. 5 stomachi imbecillitatem, habet tertium genus medicinæ, a quo se excusare non po-
terint, nisi qui morbos animæ suæ sanare contempserint. Hoc ergo medicamento
quod nulli sanæ menti deesse potest, studiose & pie frequentemus, implentes illud
Apostolorum præceptum, Sine intermissione orate. Hoc enim antidotum ita omni-
bus morbis occurrit, vt assiduatum morbos omnes depellat, & omnia corrupta inte-
gritati restituat, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in se-
cula seculorum, Amen.

Intem in eadem uigilia alius sermo de eodem qui habetur in libro Quinquaginta Homiliarum, XLII.

Item in eadem vigilia, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Ioan nem, Si diligitis me mandata mea seruate, quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

In festo Pentecostes, de missione spiritussancti. Sermo I.

Ser. 183 SAnctitati vestræ charissimi votorum iam nota debet festiuitas. Quid enim qua
ratione curemus, ex ipsa annua celebritate conducimus. Nam cum investigia sur
iterum reuoluitur transacta solennitas, doctores efficimur dum eam sæpius celebra
mus. Pentecosten ergo agamus hodie, hoc est quinquagesimum diem a resurrectio-
ne dominica, non ꝙ hac die sicut plerique putant, ad cœlos saluator ascenderit. Nam
post resurrectionem cum Apostolis conuersatus, quadragesima die ad dei patris de-
Acto. 1. xteram remeauit, sicut Lucas Euangelista ait, Quibus etiam exhibuit seipsum uiuũ
post passionem suam, per dies quadraginta apparens eis. Quadraginta ergo temporũ
curriculo conuersationem suam discipulis suis saluator exhibuit. Sut tanto numero
resurrectionis eius gratia lętaremur, quanto & passionis eius iniurias fleueramus,
totidemq; temporum spatio eo reficeremur præsente, quo ieiunauimus absente. Nõ
Ioan. 16. igitur hodie Christus ascendit ad cœlum, sed Christi spiritus descendit de cœlo, si-
cut ipse dominus promittens ait, Cum autem ascendero ad patrem mittam uobis
paracletum spiritum veritatis, & ipse uos docebit omnia, Magna plane gratia, duplex
gaudium, quod abeuntem Christum non amisimus, & uenientem spiritum possidẽ-
mus. Nam illum retinemus fidei merito, hunc sanctificationis accessu. Cum abiero,
inquit, ad patrem, mittam vobis paracletum. Credimus. n. ad patrẽ peruenisse filiũ,
cum uidemus ad Apostolos descendisse paracletum. Credimus nanque eum regnare
Psal. 67. in cœlis, quem cernimus munera sancta donare in terris, sicut scriptum est per pro-
pheram, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.
Victor utique muneratur, uictor dona largitur. Vnde & saluator uictor diaboli, post
triumphum discipulos quos liberauit a captiuitate, etiam benedictione ditauit. Li-
berauit autem nos cum ad resurgendum per seipsum tartara nobis aperuit, ditauit
nos cum ad regnandum p paracletum nobis cœlestia reserauit. Quibusdam enim
quasi profectuum gradibus tunc de morte ad vitam didicimus remeare, modo autẽ
Ioan. 14 de terris ad cœlos docemus ascendere, sicut scriptum est, Ipse uos docebit omnia.
Ioan. 16. Quid docet spiritussanctus? Vtique hoc nouit docere quod sanctum est. Quid docet
nos paracletus? Illud utiq; docet quod dicit saluator, Multa habeo uobis dicere, sed
non potestis portare modo: cum venerit ille spiritus veritatis, ipse uos docebit cũ-

Bonus

Bonus itaque magister est paracletus, quia dicit quæ Christus dicenda seruauit. Hoc enim docet spiritussanctus, quod dominus docendum habere se dicit. Bonus plane magister est qui præceptorum executor est saluatoris. Necesse eum igitur ut vnius sit substantiæ natura cum Christo, quẽ uidemus unius cum Christo esse do-ctrinæ. Et ideo charissimi mundemus nos ab omni inquinamento carnis, ut spiritũ sanctum promereri & accipere possimus. Si hunc mundum relinquimus, nos similẽ paracletum sicut Apostoli. i. spiritum ueritatis quem mittet nobis pater, accipiemus,
Rom. 2. Quoniam non est personarum acceptio apud deum patrem, sed promissa Apostolo-rum nobis proficiunt, si opera & desideria & actus gerimus quos Apostoli fecerunt.
Psal. 18 Si uero legem domini immaculatam & conuertentem animas implendo mandata eius perficiamus, nosmetipsos hęredes domini & cohæredes Christi ad hæreditatẽ sempiternam, & ad commorationem angelorum cum gratia Christi committimus, quod ipse præstare dignetur, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, de missione spiritussancti, Sermo II.

Ser. 184. DIscessurus e mundo isto & ascẽsurus in cœlum dominus noster atque saluator, fratres charissimi, promisit Apostolis suis ꝙ spiritum sanctum ad eos mitteret quando ad deum patrem ipse remeasset. Sic enim ut nunc audistis ad discipulos
Ioan. 15 suos locutus est dicens, Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis spiritum ueritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Im-pleta est charissimi fratres promissio saluatoris, Ascendit dominus Iesus Chri-stus, descendit spiritussanctus. Supereſt vt utrunque hoc impleatur in uobis. i. ut habeatis spiritum sanctum qui descendit, & per bonam vitam Christum sequa-mini qui ascendit. Misit ergo nobis saluator spiritumsanctum, sicut discipulis suis
Ioan. 16 ipse promisit dicens, Expedit uobis vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. Quod dixit, mittam eum, ne forte aliquis uestrum cogitet ꝙ quasi de inferiore dixerit mittam: vel sicut hæretici dicunt, ꝙ spiritussanctus quasi subiectus ac seruiens deo pareat imperanti. Absit a vobis ista suspicio. In trinitate enim non minus aliquid aut maius, quia si in deo aliquid minus dicitur, imperfecta diuinitas accusatur. Vnde obsecro uos fratres charissimi, ut fide integra vnum deum in trinitate, & trinitatem in vnitate credatis, ne pedes vestrorum sensuum claudicent, aut oculi parum uideant, aut manus aridę fiant. Omnis enim qui fidem catholicam non bene sequitur, pedes debiles habet. Qui veritatis lucem non videt, oculorum caliginem patitur. Qui misericordiæ fru ctum non habet, manuum ariditate siccatur. Id ergo agite, id elaborate ne aliqua mẽ brorum uestrorum portio hac debilitate vitietur, ne aut gula in uos horreat, aut aua ritia displiceat, aut infidelitas langueat, vt emundati penitus ac purificati, habitacu-lum dei efficiamini, vt spiritussanctus qui descendisse in Apostolos hodie legitur, in uobis semper esse dignetur, præstante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Item in eodem festo, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Si-
Ioan. 14 quis diligit me sermonem meum seruabit &c. Quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Feria secunda. Pentecostes de missione spiritussancti: Sermo I.

Ser. 185. POst illam singularem insignemq; uictoriam qua publicus propugnator mũdo & militauit & uicit, postquam fragilitatem conditionis nostrę non solum de inferis eruit, sed etiam in regni sui excelsa subuexit, in hac die iuxta uerbum
Ioan. 14 suum sanctumspiritum donauit, de quo iam Apostolis suis dixerat, & ego rogabo pa trem, & alium paracletum dabit uobis. Alium utique non minorem, alium paracle-tum. i. similis gloriæ uel naturæ eiusdemq; substantiæ, ut discipulorum fides uerida ca sponsione ad expectationem tanti muneris præparata, illum quem sibi a domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

in locum dei promissum esse meminisset, verum deum esse cognosceret. Et alium, inquit, paracletum: maiestatis intellige socium, quem maiestati prospicis comparatū. Et ego rogabo, inquit, patrem, & alium paracletum dabit uobis. Quàm bene sub titulo promissionis, distincti onem applicuit trinitatis. Pater est qui indicatur rogandus, filius est qui intelligitur rogaturus, spiritussanctus qui promittitur a patre mittendus. Quanta & ꝙ ineffabilis pietas redemptoris? Hominem portauit ad cœlum, & deum misit ad terras. Quanta est authori cura pro instauratione facturæ suæ? Ecce iterum noua de supernis medicina mittitur, ecce iterum infirmos suos per seipsam maiestas uisitare dignatur. Ecce iterum humanis diuina miscentur. i. uicarius redemptoris: ut beneficia quæ saluator dominus inchoauit, peculiari spiritussancti uirtute consumet, & quod ille redemit, iste sanctificet, quod ille acquisiuit, iste custodiat, ac si vnitas deitatis per unitatem gratiæ ac muneris approbatur, ut spiritussanctus deus in substantia vnus, in persona alius, a quali miseratione ynicus, æquali reuerentia sit colendus. Ergo spiritussanctus in hac die ad præparata sibi Apostolorum suorum templa, uelut imber sanctificationis illapsus est. Non iam uisitator subitus, sed perpetuus consolator, & cohabitator æternus. Nam sicut de semetipso Apostolis suis dixerat, Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi: ita etiam de spiritusancto, paracletum, inquit, dabit uobis pater, qui uobiscum sit in æternum. Affuit ergo in hac die fidelibus suis non iam per gratiam uisitationis & operationis, sed per ipsam præsentiam maiestatis: atq; in ea non iam odor balsami, sed ipsa substantia sacri defluxit unguenti, ex cuius fragrantia latitudo totius orbis impleretur, & appropinquantes ad eorum doctrinā, dei fierent capaces atque participes. Sedit ergo super singulos quasi ignis, de quo saluator noster testatur, Ignem veni mittere in terram. De quo dictum est, Deus noster ignis consumens est, Ipse itaque Apostolos suos uiuæ lucis fonte perfudit, ut ipsi post modum vniuersum mundum tanquam duodecim solis radii ac totidem lā pades veritatis illuminent, & inebriati nouo vino repleant atque irrigent sitientia corda populorum. Inquiramus hoc loco post resurrectionem uel ascensionem domini, quid adhuc addiici posit Apostolorum perfectioni par participationem spiritussancti. Erat quidem in eis fides, sed fiduciæ constantia deerat. Iam quidem Christū per vniuersa poterant prædicare, sed adhuc pro Christo usque ad mortem certare nō poterant, usqueadeo ut nullum ex discipulis coronauerit palma martirii ante aduentum spiritussancti. Præterea iam recesserat ex oculis eorum dominus Iesus qui eos prędicatione visibili os ad os loquens corroborabat, & uirtutū miraculis instruebat, & dum cū eo erāt, facile credebant quæ videbant. Fides adiuuabatur aspectibus, prę-
sentibus confirmabatur operibus, signis ac uirtutibus pascebatur. Postq̄ uero dns Iesus sublatus ex oculis eorum recessit in cœlum, non sufficiebant attonitæ actrepidæ eorum mentes, non sufficiebant ut dignum erat cœlestia & æterna cogitare: nec prævalebant adhuc portare angusta eorum pectora diuinorū sensuum magnitudinem ut possent intelligere Christum, quomodo erat uerbum deus apud deum; sic ut eis ipse dominus adhuc in corpore constitutus euidenter insinuat dicēs, Multa habeo uobis dicere, sed non potestis ea portare modo: cum autem venerit spiritus ueritatis ipse uos docebit omnem veritatem. Vides ꝙ post discessionem adorandæ summęq; virtutis discipulorum pectora dilatata sunt, ad sustinendam magnitudinē diuini luminis, & intelligentiam ueritatis? Deus itaque est qui potest post munificentiam suam accumulare gratiam, augere sapientiam, confirmare constantiam. Videamus ergo ante uisitationem cœlestis consolatoris, quantum eis de magnanimitate, quantum de perfectione defuerit. Nam primum cū eū supra tumentia maris dorsa uidissent substratis fluctibus ambulantem, & cum aquarum iter instabile sub diuinis solidaret vnda famula uestigiis, turbati sunt dicentes, Phantasma est, & præ timore clamauerunt. Post infusionem uero spiritussancti iam non dicunt quia phantasma est, sed in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et iterum, Erat, inquit, lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientē in hunc mundum. Et Apostolus dicit, Quia ipse est ante omnes & omnia per ipsum constant ynus autem ex discipulis Thomas nondum huius muneris benedi-

Mat. 28

Acto. 2.
Luc. 12.
Deut. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 1.
Coloss. 1.

ctione ditatus, cum in corpore iam glorificato, in corpore iam cœlesti per carnis vulnera deum quæreret, & ad credendam incorruptibilem diuinitatem fixuris clauorū & cicatricum testimoniis indigeret, Nisi videro, inquit, in manibus eius fixuram clauorum & mittam manum meam in latus eius non credam. Alius vero iam sancti spiritus eruditione repletus, confidenter exclamat, Quod erat ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ palpauerunt, de verbo vitæ, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud patrē, & apparuit nobis. Et iterum alio loco Paulus Apostolus tantæ maiestatis locupletatus illapsu, fiducialiter protestatur, Et si cognouimus secundum carnē xp̄m, sed nūc iam non nouimus. Beatus Petrus domini passione iam proxima, nondum diuina patiens inspiratione fundatus, nolens a se Christum corporaliter separari, in traditorem & gladiatores gladium stringit, & vim vi æstimat repellendam, Stephanus autem plenus spiritussancto, iam non in terra Christum requirit, sed aperto cœlo videt gloriam dei, neque iam de vindicta cogitat, sed pro persecutoribus suis exorat & supplicat, Domine ne statuas illis hoc peccatum. Ante aduentum vero spiritussancti sub ipso crucis dominicæ tempore, alii ex discipulis effugantur, alii vnius ancillæ voce terrentur, & metu corda trepida pernetrante, dominum suum negare coguntur. Post illustrationem vero spiritussancti & confirmationem, custodiis excruciati, verberibus afflicti, ibant gaudentes, quia digni essent pro Christi nomine contumeliam pati. Et qui ante negauerant cum iuramento, quia non nouimus hominem istum: nūc propter eum in suppliciis gloriantur, & operante in se spiritusancto, parum putant esse quod pro Christi amore patiuntur. Et qui ante verbis deterrebantur, nunc pœnis & cruciantibus roborantur & Christum dominum nō iam vocibus sed moribus confitentur, ac dilectionis magnitudinem sanguinis effusione testātur. Et inter hęc calefacti & accensi mero dominicæ charitatis exclamant, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ergo beati Apoli illo fidei igne feruentes, de quo ipse dominus dicit, Ignem veni mittere in terram, & qd volo: nisi vt accēdatur: ab ipia multitudine putabātur ebrii & musto pleni Et dicebant ad inuicē, qa musto pleni sunt isti. At vero nouo vino repleti erant, quia spūsctō iā fuerant innouati, & apparebat in eis quod ipse dns dixerat, Nouū vinū in vtres no uos mittendum est. Istud vero nouum vinum non putemus solos tunc Apostolos suscepisse. Hoc musto inflammātur, & hoc præclaro poculo quotidie inebriantur etiam corda fideliu m, & animæ conuertentium. Quod frequenter fieri videmus, quando pto desiderio salutis suæ parentes & patriam suam fugiunt. Exeunt nullo compellēte de terra & de cognatione sua, & mortui huic mundo, alios spiritaliter animarum inquirunt parentes & liberi sub iugo veniunt, & pauloante elati atque sublimes humilia affectant, superba fastidiunt, & cupiunt esse quod ante despexerant, & odisse incipiunt quod fuerant. Præsentium hospites, futurorum appetitores, æternā illā patriam contempta temporalium falsitate suspirant. Hoc itaq; musto spiritales animæ inebriatæ, & pœnitus commutatæ, abstinetiam delitiis vigilias dulcibus somnis, paupertatem diuitiis anteponunt. Arduum contra vitia laborem, iocundissimā computant voluptatem. Dulcescunt eis vilia, & quæ prius fuerant prętiosa, vilescunt. Diligunt inimicos suos, & benefaciunt his qui se oderunt, non conuiciantur indignantibus, non iritantur in opprobriis, non frangūtur in iniuriis, prorsus horum nihil sentiunt propter feruorem spiritussancti, & propter æternam retributionem. Hoc spiritali mero calebant martyres, quando abicientes, & post se iactantes omnia seculi blandimenta, ibant ad passiones, obliuiscentes facultates & affectiones, patrimonia ac matrimonia sua, & vincentes armatam contra se paruulorum pignorum fletibus pietatem, vociferantes quidem parentes, puluerem mittentes in capita sua, & matres facies suas auulsis crinibus dilacerantes. Sed illi hæc omnia tanquam ebrii non videbant, nec cognoscebant suos, quia infuso prēcordiis suis spiritusancto ad dolores, ad supplicia, tāquam ad consolationes, & ad prēmia festinabant. Itaq; anniuersarium quidem diem celebramus de aduentu spiritussancti, sed nos ita agamus, vt quotidie eum ad nos castis operibus & castis pectoribus inui-

Ioan. 1.

Mat. 9

Acto. 2

Mat. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

temus. Ita enim puri atque purgati sensibus & cogitationibus esse debemus, ita nos oportet ori & cordi adhibere custodiam, ut nos dignos eius uisitatione & illuminatione faciamus, & uideamur liberi esse ab omni immunditia cogitationum, quia ut dixi, Peruersæ cogitationes separant a deo. Studeamus liberi esse ab omni obtrectatione omniq; malitia, quia in maleuolam animam nō ingreditur sapientia, nec habitat in corpore subdito peccatis. Per iram ac superbiam, animæ negligentium spiritus sancti custodia & protectione nudantur. Non ergo per huiusmodi passiones contristemus spiritum sanctum, sed potius eum ad sedem cordis nostri per gratiam humilitatis & pacis mansuetudinem euocemus, ac lætificemus eum operibus & protectibus nostris: quia ipse dicit, Super quem requiescam, nisi super humilem & quietū, & trementem sermones meos? Si ergo promereri cupimus tāti uisitatoris ingressum, mundemus primum domum animæ nostræ ab indignis carnalis concupiscentiæ passionibus, a superbiæ dominatione, a fœtore iactantiæ, a temporis horrore: de quo ipse dominus dicit, Vtinam, inquit, frigidus esses aut calidus: nunc vero quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo. i. ex uisceribus mei intimi cordis expuere. Præparemus itaque hanc domum quotidie ad sacri regis aduentum, eamq; diuersis probabilium morum floribus adornemus. Repleamur iucundis pretiosisq; odoribus castitatis, fidei & compunctionis incenso, balsamo beneuolentiæ, & thymiamate charitatis, ut amputatis uitiis & uirtutibus insertis, destructa in nobis habitatione diaboli, mutemur in templum dei, ut tam beatus hospes nitido delectatus hospitio, stabulé ac perpetuam in nobis faciat mansionem. Propter hoc enim ad nos ille descendit, ut nos ad illum possimus ascendere: Cui est gloria cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Sapien. 1. Sapien. 1. Esaiæ. 66 Apoc. 3.

Eodem die, de aduentu spiritus sancti: Sermo II.

Ser. 186. HOdierni diei solennitas domini dei magni & magnæ gratiæ quæ superfusa est super nos, recordationem facit. Deo enim solennitas celebratur, ne quod semel factum est, de memoria deleatur, Solennitas enim ab eo quod solet in anno, nomen accepit: quomodo perennitas fluminis dicitur, quia non siccatur æstate, sed per totū annum fluit: ideo perenne i. per annum, sic & solenne quod solet in anno celebrari. Celebramus hodie aduentum spiritus sancti. Dominus enim spiritum sanctum de cœlo misit quem in terra promisit, & quia sic promiserat de cœlo esse missurum, Nō potest ille uenire, ait, nisi ego abiero, dum autem abiero mittam illum ad uos: Passus est, mortuus est, resurrexit, ascendit, restabat ut impleret quod promisit. Hoc expectātes discipuli eius, animæ, ut scriptum est, centum uiginti decuplato numero apostolorum, Duodecim enim elegit, & centum uiginti spiritū misit. Hoc ergo promissum expectantes in vna domo erant, orabant, quia desiderabant iam ipsa fide, quod ipsa oratione, ipso spiritali desiderio: vtres noui erant, uinum nouum de cœlo expectabatur & uenit. Iam enim fuerat magnus bonus ille calcatus & glorificatus. Legimus enim in Euangelio, Spiritus enim nondum erat erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Iam quid respondit, audistis, magnū miraculū, Oēs qui aderāt, vnā linguā didicerāt. Venit spiritus sanctus, impleti sunt, cœperūt loq; liguis uariis omnium gētiū, quas nō nouerāt nec didicerāt, sed docebat ille q; uenerat, intrauit, īpleti sunt, fudit. Et tunc hoc erat signū, quicūque aspiciebat spiritum sanctū, subito impletus spiritu linguis omnium loquebatur, non illi solum centum viginti. Docent nos litere ipsę, postea crediderunt homines, baptizati sunt, acceperunt spiritum sanctum, linguis omnium gentium locuti sunt. Expauerunt qui aderant, alii admirantes, alii irridentes: ita ut dicerent, isti ebrii sunt, musto pleni sunt. Ridebant, & aliquid verum dicebant. Impleti enim erant veteres nouo vino. Audistis cum euangelium legeretur, Nemo mittit uinum nouum in utres ueteres: spiritalia non capit carnalis. Carnalitas uetustas est, gratia nouitas est. Quantocunque homo in melius fuerit innouatus tanto amplius capit, quod uerum sapit. Bulliebant musto, & musto bulliente linguæ gentium profluebant. Nunquid modo fratres non datur spiritus sanctus? Quisquis hoc putat, nondum est dignus accipere. Datur & modo. Quare ergo nemo loquitur linguis

Ioan. 16. Mat. 27. Actō. 1. Mat. 7 Ioan. 9. Actō. 1 Matt. 9.

guis omnium gentium, sicut loquebatur qui tunc spiritu sancto implebatur? Quare Quia quod illud significabat impletum est, Quid est illud? Quando celebramus quadragesimam, recolite, quia commendauimus vobis dominum Iesum Christum ecclesiam suam commendasse & ascendisse. Quærebant discipuli, quando erit finis seculi: Et ille, Non est vestrum scire tempora vel momēta quæ pater posuit in sua potestate. Adhuc promittebat quod hodie compleuit, Accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & vsque in fines terræ. Ecclesia tunc in vna domo etat, accepit spiritum sanctū in hominibus paucis erat, in linguis totus orbis erat. Ecce quod prætēdebat modo. Nā & illa ecclesia parua linguis omnium gentium loquebatur: Quid est q; ecclesia ista magna a solis ortu vsque ad occasum linguis omnium gentium loquitur? Modo impletur quod nunc promittebatur. Audiuimus, videmus. Audi filia & vide: ipsi regi dictum est Audi filia & vide. Audi promissum, vide completū non te fefellit deus tuus, non te fefellit sponsus tuus, non te fefellit qui suo sanguine te donauit, non te fefellit qui de fœda pulchram, de immunda virginem fecit. Tu tibi promissa es, sed promissa in paucis, impleta in multis. Memo ergo dicat, accepi spiritū sanctū: Quare non loquor linguis omnium gentium? Si vultis habere spiritum sanctum, intendite fratres mei, spiritus noster quo viuit omnis homo, anima vocatur, spiritus noster quo viuit singulus q; que homo, anima vocatur, & videtis quid faciat anima in corpore. Omnia membra vegetat, per oculos videt, per aures audit, per nares olfacit, per linguam loquitur, per manus operatur, per pedes ambulat, omnibus simul adest mē bris vt viuant, uitam dat omnibus, officia singulis. Non audit oculus, non videt auris, non videt lingua, nec loquitur auris & oculus, sed tamen viuit, viuit auris, viuit lingua, officia diuersa sunt, vita communis. Sic est ecclesia Dei, in aliis sanctis facit miracula, in aliis sanctis loquitur veritatem, in aliis sanctis custodit virginitatem, in aliis sanctis custodit pudicitiam coniugalem, in aliis hoc, in aliis illud singuli pro sua operantur, sed pariter viuunt. Quod autem est anima corporis hominis, hoc est spiritus sanctus corporis Christi, quod agit ecclesia: hoc agit spiritus sanctus in tota ecclesia, quod agit ecclesia in omnibus membris vnius corporis. Sed videte quid caueatis, videte quid obseruetis, videte quid timeatis. Contingit vt in corpore humano, imo de corpore aliquod præcidatur membrum, manus, digitus, pes, numquid præcisum sequitur anima? Cum in corpore esset viuebat, præcisum amittit vitam. Sic & homo christianus catholicus est dum in corpore viuit, præcisus hæreticus factus est membrum amputatum, non sequitur spiritus. Si ergo vultis viuere de spiritu sancto, tenete charitatem, amate veritatem, desiderate vnitatem, ut per ueniatis ad æternitatem.

Actō. 1

Item eodem die homilia, de eo quod scriptum est in euangelio secundum Ioannem, Sic deus dilexit mundum, &c. quæ sumpta est de expositione doctoris, Ibidem. Ioan. 3. Ser. 187

DIles nobis fratres gratus illuxit, quo sancta ecclesia fidelium fulget aspectibus, fer uet in cordibus. Celebramus quippe istum diem, quo dominus Iesus xps post resurrectionem, ascēsione glorificatus misit spiritū sanctū. Sic. n. scriptū est in euangelio cum diceret, Siquis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, flumina fluent de ventre eius aquæ viuæ. Euangelista secutus exponit & ait, Hoc autem dicebat de spiritu quē accepturi erant credentes in eum. Nōdum. n. erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Restabat ergo vt clarificato Iesu cum resurrexit a mortuis & ascendit ad cœlos, iam daretur spūssanctus ab eo missus a quo promissus sicut & factum est. Quadraginta enim dominus post resurrectionem diebus cum discipulis conuersatus, ascendit in cœlum, & die quinquagesimo, quem hodie celebramus, misit spiritum sanctum, sicut scriptum est, Factus est subito sonus de cœlo, qua si ferretur status vehemens, & visæ sunt illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui insedit super unum quēq;, & cœperunt linguis omnibus loqui quomodo spiritus dabat eis pronunciare. Flatus ille a carnali palea corda mundabet, ignis ille fœnū veteris concupiscentiæ consumebat, linguæ illæ quibus loquebātur a spiritu sancto impleti per omnium gentium linguas futuram ecclesiam designabant. Sicut enim post diluuiū

Actō. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

impietas ſuperba hominum turrim contra dominum ædificauit excelſam, quando
per linguas diuerſas diuidi meruit genus humanum, vt vnaquæq; gens lingua pro-
Gene.11 pria loqueretur ne ab aliis intelligeretur: ſic humilis fidelium pietas earum lingua-
rum diuerſitate eccleſiæ contulit unitatem, ut quod diſcordia diſſipauerat, colligeret charitas & humani generis tanquam unius corporis membra diſperſa ad unum
caput xp̃m compaginata redigeret, & in ſancti corporis vnitatem dilectionis igne
conflaret. Ab hoc itaque dono ſpirituſſancti prorſus alieni ſunt, qui oderunt gratiã
qui ſocietatem non retinent vnitatis. Licet enim etiam ipſi hodie ſolenniter congerentur, licet iſtas audiãt lectiones quibus ſpirituſſanctus promiſſus & miſſus eſt, ad
iudicium audiunt, non ad premium. Quid enim eis prodeſt percipere auribus quod
cordibus reſpuunt, & eius diem celebrare cuius lumen oderunt? Vos autem fratres
mei, membra corporis Chriſti, germina ueritatis, filii pacis, hunc diem agite læti, celebrate ſecuri. Hoc enim in vobis impletur quod illis diebus quando uenit ſpirituſſanctus præſignabatur. Sicut enim tunc qui ſpiritum ſanctum percipiebat etiã unus
homo linguis omnibus loquebatur: ſic & nunc per omnes gentes omnibus linguis
ipſa ueritas loquitur, in qua conſtituti ſpiritum ſanctum habetis, qui xp̃m eccleſia
loquente omnibus linguis a nobis ſchiſmate non diſſidetis.

Ioan.10 Item eodem die, Homilia, de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannem
Amen amen dico uobis, qui non intrat per oſtium, &c, quę habetur in expoſitione doctoris, Ibidem. Et inter ſermones de uerbis domini. X L I X.

Feria quarta Pentecoſtes de miſsione ſpũſſancti. Ser. I.

Ser.180 FRatres chariſsimi, hodierna die anniuerſaria ſollennitas agitur, qua die dominus noſter Ieſus Chriſtus ſpiritum ſanctum paracletum miſit quem diſcipulis
Ioan.16 ante promiſit. Dixerat, Non poteſt ille uenire niſi ego abiero. Quadrageſimo itaque
die poſt reſurrectionem ſuam, cuius ſolennitatem ante decem dies egimus, aſcendit
Acto.2 in cœlum, nec immemor pollicitationis ſuæ hodie miſit ſpiritum ſanctum, quo impleti ſunt prius centum uiginti, qui ſimul fuerant congregati, eadẽque domini promiſsionem fideliter expectabant. Scriptum eſt enim, Subito de cœlo ſonus factus eſt
quaſi ferretur flatus uehemens, & uiſæ ſunt illis linguis diuiſæ ſicut ignis, qui &
inſedit ſuper unumquemque illorum, & cœperunt linguis omnibus loqui, quomodo ſpirituſſanctus dabat ei pronunciare. Flatus ille a carnali palea cordis munda-
dabat, ignis ille fœnum veteris concupiſcentiæ conſumebat. Ita quippe nunc
placuit ſpirituſſancti ſignificari præſentiam, vt qui eum accepiſſent linguis omnibus loquerentur. Prius itaque videamus breuiter quare dixit quando eum pro-
miſit: non poteſt ipſe venire niſi ego abiero. Neq; enim ſeparabilis eſt a filio dei ſpiri-
Ioan.1. tuſſanctus, aut impotens erat eo præſente venire a quo non poteſt omnino diſcedere. Sed quoniam diſcipulis adhuc infirmis formam ſerui dominus demonſtrabat, in
Phili.2 qua verbum caro factum eſt & habitauit in nobis: cauſam vero ſerui, id eſt, carnem
domini etiam carnales poterant intueri: forma autem dei in qua non rapinam arbi-
Ioan.16. tratus eſt eſſe ſe ęqualem deo, non poteſt niſi a ſpiritalibus cogitari, propterea dixit, Non poteſt ille venire niſi ego abiero: tanquam diceret, quandiu circa carnem
mea m occupatur veſter carnalis affectus, tamdiu meam diuinitatem nõ ſuſcipit ſpiritalis veſter obtutus. Dono enim ſpirituſſancti promiſerat eos introducendos in
Acto.15 omnem veritatem, ſicut ſcriptum eſt, Fide mundans corda eorum. Beati autem mi-
Mat.5 do corde, quoniam ipſi deum uidebunt. Abſceſsit itaque corporalis forma domini a
corporalibus oculis eorum, vt per ſpiritum ſanctum diuinitas domini inſinuaretur
Acto.1 cordibus eorum Nunc deinde uideamus, quare tunc hoc erat ſignum præſentiæ ſpiritũſſancti vt qui eum accepiſſent, linguis omnium loquerentur. Neq; enim etiã
nunc cũ datur ſpirituſſanctus, qui eum accipiunt, loquũtur linguis oĩbus, quo eu-
Roma.5 denti miraculo ſe illo tempore demonſtrabat. Hic intelligendum eſt fratres charissimi, hunc eſſe ſpiritum ſanctum, quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris, &
quo eccleſiam dei congregatura fuerat toto orbe terrarum: & quod tunc etiã unus
homo poterat ut ſpiritum ſanctum recipiens linguis omnium loqueretur, nunc ſpi-

ritu ſancto congregata ipſa vnitas eccleſiæ linguis oĩbus loquitur. Proinde ſi quiſquam dixerit alicui noſtrum. Accepiſti ſpiritum ſanctum, quare non linguis omnibus loqueris? Reſpõdere debet, Loquor omnibus linguis, quia in eo ſum Chriſti corpore, hoc eſt, in eccleſia, quæ loquitur omnibus linguis. Quid.n. tunc aliud ſignificat deus per ſpirituſſancti præſentiam, niſi eccleſiam ſuam linguis omnibus locutu
ram? Impletũ eſt itaq; quod promiſerat dominus, Nemo mittit vinũ nouum in vtres veteres, ſed vinum nouum in vtres nouos mittit, & vtraq; ſeruabuntur. Merito ergo cum audirentur, linguis omnibus loqui, nonnulli dicebãt, Hi muſto pleni ſunt. Iam enim facti fuerant vtres noui ſanctitatis gratia renouati, vt vino nouo, hoc eſt ſpirituſancto repleti linguis omnibus loquendo ſeruerent, & eccleſiam catholicã per omnium gentium linguas futuram euidentiſsimo illo miraculo præſignarent: ac p hoc
ipſe credunt hæretici ſpiritumſanctum non habere qui diuiduntur a corpore, quod per omnes gentes linguis omnibus meruit perſonare. Hunc itaque diem dilectiſsimi ſic celebrare tanquam membra vnitatis corporis Chriſti, Non enim fruſtra celebratis, ſi hoc eſtis quod celebratis, illi eccleſiæ cohærentes, quam dominus implens
ſpiritu ſancto toto mundo creſcentem cognoſcit ſuam & agnoſcitur a ſua, & tanquã ſponſus ſponſam non perdit propriam, quia nemo ſupponit alienam. Vobis enim in omnibus gentibus conſtitutis, hoc eſt eccleſiæ Chriſti, mẽbris corporis Chriſti, ſponſæ Chriſti, Apoſtolus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, ſtudentes ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. Videte quia ubi præcepit vt ſuſtineamus inuicẽ, ibi
poſuit dilectionem, vbi ſpiritum nominauit vnitatis: ibi oſtendit vinculum pacis.
Hæc eſt domus dei de uiuis lapidibus fabricata, in qua talem patremfamilias deſtat habitare, cuius oculos ruina diuiſionis non debet offendere.

Item eodem die, homilia, de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſecundum Ioannem, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus qui miſit me traxerit eum, &c. quæ ſum
pta eſt de expoſitione doctoris, ibidẽ. Et ex ſermonibus de uerbis domini. XLVI.
Aſeſto ſanctę trinitatis, quod celebratur dominica in octauis Pentecoſtes, de ſancta Trinitate. Ioao.6

Sermo I.

AVdio fratres, q̃ quidã inter ſe diſputant, quomodo pater & filius & ſpirituſſanctus & tres ſunt, & vnum ſunt. Videtis ex quęſtione quam periculoſa ſit
ſit diſputatio. Lutum & vas figuli de creatore diſputat, & ad naturæ ſuæ ratiõnẽ non põt puenire, & curioſe quærit ſcire de myſterio trinitatis, q̃d angeli in cœlo ſcire nõ põt. Q.d.n dicũt angeli in cœlo. Quis ẽ iſte rex glorię? dñs virtutũ ipſe eſt
rex gloriæ. Similiter in Eſaia dr, Quis eſt iſte q̃ aſcendit de Edom, cãdida veſtimẽta
eius? Vide q̃d dicunt, pulchritudinẽ p̃dicant, & de natura tacent. Ergo & nos ſimplici
ter dicamus. Vis ſcire naturam dei, hoc ſcito quod neſcias, ne in hoc contriſteris quia
neſcias, quia & angeli neſcierunt, & ſimiliter omnes creaturæ. Sed dicit aliquis, Quomodo, credo quod neſcio? Quomodo Chriſtianus ſum qui neſcio quomodo ſum chriſtianus? Dicam ſimpliciter antequam aliqua de ſcripturis proferam:
O chriſtiane qui tibi uideris nihil ſcire, ſi ſcias hoc ipſum quod neſcias, nonne magis plus videris a cęteris ſcire? Gentilis homo videt lapidem, & deum putat; Philoſophi vident cœlum, & deum putant, Alii vident ſolem, & deum putant. Tu uero vide
quantam ſuper iſtos habeas ſcientiam qui dicis, deus lapis eſſe non poteſt. Sol deus
eſſe non poteſt, quia alterius imperio currit. Vides q̃ in eo quod dicis nihil tę ſcire,
magis noſti. Gentiles autem in eo q̃ ſe dicunt ſcire, neſciunt, quia falſa ſunt quæ nouerunt: ſimulq̃ conſidera q̃ uoceris fidelis non rationalis. Denique accepto baptiſmo hoc dicimus, Fidelis factus eſt, ſiue factus ſum, credo quod neſcio, & propterea
ſcio, quia me ſcio neſcire quod neſcio. Sed dicit aliquis, Hoc non eſt exponere, ſed
expoſitorem fugere. Et nos ſciebamus ſcire quod neſciebamus, tu nos dicebas ſcire quod ignoramus. Nonne meum eſt pie ignorantiam confiteri, quam temere mihi ſciam vendicare? In die iudicii non damnor, quia dicam neſciui naturam creatoris mei: ſi autem aliquid temere dixero, temeritas pœnam habet, ignorantia veniã
promeretur. Dicamus aliquid de ſcripturis rationem non ſequentes, ſed authoritatẽ domini ſaluatoris, Chriſtus enim dicit aſcenſurus in cœlum ad Apoſtolos loquẽs
quibus prędicat vt magiſter & dominus. Nemo.n nouit ſic de natura ſua dicere quõ

Ser.189.

Pſal.33

Eſa.63

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse qui deus est: nobis autem sufficiat scire de trinitate, quod dominus exponere di-
Mat. 28 gnatus est. Quod ergo dicit ad Apostolos, Ite & baptizate omnes gentes in nomine
patris & filii & spiritussancti? tria nomina audio & vnum dicitur nomen. Non n di-
xit, in nominibus, sed in nõie. Tria nomina dicit, & qũo vnũ ponit? In nomine pa-
tris & filii & spiritussancti vnum est, sed trinitas est nomen quod dicitur, in nomine
patris dei, in nomine filii dei, in nomine spiritussancti dei, pater & filius & spiritus-
sanctus vnum nomen est diuinitatis, Sed requiris a me qũo vno nomine tres ap-
pellantur? Nescio & libere me nescire profiteor, quod Christus voluit indicare hoc
solum scio, quia in hoc xp̃ianus sum, quia vnum deũ in trinitate confiteor. Si autẽ
dixero vnam p̃sonam esse patris & filii & spiritussancti, Sabellianus appellor, & inci-
pio non esse xpianus, sed Iudæus: quia & Iudæus vnum deum dicit, & quia patrem
nescit & filium & spiritum sanctum, propterea mysterium non nouit trinitatis. Ergo
si sic dicimus vnum deum vt patrem & filium & spiritum sanctũ excludamus a my-
sterio trinitatis, Iudæi efficimur. Ergo libere dico nõ ex me, sed ex sentẽtia Saluato-
ris, scandalum esse quod in animo nascitur auditoris, qũo tres vnum sint, qũo pater
& filius & spiritussanctus non diuidantur in diuinitate, sed in personarũ qualitate.
Quandocunq; personas appello, rogo vos ne me putetis personas hominum dicere,
ergo personas in patre & filio & spiritu sancto nõ dico quasi personas hominum, per-
sonam patris dico quia pater est, & filii quia filius est, & spiritussancti quia spiritus-
sanctus est. Non est pater filius, nec filius pater, nec spiritussanctus pater aut filius.
Diuiduntur enim proprietatibus, sed natura sociantur. Videte hoc ipsum scandalũ.
Ioan. 14 Philippus quondam Apostolus sustinebat, quando dixit ad ipsum dominũ: Domi-
ne, ostende nobis patrem. Cui respondens dominus ait: Philippe tanto tempore uo-
biscum sum, & non cognouistis me. Qui uidet me, uidet & patrem? Quid: ipse pater,
est ipse filius? Hoc impium est dicere, sed hoc dicit, in eo quod filium vides, intellige
patrem. Non. n. põt appellari filius, nisi habuerit patrem. Quando dicitur pater, non
dicitur nisi habuerit filium. Multa sunt quæ dici possunt, sed sufficiat fidelibus pau-
ca de mysterio trinitatis audisse. Rogo vos, hoc maius inter nos certamen sit quomo-
do aduersarium superemus, qũo ieiunemus, qũo peccata nostra plangamus, qũo
tanto scelere satisfaciamus, qũo eleemosynis insistamus, qũo cogitatio nostra non
nos captiuos in libidinem trahat, qũo contra omnem iniuriam patientiam habea-
1. Pet. 2. mus, qũo fratri iniuriam facienti non resistamus, sed vincamus eum in humilitate,
quam a Christo didicimus, qui cum pateretur non cõminabatur. Qñ uenerit cogi-
tatio, & proposuerit quid est deus, & quę est ratio trinitatis, nobis sufficiat credere
quia est: & non temere rationem quærere trinitatis, sed timere & orare dominũ sem-
per debemus, & sibi solam scientiam nostram in hac parte exhibeamus, vt diebus ei &
ac noctibus laudes canamus, cui sit gloria in secula seculorum, Amen.

Sapien. 7 In eodem festo, de eo quod scriptum est: Splendor est enim lucis æternæ & imago
inuisibilis dei &c. Sermo II.

Ser. 190 APostoli lectionem mecum pariter audistis dilectissimi. Ait enim de domino Ie-
Sapien. 7. sũ Christo: Splendor est enim lucis æternæ & imago inuisibilis dei, eo q̃d ima-
Coloss 1. go solis lux sua sit quæ de eo sole procedit. Quippe cum constet, lumen istud diuini-
Hebr. 1. tatis æstimari, comprehendi & definiri non posse, ideo p̃moneo, vt tm̃ de vnitate sub-
stantię spiritaliter credatis, & filium verum de vero patre cognoscatis. De qualitate
aũt rei quærere non debetis, quia deus credi se voluit, nec examinari, quia quantus
sit sciri non põt. Hoc. n. pphetæ, hoc Apostoli p̃dicauerunt. Deniq; pro captu, pro vi-
ribus, pro fide intueamur, deus quid sit, & uideamus an aliquid possit ei comparari.
Certe hoc est deus, quod & cũ dicitur non põt dici, cum æstimatur non põt æstima-
Deus quid ri, cũ comparatur non põt cõparari, cum definitur ipsa definitione crescit: quia cœ-
sit. lum manu sua cooperit, pugno omnem mundi ambitum claudit, quẽ totum omnia
Esa 40. nesciunt, & metuendo sciunt. Cuius nomini & virtuti famulatur hic orbis, & ipse
sibi elementorum succedentium momentanea uicissitudo seruiendum testatur. Vi-
dete ergo, si aliquid esse possit, cui pater & filius possit comparari, quia talis est
filius

filius qualis & pater. Non enim ipse cum patre unum se diceret, nisi talem se de patre
qualis est pater sciret. Ratio quidem quę apud Græcos logos nuncupatur, inter pa-
trem uel filium personas uel uocabula distinguit, quia & ipse filius ratio dicitur: quę Ioan. 1.
tamen ratio multis nominibus appellatur, modo uerbum, modo uirtus, modo sapiẽ-
tia, modo dextera, modo brachium, modo margarita, modo thesaurus, modo retia,
modo aratrum, modo fons, modo petra, modo lapis angularis, modo homo, modo
agnus, modo uitulus, mopo aquila, modo leo, modo uia, modo ueritas, & uita, cum
sit deus omnia in omnibus, ut per hæc uocabula diuinarum dispositionum myste-
ria cognoscantur, non ut ipsa maiestas filii dei proprie definita demonstretur. Hoc
enim filius dei quod pater est non aliud. i. per quem omnia facta sunt. Nam & hoc Ioan. 1.
uerbum nuncupatur, quia semper in patre, & de patre & aliud pater sine eo iussit
aut fecit, Virtus dicitur, quia proprie de deo est, & omnis potestas in ipso con- 1. Cor. 1
sistit. Sapientia appellatur quia non aliunde quàm de patre ueniens credentibus
arcana cœlestia reuelauit. Dextera nuncupatur, quia per eum omnia diuina opera
perfecta sunt. Brachium dicitur, quia ab ipso omnia continentur. Margarita appel-
latur, vt nihil eo preciosius habeatur. Thesaurus dicitur, quia in ipso omnes opes, Esaiæ. 33
diuitię cœlestium regnorum reconditæ cognoscuntur. Retia dicitur, quia per ipsum Mat. 13.
& in ipso de mare seculi diuersarum gentium multitudo more piscũ per baptismũ Vbi sup.
in ecclesia congregatur, vbi bonorum malorumq; discrimen agnoscitur. Aratrum Mat. 13.
nuncupatur, quia ligno crucis eius dura pectora subiugantur, vt necessario semini Luc. 9.
præparentur. Fons aquæ viuæ appellatur, quia ex eo sitientia corda cœlestis aquæ Ioan. 4
gratia irrigantur. Petra dicitur, quia credentibus fortitudinem, incredulis duritiam 2. Cor. 10.
præstat. Lapis angularis dicitur, quia vtrosque parietes noui & veteris testamenti, ip- Ephes. 2
se vnus & mediator in semetipso continens copulauit. Agnus appellatur, vt innocẽ- Ioan. 1
tia & passio Christi demonstretur. Homo dicitur, quia secundum carnem propter
nos homines nasci dignatus est. Vitulus dicitur, quia propter nostram salutem im-
molari sustinuit. Aquila dicitur, quia post venerabilem resurrectionem ad patris sui Apoc. 5.
reuolauit sedem. Leo est dictus, quia ipse est rex regum, qui mortem ac diabolũ vir- Ioan. 14
tutis suæ potestate cõminuit. Via est, quia per ipsum ad patrem accessus est. Veritas
est, qui mendacium nescit. Vita est, quia dat vitam. Ipse vniuersa significat. Est ergo
pater, deus immensus, æternus, incomprehensibilis, inæstimabilis. Est & filius deus & Ioan. 10
dominus noster tantus quantus est pater, sed non aliunde quam de patre, quia ego,
inquit, de patre exiui: hoc est, lumen de lumine. Sed ne ex eo occasionem aliquam hę-
reticus capiat cum duo nomina uel duas personas, id est, patris & filii statuo, quasi
duos ex diuersitate confingam, nos patrem & filium ita nominamus, ut vnum deũ
in his personis & in omnibus assignemus. Porro pater & filius etsi duę personæ cre-
duntur, ratione tamen & substantia vnum sunt, quia inæqualium societas mẽlioris
offensa est, & iniuria est eius qui verus est deus, si non verus alius comparetur. Deũ
enim qui iniuste comparat, uiolat. Cum autem ego patrem & filium statuo, unitatẽ
generis assigno, & si illam in personis diuido, discretionem tamen personarum rur-
sum eadem nomina in vnitatis sui naturalis fœderis lege consigno.

In eodem festo de sancta Trinitate contra Arrianos: Sermo III.

Serm. 191

MVlta quidem & frequenter ausi sunt Arriani hæretici aduersus seruos dei, qui
fidem rectam & catholicam custodiunt per adulterinam doctrinam asserere, &
orthodoxos persequi tentarunt. Intantum autem nunc exurrexerunt contra fidem,
ita ut multos ex nobis polluerint, & aures nostras commouerint, ut animas laniarẽt.
Sceleratæ autem hęresis suæ perfidiam tegunt, sed non diutius hic uel facere permis-
sum est. Est enim gubernator ecclesiarum suarum dominus, qui pro omnibus nobis
mortem sustinuit. Et ideo indeficiens nobis est oratio dilectissimi fratres. Primo, ut
sancta domini & catholica ecclesia dissensionibus omnibus & hæresiis carens, vnita
tem spiritus in uinculo charitatis ubique conseruet, quam per fidem rectam & uitã Ephes. 5
immaculatam tenere, amplecti, seruare, custodire omnibus inuocantibus dominum
est quidem iustum, præcipue episcopis qui ecclesiis prę sunt. Secundo, ut ecclesiæ re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides patrũ nrorũ.

gula sanctaq; patrũ traditio atque iudicia in perpetuum firma solidaq; permanẽt. Est autem patrum nostrorum fides hæc: Credimus in deum patrem omnipotentẽ, cunctorum visibilium & inuisibilium conditorem. Credimus & in dominum Iesum Christum, per quem creata sunt omnia, verum deum vnigenitum, verum dei filium, non factum aut adoptiuum, sed genitum, vnius cum patre substantiæ, quod Græci dicunt homousion, atque ita per omnia æqualem deo patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate esse possit inferior, Tantumq; esse confitemur illum qui est genitus, quantus est ille qui genuit. Non autem quia dicimus genitum a patre filiũ, diuinæ & ineffabili generationi aliquod tempus ascribimus, sed nec patrem dicimus aliquando cœpisse, nec filium. Non enim possumus aliter cõfiteri æternum patrem, nisi confiteamur etiam & filium coæternum. Ex filio pater dicitur, & qui semper pater fuit, semper filium habuit. Credimus & in spiritum sanctum, deum verum ex patre procedentem, æqualem per omnia patri & filio, natura, voluntate, potestate, æternitate, substantia. Nec est prorsus aliquis in trinitate gradus, nihil quod inferius superiusq; dici possit. Ideo tota deitas sua perfectione æqualis est, vt exceptis vocabulis quę proprietatem personarum indicant, quicquid de vna persona dicitur, de tribus dignissime possit intelligi. Atque vt confutantes Arrium, vnam eãdemq; dicimus trinitatis substantiam esse, & vnum in tribus personis fatemur deum, Ita impietate Sabellii declinantes, tres personas expressas sui proprietate distinguimus, nõ ipsum sibi patrem, ipsum filium, ipsum spiritum sanctum esse dicentes, sed aliam patris, aliam filii, aliam spiritus sancti esse personam. Npn enim nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personas confitemur, nec pater filii aut spiritus sancti, personam aliquando excludit, nec rursus filius aut spiritus sanctus patris nomen, personamq; recipit, sed patem semper pater filius semper filius, spiritus sanctus semper sanctus, ita substantia vnum sunt, persona ac nominibus distinguuntur. Ipsum autem dei filium, qui absque initio cum patre & spiritu sancto est, dicimus in fine seculorum perfectum naturæ nostræ hominem suscepisse ex Maria semper virgine, & verbum carnem esse factum, sed assumendo hominem non permutando deitatem. Nec, ut quidam sceleratissimi opinantur, spiritum sanctum dicimus pro semine fuisse, sed potentia & virtute creatoris operatum. Sic autem confitemur in Christo unam filii esse personam, ut discamus duas atque integras esse substantias, deitatis. s. & humanitatis, quæ ex anima constat & corpore: atque vt condemnamus Photinum, qui solum & nudum hominem confiteatur in Christo, ita anathematizamus Apollinarem & eius similes, qui dicunt dei filium minus aliquid de humana suscepisse natura, & vel in carne, vel in anima, vel in sensu assumptum hominem his propter quos assumptus est fuisse dissimilem, quoniam absque sola peccati macula quę naturalis non est, nobis confitemur fuisse conformem. Illorum quoque execramur similiter blasphemiam, qui nouo sensu asserere conantur, a tempore acceptę carnis omnia quæ erant diuinitatis in hominem demigrasse, & rursum quæ humanitatis erant in deum esse transfusa: vt quod nulla vnquam hęresis ausa est dicere vincatur hac confusione utraque exinanita esse substantia, & deitatis. s. & humanitatis, & amisso proprio statu in aliud esse mutata: ut qui tam deum profectum in filio quàm hominem confitemur, nec deum vere nec hominem temere credamus. Nos autem ita dicimus susceptum a dei filio hominem, vt deus tamen impassibilis permaneret. Passus est etenim dei filius non putatiue, sed vere omnia quæ scriptura testatur. i. esuriem, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cætera hmõi: sed secũdũ illud passus est qd pati poterat, non secũdum illã substantiã quæ assumpsit, sed secũdum illã quę assumpta est. Ipse. n. dei filius secũdũ deitatem suam impassibilis est vt pater, incorruptibilis ut pater. Et quãuis, pprie persona filii, id est, dei verbũ susceperit passibilẽ hominẽ, tñ eius inhabitatione secundũ suã substãtiã deitas verbi nihil passa est, ut tota trinitas quã impassibilẽ esse necẽsse est. Mortuus ergo est dei filius eadem natura carnis in qua natus est & passus, in qua & resurrexit. Nõ n. exinanita est humanitatis substantia, sed glorificata in æternum cũ deitate mansura. Venturus est ad iudicium viuoꝝ & mortuoꝝ: ut & iustos remoueret & puniat peccatores. Resurrectionem carnis ita credimus, ut dicamus nos in eadem in qua nunc sumus ueritate mẽ-

brorum esse reparandos, qualesq; semel post resurrectionem fuerimus effecti, in perpetuum mansuros. Vnam esse sanctorum vitam omnium, sed præmia pro labore diuersa, & econtrario pro modo delictorum peccatorum quoque esse supplicia. Baptisma vnum tenemus, quod iisdem sacramenti verbis infantibus quibusve etiã maioribus dicimus esse celebrandum. Hominem si post baptismũ lapsus fuerit, primo per reconciliationem, deinde per pniam credimus posse saluari. Nouum & vetus testamẽtũ recipimus in illo librorũ numero, quem sanctæ ecclesiæ catholicę tradit authoritas. Animas a deo dari credimus, quas ab ipso factas dicimus, anathematizantes eos, qui animã, quasi partem dei, diuinæ dicunt esse substantiæ Eorũ quoq; cõdẽnamus errorem, qui eas ante peccasse, vel in cœlo conuersatas esse dicũt, q̃ in corpora mittentur. Execramur etiam blasphemiã eorũ, qui dicunt impossibile aliquid homini a deo esse p̃ceptũ, & mandata dei non a singulis, sed ab oĩbus in cõmune posse seruari, vel qui primas nuptias cũ Manicheo, uel secũdas cũ Cataphrygis dãnant. Anathematizamus etiam illos, qui dei filium necessitate carnis mentium esse dicunt, & tũc propter assumptum hominem non oĩa facere potuisse quæ voluit. Iouiniani quoq; dãnamus errorem, qui dicit nullam in futuro meritorum distantiam. Nos quoq; habituros esse uirtutes, quas hic habere negleximus. Liberum sic confitemur arbitrium, vt dicamus nos dei semper indigere auxilio, & tam illos errare, qui cũ Manichæo dicunt hominem peccatũ uitare non posse, quàm illos qui cũ Iouiniano asserunt, hominem non posse peccare. Vterq; n. tollit arbitrii libertatem. Nos uero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut nos liberi cõfiteamur esse arbitrii. Hæc est fides dilectissimi frẽs quam in catholica didicimus ecclesia, quamq; semper tenuimus & tenemus, quam credimus, & a nobis deinceps posse teneri.

In eodem festo, de symbolo ac deitate & omnipotentia patris: Sermo IIII.

OStendimus fratres dilectissimi, vt vestra certe dilectio recordatur, deũ in quo vos credere, pmisistis, & creditis verum esse deum, ita etiam verum patrẽ, hũc vero eundem etiam oipotentem. Hic. n. ordo symboli monstratur esse. Nam licet hoc ipso quod uerus deus esse probatur, sine dubio omnipotens intelligatur: tñ magis hoc fidei, pficit, sicut scripturis sanctis omnipotentia eius asseritur. Magna. n. credentibus oritur confidentia, cũ agnoscunt illũ omnia posse quem credunt. Oipotentem ergo dñm ac deũ nostrum ipsa eius in primis opera testantur, qui fecit hunc mũdũ totum de nihilo, & totam quæ magna est pulcritudinem, tamq; speciosas rerum formas, ex nulla materia extante composuit. De ipso. n. dicit scriptura diuina. In principio fecit deus cœlum & terrã. Et rursus. Qm̃ ipsius est mare, & ipse fecit illud. Quis ergo neget omnipotentem esse, quem tam clara cognoscit operatum? Sed multo magis eum esse omnipotentem fatebitur, cum hęc ipsa quàm facile operatus sit, agnouerit. Propheta loquitur in psalmo: Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Absq; ullo labore, absq; difficultate aliqua verbo res condidit: quicquid rõ humana miratur non labore deus, sed iussione reformauit. Imperio eius exiterũt oĩa, quæ ante non fuerant: cum ex nihilo tanta procedunt, omnipotentẽ loquuntur authorem. Neque vero a deo ista sola creata sunt quę uidemus, sed maiores potentiæ diuinæ diuitias, inuisibilia eius opera testantur. Siquidem ab ipso creatę suut omnes angelicæ potestates, quę quamuis non videantur a nobis, tamen vt ex scripturis diuinis agnoscimus, deo militant: & ipsi seruiunt, throni, dominationes, ac virtutes omnes & spiritalis substantię potestates. Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Vnde urentem tanti regis exercitum Propheta describẽs: Millia, inquit, millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebãt ei. Certe si breuiter agnoueritis ex creatione ista uisibilium & inuisibilium omnipotẽtiam dei, & nunc & eandem eius uirtutem ex administratione cognoscite. Cũ enim Gene. 7.
soro sub Noe peccante mũdo diluuium induxit, cum Sodomam & Gomorrã pluuia Gene. 19.
ignis exurit, cum populo suo de Aegyptiorum seruitute liberato siccam in mari Exo. 14
præbet uiam quid aliud quàm se omnipotentem testatur, & seipsum qui mare fecit, Exo. 16
qui illud etiã siccauit ex ea parte qua uoluit? Cum uero ipsum populũ per quadra-

Ser. 192.

Gene 1
Psal. 94
Psal. 32 & 148.
Psal. 103.
Dan. 7.

ginta annos in solitudine cibauit idest manna, ineffabilem virtutem suæ diuinitatis asseruit, vt ostenderet quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod
Deu.8 procedit de ore dei. Et vt innumeras virtutes dei pauca commemorando prætream
Acto.2 ostendit etiam nunc omnipotentiam suam deus, cum filium suum quem secundum
hominem mori uoluit pro salute nostra, solutis inferni legibus a mortuis suscitauit
Esa.34 vt in Christo ostenderet se esse a quo mortales homines sunt creati, qui etiã immortalem fecit ex mortuo. Ad ipsius omnipotentię virtutem pertiner, vt istum mundũ
Mat.24 quem aliquando fecit ex nihilo, in fine seculorum dissoluat. Vnde propheta, Cœlum inquit, placabitur reuolutum vt liber, & omnia sydera cadent vt folia de uite, & sicut folia cadent de ficu. Et Saluator in Euangelio. Quia cœlum & terra transibunt,
Psal.62 verba autem mea non transibunt. Eadem omnipotentia omnes homines qui sunt mortui, quique morientur in finem, ad diẽ iudicii suscitabit, vt Propheta dicit. Reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Et alios quidem in cœlorum regno consortio copulabit angelorum, alios vero in gehennę supplicio diabolo iunget, In hunc credentes deum dilectissimi fratres, omnipotentię, iustum, seuerum, & his tamen benignum
Phili.2 qui hic seueritatem eius timendo peccata vitauerunt: In hunc, inquam, credentes deum, cum omni timore & tremore, vt ait Apostolus, Vestram salutem operamini, & ab omni peccato, & ab omnibus criminibus & vitiis recedentes: ad sola opera iustitiæ festinate: ambulantes, sicut Saluator ait, In luce dum habetis lucem, ne tenebræ vos comprehendãt. Cauete a malorum consortiis atque colloquiis, & ad sola verba dei audienda fidelium præparerur auditus, & ad res sanctas solas loquendas lectorũ lingua moueatur vt auditum bonum & sermonem bonum bona opera, subsequantur. Quod dominus noster Iesus Christus in nobis secundum bonæ voluntatis stu-
dium perficere dignetur, Cui est honor & gloria cum patre & sancto spiritu in secula seculorum, Amen.

In eodem festo de domino Iesu Christo, quod ab initio sit cum patre secundum deitatem, qui secundum hominem nobis a certo initio natus ex virgine.

Sermo, V.

Ser.193 HVcusque fratres dilectissimi de deo patre in quem creditis locuti sumus, vt
q̃ ipse sit uerus deus, quòd uerus pater, q̃ omnipotens diuinarum scriptura-
rum authoritate monstrantur: nunc vero iuxta ordinem symboli transimus
ad filium. Postquam diximus in symbolo, Credo in deum patrem omnipotentem.
Luc.1 Sequitur. Et in Iesum Christum filium eius, qui natus ex Maria uirgine, conceptus
de spiritu sancto. Hic iam solicitus auditor attendat, ut sciat unam filii dei, eandemq̃
personam iuxta susceptι hominis ueritatem. Hic enim cum dicimus credere nos in
Christum filium dei, qui natus est ex Maria uirgine, non eo modo dicimus, ut in ho-
minem tantum ver. nos fidem habere fateamur, sed in deum ver. qui susceρit homi-
nem ver. Vnus. n. & idem est dominus noster Iesus Christus, qui & verbum dei est,
& sine initio genitus est ex patre & homo verus in fine seculorum natus ex virgine.
Gemina. n. in hoc loco hæresis contrariis nos nititur impugnare sententiis. Inde Apollinaris, hinc Arrius qui sic in Christo hominem perfectum suscipit, vt deum illũ
neget esse perfectum, dum ipsum dei verbum principio ipsi conatur includere, & eũ
non creatorem sed creaturam fatetur. Apollinaris vero ita dei filium econtrario per-
fectum credit esse deum, vt ei verum hominem timeat copulare, dum metuit ne su-
scipientis dignitatem susceρti hominis obfuscet infirmitas. Nos autem chatholici
contra vtrunq; diuinar. scripturarũ authoritate muniti, aduersus Arrium veram &
perfectam verbi diuinitatem, aduersus Apollinarem perfectam hominis in Christo
defendimus veritatem. Itaque sicut contra Arrium superiore tractatu perfectionem
dei tatis in Christo asseruimus, ita nunc contra Apollinarem perfectum hominem
Galat.4 comprobauimus. Vnde lucidissima pro nobis est Apostoli authoritas dicentis, Misit
Ioan.1 deus filium suum factum ex muliere. In primis dicendo, factum, distinguit huma-
nam a uerbi diuinitate substantiam. Factum enim vel creatum dei verbum dici omnino non potest, per quod omnia facta sunt, sicut beatus Ioannes ait, Omnia per ip-

sum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Misit, inquit, deus filium suum factũ ex
muliere, Cum ergo dicit factum, ostẽdit hic non de diuinitate tractare. Cum autem Galat.4.
addidit ex muliere, substantiam veri hominis expresit vt hæc sit natura facti homi-
nis, quæ fuit ipsius vnde factus est. i. vt ea credatur esse natura Christi, qui est factus
ex virgine, quæ fuit natura virginis, ex qua Christus formatus & natus est. Inde est
quod alibi idem Apostolus de dei filio dicit, Qui factus est ei ex semine Dauid secun Roma.1
dum carnem. Nam etsi non interceρsit semen hominis in conceρtione virginis, tamẽ
quia ex carne Christus formatus est quę constat ex semine, dicitur factus ex semi-
ne. Quemadmodum ergo secũdum diuinitatem vna est patris & filii natura, ita etiã
iuxta humanitarem eadem est matris & filii, i. Marię Christię natura: ex vtraq; sub-
stantia & diuinitatis & humanitatis vnus atq; idem est dei filius dominus noster Ie-
sus Christus, vt deus verus, ita etiam homo verus est, attestante Apostolo atq; dicen
te, Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in Roma.9
secula. Et: ibi, Vnus est enim deus, vnus est mediator dei, & hominum, homo Chri-
stus Iesus. Vnum ergo atque eundem dominum nostrum Iesum Christum, cum ex
aliis, tum ex his apostolicis sentẽtiis & deum verum comprobauimus & hoiem. Qui
cum essentiam æqualem impaρsibilem & immortalem cum patre poρsideat, propter
nostram tamen salutẽ, paρsibilem atque mortalem suscepit hominem: non vt permu
taretur in humanitatem diuinitas, sed vt diuinitati sociaretur humanitas, Secundũ
ergo huius hominis veritatem, dei filius ad redemptionem nostram natus est ex vir
gine, conceptus de spiritu sancto. Sic. n. ad Mariam in euãgelio angelus loquitur: Spi Luc.1.
ritus sanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi & propterea quod
nascetur ex te sanctũ vocabitur filius dei. Quam mirabilem natiuitatẽ olim Esaias
propheta p̃dixit. Ipse, inquit, dominus dabit vobis signum, Ecce uirgo in utero con-
cipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emanuel. Quod interpretatur ab euan
gelista, Nobiscum deus. Nam hoc quoq; ex effectu rerum dominus noster Iesus xp̃s
nomen acceρerat, qui assumpto naturæ nostræ homine nobiscum esse dignatus est: Matt.11.
qui pro nobis fecit omnia, paρsus est omnia, esuriem, sitim, lasitudinem, fletum, dolo
rem, ad extremum etiam mortem: qui a Pontio pilato præside flageliatus atq; cruci-
fixus, mortuus est & sepultus. Condemnatus est enim iustus pro iniustis, & pœnam
quæ pro peccatoribus debebatur sine peccato ipse suscepit, ut illorũ pro quibus pu-
nitus est & pœnam auferret & peccata deleret. Mortuus est morte breui ac tempora-
li, ne nos mortem subiremus æternam. Sed usque ad hanc rerum seriem in Christo
naturæ humanæ infirmitas intelligatur: nam qui fuit paρsibilis usque ad mortem,
incorruptionis gloriam & ipsius mortis imperium accepit, Siquidem hoc iam in car
ne Christi precium, q̃ iuxta Dauid prophetiam, caro exanimis & usque ad tertiũ diẽ
sepulta, tamẽ incorrupta pmansit. Sic enim ex persona Christi legimus in Psalmo di
centis ad patrem, Quoniam non derelinques in inferno animam meam, nec dabis Psal.15
sanctum tuum videre corruptionem. Vnde & beatus Petrus, Iesum, inquit, Nazare-
num uirum approbatum a deo in uobis, in uirtutibus, prodigijs & signis quæ per il-
lum fecit deus in medio uestri sicut uos scitis, hunc definito consilio & præscientia
dei traditum in manus iniquorum affigenter interemistis. Quẽ deus suscitauit solu
tis doloribus inferni, inxta quod iuρsibile erat teneri illum ab illo. Mortuus est Ie
sus xp̃s pro nobis, & die tertio resurrexit. Nam si mors quoque eius pro nobis facta
est, quanto magis eius uita pro nobis est? Qui poρt resurrectionẽ accepta a patre om Mat.28
ni poteρtate, discipulos consolatur & dicit, Ecce data est mihi omnis poteρtas in cœ-
lo & in terra. Et alibi, Euntes, inquit, in mundum uniuersum, prędicate euangelium
omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui vero non credide
rit condemnabitur. Poρt hæc per quadraginta dies inter discipulos esse dignatus est,
& immortalis mortalium, tameu non est aρernatus habere consortium, utique ut
docendo Apostolos, fide & ueritate compelleret, quæ ad nos illorum quoq; testimo-
nio peruenirent. Confirmatis uero discipulis eleuatus est in cœlum, & tam de pecca
ris quam etiam de morte ad patrem uictor ascendit, quod manifeste in euangelio le-
gimus. Et dominus quidem Iesus poρtquam locutus est eis, ascendit in cœlum, & se- Marc.16
det a dextris dei. Quo sermone non humana in deo membra significãtur, sed honor

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Christum pater suscipit, exprimitur. Vnde illum descẽsurum esse credimus ad
viuorum mortuorumq; iudicium, non in infirmitate quam habuit, sed in sublimita
te quam possidet. Qui enim in infirmitate venit vt redimeret, in potestate venturus
Acto. 1. est vt iudicet. Sic enim legimus in actibus Apostolorum. Cumque intuerẽtur in cœ
lum euntem illum, ecce duo viri astiterunt, iuxta illos in vestibus albis, qui & dixe
runt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum, hic Iesus qui assumptus est a uo
bis in cœlum, sic veniet quemadmodum vidistis eũ euntẽ in cœlũ. Ad hunc ergo ad
uentum domini nostri Iesu Christi parati simus fratres dilectissimi, & timeamus ne
ille nos non tales inueniat quales voluit inuenire, qui omnia pro nobis est passus,
vt nos inueniret tales, quibus non supplicia inferret, sed præmia redderet sempiter
na, Ad quæ nos dominus ac deus gratia sua adiutos dignetur adducere, cui est glo
ria in secula seculorum. Amen.

In eodem festo, De symbolo & spiritusancto, quòd eiusdem sit substantiæ atque dei-
tatis cuius est pater & filius. Sermo. VI.

Ser. 194. ORdinem symboli fratres dilectissimi, in quo totius fidei nostræ sacramẽta con
sistunt, nos adiuuante deo statuimus absoluere. Et quod bene vos meminisse
arbitror, quid de patre deo sentire, quid etiã de filio eque deo sentire debeatis, quan
tum institutioni vestræ, vtputa opus est, sufficienter ostendimus: nunc restat vt etiã
de sancti spiritus deitate dicamus. Hic enim est ordo symboli, vt post patris, & filij
personam spiritussancti confessio obsequatur. Tunc enim prodest in patrem & filiũ
credidisse, cum etiam spiritumsanctum eadem fidei veneratione crediderís. Hunc si-
quidem sanctæ fidei normam ipse dominus noster Iesus Christus instruxit, & nemo
Mat. 28. nisi impius de ea fidei catholicæ regula dubitat quam ille dictauit, cui fides ipsa de
betur. Ipse ergo dominus noster Iesus Christus, cum iã glorificatus resurrexit a mor
tuis, in cœlum ascensurus ad patrem, hæc sacramenta fidei discipulis ideſt apostо-
lis dereliquit. Ait enim, Euntes baptizate omnes gẽtes in nomine patris & filii & spi-
rituſsancti, docentes eos seruare quęcunque mandaui vobis. Rerum ipsarum docet
effectus, vt in una deitate personarum potentiam credamus, & quemadmodum pa-
ter in cuius nomine baptizamur deus est, ita etiam spiritusſanctus, in cuius nomine
baptizamur deus est. De quo certe beatus Petrus apostolus absolutissime pronun-
Acto. 5 ciauit dicens ad Ananiam, Cur tentauit satanas cor tuum, mẽtiri te spiritui sancto?
Et paulopost, Non es mentitus homini, sed deo. Apertissime quem spiritum sanctum
2. Cor. 12. dixerat, hunc postea deum nominauit. Et beatus Paulus apostolus, Nemo potest di-
cere dominus Iesus, nisi in spiritusancto. Diuisiones gratiarum sunt, idem vero deus
qui operatur omnia in omnibus. Hic quoque quam euidenter uas electionis, quem
spiritumsanctum nouerat, eundem esse deum dixit ac dominum operantem ex pro-
pria potestate quod uult. Hic est spiritusſanctus, in quẽ peccare adeo sacrilegum est,
Mat. 12. vt nec hic, nec in futuro iudicio remittatur. Sic. n. ipse dñs noster Iesus xps in euãge
lio loqtur. Quicũq; dixerit verbum cõtra filiũ hoĩs, remittetur illi: qui aũt dixerit
cõtra spiritũ ſctũm, non remittetur ei, neq; hic neq; in futuro. Hic est spũs ſctus quem
Ioan. 15 dñs ascẽsurus ad patrẽ discipulis suis repromittit dicẽs, Cũ autẽ uenerit paracletus
quẽ ego mittã a patre spiritũ veritatis, qui a patre ꝓcedit, ipse testimoniũ perhibebit
de me, de quo supius ait, Paracletus aũt spũs ſctus quẽ mittet pater in noĩe meo, ipse
Ioan. 14 vos docebit oĩa. Ipse ergo spũs ſctus, quẽ mittet pater in noĩe meo, qui ex patre pro-
cedit, ostẽditur unius cu patre & filio esse substantiæ. Et diligẽter attendite ꝙ ad di-
Ioan. 16 scipulos soos rursus idẽ dñs ait, Expedit vobis ut ego uadã. Nã si nõ abiero, paracle-
tus non ueniet ad uos, si aũt abiero, mittam eũ ad uos. Hoc quod dicitur, mittã, non
minorẽ qđ absit, indicat spũsſanctum, sed simpliciter absq; adulatione veritatẽ atq;
concordiam indicat uoluntatis. Attendite autem quod dixit, Expedit uobis vt ego
uadam. Nam si non abiero, paracletus non ueniet ad uos. Quomodo expedit discipu
lis ut ab illis Christus ascendat ad patrem, si minor est ille qui pro Christo ad disci-
pulos est mittendus? Sed expedit discipulis ab eis Christus ascendat, quia æqualis est
est patri & filio spiritusſanctus, qui ad discipulos uenturus esse promittitur. Quod
autem paracletus dicitur spiritusſanctus, proprietas operationis eius exprimitur. Pa-
racletus enim Græce, Latine dicitur consolator. Et bene ipse pro xpo ad discipulos

mittitur, vt eos cõsoletur inter omnes tribulationes quas ipsi erant confessione pas-
suri. His ergo fratres dilectissimi, diuinarũ scripturarũ testimoniis instructi, spiritum
sanctum deum esse æqualem patri & filio tota fidei perfectione fateamur. Quia. n.
deum patrem, deum filium, deum spũsanctum in scripturis diuinis legimus quem-
admodum non possumus de patris & filij, ita nec de sancti spiritus deitate dubitare.
Absit autem longe a christianis mentibus polluta gentilis erroris impietas, vt trium
in vna confessione personarũ tres deos videamur fateri. Absit hoc, inquam, & ꝓcul a
piorũ mentibus excludatur. Et nos. n. iuxta scripturę sanctę authoritatem nominum
tantummodo ac personarũ distinctionem in trinitate facimus, deitatem vero vnam
indiuisibilẽ confitemur, ipsa est in patre, ipsa in filio, ipsa in spiritusancto, vna & per
fecta diuinitas. Non ergo tres deos dicimus, quia vnam deitatem fatemur. Non enim
obliti sumus diuinam scripturã dicentem, Audi Israel, dominus deus tuus vnus est. Deute. 6
Et rursus, Dominus deus vnus hic est in cœlo sursum & in terra deorsum, & non est Deute. 4
alius nisi ipse. Non, inquam, obliti sumus vnum deum esse, quem vtique scriptura di
cente cognouimus. Sed inter duos errores & maxime hæreticos ad fidei veritatẽ di-
rigimus, vt nec cum gentilibus numerum in deitate faciamus, nec cum Iudæis my-
sterium in trinitate negemus, sed existere patrem, existere filium spũsanctum in per
sonarum proprietate, credentes vnitatem deitatis in trinitate veneremur, id est, vt
tres personas patris scilicet & filij & spiritussancti vnum esse dicamus deum, cui est
honor & gloria in seculorum, Amen.

In eodem festo: De fide catholica, Sermo VII. Ser. 195

ROgo & admoneo vos frẽs charissimi, vt quicunq; vult saluus esse, fidem rectam
ac catholicam discat. Ita ergo oportet vnicuiq; obseruare vt credat patrem & fi-
lium & spũsanctum. Pater deus, filius deus, spiritussanctus deus, sed tamen non tres
dii, sed unus. Qualis pater, talis filius, talis spiritussanctus. Attamen credat vnus-
quisque fidelis ꝙ filius æqualis est patri secundum diuinitatem, & minor est patre se
cundum humanitatem carnis, quam de nostro assumpsit, spiritus vero sanctus ab Lucę. 1
vtroque ꝓcedens. Credite ergo charissimi in deum patrem omnipotentem, credite & & 2.
in Iesum xpm filium eius vnicum dominum nostrum, credite eum conceptum esse Matt. 27
de spiritusancto, & natum ex Maria virgine, quæ virgo ante partum semper fuit, &
absque contagione vel macula peccati perdurauit. Credite eum pro nostris peccatis
passum sub Pontio Pilato, credite crucifixum, credite mortuum & sepultum, credite Acto. 1
eum ad infernum descendisse, diabolum obligasse, & animas sanctorũ quæ sub custo Marc. 16
dia detinebantur, liberasse, easq; ad cœlestem patriam perduxisse. Credite eum in cœ
lis cum carne quam de nostra assumpsit, ascendisse. Credite ꝙ in dextera sedet pa-
tris, credite ꝙ venturus sit iudicare viuos & mortuos. Credite in spiritum sanctum, Matt. 11
credite sanctam ecclesiam catholicam, credite, sanctorum communionem, credite re
missionem peccatorũ, credite vitam æternam. Igitur siquis vult discipulus xpi esse, Philip. 2.
mandata sua custodiat, humilitatem discat, vt ipse ait. Discite a me quia mitis sum &
humilis corde. Deum corde roget. Quàm multi sunt qui foris videntur se humilia-
re, intus autem pleni sunt tumore superbiæ. Christus ꝓ nobis humiliauit se, formã Lucæ. 2
serui accepit, factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Pro nobis Matt. 26
frẽs, vt peccata nostra deleret, carnem humanam assumpsit, natus est ex virgine, po & 27.
situs in præsepio, pannis inuolutus. a Iudęis reprobatus, ab ipsis persecutus, conpre-
hensus, flagellatus, sputis sordidatus, spinis coronatus, clauis crucifixus, lãcea perfo
ratus, cruci appensus, aceto cum felle potatus, & inter iniquos reputatus. Et hęc oĩa Luęæ. 9
frẽs charissimi sustinuit, vt nos de faucibꝰ inferni liberaret. Ergo frẽs charissimi, dũ Matt. 19
tanta & talia dñs ꝓ nobis sustinuit, si ad eũ volumus puenire, vestigia eius debemus
sequi, exẽpla sanctorũ imitari. Dñs in euangelio dicit, Siqui vult post me venire ab- Acto. 7
neget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Et alibi dicit, Vade uende
omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Sancti martyres, fratres cha
rissimi, secuti sunt vestigia illius, & calicẽ quẽ ipse bibit biberunt. Petrus apostolus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

.pro nomine Christi crucifixus est,Paulus decollatus, Stephanus lapidatus, & reli-
Colos.3 qui ꝯ plures pro nomine ipsius sic pasi sunt.Ergo fratres crucifigite & mortificate
membra vestra quæ sunt super terram, vt positis placere illi qui vos creauit. Qui
fuit superbus,sit humilis. Qui fuit incredulus,sit fidelis. Qui fuit luxuriosus,sit ca-
stus. Qui fuit latro,sit idoneus. Qui fuit ebriosus,sit sobrius. Qui fuit auarus,sit lar
gus. Qui fuit bilinguis, sit beniloquus. Qui fuit detractor aut inuidiosus, sit purus
& benignus. Qui aliquando ad ecclesiam tarde veniebat,frequẽtius ad eam currat.
Ecclesiasti cl. 3 Eleemosynarum copia vnusquisque se redimat, quia sicut aqua extinguit ignem,
ita eleemosyna peccatum. Decimas annis singulis de omni fructu quod colligitis ec
clesiis & pauperibus erogate. Ieiunium amare,voracitatem & crapulam vini deui-
Matt. 25 tate. Esurientes pascite,sitientes potate, nudos vestite, & qui positi sunt in carcere
requirite,infirmos visitate. Hospites in domos vestras colligite,& pedes eorum laua
te,linteo extergite,ore exosculamini,& lecta ipsor. pparate. Non homicidium vllus
faciat,non furtum,non adulteria,non periurium,non falsum testimonium dicat,ho
Exo. 20 noret patrem & matrem vt sit longæuus super terram. Diligat deum plusquam se,a-
met proximum sicut semetipsum. Quicunqne de his supradictis commisit,cito eme
det,confessionem donet,veram pœnitentiam agat,& remittuntur ei peccata sua. Si
hæc quæ suggessi fratres implere volueritis, remissionem peccatorum promerebã-
mini, & vitam æternam.

Item in eodem festo alius sermo, de indiuidua trinitate & inseparabili vnitate, inci- I.
piens: Sancta & diuina eloquia & cætera: qui sumptus est ex sermonibus de Ver
bis Apostoli. I.

Item in eodem festo alius sermo,incipiens: Extorsisti mi dilecte fili &c. qui sumptus
est ex libro contra Felicianum.

Ioan.3 Item in eodem festo: homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Ioan-
nem, Erat homo ex pharisæis Nicodemus nomine &c. quę sumpta est de exposi-
tione doctoris, Ibidem. Et ex sermonibus de verbis Apostoli. xiiij.

Item in eodem festo: alia homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum
Ioan. 15 Ioannem, cum venerit paracletus quem ego mittam vobis &c. quæ sumpta est de
expositione doctoris, Ibidem.

Dominica prima post festum sanctæ trinitatis, de auaritia vitanda. Sermo I.

Ser. 196. QVI Deum timetis, non dubito quin verbum eius cum timore audiatis, &
cum hilaritate faciatis, vt quod promisit modo speretis, post accipiatis.
Dominum modo audiuimus præcipientem nobis Christum Iesum filium
Dei. Præcipit nobis veritas q̃ nõ fallitur. Audiamus, timeamus, caueam⁹. Quid ergo
Lucæ. 12 p̃cepit? Dico, inq̃t, vobis, abstinete ab oĩ auaritia. Quid ẽ ab oĩ? Quare addidit, ab oĩ?
Potest n. & sic dicere, Cauete ab auaritia. Pertinuit ad eum vt adderet ab omni & di-
ceret, Cauete ab omni auaritia. Quare hoc dixerit velut occasio ipsa, vnde natus est
sermo, apperet in sancto euangelio Interpellauit enim eum quidam contra fratrem
suum qui totum patrimonium abstulerat, & fratri suo partem suam non reddebat.
Quam bonam ergo causam habuerit interpellator iste aduertitis. Non enim rapere
quærebat aliena, sed sua a parentibus sibi derelicta quærebat, & ipsa domino inter-
pellato & iudicante poscebat. Habebat inimicum fratrem, sed iustum iudicem inue-
nerat contra inimicum fratrem. Deberet ergo perdere in tam bona causa istam oc-
casionem? Aut quis diceret fratri eius, redde partem suam fratri tuo, si Christus nõ
diceret? Ille iudex hoc dicturus erat, quem forte frater ditior & raptor p̃mio corrũ-
pebat? Miser ergo & paternis opibus destitutus, tali ac tanto iudice inuento accedit,
interpellat, rogat causam suam breuissime exponit. Vt quid enim opus erat causam
Lucæ. 2 protelare, quando ei loquebatur qui cor poterat videre? Domine, inquit, dic fratri
meo vt diuidat mecum hæreditatem. Non ei dixit dominus, veniat frater tuus, sed
nec misit vt adesset, aut cum adfuisset interpellatori dixit, probat quod dicebas. Pete
bat dimidiam hereditatem. Petebat in terra dimidiam, in cœlo dominus offerebat
totam

tam. Plus dominus dabat quam ille postulabat. Dic fratri meo, vt diuidat mecũ hæ-
reditatem. Causa iusta, causa breuis. Sed audiamus & iudicantem & docentem. Ho-
mo ait, homo. Qui enim pro magno habes istam hæreditatem, quid es nisi homo? Vo
lebat illum facere aliquid plusquã est homo. Quid plus illum volebat facere, cui vo-
lebat auaritiam tollere? Quid eum plus volebat facere: Dico vobis, Ego dixi dii estis Psal. 81.
& filij excelsi omnes. Ecce quid eum volebat facere. Inter deos numerare, q auaritiã Lucæ. 12
non habent. Homo quis me constituit diuisorem inter vos? Et Paulus Apostolus ser
uus ipsius quando dicebat. Obsecro vos fratres vt idipsum dicatis omnes, & nõ sint 1. Cor. 1.
in vobis schismata, nolebat esse diuisor. Deniq; doluit eos qui ad ipsius nomen cur-
rebant, & Christum diuidebant, Vnusquisque vestrũ dicit: Ego sum Pauli, ego Apol Vbi sup.
lo, ego Cephæ, ego Christi. Diuisus est xps? Nũquid Paulus pro vobis crucifixus est,
aut in nomine Pauli baptizati estis? Videte ergo quam mali sunt homines qui vo-
lunt esse diuisi. Qui noluit esse diuisor, quis me, inquit, constituit diuisorẽ inter vos?
Petis beneficium, audi consilium. Ego dico vobis, Cauete ab omni cupiditate. Forte,
inquit, tu auarum & cupidũ diceres, si quæreret aliena. Ego autem dico, Cupide &
auare non appetas nec tua: hoc est, ab omni. Cauete, inquit, ab omni auaritia. Magnũ
pondus. Si forte hoc pondus infirmis imponitur, rogetur vt qui imponit vires dare
dignetur. Non enim leniter habendum est fratres mei, quando dominus noster re-
demptor noster, saluator noster, qui mortuus est pro nobis, qui sanguinem suũ pre-
tium dedit vt redimeret nos, aduocatus & iudex noster, non est leue quando dicit,
Cauete. Nouit ille quantum mali sit, nos non nouimus. Illi credamus. Cauete, in-
quit. Quid? Vnde? Ab omni auaritia, Meum seruo, non alienum tollo. Cauete ab om
ni auaritia. Non solum auarus est qui rapit aliena, sed ille auarus est qui cupide ser-
uat sua. Sed si sic culpatur qui cupide conseruat sua, quomodo iudicaturus est te, cũ
non solum seruas tua, sed etiam quæris aliena? Da mihi hominem qui cum timore
audiuit, Cauete ab omni cupiditate: & non mihi dicat, Ego homo pauper sum, ple-
beius, mediocris, gregalis: quando me spero ante iudicem futurum, non timeo istam
tentationem, cuius periculum ante oculos posuisti. Ecce dico & pauperi, quod time
re debeat. Vocat te diues & potens, vt pro illo dicas falsum testimonium. Quid factu
rus es? Modo dic mihi, Habes bonum peculium, laborasti, acquisisti, seruasti. Exigit
ille, Dic pro me falsum testimonium, & tantum dono tibi. Tu qui non quæris aliena,
dic absit a me, non quæro quod mihi noluit deus dare, non accipio, recede a me. Nõ,
inquit, vis accipere quod do, quod habes tollo. Ecce modo te proba, modo te interro
ga. Quid me attendis? Intus attende, intus vide, intus examina, & constitue te an-
te te, & in equuleo præcepti dei extende tẽ, & timore torque te, & noli te palpare. Re-
spondet tibi, Ecce si hoc quisquam minetur quid facies? Credo tibi, quia quod cum
tanto labore acquisisti minime perdere vis. Minatur tibi, Nisi pro me falsum testi-
monium dixeris, tollo illud: Sed si pro me falsum testimonium dixeris, do illud. Ca
uete ab omni auaritia. O serue meus dicit tibi deus, quem redemi & liberum feci,
quem de seruo fratrem adoptaui, quem in corpore membrum posui: audi me, Tol-
lat quod acquisisti, me tibi non tollit. Ne pereas, seruas tua: Non tibi dixi, cauete ab
omni cupiditate? Ecce turbaris, ecce fluctuas. Cor tuum quasi nauis tempestatibus Matt. 8
quatitur. Dormit xps. Excita dormientem, & non patieris tempestatem sæuientem,
ipsum excita qui nihil hic habere voluit, & totum habes, qui vsque ad crucem pro
te peruenit, cuius nudi atque pendentis ossa ab insultantibus numerata sunt, & ca-
ue ab omni auaritia. Parum est auaritia pecunię, caue ab auaritia vitæ. Horrenda a-
uaritia, metuenda auaritia. Aliquando homo contemnit quod habet: & dicit, Non
dico falsum testimonium. Non dico, dicis mihi? Tollo quod habes. Tolle quod ha-
beo, non tollis quod intus habeo. Non enim pauper remanserat qui dicebat, Domi- Iob. 1
nus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est: Ergo sit nomen do
mini benedictum: Nudus exij de vtero matris meę, nudus reuertar in terram. Nu-
dus foris, intus vestitus. Nudus foris a pannis & putribilibus pannis, intus vestitus.
Vnde? Sacerdotes tui induantur iustitia. Sed quid si dicat, cum contempseris ea quę Psal. 131
possides, quid si dicat, occido te? Respondet illi si Christum audisti: Occidis me?
Melius tu carnem meam, q̃ ego per linguam falsam, animam meam. Quid facturus

es mihi? Occisurus es carnem: Exiet anima libera, in fine seculi & ipsam quam con
tempsit carnem receptura. Quid ergo mihi facturus es? Si autem falsum testimoniũ
Sapiem.1. dixero pro te, lingua mea occido me, & non in carne occido me. Os enim quod men
titur, occidit animam. Forte hoc non dicis. Vnde non dicis? Viuere vis. Vis viuere, cui
cum deus hic limitem viuendi constituit? Certe caue ab omni auaritia. Hucusque ẽ
deus voluit vt viuas, quousque iste ad te accesserit. Forte occisurus est te, vt marty-
rem faciat. ¶ Noli, habere cupiditatem viuendi & non habes æternitatem mouen-
di. Videtis quia vbique auaritia illa cum plus volumus q̃ opus est, facit nos peccare.
Caueamus ab omni auaritia, si volumus frui æterna sapientia.

In eadem dominica, de Dauid & Isai patre suo, & de Goliad spurio: Sermo II.

Ser. 197. IN scripturis diuinis fratres charissimi vna eademq; persona prout tempus & lo-
Gene. 22 cus fuerit, diuersam significationem habere potest. Nam beatus Isaac quod opti-
me nouit sanctitas vestra, quando a patre oblatus est, xpm dominum figurauit:
Gene. 24 cum vero filio suo Iacob benedixit, & ad accipiendam vxorem in Mesopotamiam
misit, Iacob typum habuit xpi, & Isaac dei patris imaginem gessit. Iterum beatus Ia
cob qui typum xpi habuit quando vxorem accepit, dei patris figuram gessit. Quan-
Gene. 37 do enim beatum Ioseph plus omnibus filiis diligebat, & tunicam ei polymitam fe-
cit, incarnationem domini saluatoris significauit. Quomodo ergo tunc factum est ::
fratres charissimi in beatis patriarchis, in Isaac videlicet & in Iacob, ita in Isai patre ꝑ
2.Reg. 17. Dauid figuratum esse cognoscimus. Quando.n. Isai Dauid filium suum mittebat vt
requireret fratres suos, typum dei patris habuisse videtur. Isai misit Dauid vt requi
reret fratres suos, & deus pater misit vnigenitum suum, ex cuius persona scriptum
Psal. 21 est, Narrabo nomen tuũ fratribus meis. Ad requirendos.n. fratres suos venerat xps,
Matt. 15 quando dicebat, Non sum missus nisi ad oues perditas domus Israel. Dixit ergo Isai
1.Reg. 17. ad Dauid filiũ suũ, Accipe ephi polentæ & decẽ formellas casei, & vade require fres
tuos. Ephi, triũ modiorũ mensura est. Et tribus mẽsuris, mysteriũ intelligitur trinita
Gene. 18 tis. Bñ nouerat hoc mysteriũ ẽt & beatus Abrahã. Deniq; qñ sub ilice Mãbrę in trib
psonis sacramentũ videre meruit trinitatis, tria fata similæ miscerip̃ cepit. Tria fata,
tres mensuræ sunt. Hãc ergo mensuram & Isai dedit filio suo. In decẽ formellis casei,
intelligitur decalogus veteris testamenti. Venit ergo Dauid cum tribus mensuris &
decem formellis casei vt fratres suos in prælio positos visitaret, quia venturus erat
xps cum decalogo legis & mysterio trinitatis, vt genus humanum de potestate dia-
boli liberaret. Veniente autem Dauid, vnus e fratribus increpauit eum dicens, Qua ::
3.Reg.17. re dimisisti pauculas oues illas, & venisti ad p̃lium? Frater iste senior qui Dauid ty- G
pum Christi gerentem per malitiam increpauit, significauit populum Iudæorum,
qui per inuidiam Christo domino qui pro salute humani generis venerat detraxe-
runt, & multis frequenter iniurijs affecerunt. Quare, inquit, dimisisti oues illas &
venisti ad prælium? Quasi non tibi videtur per os eius saluti hominum inuidens dia
Matt. 18 bolus loqui: tanqam si diceret Christo, Quare dimisisti nonaginta & nouem oues q̃
non errauerunt, & venisti vt vnã requireres quæ perierat, & eam de manu spiritalis
Goliæ, id est, de potestate diaboli per crucis baculum liberatam ad ouile ꝓprium re-
uocares? Quare, inquit, dimisisti paucas oues illas? Malo quidem & superbo animo,
sed tamen verum dicebat, quia Iesus, sicut iam dictum est, dimissurus erat nonagin
ta & nouem oues, vt quæreret vnam, & ad ouile ꝓprium. i. ad angelor& consortium
1.Reg. 16. reuocaret. Prius tamen q̃ veniret Dauid cum iam vnctus esset a beato Samuele, si-
1.Reg 17. cut & ipse Sauli regi suggessit, & leonem & vrsum sine armis occidit. Sed & leo, & vr
sus ambo typum diaboli præferebant. Qui pro eo q̃ de ouibus Dauid aliquid inua-
dere ausi sunt, ipsius Dauid virtute sunt suffocati. Hoc totũ fratres charissimi quod
tunc in Dauid legimus figuratũ, in domino nostro Iesu Christo cognoscimus esse ::
completum. Tunc enim & leonem & vrsum strangulauit, quando ad inferna descen H
dens, oẽs de eorũ faucibus liberauit. Deniq; audi ꝓphetã ex p̃sona dñi supplicantẽ,
Psal.21 Erue a framea aĩam meam, & de manu canis vnicã meam. Libera me ex ore leonis.
Et quia vrsus in manu fortitudinem habet, & leo in ore, in istis duabus bestijs idem

diabolus figuratus est. Hoc ergo ex p̃sona xp̃i dictũ est, ut vnica eius ecclesia de ma-
nu, id est, de potestate, uel de ore diaboli tolleretur. Venit ergo Dauid, & inuenit Iu 1. Reg. 17.
dęotum populum in valle Terebinthi positum ut contra Allophylos dimicaret, qa
uenturus erat uerus Dauid xp̃s, ut de conualle peccatorum siue lachrymarum hu-
manum genus erigeret. Stabant aũt in ualle contra Allophylos. In ualle erant, quia
eos peccatorũ pondus oppresserat. Stabant.n. & pugnare contra aduersarios non au
debant. Quare non audebant? Quia Dauid qui typum xp̃i gerebat nondum uene-
rat. Verum est fratres charissimi. Quis.n. contra diabolum pugnare poterat, antequã
Christus dominus genus humanum de potestate diaboli liberaret? Dauid.n. inter-
pretatur manu fortis. Quid eo fortius fratres qui uniuersum mundum uicit, arma-
tus non ferro sed ligno? Stabant ergo filii Israel contra aduersarios quadraginta die-
bus. Quadraginta dies, pp quatuor tpa, & quatuor partes orbis terrę uitam p̃sentẽ
significant, in qua contra Goliad uel exercitum eius, id est, contra diabolum & ange
los eius, Christianorum populum pugnare non desinit. Nec tamen uincere posset,
nisi uerus Dauid Christus cum baculo, id est, cum crucis mysterio descendisset.
Ante aduentum.n. Christi fratres charissimi solutus erat diabolus: Veniens Chri-
stus fecit de deo quod in Euangelio dictum est, Nemo potest intrare in domum for- Mar. 12
tis & uasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem. Venit ergo Christus, & alliga-
uit diabolum. Sed dicit aliquis, Si alligatus est, quare adhuc tantum p̃ualet? Verum
est fratres charissimi, quia multum p̃ualet, sed tepidis & negligentibus, & deũ in ve-
ritate non timentibus dominatur. Alligatus est.n. tanquã innexus canis catenis, &
neminem potest mordere, nisi eum qui se illi mortifera securitate coniunxerit. Iam
uidete fratres q̃ stultus est homo ille, quem canis in catena positus mordet. Tu te il-
li per uoluntates & cupiditates seculi noli coniungere, & ille ad te non p̃sumit acce-
dere. Latrare potest solicitare potest, mordere omnino non potest nisi uolentem. Nõ
enim cogendo sed suadendo nocet, nec extorquet a nobis consensum, sed petit. Ve-
nit ergo Dauid & inuenit Iudæorum populum contra diabolum præliantem, & cum
nullus esset qui præsumeret ad singulare certamen accedere, ille qui figuram Chri
sti gerebat processit ad prælium, tulit baculum in manu sua, & exiit contra Go-
liad. Et in illo quidem tunc figuratum est, quod in domino Iesu Christo completũ
est. Venit enim uerus Dauid Christus, qui contra spiritalem Goliad, id est, contra 1.Reg.17.
diabolum pugnaturus crucem suam ipse portauit. Videte fratres vbi Dauid Go-
liad percusserit, in fronte utique ubi crucis signaculum non habebat. Sicut enim
baculus crucis typum habuit, ita etiam & lapis ille de quo percussus est, Christum
dominum figurabat. Ipse est enim lapis uiuus: de quo scriptum est, Lapidem quem
reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Quod autem Dauid non Psal. 117.
habens gladium ascendit super Goliad, & suo eum proprio interfecit gladio, designa 1.Reg.17.
tum est quòd in aduentu Christi suo gladio diabolus uictus est, qui per nequitiam
suam & iniustam persecutionem quam exercuit, in Christo omnium in eum credẽ-
tium perdidit principatum. Quod autem arma Goliæ Dauid posuit in tabernacu-
lo suo, arma diaboli nos fuimus. Sic enim dicit Apostolus, Sicut enim exhibuistis Rom.6.
membra uestra arma iniquitatis peccato, ita & nunc exhibete membra uestra arma Vbi sup.
iustitiæ deo. Et iterum, Nolite, inquit, exhibere membra uestra arma iniquitatis pec
cato. Arma enim inimici nostri misit Christus in tabernaculo suo, quando nos qui do
mus diaboli fueramus, per ipsius gratiam templum dei esse meruimus. Nam & uicis
sim nos in Christo, & in nobis Christus habitare cognoscitur. Quod autẽ Christus
in nobis habitet, Apostolus probat dicens, In interiore homine per fidem habitare Ephes. 3.
Christum. Quod iterum nos habitemus in Chr̃sto: idem Apostolus designat dicẽs,
Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et dominus in Euangelio Galat.3.
ad discipulos suos, Ego in patre meo, & uos in me, & ego in uobis. Quòd Ioan.14
uero non in alio membro, sed in fronte percussus est: hoc significat quòd mo-
do in nostris competentibus exercetur, quia quando cathecumenus in fronte
signatur, spiritalis Goliad percutitur, & diabolus effugatur. Et quia de cor-
dibus nostris per gratiam Christi diabolum essugatum esse cognoscimus pa-
riter, & sentimus, quantum possumus cum ipsius adiutorio laboremus ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

malis operibus nostris & impiis vel luxuriosis cogitationibus iterum eum in nos inuitare velimus, vt in eo inspirante ad æterna præmia fœliciter venire mereamur. Quod ipse præstare dignetur. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Item in eadem dominica alius sermo de eodem, qui habetur in lib. Quinquaginta homiliarum. XXXI.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum
Luc. 16 Lucam, Homo quidam erat diues, & induebatur purpura &c. quæ habetur inter sermones de Verbis domini, XXIIII. & XXV.

Et in libro Quinquaginta homiliarum VII. Et lib. secundo de quæstionibus Euangeliorum XXXVIII.

Dominica secunda post festum sanctę Trinitatis, De plaga dei: Sermo I.

Serm. 98 CVM regum lectio legeretur, audiuimus ꝙ cum dei plaga sæuiret in populo
2. Reg. 24. Iudæorum, angelus domini qui percutiebat stetit iuxta aream Areuna Hiebusęi. Et dixit dominus ad angelum, Extende manum tuam super Hierusalem, vt disperdam eam. Cumq; extendisset manum angelus, misertus est dominus super afflictionem: & ait angelo percutienti populum, Sufficit nunc, contine manum tuam. Et cessauit plaga a populo. Areuna fratres charissimi rex erat Hiebusæorum, & partem aliquam possidere videbatur in Hierusalem, quia licet omnes in circuitu nationes subditæ fuerint regi Dauid, non tamen permisit deus vt Hiebusæi ad integrum delerentur. Rex ergo ille Paganus populum gentium figurabat. Aduertite fratres, quia in Iudæorum terra non inuentus est locus dignus vbi altare domini poneretur, sed in terra gentium locus eligitur, vbi & angelus videtur, & domini altare construitur, & sic ira omnipotentis domini mitigatur. Iam tunc figurabatur quod in Iudæorum cordibus ad offerendas spiritales hostias locus dignus non posset inueniri, sed gentium terra, id est, Christianorum conscientia eligitur, vbi templum domini collocetur. Quam rem Apostolus euidenter ostendit, dum Iudæos increpat dicens, Vobis, inquit, opportuit loqui primum verbum dei, sed quia vos indignos iudicastis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes: hoc est dicere, Quia Christum repulistis & dignum locum non pręparaſtis in quo altare domini poneretur, in terra
Act. 13
1. Cor. 3. gentium, id est, in cordibus populorum altare domini collocabimus. Et inde est quod nobis idem Apostolus clamat, Templum dei sanctum est, quod estis vos. Et ideo attendite fratres charissimi, quia tunc gentilis regis terra eligitur, quando populus Iudæorum dei plaga percutitur, quod in passione domini videmus esse completum. Nam quando Iudæorum populus crucifigens dominum reprobatur, tunc in area gentium, id est in omni terra altare domino consecratur. Angelus ergo domini in area regis gentilis stetit, & verus angelus, id est, Christus gentium populum visitauit.
2. Re. 24. Rex ergo ipse obtulit beato Dauid aream & boues ad holocaustum, sed rex Dauid accipere noluit, nisi prius pretium daret. Et hoc in aduentu domini saluatoris impletum est, qui gentium corda sibi assumere noluit, nisi prius pro eis preciosum sanguinem daret. Quid ergo dedit? Quinquaginta, inquit, siclos argenti. In quinquagenario numero, & gratia spiritus sancti intelligitur, & peccatorum remissio designatur.
Act. 2 Leuit. 15. Nam quinquagesimo die spiritussanctus Apostolis mittitur: Et in veteri testamento quinquagesimus annus remissioni & indulgentiæ consecratur. Dauid quidem ille argentum dedit, noster vero Dauid cuius ille typum tenebat, preciosum sanguinem fudit. Ergo vt aream Pagani regis Dauid emeret, siclos quinquaginta obtulit: & verus Dauid xps vt in area gentium altare sibi construeret, quinquagesimo die gratiam spiritussancti & peccatorum indulgentiam dedit. Et ideo fratres quia in nobis & de nobis templum sibi dignatus est facere, in domo sua non patiatur iniuriã: quia si de peccatis nostris iniuriam pertulerit, cito discedit, & væ miseræ animæ de qua ille discesserit. Sine dubio enim qui a lumine deseritur, t tenebris occupatur. Ita ergo cum ipsius adiutorio agere studeamus, vt tam pium dominum non solum hospitem

spitẽm recipere, sed etiam perpetuum habitatorem habere mereamur, præstante eodem domino nostro Iesu christo, cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Sermo CXCIX. In eadem dominica sermo secundus de quinque Hæresibus.
Hunc sermonem habes Tom. 6. fol. 8.

Item in eadem dominica, Homiliæ de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Luc. 14. Lucam, Homo quidam fecit cœnam magnam &c. quæ habentur inter sermones de Verbis domini XXXIII. Et lib. secundo de quęstionibus Euang. cap. XXX.

Dominica tertia post festum sanctæ Trinitatis, de iudicio Salomonis & duabus meretricibus. Sermo I. 3. Reg. 3.

DE duabus meretricibus dilectissimi fratres quæ ad iudicium Salomonis uenerunt, vnde nobis ad vesperam lectio recitanda est, ex quibus vna quę erat non solum luxuriosa, sed etiam crudelis & impia clamabat ad regem ut diuidi iuberet infantem: Nunc si libenter accipitis, de ipsis quid sancti patrẽs nostri exposuerunt, charitatis uestrę auribus cupimus itimare. Illa.n. quæ clamabat, vt puer integer seruaretur. Ecclesię catholicæ typum gerebat, illa alia crudelis & impia quæ clamabat vt puer diuideretur, Arrianam hæresim designabat. Catholica enim quasi mater pissima, omnibus hæreticis clamabat: Nolite xpm minorẽ facere patre, nolite vnitatẽ diuidere, nolite vnum deum diuersis gradibus diuidendo veluti idola gentium in Serm. 200 3. Reg. 3.
uestris cordibus fabricare, totum nobiscum possidete, si vultis habere pacem, nolite vnitatem scindere. Non enim si vos totum tenueritis, nobis nihil remanet. Tãta est filius omnipotentia, vt eum omnes totum possideant, & singuli totum. Sed impia & crudelis hæresis clamat, non, sed diuidatur. Quid est diuidatur, nisi non filius ęqualis sit patri? Dum enim filio sutrahit æqualitatem, & bonum omnipotentemq; denegauit patrem. Deus.n. pater si potuit filium sibi similem gignere & noluit, nõ est bonus. Si uoluit & non potuit, non est omnipotens. Certi estote fratres mei, quia huic sententiæ nullus vnquam Arrianorũ poterit respondere, sed quoties constricti fuerint verissima ratione, velut anguis lubricus ad alias quascunque quęstiones callidas & tortuosas refugiunt. Ergo fratres charissimi, testamentum profero, verba testatoris refero. Si habet quod diuidatur, ibi inuenio. Si non habet quod diuidatur, ex ipso testamento illis resisto. O infelix hæretice, quid habet testamentum audi, Ioan. 4
Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Hæc est Christianorum hæreditas, & quis est ipse testator? Lege testamentum & inuenis. Cũ propheta de domino loquetur ait, Magnificabitur vsque ad terminos terræ, & iste erit pax. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis? Non diuisoribus sanctę vnitatis, Mich. 5. Luc. 2
sed hominibus bonæ voluntatis. Ipse est hęreditas, ipse testator, ipsum quæris diuidere. Quid partiris vnum? Si vnum diuiseris, integrum nihil habes. O Arriana hæresis crudelis & impia erubesce. Iudicante Salomone, meretrix ne vnũ viuum, ne vndecũq; contemptum etiam natum, pderet, non dimisit diuidi filium suum, & tu diuidis deum tuum? Illa etsi meretrix, tamen pia, quia mater? Tu hæresis impia, quia non mater. Quod paris p̃ focas, quod non parturis congregas. Viscera tua durueruũt illius tremuerunt. Quid dicit illa, quę typũ gerebat catholicæ matris? Date illi puerum, & nolite diuidere eũ. Filius meus est, sed melius apud illa migret natus, migret totus, tamen apud me maneat maternus affectus. Date illi puerum, non auferantur 3. Reg. 3.
vota, membrorum illius integritas non diuidatur, ne mihi pietas auferatur. Quod dicit, date illi puerum, & nolite diuidere, ecce & ego dico: Totum possidete, & noli diuidere deum. Non, inquit, sed si vis habere pacem, diuide hereditatem. Sine p̃iudicio dico. Et quomodo habeo diuidere? Audi, Pater maior me est, filius minor, spiritus creatura. O partes, o iustitia, o æquitas. Facio partem, quia diuido pacem: Si enim Ioan. 14
fracta fuerit pax, iam non est pax. Sed quomodo apud te pax illibata est, apud quẽ fides integra nõ est? Vnde quia mecum uis possidere, & pacem uis diuidere, hæreditatem non uis diuidere? Postremo si more tuo non paci sed perfidię studes, uade in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

terpella iudicem Christum,uideamus quid tibi dicturus est, Dic ei quod in Euange
Lucæ. 12 lio dictum est,Domine dic fratri meo,vt diuidat mecum hæreditatem. Sine dubio
respondet tibi: Amice,quis me constituit iudicem aut diuisorem? Vis diuidere pacé, 2.Cor.
& quæris habere iudicem pacem iudex tuus nolo esse. Pax sum,consentientibus al-
fideo, litigantes fugio. Si enim omnibus Christianis meis per vnam voluntatem i
vnum cor habere concedo,quomodo inter me & patrem diuido vnitatem, qui om-
Acto.4. nibus fidelibus meis vnum cor & vnam tribuo charitatem? Quid ait dominus Phi
Ioan.14 lippo? Tanto tempore vobiscum sum,& non cognouistis me: Philippe,ego ueni pa
tri meo te adiungere,tu noli me separare. Quid quæris quasi alterum præter me?
Qui me uidet, uidet & patrem. Tanta est in nobis similitudo, tanta vnitas,tanta
charitas,vt ego in patre sim,& pater in me. Per quam vnitatem uos dominus domi
nus sibi iungere & conseruare dignetur: Præstante eodem domino nostro Iesu Chri
sto,qui cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eadem dominica,de Helia: Sermo II.

Ser.201 IN lectionibus quæ nobis diebus istis recitantur fratres charissimi, frequenter
2. Cor.3. admonui vt non sequamur literam occidentem,& viuificantem spiritum relin-
quamus. Sic enim Apostolus ait,Litera enim occidit,spiritus viuificat. Si enim hoc
tantum uolumus intelligere quod sonat in litera,aut paruam aut prope nullã ædifi
cationem de diuinis lectionibus capiemus. Illa enim omnia quæ recitantur, typus
erant & imago futurorum. In Iudeis enim figurata,in nobis gratia dei donante com
pleta sunt. Beatus enim Helias typum habuit domini saluatoris. Sicut enim Helias
1.Reg.19. a Iudæis persecutionem passus est,ita & verus Helias dominus noster ab ipsis Iudæis
reprobatus est & contemptus. Helias reliquit gentem suam,& Christus deseruit sy-
nagogam. Helias abiit in desertum,& Christus venit in mundum. Helias in deser-
to coruis ministrantibus pascebatur, & Christus in deserto mundi huius gentium
fide reficitur. Corui enim illi qui beato Heliæ iubente domino ministrabant, gentis
populum figurabant. Propterea & de gentium Ecclesia dicitur, Nigra sum & spe-
Canti.1. mosa filia Hierusalem. Vnde est ecclesia nigra & formosa? Nigra per naturam, spe-
Psal.50. mosa per gratiam, Vnde nigra? Ecce in iniquitatibus conceptus sum,& in delictis
peperit me mater mea. Vnde formosa? Asperges me hisopo & mũdabor, lauabis me,
Rom.7. & super niuem dealbabor. Vnde nigra? Apostolus dicit, Video aliam legem in mem
bris repugnantem legi mentis meæ,& captiuum me ducentem in lege peccati. Vnde
formosa? Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ
dominum nostrum. Vere ecclesia gentium coruis similis erat,quando uiuentem do-
minum contemnebat,& ante acceptam gratiam velut morticinis cadaueribus idolis
ministrabat. Post hæc iubetur Helias proficisci in Sareptam Sidoniorum,vt ibi pa-
3.Reg.17. scatur a uidua. Sic .n. ad eũ dominus dixit,Vade in Sareptam Sidoniæ,ego mandaui
uiduæ,ut te pascat ibi. Quomodo & per quem mandauit deus uiduę cum prope nul
lus tunc alius esset propheta cum quo deus manifestius loqueretur nisi beatus He-
lias? Quia licet essent eo tempore aliqui de filiis prophetarum ita persecutionem Ie-
zabel metuebant,ut uix uel absconditi euadere possent. Ego,inquit,dominus man-
daui uiduę. Quomodo mandat dominus,nisi inspirando quod bonum est intus in
anima per gratiam suam? Ac sic omnis homo qui boni aliquid operatur,deus illi lo-
2.Co.1. quitur intus. Nemo ergo de se,sed de domino glorietur. Nunquid tunc in Iudæa nõ
erant multę viduæ? Et quid fuit ꝙ nulla Iudæorum uidua beato Heliæ cibum me-
ruit ministrare, sed ad uiduam gentilem mittitur ut ab ea pascatur? Vidua enim
ista ad quam propheta mittitur,typum Ecclesię gerebat,sicut & corui illi qui Heliæ
ministrauerant, figuram gentium habuerunt. Venit ergo Helias ad uiduam,quia
Christus uenturus erat ad Ecclesiam. Sed uideamus fratres dilectissimi ubi beatus
3. Reg.17. Helias uiduã illam inuenit. Exierat enim ut aqua se lauaret,& ligna colligeret. Quid
enim aqua & quid ligna significent,uideamus. Satis enim ista duo Ecclesię & amica
Psal.1. & necessaria esse cognoscimus,id est,lignum & aquam. Deniq; sic scriptũ est, Et erit
tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarũ. Nam in ligno crucis

mysterium,in aqua ostenditur baptismatis sacramentum. Exierat ergo ut colligẽ
ret duo ligna. Sic enim respondebit beato Heliæ,cum ab ea cibũ peteret. Dixit enim 3.Reg.17.
Viuit dominus,quia non habeo nisi pugillum farinæ & modicum olei in uase,& ec-
ce ego exeo ut colligam duo ligna,& faciam mihi cibum & filio meo, & manducabi-
mus & moriemur. Sicut ergo supra dixi,uidua illa typum habebat. Ecclesiæ,filius
uiduę figuram gerebat populi christiani. Veniente ergo Helia, exiit uidua colligere
duo ligna. Videte fratres,quia non dixit tria,nec quatuor, nec unum tantummodo
lignũ,sed duo ligna colligere uoluit. Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Heliæ
Christum excipiebat. Duo ligna uolebat colligere,quia crucis mysterium desidera-
bat agnoscere Crux enim domini saluatoris duobus lignis aptata est. Iõ duo ligna
colligebat uidua illa,quia in lignum qui in duobus lignis pepẽdit creditura erat Ec-
clesia. Dixit ergo uidua illa, Colligo duo ligna ut faciã cibũ mihi & filio meo,& man
ducabimus & moriemur. Verũ est frẽs dilectissimi. Nemo in xp̃m crucifixũ credere
merebitur,nisi huic seculo moriatur. Nã qcũq; corpus xp̃i digne mãducare voluerit,
necesse est ut moriatur p̃teritis & uiuat futuris. Vidua ergo illa,sicut diximus. Eccle
sia figurabat,filius uiduæ typũ gẽtilis populi p̃ferebat. Filius uiduę defunctus iace-
bat,qa & filius ecclesię,id est populus gẽtiũ multis pctis & criminibus mortuus est.
Orãte Helia filius viduę suscitatur,ueniẽte xp̃o filius Ecclesiæ, id est,populus xp̃ia-
nus de carcere mortis reducitur. Helias inclinatur in or̃one & uiuificatur uiduę fi-
lius,& xp̃s ꝓcũbit in pasione,& suscitatur populus xp̃ianus. Qd aũt tribus uicibus
bt̃us Helias ad resuscitãdũ puerũ ĩcuruatus est: hoc ẽt anteq̃ ego dicã,credo qchari
tatis vestræ p̃uenit intellectus. Nã ꝙ trib. uicibus inclinatur,mysteriũ trinitatis oñ-
ditur. Viduæ .n. filiũ,id est,populũ gẽtiũ,nec solus pater sine filio, nec pater & filius
sine spiritu sancto,sed tota trinitas suscitauit. Deniq; hoc ẽt in sacro baptismatis de
mõstratur, dũ tertia uice uetus hõ mergitur,ut nouus surgere mereatur. Post hęc
ostendit se beatus Helias regi, & ascendit in montem Carmeli, & posuit caput suũ 3.Reg.18.
inter genua sua,& orauit ut dñs daret pluuiã super terrã. Et dixit ad puerũ suũ, Re
spice contra mare. Et renunciauit puer se penitus nihil uidisse. Et ait illi, Vade &
considera septies. Septima autem uice renunciauit & dixit, Video nubeculam pa-
uulam quasi uestigium hominis ascendentem de mari. Et subito contenebrati
sunt cœli,& facta est pluuia magna. Helias ergo, sicut diximus,figuram habuit do
mini saluatoris. Helias orauit & sacrificium obtulit,& Christus pro uniuerso mũ
do seipsum immaculatum sacrificium tradidit. Helias orauit in monte Carmeli, &
Christus in monte Oliueti. Helias orauit vt pluuia in terrã veniret,& xp̃s vt in cor-
dibus humanis gratia diuina descẽderet. Quòd autem dixit Helias ad puerũ suũ,
Vade & considera septies: septiformem sancti spiritus gratiam quæ danda erat Ec-
clesiæ designabat. Et quia ipse dixit se vidisse nubeculam paruulam ascendentem de
mari,carnem xp̃i figurabat,quæ in mari mundi istius nascitura erat. Quam ob rem
ne forte aliquis dubitet nubem illam vestigium hominis habuisse,dixit: illius utiq;
hominis,qui dixit, Quem dicunt homines esse filium hominis? Sicut ergo orante He Marc.16.
lia post tres annos & sex mensibus pluuia de cœlo descendit: ita & in aduentu saluato-
ris tribus annis & sex mensibus, quibus prædicare dignatus est, pluuia verbi dei to-
tum mundum fœliciter irrigauit. Et sicut tunc in aduentu Helię omnes sacerdotes
idolorum interfecti sunt & deleti,ita in aduentu veri Helię,id est,domini nostri Iesu
xp̃i obseruatio sacrilega Paganorum destructa est. Hęc breuiter charitatis vestrę sen
sibus intimantes, velut pauca capitula quasi quædam indicula fidei vestræ oculis
demonstramus,per quæ sancta desideria vestra ad perscrutanda diuina mysteria sa- Recapitu-
lubriter incitentur,& vt spiritale pabulum sanctis animabus vestris iugiter ruminã latio.
dum salubri cõsilio ꝓcuremus,ne forte de memoria excidat, si iubetis recapitulatio Mar.15.
nem ex his quæ dicta sunt faciamus. Sicut ergo supra diximus,sanctum Heliam in- & 16.
telligite typum habuisse domini saluatoris. Denique sicut dominus postea quã mul 4.Reg.2
tas virtutes exercuit, postea q̃ passus est resurrexit & ascendit in cœlũ, ita & Helias 3. Reg. 19.
post mirabilia quę per eum deus fecit igneo curru eleuatur ad cœlum. Quòd Helias 3. Reg.17.
deseruit Iudæã, significauit ꝙ xp̃s reliquerit synagogã. Corui qui Heliæ ministraue
runt,sicut iam dictũ est,figurã gentilis populi monstrauerunt. Vidua illa quæ eũ in

Sarepta susceptit,typum gessit Ecclesiæ. Duo ligna quæ colligebat,crucis mysteriũ figurabant.Hęc ergo fratres charissimi si syncera,sicut credimus,benignitate susceptitis, & velut munda animalia assidua cogitatione in vestris cordibus ruminatis, Prou. 21 implebitur in vobis illud quod scriptum est, Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis: Regnante ipso deo nostro Iesu Christo,cui est honor & imperium cũ patre & spiritusancto in secula seculorum,Amen.

Dominica quarta post festum sanctæ Trinitatis, de eo quod scriptum est in Euan-
Matt. 7 gelio secundum Matthæum,Nolite iudicare vt non iudicemini &c. Sermo I.

Ser. 202.

AVdiuimus euangelistam dicentem frēs charissimi,Nolite iudicare vt non iudicemini,Quid est hoc fratres cum ipse dominus in alio loco Euangelij dixerit,Nolite secundum faciem iudicare,sed iustum iudicium iudicate.Et alibi dicatur, Iudicium verum iudicate? Non.n. sibi diuina lectio cõtraria esse potest, sed intellectum sobrium quærit, In conuersatione humana dilectissimi frēs sunt alia quæ rationabiliter reprehenduntur: Sunt vero quædam quę non sine peccato iudicantur. Aperta.n.mala & iudicari & argui debent.Illa vero quæ ignoramus,& vtrum bono an malo animo fiant scire non possumus, iudicare penitus non debemus.Verbi gratia: Vides hominem frequentius ieiunantem,congaude & noli nimis laudare, quia potest hoc & pro humana gloria fieri. Sed & noli vituperare,quia pōt & pro deo & pro animę remedio ieiunare. Vidisti alium indicto publico ieiunio vel le prandere,cum dilectione admone. Si dixerit pro stomachi lassitudine se ieiunare non posse,crede & noli iudicare,quia vtrunque pōt fieri,vt per gulam vel luxuriam prandere velit,& præ infirmitate ieiunare non possit. Vidisti alterum subditis suis cum seueritate disciplinam imponere, & indulgentiam tardius dare, noli iudicare crudelem,quia forsitan non hoc facit morbo iracundiæ, sed zelo disciplinæ & amo-
Ioan. 7 Zach. 7 Psal. 68 re iustitiæ: propter illud quod scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Forte aliquis vicinus aut amicus tuus dum animum suum habet in rebus satis sibi necessariis occupatum, tardius te salutauerit, aut tardius occurrerit q̄ debuit, noli eum superbum iudicare, noli malignum credere, sed magis hoc aut per obliuionem aut per negligentiam, q̄ per despectum vel superbiam factū crede: quia forte & tibi hoc vt est humana fragilitas frequenter euenit, vt in rebus aliis nimis intentus,aliquid minus caute ac minus solicite feciſſe videaris & tamen noluisti te pro hac re malo animo iudicari. In istis ergo & in his similibus quæ vtrū bono an malo animo fiant scire non possumus, melius est vt ad partem dexteram nostrum animum declinemus: quia tolerabilius est nos in hoc præfiniri, vt eos qui mali sunt bonos esse credamus,quàm ex consuetudine iudicandi etiam de bonis quod malum est suspicemur.
Matt. 7 De istis ergo quæ sunt deo nota & nobis incognita, periculose nostros proximos iudicamus. De ipsis enim dominus dixit,Nolite iudicare,vt non iudicemini. De illis vero quę aperta sunt & publica mala, iudicare & redarguere cum charitate tamen & amore & possumus & debemus,odio habentes non hominem sed peccatum,non vitiosum sed vitium detestantes morbum potius quam ægrotum.Nam publicue adulter,raptor,assidue ebriosus,proditor,superbus, si iudicati vel castigati non fuerint,
Cypria. implebitur in eis illud quod beatissimus martyr Cyprianus de talibus dixit: Qui peccantem verbis adulantibus palpat,peccati fomitem subministrat. Ad hanc rem pertinet fratres charissimi etiam illud quod in hac ipsa euangelica lectione audiu-
Matt. 7. & Luc. 6 mus. Quid.n.vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? Vidisti hominem subito irasci,noli continuo iudicare,sed expecta paululum,forsitan q̄ velociter irascitur,tam celeriter mitigatur. Quid tamen festuca,quid trabes significet videamus. Subita n. iracundia festuca est, ira vero quæ in longum tempus protrahitur,dum per odium falsis suspitionibus nutritur trabes efficitur. Cito ergo irasci & cito placari,festuca est: iracundiā diu in corde tenere ac seruare, trabes est. Ergo iracundia inueterata conuertitur ad trabē.Et qua fronte ille qui odiū seruat in corde illū iudicare præsumit,in cuius oculo non trabē sed festucam esse cognoscit?

Nam

Nam cordis oculum festuca turbat,trabes excæcat.Quod dixi charissimi,scripturarum debeo testimoniis approbare. Quomodo ira cordis oculum turbat,audi Psalmistam dicentem, Turbatus est,inquit,præ ira oculus meus. Quomodo autem odium oculum cordis excęcat,Ioannes euangelista testatur,Qui,inquit,odit fratrem 1.Ioan.2 suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo vadat, quoniam tenebræ obcæcauerunt oculos eius.Secundum hæc ergo per subitaneam iram cordis oculus turbatur,per odium lumen charitatis extinguitur Ergo fratres charissimi capitula vobis quædam & indicula qualiter hęc intelligere & accipere debeatis insinuo. Nā vos deo propitio melius hæc capere & obseruare potestis. Vt hæc quæ dixi tenacius Repetitio. vestris cordibus inserantur,breuiter repeto quod suggessi. In his enim rebus sicuti iam supra dixi, periculose alios iudicamus, de his quæ dubium est vtrum bono vel malo animo fiant,id est,ieiunare,vigilare,eleemosynas facere,a vino & carnibus vel abstinere vel non abstinere,& reliqua his similia,quę & pro deo & pro humana gloria fieri possunt.Et quia ignoramus quo animo fiant, iudicare penitus nō debemus. Propterea hæc dicit dominus, Nolite iudicare vt non iudicemini. Propter apertam Matt. 7 vero iniquitatem dictum est: Argue,obsecra,increpa, cum omni patientia & doctri- 2. Tim. 4 na.Et illud quod supra memorauimus,Iustum iudicium iudicate Hæc enim fratres Ioan. 7 charissimi si diligenter sicut credimus considerare & cum grandi solicitudine deo donante obseruare volumus,nō de paruo peccato cum dei adiutorio liberamur. Maxima enim pars generis humani indiscreto iudicio ad reprehendendum prompta & parata esse probatur,cum tamen nō ita se velit ab aliis iudicari quomodo vult alios Eccli. 11 iudicare.Propter hoc scriptura diuina admonet dicens: Prius q̄ interroges,ne uituperes quenquam,& cum interrogaueris corripe iuste. Omnis homo prius se uult interrogari,& postea si reus est patienter tolerat reprehendi.Et quicquid nobis omnes volumus ab aliis fieri, iustum est ut hoc in aliis studeamus implere. Prius cum patientia interrogemus & soliciti simus,& cum aliquid certius agnouerimus,tunc aut si mala sunt reprehendere,aut si bona defensare ualeamus: propter illud quod scri- Matt. 7 ptum est, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.Hæc est enim lex & prophetæ. Et ideo conuersi ad dominum,eius implore-mus auxilium,vt ipse nobis & veram discretionem & perfectam charitatem præstare pro sua pietate dignetur: cui est gloria & imperium cum patre & spiritusancto in secula seculorum,Amen.

In eadem dominica,de misericordia & indulgentia: Sermo II.

Ser. 203

INter omnia quibus humana indiget fragilitas maxime necessaria est misericordia: quia quanto fragilior est corrupta natura,tanto maiore indiget prouidentia beneficij.Et ideo fratres,quia sine hac vita nostra subsistere nō potest, discamus quomodo in nos primum diuinam prouocemus clementiam, vt secundum multitudinem miserationum suarum,nostrę miseriæ subuenire dignetur,quatenus in præsentis vitæ cursu vitemus nostrę salutis damnum, & in futuro interitum possimus euadere perpetuum. Ad hoc enim impetrandum dilectissimi,sicut nobis scriptura Matt. 5 sacra ostendit,pręcipuum est misericordię bonum: de qua ipse Saluator ait,Beati misericordes,quoniam ipsi misericordiam consequentur. Non potest peccator misericordiam a deo sperare,qui misericordiam non facit peccantibus in se. Ergo dimittat homo temporale debitum,vt mereatur recipere æternale bonum. Si animas nostras cupimus peccatorum sordibus emundari, misericordiā in nos peccantibus nō negemus,vt in die retributionis ad promerendam dei misericordiam, misericordiæ operibus adiuuemur. Quomodo misericordiam a deo expectat vel sperat,qui crudelis est in conseruos suos? Si quis cupiat deum sibi misereri,ita & misereatur debitoribus suis Certissime indulgentiam spectare poterit,qui aliis indulgere nouit.Ad misericordiæ opus optime nos in Euangelio dominus exemplo roborauit: vbi ait, Lucę 6 Estote ergo misericordes,sicut pater vester cœlestis misericors est, Qui solem suum Matt. 5 oriri facit super bonos & malos,& pluit super iustos & iniustos. Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum. Qui facit miseri-

cordiam, deo offert sacrificium satis placabile. In iudice misericordia & disciplina debet esse, quia vna sine altera bene esse non poterit. Misericordia sola fuerit, si securitatem faciet peccandi subiectis. Iterum si disciplina semper aderit, vertitur animus delinquentis in desperationem, & iudex non merebitur a deo misericordiam, sed hanc misericordiam a seipso debet homo incipere. Quomodo in aliis est misericors, qui in seipso crudelis est? In seipso crudelis est, qui sibi perpetuas peccatis suis præparat flammas. Bene misericors est, qui a seipso incipit, & se diligenter custodit ne puniatur cum diabolo, & sic aliis præstet quod sibi bonum esse ꝓspicit. Per indulgentiam autem docuit nos dominus, quo possimus impetrare misericordiã ab illo, cum in Euã

Luc. 6 gelio ait, Dimittite & dimittetur vobis. Item, Si dimiseritis hominibus peccata eorũ,

Matt. 6 dimittet & vobis pater cœlestis peccata vestra: Si non dimiseritis hominibus, nec pater vest. cœlestis dimittet vobis peccata vestra. Hæc quoque vera sententia, magnam super nos misericordiã sonat his qui eam recte intelligere possunt. Igitur ex nostro iudicio iudicat nos deus. Quodammodo in potestate nostra est, quomodo iudicemur a iudice. Si misericorditer iudicemus in nos delinquentibus, misericorditer iudicat deus de nobis in se peccantibus. Intendamus ergo in exemplum illius: si

Colos. 3 cut doctor gentium nos admonens ait. Donate vobismetipsis si quis aduersus aliquẽ habet querelam, sicut deus in Christo donauit vobis, ita & vos facite: hoc est, quomodo deus in Christo nobis peccata donauit, sic etiã nos qui in nos peccauit dimittamus. Item alibi idem Apostolus ait, Nulli malum ꝓ malo reddentes. Et alio loco,

Rom. 12 Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Sciendum est certissime quod vnusquisque talem indulgẽtiam accepturus est a deo, qualem & ipse dederit ꝓximo suo. Tunc oratio nostra ꝓ peccatis nostris ad aures omnipotẽtis dei cito perueniet: si delinquentium preces in nostris auribus acceptabiles erunt. Qui clementer peccantibus ignoscere nouit, clementiam diuinæ pietatis certissime accipiet. Vnde scriptum

Prouer. 22. est. Qui pronus est ad misericordiam, benedictus a domino. Sic.n. remittitur nobis,

4. sen. di. 15. cap. Multa. vt nos remiserimus eis qui nobis quacunque malignitate nocuerunt. Multa itaque genera sunt miserationum, quæ cum facimus adiuuamur vt dimittantur nobis peccata. Sed ea nihil est maius, qua ex corde dimittimus quod quisque peccauit. Non solum n. qui dat esurienti cibum, sitienti potum, nudo vestimentum, peregrinantibus

Matt. 25. hospitium, & cætera huiusmodi, verumetiam qui dat veniam peccanti eleemosynã

45. dist. ca. Et qui. dat: Et qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina: & tamen peccatum eius qui ab illo læsus aut offensus est dimittit ex corde, vel orat vt ei dimittatur: non solum in eo quod dimittit atque orat, verumetiam in eo quod corripit & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat, quia misericordiam præstat. Proinde fratres obsecro vt ante omnia misericordiæ operam detis, & in quibuscunque possitis ꝓximos vestros adiuuetis. Ad indulgendum quoque proximis vestris delicta eorum prompti sitis, vt peccatnrum vestrorum veniam ꝓ hoc ab omnipotente iudice adipisci valeatis, & vitam æternam cum sanctis omnibus in cœlesti regno perpetualiter habere mereamini, præstante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus per omnia secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, de eo quod scriptum est de sancto Helisæo, Ascende calue &c.

Sermo III.

Serm. 204 4 Reg. 2

CVM diuina lectio legeretur, audiuimus quod ptereunte beato Helisæo, pueri irridentes, clamauerunt. Ascende calue. Ob quam rem orante Helisæo, egressi sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt quadragintaduos pueros. Inimici dei & hostes animæ suæ immundissimi Manichæi, qui scripturam veteris testamenti non solum recipere nolunt, sed etiam rabido ore blasphemare præsumunt, solent dicere: Quæ fuit tanta crudelitas in Helisæo, vt propter iocularia verba infantum, quadragintaduos pueros fecerit lacerari? Et ideo qualiter eos insaniæ respondẽ dũsit, breuiter charitati vestræ suggeremus. Tẽpore illo quo beatus Helisæus in Iudæa fuit, tã ille q̃ reliqui ꝓphetæ, non solũ nõ honorabantur ex maxima parte populi, sed ẽt irrisui & opprobrio habebãtur, & velut insani atq; arreptitij credebãtur: in tẽ

pore, quo beatus Helisęus vnum de filiis ꝓphetarũ mitteret, vt Iehu ungeret in regem, principes qui sedebant cum Iehu dixerunt. Quid ad te venit insanus iste? 4. Reg. 9.
Prophetam domini videbant, & eum esse arreptitium blasphemabant. Nam illo tempore sancti Prophetæ ita in grandi contemptu & opprobrio habebantur, vt etiã beato Helisæo qui tanta miracula faciebat, sicut supra diximus, pueri indisciplinati clamauerunt, Ascende calue, ascende calue. Quam rem etiam parentibus suis instigan- 2. Reg. 4.
tibus fecisse credendi sunt. Manifeste pueri illi non clamauerunt: si hoc eorum parẽtibus displiceret. Dolens ergo beatus Helisæus de interitu populi, immo sanctus spiritus per beatum Helisæum volens reprimere superbiam Iudęorũ, fecit venire duos vrsos, & lacerauerunt quadragintaduos pueros: vt percussis paruulis, maiores reciperent disciplinam, & mors filiorum fieret disciplina parentum, & prophetam quem mirabilia facientem nolebant amare, discerent vel timere. Sed ita perseuerauerunt Iudæi in malis suis, vt sibi de medicamentis vulnera facerent, & inde acquirerent mortem, vnde poterant obtinere salutem. Conuerterunt enim sibi lucẽ in tenebras, & dulcedinem in amaritudinem commutauerunt. Denique impletum est in illis qd̃ scriptum est, Percussi filios uestros, & disciplinam non srecepistis. Nemo ergo beato Hiere. 2
Helisęo ore vipereo derogare p̃ sumat, quia hoc quod de pueris illis factum est, non tam ipse propria virtute q̃ per illum spiritussanctus fecisse credendus est. Sed hoc, sicut dixi, pro grandi pietate & ineffabili misericordia factum est, vt quia deo humiliter p̃dicantibus ꝓphetis Iudęi nolebant credere, vel cum seueritate vindictã irrogantem metuerent, & timẽtes mortem corporum uel sic salutem requirerent animarum. Quam rem non solum in veteri testamento, sed etiam in nouo per beatum Petrum Apostolum in Anania & Saphyra legimus fuisse completam. Quos ideo Petri Acto. 5
sententia dãnauit, vt nullus in oblationibus vel muneribus suis spiritui sancto mẽtiri p̃ sumat. Et quidem frẽs charissimi secundum literam ita credendũ est, vt supra suggessimus, q̃ beatus Helisæus non iracundiæ morbo cõmotus, sed zelo dei succẽsus, ad corrigendum populum Iudæorum paruulos permisit lacerari, non vt vindicaret, sed potius vt illos corrigeret: tamen in hoc facto etiã passio domini saluatoris præfigurata fuisse euidenter ostenditur. Nam qũo pueri illi indisciplinati clamauerunt beato Helisęo, Ascende calue, ascende calue: ita & insensati populi Iudæor̃, Helisæo xp̃o tempore passionis voce sacrilega clamauerunt, Crucifige crucifige. Quid 4. Reg. 2.
est, ascende calue, ascende calue, nisi ascende crucem in loco Caluariæ? Et hoc attendite frẽs, quia sicut sub Helisæo quadragintaduo pueri lacerati sunt, ita & post quadragintaduos annos passionis dominicæ, venerunt duo vrsi, Vespasianus & Titus. Et hoc considerate frẽs, quia in solẽnitate paschali facta est obsidio Iudęor̃, vt iusto dei iudicio ex omnibus ꝓuinciis congregati Iudæi, in ipsis diebus pœnam sibi debitam sustinerent, in quibus verum Helisæum dominum saluatorem nostrum in cruce suspenderant. Illo.n. id est, quadragesimo secũdo anno, a die passionis domini nostri, quasi diuina manu acti Iudæi, Hierosolymis sicut solebant ad celebrandum Pascha conuenerant. In historiis legimus, q̃ tunc tricies centena milia hominum ex Iudęis Hierosolymis fuerint congregata, ex quibus ferro & fame vndecies centena milia leguntur esse consumpta, & centum milia iuuenum Romã perducti sunt in triũphum. Duobus.n. annis obsessa est ciuitas illa, & tanta multitudo mortuor̃ de ciuitate ꝓiecta est, vt muris ipsa cadauera coęquarentur. Istam ergo vastationem figurabant illi duo vrsi, qui quadragintaduos pueros ꝓpter irrisionem beati Helisæi lacerasse dicuntur: Et impletũ est quod dixerat Psalmus, Exterminauit eã aper de sylua, Psal. 79
& singularis ferus depastus est eã. Quia sicut dictũ est, post quadragintaduos annos a duobus vrsis, Vespasiano & Tito, gens illa sacrilega quod merebatur excepit. Et qa infœlices Iudæi ꝓpter superbiam repudiari & despici, ac per totũ mundũ dispergi meruerunt, nos quibus tanta beneficia pietas diuina concessit, cũ omni humilitate fidem rectã tenentes, & vt superbia in nobis locum inuenire non possit, charitatem integram cum omnibus hominibus conseruantes, vsque ad finem vitæ nostræ mũdo corde & casto corpore seruire domino laboremus, vt post laborem bonor̃ operũ, illam desiderabilem vocem audire mereamur, Euge serue bone & fidelis, intra in Matt. 15
gaudium domini tui: Quia bene administrasti vitam temporaneam, accipe sem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

piternam. Quia custodisti pretium sanguinis mei, sume consortium regni mei. Ad quod regnum nos pietas diuina perducere dignetur, Quę viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Lucæ. 6 Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, remittite & remittetur vobis &c. quæ habetur in lib. Quinquaginta Homil. XXIX.

Dominica quinta, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Si vis venire ad vitam, serua mandata &c. Sermo I.

Ser. 205 EVangelica lectio quæ modo personuit in auribus vestris fratres, auditorem magis atque factorem, quàm expositorem desiderat. Quid hac luce clarius, Si vis venire ad vitam, serua mandatum? Quis est qui nolit vitam, & tamen qui velit seruare, mandatum? Si mandata seruare non vis, quare vitam queris? Si ad opus piger es, quare ad mercedem festinas? Dixit se ille dives adolescens seruasse mandatum, Audiuimus præcepta maiora, Si vis perfectus esse, vnum tibi deest, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, nec perdis, sed habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me. Nam quid tibi prodest, si feceris, & non sequeris me? Abscessit tamen mœstus, sicut audistis, habebat enim multas diuitias. Quod audiuit ille, audiuimus & nos. Os Christi Euangelium est. In cœlo sedet, sed in terra loqui non cessat. Non simus surdi, nam ille clamat. Non simus mortui, nam ille tonat. Si maiora non vis facere, minora fac. Onus maiorum ad te multum est, vel minora prende. Quid ad vtraque piger es? Quid utrisque aduersaris? Maiora sunt, Vende omnia quæ habes, da pauperibus, & sequere me. Minora sunt, Non homicidium facias, non adulteres, non falsum testimonium quæras, non fureris, honora patrem & matrem, diliges proximum tuum tanquam teipsum. Ista fac. Quid ad te clamo, vt uendas res tuas, cui extorquere non possum ne rapias alienas? Audisti, non furaberis, tu rapis. Ante conspectum tantij iudicis, iam te non furem teneo, sed ereptorem. Parce tibi, miserere tui. Adhuc vita ista dat tibi dilationem, noli abiicere correptionem. Fuisti heri fur, noli & hodie. Iam forte & hodie fuisti, cras noli. Aliquando fini malum, & pro mercede exige bonum. Bona habere uis, & bonus esse non vis? Contraria est vita tua votis tuis. Si magnum bonum est habere villam bonam, quantum malũ est habere animam malam? Discessit dives contristatus, & ait dominus, Quàm difficile est, ut qui diuitias habet, intret in regnum cœlorum. Et quàm esset difficile, similitudine proposita, ostendit tam esse difficile, vt omnino sit impossibile: omne enim impossibile difficile est, sed non omne difficile est impossibile. Quale difficile est, similitudinem attende, Amen dico vobis, facilius est camelum per foramen acus trãsire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Camelum intrare per foramẽ acus, si diceret pulicem, impossibile esset. Denique hoc audito, contristati sunt discipuli & dixerunt, Si ita est, quisnam poterit saluus fieri diuitum? Pauperes audite Christũ, populo dei loquor, Plures estis pauperes vel vos apprehendite, & tamen audite. Quicunque de paupertate gloriamini, cauete superbiam, ne uincant uos humiles diuites. Cauete impietatem, ne uincant uos sobrii diuites. Nolite de paupertate gloriari, si non debent illi de diuitijs gloriari. Audiant diuites, si tamen sunt, audiant Apostolum, Præcipe diuitibus huius mũdi, quia sunt diuites alterius seculi, pauperes. Sunt diuites alterius seculi Apostoli, Sunt diuites alterius seculi qui dicebant, Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Vt sciatis de quibus loquatur diuitibus addidit, huius mundi. Audiant ergo Apostolum diuites huius mundi, Præcipe, inquit, diuitibus huius mundi, non superbe sapere. Primus uermis diuitiarum superbia, Mala tinea, totum rodit, & ad cinerem usque perducit. Præcipe ergo non superbe sapere, ne forte dives dormias, & pauper surgas. Neque spẽrare in incerto diuitiarũ, Apostoli verba sunt, sed in deo, inquit, viuo. Fur tibi tollit aurum, quis tollit deum? Quid habet dives, si deum non habet? Quid non habet pauper, si deum habet? Non ergo in diuitiis sperare ait, sed

Euãgeliũ, os Christi.

Mat. 19.

De verbis Apo. ser. 22

1. Cor. 6

In lib. 50 Homi.

Homi. 13. 1. Tim. 6

in deo viuo, qui pstat nobis abundanter omnia ad fruendum, cum quibus omnibus & seipsum. Si ergo non debent de diuitijs sperare, non in eis confidere, sed in deo viuo, de diuitijs quid facturi sunt? Audi quid, Diuites sint in operibus bonis. Quid est hoc? Expone Apostole. Multi enim quod nolunt facere, nolunt intelligere. Expone Apostole. Noli dare occasionem mali operis per obscuritatem sermonis. Dic quid dixeris? Diuites sint in operibus bonis. Audiant, intelligant, non permittantur se excusare, sed se potius incipiant accusare, & dicere quod audiuimus modo in psalmo, Quoniam peccatum meum ego cognosco. Dic tu, quid est, Diuites sint in operibus bonis? Quid est, Facile tribuant? Nũquid & hoc intelligitur? Facile tribuãt, cõicent. Hẽs tu, no hẽt alius, cõmunica ut cõicetur tibi. Cõica hic, & cõicabis ibi. Cõica hic panem, & accipies ibi panes. Quem hic panem? Quem colligis cum sudore & labore, et maledicto primi hominis. Quem ibi panem? Qui dixit, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Diues es hic, sed pauper es ibi. Habes aurum, sed nondum tenes præsentem Christum. Erga quod habes, vt accipias quod non habes. Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent. Ergo perdituri sunt res suas. Cõmunicent dixi, non totum dent. Teneant sibi quantum sufficit, teneant plus quám sufficit. Demus inde quandam partem. Quam partem? Decimam partem. Decimas dabant Scribæ & Pharisęi. Erubescamus fratres. Decimas dabant, pro quibus xps nondum sanguinem fuderat. Decimas dabant Scribæ & Pharisæi, ne forte aliquid magnum facere te putes, quia frangis panem pauperi, & uix est millesima ista facultatũ tuarum, & tamen non reprehendo. Vel hoc fac. Sic sitio, sic esurio, ut & ad istas micas gaudeam. Sed tamen quid dixerit viuus, qui pro nobis mortuus est, non tacebo, Nisi abundauerit iustitia vestra, inquit, super scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Ille nos non palpat, Medicus est, usque ad uiuum peruenit. Nisi abundauerit iustitia uestra plus quam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Scribę & pharisęi decimas dabãt. Quid est? Interrogate uosipsos. Vide qd faciatis, de quãto faciatis, qd detis, qd uobis reliquatis, qd miæ impẽdatis, quid luxuriæ reseruetis. Ergo facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam admonui diuites, audite pauperes, Vos erogate, vos rapere nolite. Vos tribuite facultates, vos frenate cupiditates, Audite pauperes eundem ipsum Apostolum, Est autem quęstus magnus. Quæstus est acquisitio lucri. Est autem quæstus magnus, inquit, pietas cum sufficientia. Communem habetis cum diuitibus mundum, non communem habetis cũ diuitibus domum, sed commune habetis cœlum, communem lucem, sufficientiam quærite. Quod sufficit quærite, plus nolite. Cętera grauant, non subleuant, onerant, non honorant. Quęstus magnus, pietas cum sufficientia. In primis pietas. Pietas est dei cultus, pietas cum sufficientia. Nihil enim intulimus in hunc mundum, Pauperibus loquitur, sed nec auferre aliquid possumus. Victum & tegumentum habentes, his cõtenti simus. Nã qui volũt diuites fieri, qui volũt, nõ q sunt. Nã q sunt, sint. Qd ad illos pertinet audierunt, ut diuites sint in operibus bonis, Facile tribuant, cõicẽt. Audierunt ipsi, uos qui nondum estis audite. Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueos, & desideria multa & noxia. Non timetis? Audite quod sequitur, Quę mergunt homines in interitum & perditionem. Non times? Radix est oium malorũ auaritia. Auaritia est esse velle diuitem, non iam esse diuitem. Ipsa est auaritia. Mergi non times in interitum & perditionem? Non times radicem omnium malorum auaritiam? De agro tuo stirpas radicem spinarum, & non extirpas de corde tuo radicem malarum cupiditatum? Purgas agrum tuum vnde fructum capiat uenter tuus, & non purgas cor tuum ubi habitet deus tuus? Radix est enim omnium malorum auaritia, quam quidam sequentes, a fide pererrauerunt, & inseruerunt se doloribus multis. Audistis quid facta tis, audistis quid timeatis, audistis unde ematur regnum cœlorum. Omnes in uerbo dei concordate, & diuitem & pauperem deus fecit. Scriptura loquitur, Diues & pauper occurrerunt sibi, Fecit autem ambos dominus. Diues & pauper occurrerunt sibi, In qua uia nisi ista uita? Natus est dives, natus est pauper. Occurristis uobis pariter ambulantes uiam. Tu noli premere, tu noli fraudare. Iste eget, ille habet, Fecit autem ambos dominus. Per eum qui habet iuuat

Mat. 5.

Vbi sup.

Proue. 22.

Vbi sup.

Universidad de Deusto
Biblioteca

egentem,per eum qui non habet probat habẽtem. Audiuimus,diximus,timeamus, caueamus,oremus vt perueniamus ad regnum præstante domino nostro Iesu Christo,qui viuit & regnat cum patre & spiritusancto deus, per omnia secula seculorum, Amen.

In eodem dominica,De Heliſæo, Sermo II.

Ser.206 SIcut de beato Helia diximus fratres chariſsimi,ꝙ typum habuerit domini ſaluatoris,ita & ſanctum Heliſæum confidenter & ſecure aſſerimus ſaluatoris noſtri imaginem prætuliſſe. Clamauit enim ad beatum Heliſæum,ſicut in lectione diuina audiſtis,uidua quædam,& voce flebili ſupplicauit dicens,Vir meus mortuus eſt, & 4.Reg.4. ecce creditores veniunt & uolunt mihi tollere filios meos. Ille autem interrogauit eam quid haberet in domo ſua,Reſpondit mulier & ait,Viuit dominus,quia non habeo niſi modicum olei quo vngar. Et dixit Heliſæus, Pete uaſa a uicinis tuis & clauſo oſtio,mitte ex illo oleo in omnia uaſa,& cum plena fuerint, uende & redde creditoribus tuis. Vidua iſta fratres chariſsimi typum eccleſiæ præferebat,ſicut & illa quæ 3.Reg.17. meruit beatum Heliam excipere. Vidua ergo iſta i. Eccleſia debitum graue contraxerat non ſolidorum,ſed peccatorum. Debitum habebat,& creditorem crudeliſsimum ſuſtinebat,quia ſe diabolo multis peccatis obnoxiam fecerat. Sic enim & Propheta prædixit,In peccatis veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrẽ Eſa.50. veſtram. Vidua ergo illa pro tam grandi debito captiua quodammodo tenebatur. Captiua erat,quia redemptor nondum uenerat. Sed poſteaquam viduam iſtam verus redemptor Chriſtus dominus uiſitauit ab omnibus debitis liberam fecit. Vnde enim illa uidua liberata ſit uideamus. Vnde,niſi de augmento olei? In oleo miſericordia intelligitur. Ergo viduæ illi ideo debitum creuerat,quia oleum miſericordiæ peccando perdiderat. Conſiderate fratres. Defecit oleum,& debitum creuit. Creuit oleum,& periit debitum. Creuerat cupiditas,& periit charitas. Redit,charitas,& perit iniquitas. Venite vero Heliſæo Chriſto domino,uidua, hoc eſt,eccleſia per augmentum olei,id eſt,donum gratiæ miſericordiæ,vel charitatis pinguedine,de peccatorum debito liberatur. Quid tamen ei beatus Heliſæus dixerit,uideamus. Pete uaſa multa a uicinis, & proximis tuis,& clauſo oſtio infunde in vaſculis ſuicinorum 4.Reg.4. Qui erant iſti uicini,niſi Gentium populi? Et licet uidua illa Eccleſiæ typũ habuerit,tamen vidua erat,& ideo uicini illi vnde vaſa petebantur,populum Gentiũ figurabant. Quæ tamen vaſa vacua exhibebantur, vt oleum miſericordiæ acciperemerentur,quia omnes gentes antequam donum gratiæ conſequamur,fide & charitate,& bonis operibus uacuę eſſe probãtur. Denique omnes qui ad ſalutare baptiſmũ conſequendum Eccleſię offeruntur,& chariſsima & oleum benedictionis accipiunt, ut iam non uaſa uacua,ſed deo plena, & templum dei eſſe mereantur. Conſiderate ergo fratres chariſsimi,Quandiu uidua illa oleum in uaſculo proprio habuit,nec ſibi ſufficiebat,nec debitum reddere poterat. Verum eſt chariſsimi. Qui ſe ſolum diligit,nec ſibi ſufficit,nec peccatorũ ſuorũ debitũ reddit. Cũ uero in alienis uaſculis.i. omnibus vicinis & propinquis,& omnibus omnino hominibus cœperit oleum charitatis infundere,tunc & ſibi ſufficere,& ab omnibus ſe debitis poterit liberare. Et uere fratres talis eſt natura ſancti amoris & ueræ charitatis,ut erogando creſcat: & quantum in aliis plus expenditur,tantum in ſe abundantius cumuletur. Cibum coporis ſi nolueris egenti tribuere,ad præſens quod illi dederis tu habere non poteris. Panem charitatis ſi dederis centum hominibus,integer manet. Si vniuerſo mundo largiri uolueris,tibi nihil deficit, immo non ſolum non deficit,ſed omnium illorum quibus largitus fueris, lucrum tibi multipliciter creſcit. Verbi gratia,Vnum panem charitatis habebas,Si nemini dediſſes,ipſum ſolum haberes. Mille hominibus dediſti mille panes acquiſiſti, quia tanta eſt poſſeſsio charitatis, ut & ſingulis tota ſit, & omnibus integra eſſe poſsit. Ergo & aliis dediſti,& tu nihil penitus perdidiſti,ſed ſicut iã dixi,quicquid aliis a te collatũ eſt,tu cẽtupliciter acquiſiſti. Ergo fratres chariſsimi agnoſcite uiduam non alio niſi de oleo a ſuis creditoribus abſolutam, & intelligite Eccleſiam catholicam non aliunde, niſi per oleum miſericordiæ de ſuis fuiſſe criminibus liberatam. Sed hoc attendite fratres,ꝙ mulier illa quandiu habuit vaſa vbi oleum infunderet,tandiu oleum creuit. Nam dixit filio ſuo: Affer mihi vas. Et ille reſpondit? Non habeo. Et ait ſcriptura ſtetiſſe oleum, poſteaquã ubi poneret non inuenit. Si c dilectiſsimi fratres tandiu charitas augetur quãdiu tribuitur. Et ideo etiam ex induſtria debemus vaſa quærere vbi oleum poſsimus infundere: quia probauimus quod dum aliis infundimus plus habemus. vaſa charitatis, homines ſunt. Si charitatis oleo volumus abundare,nõ ſolum bonos, ſed etiam malos debemus diligere. Bonos,quia boni ſunt. Malos,vt boni fiant. Habet enim hanc virtutem oleum charitatis,vt & bonos meliores faciat,& malos de peccatorum tenebris ad lucem veritatis reducat. Quod autem ait ſcriptura clauſo oſtio viduam illã oleũ in vaſculis infudiſſe,hoc ſignificauit vt vnuſquiſq; eleemoſynam clauſo oſtio faciat,ideſt pro ſolo dei amore,non ideo vt laudetur ab hominibus ſed vt apud deum inuenire gratiam mereatur. Qui enim pro laude humana eleemoſynam facit, aperto oſtio facit,quia apertum omnibus patet. Qui vero pro ſola vita æterna & pro remiſsione peccatorũ bona opera fecerit,etiam ſi publice faciat,clauſo oſtio fecit,quia de illa eleemoſyna non hoc quærit quod videtur,ſed quod non videtur. Laus enim 2.Cor.4 humana videtur,æternũ præmium nõ videtur. Sed audi quid dicit Apoſtolus,Quæ enim videntur temporalia ſunt,quæ autẽ non videntur æterna. Securus ergo vnuſquiſq; eleemoſynam faciat,tantum eſt vt pro illa gloriam humanam non requirat. 4.Re.4 Poſt hæc audiuimus ꝙ dum beatus Heliſæus tranſiret per Sunam, quædam mulier magna ſuſceperit eum,& dixerit ad virum ſuum, Animaduerto ꝙ homo iſte vir dei ſit,faciamus illi cœnaculũ,& ponamus ei in eo lectũ,mẽſam,ſellam & candelabrum vt quando venerit maneat ibi. Et mulier illa ſterilis erat, ſed orante Heliſæo genuit filium. Sic & Eccleſia antequam Chriſtus veniret ſterilis fuit,Et ſicut illa orante Heliſæo genuit filium,ita & Eccleſia veniente ad ſe Chriſto,genuit populum Chriſtianum Sed filius mulieris illius dum Heliſæus abſens eſſet,mortuus eſt: ſic & filius Eccleſiæ,hoc eſt,populus Gẽtium antequam Chriſtus veniret,peccatis mortuus erat. Deſcendente de monte Hæliſeo,filius viduæ huic vitæ redditur: deſcendente de cœlo Chriſtu,filius Eccleſiæ ideſt populus Gentium ſuſcitatur. Sed hoc qualiter factũ ſit,videamus. Mortuo enim filio ſuo mulier illa abiit,& veſtigijs ſe ſancti Heliſæi ꝓſtrauit,Beatus vero Heliſæus dedit baculum ſuum puero,& dixit ad eũ, Vade & mitte baculum meum ſuper faciem pueri Si te ſalutauerit homo,nõ reſalutes eum,Hoc loco fratres videte,ne alicui ſurrepat impia cogitatio,& dicat ꝙ augurũ beatus Heliſæus obſeruare voluerit,& ideo iuſſerit puero ſuo vt ſalutantem ſe in via non reſalutaret. Frequenter hoc in ſcripturis legimus,ſed pro celeritate eſt dictum, non pro aliqua ſuperflua & ſacrilega obſeruatione præceptum. Ac ſi diceret,Ita velociter ambula,vt nullis fabulis in via occupari aut retardari præſumas. Abiit ergo puer,& mi Exod.4. ſit baculum ſuper faciem pueri,& penitus non ſurrexit. Puer iſte typum habuit beati Moyſi. Miſit enim eum deus cum baculo in Aegyptum: ſed baculus ſine Chriſto flagellare Aegyptum potuit,de originali vel actuali peccato liberare vel reſuſcitare Heb.7 non potuit. Nihil enim dicente Apoſtolo,ad perfectum adduxit lex. Opus erat vt qui baculum miſerat,ipſe deſcenderet. Baculus ſine Heliſæo nihil valebat,quia crux ſine Chriſto nihil poterat. Venit ergo brũs Heliſæus,& aſcẽdit in cœnaculũ, qui 4.Re.4 turus erat xp̃s,& aſcẽſurus crucis patibulũ. Inclinauit ſe Heliſæus, vt puerum reſu Mat.27. ſcitaret: humiliauit ſe xp̃s,vt mundum in peccatis iacentem erigeret. Miſit Heliſæus oculos ſuper oculos,manus ſuper manus. Videte fratres quantum ſe vir ille perfectæ ætatis contraxit vt paruulo mortuo & iacenti congrueret. Quod n. Heliſæus in puero prefigurauit,hoc in toto genere humano xp̃s impleuit. Audi Apoſtolũ dicentem, Humiliauit ſemetipſum,factus obediens vſque ad mortem. Quia paruuli eramus, Phili.2 paruulum ſe fecit Quia mortui iacebamus, pius ſe medicus inclinauit,quia & reuera fratres nemo poteſt iacentem erigere,ſi ſe noluerit inclinare. Quod autem puer ſuſcitauit ſepties,ſeptiformis gratia ſancti ſpiritus oſtẽditur, quæ humano generi vt reſuſcitetur in aduẽtu xp̃i tribuitur. De ipſo ſpũ dicit Apoſtolus,Si qs ſpm̃ xp̃i nõ ha Roma.8 bet,hic non eſt eius. Ipſum etiam ſpiritum dñs dedit diſcipulis, qñ inſufflauit & dixit. Accipite ſpiritum ſanctum. Os enim quodammodo ſuper os poſuit; quando inſufflando ſpm̃ dedit. Gratias ergo agamus piiſsimo redemptori, qui nos nullis pcedentibus meritis ſuſcitauit,& nõ ſolum de morte perpetua eripuit, ſed etiã adiuuãte Ioan.20.

Amoris ſancti & veræ charitatis natura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia ipſius,ſi bene egerimus,ęterna premia repromiſit, qđ ipſe pręſtare dignetur, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum,Amen. 219

Dominica ſexta,de Naaman Syro. Ser. I. L

Ser.207. CVm Naaman regis Syriæ princeps perfuſus lepra fuiſſet,& ſibi vel cunctis horreret,dolebat rex Syriæ,virum,per quem plurima cõfecerat bella, gẽtes domuerat, & victorias perpetrarat. Tunc audit Naamã apud Iſrael eſſe prophetam Heliſæũ
4.Re.5. mirandis virtutibus prædituꝫ,& ſtupendis operibus nominatum, per quem poſſet & cauſæ periculo liberari,& pernicioſa varietate tergi. Mox ſuum pergit ad regẽ,& commendatitias literas ad Iſraelitarum regem depoſcit. Confeſtim rex ad regem literas mittit dicens,Miſi ad te Naamã ſeruum meum,vt cures eum a lepra ipſius. Cum rex a rege literas accepiſſet,ſcidit veſtimenta ſua dicens, Videte quoniam malitiam quærit iſte,qui miſit ad me hominem vt curem eum. Nunquid ego deus? O fides, Naaman principis fideliter feſtinat ad deum,& rex perfidus ſuũ diſsipat veſtimentũ. Rex Syriæ credit poſſe fieri quod audierat,& rex Iſrael non credit fieri poſſe qđ nouerat. Tunc ad Heliſeum cum regis commotio perferretur, Mitte,inquit,ad me Naaman Syrum,vt ſciat quia eſt deus in Iſrael. Adducitur itaq; ad oſtiũ hominis dei cũ 219
quadrigis & equitibus. Ad quem ait,Vade baptizare in Iordane ſepties,& mundaberis. Quo audito Naaman commotus dixit,Ego putabam quod egrederetur a me,& ſtans inuocaret nomen domini dei ſui,& tangeret locum leprę,& curaret me. Si enim aquis me mundari oportet,nonne meliores ſunt apud nos aquæ? Tunc vnus ex ſuis ait,Nunquid hoc difficile verbum eſt quod locutus eſt propheta ad te? Quare non facis quod dixit: Tunc Naaman reuerſus & in Iordane ſepties baptizatus, aſcendit inde mundatus. Tunc miratur Naaman,tunc ſtupet, tunc Prophetam concupiſcit, tunc cœlum attendit,miratur vno iuſſu affuiſſe uirtutem, miratur operatum domini,miratur deterſum tanti temporis uitium. Miratur Naaman ſe muratum corpore & mente pernicioſa,ab illo contagium pellitur,& optata ſanitas reparatur. Gaudet Namaan,Propheta lætatur,& ab vtriſque dominus collaudatur. Gaudet Namaã qđ optauerat ſe percepiſſe,& quod crediderat inueniſſe. Gaudet Propheta in opere, lætatur populus in virtute. Gaudet Iudæa q; venientibus pręſtentur auxilia, diſcunt in Iſrael quod apud ſe inuenire non poterant. Qui cum curatus eſt prædicat, qui ſentit nunciat,nemini dubium habetur quod in Naaman mirabilia proteſtantur. Tunc lætus Naaman Heliſæo offert munera,tunc ſanitatis voto obtulit dona. Non enim 230
prętium curationis eſt quod offero,nec ſanitate percepta iſto munere redimo ſanitatem quam merui. Nec pretio poterit redimi,nec ullo munere inueniri. Mihi,inquit Hæliſeus,quod offers non accipio,quod ingeris vt alienum recuſo Nec enim tibi ſanitatem præſtitit, nec pernicioſum in te vitium ego ipſe correxi. Eſt potens in cœleſtibus deus,cuius imperium ſeruo,officio pareo,ſeruituti inſiſto,cui ſoli præparandus eſt,ſenſus dicandus animus,tribuendus in omnibus famulatus. Huic enim ſi ſoli ſeruiens,aut obſequia debita mancipaueris,antequam reddas ſeruitia,ante meliorem mereberis medicinam. Mox Naaman diuinam ſibi diſciplinam indicit,ſuperſtitioſa abſcidit. Continuo ſe deum uenerari teſtatur, & deteſtari idolum profitetur. Nunc inquit,cognoui,quia deus colendus eſt ſolus, nunc primum adddiici qa vnus venerandus eſt dominus. Cæterum du gentium nec ſaluare poterũt,nec nocere merentur,aut ſanum quempiam facere,qui ſe non poſſunt de non colentibus vindicare. Tunc Naaman proficiſcitur in Syriam lętus,tunc ad ſuos properat ſanus. Lætantur omnes qui cum eo triſtes aduenerant,gaudent cuncti qui eius inualetudiné exhorrebant. Magnalia dei cuncti ſecum loquuntur, & virtutes eius vniuerſi inuicem fabulantur. Statim Prophetæ puer ſecum loquitur dicens, A Naaman Syro noluit quicquam accipere,pergam vt quod ille noluit ſuſcipere ego ſumam. Nec ceſſauit, pergit feſtinanter. Quem cum puer videret concurrentẽ,vt domino nunciaret,mox 230
Naaman ſuorum ſtatuit currus in obuiam redit. cauſam exquirit. Ille auarus iactat mendacium. Dicit a propheta eſſe mandatum,vt argenti aliquid mitteret, quod aduenientibus ad ſe Prophetarum liberis tribuiſſet. Continuo Naaman puero duplū quam petierat dedit, quod Prophetæ ipſe ſupplex vt acciperet extorquere non meruit.

ruit. In ſequeſtri ergo depoſito, in Heliſæi conſpectu ſolito more conſiſtit. Vbi, inquit,fuiſti,vel quid negocii geſiſti? Nuſquam,inquit,diſceſſi. Tunc Propheta ſanctiſsimus ait,Nonne cor meum tecum fuit,quando Naaman tibi in obuiam propera uit? Argentum accepiſti,& eius lepram ſumpſiſti. O meritum Heliſęi,Vno tempore duplex virtus oſtenditur,& gemina poteſtas Prophetæ ſanctiſsimi demõſtratur. Curatur Naaman Syrus,& lepra Giezi perfunditur. Seruo Syro fideli gloriam attollit,& ſeruo perfido intulit pœnam. Ille de Syria veniẽs quod deſiderauit accepit, hic puer Prophetæ plagam ſibi de perfidia ſumpſit. In aquis Naaman curatur & gaudet Giezi vulneratur & deflet. Alius ſuis redditur ſanus,alius cunctis oſtẽditur maculatus, Deus in Namaan laudatur,quòd depoſita lepra integer reuerſus eſt & ſanus. 22.de Giuitate dei cap.29:

Item in eadem dominica,de eodem de quo ſupra alius ſermo factus eſt ad fratres in eremo,qui inter ſermones ad eoſdem habetur. XXXII.

In eadem dominica,De Heliſęo & Giezi puero. Sermo. II.

FRequenter charitati veſtræ ſuggeſsimus fratres charisſimi, beatum Heliſęum typum habuiſſe domini ſaluatoris: Giezi autem diſcipulus non incongrue Iudam traditorem,vel Iudęorum populum intelligitur figuraſſe. Sicut enim Giezi ideo ſeruiebat beato Heliſęo,vt pecuniam poſſet acquirere, ita & Iudas propterea adhęſerat domino ſaluatori vt fraudem faceret,& terrenas diuitias congregaret. Denique ſic in Euangelio ſcriptum eſt,Quia fur erat,& loculos habebat, & ea quæ mittebantur aſportabat. Nam Giezi qui gratiam magiſtri poterat promereri, ſicut & dominus ſuus conſecutus fuerat beati Heliæ,cupiditate victus meruit in ęternum crudeli lepra perfundi. Iudas vero pro amore pecunię & Apoſtolatus gratiam perdidit, & laqueo vitam finiuit. Ac ſic intelligimus omnes auaros & cupidos,intus in anima peccati lepra eſſe perfuſos. Naaman vero princeps militię, qui leproſus erat, & ſugerente ancilla ad beatum Heliſęum ſanandus aduenit,populum gẽtium figurauit, Puella illa quæ captiua fuerat de Iudęa ducta & ſuggeſſerat dominæ ſuæ, qđ ſi ad beatum Heliſæum ſuus dominus pergeret,ſanitatem reciperat, puella, inquam,illa prophetiæ imaginem geſsit, quia licet tempore illo in ſola Iudęa gratia prophetiæ floruerit,tamen non potuit fieri, niſi vt etiam ad uicinas gentes beata eius notitia perueniret. Audiuit ergo Naaman puellam,& venit ad Heliſæum: Audiuit populus gentium prophetiam,& venit ad Chriſtum. Naaman veniens ad Heliſæum ſanatur a lepra: & populus gentium veniens ad Chriſtum,ab omni peccatorum lepra purgatur. Poteſt tamen,ſicue iam dixi,Giezi etiam Iudęorum populum figurare, qui eo tempore peecati lepra percutitur,quo ab ea gentium populus liberatur. Deniq; ſic ſic infœlices Iudæi in paſsione domini clamauerunt. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Tunc enim peccati lepra perfundi meruerunt,quando contra cœleſtẽ medicum ore ſacrilego clamauerunt, Tolle tolte,crucifige eum. Ergo eo tempore in illis remanſit lepra,quo ad gentes domini tranſiit gratia. Denique ſic & Apoſtolus Petrus ad eos locutus eſt dicens, Vobis,inquit,oportuit primum loqui uerbum dei, ſed quia vos indignos iudicaſtis æternę uitę,ecce conuertimur ad gentes. Quando doctrina Apoſtolorum ad gentes tranſiit,tũc in miſeris Iudæis peccati lepra remanſit. Quid tamen mandauerit beatus Heliſæus Naaman Syro videamus, Vade,inquit & lauare ſepties in Iordane, Qnod autem audiens Naaman, vt lauaretur ſepties in Iordane,indignatus eſt,& nolebat annuere,& ab amicis ſuis conſilio accepto,aquieuit vt lauaretur,& purgatus eſt,hoc ſignificauit, quia populus gentium antequam Chriſtus crucifigeretur,ipſi per ſe Chriſto loquenti non credidit, ſed poſtea prædicantibus Apoſtolis ad ſacramentum baptiſmi fidelitet venit. Naaman munera obtulit beato Heliſæo,& ille accipere noluit,Chriſti in hoc gratiam figuratam intellige, quę ideo gratia dicitur,quia gratis datur. Sic enim dominus in Euangeliò diſcipulis dixit Infirmos curate,mortuos ſuſcitate,dæmones expellite. Gratis accepiſtis,gratis date. Et quia omnia ſacramenta & myſteria domini noſtri quæ in Iudæis erant præfigurata,in nobis videmus eſſe completa,quantas poſſumus deo gratias referamus, vt cum dies iudicii aduenerit,ab auditu malo liberati, illa ad nos vox deſiderabilis Ioan.12 4.Re.5 Matt.27. Ioan.19. Acto. 13 4.Re.5 Mat.10

Universidad de Deusto
Biblioteca

dirigatur, Venite benedicti, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ad quod vos dominus sua protectione perducat, cui est honor & imperium cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen. G 230

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Amen dico vobis, Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. quæ sumpta est ex libro primo, de sermone domini in mõte, cap. V I. & V I I. Et ex sermonibus de Verbi s domini. I I I I. Et ex libro Quinquaginta homiliarum, X L.

Mat. 5.

Mar. 8

Dominica septima, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Marcum, Cũ multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, &c.

Ser. 209

Mat. 7

ALtitudinem diuinitatis suæ, & misericordiã humanitatis multis & variis modis in scripturis sanctis dominus noster Iesus xp̃s ostẽdit, quẽ ad modũ solet in mysteriis & sacramẽtis, vt & petentes accipiant, & quærentes inueniant, & & pulsantibus aperiatur. Omnia. n. quæ in hoc mũdo sub fragilitate nostra exhibuit miracula, nobis proficiunt. Non utique sine causa faciebat ea dominus, vel quasi stra & inaniter. Verbum dei est Christus, qui non solum sonis, sed etiam factis loqui tur hominibus. Hoc enim etiam quod hodie de sancto Euangelio lectum est, quærit 230
intellectorem, & cum fuerit intellectum, spiritale facit gaudium. Et in hac lectione H
simul considerata in vno eodẽq; redemptore nostro diiuncta operatio diuinitatis & humanitatis, atq; oĩmodis detestãdus error Eutychetis, qui vnã tm̃ in xp̃o dogmatizare præsumit operationẽ. In alterutra. n. parte vel qui solum hoiem fuisse dixerit, gloriã negabit conditoris: vel qui solũ deũ, negabit misericordiam redẽptoris. Nẽpe qđ sup turbã miseretur dñs, ne vel inedia, vel longioris viæ deficiat labore, nouerimus affectum esse atq; cõpassionẽ humanæ fragilitatis. Qđ aũt de septẽ panibus & & paucibus piscibus satiauit quatuor milia hoĩum, credimus diuinæ opus esse virtutis attẽdat ergo sctitas vestra qa hoc nobis ꝓpositũ est, qđ cũ vestra charitate tractemus, quid sibi velit huius rei tm̃ mysteriũ, q̃ eo modo se deũ discipulis demõstrasse sctã testatur scriptura, qũo Euangeliũ narrat. Ait. n. Euãgelista in hodierna lectione,

Mar. 8

Cũ multa turba esset cũ Iesu, nec haberent quod mãducarent, conuocatis discipulis ait illis, Miser eor turbę huic. Sed requamus qđ ait sup ius. In illis dieb⁹ cũ turba multa esset. Supius. n. accesserũt Iudęi ad saluatorẽ, accusantes discipulos eius, eo q̃ non

Mar. 7

lotis manibus mãducarẽt. Quos dñs redarguit, quia quæ de corde mala ꝓcedunt, ea potius hominẽ coinquinarent. Et relictis illis, venit in finibus gentium, ibi mulier 230
Ibidem. Chananæa, quę est mater gẽtiliũ, pro filia sua, i. Ecclesia dñm deprecatur. Quę tam-
Mar. 8 diu postulauit donec acciperet qđ petebat. Post hæc iterum curauit mutũ & surdũ. I
Ergo in his diebus cũ multitudo populi cõcurrisset, nec haberet, qđ mãducarẽt. Turbas. n. hic oẽs gẽtis significa re creaturas intelligimus, ꝑ q̃bus ipse dñs misericordia cõmouetur, q̃ non haberent qđ manducarẽt. Hic spiritaliter debemus intelligere, q̃ ideo nõ habebãt qđ manducarẽt, quia gẽtes legẽ nõ habebãt, i. quinque libros Moysi, nõ ꝓphetas, nõ prædicationẽ sancti Ioãnis, qa gẽtes nõ per legẽ, sed per fidẽ venerũt ad redẽptorẽ. Ideo triduo pseuerãt, hoc est, in natiuitate, in passione, in resurrectione dñi, siue in patre, & in filio, & spiritu sctõ. Perseuerare. n. pmanere est in con

Mat. 10.

fessione, sicut ipse ipse dñs ait, Qui autẽ p seuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Di

Mar. 8

cit ergo dñs, Nõ habẽt qđ mãducẽt. Quia legẽ nõ habent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiãt in via, vt qui per fidẽ xp̃i crediderunt, p fidẽ xp̃i saluarẽtur. Quidã aũt ex his de longe venerunt. Longe enim erant gentes a deo, errando per idola. Et modo omnis qui peccat longe est a deo. Dicunt discipuli eius. Vnde istos quis poterit saturare panibus in solitudine? Adhuc apostolos tenebat incredulitas, donec mysteria reuelarentur, nec recordabantur quod fecerat de quinque panibus & duo-

Vbi sup.

bus piscib. Et interrogauit eos Iesus quot panes haberent, Qui dixerunt, septem. 230
Mat. 5. Et pcepit turbę vt discũberent sup terrã. Et accipiẽs panes gras egit, & dedit discipu x
lis suis vt apponerent. Et pisces similiter benedixit, & posuit ante illos. Et mãducauerũt & saturati sunt, & sustulerunt septem sportas plenas. Erãt aũt qui mãducaue-

runt quasi quatuor milia extra mulieres & infantes. Et virtutes quidẽ dñi manifestissime credimus esse factas in p̃senti, sed quid lateat in mysterio, ipsius gratia donante requiramus. In superiori. n. lectione de quinque panibus & duobus piscibus Matt. 14
quinq; milia hominũ satiauit: hic septẽ panibus saturauit quatuor milia hominũ. Ibi discipuli suggerunt domino dicentes, Locus desertus est, & hora pterit, dimitte turbas vt euntes in castella emant sibi escas, Hic penitus tacent discipuli, sed ipse dominus ꝑ eis solicitus est. Videamus quare tacent. Quia necdũ missi fuerãt pdicare gentibus, sed potius ad oues perditas domus Israel. Prior ergo illa parabola pertinet Matt. 15
ad Iudæos, ista vero ad gentes. Ibi quinque panes fuerũt, hoc est quinque libri Moysi. Hic vero septẽ panes, qui sunt septiformis spiritus dona sicut ait sanctus Esaias ꝑ Esaia. 11
pheta, Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & replebit eũ spiritus timoris domini. Ibi duodecim cophini pleni spiritu sancto, hic septẽ Ecclesiæ siue septem candelabra aurea. Ibi duo pisces, qui sunt duo testamenta, siue unus liber omnium ꝓphetarũ, vel sancti Ioannis pdicatio: hic indefinitus numerus ponitur, q̃ sunt dona gratiarũ, sicut ait Apostolus, Alij per spiri 1. Cor. 12.
tum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, alij ꝓphetia, alij genera linguarũ, alij interpretatio sermonũ, oĩa vero hęc operatur vnus atq; idem spiritus. Ibi super fœnum recũbunt, & hic super terrã. Vtrinque vna conuersatio, vna gratia, vna virtus, vna deitas. Ibi super fœnum discũbunt, hoc est, mortificata opera carnis: quia, Omnis caro fœnũ, ait Propheta. Hic super terrã discũbunt. i. opera terrena conculcãt. Ibi Esai. 40
quinque milia refecti, qui numerus pertinet ad iudæos. Nam post ascensionẽ dñi loquente sancto Petro, quinque milia sunt baptizati. Hic aũt quatuor milia, hoc est, de Acto. 4
tota terrena oẽs gentes a quatuor cardinibus cœli, de septiformis sancti spirit us gratia esse repletas in vitã eternã. Et ideo dilectissimi nos qui non per legem, sed per fidem credimus in domino nostro Iesu Christo, qui non ex operibus, sed ipsius gratia sumus redempti, qui non ex quinque panibus. i. ex quinq; libris Moysi, sed ex septiformis gratia spũ sancti sumus repleti, sicut beatus Esaias ꝓphetauerat dicẽs, Spiritꝰ Esaiæ. 11
sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit il̃ spiritus timoris domini. In hac ergo septiformi spiritus sancti gratia maneamus, in qua vocati sumus, repleti dono spũ sancti, per dñm nostrũ Iesum xp̃m, q̃ viuit & regnat in vnitate eiusdẽ spiritus sancti deus, per omnia secula seculoꝝ, Amẽ.

In eadem dominica, de Helisæo & securi in gurgite lapsa. Sermo I I.

CVm diuina lectio legeretur fratres charissimi, audiuimus quod eunte beato Heliseo cum filiis prophetarũ ad Iordanem fluuiũ, dũ sibi ligna conciderẽt'ce Ser. 210
cidit securis in aquã, Et ille de cuius manu ceciderat clamauit ad beatũ Heli- 4. Reg. 6
sæum, Heu domine mi, & ipsam mutuo susceperam. Post hæc in loco vbi securis illa corruerat, beatus Helisæus misit lignũ, & natauit ferrũ. Helisæũ frẽs dilectissimi typum habuisse domini saluatoris frequenter charitati vestræ suggessimus. Sed & in puero, qui erat de filiis ꝓphetarũ, cui securis de manu lapsa est, non incongrue xp̃s dominus intelligitur. Securis illa q̃ cecidit Adã, siue totũ genus humanũ significasse dicitur. Tenebat ergo filius ꝓphetarũ securim in manu sua, & dñs ac saluator noster humanũ genus qđ creauerat in manu potẽtiæ suę. Sed qũo securis illa de manu ꝓphetę in ꝓfundũ corruit, ita & genus humanũ de manu domini oĩpotentis p superbiam se excussit & cecidit, & in fluuio luxuriæ vel oĩum peccatorũ gurgite se submersit. Securis illa in ꝓfundo iacebat, qa genus humanũ in oĩum criminũ abyssum infœlici ruina corruerat, sicut scriptũ est, Infixus sum in limo ꝓfundi. Et iterũ, Deueni in altiudinẽ maris, & tẽpestas demersit me. Fluuius. n. ille vbi securis cecidit, signi Psal. 68
ficat pterfluentẽ & fugitiuã, & in abyssum descendentẽ voluptatẽ, vel luxuria seculi huius. Fluuius. n. a fluendo nomẽ accepit. Et quia oẽs peccatores transitoriis voluptatibus inhærentes fluere dicuntur, ideo securis illa in fluuio & in limo iacebat oppressa. Veniens vero Helisæus, misit lignum & natauit ferrum. Quid est lignum 4. Reg. 6
mittere, & ferrum in lucem producere, nisi patibulum crucis ascendere, & de ꝓfundo inferni humanum genus erigere, ac de omnium peccatorum limo per crucis mysteri um liberare? Postquã vero natauit ferrum, misit manũ propheta & recepit illud, & rediit ad vtiles vsus domini sui. Ita & de nobis factum est dilectissimi fratres,

qui de manu domini superbiendo cecideramus,per crucis lignum iterum ad manu
vel ad poreſtatem domini redire meruimus. Et ideo quantum poſſumus cum ipſius
adiutorio laboremus,ne iterum ſuperbiendo de manu domini corruamus. Et quia
nullis precedentibus meritis de tenebris producti ſumus ad lucem,de morte ad vitã
reuocati,de multis erroribus in viam reducti curramus dum lucem habemus,nec
prætereuntia ſalutis tempora negligamus,nec nos delectet mundi huius male dul-
cis & nimium periculoſa lætitia,ne iterũ de operibus ſanctis, & de iuſtitiæ via quaſi
de manu domini corruentes,ad luxurioſum mundi huius fluuium recurramus, &
omnium peccatorum limum inſœlici iterum ruina mergamur, ſed audiamus Apo-
Coloſſ.3 ſtolum dicentem,Si conſurrexiſtis cum Chriſto quæ ſurſum ſunt ſapite, vbi Chri-
ſtus eſt in dextra dei ſedens,quæ ſurſum ſunt quærite. Quare dicit,Si reſurrexiſtis,
Epheſ.5 niſi quia cecideramus.Et alibi idẽ Apoſtolus,Surge qui dormis,& exurge a mortuis,
& illuminabit te Chriſtus.Quaſi non tibi videtur ad ſecurim in limo iacentem cla-
mare? Surge,inquit.qui in profundo gurgite dormis,& per crucis myſterium illumi-
nabit te Chriſtus.Iam iſta omnia fratres chariſsimi per baptiſmum ſacramentum,
deo auxiliante,ſic agere ſtudeamus,vt nobis beneficia domini noſtri non iudicium
pariant,ſed profectum.Et ita dulcedinem charitatis, puritatem cordis, & caſtitatem
1.Cor.3 corporis teneamus,ne in nobis dei ſacramenta patiantur iniuriam, Si enim verum
eſt,imo quia verum eſt,quod dicit Apoſtolus,Quia templum dei ſumus, & ſpiritus
dei habitat in nobis,quoties aliquod peccatum aut cogitando,aut loquendo,aut etiã
operando perficimus,templum dei deſtruimus,& ei qui nobis habitat iniurias irro-
gamus.Et ideo ſiquis in ſe tẽplum dei aut turpibus cogitationibus ſordidauit, aut
luxurioſo ſermone polluit,vel quibuſcunque criminibus forte iam vſque ad funda
menta deſtruxit dum tempus eſt cum dei adiutorio ſtudeat rẽparare perdita, erige-
re lapſa,deſtructaq; conſtruere,vt cum dies iudicii aduenerit, etſi coronam non me-
remur accipere,vel ad peccatorum mereamur indulgentiam peruenire. Quod auté
dixi,vel ad peccatorum indulgentiam,pro humilitate quæ nobis ſatis eſt neceſſaria
videor ſuggeſsiſſe.Nam medicus ille cœleſtis cõpunctis pœnitentibus,& eleemoſy-
nas largius facientibus,non ſolum veniam,ſed etiam coronam recõpenſare conſue-
uit.Ego fratres chariſsimi,etſi negligens tamen qualiſcunq; præco veritatis a domi-
no conſtitutus,quod & vobis expedit audire,& me oportet dicere, ſi non quantum
debeo,vel quantum poſſum ſuggero,clamo admoneo. Qui cõtemnit præconem,ti-
meat iudicem.Nullus ex uobis ante tribunal Chriſti ſe excuſare poterit non ſe fuiſ-
ſe admonitum,vt omnibus vitiis reſiſteret,& virtutibus operam daret. Et quia vo-
bis quid uitare vel fugere debeatis aſsidua predicatione monſtratum eſt ſic deo au-
xiliante agite,ut uobis admonitio veſtra magis ad premium quam ad iudicium ante
tribunal eterni iudicis proficiat.Quod ipſe uobis concedere dignetur, cui eſt honor
& gloria in ſecula ſeculorum.Amen.

In eodem dominica,De fame Samariæ, Sermo. III.

Ser.211 4.Re.6 DVm a cultu dei gens iniqua diſcedit, horrenda famẽ comprimitur,& iuſta neceſ
ſitate turbatur.Venit inquit,filius Adadezer regis Syrię in Samariam & obſe-
dit eam,& facta eſt fames magna,ita vt uenundaretur caput aſini quinquaginta ſi-
clis argenti,& quinque ſiclis argenti quarta pars cabi ſtercoris columbini. Cur famẽ
o miſerrime pateris? Cur inopiam teterrimam ſentis? Cur tanta pecunia laceraris?
Creſcit famis quotidie pœna,quia quotidie creſcit & culpa. Perſeuerãt flagella,quia
in populo perſeuerant & delicta.Propter te enim hoſtis irruit,inimicus obſedit,ad-
uerſarius tua pabula deuorauit. Tu eſuris,& ille pingueſcit.Tu famen horridam pa
teris,& ille de tuis pabuli ſuis vacat epulis.Tu aſinorum cadauera & ſtercora colum
barum argento mercaris.Callida deinceps vita,dãna peccata, delicta compeſce, ad
deum conuertere,relinque idolum,abominare figmentum,tunc poteris hoſtes diui
no adiutorio noſtro uincere,& cœleſti prælio ſuperare. Nec quiſquam tibi poterit
nocere ulterius,ſi damnato ſcelere diuinus in te germinauerit cultus. Proh nefas.
Horrẽda cadauera & columbarum ſtercora peccator populus ueſcitur,nec dei cultũ
quærit.

quærit.Inquinatas carnes & horrendas eſcas fames & neceſsitas poſcit,& adhuc fig-
mentũ hoium duritia colit. Pabula denegantur,& illicita a peccatoribus exhibẽtur.
Deus a populo peccatore non q̃ritur,& idolũ adoratur. Mutatur in figmẽtũ dei cul
tura mutatur religio,mutatur & eſca,mutatur dei ſancta cultura,mutatur & hoibus
pabula,iterdicta veſcũtur.Vt.n alienũ eſt qd̃ colitur,ita alienũ ẽ qd̃ cõtra regulã eſu
ritur.Nec.n.difficile eſt populum famẽ poſſe ſentire, quẽ male viuendo conſtat ſpiri
taliter eſuriſſe. Interea creſcunt cũ vitiis augumenta famis , & peccata marũ cada-
uera appetũt filios, & alternis vicibus mulieres duę ſuos natos deuorare diſponũt.
Pro dolor,In cibũ pietas vertitur,in pabulũ ſuſcepta ſoboles cõmutatur.Ante parri
cidium geritur,q̃ ad funeſtas epulas veniatur.Anima ertubus elicitur,& matrũ vi-
ſcera polluantur. Innocens ſanguis effunditur, vt parentũ fames rabida ſaginetur.
Apud illas.n.totũ crudele,nefandũ eſt,inquã,inſontis ſanguinẽ fundere, innocentis
carnes cõcoquere,decoctos artus auidis faucibus tranſuorare,vt natũ cõuertat in ci
bum,quem deus condidit in ſolatiũ. Sed poſtquã ad funeſtas epulas ventũ eſſet, al-
tera mulier alterã exhortatur,Recipe,inquit,recipe miſerãda mater in viſcera filiũ,
nuper viſceribus procreatũ. Eſto tui nati ſepulcrũ , eſto eius corporis diuerſorium.
Eſto eius,vt ita dixerim,monumentũ. Intra te paululũ comeſtus infans redeat, qui
pre fame uiuere iam iamq; non poterat. Materni ſinus qui uitalem intra ſe enutrie-
rant,& nutritum in luce protulerant,particulatim ſibi reditum recognoſcant.Reci-
piat nunc comeſtum uterus , quem viuum ædiderat partus. Repetat habitaculum
mortuus , unde nuper exierat viuus,quoniam fames urget,neceſsitas cogit. Cur.n.
nato ſuperſtite moriar , & non magis natum ego mater conſumam ? Igitur cum hęc
mulier comeſtum iam conſpiceret puerum,ſuum ab iſta clade ſubtraxit filium.Ne-
gat ſe facturam in proprio, quod cum matre fecerat in alieno,Sufficit,inquit, mihi,
ſufficiat tuo ſceleri mulier conſenſiſſe , ſufficit me funeſtas epulas deguſtaſſe,& in-
nocentis carnibus mea uiſcera polluiſſe. Crudele.n.tecum participaui conſilium,
vt nefandum exercerem de meo filio parricidium , quod tecum admiſi expiare non
poſſum,nefandum ſcelus recuſare non valeo. Eſto ſaltem releuata in meo , quæ ſic
grauaris in tuo. Deſine meo ſcelere, deſine tuo grauiore commiſſo . Vtinam nec tu
faceres quod tu feciſti , nec ego ſcelus admitterem quod incurri, vt homicidium fa-
cerem, & parricidium perpetrarem Ex me diſce quid feceris , quia & ego per te me-
ui quod admiſerim.Quare iſtud quod cogis non facio, quod ſuades effugio , quod
ingeris perhorreſco . Tunc ad regem altera alteram pertrahit, ad iudicium ducit, 4. Reg.6
cauſam tanti ſceleris publicauit, quod enormitas facinoris publicare coegit. Tunc
inquam , ſceleratum factum prodidit dolor tunc, immane facinus pietas perfida de
nudauit . Ardet inſana mulier , quia parricidium fecit, ardet quia filium ſuum de-
uorauit, ſed plus ardet quia in illa clade filium ſuum alia non immolauit . Aut ego
cum hac,inquit , moriar,aut certe ut hæc meum,ita illius natum inuadam.Factum
noſtrum iuſtitia iniqua rex iuſte confirma , quia ego nunquam meum natum oc-
iderem , niſi ſuum occidendum amaro placito locauiſſet. Ergo domine rex , aut
meum qui comeſtus eſt reddat,aut ſuum qui eſt abſconditus prodat. Certe ut di-
gnum eſt vtraſque nos pari ſententia percute , ne aut ego poſt tantum facinus vi-
uam, aut hæc ſeſe gaudeat non fuiſſe in ſuum filium parricidam. Quo audito rex,
veſtimenta conſcidit,vultum mutauit , & continuo propheta ad regem mandauit,
Hęc dicit dominus , Hac hora craſtina die menſura ſimilaginis ſiclo emetur, & duæ 4. Reg.7
menſuræ ordei ſiclo in portu Samariæ ementur. Nunciat propheta ſanctiſsimus ad
regem cœlitus vbertatem,quam ſola fides crederet,& perfidia poſſe fieri denegaret.
Nunciat in locum famis futuram abundantiam ſimilaginis, nunciat ceſſaturam fa-
mem, ſucceſſuram vbertatem.Nunciat ſubito magnalia dei ſucceſſura virtute altiſ-
simi , & additur proprio ſceleri perfidia hominis, Tunc homo qui miſſus fuerat a re
ge ait,Nec ſi cataractæ cœli aperiantur poſſunt fieri quę narrantur. O perfidia ho-
minis . Non credit promiſſam fieri vbertatem , qui horrendam ſenſerat egeſtatem.
Nec conſiderat deum promiſiſſe abundantiam qui populo irrogarat penuriam. Sce-
leſtiſsime homo & cur mirabilibus non credis ? Cur farra non accipis? Cur promit-
tentem dominum perhorreſcis? Crede quod credentibus datur,crede populo futu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum,cuius te iã negaueris ſocium.Et quia bonis tantis indignus es, hæc tibi videre conceditur,& poſſe perfrui denegatur. Igitur dum hæc geruntur, auditum fecit dominus in caſtris Syriæ,vt populo promiſſam tribueret vbertatem: quadrigarum ſtrepitus & curuum ſonitus,& armatorum,tumultus inimicorum auribus maluit reſonare, vt poſſet iam ſuum populum liberare. Quo ſtrepitu perculſi inimici fugiunt, & ſine pugna terga vertunt,vtenſilia relinquunt, & Iſraelitæ egreſſi ciuitatem, caſtra hoſtium inuadunt deprædantes.Reuertente ergo populo onerato,ille qui non credi

Pron.13 derat cecidit lapſus,& vbertatem videns in populo cecidit, preſſus eſt.

Dominica octaua,de eo quod ſcriptum eſt,Sunt qui ſe diuites affectant nihil habentes.Et ſunt qui ſe humiliant cũ ſint diuites,Redemptio animæ viri diuitiæ eius pauper autem non ſuffert minas.

Sermo. I.

Ser.212 SAncta ſcriptura quæ modo in auribus noſtris lecta eſt admonuit nos, imo p illã deus qui iubet nobis loqui ad vos,quærere vobiſcum & pertractare quid ſit, &

Prou.13 quid ſibi velit quod lectum eſt,Sunt qui ſe diuites affectant nihil habentes, & ſunt qui ſe humiliant cum ſint diuites.Non enim arbitrandum eſt,neque omnino credendum,q̃ de iſtis diuitiis,quibus inflantur ſuperbi,de viſibilibus iſtis dico atq; terrenis,curauerit ſcriptura ſancta nos admonere,vt vel eas pro magno habeamus vel non habere timeamus.Quid enim prodeſt homini,ait aliquis q ſe diuitẽ videri affectat, cũ nihil habeat: Iſtum notauit ſcriptura atq; reprehendit.Sed nec ille valde admirandus aut imitandus eſt,& pro magno optandus,quem videtur in laude poſuiſſe,ſi temporales atque terrenas diuitias intellexeris.Et ſunt,inquit,qui ſe humiliãt, cum ſint diuites. Ille rectẽ diſplicet nobis, qui cum nihil habeat, ſe diuitem affectat? Quid Iſte placet nobis,qui cum ſit diues humiliat ſe? Forte placet,quia humiliat ſe, non tamen placet,quia diues eſt Accipiamus ergo & hoc. Non indecorum eſt nec inhoneſtum,nec inutile quod ſcripturæ ſanctæ nobis cõmendare voluerunt humiles & di-

1.Tim.6 uites.Nihil enim tam timendum eſt in diuitiis quam ſuperba. Denique Apoſtolus Paulus hoc admonet Timothæũ,Præcipe,inquit, diuitibus huius mundi,non ſuperbe ſapere.Non enim diuitias expauit,ſed morbum diuitiarũ. Morbus autem diuitiarum,eſt ſuperbia magna.Nam grandis animus eſt,qui inter diuitias iſto morbo non tentatur.Maior animus diuitiis ſuis,qui eas vincit non concupiſcendo,ſed cõtẽnendo.Magnus eſt ergo diues,qui non ſe ideo magnum putat quia diues eſt. Qui autem ideo ſe magnum putat,ſuperbus & egenus eſt.In carne crepat,in corde mendicat,inflatus eſt, non plenus. Vtres autem duos ſi videas, vnum plenum, alterum inflatum,in vtroq; eadem eſt magnitudo,ſed non in vtroq; eadem plenitudo. Si attendis falleris,ſi appendis inuenies.Qui plenus eſt difficile mouetur,qui inflatus eſt cito aufertur.Præcipe ergo,inquit,diuitibus huius mundi. Non adderet,Huius mundi,niſi

Diuites nõ huius mũ di. quia ſunt diuites & non huius mundi.Qui ſunt diuites non huius mundi? Quorum princeps & caput eſt ille,de quo eſt,Pauper pro nobis factus eſt,cũ eſſet diues. Sed ille ſolus,quid profuit? Vide quid ſequitur,Vt illius pauuertate vos ditaremini.Pu-

2.Cor.8 to quia paupertas Chriſti non nobis attulit pecuniam,ſed iuſtitiam.Paupertas autẽ

Chriſti paupertas vnde. illius vnde? Quia mortalis effectus eſt. Ergo diuitiæ verę immortalitas.Ibi enim vera copia,vbi nulla indigentia. Quia ergo nos immortalis fieri non poſſemus,niſi pro nobis xps mortalis eſſet effectus,iõ paup factus eſt cũ eſſet diues,& nõ ait,paup factus eſt cũ diues fuiſſet: ſed paup factus ẽ cũ diueſſet,pauptatẽ aſſumpſit,& diuitias non amiſit.Intus diues,foris pauper.Latens deus in diuitiis,apparẽs hõ in paupertate.Vi-

Ioan. 1 de diuitias eius,In principio erat uerbum,& uerbum erat apud deũ,& deus erat uerbum.Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt. Quid ditius eo per quẽ facta ſunt omnia? Aurum habere diues poteſt,creare non poteſt. Cũ itaque eius iſtæ diuitiæ cõmendatæ eſſent,vide paupertatem eius, Et verbum caro factum eſt,& habitauit in nobis.Hac eius ſumus paupertate ditati,quia in ſanguine eius qui manauit de carne eius,quod verbum caro factum eſt vt habitaret in nobis,cõſciſſus eſt ſaccus peccatorum noſtrorum. Per ſanguinem illum abiecimus pannos iniquitatis,vt indueremur ſtola immortalitatis. Omnes ergo diuites,boni fideles, Nemo ſe contemnat,pauper in cella,diues in conſcientia. Diues quippe in conſcientia ſecurior dormit in terra,quam diues in purpura.Ibi non excitat ſolicitudo malignã

puncto corde de ſcelere. Serua diuitias in corde tuo,quas tibi contulit paupertas domini tui. Immo ipſum adhibe tibi cuſtodem,ne pereat de corde quod dedit,ſeruet ipſe qui dedit. Omnes ergo diuites boni fideles,ſed non diuites huius mundi. Deniq; diuitias ſuas nec ipſi ſentiunt,ſentient poſtea. Viuit radix,ſed hyemis tempore etiam viridis arbor aridæ ſimilis eſt. Tempore quippe hyemis & arbor quæ aret, & arbor quæ viget,vtraque nuda eſt onere foliorum,vtraq; vacua onere frugũ,veniet æſtas, & diſcernet arbores,Viua radix folia producit,impletur fructibus: arida inanis æſtate,ſicut hyeme remanebit. Itaque illi horreum præparetur,huic ſecuris adhibetur,vt amputata in ignem mittatur.Sic æſtas noſtra Chriſti eſt aduentus,hyems noſtra xpi occultatio,æſtas noſtra Chriſti reuelatio. Denique arboribus bonis & fidelibus hanc

Coloſſ. 3 allocutionem præbet Apoſtolus,Mortui enim eſtis,& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Certe mortui,ſed mortui ſpecie,viui in radice. Attende autem ventum tempus æſtatis,quomodo ſequatur & dicat,Cum autem Chriſtus apparuit vita

2 Cor.8 veſtra,tunc & vos cum ipſo apparebitis in gloria.Hi ſunt diuites,ſed non huius mundi.Nec tamen & diuites mundi contẽpti ſunt. Et ipſos lucratus eſt ſua paupertate, qui cum diues eſſet,propter nos pauper effectus eſt. Nam ſi eos contempſiſſet,& in numero ſuorum habere voluiſſet,non Timotheo,ſicut dicebam, Apoſtolus præcepiſſet vt & ipſe præciperet,Præcipe,inquit,diuinitibus huius mundi non ſuperbe ſapere. Inter hos qui fide ſunt diuites,ſunt quidam diuites huius mundi, Præcipe illis, quia & ipſi membra illius pauperis facti ſunt.Præcipe illi quid in illis timeas a diuitiis.Non ſuperbe ſapere,neque ſperare in incerto diuitiarum. Inde enim ſuperbit diues,quia ſperat in incerto diuitiarum. Nam ſi incerta diuitiarum prudenter attende ret,nunquam ſuperbiret,ſed ſemper timeret.Quãto eſſet ditior, tãto fieret ſolicitior, & ſecundum hanc vitam,non ſolum ſecundum illam. Multi enim in iſtis ſeculi perturbationibus ſecuriores pauperes fuerunt.Multi autem propter ſuas diuitias quęſiti & correpti ſunt. Multi ſe habuiſſe plãxerunt,quod ſemper habere minime potuerũt.

Mat.6 Multos pœnituit conſilium ſui domini non recepiſſe,qui dixit, Nolite vobis theſaurizare in terra,vbi tinea & comeſtura exterminat,& vbi fures effodiunt & furantur,ſed theſaurizate vobis theſaurum in cœlis. Non dico vobis vt perdatis, ſed vt migretis.Multi enim hoc facere noluerunt,& non ſe obediſſe doluerunt, quando non ſolum ſua perdiderunt, ſed propter illa & ipſi perierunt, Præcipe ergo diuitibus huius mundi nõ ſuperbe ſapere,& fiet in eis quod audiuimus in Prouerbio Salomonis,Sunt qui ſe humiliant cum ſint diuites.Et ſecundum iſtas diuitias tẽporales fie-

1.Tim.6 ri poteſt.Sit humilis,plus gaudeat quia Chriſtianus eſt,quã quia diues eſt Non inflẽ

Prou.12 tur,non extollatur,attendat paupere fratrem,non dedignetur frater pauperis appellari. Quantũcunque.n. diues ſit,ditior eſt Chriſtus qui fratres ſuos voluit eſſe pro quibus ſanguinem fudit, Tamen ne dicerent diuites non ſe habere quid faciant de diuitiis ſuis,admonuit Thimotheum.vt etiam eos conſilio regeret, ne ſe ſpẽ perdi-

1.Tim.6 cepto cohiberet: cum dixiſſet,Neque ſperare in incerto diuitiarum, ne ſe ſpẽ perdiſſe arbitrarentur,ſubiecit,Sed in deum viuũm,qui præſtat nobis omnia abundanter ad fruendum: Temporalia ad vtendum,æterna ad fruendum. Sed de diuitiis ſuis quid faciant? Diuites,ſint,inquit,in operibus bonis,facile tribuant.Hoc proſint diuitiæ,ne ſit tibi difficultas tribuendi,Vult enim pauper & non poteſt, vult diues & poteſt.Facile tribuant,communicent.theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futuro,vt apprehendant veram vitam.Nã iſta vita falſa eſt.Huius vitæ falſitate deceptus

Luc.16. ille in purpura & byſſo,iacentem vlceroſum pauperem ante ſuam ianuam cõtemnebat.Sed ille linctus a canibus,theſaurum ſibi ęternum in Abrahę gremio comparabat: & ſi non abundanti facultate,pia tamen & optima voluntate. Ille autem diues qui ſibi magnus videbatur in purpura & byſſo, mortuus & ſepultus eſt in inferno. Et quid inuenit? Aeternam ſitim,indeficientes flammas. Succeſsit ignis purpuræ & byſſo,ea tunica ardebat, qua ſe expoliare non poterat. Pro epulis ariditas ei erat & & deſiderium guttæ de digito pauperis, ſicut illi micarum de menſa diuitis indigentia fuit.Sed illius egeſtas præteriens,huius pœna permanens. Hoc attendãt diuites huius mundi, & non ſuperbe ſapiant. Facile tribuant.communicent, thẽſaurizẽt ſibi fundamentum bonum in futuro, vbi ſunt veri diuites, ſed non huius mundi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prou.13. vt apprehendant veram vitam: forte ergo hoc admonuit scriptura vbi ait Sunt qui se diuites affectant nihil habentes, propter superbos pannosos. Si.n. uix toleratur diues superbus, pauperem superbum quis ferat Meliores sunt ergo illi qui se humiliat cum sint diuites. Veruntamen de alijs diuitiis se dicere scriptura testatur, secura.n. adiunxit, Redemptio animæ uiri diuitiæ eius, pauper autem non suffert minas: Intelligere debemus ex alia nescio qua paupertate pauperem, & ex alijs nescio quibus diuitiis diuitem. Altius.n. diuites in corde diuites pleni fortitudine, opimi pietate, apundantes charitate, secum sunt diuites, interiores sunt diuites. Sunt autem qui se diuites affectant cum sint pauperes, iusti sibi uidētur, cū sint impii. Diuitias quippe illas intelligere debemus, quoniam aperuit scriptura, quid dixerit, Redemptio animæ viri diuitiæ ipsius. Intellige, inquit, quas tibi diuitias commendem, qm̄ dixi, Sūt qui se diuites affectant, nihil habentes: & sunt qui se humiliant, cum sint diuites, illas temporales & terrenas & uisibiles diuitias cogitabas. Ego autem non ipsas dico, sed quas dicam consequenter admoneo. Redemptio animæ viri, diuitiæ ipsius sunt. Ergo qui non habent animę redemptionem quia iniqui sunt & iustos se uideri affectant, quia hypocritę sunt, ipsi sunt de quibus ait, Sunt qui se diuites affectant, nihil habentes, iustos se volunt videri, cum in cella conscientiæ non habeant aurum iustitiæ. Et sunt pleni, tanto humiliores, quanto ditiores, de quibus dictum

Matt. 5 eæ, Beati paupēres spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quid ergo quæris diuitias, quæ oculis humanis & carneis biandiuntur; Lucet aurum sed plus lucet fides. Elige quid habēre in corde debeas. Intus plenus esto, vbi diuitias tuas deus uidet. Nec tamen quia homo non uidet, ideo debes contemnere quod intus habes. Vis uidere, quia & oculis iniquorum plus lucet fides quàm aurū; Quomodo laudat etiā auarus dñs seruum fidelem? Nihil illo dicit esse preciosius, imò eū omnino pretium non habere testatur. Habeo seruum, inquit, non habeo pretium. Expectas tu vnde? Forte bene saltat, aut optimus coquus est. Non. Attende interiorem laudem Nihil, inquit, fidelius Placet tibi homo seruus tuus fidelis, & tu non uis esse deo seruus fidelis? Attendis, quia habes seruum, attende quia habes & dominum. Seruum tuum potuisti comparare, non creare. Dominus tuus & uerbo suo creauit te, & sanguine suo redemit te. Si uiluisti tibi, recole pretium: si hoc & oblitus es, lege Euangelium, instrumentum tuum. Fidem amas in seruo tuo, & dominus tuus non quęrit eam in suo; Redde quod exigis. Quod tibi gaudes reddi ab inferiore, redde superiori. Amas seruum qui fideliter custodit aurum tuum, noli contemnere dominum, qui miseriter custodit cor tuum. Omnes ergo habent oculos ad laudandam fidem, sed qū ab eis exigitur, claudunt oculos, nolunt eam uidere illam exiguut reddi sibi. Nam quando quàm pulchra sit. Aut forte stulta insania propterea nolunt reddere ne perdant, quomodo timet quis reddere pecuniam, cum reddiderit eam, non habebit. Non sic redditur fides, & redditur & habetur. Mirum dictu, imò si non redditur, non habetur. Redemptio animæ vir, diuitiæ ipsius. Merito illi vanissimo

Prou.13

Luc.12 diuiti insultauit Deus, vt admoneret nos ne talia imitaremur. Cui regio fructuosa succedens, turbauit hominem copia plus quàm inopia. Cogitauit enim apud se, dicens, Quid faciam, quo congregem fructus meos, Et cum ęstuasset usctatus, tandem sibi usus & consilium inuenisse. Sed uanum consilium. Hoc.n. consilium non inuenit prudentia, sed auaritia. Destruam, inquit, veteres apothecas minores, & nouas faciam ampliores, & implebo eas, & dicam animæ meæ, Anima, babens multa bona, satiare, iocundare. Aut illi, Stulte in quo tibi sapiens uideris. Stulte quid dixisti?

Mat.16. Dico animæ meę. Hēs multa bona, satiare. Hac nocte auferetur â te anima tua, hæc q parasti cuius erunt. Quid.n. prodest homini si totū mundū lucretur animæ aūt suæ detrimētum patiatur? Ideo redēptio aīæ viri, diuitiæ eius Has ille uanus & stultus diuitias non habebat. Animā quippe svam eleemosynis nō redimebat, fructus perituros condebat. Recondebat, inquā perituros fructus perturus, nihil largiens dño ad

Mat.25 quem fuerat exiturus. Quā fronte habiturus erit in illo iudicio, cū audire cœperit, Esuriui.n. & nō dedistis mihi manducare? Animam.n. suam superfluis & nimijs epulis satiare cupiebat, pauperum tot inanes uentres superbissimus contemnebat. Nesciebat pauperum ventres apothecis suis esse tutiores: Quod enim recondebat in illis

illis apothecis suis, fortasis & a furibus auferebatur. Si autem reconderet in paupe
rum ventribus, in terram quidem digerebatur, sed in cœlo tutius seruabatur. Ergo Prou.13
redemptio animæ viri, diuitiæ ipsius. Et quod sequitur, Pauper autem nō suffert mi
nas. Pauper, s.inanis iustitia, non habens intus spiritus plenitudinem, ornamēta spi
ritalia, suppellectilem spiritalem, totumq illud quod oculis non videtur, sed mente
plus cernitur. Non habens hæc intus, non suffert minas. Quando ei dictum fuerit ab
aliquo potente, dic hoc verbum contra inimicum meum, dic falsum testimonium, vt
ego quē volo opprimam & domem, forte tentat. Non facio, non mihi adduco pecca
tum. Tantum negat, quo vsque diues minari incipiat, Sed quia pauper est non suf
fert minas. Quid est, pauper est? Non habet diuitias interiores quas martyres habue
runt, qui pro veritate ac fide Christi oēs minas seculi contēpserunt. Nihil de corde
perdiderunt, in cœlo quantum inuenerunt? Pauper ergo non suffert minas. Non po
test dicere diuiti cogenti se ad alicuius iniuriam, aut falsum testimonium, nō facio:
non habet intus vnde respondeat, non est thesauro interiore solidatus & plenus: nō
est qui dicat, quia non habet vnde dicat: nō est qui dicat, Quid mihi facturus es qui
minaris? Vt multum, ablaturus quod habeo. Tollis quod relicturus sum. Tollis qđ
& si non tollas, dum vtuo forsitā perditurus sum. De arca interiore nihil perdo. Cum
mihi minaris auferre quod habeo, vere vis auferre quod intus habeo. Sed illud po
tes auferre & habere: Fidem si minando abstuleris, & ego perdo, & tu non habebis.
Non ergo facio quod hortaris, non curo quod minaris. Sed potes seuiendo etiam de
patria me pellere. Nocuisti si illuc me expuleris, vbi deum meum inuenire non pos
sum. Forte valebis etiam occidere. Ruente carnali domo, incolumis habitator absce
do, & ad illum cui seruo fidem securus exibo, & amplius non timebo, Vide.n. quid
minaris, vt falsum testimonium dicā, mortem minaris, sed corporis. Plus ego eum ti- Sapien.8
meo, qui dixit, Os quod mentitur, occidit animam. His diuitiis intus plenus & opi
mus, talia minanti vel meliora respondet. Pauper autem non suffert minas. Simus
ergo diuites, & timeamus esse pauperes. Quæramus ergo impleri cor nostrum diui
tijs ab illo qui vere diues est. Et si forte vnusquisq; vestrum intrat in cor suū & illic
diuitias istas non inuenit, pulset ad diuitem. Fiat ante ianuā diuitis illius pius men
dicus, vt sit illo donante diues impletus. Et vere fratres mei, paupertatem nostram,
egestatem nostram debemus domino deo nostro confiteri. Hanc confitebatur publi Luc.18
canus, qui nec oculos ad cœlum audebat leuare: Non enim habebat cū qua substan
tia leuaret oculos suos homo peccator. Attēdebat ad inanitatem suam, sed plenitudi
nem domini cognoscebat, nouerat se venire ad fontem sitiētem: Aridas fauces osten
debat, pie vbera implenda pulsabat, Domine, inquit, tundēs pectus, oculos deiiciens
in terram, propicius esto mihi peccatori. Dico ego, quia iā ex aliqua parte diues erat,
cum ista cogitabat & petebat. Nā si adhuc oino pauper erat, huius cōfessionis gem
mas vnde proferebat. Sed tamē abundantior & plenior de templo descendit iustifica
tus. Ille aūt Pharisæus ad orationē ascendit, & nihil rogauit. Ascenderūt, inquit, ad
templum adorare. Iste rogat, ille non rogat. Sed ille vnde orat? Sunt qui se diuites pu
tant, nihil habentes. Domine, inquit, gratias tibi ago quia non sum sicut cæteri hoies
iniusti, raptores, adulteri, sicut etiā hic publicanus. Ieiunio bis in sabbato, decimas
do omnium quæ possideo. Iactauit se, sed inflatio est ista, nō plenitudo. Diuitē se pu
tauit nihil habens, pauperem se ille cognoscit iam aliquid habens. Vt nihil aliud di
cam, habebat ipsam confessionis pietatem. Et descenderunt ambo. Sed iustificatus,
inquit, publicanus ille magis quam ille pharisæus, Quia omnis qui se exaltat humi
liabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Mat.18
Matthæum. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos &c. quæ habetur in li
bro II. de sermone domini in monte, cap. XXVII. & XXVIII, Et inter sermones
de Verbis domini. X I I.

Sermo. I.

Dominica nona, De timore domini & vera humilitate. Ser.213

DAuid propheta & psalmista, qui teste scriptura, secdm cor dei electus fecit oēs vo
lūtates eius: Ipse fratres eius charissimi gd creator noster in his appetat & dili
gat quodā loco oīdit, ita dicens, Quis sicut dñs deus nr̄, qui in altis habitat, & humi Psal.112

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia respicit in cœlo & in terra? Si ergo dominus altissimus cuius excellentiæ & magnitudinis non est finis, in omni creatura sua, & ea quæ in supernis & ea quæ in infimis est constituta, in angelis, videlicet & in hoibus humilitatem considerat & phat,
Luc. 14. & 18. quantum necesse est nobis humilitati semper studere, ipsamq; in oibus cõseruare, vt sic placeamus cõditori nostro? Quãta aũt sit veræ humilitatis virtus, facile ex verbis domini agnoscitur, qui vt superbiã pharisęorũ dãnaret, dixit, Oĩs qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Humilitatis quippe passibus ad cœli
Iaco. 4 culmina cõscenditur, quia deus excelsus non superbis sed humilitate attingitur: de quo dictũ est, Deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã: vnde & in Psalmis dicitur, Excelsus dominus & humilia respicit, & alta a lõge cognoscit. Alta posuit pro
Psal. 137. superbis. Humilia vero respicit vt attollat: alta ideũ superba cognoscit vt deiciat.
Discamus humilitatem p quã deo propinquare poterimus: sicut ipse in Euangelio
Mat. 11. ait, Discite a me qa mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem aiabus vestris. Per superbiã mirabilis angelorũ creatura cecidit de cœlo, per humilitatẽ dei fragilitas humanæ naturæ ascendit in cœlum. Honesta est.n inter hoies humilitatis cõsue
Prou. 11. tudo, sicut Salomon ait, Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi aũt humilitas
Eccli. 3 ibi & sapientia: item alius sapiens. Quãto, inquit, maior es, tanto humilia te in oibus
Esa. 66 & coram deo inuenies gratiã, item deus p prophetã ait, Ad quem aũt respiciã, nisi ad humilem & quietũ & trementem verba mea? Quicunq; humilis & quietus non fuerit, nõ pót in eo habitare gratia spũs sancti deus humilis factus est nostræ salutis cau-
sa erubescat hõ superbus esse. Quantũ humilitate inclinatur cor ad ima, tm proficit in excelso. Qui n.humilis erit exaltabitur in gloria. Primus humilitatis gradus est, veritatis sermonem humiliter audire, memoriter retinere, voluntarie perficere. Eam
Eccl. 10 quippe quã nõ inuenerit humilem veritas fugit mentem. Quãto quis humilior erit de seipso, tanto maior erit in conspectu dei. Superbus vero quãto glorioſior apparet inter hoies, tãto deiectior erit ante deum, Qui enim sine humilitate bona opera agit
ventum pulueri portat: item scriptura dicit. Quid superbit terra & cinis dũ vẽto sub-
perbię dispergitur, qd ieiuniis & eleemosynis congregare vipetur? Noli o homo in
1. Pet. 5. virtutibus gloriari tuis, quia alterum habiturus es iudicẽ, non teipsum. In cuius conspectu teipsum in corde tuo studeas humiliare, quatenus ille te exaltet in tẽpore retributionis suæ. Descende vt ascẽdas: humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Qui n.sibi vilis videtur esse, ante deũ pulcher est. Qui sibi displicent, deo placẽt.
Esto igitur paruus in oculis tuis, vt sis magnus in oculis dei. Tanto enim eris apud deum prætiosior, quãto fueris ante oculos tuos despectior. In summo honore summa tibi sit humilitas. Honoris laus est, humilitatis virtus. Sed hãc veræ humilitatis
Eccl. 1 virtutẽ nemo sine timore dei habere pót, quia eorũ neuter sine altero esse pót. Quid
aũt timor dei efficiat, fratres, audite, Initium sapiæ timor domini. Magna est cautela peccati, dei semp præsentiam timere. Quid pfecte deũ timet, diligenter se a peccatis
custodit. Timenti deũ in nouissimo die bene erit, & merces eius in æternũ pmanet.
Qui erubescit in cõspectu hominis peccare, quãto magis dignum est q, erubescat in
Timor ser uorum & filiorum. conspectu dei iniquitatem agere, qui non solum opera, sed & corda considerat? Qui timore sancto deũ metuunt, inquirunt quæ beneplacita sunt illi. Alius est timor seruorum, alius est timor filiorum. Serui.n propter tormẽta dominos timẽt, filii vero
propter amorem patres timent. Si filii dei sumus, timeamus eũ ex charitatis dulcedine, non de timoris amaritudine. Homo sapiẽs in oibus deũ metuit opibus suis, scies
se eius nunquã pẽriam effugere posse, sicut Psalmista deo dicit. Quo ibo a spũ tuo,
& quo a facie tua fugiã? Item, Quia neq; ab Oriẽte neq; ab Occidẽte, subauditur, patet locus fugienti deũ. Qui timet dominũ accipiet doctrinã eius, & qui vigilauerit in
mandatis eius, inueniet benedictionẽ sempiternã. Timẽtis deũ beata est aia, & a tentatione diabolica tuta remanet. Beatus homo q semp est pauidus, & cui donatum est
dei timorẽ semp ante oculos habere. Qui timet dominũ recedit ab itinere prauo, &
Psal. 11. ad uirtutũ semitã vias suas dirigit. Timor dei repellit peccata, & adiicit virtutes. Timor cautũ facit hominem & solicitũ, ne peccet. Vbi vero timor dei non est, ibi dissolutio vitæ est. Qui deũ in prosperis nõ timet, timeat vel in aduersis, refugiat ad illum qui flagellat & sanat. Beatus vir qui timet dñm, in mãdatis eius cupit nimis. Ti-

mor dei timorẽ expellit gehennæ, quia facit hominem peccatum cauere, & iustitiæ opera augere. Post hæc ad illum perueniet timorem, qui dicitur sanctus, & permanet
Psal. 18 in seculum seculi, quia est in dilectione. Sic ergo fratres timeamus deũ vt diligamus eum, quia perfecta charitas foras mittit timorem seruilem, atq; ita abundantiam habere possumus & securitatis & plenitudinem oĩum bonorũ, vnde & Propheta ait, Ti-
1. Ioan. 4. mete dominum omnes sancti eius, quomã nihil deest timentibus eũ. Diuites egue-
runt & esurierunt, inquirentes aũt dominũ nõ minuentur omni bono. Quapropter
Psal. 33 obsecro vos dilectissimi, vt timorem dei semper ante mentis vestræ, oculos habeatis & obliuionẽ præceptorum dei omnino fugiatis, illudq; sedulo cogitetis, qualiter timentes deum, & mandatis eius obedientes, ad vitam vadũt perpetuam, contenentes vero & præcepta eius spernentes in pœnam ibunt æternam: humilitatemq; verã in
corde vestro intus habeatis, ficq; eam non ficte moribus coram proximis vestris inuenietis, vt & ipsi bonis exemplis vestris instructi glorificent deum, & vobiscũ eternam in cœlis studeant percipere remunerationem, præstante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat. &c.

In eadem dominica, De timorẽ domini: Ser. II.

NOn dubito dilectissimi fratres insitum esse cordibus vestris timorem dei, quo
Ser. 214 ad veram & solidam fortitudinẽ perducamini. Cũ enim fortis ille dicatur qui nemmem timet, peruerse fortis est qui primo deum non vult timere, vt timendo audit, audiendo diligat, & diligendo non timeat. Tunc erit vere fortissimus, non superba duritia, sed cura iustitiæ: sic etiã scriptũ est, Timor domini, spes fortitudinis. Cũ
Prou 14 enim timetur pœna quã minatur, discitur amari prẽmiũ qd pollicetur, ac sic per timorem pœnę bona vita retinetur. Per bonã vitã bona conscientia comparatur, vt p bonam consciam nulla pœna timeatur. Quapropter discat timere, qui nõ vult time-
re. Discat ad tempus esse solicitus, qui semper uult esse securus: ut enim dixit ioãnes
1. Ioan. 4. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Dixit sane & veraciter dixit. Si ergo habere non uis timorem, prius uide utrum iam perfectam habeas charitatem quæ foras mittit timorem, Si uero ante istam perfectionẽ timor ex-
eluditur, superbia inflat, charitas ędificat. Nam sicut in bona ualetudine fames non fastidio, sed cibo pellitur, ita in bona mente timor non uanitate, sed charitate pellendus est. Discute itaque conscĩam tuam, quisquis timere iam non uis. Noli superficiem cõpalpare, descende in te, penetra interiora cordis tui. Rimare diligenter utrũ
nulla ibi uena uenenata tabificum amorum seculi sugat & sorbeat, utrum nulla carnalis voluptatis mouearis & capiaris illecebra, nulla inani iactantia tumidus extolla-
ris, nulla cura vanitatis exęstues, si iam iniquitatis diligẽtia non fatigat, vtrũ equitatis negligẽtia nulla surrepat. Si hęc ita sunt, recte gaudes esse te sine timore. Exclusa
Matt. 22 erit eũ charitas dei quẽ diligis ex toto corde, & ex tota aĩa, & ex tota mẽte tua, excluserit eũ & charitas proximi, quẽ diligis tanquã teipsum. Et iõ pro illo satagis, ut etiam ipse tecũ ex toto corde, ex tota aĩa, ex tota mente diligat deũ, qui non aliter recte diligis & teipsum, nisi quia sic diligis deũ vt nõ ppea minus eũ diligas quia conuerteris uel ad teipsum. Si aũt quãuis intra teipsum nulla irritaris cupiditate, quod quidẽ
de se quis audeat gloriari, tñ si teipsum in teipso diligis, & de teipso tibi places, hoc ipsum vehementius timere debes, quia nihil times. Nõ.n.quacunq; dilectione foras
1 Ioan. 4 mittendus est timor, sed recta dilectione qua tota diligimus deũ, & ppea proximũ, ut sic & ipse diligat deũ. Se aũt in se diligere, & sibi placere non est iustitię charitas, sed superbiæ vanitas. Ac per hoc Apostolus iusta reprehensione perculsit seipsos
1 Ioan. 4 amantes, & sibi placentes. Perfecta ergo charitas foras mittit timorẽ, Sed ea dicenda est charitas, quæ non est uilitas. Quid aũt uilius quã hõ sine deo? Ecce quid amat
Rom. 11. qui seipsum non in deo, sed in seipso amat: Recte huic dicitur, Noli altum sapere, sed time. Qui.n.altum sapit & ideo non timet, utiq; pernitiose nõ timet. Neq; n.mitis & pius est, qui seipsum in seipso amat & laudat, sed elatus & ferox, non nouit dicere.
Psal. 33. In deo laudabitur anima mea, audiant mites & lætentur. Quid enim boni amat, qui forte hoc ipsum propter hoc ipsum amat nihil timere. Potest enim hoc sibi persuadere, nõ sanitate, sed immanitate, uerbi gratia, Est aliquis audacissimus latro, quãto

Universidad de Deusto
Biblioteca

perueꝛſe fortior, tanto periculoſe crudelior. Qui propter ipſum amorem ſuum quo
amat nihil timere, ingentia facinora moliatur, vt quod amat exerceat, & exercendo
corroboret: quanto eius fuerit maiora commiſſa tanto maior erit non timentis au-
dacia. Non hoc ergo pro magno bono amandum eſt, quod & in homine peſſimo in-
1. Ioan. 4. ue niri poteſt. Quapropter timeat xp̃ianus anteſ̃ perfecta charitas foras mittat ti-
2. Cor. 5. morem: credat & intelligat ſe peregrinari a domino, quandiu viuit in corpore quod
Sapien. 9 corrumpitur & aggrauat animam. Tanto minor ſit timor, quanto patria quo tendi-
mus, ꝓpior. Maior n. timor debet eſſe peregrinantium, minor ꝓpinquãtium, nullus
peruenientium. Sic & timor perducit ad charitatem, & perfecta charitas foras mittit
Luc. 12 timorẽ. Timeat aũt xp̃ianus non eos qui corpus occidunt & poſtea non habent quid
Pſal 18 faciant, ſed eum qui habet poteſtatem & corpus & animam in gehennam ignis oc
1. Ioan. 5 cidere. Eſt aũt alius timor domini caſtus permanens in ſeculum ſeculi. Non ergo eũ
perfecta charitas foras mittit, alioquin non permaneret in ſeculũ ſeculi: nec fruſtra
cum dictum eſſet, Timor domini, additum eſt, caſtus, atque ita coniunctũ eſt, per-
manens in ſeculum ſeculi. Quare, niſi quia ille timor quem foras charitas mittit, ꝓ-
pterea pungit aiam ne amittatur aliquid quod in creatura diligitur, vel ipſa ſalus &
requies corporalis, aut aliquid tale poſt mortem? Propterea n. timentur & apud infe-
ros pœnæ & dolores ac tormenta gehennarum. Cum vero cauet anima ne deus illã
deſertus deſerat, timor eſt caſtus permanens in ſeculũ ſeculi. De quo latius dicere, ni
ſi ſermo iã lõgior & meis ſenilib⁹ viribꝫ & veſtrę fortaſſe ſatietati parcere cogeret.

Lucæ. 16 Item in eadem dominica: Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum
Lucam, Quidam homo erat dives qui habebat villicum, &cæ. quæ habetur inter
ſermones de verbis domini XXXV.

Dominica decima, de Chriſtiano nomine, Sermo I.

Serm. 215 ROgo vos fratres chariſſimi, vt attentius cogitemus quare Chriſtiani ſumus, &
crucem Chriſti in fronte portamus. Scire. n. debemus quia non nobis ſufficit
ꝓ nomen Chriſtianum accepimus ſi opera Chriſtiana non fecerimus, ſicut ipſe do-
Lucæ. 6 minus in Euangelio dixit, Quid ꝓdeſt ꝓ dicitis mihi, Domine domine, & non facitis
quę dico? Si te militem Chriſtianum dicas, & iugiter crucẽ xp̃i te ſignes, & eleemoſy-
nam ſecundũ vires tuas non feceris, charitatem & iuſtitiam vel caſtitatem habere
nolueris, nihil tibi prodeſſe poterit Chriſtianum nomen, Magna res eſt ſignum xp̃i
& crux Chriſti, & ideo de iſto tam pretioſo ſignaculo res magna & pretioſa ſignari
debet. Quid. n. prodeſt ſi de anulo aureo ſigillum facias, & putridas paleas intus re-
condas? Quid prodeſt ſi ſignum Chriſti in fronte & in ore geſtamus, & intus in ani-
Iuſti. 50. ma crimina & peccata recondimus? Qui enim male cogitat, male loquitur, male ope-
Homil. ratur: ſi ſe emendare noluerit, quando ſe ſignat, peccatum illius nõ minuitur, ſed au-
Hom. 22 getur. Multi enim dum ad furtum aut ad adulterium vadunt, ſi pedem impegerint
ſignant ſe, & tamen de malo opere non reuocant ſe, & neſciunt miſeri quia includũt
in ſe magis dæmones q̃ excludunt. Qui autem a ſe cum dei adiutorio vitia & pecca
ta repellit, & quod bonum eſt cogitare ſimul & implere contenderit, iuſte ſignũ cru-
2. Cor. 4. cis labiis ſuis apponit, quia talia opera conatur agere quæ ſignum Chriſti mereantur accipere, & quia ſcriptum eſt, Regnum dei non eſt in ſermone, ſed in virtute: &
Iacobi 2. item, Fides ſine operibus mortua eſt, vt nomen Chriſtianum nõ ad iudicium ſed ad
remedium habeamus, conuertamus nos ad opera bona dum in noſtra ſunt poteſta-
te remedia. Et vt hæc deo auxiliante poſſitis implere, pacem & ipſi habete, & eos qui
diſcordes ſunt ad concordiam reuocate: Mendacium fugite, periurium velut mortẽ
perpetuam nolite facere. Ante omnia ſicut iam ſupra dictum eſt, ſecundum vires ve-
ſtras eleemoſynam pauperibus exhibere, oblationes quæ in altario conferuntur of-
ferte. Erubeſcere debet homo idoneus ſi de aliena oblatione communicauerit. Qui
poſſunt aut cereolos aut oleum quod in cicindelibus mittatur exhibeant. Symbolũ
vel orationem dominicam & ipſi tenete, & filiis veſtris oſtendite. Nam neſcio qua

fronte ſe Chriſtianum dicat, qui paucos verſus in ſymbolo vel in oratione dominica De cõſec.
parare diſſimulant. Filios quos in baptiſmo excipitis, ſcitote vos fideiuſſores pro ip- diſt. 4. cap.
ſis apud deum extitiſſe. Et ideo tam illos qui de vobis nati ſunt, ꝙ illos quos de ſote Vos ante
excipitis ſemper caſtigate atque corrigite, vt caſte & iuſte & ſobrie uiuant. Et voſipſi omnia.
ita agite, vt ſi vos filij veſtri imitari voluerint, non vobiſcum in igne ardeant, ſed ſi-
mul vobiſcum ad præmia æterna perueniant. Qui cauſas audiunt iuſte iudicẽt, nec Pſal. 14.
munera, ſup inocẽtes, accipiãt qa munera excæcãt corda ſapiẽtiũ & imutãt verba iu Exod. 23
ſtoꝝ, ne forte dũ acqrunt pecuniã pdant aiam ſuã. Nemo n. hẽt iniuſtũ lucrũ ſine iu Eccl. 20
ſto dãno. Vbi lucrũ & ibi damnũ. Lucrũ in arca, damnum in conſcientia. Nullus ſe
inebrier, nemo in conuiuio ſuo cogat alium amplius bibere ꝙ oportet, ne per ebrie-
tatem & ſuam & illius aiam perdat. Omni die dominico ad eccleſiam conuenite. Si
enim, Infœlices ludæi tanta deuotione celebrant ſabbatum, vt in eo n ulla opera ter
rena exerceant: quanto magis Chriſtiani in die dominico ſoli deo vacare & pro ani-
mæ ſuæ ſalute debent ad eccleſiam conuenire? Quando adeccleſiam conuenitis, ꝓ-
peccatis veſtris orate. Nolite rixas committere, nolite lites & ſcandala concitare. Qui
ad eccleſiam veniens hæc fecerit, ibi ſe litigando vulnerat, vbi ſe orando ſanare po-
tuerat. In eccleſia ſtantes nolite verboſari, ſed lectiones diuinas, patiẽter audite. Qui
enim in eccleſia verboſari voluerit, & pro ſe & ꝓ aliis redditurus eſt rationem, dum
verbum dei nec ipſe audit nec alios audire permittit. Et decimas de fructibus ve-
ſtris eccleſiis reddite. Qui fuit ſuperbus ſit humilis, qui erat adulter ſit caſtus, qui
ſolebat furtum facere, vel res alienas inuadere, etiam de propria ſubſtantia incipiat
pauperibus erogare. Qui fuit inuidus ſit beneuolus. Qui fecit iniuriam, cito veniã
petat. Cui iniuria facta eſt, cito dimittat. Quoties aliqua infirmitas ſuperuenerit, cor
pus & ſanguinem xp̃i ille qui ęgrotat accipiat, & inde corpuſculum ſuum vngat, vt Iacobi. 5
illud quod ſcriptum eſt impleatur in eo, Infirmatur aliquis, inducat presbyteros &
orent ſuper eum vngentes eum oleo, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit
eum dominus, & ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Videte fratres, quia qui in infirmi-
tate ad eccleſiam cucurrerit, & corporis ſanitatem recipere, & peccatorum indulgen
tiam merebitur obtinere. Cum ergo duplicia bona poſſint in eccleſia inueniri, qua-
re per præcantatores, per fontes & arbores & diabolica phylacteria, per characteres
& aruſpices, & diuinos vel ſortilegos multiplicia ſibi mala miſeri homines conãtur
inferre? Sicut iam ſupra diximus filios & omnes familias veſtras admonete fratres
ſemper, vt caſte & iuſte ac ſalubriter viuant. Nec ſolum eos verbis, ſed etiam exem-
plis ad bona opera prouocate. Ante omnia vbicunque fueritis, ſiue in domo, ſiue in
itinere, ſiue in conuiuio, ſiue in conſeſſu, verba turpia & luxurioſa nolite ex ore ve-
ſtro proferre, ſed magis vicinos & proximos veſtros iugiter admonete, vt ſemper
quod bonum eſt & honeſtum loqui ſtudeant, ne forte detrahendo, male loquendo &
in ſanctis feſtiuitatibus choros ducendo, cantica luxurioſa & turpia proferendo de
lingua ſua, vnde debuerant deum laudare, inde ſibi vulnera videantur infligere. Iſti
enim infœlices & miſeri homines qui balationes & ſaltationes ante ipſas baſilicas
ſanctorum exercere nec metuunt nec erubeſcunt: & ſi Chriſtiani ad eccleſiam uene
rint, Pagani de eccleſia reuertuntur, quia iſta conſuetudo balandi de Paganoꝝ obſer
uatione remanſit. Et iam videte qualis eſt ille Chriſtianus qui ad eccleſiam venit
orare, & neglecta oratione, ſacrilega verba Paganorum non erubeſcit ex ore profer-
re. Videte tamen fratres chariſſimi, ſi iuſtum eſt vt ex ore Chriſtianoꝝ vbi corpus Tobiæ. 4
xp̃i ingreditur, luxurioſum canticum quaſi venenum diaboli proferatur? Ante om- Matt. 7.
nia quicquid vultis vobis ab aliis fieri, hoc aliis facite. Quod vobis ab aliis non vul
tis fieri, nulli alij feceritis. Quam rem ſi volueritis implere, ab omni pecato poteſtis
veſtras animas liberare, quia & qui literas non nouit, iſtas duas ſententias memori-
ter teneat, & cum dei adiutorio operibus & poteſt & debet implere. Et licet credã ꝙ
illa infœlix conſuetudo quæ de Paganorum prophana obſeruatione remanſit, iam
nobis caſtigantibus & de locis iſtis fuerit deo inſpirante ſublata, tamen ſi adhuc a-
gnoſcatis aliquos illam ſordiſſimam turpitudinem de hinnicula vel cerula exerce-
re, ita duriſſime caſtigate vt eos pœniteat rem ſacrilegã cõmiſiſſe. Et ſi quando lu-
na obſcuratur adhuc aliquos clamare cognoſcitis, & ipſos admonete denunciantes

eis quod graue sibi peccatum faciunt quando luna quę deo iubente certis temporibus obscuratur, clamoribus suis a maleficiis sacrilego ausu se defensare posse confidunt. Et si adhuc videtis aliquos, aut ad fontes, aut ad arbores vota reddere, & sicut iam dictū est, sortilegos ēt & diuinos vel p̄cantatores inquirere, phylacteria ēt diabolica & characteres aut herbas vel succos sibi aut suis appendere, durissime tanta eos peccata increpantes dicite, quia quicunq; fecerit hoc malū, perdit baptismi sacramentum. Et quia audiuimus q̄ aliquos viros vel mulieres ita diabolus circūueniat, vt quinta feria nec viri opera faciant, nec mulieres lanificium, corā deo & sanctis angelis eius cōtestamur, quia quicunq; hoc obseruare voluerint, nisi p̄ plixā & durā pniam tale sacrilegiū emendauerint, vbi arsurus est diabolus, ibi & ipli dānandi sunt. Isti.n. infœlices & miseri, qui in honore Iouis quinta feria opera nō faciunt, nō dubito q̄ ipsa opera die dominico facere nec erubescunt nec metuāt. Et ideo quoscunque tales esse cognoueritis, durissime castigate. Et si se emēdare noluerint, nec ad colloquium nec ad cōuiuiū vestrū eos venire pmittite. Si vero ad vos ptinent, ēt flagellis cedite, vt vel plagā corporis timeant, qui de animæ suæ salute non cogitāt. Nos.n. frēs charissimi cogitantes periculū vestrū paterna vos solicitudine admonemus. Si nos libenter auditis, & nobis facietis gaudium, & vos fœliciter peruenietis ad regnum. Quod ipse p̄stare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica. De Christiano nomine, Sermo II.

Ser. 216. GAudeamus fratres charissimi, & deo gratias agamus, quia secundum desideria nostra vos incolumes inuenire meruimus. Et vere frēs, iuste & merito pater gaudet quoties filios suos & corpore sanos, & in dei timore deuotos inuenerit. Et quam de vestra q̄ de nostra salute duplicatum nobis gaudium nunc pietas diuina concessit, quod ad profectum animarū vestrarum pertinet debemus charitati vestræ suggerere. Oportet fratres charissimi vt tota mentis intentione inquirere vel intelligere studeamus quare xp̄iani sumus, & quare crucē xp̄i in fronte portamus. Agnoscite & intelligite fratres, q̄ non ideo xp̄iani facti sumus vt de ista tm̄ vita solliciti simus: 1.Cor. 15. sicut .n. dicit Apostolus, Si.n. in hac vita tm̄ in xp̄o sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Qui n. non cogitat nisi de ista tātummodo vita, animalibus & pecoribus similis est. Quid. n. quærunt animalia, nisi manducare, bibere, luxuriari, & dormire? Tales sunt qui plus cogitant de carne sua q̄ de anima, qui plus diligunt gulam ac luxuriam q̄ castitatem atq; iustitiā. Scire debetis frēs charissimi, qm̄ ideo Christiani facti sumus, vt semp de futuro seculo, & de æterno præmio cogitemus: & plus p̄ anima q̄ pro corpore laboremus, qm̄ caro nostra paucis annis ꝑit erit in mundo, anima aūt nostra, si bene agimus, sine fine regnabit in cœlo. Si vero quod deus non patiatur, si mala opera exerceamus, & plus p̄ carnis luxuria q̄ pro salute animę laboremus, timeo ne quando boni Christiani cum angelis accipiuntur in vitam æternam, nos quod absit præcipitemur in gehennam. Non nobis sufficit frēs q̄ Christianū nomen accepimus, si bona opera non fecerimus Christiana. Illi enim prodest q̄ Christianus dicitur, qui castitatē diligit, ebrietatē fugit, superbiam detestatur, inuidiā velut venenū diaboli respuit. Ille vere Christianus est qui furtū non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui nec mētitur nec periurat, qui adulterium non cōmittit, qui ad ecclesiā frequentius venit, quide fructibus suis nō gustat nisi prius ex ipsis deo aliquid offerat, q̄ decimas annis singulis erogandas pauperibus reddit, qui sacerdotibus suis amore impendit, qui oēs hoies sicut seipsum diligit, qui nullū hoiem odio habet. Ille vero nō solū Christianus est, sed ipse Christus in illo habitat, q̄ stateras dolosas & mēsuras duplices velut gladium diaboli pertimescit. Ille bonus christianus est, qui quādo ad ecclesiā venit, & oblationē q̄ in altario mittatur exhibet, & pauperibus secundum q̄ vires habet argētum porrigit aut hucellam: qui peregrinos in domum suam excipit: qui hospitibus pedes lauat: qui nō solū lites nō concitat, sed ēt discordes ad concordiam reuocat: qui maioribus & parentibus honorem & amorem veræ charitatis impendit: qui & ipse caste viuit, & filios vel vicinos suos vt caste & sobrie viuant, & verbis admonet, & exemplis docet.

Ille bonus Christianus est, qui quoties sanctæ solennitates veniunt, vt securius cōmunicet, ante plures dies castitatem cum propria vxore custodit, vt sincera & secura cōscientia ad altare domini casto corpore & mundo corde præsumat accedere: Qui symbolum & orationem dominicam memoriter tenet, & filios vel filias suas vt ipli teneant fideliter docet. Ecce audistis fratres quales sint Christiani boni. Et ideo quantum possumus cum dei adiutorio laboremus vt nomen Christianum non sit falsum in nobis, nec in nobis Christi sacramenta patiantur iniuriā, sed semper opera Christiana & cogitemus in corde & impleamus in opere. Nā ille Christianus qualis est, qui uix aliquando ad ecclesiam venit: & quando venerit non stat vt oret pro peccatis suis, sed vt causas dicat, aut lites & rixas concitet, & si locum inuenerit usq; ad vomitum bibit, & postquam se inebriauerit surgit quasi phreneticus & insanus diabolico more balare & saltare, & incipit verba turpia & amatoria vel luxuriosa cātare. Iste talis non dubitat furtum facere, adulterium non timet admittere, falsum testimonium dicere, maledicere, periurare. Siue viri siue mulieres qui talia opera faciunt, non ad remedium, sed ad iudicium Christianum nomen & baptismi sacramēta suscipiunt, & nisi pœnitentiam egerint, in ęternum peribunt. Ecce fratres ostendimus vobis quales sint Christiani boni, & quales sint mali. Et ideo quos bonos videtis, imitamini: quos vero malos esse cognoscitis, castigate semper, increpate, corrigite, vt de profectu vestro & de illorum perfectione duplicem mercedem habere possitis. Qui ergo boni sunt, casti, sobrii, humiles & benigni, deo auxiliante perseuerent in operibus suis bonis, Qui vero opera mala faciunt, cito se corrigant antequam illorum animæ de hac luce discedant, quoniam si sine pœnitentia mortui fuerint, nō veniunt ad vitam, sed præcipitantur ad mortem. De qua pœna nos pius dominus liberare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

Dñica vndecima, de eo quod scriptū est, Mulierē fortē quis inueniet &c. Ser. I.

ECclesia catholica fratres charissimi non solum post aduentum domini & saluatoris nostri prædicata est, sed etiam ab initio mundi multis figuris & sacramentis secretioribus designata. Nam & in sancto Abel ecclesia catholica fuit, & in Noe, & in Abraham, & in reliquis vsque ad aduentum domini saluatoris: de ipsa enim ait Salomon, Mulierem fortem quis inueniet? Quod dixit, quis inueniet, difficultatem inueniendi, non impossibilitatem oportet intelligi. Mulier ista fortis, Ecclesia est. Quomodo non est fortis quę ab initio mundi tantis tribulationibus fatigatur, & tamen non vincitur? Mulierem fortē quis inueniet? Quis alius nisi Christus? Non autem eam fortem inuenit, sed inueniendo fortē fecit. Nam vt eam inueniret, nonagintanouem dimisit in montibus, & quęsiuit vnam quę errauerat, & humeris suis impositam ad ouile proprium reuocauit. Lanam & linum fecit manibus suis. Lanificam & linificam matronam istam sanctus sermo describit. Quæris forte a nobis, quod sit lana, quid linum? Lana carnale aliquid, linum vero spiritale significat, quia in ordine vestimentorū, interiora sunt linea vestimenta, lanea uero exteriora. Lana ēt de cōmistione alicuius nascitur, Linū vero sine carnis voluptate de terra p̄creatur, iō castitatis imaginē p̄ ferre videtur, intm̄ ut sacerdotes veteris testamenti ex præcepto legis, pp castitatis indicium lineis fœmoralibus vterentur. Ergo in lana carnale aliquid, in lino vero spiritale significatur. Pro laude etiam ponuntur. Inuenis enim hominem porrigentem manu eleemosynas pauperi, nec tamē deo ibi cogitantem, sed hominibus placere cupientem, laneam vestem quæ videri potest habet, interiorem lineam non habet. Inuenis alium dicentem tibi, Sufficit mihi cōscientia mea, deum colo, deum adoro, quid mihi opus est ad ecclesiam ire, aut visibiliter xp̄ianus misceri? Linea vult hēre sine tunica. Nō nouit neq; cōmendat talia opa mulier ista. Inuenit hæc mulier lanā & linū & fecit vtile. Multi inueniūt, sed nō faciūt vtile manibus suis. Cū libēter auditis inuenitis, cū bene viuitis facitis. Brachia sua firmauit in fuso. De fuso isto qd dns dederit dicā, neq; ista lanificia sunt a viris aliena. In fuso lanificiū signat, in lanificio bonū opus tā q̄ castæ mulieris & matronæ impigræ. Diligēter tn̄ attē de in lanificio duo instra, colū & fusum. In colo lana inuoluta, q̄ filo ducenda trāseat in fusum, Q̄d in colo inuolutum est, adhuc in sinistra & non

Proue. 31.

Ser. 217.

Prouer. 31. Mat. 18

Exo. 28

Proue. 31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum in fuso est. Quod in fuso collectum est, iam præteritum est. Opus ergo tuũ in fuso sit, non in colo. In colo. n. est quod facturus es, & in fuso quod fecisti. Vide ergo si habes aliquid in fuso. Ibi enim firmantur brachia tua, ibi erit fortis cõstantia tua, ibi securus deo dices, Da quia dedi, dimitte quia dimisi. Fac quod feci. Quod pendet in colo ad fusum traiiciendum est, non autem quod collectum est in fusum, ad colũ reuocandum est. Ergo vide quid agas, vt habeas in fuso, vt brachia tua firmes in fuso, quod te consoletur, quod te confirmet, quod tibi det fiduciam deprecandi & speRouc. 31. randi: sequitur, Manus suas aperuit pauperi. Eia fratres exercete lanificium sanctũ. Si quis habet plenum cellarium, plenum horreum, omnia ista in colo sunt, transeãt in fusum. In sinistra sunt quãdiu pauperibus non erogaueris, at vbi cœperis eleemosynam facere transferuntur ad dexteram, & fit opus vnde vestis fieri possit, Oés domestici eius vestiti sunt. Nunquid de nuditate seruorum suorũ solicitus erit vir eius habens coniugem talem? Quis est iste vir, nisi Christus, aut quæ est coniunx nisi Ecclesia? Vestiti sunt quotquot in xp̃o baptizati sunt. Et boni serui & mali, vestiti sunt. Non cessat illa mulier omnes vestire, vt nemo quæratur & dicat, Ideo nõ sum bene operatus, quia non sum bene vestitus. Duplicia pallia fecit viro suo. Pallia laudes sunt, fides & confessiones. Laudas deum, laudas hominem. Dupliciter laudas, & simpliciter laudas. Dupliciter, quia homo est & deus. Simpliciter, vt nõ sis fictus. Fotinus a quo hæretici Fotiniani appellantur, quasi simplex pallium fecit viro suo. Solum enim hominem credidit, Christum deum colere noluit. Exstitit alter texens viro suo pannosum pallium. Ait enim Christus deus est tantum, omnino hominis nihil habens, hoc Manichæi dicunt. Fotiniani dicunt, homo tantum est, Manichæi dicunt, deus tantum est. Ecce de quali Ecclesia q̃ pretiosa vestimenta procedunt. Et propterea de illa scriptum est, q̃ duplicia pallia fecerat viro suo. Duplicia pallia. Cõfitemur enim deum in homine, & hominem in deo. De byssо & purpura vestimenta spiritalia p̃parauit. De byssо candidam confessionem, dè purpura gloriosam passionem. Byssum, cum deum confitemur, agnoscimus. Purpuras in martyribus collaudamus. Nos fratres quibus deus tantum bonum conferre dignatus est, vt nec de Iudæis, nec de hæreticis nasceremur, sed catholicę ecclesiæ filii esse mereremur, quantum possumus deo gratias referamus, qui nobis fidem rectam, & sibi placitam inspirare vel insinuare dignatus est: & totis viribus quia fides sine operibus nos saluare non potest, ad spiritale lanificium illud nostros animos p̃paremus. Iugiter ideo eleemosynas facientes, de colo trahere festinemus ad fusum, & de sinistra transferamus ad dexteram vt per eleemosynas pauperum stolam vnusquisq; nostrum p̃paret in æternum, vt sicut dicit Apostolus, In cœlesti conuiuio vestiti & non nudi inueniamur, ne nobis dicatur, Amice quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem? 2. Cor. 5. Mat. 22. Sed magis ab auditu malo liberati, illam fœlicem & desiderabilẽ vocem audire mereamur, Venite benedicti patris mei percipite regnum quod præparatum est ab origine mundi, quod ipse præstare dignetur. Mat. 22

In eadem dominica, De verbo dei audiendo, & muliere forti. Sermo II.

Ser. 218 ROgo vos fratres charissimi, vt secundum consuetudinem fidelium cum silẽtio & quiete ea quę nobis p̃dicantur accipiatis. Animus enim noster quando donante deo aliquid potuerit de lectione sanctarum scripturarum concipere spiritalẽ nidum in cordibus vestris desiderat inuenire. Et ideo velut castissimi turtures diuina verba sancti spiritus feruore in nidum cordis vestri fouere contendite, ne permittatis vt in vobis semen verbum dei peccatorum frigore congelescat, Propter illud quod scriptum est, Abundauit iniquitas, refrigescit charitas. Estote magis sicut dicit Apostolus, Spiritu feruentes. Quomodo enim columbæ vel turtures postq̃ genuerint oua, si illa permiserint refrigerari, perdent fructum illorum: ita & vos si concepRoma. 12. tum verbum dei per obliuionem refrigerari permittitis, desiderabilem fructũ habere non potestis. Præstate in vobis nidum sermonibus sanctis, secundum q̃d scriptum est, Turtur inuenit sibi nidum vbi reponat pullos suos. Et quoniam nobis scriptura Salomonis commendat mulierem magnam, habentem magnum, virtũ dicens, Mat. 24. Psal. 83

cens, Mulierem fortem quis inueniet? Ideo de hac secundum tenorẽ pauca quę deus dignatur suggerere, auribus vestris cupimus intimare. Mulierem fortem quis inueniet? Difficile est inuenire eam, & difficile est nescire eam. Nonne ipsa est ciuitas in monte quæ abscondi non potest? Quare ergo dictum est, quis inueniet, cum dici deberit, quis non inueniet? Sed tu ciuitatem in monte positam vides. Vt autẽ in monte ponitur, inuenta est. Ipsa est enim ouis illa quæ perierat. Et reuera fratres ecclesiæ catholica est, quæ iam illustrata est, quis ergo eam non videt? Quando latebat quis eam inueniebat? Sicut enim iam dicta est ipsa ciuitas, ita & ouis quam perditã quęsiuit pastor. Ipse pastor mons est, ouis ergo in humeris eius ciuitas est in monte. Facile est eam videre collocatam in monte. Quomodo autem eam inuenires cum lateret inter vepres & spinas vtique delictorum suorum? Ibi eam quæsisse magnum, ibi inuenisse mirabile est, hęc ouis difficilis, commendatur inuentio, cum dicitur, Mulierem fortem quis inueniet? Id est, Ecclesiã. Quis non videt eam iam a Christo inuentam, iam eminentem, iam conspicuam, iam gloriosam, iam ornatam, iam lucidam, & vt cito explicem toto terrarum orbe diffusam? Mulierem istam Ecclesiam quę quęsiuit & inuenit Christus agnoscitur. Et postquam eam inuenit, non solummodo de spinis peccatorum suorum eripuit, sed etiã lapidibus pretiosis ornauit: ideo de ipsa dicitur, Preciosior est lapidibus p̃tiosis. Volo aliud commendari charitati vestræ, quantum capitis, quantum timeo, quantumq; timere debetis de his lapidibus pretiosis. Sunt in ecclesia lapides p̃tiosi & semper fuerunt docti. s. abundantes scientia & eloquentia & omni instructione legis. Pretiosi plane isti lapides sunt, de ipsis fuit Cyprianus, de ipsis fuit Ambrosius, & cęteri eorum similes. Ex eorum numero quidam errauerunt ab ornatu huius mulieris. Prou. 31. Mat. 5 Mat. 18

In eadem dominica: Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Dixit Iesus ad quosdam qui in se confidebant: &c. quæ habetur inter sermones de verbis domini, XXXVI. Luc. 18

Dominica duodecima, de reddendis decimis: Sermo I.

PRopitio Christo fratres charissimi iam propè sunt dies in quibus messes colligere debeamus, & ideo gratias agentes deo qui dedit, de offerendis, imo reddendis decimis cogitemus. Deus enim qui dignatus est totum dare, decimam a nobis dignatur repetere, non sibi sed nobis sine dubio profuturam. Sic enim per prophetam ipse promisit dicens, Inferte, inquit, omnem decimam in horreis meis vt sic cibus in domo mea, & probatè me in his dicit dominus. Si non aperuero vobis cataractas cœli & dedero vobis fructum vsque in abundantiam. Ecce probauimus quomodo nobis decimę magis quàm deo proficiant. O homines stulti quid mali imperat deus vt non mereatur audiri? Sic enim dicit, Primitias areæ tuę & torcularis tui non tardabis offerre mihi. Si tardius dare peccatum est, quanto peius est non dedisse? Et iterum dicit, Honora dominum deum tuum de tuis iustis laboribus, deliba ei de fructibus iustitiæ tuę vt repleantur horrea tua frumento, vino quoq; torcularia tua redundabunt. Non præstas hoc gratis, quod cito recipies magno cum fœnore. Quæris forte cui proficiat quod deus accipiat redditurus? Quæris iterum cui proficiat quod pauperibus datur? Si credis, tibi p̃ficit: si dubitas, perdidisti. Decimæ fratres charissimi tributa sunt egẽtium animarum. Redde ergo tributa pauperibus, offer libamina sacerdotibus. Quod si decimas non habes fructuum terrenorũ, quod habet agricola, quodcunque te pascit ingenium, dei est, & inde decimas expetit vnde viuis: de militia, de negotio & de artificio redde decimas. Aliud enim pro terra depẽdimus, aliud pro vsura vitæ pensamus. Redde ergo homo, quia possides, redde quia nasci meruisti: sic enim dicit dominus. Dabunt singuli redemptionem animarum suarum, & non erunt in eis morbi neq; casus. Ecce habes in scripturis sanctis cautiones domini tui, per quas tibi promisit, q̃ si decimas dederis, non solum abundantiam fructuum recipies, sed etiam sanitatem corporis consequeris. Replebuntur, inquit, areæ tuæ frumento, vino quoq; torcularia tua redundabunt, & non erunt in Ser. 216. 16. quæ. 1. c. Decimæ. Mal. 3 Exod. 22. 16. q. 1. c. Decimę. Proue. 3. 16. q. 1. c. Decimæ. Vbi sup. 16. q. 1. c. Decimę. Proue. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis morbi nec casus. Cum n decimas dando & terrena & cœlestia posis munera
16.q.1.c. Decimæ. promereri, quare per auaritiã duplici benedictione te fraudas? Audi ergo indeuota
mortalitas. Nosti, quia dei sunt cuncta quæ percipis, & de suo non accomodas rerũ
omniũ conditori? Non eget dns deus, non præmium postulat sed honorẽ, nõ de tuo
aliquid exigit quod refundas: Primitias rerũ & decimas dignatur petere, & negas
auare? Quid faceres si nouẽ partibus sibi sumptis, ubi decimã reliquisset? Quod certe iam factũ est cum mesis tua pluuiarũ benedictione subtracta ieiuna defecit, &
uindemiã tuã aut grando percussit, aut pruina decoxit. Quid aude supputas? Nouẽ
tibi partes retractæ sunt, quia decimã dare noluisti. Coulitat quidẽ quod ipse nõ de
16.q.1.c. Decimæ. deris, sed tũ deus exigit. Hæc n. est dñi iustissima consuetudo, ut si tu illi decimã nõ
dederis, tu ad decimã reuoceris: scriptum est n. hæc dicit dns, Quia decima agri tui
primitię terrę uobiscũ sunt. Vidi aũt & fallere me existimastis, intus in thesauris vris
Vbi supr. & indomitꝰ vris erit dr eptio. Dabis impio muneri, qđ nõ uis dare sacerdoti. Conuer
Malach 3. timini quoq; ad me dicit dñus oipotens, ut aperiam uobis cataractas cœli, & effundã
vobis benedictionẽ meam desuper, & non corrumpam fructus terræ vestrę, neque
16.1.q.c. Decimæ. languebit vitis in agro vestro, & beatos uos dicẽt oẽs gentes, Benefacere deus semper paratus est, sed hoium malitia prohibetur: quia a domino deo sibi dari vult oia,
& non vult ei quæ possidere videtur offerre. Quid si diceret deus, Meus est hõ quẽ
feci, mea est terra quã colis, mea sunt & semina quę spargis, mea animalia quæ fatigas, mei sunt imbres & pluuiæ, & uentorũ flamina mea sunt, meus est solis calor? Et
cũm oia mea sint elemẽta viuẽdi, tu qui manus accõmodas, solã decimã merebaris.
Sed quia pie nos pascit oipotens deus, amplissimũ tribuit munus laborãti mercedẽ,
sibi tm decimã uendicans, nobis omnia cõdonauit. Ingrate fraudator ac perfide, diuina te uoce cõuenio. Ecce annus iam finitus est, redde dño pluenti mercedẽ. Redi
me te hõ dũ uiuis, redime te ipsum dũ potes: Redime, inq̃, te dum pretium in manibus habes, redime te, ne dum tẽ mors auara præuenerit, & vitam simul & præmium
perdas. Sine causa hoc dimittis vxori quæ forsitan alterum habebit maritum. Sine
causa hoc marito dimittis mulier, quia aliam cupit habere uxorem. Frustra paretibus ac propinquis curam tuam iniungis, nemo te post mortẽ tuã fideliter redimet,
qa in uita tu te redimere noluisti. Depone iã auaritiæ sarcinã de ceruicibus tuis, cõtemnẽ crudelissimam dñam quę dum te iugo durissimo premit, iugũ Christi suscipere nõ permittit. Sicut n iugum auaritiæ in infernum premere, ita iugum Christi
16.q.1.c. Decimæ. in cœlum leuare consueuit. Decimæ. n. ex debito requiruntur, & qui eas, dare noluerit, res alienas inuasit: Et quanti pauperes in locis vbi ipse habitat illo decimas nõ
dante, fame mortui fuerint, tantorũ homicidiorũ reus ante tribunal æterni iudicis
apparebit, quia à domino pauperibus delegatã suis usibus reseruauit. Qui ergo sibi
aut p̃mium cõparare, aut peccatorũ desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouẽ partibus studeat eleemosynam dare pauperibus, ita tamẽ ut quicquid excepto victu mediocri & uestitu rõnabili superfuerit, nõ luxurię reseruetur,
sed in thesauro cœlesti per eleemosynam pauperum reponatur. Quicquid n. nobis
deus plus q̃ opus est dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos aliis erogandum transmisit: quod si non dederimus, res alienas inuasimus.

In eadem dominica, De eo quod scriptũ est in Psalmo, Deus manifeste ueniet &c.

Psal. 49. Sermo II.

Ser. 220. AD exhortandas mentes charitatis vestræ, pauca de præsenti Psalmo quæ donat dominus, graanter accipite. De domino nostro Iesu Christo prophetatum est in isto Psalmo, ubi audiuimus & cantauimus, Deus manifeste veniet, deus noster
Psal. 49. non silebit. Ipse n. dominus Christus, deus noster, filius dei, primo aduentu uenit occultus: secundo aduentu ueniet manifestus. Quãdo uenit occultus, nõ innotuit
nisi seruis suis. Quando veniet manifestus, innotescet bonis & malis. Quando uenit occultus, venit iudicandus. Quando ueniet manifestus, ueniet iudicaturus. Denique tunc cũ iudicaretur siluit, & de silentio eius Propheta prædixerat, Sicut ouis
Esai 52. ad immolandum ductus est, & sicut agnus corã tondente, sic non aperuit os suum. Sed deus noster manifeste ueniet, deus noster & non silebit. Non quomodo siluit

quando iudicandus erat, ita silebit quando iudicaturus erit. Et nunc non silet, si sit qui audiat. Sed dictum est, Tunc non silebit quando vocem eius ognoscent, & qui modo contemnunt. Modo enim quando dicuntur præcepta dei, quibusdã in risum veniunt, Et quoniam quod promisit deus modo non ostenditur, & quod minatur modo non videtur, quod præcipit irridetur. Modo enim fœlicitatem quæ dicitur huius mundi, habent & mali. In fœlicitatem quæ dicitur mundi huius, habent, & boni
Attendunt homines qui credunt præsentia & non credunt futura, quoniã ista bona & mala p̃sentis seculi promiscue habentur bonis & malis. Si diuitias optant, vident habere diuitias & pessimos homines & bonos homines. Vident etiam si exhorrent paupertatem & miserias huius seculi, laborare in his miseriis non solum bonos, sed etiam malos, & dicunt in corde suo, quia res humanas deus nec respicit nec regit, sed omnino in intimo quodam mundi huius fundo dimisit nos casibus volui, nec aliq̃ prouidentiam exhibet nobis, Ac per hoc fit in illis contemptus p̃cepti, quia non uident manifesta tionem iudicii. Verũtamen etiam modo debet quisq; attendere, quia quando vult deus respicit & iudicat. Ad horam autem nõ differt, quando vero vult differt. Et vnde hoc? Quia si nũquam in p̃senti iudicaret, nõ esse crederetur: si omnia in p̃senti iudicaret, nihil iudicio reseruaret. Ad hoc enim multa seruantur iudicio, & quædam in præsentia iudicantur, vt illi qui differuntur, timeant & conuertãtur. Non enim amat deus damnare, sed alleuare. Et ideo patiens est in malos, vt de malis faciat bonos. Sic enim dicit Apostolus, Quia reuelabitur ira dei super omnem Rom. 1.
impietatem, & reddet deus vnicuiq; secundum opera sua. Admonet autem & corripit hominem contemnentem & dicit, An diuitias bontatis & longanimitatem eius Roma. 2.
contemnis? Quia bonus est in te, quia longanimis est, quia patiens est in te, quia differt te & non aufert te, contemnis, & omnino nullum iudicium dei putas, ignorans
quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Tu autem secundum duririam cor- Vbi sup.
dis tui thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet vnicuiq; secundum opera sua. Quicquid ergo homo facit modo in thesaurum mittit, sed nescit quid colliget, quomodo diuites qui in thesaurũ terræ mittunt quasi sciũt quid colligunt, sed nesciunt cui colligunt, Quis enim possideat diuitias eorum post mortem ipsorum prorsus ignorant, & aliquando diuitiæ eorum ad inimicos eorum peruenium. Et ideo se quisq; fraudat nolens man ducare ut diteſcat, vt alius de labo ribus eius fluat & luxurietur & dissoluatur. Quomodo ergo colligunt quidem scientes, sed cui colligant nesciunt. Sic contra in thesaurum cœlestem boni quid colligãt sciunt mali quid colligant nesciunt. Bonus enim ponit in thesauro cœlesti omnia opera misericordię quæ fecit circa homines quibus subuenit, & scit quoniam fidelis est custos, qui illi seruat omnia quę reponit. Et non ea uidet, sed de thesauro suo certus est, quia neque aliquid a fure surripitur, neque ab hoste inuaditur, neque ab inimico & improbo & potente quasi euicto tollitur, sed semper manebit, quia a domino potentissimo custoditur. Si enim pecunias homines fideli seruo commendant & sepeli curi sunt, misericordias suas commendant potenti domino & soliciti sunt? Nouerũt ergo, quia quicquid reponunt, totum ibi saluum est, qui fideles sunt, potentiæ domini sui fidem iungunt. Credunt enim quia seruat, & inueniunt quod seruat. Nam & homines qui pecuniam colligunt, nunquid vident arcam ipsam, aut in arca pecuniã semper colligunt & mittunt, aut insodiunt & seruant? Non uident, & tamen quasi cõscientia eorum scit, quia ibi est in loco illo vbi posuerunt. Et forte iam fur tulit, & uanus gaudet qui inaniter reseruauit. In thesauro autẽ cœlesti si quid posuerimus, & de domini custodia securi sumus, & omnino furem nullum patimur, nec damnũ aliquod sustinemus. Mali uero & ipsi mittunt, ut in thesauro omnia mala opera sua seruet illis deus. Hoc est quod dixit Apostolus, Thesaurizas tibi iram in die iræ iusti iudicij dei. Sed quoniam seruatur, quicquid mali faciunt & nesciunt. Vbi uenerit deus noster manifestus & non silebit, conuocabit ad se omnes gentes, sicut dicit in Euangelio, & separabit, quosdam ponens ad dexteram, quosdam ad sinistram, & in- Psal. 49
cipit iam tractare thesauros utrorunque, quid quisque posuit ut inueniat. Venite benedicti, inquit, patris mei, ad eos qui sunt ad dexteram, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mũdi. Regnũ cœlorũ, regnũ sempiternum, societatem cum Mat. 25.

angelis,ęternam vitam,vbi nullus oritur,neque moritur, hoc percipite. Quando.n. opera vestra in thesaurum mittebatis,regnum cœlorum amabatis. Percipite regnum quod vobis paratum est ab initio mundi. Etiam ostendat illis thesauros suos, Esurui,& dedistis mihi manducare. Sitiui, & potastis me. Nudus eram,& vestistis me. Hospes fui,& adduxistis me. In carcere fui,& venistis ad me. Aeger fui,& visitastis me. Et respondent illi, Domine, quando te vidimus in his necessitatibus constitutum & ministrauimus tibi? Et ille, Quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quia ergo quando vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis, percipete quod misistis, possidete quod emistis Mihi.n. seruatori ideo credidistis. Deinde conuertet se & ad illos qui sunt a sinistris,& ostendet illis thesauros suos inanes operis boni, Ite, inquit,in ignem æternum,qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui,& non dedistis mihi manducare. Aut si aliquid inuenistis in thesauro isto,aut aliquid misistis, cogitate & reddetur vobis,sed nunquam te,inquiunt,ipsi vidimus esurientem. Et ille,Quando vni ex minimis meis non fecistis,nec mihi fecistis. Forte enim ideo mihi facietis,quia me in terra ambulare non videbatis. Tam mali estis, vt si videretis sicut Iudæi crucifigeretis. Hodie enim mali homines qui conantur, si fieri posset, nō esse ecclesias vbi illis p̄dicentur p̄cepta dei,nonne & ipsum Christus occiderent si in terra viuentem inuenirent? Sed audebunt dicere quasi illi qui nesciat cogitationes hominum,Domine,quando te vidimus esurientem? Et ille, Quādo vni ex minimis meis non fecistis,nec mihi fecistis. Minimos meos,egentes potueramvobis in terra: ego tanquam caput,dicet,in cœlo sedebam ad dexteram patris, sed membra mea in terra laborabant,membra mea in terra egebant: membris meis si daretis,& ad caput peruenisset quod daretis. Et si sciretis quia minimos meos egentes quando vobis in terram posui,laturarios vobis institui,qui opera vestra in thesaurum meum portarent. Et nihil in nihil in eorum manibus posuistis, propterea apud me nihil inuenistis. Tunc ergo non silebit,sed apparebit: ideo dictum est, Non silebit, Modo autem dicit illud lector de codice,& contemnitur. Dicit illud de ore suo tractator aut disputator Episcopus,& irridetur. Nunquid sic irrideri habet, quando ab ipso iudice potētissimo dicitur, Vnusquisq; recipiet quod fecit, siue bonum siue malum? Tunc dicturi sunt homines sera & infructuosa pœnitentia, O si possemus iterum viuere, & quod contempsimus audire & facere. Tunc dicent illi quos ex aduerso constituent iniquitates eorum, sicut dicitur in lib. sapientiæ. Quid nobis profuit superbia,& diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia sicut vmbra. Videtur quia pœnitebit eos: sed ista pœnitentia cruciabilis,non sanabilis. Vis habere vtilem pœnitentiam? Modo habe. Si enim modo habueris corrigeris. Cum correctus fueris, fundetur illic thesaurus tuus vbi colligebantur mala opera tua, & implebitur alius thesaurus, vbi bona opera tua colligantur. Sed forte conuersus ad dominum statim morieris, opera tua nulla forte inuenientur in illo thesauro. Plane ibi inuenies opera tua, quia scriptum est, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis. Deus non annotat facultatem, sed coronat voluntatem. Scit quia voluisti & non potuisti, sic te annotat quasi feceris quod voluisti. Ergo opus eō vt conuertaris, ne differendo subito moriaris, & omnino nihil inueniatur quod in præsentibus & in futuro possideas. Conuersi ad dominum, &c Amen.

vbi sup.

Mat. 25

2. Cor. 5.
Ephes. 5

Sapien. 5

Luc. 8.

Dominica tertiadecima, de eo quod scriptum est, Deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo &c. Sermo I.

Ser. 221.
Ephes. 4

MOdo fratres charissimi cum diuina lectio legeretur, audiuimus Apostolum dicentem. Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Nemo ita cogitet cum Christiano loquendam veritatem & cum pagano mendacium. Cum proximo tuo loquere veritatem. Proximus est omnis homo, proximus tuus ille est qui tecum natus est ex Adam & Eua. Omnes proximi sumus ratione natiuitatis,& alter alteri frater. Illa ipe cœlestis hæreditatis proximum tuum debes put. re omnem hominem etiam antequam sit Christianus. Non enim nosti qualis futurus sit apud deum aliquando quem rides idolum adorantes conuertetur vt adores

Proximus quis.

vt adoret deum, fortasis religiosius q̄ tu qui eum pauloante ridebas. Multi qui videntur christiani, male agendo & in malo opere perseuerando ab ecclesia excludendi sunt. Multi qui foris esse uidentur, ita credituri sunt & in bono opere permāsuri, vt in æternum socientur ecclesiæ. Et ideo nec illi superbiant, nec isti desperent, quia quæ futura sunt scire nō possumus. Oēm igitur hoiem christianū putemus non solum conditione mortalitatis humanę qua in terra eadem sorte deuenimus, sed etiā spe illius hæreditatis, quia nō scimus qd futurū sit. Qui.n. Iudæus est, hęreticus, aut Paganus, forte sicut dictum est, per misericordiā dei conuertetur ad deum, vt inter sanctos primum locum habere mereatur. Irascimini & nolite peccare. Si propterea irasceris seruo tuo quia peccauit, nē tuipse pecces irascę tibi. Sol non occidat super iracundiam vestram: intelligitur quidem secundū tps fratres charissimi, quia etsi & ipsa humana conditione & infirmitate mortalitatis quam portamus, surrepat ira Christiano, non debet diu tenere & fieri pridiana. Eijce illam de corde antequā occidat lux ista visibilis, nec te deserat lux inuisibilis, sed & alter melius intelligitur, quia noster sol iustitiæ & veritatis Christus, non iste sol qui adoratur à Paganis & Manichæis, & videtur etiam à peccatoribus, sed ille alius cuius virtute anima humana illustratur, ad quem gaudent angeli. Non ergo occidat sol iste super iracundiam tuam. i. non deseret Christus mentem tuam, quia non vult deus habitare cum iracundia tua. Occideris aūt tu ab iracundia tua, quia ira cum inueterauerit fit odium: cum factum fuerit odiū, iam homicida es. Omnis.n. qui odit fratrem suum homicida est, sicut dicit Ioannes Apostolus Item ipse dixit, Omnis qui odit fratrem suum in tenebris manet. Non mirum si ille manet in tenebris à quo occidit sol. Ad hoc pertinet forte quod audistis etiam in Euāgelio, Periclitabatur nauigium in stagno, & dormiebat Iesus. Nauigamus in hac uita quasi per quoddam stagnum, & ventus est, & procellæ non desunt tentationum, vnde hōc fit, nisi quia dormit in te Iesus? Si non in te dormiret, tranquillitatem haberes intrinsecus. Quid est autē q̄ in te dicitur dormire Iesus, nisi quia fides tua quæ est de Iesu, sopita est in corde tuo: Quid facies vt libereris? Excita Iesum & dic, Magister perimus. Euigilabit ille. i. rediet ad te fides tua, & manebit tecum in æternum Euigilante Christo si tempestas illa immerserit, nec oppleuerit nauem tuam, iam fides tua imperabit uentis & fluctibus, & non transiet periculum. Fratres sæpe diximus, sæpe dicemus, & quādiu vixerimus dicere debemus, quia Ecclesia temporis huius & paleam habet & frumentum, nemo quærat expellere totam paleam nisi tempore uentilationis, nemo ante tempus deferat aream, nē dum forte non vult peccatores sustinere, p̄ter aream inuentus prius ab auibus colligatur quàm ingrediatur in horreum. Quomodo autem fratres dicamus, attendite, Grana cum cœperint triturari inter paleam se non tam tangunt, & quasi non se nouerunt, quia intercedit medio palea. Et quicunq; longius attendit aream, paleam solummodo putat, nisi diligentius intueatur, nisi manū porrigat nisi spiritu oris. i. flatu purgante discernat, difficile peruenit ad discretionem granorum. Hæc similitudo ad illum pertinet qui cum profecerit, putatt q̄ ipse solus sit bonus. Hæc cogitatio fratres etiam Heliam tentauit cum dixit, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego remansi solus, & querunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Noli, inquit, te putare solūmodo, adhuc septē milia sunt, quid te solummodo putas? Intendat ergo mecū sanctitas vestra & aslit misericordia dei. Audite breuiter. Quisquis adhuc malus est, nō putet neminem bonum esse. Quisquis bonus est, non putet se solummodo esse. Tenete hoc, Ecce repeto. Videte quia dico, quisquis est, interrogans conscientiam suam non arbitretur neminem esse bonum. Quisquis bonus est, non arbitretur se solummodo esse bonum. Et non timeat bonus immixtionem malorum, quia veniet tempus vt separentur mali á bonis. Interim sicut dictum est, qui boni sint, sustineant malos: qui mali sunt, imitentur bonos. Nec boni in superbiam erigantur, nec mali periculosa desperatione frangantur. Modo.n. qui boni sunt possunt deum offendere, & qui mali sunt si cito se emendauerint, possunt dei misericordiam promereri. Cum vero de hac luce discesserimus, nec bonus poterit unquàm malus fieri, nec malus qui est ad bonitatem venire.

1. Ioan. 3.
1. Ioan. 2.
Matth. 8.
Iesus quō dormire dicat.
3. Reg. 19.
Rom. 11.

Hæc ergo fratres charissimi salubriter cogitantes, pro salute animæ nostrę non si-
Eccle. 5. mus surdi ad illud quod nos dominus misericorditer prouocat dicens, Nolite tardá-
Esaiæ. 55. ri conuerti ad dominum, nec differatis de die in diem. Et iterum, Querite, dominum
deum dum inuenirí potest, inuocate eum dum prope est. Ille. n. qui eum dum inue-
niendi tempus est non quæsierit, in æternum inuenire non poterit. Sic ergo cum
dei adiutorio agere studeamus, vt præcepta & mandata domini nostri magis nobis
pariant de sequacitate remedium, quàm de transgressione iudicium, præstante eo-
dem domino nostro qui cum deo patre & spiritu sancto viuit & regnat deus in se-
cula seculorum, Amen.

Psal. 97. In eadem Dominica, de beato Iob, & de eo quod scriptum est in psalmo', Cantate &
exultate & psallite in cithara & voce psalmi, &c. Sermo II.

Ser. 222. BEatus Iob fratres dilectissimi de quo nobis hesterna lectio recitata est, tam san-
ctus fuit vt in illo complerètur illud quod in psalmo spiritus sanctus dixit, Psal
Psal. 97. lite domino in cithara & voce psalmi. Non vocem solam sed opera assumite, vt non
tantum cantemus, sed & manibus operemur. Qui cantat & operatur psallit in psal-
terio & cithara. Qui psallit in psalterio, diuina de cœlo verba canit. Qui autem ope-
ratur manibus humana opera perficit. Extende manus & da pauperi, nudum vesti
hospitio recipe peregrinum. Sed cum facis, pie & hilariter fac. Recole illi te facere,
Matt. 25. qui dicturus est, Esuriui & dedistis mihi mãducare. Videte qualia organa adiungan-
tur in similitudinibus. In tubis, inquit, ductilibus. Beatus Iob fratres dilectissimi
ita dei spiritu plenus erat, vt velut ductilis tuba laudes domini dulciter decantare-
Psal. 97. Sic. n. de talibus sonitus est, In tubis ductilibus & in uoce tubæ cornex. Ductiles
areæ sunt tubæ, & tundendo producuntur. Quando. n. producuntur? Qñ malorum
hominũ persecutionẽ patimur, si patienter oia sustinemus, & nunq̃ contra dispen-
sationem dñi murmuramus, vapulando erimus tubæ ductiles ad laudem dñi pro-
ductæ, si cum tribulatione proficimus. Tribulatio tunsio est, profectus ꝓductio est.
Iob. 3. Tuba ductilis erat beatus Iob, qñ à diabolo percussus tantis damnis, orbitate etiam
filiorum afflictus, in nullo contra dñm murmurauit. Tunsione illa tantæ tribula-
tionis factus est tuba ductilis. Ergo audiamus si ipsa tuba bene sonuit. Audi, Do-
nus dedit dominus abstulit, sicut dño placuit ita factum est, sit nomen domini bene
dictum, Videte fratres quomodo & quàm diligenter sonuit, quàm suauem sonum
dedit. Nec hoc solum sufficit, nisi adhuc tundatur. Datus est autem in potestatem
satanæ, ut caro percuteretur, Percussus est, cœpit putrescere, ita vt eum scatentes glo
bi vermium exararent. Ipse tamen beatus Iob quámlibet esset iustus, non tamen
1. Ioan. 1. fuit sine peccatis. Neq; n. melior erat sancto Ioanne euãgelista qui ait. Si dixerimus
quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Per illam. n. crudelissimam pe-
nam minuta peccata purgabantur. Quam rem etiam ipse intelligens, deo gratias
referebat, & negligentiarum suarum quasi verissimus iudex non molli linteo, sed
Iob. 3. testa radebat saniem fluentem. Ex omnibus tamen bonis suis, sola ei à diabolo mu
lier reseruatur. Supposita est vox Eua, quasi ad seductionem Hoc erat necessarium,
vt vxor ei reseruaretur, equidem non ad solatium mariti, sed ad ministerium dia-
Genes. 3. boli. Suggesit mulier blasphemiam, sed Iob non obtemperat sed recusat. Euam
Adam in paradiso non repulit, repulit Iob Euam in sterquilinio. In stercore sedebat
Iob cum haueret vermibus atque putresceret, sed melior Iob vulneribus plenus in
stercore, q̃ Adam integer in paradiso. Equidem adhuc vxor sua Eua erat, sed iam ille
Iob. 2. Adam non erat. Quid ergo dixit mulier? Blasphema deum & morere. Ecce audiui
mus quomodo tunditur tuba ista. Percusit eum diabolus à capite vsque ad pedes
graui vulnere, & putrescens vermibus sedebat in stercore. Audiumus quem
vbi supra. admodum tunsus est, tubæ huius ductilis vocem dulcem si placet audiamus. Re-
spondit n. vxori, Locuta es, inquit, quasi vna ex insipientibus mulieribus, si bona
suscepimus de manu domini, mala quare non toleremus? O sonum fortem, o sonii
dulcem, quem non dormientem excitet sonus iste? Quem non excitet præsumptio
in domino, vt aduersus diabolum securus procedat in prælium, & non se suis viri-
bus obtecturus, sed dei auxilio protegendus? Ipse. n. adiutorium dedit qui eum ten-
tari permisit. Non. n. tunderet diabolus de seipso, nihil. n. facere poterit, nisi quod di-

spensatio diuina permiserit. De illius. n. diaboli pœna futura Propheta cõmemorãs
ait. Contritus est malleus vniuersæ terræ, Malleum vniuersæ terræ, diabolũ voluit Hiere. 50.
intelligi. De ipso malleo in manu dñi posito. i. in potestate dei, tunduntur ductiles
tubæ. i. animæ sanctæ, vt resonent dei laudes. De isto malleo & iustus tũditur & pec-
cator. Ille vt probetur, ille vt puniatur. Aut certe ut iustus augeatur in bonis, & pec
cator corrigatur a malis. Sub isto. n. malleo in manu. i. in potestate dñi constituto,
tunduntur non solum humiles sed & superbi. Sed humiles producuntur, superbi cõ
minuuntur ut vitrum. Vna eademq; tunsio bonos ꝓducit ad gloriam, malos redigit
in fauillam, vt impleatur in eis illud quod scriptum est, Et erit tanquam puluis quẽ Psal. 1.
proicit uentus â facie terræ. De ipso enim malleo quoties animæ sanctæ deo dispen
sante vel permittente tunduntur, in nullo murmurat, in nullo penitus contradi-
cunt, magis humiliter velut ductilis tuba proclamant, Iustus es domine, & iusta iu- Psal. 118.
dicia tua, adhuc minus patimur quã meremur, & hæc quidem dicunt animę sanctę.
Animæ vero superbæ & peccatis obnoxiæ, quoties aliqua aduersitate pulsantur, re-
belles contra dominum murmurare pręsumunt dicentes, Deus quid tibi fœci? Qua
re tanta patior mala? Quibus in conscientia respondet diuina iustitia. Bene dicis, o
Deus quid tibi feci? Verum est, quia nihil mihi feci sti, sed totum tibi. Si enim ali-
quid boni fecisses, mihi feceras. Cum vero peccata & crimina cõmisisti, tibi omnia Galat. 6.
feci sti, non mihi. Et quia quæcunque seminauerit homo, hæc & metet, non est iniu-
stum ꝙ spinas & tribulos peccatorum colligat qui nequitiam seminauit. Nos vero
fratres charissimi audiamus Apostolum dicentem, Seminemus quod bonum est ad
omnes, maxime ad domesticos fidei, Timeamus ne forte si in carne seminamus, se- Ibidem.
cundum Apostolum de carne metamus corruptionem, sed ipso attestante semine-
mus in spiritu, vt de spiritu metamus vitam æternam, ad quam nos dñs sub tua pro
tectione perducat, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

In eadem Dominica, De patientia. Sermo III.

Quære Tomo quarto, Folio 242.

Item eadem domimca, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum
Lucam, Beati oculi qui vident &c. quæ habetur inter sermones de verbis domini. Lucæ. 10.
XXXVII. Et in libro quinquaginta homiliarum. XXXVIII.

Dominica quartadecima, De beato Iob. Sermo I.

PRomptiorem me ad loquendum vestra sanctitas præmonet, etiãdudum de scri- Ser. 224.
pturis insinuata omni cum deuotione dicendi fiduciam tribuit, quem deus gra
tanter vobis adire monstrauit. Sic nos vestra sanctitas de Iob dicentem accipiat, vt
audire se tanquam rusticum credat. Non fuco sermones infectos dicere arbitretur,
qui illius magisterio simpliciter dicere profitetur. Aduersus Iob diabolus pugnam Iob. 1.
impetrauit, cuius filios ruina cum extingueret factus post diuitias inops, post fami
lias solus, post numerosam sobolem nullius pater patrimonio naufragus, in cor-
pore edaces pœnas vno robore fidei sustinebat. Diuitiæ in inopiam ceciderunt. Hic
noua expergiscitur nuditate, nullus fuit proximus, quia rara est miseris amicitia.
Corporis sanitas vulneribus immutatur, gaudium in dolorem conuertitur, nullus
artus qui non flagellis valetudinum agitetur. Denique sub sterquilinio iacuit præ
clara iustitia, & cum vulnerata caro probaretur in membris, incolume pectus ser
uabat interius. Nihil erat a capite usque ad pedes quod non affligeret pœna. Vndi-
que circunuallantibus pœnis stetit, & vnde seruebat diaboli inuidia, vnde sump-
pta est fatigata victoria. In corpore torquebatur, & spiritu probabatur. Vermibus
corpus inquietis doloris tolerabat geminata supplicia, quam fluxę carnis putredi-
nem prędurabat fęcunda calamitas non noctibus quies, non diebus requies. Tor-
quebatur, & orabat. Aliud postulabat hostis, aliud precabatur vociferatio con-
fessoris. Dissolutis neruis saniei profluuium asperior testa radebat, atrox crucia-
tus mutabat. Reges non agnoscebat, & confossum corpus in stercore recumbe-
bat. In naufrago corpore incolumis iustitia tutatur, & periclitantibus membris,
authori vulnerum pectus seruatur. Omnia excepto spiritu occupauerat ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtis. Non fuit qui reciprocum redderet munus mercedibus, delicata matrona in alicꝰ
nis domibus ſeruit, quę imperare conſueuerat. Vbi poſt ſolis occaſum diurna ſuppli
cia dure tranſigebat, quietem expectabat, & fatigatis matronæ digitis, ſuccedentem 237
diem lachrymantibus oculis deducebat. Orbata in mœrore filiorum mulier locatur H
vt ſeruiat, nec ad lachrymas vacat. Adhuc matrona iam vidua, ubique mercenaria,
nusq̃ domina, nec ſterilis, nec mater vteri ſui lanıatus deflet, Ecce, inquit, marite quę
Iob.1. pateris: dic aliquid aduerſus deum & monere. Peccauit ſola quæ viro miſericordiã
denegabat, obliuiſci vxorem Iob in filiis didicerat, & omnibus membris fluens, ſo-
Vbi ſup. lus animus fideliter repugnabat, Bellator mundi in vno viro torquetur, dũ torquet
& pœna reuertitur in authorem. Ecce, inquit, dominus, tradam illum tibi, animã
illius tantummodo cuſtodi. Secure pugnat, qui hoſte metuente ſeruatur. Sic hoſtis
furebat vt timeret, infligit dolorem crudelitas, & deficit in ſuis viribus. Pœna fuga-
ta reuertitur ſanitas, & cicatricibus fœlicior redditur medicina. Celerius curat domi
nus quam vulnerat inimicus. In gaudia gemitus migrauere, & in foſsis vulnerum
numerabantur monumenta victorię. Propter Iob regina, propter quem & mercena
ria. Duplici regreditur fœnore, vt amiſſa poſſent duplo recipere.

In eadem dominica, de beato Iob, Sermo II.

Ser. 225 IN lectione quæ nobis lecta eſt frẽs chariſsimi, audiuimus q̃ glorioſiſsimus dei 237
athleta contra hoſtem callidiſsimum admirabiliter prælıatus ſit, & ſecundũ q̃d I
1. Cor. 4 Apoſtolus ait, Spectaculum deo & angelis eius & hominibus dignum non ſine
ingenti admiratione audire, & quodammodo oculis fidei videre meruimus, Vidimus
beatum Iob non ſolum contra fœlicitatem mundi, ſed etiam contra paupertatem &
aſperrimos dolores, & contra filiorum orbitatem fortiter & fœliciter dimicantem.
Qui cum eſſet diues, nullum contemptum habuit. Cum penuriam pateretur, nemi-
nem blaſphemauit, nec contra dei diſpenſationem murmurare preſumpſit, ſed locu
Iob. 21. ples dicebat. Domus mea omnibus viatoribus patuit, & de velleribus ouium mea-
rum calefacti ſunt humeri infirmorum. Poſtea vero cum paupertate premeretur, in
anguſtiis loquebatur, Dominus dedit dominus abſtulit, ſicut domino placuit ita fa-
Idb. 1. ctum eſt. Et fortiter colluctatus eſt diabolus, ſed athletam dei ſuperare non potuit.
Immanes ſuſcitauit fluctus, & firmiſsimam petram commouere non valuit. Machi-
nationes ſuas adhibuit, & turrim validiſsimam non proſtrauit. Arborem concuſſit,
& decutere poma non valuit. Et ramos quidem confregit, ſed radici nihil nocuit. Pa
rietem perforauit, ſed theſaurum auferre non potuit. Theſaurum autem dico non
auri & argenti, ſed fidem iuſti. Hunc enim eius theſaurum diabolus diripere feſtina- 237
bat, quando eum omni facultate nudatum plaga intolerabili cruciabat. Vidiſti aug- x
mentari fluctus, vidiſti turrim inexpugnabilem, vidiſti deum glorificatum & diabo
lum conſtractum, & quali nomine hunc iuſtum appellem, ignoro. Athletam eum vo-
cem? Sed pcellit tant arũ copia coronarũ. Petrã eum dicam? Sed firmiorem video. Mi
litem appellabo? Sed robuſtiorem cerno conſtantia. Turrim eum nominabo? Sed
eminet ſapientia Arborem eum dicam? Sed decoroſior inuenitur. Fructum illum ap
pellem? Sed precioſior demonſtratur. Theſaurum eum nominabo? Sed copioſior
eſſe dinoſcitur. Et quali vocabulo appellem ſanctum illum non inuenio. Au-
diant hæc diuites, audiant hæc pauperes quemadmodum hic beatus vir in diuitiis
ſuis & fœlicitate benignus diſpenſator extitit diuitiarum, & in tentatione pauperta-
tis patienter & fortiter tolerauit. Vides igitur non eſſe impoſsibile diuitem eſſe in
operibus bonis, & pauperem per patientiam egeſtatis poſſe eſſe beatum. Nolo mihi
dicas, quia paupertatem timeo. Paupertatem times, & peccatum non metuis? Nolo
timeas paupertatem, ſed iniquitatem time, quæ mater eſt tormentorum. Dominus
Matth. 25. a te ſtipendium poſtulat, & dare ei non uis. Cum enim audis eum dicentem, Quã-
diu feciſtis vni ex minimis iſtis, vtique ſi tribuas pauperi Chriſto fœneras. Si con-
trahis a pauperes manum tuam, qũo & qua fiducia in illa die & tu a dño miam poſtu- 237
labis? Nonne arguet te dicens, Vidiſti me nudum & non operuiſti, eſurientem & non- L
pauiſti? Quid tu ad hæc rñdebis, & quam ueniam deprecaberis? Nonne conſcientia-
tua reum te faciet & obmuteſces? Et tu quidem multis & precioſis uel exquiſitis de-
litiis interdum uſque ad crapulam ſatiaris, & pauperi vnde eſuriem repellas uel ci-
bum

bum ſimplicem diſsimulas erogare. Veſtibus etiam nimium precioſis indutus ince-
dis, & pauperi nudo nec vilisſimum tribuis veſtimentum. Domum tuam, in omni
pompa componere vel ornare contendis, forſitan nec in angulo eius peregrinũ vel
pauperem recipis. Sed qui talis eſt, cum ei irreuocabilis aduenerit finis, ſi pœniten-
tia non ſubuenerit, perget ad inferos nudus bonis operibus, remanente domo cum
omni ornatu ſuo in teſtimonium auaritiæ ſuę. Vnuſquiſq; enim prętereuntium di-
cet, Hæc domus illius fuit raptoris, p̃donis, auari. Quantas viduas afflixit, quantos
orphanos denudauit, quantos miſeros fecit, vt hãc domum tantis expenſis de iniqui
tate quæſitis regeret. Sed dicit aliquis, Nobilis ſum & in honore conſtitutus. Nobili-
tatem nemo reprehendit, de iſtis dignitatibus nemo diſputat, quæ a deo bene ho-
minibus conceduntur. Diuites ergo in honoribus conſtitutos ſi iuſte & caſte & mi-
ſericorditer dixerint, reprehendere nemo debet. Illi vero dolendi ſunt & lugendi, qui
inflati ſuperbia dignitatum, putant ſe immortales cum ipſa dignitate futuros, & nõ Geneſ. 3.
conſiderant conditionem ſuam, quia de terra ſunt & in puluerem redigentur, & pro
parua lætitia vitę huius ſi tamen lætitia vel vita dicenda eſt, perpetua ſuſtinebunt
tormenta. Attendis pauperem & deſpicis, & non recogitas quoniam homo eſt ſicut
& tu. Homo chara & amica poſſeſsio dei, homo cuius cauſa firmatum eſt cœlum, &
extenſum eſt mare, fundata eſt terra, propter quem ſol oritur & occumbit, luna cre-
ſcit & deficit, aſtra micantia ſurgunt. Tunc ergo contemnis hominem paupere pro- Matt. 27
pter quem deus talia & tanta conſtituit? Ad extremum ut adhuc amplius dicã, pro-
pter quem dei filius humanam carnẽ aſſumpſit, opprobria & flagella ſuſtinuit, cru-
cẽ pertulit & flagelli amaritudinem ſenſit, mortem guſtauit, ad inferna deſcendit, &
eos qui a diabolo detinebantur obnoxii, ſanguinis ſui precio liberauit. Ecce quanta
& qualia humano generi pietas diuina conceſsit. Videte ergo ſi iuſtum eſt vt a no-
bis pauper quiſq; deſpiciatur, cui tot beneficia pietas diuina largitur? Amemus ergo
fratres chariſsimi & non deſpiciamus pauperes vel peregrinos, ne nos ille deſpiciat
qui propter nos pauper factus eſt cum eſſet diues. Conſideratẽ fratres & diligenter 1. Cor. 8
attendite, quia ab initio nullum pauperem deſpicere voluit deus. Nam ſicut in ſcri-
pturis diuinis frequenter & diligenter audiſtis, vt ſuperbiam & vanitatem multi re-
primerẽt deus, non elegit rhetores, non eloquentes, non conſules, non diuites, non
potentes, quibus verbi ſui ſecreta committeret: ſed ut opiliones, ſicut patriarchas 1. Reg. 16.
& beatum Dauid, aut piſcatores, ſicut beatum Petrum vel reliquos apoſtolos, vt per Mat. 4
infirma deſtrueret fortia, & per humilia excelſa & ſuperba deiiceret. Amemus ergo 1. Cor. 4.
pauperes, vt cum illo partem habere poſsimus qui dixit, Diſcite a me quia mitis ſum Mat. 11.
& humilis corde. Nam quia genus humanum per ſuperbiam mortale vulnus acce-
perat, Chriſtus medicamentum humilitatis exhibuit. Noli ergo deſpicere humilem
pauperem, qui cum ſibi pauper ſit, facere te diuitem poteſt. Qui enim diuites ſunt,
imitentur beatum Iob humiliter largas eleemoſynas facientem. Non extollantur in
proſperis, & ſi iniſtrum aliquid domino permittente pertulerint, non deprimantur
aduerſis, & in nullo contra dei iudicia murmurantes, ſed humili & pia conſcientia
cum beato Iob dicant, Dominus dedit dominus abſtulit, ſicut domino placuit ita fa Iob. 1.
ctum eſt, ſit nomen domini benedictum, cui eſt honor & imperium cum patre & ſpi
ritu ſancto, in cuncta ſecula ſeculorum, Amen.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Luc. 17
Lucam, Et factum eſt dum iret Ieſus in Hieruſalem tranſibat per mediam Sama-
riam &c. quæ ſumpta eſt in libro ſecundo de quæſtionibus Euangeliorum, ca-
pite quarto. Et ex ſermonibus factis ad fratres in eremo. XXXII.

Dominica quintadecima, de beato Tobia: Sermo I.

Ser. 226 BEatus Tobias qui panem ſuum nouerat frangere eſurienti, mercedem celerẽ
mercenario p̃parat laboranti. Patienter lectione pcepta quæ nuper eſt recita-
ta, admirabamur patris filiiq; tractatum, quemadmodum angelus monet, quę
æſtimabant terrenum ſub cœleſti gloria mercenarium. Ad hoc enim cæcitatis incur

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit exitium,vt angelum fusciperet medicum,qui diuina sacibus incensus sic anhela-
1 obiæ.12 uit,Honesta est oratio cum ieiunio & eleemosyna.Oratio iusti,clauis est cœli.Ascen-
dit precatio,& descendit dei miseratio.Licet alta sit terra,altum cœlum, audit tamē
deus hominis linguam,si mundam habeat conscientiam Cum sensibus loquitur,si
sit solus noster gemitus.Sufficit auribus imber oculorum, fletus citius audit quam
voces.Oratio inuidi solet de auribus propulsari.Erat patris & filii anima vna, dum
Tobiæ.12. proprietas membrorum,erat illis singularis germanitas animorum. Filii,inquit,di
mittamus istum hominem adiicientes ad mercedem placitā, quia nobis multa ope-
re suo contulit bona Et filius relato tractatu alloquitur patrem, Pater,nunquid nā
isti tam benedicto operario merces tantum placita debet pensari, cuius bonus duca
tus non potest æstimari?Parum illi honoris reddemus, si eius meritis mensuram fi-
gamus.Nunquid ipse id tantum exhibuit quod placuit? Hoc placuerat, vt mihi re-
gionem & virum cui argentum commendasti demonstraret. Primo iter quasi cœle-
ste carpens,& mihi & tibi parauit necessarium de pisce collyrium,Me deduxit,argē-
tum recepit,Saram mihi vxorem desponsauit. Mercede placita tantum est dignus,
qui mihi tanquam cœlestis extitit paranymphus,& quod plus est bone pater oculo-
rum tuorum maculas albugine detracta curauit, & totam domum nostram illumi-
natis oculorum tuorum lampadibus illustrauit?Clarius modo video,quia te viden-
tem aspicio.Nonne iste optime pater dignus est media substantia? Iste talis ductor
atque prouisor,medicus atque custos, vt dixi,mediæ substantiæ quam ipse mecum
Vbi sup. pertulit accipiat portionem,qui mihi ducatu suo tantam præbuit pietatem. Placet
bono patri sapientis filii responsio.Rogare cœpit mercenarium,vt mercedis suæ sū-
mat effectum.Frater,inquit,accipe quod tuum est,& tunc vade saluus. Recipe mer-
cedem tuam,quia prębuisti mihi & filio meo bonam misericordiam tuam. Tolle vt
dixi mediam substantiam quam cum meo filio reportasti,nam gratia quam tibi de-
bemus non potest ponderari. Continuo angelus gaudet de cogitata mercede,qui
missus fuerat gratis facere pietatem Tobis,inquit, vel Tobia quid de mea mercede
satis superflue cogitatis?Habete quod uobis donauit pater ille cœlestis, Ego mini-
ster sum curationis,ille est author sanitatis. Nescitis cuius mercenarii ope perfru
meruistis.Defunctos captiuitatis sepelire non timuisti Tobis, ascenderunt ad dñm
opera tua,quia relicto prandio reddidisti mortuum sepulturę. Ego domino medul-
lata intuli sacrificia pro venerabili sepultura, ego directus sum operarius fori cœle-
stis.Mortuum sepelistis, & mortis aculeum non timuistis. Ipse sepultus pro uobis
uoce tacita proclamauit.Probationis fuerat cęcitas oculorum,vnde patiętia tua cla-
rius meruisset de cœlestibus ornamentum.Ego sum Raphael, vnus ex septem ange-
lis qui assistimus ante claritatem dei.Non indigeo fructu humanæ mercedis, diuitę
me facit conuersatio maiestatis.Diues est ille qui me misit,gratis iussit impendi,qui
Tobiæ.12. gratis ipse concessit.Nec ipsum honorem gratiarum mihi deputetis,quia nihil meis
viribus percepistis,Deum benedicite & illi confitemini,& ipsum glorificate,quia vo
biscum fecit bona.Subito patefacto mysterii cœlestis honore, voce Raphaelis ange-
Tobiæ.5. li attoniti,Tobis & Tobias collapsi in terram proruerunt,vocem tremulam penitus
occultarunt,quia vocem insolitam audierunt. Quid meruistis pater Tobis filiusq
Tobia?Mercenarium habere cœlestem, & tanquam operarium locare terrestrem?
Cælauit uobis angelus nomen,Azarias sum,inquit, Ananiæ magni filius,& non di-
xit,Ego sum Raphael angelus. Cęlauit in primo nomine dignitatem,ne faceret lo-
catori terrorem. Si enim diceret,Ego sum angelus, non esset Tobiæ mercenarius.
Seruata est dignitas nominis,vt postremo magnitudo clarescret dignitatis.Videte
Tobiæ.12. charissimi quantum sit eleemosynæ meritum. Angelum meruit habere operarium.
Videtis quantum proficit mortuos sepelire, vt oblatio eius per Angelum Raphaē
lem ad Cœlestem ascenderet maiestatem, Videtis quia eleemosyna a morte libe-
rat, & ipsa purgat peccata. Facit purgationem oculorum,liberat a tenebris pec-
catorum. Tobis via sua deducitur, Sara tot uiris contristata per angelum matri-
monio copulatur.

In eadem dominica,De faciendis eleemosynis, Sermo II.

FAciendis eleemosynis fratres charissimi,charitatem vestram admonui, & consi- Ser.227
lium dare præsumpsi.Et licet apud plures deo inspirante profecerit admonitio
nostra,timeo tamen ne sint aliqui qui aut minus faciant quàm possint, aut nec fort-
te faciant.Sed dicit aliquis,Pauper sum,ideo eleemosynam dare non possum.Vt nul
lus se pauper excusare posset, dominus & Saluator noster pro calice aquæ frigidę Mat.10
mercedem se redditurum esse promisit.Dicis ergo,Pauper sum. Si nihil amplius ha-
bes in substantia tua q̄ tibi aut in victu aut vestitu rationabili aut mediocri suffi-
ciat,sola tibi potest bona voluntas sufficere. Sed rogo te,diligenter cō scientiam tuā
interroga,ne forte aliquoties per ebrietatem perdas quod per eleemosynam dare po
sueras,ne forte per gulam studeas in terra consumere, quod per eleemosynam de-
sueras in cœlum recondere.Ne forte delitias præparando, ornamenta ad luxuriam
comparando,non habeas quod pro remedio animæ tuę possis pauperibus erogare.
Et cum preciosæ vestes nostrę a tineis soleant deuorari,pauperes nec vilia vestimen-
ta merentur accipere. Si ergo ista omnia impedimenta non aggrauant animam no-
stram,& hoc solum habemus quod nobis vel nostris sufficere possit, non apparebi-
mus rei si eleemosynam pauperibus non erogamus. Si vero vt iam dictum est,fre-
quenter luxuria deuorat quod misericordia in cœlo thesaurizare potuerat,corriga-
mur dum tempus est & quod hucusque aut non fecimus, aut forte minus ꝑ oportuit fecimus,implere totis viribus studeamus.Et ideo o anima christiana quę mecū
audis & legis,adiuua te consilio sanctissimi Danielis. Sic enim ait, Consilium meū Danie.4.
accipe,& peccata tua eleemosynis redime.Quod consilium si non libenter audieris,
ad cœlum sine causa pulsabis. O anima quæ intra carneos & fragiles parietes habi- Mat.7.
tas,vigila,ora,pete,quęre,pulsa.Vigila,inquam,petēdo, ora quęrendo, pulsa operan- Esaæ.49
do.Vigilanti tibi & petenti respondet dominus,Ecce assum. Si transieris per ignem
tecū est dominus tuus,& flamma non ardebit in te: quia sicut aqua extinguit ignē,
sic extinguit eleemosyna peccatum.Si ergo aperueris pauperibus manus tuas,Chri
stus tibi aperiet ianuas suas vt paradisi possessor introeas.Si forte putas q̄ finis mun
di tardius veniat,vel tuum considera finem.Ecce paulatim deficit mundus, subtra-
huntur omnia bona quæ fuerant,& accedunt mala quæ non erant. Quotidie quod
prædixit dei sermo completur,& nec sic homo mutatur. Accipe ergo consilium dū
in manibus tuis habeas precium tuum.Dona tibi de tuo dum tuum est,quia fragi-
le est quod tenes,& cæterorum est quod attendis, Considera quale pro te precium
dederium dominus tuus,sanguinem fudit.Charum te habuit, quem tam caro prę-
tio comparauit.Diuitis purpurati fuge frater exemplum, cuius canes pauper Laza- Luc.16
rus suis vulneribus pauit,& micas cadentes de mensa diuitis non accepit. Sed post
non longum temporis interuallum mutatæ sunt vices. Pauper beatitudinem emit
mendicitate,& diues supplicium facultate. Ille in Abrahæ gremio ab angelis eleua-
tur,diues vero ad inferni profunda perducitur. De quo loco uidit diues pauperem,
imo iam pauper diuitem.Desiderat guttam,qui negauerat micam,Hæc ergo cogitēt
diuites qui facultatibus suis se redimere nolunt,ne similia patiantur. Diues fuit il-
le de quo nunc loquimur.Sunt & hic diuites ad quos nunc loquimur.Vnius sunt no
minis,caueant ne sint vnius conditionis.Ergo inter diuitem purpuratum,& Lazarū
vlcerosum mutatæ sunt vices.Diues perdidit quod habebat,pauper cœpit esse quod
non erat.Diues ille in seculo apothecas plenas reliquerat,& in inferno guttā ardens
petebat,& impetrare non poterat.Attendite fratres.Totum diuitis corpus flammis
gehennę consumitur,& sola lingua amplius cruciatur.Ideo sine dubio in lingua ma
iorem sentit ardorem,quia per eam superbe loquēndo contempserat pauperem. Ip-
sa enim lingua quæ noluerat dicere ut eleemosyna pauperi donaretur, grauius
gehennæ flāmis exuritur.Clamauit.n.& dixit, Pater Abrahā mitte Lazarū ut intin-
gat digitū suū & refrigeret linguā meam.O diues qua fróte quæris guttā,qui nolui
sti porrigere micam? Iuste nunc exigeres si dedisses. O mundi bona, apud inferos
mala. Accesserunt ad seruitium diuitis ignes, & ad obsequium sęui tortores.Pa-
titur duros tartarorum ministros.Torquætur & clamat,O iuste & integer iudex vel

secundum peccata mea compensentur supplicia ista, vel contra spatia annorũ meorum quibus habui bona, mala recipiam, aut certe in duplum uel quadruplum. Cur per tot milia annorum me teneri iubes in flamma? Peccatorum meorum sum nexibus alligatus ne fugiam. Per momenta compungor vt doleam. Sæuit in me ignis & non parcit, cruciat, & reseruat, nec totum est quod punit, cui sæuum est quod ignoscit. Post illas lamentabiles voces, potuit ei sine dubio responderi, Quid faciam tibi? Eleemosynas non feci sti, quæ peccatorum tuorum pœnas extinguerent. Clamauit tibi scriptura & non audisti, Propheta non tacuit, Apostolus prædicauit, Euangeliũ tonuit. Annunciatum est supplicium impiorum, iustorum præmium est repromissum. Tu umbras & nebulas seculi huius tenere te credens, diuina præcepta uelut inanes fabulas respuisti. Interueniant pro te pauperes, & quicquid petieris donoIacobi.2. Sed iusto iudicio uicem tibi reddo, Quia iudicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam. Non tibi poterit præstare iustitia mea, nisi quod merentur opera tua. Sine causa mortuus in potestate aliena positus clamas, qui eo tempore quo potuisti cum me uideres in paupere cæcus eras. Fratres manu dei formati, magno mecum precio comparati, audite consilium domini dei nostri, implete desiderium pontificis vestri, vt cum ipso accipiatis hæreditatem in regno patris vestri. Ex seruo factus es amicus. Contemne quod natus es, fac tibi vicem cum Christo. Quare nõ accipiat partem de substantia tua, qui tibi præmia præparauit ęterna? Quare non accipiat vel decimum, qui contulit totum? Contra terrenũ patrimonium deus offert Mat.25. cœlum. Sic.n.ait, Venite benedicti percipite regnum, quia esuriui & dedistis mihi manducare. Tunc vos si modo eleemosynas largiter fideliterq; facitis fœliciter dicere poteritis, Domine quando te vidimus esurientẽ, & ministrauimus tibi? Quid est hoc fratres? Conuenit fidelis debitor, & creditores excusant? Tunc vobis respondebit pater, dominus, & amicus, cum quo fœcistis cœleste commercium, Quàm diu fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Nonne ego quæ accipit terrena, accepi? Cœlestia reddam, dabo æternum prẽmium, & ad partem dexteram regnũ. Non quia non peccastis, sed quia peccata vestra eleemosinis redemistis. Rogo vos fratres ut ista recipiantur in animis vestris, & ita proficiat peregrinis, vt ante tribunal ęterni iudicis, & mihi pro benigna admonitione uenia, & uobis pro eleemosynarum largitate æterna gloria tribuatur, præstante domino nostro Iesu Christo, cui est honor cum patre & spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptũ est in euangelio secundum Matth.6. Matthæum, Nemo potest duobus dominis seruire & cętera, quæ habetur libro secundo de sermone domini in monte, capite. XV.

Dominica sextadecima, de Iudith. Sermo I.

Ser.228. NOn sufficit mortalis eloquentia iustorum omnium orationes eximias atque triumphos grauidasq; referre uirtutes, quas omnipotens deus dedit eis quibus solet conferre victoriam, qui viros ac fœminas vigere permisit, qui & flammam cămini refrigerio dispersit, & insidiosos exercitus capite sublato nudauit. Nam cum Iudith.2. Holofernes ille filiorum Israel, immo sui capitis inimicus exterarum gentium sibi ius uendicaret atque obsidione, armis, ignibus quoq; regnaret, necnon & multarum gentium campos canis messibus oneratos in cinerem pascente flãma conuerteret, Iudith sanctissima cuius precibus patuit cœlum, orationis arte arma uictricia fabri Iudith.7. cauit, quibus aduersa confligeret, & pauescentes viros fœmina vindicaret, Squalebat ciuitas obsidione barbaræ feritatis, Ita.n.vniuersa languebant ut in manibus hostium iam tradi cõmodius iudicarent, quã perniciose famis populatione uexariIudith.10. Ecce Iudith post precem & saccum, post cinerẽ post cultus puellares redit, spes omnium populorum procedit, solicitos populos redditura securos sua sapientia consolatur, quæ promittens uictoriam quam omnis natio miraretur, portam sibi paululũ remotis obicibus postulat aperiri. Prodijt secura unius puellæ comitatu contenta & hostium securis gressibus properauit in castra. Intra muros solicita fuit, secura fidum ad timenda peruenit. In qua fœmina insidiosę pulcritudinis nouitatem hostilis exercitus uehementer expauit, ut in eius obsequio uires amitterent, arma proicerent, & colla curuarent. Deducitur ad prætorium subiectis ordinibus fraus Holofernis, & lugentis uictoria ciuitatis. Quam cum videret Holofernes solutus est sensibus animam cum capite petditurus. Iacuit.n.dedecus iuuenum mulieris vultu captiuus, licuit mulieri exarmare iuuenes, & debellare uictores, solicitam defendere ciuitatem, & barbarum subuertere bellatorem. Decepit syncera corruptum, fefellit casta pollutum, pudica perimit adulterũ, sobria iugulat ebriosum. Illa.n.tam barbaros animos insidiosi sui vultus fraude confuderat, ut eum ligaret multarũ arte fabularum, ut redderet inter exercitus uictum, & inter arma captiuum. Paratur conuiuiũ Iudith 12. regi Iudith interesse iubetur. Illa consentit ut vincat, accedit ad conuiuium, nihil de cibis aut de poculis hostium gustatura, quæ suis vtensilibus voluit esse contenta. Quãuis ille bellator armorũ tam castissimæ fœminæ male sanus attenderet vultum, illa tamen quare venerat de eius capite cogitabat, quo sublato defectis ciuibus Iudith 13. libueniret, & multa capita tueretur, defenderet, vindicaret. At ubi conuiuij sagina sines excesit, & grauis calcibus somnus succesit, videns Iudith inimici corporis inclinatas ebrietate ceruices, surgens ipsius cruentum arripuit collum, comam quo que barbari capitis manu occupauit, domine, inquit, confirma brachium meum. Et percussit tertio in collo eius, & amputauit caput eius. Exiens foras, tradidit puellæ caput Holofernis, & misit illud in peram. Et post pusillum exiuit foras quasi ad orationem secundum consuetudinem, Ecce castitas. Orationis fauore castitas pudorem proprium seruauit intactum & quietum, deceptisq; alienũ. Iacet inclusum cadauer, Iudith 14. & iam foris est caput. Cum palmifera castitate Iudith ad ciues solicite festinat, nec prohibetur regressu, cui quasi ad orationem anteire fuerat concessum. Iam recipit attonita ciuitas tantæ uictricis reditus triũphales, iam luctus conuertuntur in gaudium, iam portę plenissima securitate panduntur, iam pendet muris victoribus caput. Omnis erat in ciuitate victoria, & in hostilibus castris tremor erat & fuga. Iudith in ciuitate cum securis secura. Vbi.n.assiduis pulsatur orationibus cœlum, potentia semper calcatur armorum. Ecce glorioſæ fœminæ castitatem seruauit oratio, & hostem seruare non potuit multitudo. Lugentem ciuitatem una fœmina ualuit vindicare, & tantus exercitus regem non potuit custodire.

In eadem dominica, de Iudith. Sermo II.

QVotiescunq; bellicus rumor terribili fama crebrescit, aut horrisono tubarum clangore, uel rauciſono ęris cantu increpuerit lętiferum murmur, fœminis ac debilibus formidolosa imago mortis occurrit, intrepida virorum fortium pectora solent laudis amore flagrare, atq; bellica sorte vbi funesto imbre densati prælientes mortifera obumbratione texerint partes consertas sub stridulo telorum cursu, euentu iam errantes lætifero, præcipiti ardore triumphales propinquant ad palmas, Iudith bellator animus alienum pectus obsedit. Illa abiecta formidine fœminarum, victoriam in periculis quærens, nec mortem in periculis timuit, nec ambiguitatem formidauit. Cum igitur Bethuliæ mœnia Holofernes hostili obsidione calcaret, & auertens tractus aquarum, prima idiceret certamina siccitatem, Iudith flens sui coniugis fœdera acerbo dissidio rupta lugubri lamentatione seruabat. Quæ vt reperit captiuandę ciuitatis inducias postulatas, mox ei priuatum dolorem congeminauit ciuitatis comunis dolor. Quæ exorata consurgens abluit aqua corpus suum imponens sibi ornamentum, pendulas aureas diuitias suspẽdit, & manibus lapillatos circulos splendentes induxit, fluentes sinus purpureę vestis gẽmato collegit pectore, casto vultu prius dimicatura quam ferro. Monilium tela pudori semper aduersa hostem ferire didicerunt. Gentis suæ vindex sumpsit ornamentorũ arma, non de bello nuptias subitura, sed de ciuitate bellatrix procedit sponsa, Nec fuit leuitas ornatus, qui ad homicidium tanti capitis aptabatur. Pergit diuino spiritu ducta, & singularis ancillæ solatio contenta. Species custodit quę blanditur, & ne violenter pudicitia custodita lædatur, Holofernem alloquitur, ut desiderium inaIudith 11. ne concipiatur, Ego, inquit, ancilla tua, misit me dominus deus facere rem in qua mirabitur omnis qui audierit eam, quoniam ancilla tua deum cœli obseruo, & nunc ibo per noctem & orabo ad dominum cœli, & nunciabit mihi quando faciet hæc, &

Ser.229.

Iudith.7.

Iudith 10.

ducam te per mediam Iudæam,& ponam ſedem tuam in media ciuitate & canis nō mutiet lingua ſua contra te,quoniam hæc mihi oſtenſa ſunt á dño non decuit pudi
cam mentiri,nó intelligentibus dixit,perfecit actibus quod promiſit. Dum regi al-
to ſermone imaginarijs verbis blāditur,bellator animus adlaſciuia ſoluitur,in amo 239
Iudith.13. re armorum torpent vires innumerabiles militū,luxu regifico nuptiarum pōpa nul F
lo nubente conſtruitur,cuncti ebrietate ſoluuntur. Non delicata matrona pugna-
uit,ſed ſopor tibi quē ferias præparauit. Conſtructo thalamo concitatur ad ducem
pronum amore,victum ſomno,eliſum virū in ſtrato,bellatoris crines implicuit pul
critudine digitorum,poſt teneritudinē fuſi,ebeni capulum q̄rit, Mucro matronam
non terruit,ſed armauit,quæ ita pugnauit. Coruſcus enſis caput abſtulit hoſti, per
ſoluitur in patrijs mœnibus victoria ſuſpenditur. Armis ſtupentibus cunei denſan
tur,præpoſtero ordine triumphant. Sequitur bellum,vino fuſi,ſoluti ſomno,in cer
tamen nec clamore prouocante conſurgunt,teguntur armis coruſcantibus mōtes.
Quid alienigena fremis? Quid bella componis? Quid aciem paras habens quem in
cubiculo quæras? Omnem varium furoris impetum retine,tantum vobis reliqui-
mus ducem,agnoſcendam partem habemus in porta pendentem. Tantam animus
de deo ſuſcepit largitatem,quantam credulitas ſibi poterit vendicare.
Item in eadem dominica,Homilia de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſecundum
Lucæ.7. Lucam, Ibat Ieſus in ciuitatem quæ uocatur Naim, & cætera, quæ habetur in- 238
ter ſermones de.verbis domini. XLIIII. G
Matt. 17. Feria quarta de eo quod ſcriptum eſt in euangelio ſecundum Matthæum,Cum ve-
niſſet Ieſus ad turbas acceſſit ad eum,&c. Et de ieiunio & oratione. Sermo I.
Ser. 230. ADuerſus dæmonum nequitiam, quæ nobis dominus arma oſtendit, debemus
Marc.17. vtique retinere. Hoc ait genus in nullo eijcitur niſi oratione & ieiunio. Hæc
cum plena fide exercentur,pietas eſt. Pietas autem ad omnia utilis eſt, profeſſione
1.Tim.4. habens vitæ præſentis & futuræ. Inſpiciamus ergo vtiliter orationis fructus & ieiu
nij,quia ipſa ſunt arma aduerſus improbas cogitationes. Ieiunium purgat mentem
Ieiunium. ſubleuat ſenſum,carnem ſpiritui ſubijcit. Ieiunium cor facit contribulatum & hu-
Pſal.50. miliatum,quod deus non ſpernit. Ieiunium concupiſcentiæ nebulas diſpergit,libi-
dinum ardores extinguit,caſtitatis verum lumen accendit. Ieiunium uerbolitatem
non amat,diuitias ſuperfluitatem iudicat,ſuperbiam ſpernit,humilitatem commen
dat,preſtat homini ſeipſum intelligere quod eſt infirmum & fragile, atque dum ita
ſe intelligit imbecillem, aptiorē uirtutem dei adiutorem quærit & accipit, Quærit
Oratio. aūt per frequētes orationes,& obſecrationes. Oratio quidē refectio eſt ieiuniorum, 239
aduocat gratiam ſpirituſſancti. Oratio duritiā cordis mollit, auſteritatē temperat, H
ieiunium dulcificat,Sicut.n.ſine potu nō eſt plena refectio,ſic & ieiunium ſine ora-
tione non pōt animam perfecte nutrire. Quid autē oratio niſi aſcenſio animæ de
terreſtribus ad cœleſtia,inquiſitio ſupernorum,inuiſibilium deſideriū? Abeat diſ-
ſenſio ſecularium morum qbus premitur mens humana quotidie, Oratio coniun-
ctio ſpirituſſancti, ſi tamen orationi intentus ſit animus, ſicut clamat Propheta,
Pſal.62. Sitiuit in te anima mea quàm multipliciter tibi & caro mea. Quid autem ſiciendum
eſt ſequitur: Vt videat virtutem. Credite mihi ſi ad videndam plenam uirtutem
dei,plene ſitiant animæ humanæ ſubſtantiæ,nec faſtidio victa diſſimulet, replebi-
tur adipe & pinguedine ſpiritali. Et ſitiens illam dei viſitationē ſenſu proprio cum
fide clamabit: Adhæſit anima mea poſt te,ſuſcepit me dextera tua. Ieiunium iner-
tiam tollit de anima,impedimenta carnalia aufert. Oratio vero perſeuerans iungit
deo, atque ita gaudens aſſiſtere ſe domino gloriatur. Adhærens autem anima mea
domino,incipit ſecuritatem habere & libertatem,nec pauores ſuſtinet timoris. Su-
ſcepta anima tanto patrocinio dexteræ dei,quomodo poterit noceri ab aliqua pote-
ſtate? Sicut ſcriptum eſt, quod nemo illud rapit de manu patris, hoc præſtat ieiu-
nium, hoc præſtat oratio. 239
I.
Ser. 231.

Dominica. XVII. de ebrietate vitanda. Sermo II.

LIcet proprio Chriſto fratres charisſimi credā uos ebrietatis malū velut ieſca
ni foueā expaueſcere,& nō ſolū ipſi non uelitis amplius bibere,ſed neq; alios

adiurare vel cogere plus quam oportet accipere,tamē nō pōt fieri niſi ſint aliqui ne-
gligentes qui ſobrii eſſe non velint: Vos qui ſemper conuiuia ſobria exhibetis nol
te ad noſtram iniuriam reuocare,quia nobis neceſſe eſt aliquos ebrioſos arguere. Cū
enim fratres chariſsimi ebrietatis malū ſit graue vitiū & deo odibile, ita per vniuer- Ebrietas
ſum mūdū a pluribus in cōſuetudinē miſſum eſt,vt ab illis qui dei p̄cepta cognoſce qūo ſit fu
re nolūt,iā nec puterur nec credatur eſſe peccatū intātū v t in cōuiuiis ſuis irrideāt gienda &
eos q minus bibere poſſunt,& p inimicā amicitiā adiurare hoīes non erubeſcunt vt quā deteſ-
potum amplius accipāt q̄ oportet. Qui.n.alterū cogit vt ſe plus q̄ opus eſt bibendo ſtabile ui-
inebriet,minus malū ei erat ſi carnē eius vulneraret gladio, q̄ aīam eius p ebrietatē tium.
necaret Et quia corpora nr̄a terrena ſunt,qūo pluuia nimium grādis & diuturna ſi
erit,terra infunditur,& in lutū reſoluitur vt nulla in ea cultura poſsit fieri: Sic &
ō noſtra quādo abūdantiori potu fuerit inebriata, nec ſpiritalē culturā accipere,
nec fructus aīæ neceſſarios poterit exhibere. Et ideo qūo oēs hoīes ſufficientē plu-
uiam in agris ſuis accipere deſiderant,vt & culturam valeant exercere & de fructuū
vbertate gaudere: ita & in agro corpoſis hoc tantū deberent bibere quod oportet, ne
per nimia ebrietatē ipſa corporis terra uelut in paludē cōuerſa,magis vermes & ſer-
pentes vitiorū generare,quā fructus bonorū operū poſsit afferre. Oēs.n.ebrioſi ta-
les ſunt,quales paludes eſſe videntur. Quod.n.in paludibus naſcatur,non ignorat
charitas veſtra,totū q̄d ibi naſcitur,nullum fructū habere cognoſcitur. Naſcuntur
ibi ſerpentes,ſanguiſugæ: naſcuntur ibi ranæ & diuerſa genera vermiū, quæ magis
horrorem poſſunt generare quā aliquid q̄d ad victū proficiat exhibere. Iſtæ.n.her-
bæ uel arbores quæ aut in ipſis paludibus aut circa ripas earū naſci ſolent, nihil uti
litatis habere uidentur,intantum ut in annis ſingulis incendio concrementur. Vide
te quod de ebrietate naſcitur igni p̄paratur. Tales enim ſunt ſicut iā dixi oēs ebrioſi
quorum prandia ducuntur uſq; ad noctē,quorū cœnas lucifer videt, qui ſtare non
poſſunt,etiam tū uidentur eſſe ieiuni, quorū ſenſus tardi,graues, obtuſi & quodam
modo iam ſepulti. Denique in ipſa frequēter ebrietate nec ſeipſos nec alios recogno-
ſcunt,nec ambulare ualent,nec ſtare,dicere aliquid uel audire q̄d ad rationē p̄tineat
omnino nō poſſunt. Frequenter etiam uſque ad uomitum ingurgitate ſe non erube
ſcunt,& ad mēſuras ſine mēſura bibere. Maiora.n. pocula prouidentur, certa biben-
di lege cōtenditur,qui poterit uincere laudem meretur ex crimine. Inde lites & rixæ
naſcuntur,inde diuerſis & horrendis ſaltationibus membra torquentur,inde adulte
ria & nonnunquam homicidia perpetrātur. Et quoties nimiū potū accipiūt,tanquā
in paralypſim reſoluti dum ſuis pedib⁹ ambulare nō poſſunt, fœdiſsima latera alio
rum manibus portātur ad lectū. Et eſt in illis oculorū caligo,uertigo,fatigatio & do
lor capitis,ſuffuſio uultus,membrorū oīum tremor,aīæ ac mentis ſtupor. In talibus Prou.23
impletur q̄d ſcriptum eſt, Cui uæ,cui tumultus,cui iræ,cui riuæ, cui ſine cauſa uul-
nera,cui ſuffuſio oculorū? Nōne his qui morantur in uino,& eis qui inueſtigant ubi
potus ſiunt & ſtudent calicibus optandis. Sed illi tales eſſe uolunt miſerabiliter ſe ex
cuſare conātur,dicentes, Ingratū habeo amicū meū ſi quoties illū ad cōuiuium uo
cauero,potum ei quantum uoluerit ipſe nō dedero. Et nō ſit tibi amicus, qui te deo
uult facere inimicum,qui & tuus & ſuus eſt inimicus, Si & te & alium inebriaueris,
habebis hoīem amicū,habebis deū inimicū. Et ió ſapienter conſidera ſi iuſtū ſit ut
te a deo ſepares,dū te ebrioſo cōiungis. Ad extremū tu eū noli adiurare,noli cogere,
ſed in poteſtate illius dimitte,ut quantū ſibi placuerit bibat, & ſi ſe inebriare uolue
rit uel ſolus pereat & nō ambo pereatis. O infœlicitas generis humani quā multi in
ueniuntur qui ebrioſos & luxurioſis amplius quàm oportet cogunt bibere,& ante
oſtium pauperibus parentibus uel unum calicem diſsimulant dare, nec attendunt,
quia illud quod luxurioſus uidentur ingerere, Chriſtus in pauperibus deberet ac-
cipere qui dixit. Quod feciſtis uni ex minimis meis, mihi feciſtis. Sed qui tales ſunt Mat.25
quando alios in nimio potu ſepeliunt, pauperi eleemoſynam petenti dicunt, uade
uade inante,& dabit tibi deus,& utique dum ambulauerit hō ei daturus eſt. Quid ē
ergo q̄d dicit,uade ināte & dabit tibi de⁹, niſi uade ad illū hoīem q hēt deū,qa datu-
rus eſt de⁹? Ac ſic ore ſuo ipſe cōfitetur apud ſe deū nō eſſe, quo inſpirāte poſsit ero
gare paupib⁹. Rogo frates charisſimi, diligēter attēdite & uidete, qa qñ aīalia ducū-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur ad aquam vbi saturauerunt sitim suam, etiam si supra aquam ipsam diutius teneantur repleta siti bibere nolunt omnino, nec possunt. Considerent ebriosi si nó pe-
tiores animalibus iudicandi sunt. Cum. n. animalia amplius quam eis opus est bibere 240
nolunt, illi & duplum & triplum quã eis expedit potum accipiunt. Et vnde triũ aut B
quatuor refectionem potuerant rationabilem habere, vno die cum grandi peccato
contendunt perdere potius quam expẽdere propter inuidiam aut ebrietatem, atque
vtinam potum tantummodo perderent & non etiam ipsi perirent. Quantum mali in
Gene.40 se habeat ebrietas, rex magistrorum pastorum cruci appendi fecit propter inuidiam
Exo.32. aut ebrietatem. Populus autem ludæorum de quo scriptum est, Sedit populus manducare & bibere & surrexerunt ludere, postquam vinum plus quam oportebat accepit, idola sibi fabricari fecit, & in honore ipsorũ idolorum cœpit phrenetico choros
ducere more, diuersis saltationibus membra torquere. Herodes quoque vbi nimio
Mat.14. vino concaluit, ad vnius puellæ saltationem sanctum Ioannem Baptistam interfe-
cit. Quid adhuc de ebrietatis malo nascatur, spũs sanctus per Salomonem testatur di
Eccli.19 cens, Vinum, inquit, & mulieres apostatare faciunt a deo sapientes, & arguunt sena-
tos. Et iterum, Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color
Prou.23. eius. Ingreditur enim blande, & in nouissimo mordebit vt coluber, & quasi regulus
venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Pau 240
Ephes.5. lus etiam apostolus contra ebrietatis malum nos admonet dicens. Nolite inebriari C
vino in quo est luxuria. Iterum atque iterum quid mali in se ebrietas habeat, eis qui
illam diligunt sanctarum scripturarum testimoniis euidenter ostendimus. In Salo-
Proue.21. mone scriptum est, Qui amat vinum & pinguia, non ditabitur. Et iterum, Noli regi-
& 31, bus dare vinum, quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas, ne forte bibãt, & obli
uiscantur iudiciorum dei, & mutent causam filiorum pauperum. Item hic ait, Ope-
Eccl.19 rarius ebriosus non locupletabitur. Et iterũ, Vinum si bibas moderate, eris sobrius.
Eccl.31. Item illic, Vinum in iucũditatem creatum est, non in ebrietatem ab initio. Exulta-
vbi supra. tio animæ & corporis vinum moderate potatum, & sanitas corporis & animę. Vinum
multum potatum, ebrietatis animositas, imprudentis offensio, minorans virtutem
& faciens vulnera. Sed quando ista suggerimus forte irascuntur contra nos & mur-
murant ebriosi, quãuis non desint qui irascuntur, deo tamen propitio multi erunt
qui libenter salubre consilium audientes, de isto tam graui peccato per dei misericor
diam liberabuntur. Ipsi tamen qui contra coalũnam & amicam suam ebrietatem lo
quentibus irascuntur, libera a nobis voce audiant quia quicunq; ebriosus pœniten-
tiam de ipsa non egerit, sed vsque ad mortem suam in ebrietate permãserit, in æter-
num profecto peribit, quia non mentitur spiritus sanctus per Apostolum dicens, Ne 240
que ebriosi regnum dei possidebunt. Et ideo quicunq; sunt ebriosi, melius faciunt D
vt non nobis sed sibi potius irascãtur & cum dei adiutorio de luto fæcis se excutiãt
vel de cloaca ebrietatis, dum adhuc tempus pœnitendi est festinent quanta possunt
celeritate deo auxiliante consurgere & totis aię viribus cum Propheta supplicantes
Psal.68 domino dicant, Eripe me de luto vt non inhæream. Et illud, Non me demergat tem
vbi supra. pestas aquæ, neq; absorbeat me profundum, neq; vrgeat super me puteus os suum.
Ebrietas. n. quasi inferni puteus quoscunque susceperit nisi digna subuenerit pœni
tentia, & emendatio fuerit subsecuta, ita fortiter sibi vendicat vt eosdem ipsos de in-
ferni tenebroso puteo ad ebrietatis vel sobrietatis lucem redire sine pœnitentia nó
permitat. Sed hic ante omnia intelligere & scire debemus, quia non vna die efficiun
tur homines ebriosi, sed cum paulatim admirantibus & cogẽtibus crudelissimis ini-
micis potius quam amicis, per singulos dies singulos sibi aut binos calices ad potum
consuetudinarium addunt. At vbi hoc in usum miserint, ita eos ipsius ardor ebrie-
tatis occupat, ut illos semper sitire cõpellat. Sed qui se de hoc malo desiderat libera-
re, quomodo sibi interuallo dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit
ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucem redeat, Qui se semel totũ quod am-
plius accipiebat subtraxerit, vbi nimia siti cœperit exardescere cum grandi amaritu 240
dine clamat & dicit, Malle se mori quam sibi bibendi uel inebriandi consuetudinem E
tollere: Nec attendit q tolerabilius erat illi in carne mori, quam in anima per ebrie-
tatem interfici. Et ideo vt nec ardorem nimium patiatur de tam graui malo quod pa-
titur

patitur liberetur, sicut iam dictum est, per interualla dierum sibi aliquid de nimieta
te potus subtrabat quousq; ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat. Qui
hoc ita vt diximus, per partes subducere voluerit, & de ebrietate liberabitur, & illam
intolerabilem pœnam non patietur. Ergo fratres charissimi dum hæc suggero, me
absoluo apud deum. Quicunq; me audire contempserit, & ad bibendum pronus fue
rit, vel in conuiuio suo alios adiurare vel cogere voluerit, & pro se & pro illis in die iu
dicii reus erit. Et quia quod peius est, aliqui etiam clerici qui hoc deberent prohibe-
re, ipsi cogunt bibere aliquos plus quam expedit. Amodo incipiant & seipsos corri-
gere & alios castigare, vt cum ante tribunal Christi venerint, nec de sua nec de alio-
rum ebrietate incurrant supplicium. Sed magis dum & ipsi se emendant & alios ca-
stigare non cessant, peruenire ad æternum præmium mereantur, Et illud ante oĩa to
tis & per tremendũ diem iudicii vos adiuro, vt quotiescunq; vobis inuicem cõuiuia
exhibetis, illam fœdam consuetudinem per quam grandi mensura fine mensura tres
homines aut volentes aut inuiti solebant bibere, tanquam venenum diaboli de ve-
stris conuiuiis respuatis, quia ista infœlix consuetudo adhuc de paganorum obser-
uatione remansit. Et quicunque hoc in suo conuiuio aut alieno fieri acquieuerit,
diabolo se sacrificasse non dubitauerit. De qua bibitione nõ solum anima occiditur,
sed etiam corpus debilitatur. Sed credo de dei misericordia q ita vobis inspirare di-
gnabitur, vt tam legendum & etiam erubescendum malũ ita vobis in horrorem ve-
niat vt illud nunquam fieri permittatis, sed quod in illa ebrietate periturum erat, in
pauperum refectionem proficiat, præstante domino nostro Iesu Christo, Qui cũ pa
tre & spiritu sancto viuit & regnat deus in secula seculorum. Amen.

In eadem dominica, de ebrietate vitanda. Ser. II.

Ser.232 FRequenter charitatem vestram, fratres charissimi, paterna pietate admonui, vt ebrietatis malum tanquam inferni foueam vitare vel fugere deberetis. Et licet
apud plures proficeret castigatio, quam multi tamen sunt qui nec deum timẽt,
nec eos qui honesti sunt vel sobrii reuertentur, & tamen bibunt vt interdum neces-
se habeant viscera nimio potu plena per vomitum relaxare, & tãquam fractæ & nau
fragæ naues, ipsius ebrietatis fluctibus fatigantur vt nec ubi sunt recognoscant, &
dicere aliud vel audire, quod ad rõnem pertinet, omnino nõ valeant. Illud uero qua
le est quod ipsi infœlices ebriosi quando si se nimio vino ingurgitant rident & vitu
perant eos qui rationabiliter hoc tantum quod sufficit bibere uolunt, dicentes eis,
Erubescite & verecundia sit uobis, quare non potestis bibere quantum nos. Dicunt
enim eos non esse uiros. Et videte miseriam ebriosorum. Se dicunt esse viros qui in
ebrietatis cloaca iacent, & illos non dicunt esse viros qui honeste & sobrie stant. Ia-
cent prostrati & viri sunt, stant erecti & viri non sunt? Victor ebrietatis uituperatur
& victus ebrietate laudatur. Irridetur sobrius, qui & se & alios potest regere, & non
irridetur immo nõ plangitur ebriosus, qui nec se nec alios põt agnoscere. Solẽt ebrio
si ita se excusare vt dicant, persona potens me coegit vt amplius bibam, & in conui-
uio regis nõ potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista præten Psal.140
dimus, & quod implere nolumus nõ potuisse nos dicimus. Nolle in culpa est nostra,
& non posse prętenditur. Etiam si ad hoc veniretur, ut tibi diceretur, Aut bibas aut
morieris, melius erat vt caro tua sobria occideretur, quã per ebrietatem aĩa morere-
tur. Sed excusatio ista falso obiicitur. Ipsi enim reges & quicũq; sunt alii potentes,
quia deo propitio & christiani sunt & prudẽtes & sobrii, & toto corde deum timẽtes,
si te viderent definisse ut eis non acquiescas pro timore dei inebriari, si tibi sub ho-
ra uideantur irasci, postea uero te in grandi admiratione suscipiunt dicentes, Quan
tum cũ illo egimus, quantis eũ minis & terroribus fatigauimus, & tamẽ nunquã eũ
a sobrietate separare potuimus. Nam & deus qui te videt per eius amorem inebria-
ri non uelle, ipse tibi gratiam etiam illorũ dabit qui te vt amplius biberes uideban-
tur hortari & cogere. Nemo dicat fratres charissimi, qđ in istis tpibus martyres non
sint, quotidie martyres fiũt. Martyr. n. testis interpretatur. Quicunq; ergo pro uerita
te testimoniũ dederit, & oẽs causas cũ iustitia iudicauerit, quicquid pro testimonio
ueritatis uel iustitiæ pertulerit, totum ei dñs pro martyrio cõputabit. Ac si & ille qui
ebrietati resistit, si cum dei adiutorio perseuerare uoluerit, & pro ipsa ille aliquas per

Universidad de Deusto
Biblioteca

tulerit tribulationes? omnia ei dominus ad martirii gloriam reputabit. Velim tamen
scire fratres charissimi, cum dominus habet plures seruos, si uel unum ex illis ue-
lit fieri ebriosum, sine dubio nullus tã malus q̃ hoc voluerit aliq̃ aut uelit. Et qua 240
fronte, qua conscia qui seruũ nõ vult habere ebriosum, ipse vult ebriosus fieri? Ecce K
de donis dei tu hẽs seruũ, & t hẽt deus seruũ, qualiter vis ut tibi seruiat seruus tuus,
taliter & tu seruire deo tuo debes. Dic mihi rogo te, si iustũ tibi videtur vt tu habeas
seruũ sobriũ, & deus habeat ebriosum, ac si te dignum iudicas, cui seruus sobrius ser-
uire debeat? Hæc ergo fratres charissimi diligenter attendite & considerate, quia nõ
est iustum vt faciamus deo quod nolumus nobis fieri. Forte dices, Quomodo deo fa-
cio quod mihi fieri nolo? Aut quomodo tibi non placet seruum ebriosum habere, &
tu non vis sobrius deo seruire? Ideo enim charissimi tanta infœlicitate se inebriant
homines, quia putant ebrietatem, aut paruum, aut nullum peccatum esse. Sed ꝓ ista
ignorantia maxime sacerdotes in die iudicii reddituri sunt rationem, si commissis
sibi populis, quæ & quãta mala de ebrietate nascuntur assidue noluerunt predicare.
Qui ergo credit ebrietatem esse paruum peccatum, si se non emendauerit, & pro ipsa
ebrietate pœnitentiam non egerit, cum adulteris & homicidis æterna sine remedio
illum pœna cruciabit, secundum illud quod ipsi bene nostis beatum Apostolum pre-
1. Cor. 9. dicasse, Neque, inquit, formicarii, neq; idolis seruientes, neque molles, neque mascu-
lorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebriosi regnum dei possidebunt. 240
Videte ebriosos cum fornicatoribus & idolis seruientibus, & masculorum cõ- L
Esa. 5. cubitoribus & adulteris iunxit. Et illud, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Et
ideo definiat ac deliberet vnusquisq; apud se ebrietatem graue esse peccatum & tunc
aut nunquam aut difficile eum ebrietas poterit superare. Cum enim non solum in
futuro seculo propter ebrietatem torquendi sunt homines, sed etiam in præsenti per
ipsam ebrietatem multis frequenter infirmitatibus fatigãtur, vel morbum corporis
timeant qui de animæ suæ salute non cogitant: oculorum suffusionem atque caligi-
nem, capitis vertiginem membrorum tremorem expauescant, qui inferni supplicia
non formidant. Et hæc quidem non solum laicis, sed etiam clericis dicimus, quia qd
peius est, multi sunt etiam maioris ordinis clerici, qui cũ aliis sobrietatis bonum de-
berent iugiter prædicare, non solum hoc non faciunt, sed etiam & se alios q; inebria-
re non erubescunt nec metuunt. Sed agnoscant & doleant quicunq; tales sunt, quia
si se noluerint emendare, & pro se & pro aliis necesse est eos æterna supplicia sustine-
re. Illud vero quale & q̃ iam transacto conuiuio expleta siti cum amplius bibere nõ
possint nec debeant, tunc quasi nouelli, quasi & qui ipsa hora superuenerit diuersis
nominibus incipiunt bibere, non solum virorum hominum, sed etiã angelorum & 240
reliquorum antiquorũ sanctorũ, æstimantes q̃ maximũ illis honorẽ impendant si se M
in illorũ noibus nimia ebrietate sepeliant, ignorantes q̃ nullus tam grauem iniuriã
sanctis angelis vel sanctis hoibus agnoscitur irrogare, q̃ illi qui in eorũ noibus bibẽ-
do per ebrietatem suas animas probantur occidere. Sunt enim aliqui qui sola ex cau
sa aliqua falsa cibaria sibi ordinant fieri, vt per ipsam falsitudinem nimia se possint
ebrietate obruere. Hæc n si Pagani qui deũ ignorant faciunt, nec mirandum, est nec
nimis dolendũ, quia & in deo ipem non habent, antiquam parentum suorũ consue-
tudinem seruant: Christiani vero quos deus de tenebris duxit ac lucẽ de morte voca
1. Pet. 2. uit ad vitã, q̃bus oẽs scripturę clamant ebrietatem fugere, sobrietatẽ diligere, quare
turpissimas illorum ebrietates comitantur, de quorũ perfidia liberari per dei miseri-
cordiam meruerunt? Et ideo rogo & per tremẽdũ diẽ iudicii vos adiuro, & vt quantũ
potestis ebrietatis malum auxiliãte deo fugiatis, & iã vobis incipiat verecundum
esse quod hucusque gentibus & Paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis simi-
les exhibere. Et ideo quia ideo ꝓpitio illis dissimiles estis in fide, similes esse in ebrie-
tate penitus non debetis. Quia ẽt si reliqua peccata Christiani non admittunt, sola
eos si frequens fuerit ebrietas, & emendatio ac pnia nõ subuenerit, in inferni profun-
da præcipiat scdm illud qd iã dictũ est, Neq; ebriosi regnũ dei possidebũt. Sed dicet 240
aliquis, Ego regnũ dei nolo, ẽternam requiem tantum obtinere desidero. Nemo sic de A
1. Cor. 6. cipiat fratres, duo enim loca sunt, & tertius non est vllis. Qui cum Christo regnare
non meruerit, cum diabolo absque dubitatione vlla peribit. Ad extremum qui

amico suo nimium propinat, in anima efficitur inimicus corpus quoque eius debili
tate & animam probatur occidere. Melius erat vt illud quod vna die plus eum bibe-
re coegit quam expedit, per duos aut tres dies ipsum amicum ad conuiuium reuoca
ret suum: & vnde vna die eum nimium bibendo debilitauerat, ipsum in aliis diebus
sufficiente potu reficeret, nec potum ille perderet, nec amicum deciperet. Aut certe
quod est melius, quicquid nimio potu perditum erat gula, pauperibus daretur in
eleemosynam, vt & caro rationabiliter bibendo reficeretur, & per misericordiã pau
perum animæ redemptio ꝑpararetur. Et nos quidem istam castigationem non pro-
pter eos qui sunt honesti & sobrii diximus, quia cum dei subsidio multos nouimus
parca & sobria conuiuia ꝑparare. Et ideo vos qui pro dei amore hoc tantum sumitis
quod oportet, & quod ebriosis in terra perditur, a vobis per eleemosynam in cœlo
ponitur. Non vobis sufficiat q̃ vos honesti & sobrii estis, sed quantum potestis ita
castigate & corripite ebriosos, vt eis nunquam liceat vobis p̃sentibus amplius bibe-
re quam oportet, vt dum & ipsi sobrietatem diligitis, & alios per vestram admonitio
nem ab ebrietatis perditione reuocatis, non solum pro vestra sed etiam pro aliorũ
salute duplicia vobis p̃mia in æterna beatitudine ꝑparetis. Et illud q̃ lugendum &
erubescendum est fratres charissimi, q̃ dicuntur aliqui rustici quando aut vinum
habuerint aut alia sibi pocula fecerint, quasi ad nuptiale conuiuium, ita ad biben-
dum vicinos vel proximos suos inuitare, vt eos per quatuor aut duos dies teneant 240
& nimia ebrietate sepeliant, & tandiu ad domos suas de illa lugenda potatione non
redeant, donec omnem potum quem ille qui eos inuitauerat, habuit, perexpendat, &
vnde se vel per duos aut tres menses cum omni familia sua rationabiliter reficere
potuit, quatuor aut duobus diebus dolenda aut erubescenda bibitione consumat.
Ego fratres charissimi dum hæc humiliter & cum grandi charitate pro solicitudine
paterna commoneo, absoluo apud deum conscientiam meam. Qui vero me libẽter
audierit & fideliter quod ei p̃dicatum est implere voluerit, habebit p̃miũ æternum.
Qui autem contempserit, timeat ne ei æternũ necesse sit sine vllo fine sustinere sup-
plicium. Sed credimus de misericordia dei q̃ ita omnes ebriosi de ebrietatis malo ad
bonum sobrietatis sunt per dei gratiam redituri, vt & nobis gaudium faciant, & ipsi
fœliciter ad æternum peruenire mereantur p̃mium, Amen.

Item in eadem dominica alius sermo factus ad fratres in eremo, qui inter sermones
ad eosdem habetur. XXIII.

Feria quarta quatuor temporum occurrentium post festum exaltationis sanctæ cru
cis, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum. Ecce vnus acce- Mat. 19.
dens ait illi, Magister bone, &c. Sermo I.

DOminus ac redẽptor noster in Euãgelio suo loquitur dicẽs, Cũ dormirẽt hoies
venit inimicus & sup seminauit zizania. Inimicus, in figura hõ dictus est, Audi Ser. 233.
Apostolũ dicentẽ, Fuistis aliq̃ tenebræ, nũc aũt lux in dño. Audi hõ. Nõ. n. ille de- Mat. 13
dit tibi tenebras, qui dedit tibi lucẽ. Quo vadis hõ, quo traheris? Quid cõcupiscen- Ephes. 5
tias carnales sectaris, q̃ audis, Spiritu ambulate & concupiscentias carnis nolite pfi Galat. 5.
cere? Audi potius dñm dicẽtẽ, Conuertimini ad me & cõuertar ad uos. Accedite ad Zach. 1.
eũ & illuminamini, & facies vestræ non erubescent. Audi hõ. Si recesseris a deo, non Psal. 33
effugies manũ eius. Si aũt ad eũ accesseris, iliço habebis eũ, quia nus q̃ recedit. Audi Psal. 138.
Prophetã dicentẽ, Si ascẽdero in cœlũ tu illic es, si descendero ad infernũ ades. Vbi
ergo non est deus quẽ tu fugis? Malus es tu, qui bonũ fugis. Mors es tu, qui vitã fu-
gis. Inuoluere te iis tenebris, ubi te abscondas, sed illũ latere non potes, cuius oculi
oĩa uident. Ait aũt Apostolus. Quẽ fructũ habuistis tũc in illis, in quibus nũc erube Roma. 6.
scitis? Sequitur uox iudicis dicens, Ite maledicti in ignẽ ẽternũ, qui paratus est diabo Mat. 25.
lo & angelis eius. Ergo qui fugit dñm & recedit a deo ille cõfunditur & perit in sua
impietate. Vt ergo nõ pereat tũc, nũc reuertatur ad dñm & illuminabitur, & vultus
eius nõ erubescet. Dicã tñ frẽs mei qd sentio, & qd dixero intelligite. inter uos sege-
tes dei sunt mixta zizania, id est, amatores mũdi, amatores pecuniæ, amatores deli-
tiarũ, cõsultores nugarũ, oẽs q̃rentes q̃ sua sunt, nõ quæ Iesu xpi. In ecclesia Chri- Philip. 2
sti ficte intrantes, promittentes & non facientes, uouentes & non reddentes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

renunciantes malo & iterum idem facientes, hæc amantes, zizania sunt. Non amant
Mat. 10. illi Christum, qui aliquid plus amant quam Christum. Audi homo vocé domini dei,
tui, Qui diligit, inquit, patrem aut matrem, aut vxoré, aut filios, aut filias, aut fratres 240
aut agros super me, non est me dignus. Si vis tenere quod non habes, dimitte quod F
habes, vt amor xpi sit in corde tuo. Ecce petis a deo & dicis, Domine da mihi, Quid
tibi dabit, q aliunde manus tuas videt occupatas? Ecce dominus vult dare quæ sua
sunt, & non habet vbi ponat. Vide ergo, Dimitte quod tenes, & accipis quod quæris.
Dimitte temporalia & caduca, & accipies æternam & perpetuam vitam. Dimitte te-
rena, & accipis cœlestia. Ait autem quidā ad Iesum, Magister bone quid boni faciam,
Mat. 19. vt habeam vitam æternam? Vtiq; qui dicebat, quid boni faciam, vitam æternam de-
siderabat, sed plus amabat quod tenebat. Vidit dominus occupatas manus, dare vult
& non habet vbi ponat. Occupate sunt manus accipientium. Dicit enim tibi domi-
nus, Vade vende omnia & da paupibus, & pone illa in cœlo, quia in terra impediūt.
Quid times o homo dare pauperibus? Nō perdes ea, sed seruantur tibi in cœlo. Non
vt perdas iussi dicit dominus, sed vbi ponas suggessi. Post hæc habebis homo the-
saurum non in terra perituru, sed in cœlo permansurum. Aliquando venit hemi-
ni tribulatio, venit timor damni. Times o homo vt non pecuniam tuam perdas, ti-
mes ne argentum tuum perdas, times ne possessionem tuam perdas, & non times ne
tuipse totus pereas? Pro hoc dicis falsum testimonium, pro hoc mentiris & rapis alie
na, pro hoc iuras & periuras quod omnino lex vetat. None cū hæc oia facis totus fœ- 241
num totus stipula, totus palea, & non times ne totus ardeas? Semper turbata est ani- G
Psal. 41. ma tua amoribus seculi. Dic, Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me? Aua
rus pro auro suo habet tristitiam, patitur tribulationem, habet pericula seruorum,
pericula latronum. Auarus amat aurum plusquam animam suam, tu Christiane ama
Christum plusquam omnia tua. Ille feruet i amore auri, tu Christiane ferue in amo-
re Christi, & eris beatus in regno Christi. Audi ò homo: Aurum: Aurum in terra est,
& terra, & pars terrę est. Impius dum diligit creaturā, ostendit creatorē, & amittu eū
qui creauit ex nihilo omnia. Audi o homo non tu perdis deum, sed ipse peris a deo.
Ille est redemptor animæ quem vis, amittere. Quid enim proderit tibi si totum mū-
dum lucreris, animę vero tuæ detrimentum patiaris? Expergiscere aliquādo o homo
Mat. 16. & ama Christum. Hæc est enim sapientia vera, id est, amare Christum. Multi enim di
cunt & scire volunt, quare illum vocat ad se dominus, & illum non vocat: vni subue-
nit, & vni non: hunc dignum habet, & illum indignum: istum honorat, & illum cru-
ciat & affligit. Audi o homo. Hunc dignum habet pro bonis operibus suis, illum ha-
bet indignum pro operibus suis malis: quia debitor est dominus & reddet bonis bo- 242
na, & malis mala. Dicturus es forsitan. Quare ille sic? Respondet tibi dominus deus H
Esaiæ. x. tuus, quia bonum non denegaui, sed dixi prius, Lauamini, mundi estote. Quid vole-
bas? Quid querebas? Quid cupiebas? Gratiam dei. Ergo si gratiam dei quæris, auser
Psal. 3. primum nequitiam ab anima tua, & a conspectu oculorum meorum. Iam cessa a ma-
lo & fac bonum, inquire pacem & sequere eam totis viribus tuis. Et cum hæc feceris,
& gratiam meam percipies: & oculi mei super te erunt, & aures meæ ad preces tuas, &
priusquam me inquisieris dicam assum. Faciamus bona fratres charissimi, vt merea-
mur in futuro seculo inuenire requiem, quā nobis dominus noster promisit dicés,
Matt. 5. Beati misericordes quia ipsi misericordiam consequentur. Et cum Propheta a domi-
Psal. 100. no exultantes dicamus. Misericordiam & iudicium cātabo tibi domine. Misericordiā
inueniunt, qui sunt misericordes. Iudicium timeant contemptores, qui nec sibi par-
cunt nec miserentur alijs, qui dicunt, Peccemus & parcet nobis deus, quia misericors
est & bonus. Omnino misericors & bonus est deus: sed qui modo parcit, in futuro no
parcet. Iudicium paratum habent sine misericordia impij. Intelligamus fratres, & vi
Iacobi. 2 deamus vbi ipé nostram ponere debeamus. Misericordia illi, qui fecit misericordia.
Mat. 5. Beati misericordes, quia ipsis miserebitur deus. Spes est in dei misericordia, si ab ope 243
misericordię nos non fuerimus aridi. O homo quid quæris a deo misericordiam, si
ipse non es misericors? Quid queris a deo indulgentiam peccatorū tuorū, cum ipse I
Luc. 6. vbi simili non indulges? Audi homo, audi vocem domini dei tui, vbi dicit ipse, Date
Mar. 6. & dabitur vobis. Dimittite, & dimittetur vobis. Audi iterum vbi ipse dicis, Dimitte

nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si enim tu non di-
misteris aduersario tuo, ipse tibi prius eris aduersarius. Ille te læsit auferendo pecu-
niam tuam, tu te lædis non indulgendo aduersario tuo. Forsitan dicturus es, Non il-
li parcam, quia me læsit multum, & sanguinem meum quæsiuit. Tu si non illi indul
ges, perditionem animæ tuę habebis. Insuper adhuc dicis, Non illi parcam, quia ad-
uersarius mihi fuit. Crede mihi homo, peior tibi eris aduersarius, si non illi parcas.
Dicis tu, Ille me non rogat. Si te ille non rogat, tu pro illo roga, vt ei a domino dimit
tatur quod in te deliquit. Nam si tu dicis, non illi parcam, litigare vis, non dimitte-
re. Et qua fronte aut qua fiducia dicturus es domino tuo, Dimitte, quia ego dimisi?
Considera o homo & uide aliam legem in membris tuis repugnantem legi mentis
tuæ & captiuantem te in legem peccati: Iam ipse captiuus traheris, & expoliatori Roma. 7.
tuæ asceris? Nemo nobis imputet fratres mei, si per uos dominicam pecuniam duplica
re non potuerimus. Mali serui erimus, si non fecerimus quod nobis pceptum est. Si
autem fecerimus, boni serui erimus, & cum domino sine fine lætabimur. Illum oēs
amemus, per quem facti sumus. Illum diligamus, pes quem redempti sumus. Pro il-
lo nos inuicem diligamus in hoc seculo, vt cum eo gaudere mereamur pariter in fu-
turo, quoniam sic placuit domino deo nostro de nobis, vt hic constituti cum vestra
charitate cantemus ei. Laudemus dominum fratres lingua, corde, ore, & uoce. Sic n.
sibi vult dici laudem, ut non sit inter nos discordia, sed vult esse in nobis concordiā
uocibus & moribus. O felix laus in cœlo, vbi templum dei angeli sunt. Ibi est cōcor-
dia summa laudantium, vbi nulla lex in membris nostris repugnat. Ibi non est rixa,
ne culla cupiditas. Hic ergo cantemus domino laudem solicíti, ut illic possimus esse
securi. Quare autem hic simus solicíti fratres mei? Audite quare, Quia tentatio est Idb. 7.
uita humana. Sic nanque nos dominus exhortatur suo eloquio dicens, Vigilate & Mat. 26.
orate ut non intretis in tentationem. Non uis esse solicitus quando uideris dicere, & 6.
Dimitte nobis debita nostra? Quomodo es securus, qui quotidie uideris petere re-
missionem peccatorum? Quomodo es securus quando adhuc dicis, Dimitte mihi
peccata mea, & iterum dicis, Et ne nos inducas intētationem, sed libera nos a malo?
Quomodo ergo uideris clamare. Libera nos a malo; si securus es? Audi homo. Tu es Roma 7
malus, quando te deus liberat a teipso malo. Vides aliam legem in membris tuis re-
pugnantem legi mētis tuæ & captiuantem te in lege peccati. Audi quid sumus nos,
quid nobiscum portamus? Quandiu in corpore mortis huius continemur, uitiū no
biscum portamus. Audi iterum Prophetam dicentem, Domine educ de carcere ani-
mam meam. Carcer meus est, usquedum in corpore mortis fuero. Nam quando fue-
ro de hoc corpore liberatus, terra terræ redditur, spiritus cœlo recipitur. Vado ergo, Psal. 141.
dimitto terram, quia quādiu hic sum, mente seruio legi dei, carne autem legi pecca-
ti. Dicet aliquis perfidorum, Ergo cum fueris ab hac carne liberatus, iam non eris tu
nisi spiritus. Audi ergo hæretice. Carnem quam dico, non in æternum pono, sed hic
depono. Respondet incredulus, Ergo rediturus es ad corpus mortis? Et vnde tam piā
vocem clamasti: Educ de carcere animam meam? Audi imperite & contra quotidia- 1. Cor. 15
nas lectiones surde, Redeo ad corpus non mortis huius, quia corruptibile hoc in-
duetur incorruptione, & mortale hoc induetur imortalitate. Modo est animale, tūc
erit spiritale. Nemo potest accipere æternale, nisi prius temporale dimiserit. Ergo di-
mitte temporale hoc malum, vt accipias æternale illud bonum. Audite fratres & ca-
uete. Hic enim iter agimus, & in itinere positi sumus, nōdū in patriam peruenimus.
Caueamus eos qui in itinere nobis insidiantur, quia hic agunt aduersus nos ne ad
patriam nostram, id est, ad paradisum reuertamur. Terra autem ista morietium est: Psal. 26
illa vero viuentium est, de qua propheta dicebat, Credo uidere bona dñi in terra vi
uentium. In illa aūt terra semper viuetur & nunq̄ morietur. Lucet terra illa plus quā
species argenti, ubi ciues iustorū angeli sunt. Illi in terra illa gaudent, nos in terra
ista lugeamus ut ad illorū gaudia peruenire mereamur. Videte frēs: Ecce hic in itine
re positi sumus, insidiator noster diabolus aduersatur in uia, nobis quærit nocere ne
in terrā uiuētium reuertamur. Duo n. sunt pcepta dilect. ssimi quæ nobis oino sunt
obseruāda, id est, diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & dili- Mat. 22.
ges proximū tuum tanquā teipsum. In his duobus pceptis tota lex pendet & pphe-

tæ: Quicunq; enim in his duobus p̃ceptis ambulauerit, festinet in via, & perueniet ad patriam paradisi', vbi lętantur omnes sancti in gloria redemptoris sui, & laudem dicunt nomini sancto eius, qui erepti sunt de hac peregrinationis ærumna & viuũt semper in lætitia sempiterna. 242 B

Luc. 13 Sabbato quatuor temporum occurrentium post festum sanctæ crucis, homilia de eo quod scriptum est secundum Lucam, Dicebat Iesus turbis hanc similitudinẽ: Arborem fici habebat quidam, &c. quæ habetur inter sermones de uerbis domini; XXXI.

Dominica decimaoctaua, De eo quod dominus interrogauit Iudæos, cuius filium dicerent esse Christum: Sermo I.

Ser. 234 Matth. 22. INterrogati Iudæi, sicut nunc ex Euangelio cum recitaretur audiuimus, q̃o eẽt dñs noster Iesus Christus filius Dauid, quem dñm suũ dixerit ipse Dauid, respondere non potuerunt. Hoc. n. in dño nouerant quod videbant. Apparebat. n. eis filius hoĩs, occultus aũt erat filius dei. Hic est quod eum & superari posse crediderũt, 243
Mat. 37 & ligno suspensum irriserunt, dicentes, Si filius dei est descendat de cruce & credimus in eũ. Aliud videbant, aliud non cognoscebant. Si enim nõ cognouissent, nunq̃ C
1. Cor. 2 dñm gloriæ crucifixissent. Sciebant tamen xp̃m filium Dauid. Nã etiam nunc ipsum sperant esse venturũ. Latet eos q̃ uenerit, sed volentes latet. Neq; n. si pendente nõ agnouerũt, & regnante agnoscere non debuerunt. In cuius enim nomine vocantur & benedicuntur omnes gentes, nisi in eius quem putant xp̃m non fuisse? Ipse enim
Gene. 22 filius Dauid, vtiq; ex semine Dauid secundũ carnẽ filius est Abrahã. Si aũt dictum est ad Abraham, In semine tuo benedicentur omnes gentes, & uident iam in Christo nostro benedici oẽs gentes, quid expectant quod iam non venit, & non timent quod venturum est? Lapidẽ enim se dixit ipse dominus noster Iesus Christus, apphe
Psal. 117 tico ad se asserendum vtens eloquio. Lapidem autem talem, vt si quis in eum offen-
Mat. 21 derit, conquassetur, super quem autem lapis ille venerit conterat eum. Quãdo enim in eum offenditur, humilis iacet, iacendo humilis quassat offendentẽ, ueniendo excelsus conterit superbientem. Iam ergo Iudæi illa offensione quassati sunt, restat ut eius præclaro aduentu etiam conterantur, nisi forte cũ viuunt agnouerint ne moriãtur. Patiens enim est deus, & illos quotidie inuitat ad fidem. Sed cum Iudæi respondere non possent domino proponenti quæstionem & dicenti, Cuius filium dicerent 244
Christum, atq; illi responderent, filium Dauid: addenti & proponenti, quomodo er-
Mat. 22 go Dauid in spiritu vocat eum dominũ, dicens, Dixit dominus domino meo sede ad D
Psal. 109 dexterã meã, donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid, inquit, in spiritu dicit eum dominum, quo est filius eius? Non dixit, non est filius eius, sed quo est filius eius? Q̃o cũ dicit, verbũ quærentis est non negantis, tanquã si hoc eis diceret, Bene quidẽ dicitis Christũ filiũ Dauid, sed ipse Dauid dominũ eũ dicit. Quem dicit ille dominũ, quo est filius? Dicerent Iudæi si instructi essent fide Christiana,
Ioan. 1 quã nos tenemus, si contra Euangeliũ corda non clauderent, si vitã spiritalẽ in se habere uoluissent, responderent huic q̃ni & dicerent, Q̃m in principio erat verbum, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat verbũ. Ecce q̃o est dñs Dauid. Sed quia verbũ caro factum est, & habitauit in nobis: ecce q̃o est filius Dauid. Sed nescientes obmutuerunt, nec ore saltem clauso aures aperuerunt, ut quod respondere non potuerunt interroganti, nossent edocti. Sed quia magnum est nosse mysteriũ, q̃o sit dñs Dauid & filius Dauid, q̃o sit vna persona hõ & deus, q̃o sit in forma hois minor
Ioan. 14 patre, in forma dei æqualis patri, q̃o iterum dicit, Et pater maior me est, Et ego &
Ioan. 10 pater vnũ sumus: quia magnũ est sacramentũ, vt capi possit, mores informãdi sunt. Indignis enim clausum est, promerentibus aperitur. Nec lapides, nec vectes, nec pugni, nec calces sunt quibus pulsamus ad dominum. Vita pulsat, vitę aperitur. Corde 245
petitur, corde quæritur, corde pulsatur, cordi aperitur. Cor aũt hoc quod recte petit, E
recteq; pulsat, & querit, pium eẽ debet: Primo amare deũ gratis. Hęc est enim pietas: nec sibi extra illum ponere mercedem, quam expectet ex illo. Illo enim melius est

nihil. Et quid charum petit a deo, cui ipse deus uilis est? Terram dat, & gaudes, amator terræ, & factus terra. Si gaudes quando dat terram, quanto amplius gaudere debes cum seipsum dat tibi qui fecit cœlum & terram? Gratis ergo amandus est deus. Nam diabolus hoc sancto Iob nesciens quod in illo intus ageretur, magnum crimẽ obiecit dicens Nunquid gratis colit Iob deum? Ergo si aduersarius hoc obiecit, time Iob. 1
re debemus ne hoc nobis obiiciatur. Cum magno enim calumnioso habemus negocium. Si quærit fingere quod non est, quanto magis obiicere quod est? Gaudeamus tamen, quia talis est iudex qui falli ab accusatore nostro non potest. Nam si hoiem haberemus iudicem, huic quicquid vellet fingeret inimicus. Nemo est enim diabolo astutior falsa crimina ad cõfingendum. Nam & nunc omnia falsa crimina de sanctis ipse confingit. Scit suas criminationes valere non posse apud deum, inter homines il
lis spargit. Et hoc ei quid prodest, cum dicat Apostolus, Gloria nostra hæc est testi-
monium conscientię nostræ. Putatis tamen quia ille falsa crimina nulla astutia cõ- 1. Cor. 1
fingit? Nouit quid inde mali agat, nisi ei resistat vigilantia fidei. Ideo enim & de bonis mala spargit, vt infirmi non putent aliquos esse bonos, & tradant se rapiendos libidinibus & dissipandos, dicentes apud se ipsos, Quis est enim qui seruat mandatũ dei, aut quis est qui seruat castitatem? Dum putat quia nemo, ipse sit nemo. Hoc ergo agit diabolus. Sed talis erat uir Iob, de quo nihil posset cõfingere. Nota enim erat
ex nimis clara vita eius. Sed quia multas habebat diuitias, hoc obiecit. Quod & si esset, in corde esse posset, in moribus apparere non posset. Colebat deum, faciebat eleemosynas, & quod corde faciebat, nemo sciebat, nec ipse diabolus, sed deus nouerat. Perhibet deus testimonium seruo suo: diabolus calumniatur seruo dei. Permittitur ille tentari, probatur Iob, cõfunditur diabolus. Inuenitur Iob gratis colere deũ, Iob. 1.
gratis diligere. Non quia aliquid, sed quia seipsum non abstulit. Ait enim dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum. Ignis tentationis accessit, sed aurum non stipulam inuenit. Abstulit & sordes, non conuertit in cinerem. Quia ergo ad sacramentum dei intelligendum, quomodo Christus & homo & deus sit, cor mundandum est. Mundatur autem mo
ribus, vita, castitate, sanctitate, dilectione, & fide quæ per dilectionem operatur. Hoc Galat. 5.
quod loquor, totum tanquam arbor est quæ radicem habet in corde. Neque enim facta procedunt nisi de cordis radice, ubi si plantaueris cupiditatem, spinę procedunt. Statim dominus post istam quæstionem propositam Iudæis, illis respondere nõ valentibus, subiecit de moribus loqui, ut ostenderet quare illi indigni fuerit intelligere quod interrogauit. Miseri enim superbi, cum respondere non possent, utique debuerunt respondere: Nescimus nos, Migister dic nobis. Obmutuerunt in propositione, nec os aperuerunt ad inquisitionem. Et statim dominus de superbia illorum. Ca
uete, inquit, a scribis, qui amant præsidere in synagogis, & diligunt primum locum Matt. 23
in conuiuiis. Non quia accipiunt, sed quia diligunt. Hic enim cor eorum accusauit. Luc. 20
Accusator cordis aut esse non posset, nisi cordis inspector. Oportet enim ut seruo dei habenti aliquem honorem in ecclesia deferatur primus locus, quia si non defera
tur, malum est illi qui non defert, non tamen bonum est illi cui defertur. Oportet ergo ut in congregatione Christianorum prępositi plebis eminentius sedeant, ut in ipla sede distinguantur & eorum officium satis appareat, non tamen ut inflentur de
sede, sed vt cogitent sarcinam vnde redditurí sunt rationem. Quis autem nouit, vtrum hoc ament an non ament? Res ista cordis est, iudicem habere non potest, nisi deum. Ipse autem dominus admonebat suos, ne inciderent in tale fermentum, quod Mat. 16
alio loco dicit, Cauete a fermento Pharisæorum & saducæorum. Et cum putaret illi propterea hoc eum dicere, quia panes non intulerant: respondit eis, Excidit uobis quot milia saturati sunt ex quinque panibus? Tunc intellexerunt, inquit, quia fermentum doctrinam eorum dicebat. Amabant enim illi ista temporalia, æterna uero nec timebant mala, nec diligebant bona. Clauso corde intelligere non poterant quod dominus interrogauit. Quid autem faciat dei ecclesia ut possit intelligere quod prima meruit credere? Faciat capacem animum ad recipiendum quod dabitur. Quod ut fieret, id est, ut capax animus esset, dominus deus noster suspendit promissa, non abstulit. Ideo suspendit, ut nos extenda-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Ideo nos extendimus, vt crescamus. Ideo crescimus, vt attingamus. Vide Apostolum Paulum in suspensa extensum, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim: Fratres, ego me non arbitror apprehendisse. Vnum autem quę retro oblitus, in ea quæ antæ sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Ille in terra currebat, sed in spiritu ascendebat. Vide ergo extentum, vide ad suspensa pendentem. Sequor, inquit, ad palmam supernæ vocationis dei in Christo Iesu. Ambulandum ergo est, nec pedes vnguendi, nec lumenta quærenda, nec natus prouidenda. Affectu curre, amore ambula, charitate ascende. Quid quæris. Viam. Inhære Christo, qui descendendo & ascendendo seipsum fecit viam. Vis ascendere? Ascendentem tene. Tu enim per teipsum leuare te non potes, Quia nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Si nemo ascendit, nisi qui descendit: ipse autem est filius hominis domi nus noster Iesus vis & tu ascendere, membrū ipsius esto qui solus ascendit. Etenim ille caput cum cæteris membris, vnus homo est. Et cum ascendere potest, nisi qui in eius corpore membrum ipsius factus fuerit, impletur qui nemo ascendit nisi qui descendit. Non enim potes dicere, Ecce quare ascendit, verbi gratia, Petrus, quare ascendit Paulus, quare ascenderunt Apostoli, si nemo ascendit nisi qui descendit? Respondetur tibi, Petrus, Paulus, cæteri Apostoli, & omnes fideles qui audiūt ab Apostolo: Vos autem estis corpus Christi & membra ex parte. Si ergo corpus Christi & membra sunt, noli facere duos. Reliquit enim ille patrem & matrem, adhæsit vxori suæ vt essent duo in carne vna. Reliquit patrem, quia non hic se ostendit se æqualem patri. Semetipsum enim exinauit, formam serui accipiens. Reliquit & matrem synagogā, de qua carnaliter natus est. Adhesit vxori suę, ideſt, ecclesiæ suæ. Quod testimonium & ipse cum commemoraret ꝙ separari non liceret coniugium, demonstrauit, Non legistis, inquit, quia deus qui fecit ab initio masculū & fœminā fecit eos? Erunt duo, inquit, in carne vna. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Et quidem duo in carne vna. Sequitur & dicit, Igitur iam non duo, sed vna caro. Nemo ascendit, nisi qui descendit. Nam vt noueritis quia vnus homo est sponsus & sponsa secundū carnem Christi, non secundum diuinitatem: nam secundum diuinitatem quod est ille, nos esse non possumus, quia ille creator, nos creatura, ille effector, nos facti, ille conditor, nos conditi: sed vt essemus cum vllo vnum in illo, caput nostrum esse voluit accipiēdo carnem ex nobis in qua moreretur pro nobis. Vt noueritis ergo quia hoc totum vnus est Christus, per Esaiam dixit, Sicut sponso alligauit mihi mitram, & sicut sponsam induit me ornamento. Ipse sponsus, ipse sponsa, ipse plane sponsus in capite, sponsa in corpore. Erunt, inquit, duo in carne vna. Et non iam duo, sed vna caro est. Itaq; ad membra ipsius pertinentes, vt hoc sacramentum intelligamus, vt dixi fratres pie viuamus, deum gratis diligamus. Ipse autem qui ostendit peregrinantibus formam serui, seruat peruenientibus formam dei. De forma serui straui viam de forma dei condidit patriam. Quia ergo multum est ad nos capere hoc, sed nō est multum credere hoc. Nisi enim crediderit is ait Esaias, non intelligetis: ambulemus per fidem quādiu peregrinamur a domino, donec ad speciem, peruenia mus, vbi videbimus facie ad faciem. Et ambulantes per fidem, bene operemur. In bonis operibus gratuita sit dilectio dei, benefica sit dilectio proximi. Deo enim quod præstemus non habemus: sed quia proximo habemus quod præstemus, præstando indigenti promerebimur abundantem. Inde vnusquisq; quod habet præstet alteri. Quicquid plus habet plus largiatur inopi, Alius habet pecuniam, pascat pauperem vestiat nudum, ædificet ecclesiam, operetur de pecunia quicquid boni potest. Alius habet consilium, regat proximum, pellat tenebras dubitationis luce pectoris, Alius habet doctrinā, eroget de cellario dñi. ministret conseruis cibaria, confortet fideles, reuocet errantes, quærat perditos, quātum potest faciat, Est quod sibi pauperes etiā erogent, alius claudo pedes accōmodet, alius cæco suos oculos duces præbeat, Alius visitet infirmum, alius sepeliat mortuum, Sunt ista in omnibus, vt prorsus difficile inueniatur aliquis qui non habeat vnde alteri aliquid præstet, Et illud extremum & magnum quod ait Apostolus, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Ioan. 3.
Cri. ro. 12
Ephe. 5
Philip. 2
Mat. 19
Ioan. 3
Esaiæ. 61
Ephe. 5
Esai. 7
2. Cor. 5
1. Cor. 13.

242 K
243 L
244 M
245 A

In eadem dominica, de eodem de quo supra, Sermo. II.

QVæstionem propositam Iudæis, debent soluere Christiani. Dominus enim Iesus Christus qui eam Iudęis proposuit, ipse non soluit Iudæis, nobis autem soluit. Et cōmemorabo charitatem vestram, & inuenietis, quia soluit, primo nodū videte quęstionis. Quæsiuit a Iudæis quid eis videretur de Christo, cuius esset filius, quia & ipsi sperant Christum. In Prophetis legerunt, venturum expectauerunt, præsentem occiderunt, quia vbi legebant venturum Christum, ibi legebant quia occisuri erant Christum. Sed illius futurum aduentum sperabāt in Prophetis, nam futurum suum facinus non uidebant. Sic ergo eos interrogauit de xpo non quasi de incognito, aut cuius nomen nunquam audissent, aut cuius aduentum nunquam sperassent. Nam quoniam adhuc eum sperant ideo errant. Equidem & nos speramus eum, sed venturum iudicem, non venturum iudicandum. Prophetæ autē sancti vtrunq; prophetauerunt. Venturum eum iniuste prius iudicandum, venturū postea iuste iudicaturum. Quid ergo, inquit, vobis videtur de Christo cuius filius est? Resdonderunt illi, Dauid. Prorsus de scripturis. Qūo Dauid in spū vocat eū dominū? dicēs, Dixit dominus domino meo sede a dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum, qūo filius eius est? Mic cauendum est ne putetur xps se negasse filium esse Dauid. Non se filium Dauid negauit, sed modum quęsiuit. Dixistis filium esse Dauid, non nego: sed si ille eū dominū vocat, dicite mihi qūo sit filius, qui est dominus? Dicite qūo? Ii non dixerunt, tacuerūt. Dicamus & nos, exponēte ipso Christo. Vbi? Per Apostolū suum. Prius inde probemus, quia ipse Christus exposuit. Apostolus dicit, An uultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Ergo per Apostolū istam dignatus est soluere quæstionem. Primum per Apostolum loquens Christus, qui dixit ad Timotheum? Memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum. Ecce Christus filius est Dauid: Quomodo est & dominus Dauid? Dic Apostole, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Agnosce dominū Dauid. Si agnoscis dominū Dauid, dominum nostrum, dominū cœli & terræ, dominū angelorū, æqualē deo in forma dei. Si agnoscis vnde filius Dauid, attende quod sequitur. Apostolus dominum Dauid tibi ostenderet dicendo, Qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualis deo. Filius Dauid unde? Semetipsum exinauiuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem mortem autem crucis: Propter qđ & deus illum exaltauit. Refurrexit xps ex semine Dauid, filius Dauid, qa exinaniuit se. Qūo exinauit? Sumēdo qđ nō erat, nō perdēdo qđ erat. Exinaniuit se, humiliauit se. Cū esset deus homo apparuit. Contēptus est in terra ambulās qui cœlū fecit. Cōtemptus est quasi homo, quasi nullius virtutis. Nō solū contemptus, sed insuper & occisus. Lapis erat iacens, offenderunt in eum Iudęi, & quassati sunt. Quid aūt ait ipse? Qui offenderit in lapidē istū, cōquassabitur. Sup quē venerit lapis iste, cōteret eū. Prius iacuit & offenderunt. Veniet desuper, & cōteret quassatos. Accepistis & filiū Dauid, & dīm Dauid. Dominū Dauid semp, filium Dauid ex tempore. Dīm Dauid natum de substantia patris: filiū Dauid natum ex Maria uirgine, conceptū de spiritusancto. Vtrunq; teneamus. Vnū horū nobis erit habitatio æterna, alterum horum nobis est a peregrinatione liberatio. Dominus. n. noster Iesus xps nisi dignatus esset fieri homo, perisset homo. Factus est qđ fecit, ne periret quod fecit. Homo uerus, deus uerus, Deus & homo totus xps. Hæc est catholica fides. Qui negat dominū xpm? Potinianus. Qui negat hoiem Christum? Manichæus. Qui confitetur dominū æqualem patri Christum & hominem uerū, passum uere, sanguinem fudisse uerū, Non enim ueritas nos liberaret, si falsum pretium pro nobis daret: Vtrunq; qui confitetur catholicus est. Habet patriā, habet uiam. Habet patriā, In principio erat uerbum. Habet patriam. Cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse æqualis deo. Habet uitam, Semetipsum exinauit, formā serui accipiens. Ipse patria quo imus, ipse uia qua imus. Per ipsum ad ipsum eamus, & non erramus.

Mat. 22.
Luc. 2
Ioan. 1
Philip. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Item in eadem dominica, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum
Mat. 22. Matthæum. Accesserunt ad Iesum pharisęi, Et interrogauit eum unus ex legis doctoribus & cætera, quæ habetur in libro quinquaginta Homiliarum. XXXVIII. 243 F

Dominica decimanona, De eo quid sit homini facere bonum. Sermo. I.

Ser. 236 LEctiones diuinorum eloquiorum cum recitarentur audiuimus, Ea nobis est materies loquendi proposita, inde sapere debemus, inde seminare quod sapimus,
adiuuante illo, in cuius manu sunt, sicut scriptum est, & nos & sermones nostri. Nec
Psal. 55. frustra alio loco scriptum est, Laudabo sermonem, in domino laudabo verbum. Hoc laudatur in domino quod dat dominus. Quauis ergo infirmi simus, vasa tamen sumus eius, capimus quantum possumus communicamus sine liuore quod capimus.
Suppleat ille in cordibus vestris quod nos minus fecerimus, quia & quod operamur in auribus vestris, quid est, nisi totum ille agat in cordibus vestris. Lectio prima pro
Miche. 6 phetica quid nobis commendauerit, me commemorante recolite. Quid dignum, inquit, offeram domino? Quærebat homo sacrificium quo placaret deum, vel quo placeret deo, Curuabo, inquit, genu deo excelso, placabo eum in milibus taurorum, aut
in denis milibus caprarum pinguium, aut offeram deo fructum ventris mei pro pec
cato animę meæ? Respondetur ergo tibi o homo. O homo a quo respondetur, nisi a
243 quo factus es homo? Respondetur ergo o homo quærenti quid offeras deo, & vnde G
places dominum, vel vnde placeas deo. Respondet tibi quid sit bonū: aut quid aliud
Psal. 72. dominus exquirat a te, nisi vt facias iudicium & iustitiam, & diligas misericordiam, paratusq; sis ire cum domino deo tuo? Quęrebas quid offerres pro te, Offer te. Quid
enim dominus quærit a te, nisi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius fecit
te. Quærit te a te, quia tu perdideras te. Si autem facias quod iussit, inuenit in te iudicium & iustitiam. Iudicium primo in teipso, iustitiam ad proximum tibi. Qūo iudicium in teipso? Vt displiceas tibi quod eras, & possis esse quod non eras, Iudicium,
inquam, de teipso sine acceptione personæ tuæ, vt non parcas peccatis tuis, nec ideo
tibi placeant quia tu facis. Nec te laudes in bonis tuis, & deum accuses in malis tuis.
Hoc enim est peruersum iudicium. & ideo nec iudiciū. Vt. n. ostenderet deus peruersum iudicium nō esse iudicium, non ait, quid dominus quærit a te, nisi facere rectū
iudicium: sed facere, inquit, iudicium. Si enim rectum, tunc iudicium. Si autem
peruersum, non iudicium, sed vitium. Quid ergo faciebas quando te perdideras,
& post tuam perditionem ibas? Ibas & non redibas. Quid faciebas? Scio quid fa- 243
ciebas. In bonis tuis te laudabas, in malis tuis deum blasphemabas. Hoc est peruer- H
sum iudicium, & ideo, vt dixi, nec iudicium. Vis ergo facere rectum iudicium.
Hoc est iudicium, illud quod faciebas, corrige præpostera & rectum erit. Quid est
corrige? Deum lauda in bonis tuis, te accusa in malis tuis. Cum tibi ergo peruersus
displicuerit, teq; illo qui creauit adiuuante correxeris, rectus seruabis iustitiam. Placebit. n tibi deus, si rectus fueris. Non discrepabis a recto, nisi prauus atq; peruersus.
Rectus aūt recto cōueniens, & sine dubio tibi placebit deus. Quādo. n. displicebat,
peruersitati tuæ displicebat. Audi sanctū psalmū, Quā bonus Israel deus rectis corde. Iste qui hoc dicit in psalmo, displicuerat illi deus? Absit a me vt arguam, & non potius confitenti credam. Ecce audite mecum, & considerate quid dixerit. Quā bonus
deus, inquit, Israel. Quibus? Rectis corde. Mei autem, inquit, quando nō eram rectus
corde, mei autem pene cōmoti sunt pedes, paulo minus effusi sunt gressus mei. Quid
est, commoti sunt pedes? Hoc est, effusi sunt gressus mei. Quid est pene, hoc est paulo
minus. Quid itaq; ait pene? Paulo minus commoti sunt pedes mei, effusi sunt gressus mei. Pene, inquit, lapsus sum, pene cecidi. Vnde in tm periculū peruenisti? Quia
zelaui, inquit, in pctōribus, pacē peccatorū intuens. Zelaui, inquit, in pctōribus, in
Vbi sup. tuens pacem pctorū, hoc est, malos hoīes videdo fœlices, titubaui sub deo, Pene cecidi a deo. Ecce vnde illi displicuerat deus, quare mali habent bona? Deniq; videte ver- 243
ba titubantis, quæ apud se dixerit, Ecce ipsi peccatores. In ipso psalmo verba sunt I
titubantis, Ecce ipsi peccatores in seculo obtinuerunt diuitias, & dixi, Quomodo scivit deus? Ipse dicit in psalmo, ipse loquitur, cui nondum recto deus displicuerat qđ

mali abundarent bonis. Quomodo, inquit, sciuit deus, & si est scientia in altissimo? Videte adhuc quid adiungat. Videte quemadmodum titubando propinquet casui, & sit vicinus perditioni. Videte, inquam, quid adiūgat. Nunquid vane iustificaui cor meum, & laui in innocentibus manus meas? Perdidi, inquit, totum quod bene vixi. Iustificaui cor meum, laui in innocentibus manus meas, ad hoc vt mali sine fœlices & ego tribuler, Et fui inuuit, flagellatus tota die. Gaudent illi, & ego flagellor. Gaudent qui blasphemant deum, flagellor qui colo deum. Qūo sciuit deus? Hinc titubauit, hinc pene cecidit, hinc putauit ad deum res humanas non pertinere. Cum ergo hoc putaret, nō rectō sed peruerso corde, & quasi verisimili ratione duceretur pp istā inconuenientiā credere ad deum gubernatiōnem rerum humanarum nō pertinere, placuerat illi sic prędicare, hoc asserere, hoc docere, Reuocatus est sanctorum authoritate. Videte. n. verba eius. Si dicebā, inquit, Si dicebam narrabo, sic p̄dicabo, sic docebo, sic dicam hominibus, ad deū curam rerum humanarum non pertinere. Si dice- Psal. 27
bam, narrabo sic, Ecce generationem filiorum tuorū reprobaui. Qūo ergo narrabo sic? Non sic narrauit Moyses, non sic narrauit Abraham, Isaac, & Iacob, non sic narrauit Hieremias, non sic Esaias, non sic cæteri prophetę. Isti autē oēs filii tui. Ego ergo si narrabo sic, generationem filiorum tuorum reprobabo. Quid ergo faciam? Suscepi, inquit, cognoscere. Suscepi, inquit, cognoscere, sed magnum est cognoscere. difficile est cognoscere. Hoc. inquit, posteaquam dixit, Suscepi cognoscere, hoc labor est
ante me Quomodo cognoscam & iustum deum esse, & res humanas nosse, & peruersis bene esse, rectis male aliquando esse. Quomodo sit iustum suscepi cognoscere & labor est ante me. Quousq; labor? Donec introeam in sanctuarium dei, & intelligam nouissima. Intra ergo in sanctuarium dei anima fidelis, intra in sanctuarium dei anima pia, cui non displicet deus in malis tuis, & in bonis malorū cui nō displicet deus. Et si nescis qua ratione fiat, crede non iniuste fieri quod finit aut facit deus. Humana ratione ducebaris, diuina authoritate reuocare, & crede aliquid ibi esse qđ te latet. Nam deum peruersum & iniquum nō posse esse. sic intrans fide in sanctuarium dei, intrans credendo discis intelligendo. Sic enim ait, Donec iutroeam in sanctuariū dei. Quo intrat fides, & post fidem quid? Et intelligam nouissima. Venient nouissima, quando nulli bono erit male, nulli malo erit bene. Venient, inquā, nouissima, quado discernentur pii ab impiis, iusti ab iniustis, laudatores dei a blasphematoribus dei. Venient quādo discernentur, vt nulli, sicut dictū est, bono sit male, nulli malo sit bene. Quare ergo modo non sic? Forte & modo sic: Sed qđ nunc est in occulto, post erit in manifesto. Ingredere mecū, si potes, in sanctuarium dei, forte ibi si possum docebo te, immo disce mecum ab eo qui docet me, etiam nunc non malis esse bene, & melius esse bonis quā malis, quāuis nōdū venerit bonorū fœlicitas, nondumq; venerit malorum pœna nonissima, Forte intelligas mecum nō esse bene malis, Rogo enim te & quæro abs te, tibi quare male est? Respōsurus es, Egestas angit, premit difficultas, dolor fortasse membrorū, timor ab inimico, Tibi ideo male est, quia pateris mala & bene est illi qui est ipsum malū? Multū interest inter malum esse & malū pati, Tu quod pateris no es, Malū enim pateris, sed tu malus nō es, Ille aūt malū non patitur & malus est, Noli ergo falli, nō falli, Nō potest fieri vt tibi male sit, quia pateris malū, & illi bene sit, quid est malus, Cum enim est malus, putas quia non patitur malum, cum patitur seipsum? Tibi male est, quia malū alienum pateris in corpore tuo, & illi bene qui malum seipsum patitur in corde suo? Tibi male est, quia malam habes villam, & bene est illi qui malā habet animā? Esto bonus qui habes bona. Bonę sunt diuitiæ, bonum est aurū, bonę familiæ, bonæ possessiones, Oīa ista bona sunt, sed vnde facias bene, non quæ te faciant bonum, Habeto bona quæ te faciāt bonum, Quę sunt, inquis, ista? Fac iudicium, fac iustitiam, bona sunt quæ habes. Fac iudicium, fac Miche. 6
iustitiam, Esto & tu bonus inter bona tua. Erubesce bonis tuis, Esto bonus mansurus inter bona peritura, Erubesce bonis tuis. Noli esse malus in eis, ne pereas cū eis.
Cætera qūo se habeant fratres charissimi, qūo sit seruanda iustitia, & qūo diligenda misericordia, & qūo debeat quisque paratus esse ire cum domino suo, alio tēpore donante domino disputabimus vobis, Tenete me debitorem, ne diu habeatis fatigatorem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In eadem dominica, Sermo habitus ad mensam sancti Cypriani in die dominico, de iustitia, Sermo II.

Ser.237 LEctiones sanctas plures cum recitarentur audiuimus, & de his nos oportet dicere, quod dominus fuerit donare dignatus. Sed lectionem omnis auditor quod recentius rectum est magis meminit, & vt inde aliquid a tractatore verbi dicatur expectat. Cum ergo in vltimum sit sanctum Euangelium recitatum, non dubito expectare charitatem vestram, vt de ista vinea, & de conductis, & de mercede denarii aliquid audiatis. Sed ego memini superiore dominico quid promiserim. Cum enim de sancto propheta quod lectum fuerat aliquid exponere voluissem, lectum aurē fuerat quærenti homini, quibus sacrificiis placaret deum, renunciatum est nihil ab illo deum quærere, nisi facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, paratūq; esse ire cum domino deo suo: tractaui quantum potui de iudicio, tantūq; sermo productus est, vt non remaneret tempori spatium quo possem de ceteris disputare. Vnde me promisi hodierno die de iustitia esse dicturū. Sed qui expectabatis ut de Euangelio loquerer, nolite vos putare fraudatos. Opus enim in illa uinea, ipsa est iustitia. Putare ergo vos esse conductos. Qui pueri venerunt, prima hora se adductos putēt: qui adolescentuli, tertia: qui iuuenes, sexta: qui grauiores, nona: qui decrepiti, undecima. De tempore nolite causari. Opus quod faciatis audite, mercedem securi expectate. Et si attenditis, dominus vester qualis est, nolite inuidere si merces æqualis est. Quod est opus nostis, sed cōmemorabo. Audite quod nostis, & facite quod audistis. Diximus opus dei esse iustitiā. Interrogat⁹ aūt dns Iesus qd eēt opus dei, rndit, hoc ē op⁹ deivt credatis in eū quē ille misit. Poterat dicere, Iustitia est opus dei. Nūquid ergo nos p̄sumere aliquid conducti contra patremfamilias ausi sumus? Si iustitia est opus dei, sicut ego dixi, quomodo erit opus dei quod dominus dixit, vt credatur in eum, nisi ipsa sit iustitia credere in eum? Sed ecce, inquis, a domino audiuimus, Hoc est opus dei, vt credamus in eum: a te audiuimus q̄ opus dei sit iustitia. Proba nobis credere in Christum hanc esse iustitiam. Videtur mihi quoniā iam respondeo quærenti, & iusta flagitāti, videtur tibi credere in xp̄m nō esse iustitia? Quid ē ergo? Impone huic opi nomē. Proculdubio si bn̄ cōsideras q̄d audisti, rn̄surus es mihi, Ista fides vocatur, credere ī xp̄m fides vocatur. Accipio q̄d dicis, credere ī xp̄m fides vocatur. Audi & tu aliū scripturę locū, Iustus ex fide uiuit. Difficile est vt male uiuat, q̄ bene credit. Credite ex toto corde, credite non claudicātes, nō hæsitātes, nō contra ipsam fidē humanis suspitionibus argumentantes. Fides appellata est ab eo quia fit q̄d dicitur. Duæ syllabę sonant, cum dicitur fides. Prima syllaba est a facto, secunda a dicto. Interrogo ergo te vtrum credas? Dicis, Credo. Fac quod dicis, & fides est. Ego enim respondentis vocem audire possum, cor credentis videre non possum. Sed nunquid ego ad vineam conduxi, qui cor videre non possum? Nec ego conduco, nec opus iudico, nec ego denarium mercedem p̄paro. Cooperarius vester sum. Pro uiribus quas ille donare dignatur, in vinea laboro. Quo autem animo laborem, qui me conduxit videt. Mihi enim ait Apostolus, minimum est ut a uobis iudicer. Et uos vocem meā potestis audire, non potestis cor videre. Omnes cor nostrum deo videndum proponamus, & opus ex animo faciamus. Conducentem non offendamus, vt libera fronte mercedem accipiamus. Et nos charissimi uidebimus inuicem corda nostra, sed postea: nunc autem adhuc tenebras mortalitatis huius circūferimus, & ad lucernā scripturæ ambulamus, sicut dicit Apostolus Petrus. Habemus certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis, intendentes tāquam lucernæ in obscuro loco donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris. Proinde charissimi propter ipsam fidē qua credimus in deum, in comparatione infidelium dies sumus. In infidelitate nos cum ipsis fuimus, modo lux, dicente Apostolo, Fuistis aliquādo tenebræ, nunc autē lux in domino. Tenebrę in nobis, lux in domino. Item in alio loco, Omnes enim uos filii lucis estis, & filii dei. Non sumus noctis, neque tenebrarum, sic vt in die honeste ambulemus. Dies ergo in comparatione infidelium, In comparatione uero illius diei quando resurgent mortui, & corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induetur immortalitatem, adhuc nox sumus. Nobis tanquam iam in

Mat.20 Mch.6. Matt.o 2 Ioan.16. Abac.2. Roma.1. Fides a facto & dicto. 1.Cor.4. 2.Pet..1 Ephes.5. 1.Thel.5. Rom.13. 1.Cor.15.

die dicit Apostolus Ioan. Dilectissimi, filii dei sumus. Et tn̄ quia adhuc noxest, q̄d sequtur? Et nōdū apparuit q̄d erimus. Scimus q̄m cū apparuerit, similes ei erimus, q̄m videbimus eū sicuti est. Sed ista merces est nō op⁹, Videbim⁹ eū sicuti est ipa merces. Tūc erit dies, quo clarior esse nō possit. Nūc ergo in isto iā die honeste ambulemus. In ista adhuc nocte non deinuicem iudicemus. Videte enim & ipsum Apostolū Paulum, qui dicit, Sic vt in die honeste ambulemus, non resultare, neq; dissonare a coapostolo suo Petro, qui dicit, Cui benefacitis, intendentes sermoni. s. diuino, tanquā lucernæ in obscuro loco, donec dies lucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Videte hoc ipsum dicentem & Apostolum Paulum, Itaque nolite ante tempus q̄quam iudicare. Et quando erit tempus? Donec veniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; a deo. Quid est ante tempus, nisi antequam corda inuicem videatis? Intendite si hoc est quod dixi, omnia verba ipsius sententiæ paulisper audite. Nolite ante tempus q̄cq̄ iudicare. Et quando erit tempus? Donec veniet dominus & illuminet abscondita tenebrarum & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; a deo. Quo te reprehendent tenebræ, quando a luce laudaberis? Tunc patebunt corda, modo latent. Suspectus est nescio quis quasi inimicus, & forte est amicus. Videtur alter quasi amicus, & est forsitan occultus inimicus. O tenebræ, sæuit & amat, blanditur & odit. Si ex uocibus iudico tranquillum, vitans scopulum incurro. Fugio amicum, hæreo inimico. Hoc fecit cor latens. Ibi credendū est, ibi intus, vbi occultum est. Ad hoc excolendum conductus es: Ibi credendo cooperare, vbi te non videt cooperarius tuus, sed uidet te dominus tuus. Iustus ex fide viuit. Hoc age, Iam de iudicio priore dominico disputaui, vt iudicares teipsum, & cum te inuenires peruersum, non tibi blandieris, sed corrigeres te, & fieres rectus, & tibi placeret deus rectus. Nam rectus deus peruerso nō placet. Vis vt placeat tibi rectus deus, esto rectus. Iudica teipsum, noli tibi placere. Quod tibi in te merito displicet, castiga, emenda, corrige. Scriptura sancta sit tibi tanquam speculum. Speculum hoc habet splendorem non mendacem, splendorem nā adulantem, nullius personam amantem. Formosus es, formosum te ibi vides. Fœdus es, fœdum te ibi vides. Sed cum fœdus accesseris, & fœdum te ibi videris, noli accusare speculum. Ad te redi, non te fallit speculum, tu te noli fallere. Iudica de te, contristare de tua fœditate, ut cum abieris & discesseris tristis, fœdus, correctus, possis redire formosus. Cum ergo iudicaueris teipsum, sine adulatione iudica, & proximum cum dilectione. Est enim quod iudices, ad quod uides. Fieri.n. pōt vt aliquid mali videas vnde sordescas. Fieri potest vt malum suum ipse proximus tuus tibi confiteatur, & prodat amico quod texerat inimico. Quod uideris iudica quod non vides deo dimitte. Quando autem iudicas, dilige homines, oderis vitium. Noli ꝓpter hominem diligere vitium, nec ꝓpter vitium odisse hominem. Homo, proximus est tuus. Vitium inimicum proximo tuo. Tunc amas amicum, si oderis quod nocet amico. Si credis facis, quia iustus ex fide viuit. Quod abundat in rebus humanis, hoc dico. Aliquando amico tuo charissimo inimicus est aliquis qui erat amicus amborum. Incipiunt esse de tribus amicis duo inter se inimici, quid faciat medius q̄ remāsit? Vult, exigit, flagitat a te ut oderis cum illo quem odisse cœpit, & hæc verba tibi dicit, Nos es amicus meus qui es amicus inimici mei. Quæ uox huius est ad te, ipse est & illius ad te. Tres enim eratis, Tres eratis, duo cœperunt esse discordes, remansisti tu. Si huic te iunxeris, illum habebis inimicum: si illi, istum: si ambobus, ambo murmurabunt. Ecce tentatio, Ecce spinæ in vinea quo conducti sumus. Expectas forte a me audire quid facias. Permane amicus amborum. Qui discordant in te, concordent per te. Mala si quæ audis ab altero de altero, noli prodere alteri, ne forte sint postea amici qui modo sunt inimici & proditores suos prodant sibi. Sed hoc ꝓpter homines dixi, non propter oculos eius qui nos cōduxit. Ecce nemo te prodit. Audisti, deus videt qui te iudicet. Audisti ab irato uerbum, a dolente, a succensente, moriatur in te. Quare proditur, quare profertur Non enim si in te fuerit dirumpet te. Dic sane amico tuo, qui vult te facere inimicum amici tui. Alloquere etiam, ægrotantem animum medicinæ lenitate pertracta. Dic illi, Quare uis vt sim inimicus illius? Respondet, Quia inimicus meus est. Vis ergo ut sim inimicus inimici tui? Ini-

1.Ioan.3 Rom.13 1.Pet.1. 1.Cor.4 Abac.2. Roma.1. Abac.2. Roma.1. Eccl.19

Universidad de Deusto
Biblioteca

micus esse debeo vitii tui. Iste cui me vis facere inimicum, homo est. Est alius inimicus tuus, cui debeo esse inimicus, si amicus sum tuus. Respondebit, Quis est alius 144
inimicus meus? Vitium tuum. Respondebit. Quod est vitium meum? Odium quo I
udisti amicum tuum. Esto ergo similis medico. Medicus non amat ęgrotãtem, si nõ
odit ægritudinem. Vt liberet ægrotum, persequitur febrem. Nolite amare vitia amicorum vestrorum, si amatis amicos vestros. Sed cui dico? Putasne facio ipse quod dico? Fratres mei facio in me. Prius facio. In me autem facio, si a domino accipio, facio.
Odio vitia mea, cor meum sanandum offero medico meo. Persequor ea quantum
possum, gemo de illis, confiteor, quia sunt in me, & ecce accuso me. O qui me reprehẽ
debas, corrige te. Hæc est iustitia, ne dicatur nobis, Stipulam in oculo fratris tui vides, & trabem in oculo tuo non vides? Hypocrita, Eiice primum trabẽ de oculo tuo,
& tunc uidebis eiicere festucam de oculo fratris tui. Ira, festuca est. Odium, festuca
Ephes. 4 est. Sed nutris festucam, fit trabes: ira inueterata fit odium, festuca nutrita, fit trabes.
Vt ergo festuca non fiat trabes, non occidat sol super iracundiam vestrã. Vides, sentis te odio liuentem, & reprehendis irascentem? Tolle odium, & recte reprehẽdis. Ira
est in oculo eius, in tuo trabes. Nam si odisti tu, quomodo uides cum trabe? Trabes
est in oculo tuo. Quare trabes est in oculo tuo? Quia festucam ibi natam contempsi
sti. Cum illa dormisti, cum illa surrexisti. Eam in teipso excoluisti, falsis suspitioni- 144
bus irrigasti, verba adulantium & ad te mala uerba de amico deferentium credendo nutristi. Festucam non auulsisti, diligentia tua trabem fecisti. Tolle trabem de
oculo tuo, noli odisse fratrem tuum. Expauescis an non. Expauescis, dico tibi, noli
odisse & securus eris. Et respondes mihi, & dices mihi, quid est odisse? Et quid mali
est, quia odit homo inimicum suum? Odisti fratrem tuum, sed si odium contemnis,
1. Ioan. 3 audi quod non attendis, Qui odit fratrem suum, homicida est. Qui odit, homicida
est. Nũquid modo potes dicere, quid ad me ut homicida sim? Qui odit homicida est.
Non venenum parasti, non ad percutiendum inimicum cum gladio processisti, non
ministerium sceleris præparasti, non locum, non tempus, postremo ipsum scelus nõ
fecisti. Tantum odisti, & prius te q̃ illum occidisti. Discite ergo iustitiam, ut nõ oderitis nisi uitia homines ametis. Hoc si tenueritis, & hanc iustitiam feceritis, ut homines etiam vitiosos sanari malitis potius quàm damnari, bonum opus in vinea fecistis. Sed exercete uos in hoc fratres mei. Ecce post sermonem fit missa catechumenis.
Mat. 6 Manebunt fideles, venietur ad locũ orationis. Scitis quo accessuri sumus, quid prius
deo dicturi sumus? Dimitte nobis, debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
nostris. Agite ut dimittatis, agite. Venietis enim ad ista verba orationis, quomodo ea 144
dicitis, quomodo non dicitis? Postremo interrogo, Dicitis, an non dicitis? Odisti, & L
dicis? Respondebis mihi, Ego non dico. Oras, & non dicis? Odisti, & dicis. Oras, & nõ
dicis? Cito respondeo, Ergo si dicis, mentiris. Si non dicis, nihil mereris. Obserua te,
attende te. Modo es oraturus, dimitte ex toto corde. Litigare uis cum inimico tuo,
prius litiga cum corde tuo. Dic cordi tuo, Noli odisse. Illud autem cor tuum, animus
tuus odit adhuc. Dic animæ tuæ noli odisse. Quomodo orabo, quomodo dicam, Dimitte nobis, debita nostra? Possum quidem hoc dicere, sed quod sequitur quomodo
dicam? Sicut & nos. Quid? Sicut & nos dimittimus. Vbi est fides? Fac quod dicis, Sicut & nos. Et non vult dimittere anima tua, & contristatur, quia dicis ei, Noli odisse.
Psal. 41 Responde illi, Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Quare conturbas
me? Quare tristis es? Noli odisse, ne perdas me. Quare conturbas me? Spera
in deo. Langues, anhelas, ægritudine sauciaris, nõ potes tibi tollere odium. Spera in
deũ, medicus est, pp te pependit in ligno, & nondũ est uindicatus. Quid uis uindicari? Ideo enim odisti ut uindiceris dñm tuũ, videpẽdentẽ. Vide pendentem, & tibi de
ligno tanquam de tribunali præcipientem. Vide pendentem, & tibi languenti de
suo sanguine medicamentum facientem. Vide pendentem, si uindicari uis. Vindi-
Luc. 23 cari uis, uide pendentem, audi precantem, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid fa- 144
ciunt. Sed potuit hoc facere dicis mihi, ego non possum. Ego enim hõ sum, ille deus, M
hõ ego hõ, ille deus hõ. Deus ergo ut quid hõ si non corrigitur hõ? Sed ecce tibi loquor o homo, multum est, ad te imitari dominum tuũ, attẽde Stephanũ conseruũ
tuum. Certe Stephanus sanctus, homo erat an deus? Et homo erat. Planè homo

erat, hoc erat quod tu. Sed quid fecit, non fecit nisi donante illo quẽ rogas & tu. Videtamen quid fecerit. loquebatur Iudæis, fæuiebat & diligebat. Vtrunq; ostendere
debeo, quia dixi, fæuiebat, dixi, & diligebat. Vtrunq; debeo demonstrare, & fæuiem & diligentem. Audi fæuientem, Dura ceruice. Verba sunt sancti Stephani quando loquebatur Iudæis, Dura ceruice, & in circuncisi corde & auribus, vos semper
restitistis spiritui sancto. Quem prophetarum non occiderunt patres vestri? Audisti fæuientem. Alterum debeo, audi & diligentem. Irati illi facti, & grauius inardescentes, & mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt, dei famulum lapidare
cœperunt. Hic proba sancte Stephane dilectionem tuam, hic te videamus, hic spectemus, hic victorem diaboli triumphatorem q̃ cernamus. Audiuimus fæuientem
aduersus tacentes, videamus si diligis fæuientes. Sæuiebas aduersus tacentes, videamus si diligis lapidantes. Si. n. odisti, & odisse potuisti, nunc est tempus quando
lapidaris, tunc maxime odisse debes. Videamus si reddis duritiam cordis lapidibus
duris, lapidibus qui te lapidant. Lapides. n. mittunt lapides, dura duri. Qui in lapidẽ
legem acceperunt, lapides mittunt. Videamus charissimi, videamus, spectemus ma
gnum spectaculum. Expectemus & diei crastino proponendum. Videamus, Ecce Ste
phanus lapidatur, sit constitutus quasi ante oculos nostros. Eia membrum Christi,
eia athleta Christi, inspice illum qui pro te pependit in ligno. Crucifigebatur ille, tu Lucæ. 23.
lapidaris. Ille dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tu quid dicis? Audiam, uideam, teneam, forte possum imitari uel te. Primo beatus Stephanus stans
orauit pro se & ait, Domine Iesu, accipe spiritum meum. Deinde positis genibus pro Acto. 7.
lapidatoribus orans, Domine, inquit, ne statuas illis hoc peccatum. Hoc dicto obpor
miuit. O fœlix somnus, & requies vera. Ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Sed paululum quæso te o sancte Stephane, expone mihi hoc, hoc nescio quid, qua
re pro te stans orasti, & pro inimicis genu flexisti? Responderet fortasse quod intelligimus. Pro me stans oraui, quia pro me qui recte deo seruiui, orando & impetrando non laboraui. Pro me non laboraui, quia qui pro iusto orat, non laborat, ideo
stans pro se orauit. Ventum est vt oraret pro Iudæis, pro interfectoribus Christi,
pro interfectoribus sanctorum, pro lapidatoribus suis, attendit nimiam & magnã
esse impietatem ipsorum quæ difficile donari posset, & genu fixit. Fige genu in hac
vinea fortis operator, Fige, inquam genu in opere huius vineę, fortissime operare.
Magnum opus tuum, egregium & laudandum multum. Multum altum fœdisti, qui
odium inimicorum de corde exuisti, Conuersi ad dominum &c.

Dominica vicesima, De bono disciplinæ. Sermo I. Ser. 238.
quęre Tomo IX. fol. 206. col. 2.
In eadem dominica, De disciplina Christiana: Sermo II. Ser. 239.
quęre Tomo IX. fo. 197.

Dominica vicesima prima, De tribus pueris misis in fornnacem ignis. Sermo I. Ser. 240.
IVbet tyrannus fornacem incendi, & quantum ipse ignè furoris ardebat, tanto Danie. 3.
sanctiores pueros consummabat. Nunc vndantis fumi densitate cœlum contegitur, nunc horrifico sonitu Chaldęi cuncti terrentur, vt magnitudo diuinæ seueritatis per supplicia monstraretur. Sęuiebat violentus inimicus supplicium suis
famulis quæsiturus. Sæuiebat, non vt iustos trucidaret, sed vt suis interitum procuraret. Sæuiebat, non ut crescerent pœnarum augmenta, sed vt cunctis monstraretur diuina potestas, vt dum impij supplicijs gloriarẽtur, flãmarũ impetu vorarentur. Sæuiebant scelerati Chaldęi supplicijs pñtibus perituri, & futurorũ ignari minis tri iussa accelerãt, parãt incendia, flãmas exaggerant. Crudelitas eius posidet mentem, sęuitia imutat voluntatẽ. In fornacẽ missi sunt sancti, fugiunt flãmæ, cedunt
ignes, incẽdia expauescunt. Timẽt ignes lædere, quos fuerãt iussi incolumes reser- Danie. 3.
uare. O ñdum iustorũ meritũ, dũ tyrãni contẽnunt imperiũ. Licet sanctis cũ igne iocari qbus cũ hoibus non licuit cõmorari. Licuit in fornace deũ venerari, que apud
hoies nõ licuit honorari. Licet flãmarũ mereri obsequia, qui nõ meruerãt Caldęorũ
supplicia. Licet ignib⁹ cõseruari illęsos, quos tyrãnus dederat exurẽdos. Licet i pœna
esse securos, quos extra pœnã nõ licuit esse intactos, ut ibi iterit⁹, ibi sal⁹, vbi suppli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cia ibi inuenirentur refrigeria. Accipe hostis à supplicijs exẽplum qui humanitatis, perdidisti consilium. Fugiunt ignes iustos, quos iniuste damnasti: expauescunt flammæ, & innocentes pronunciant, quos dignos supplicio deputas: & quæ sæuire con- 240
sueuerant, dignos sanctos in fornace cernebant. Dãnant hostes, & absoluunt ignes. E
Chaldæi adiiciunt, & pœnæ defendunt: Homines sęuiunt, & supplicia venerantur.
Tyrannus putabat tantum tormenta posse sæuiræ, quantum ipse sacrilegus existi-
mabat se potestatem habere. Ignes iusti cedunt, ardores flammarum in refrigerium
vertuntur, & institutæ naturæ voraces impetus obliuiscuntur, ut iustos venerantes timerent, & eorum hostes persequentes punirent. Ignes iustos hospitio cũ omni
honore suscipiunt, & libenter obsequium præbent, Hostis mutato genere sæuit, nec
aliqua pietate mouetur, nec humanitate blanditur. Posset uincere si ignibus impe-
raret. Offeruntur ergo ignibus iusti uestitu tecti, vinculis colligati: defenduntur
ardoribus iusti, & quos uis humana damnauit, ignis absoluit. Nihil cogitat, nihil me
tuit. Sic nanque crudelitas tyrannica superata prosternitur, dum sui satellites deuo
rantur. Cernit pœnam, & seruorum dei aspicit gloriam. Iustis ignes obsequium præ-
stant, iniustis interitum subministrant. Dum vindicat flamma impii necantur, & iu 241
sti saluantur. Cum ad fornacem tyrannus festinanter accederet, stupet laudem, mi- F
ratur factum, veneratur deum cum tribus pueris in fornace. Aspicit iusto diuino
ambitu protegi, quos nuper iusserat violentus extingui. In illis in fornace videt,
quem in illis ante non esse putaret. Quo viso territus furori addit lenitatem, fit re-
pente confessor, qui nuper fuerat persecutor. Prædicat quem paulo ante negabat,
venerari præcipit, qui venerantes damnauit. Rogat de fornace iustos procedere, præ-
Dan.3. catur de igne dei famulos prosilire. Exite, inquit serui dei excelsi. Nunc me defensio
nem dei profiteor, cuius inimicum fuisse constat, ut cuius, ignarus persequebar,
eius inimicos vt defensos vlciscar. Tunc de fornace egrediuntur illæsi Hebræi,
lætantur incolumes, triumphant victores, q̃ deo fideliter seruierunt, & furorem ty-
ranni contempserunt.

In eadem dominica, De augurijs.

Sermo II.

Ser. 241. BEne nostis fratres charissimi, me vobis frequentibus supplicasse, & paterna so-
licitudine cõmonuisse pariter & contestatum esse, ut illas sacrilegas paganorũ
consuetudines obseruare minime deberetis, Sed quantum ad me multorum relatio 242
ne peruenit, apud aliquos parum profecit admonitio mea, quia si uobis ego non di- G
xero, & pro me & pro vobis malam sum redditurus rationem in die iudicij, & vo-
biscum mihi erit necesse æterna supplicia sustinere. Ego me apud deum absoluo,
dum iterum atque iterum admoneo pariter & contestor, vt nullus ex vobis cara-
gos, vel diuinos, vel sortilegos requirat, nec de qualibet eos aut causa aut infirmita-
te interroget. Nullus sibi præcantores adhibeat, quia quicũque fecerit hoc malum,
statim peribit baptismi sacramentum, & continuo sacrilegus & paganus efficitur, &
nisi grandi eleemosyna, dura & prolixa pœnitentia subuenerit, statim in æternum
peribit. Similiter & auguria obseruare nolite, nec in itinere positi aliquas auiculas
cantantes attendite, nec ex illarum cantu diabolicas diuinationes annunciare præ-
sumite. Nullus ex vobis obseruet qua die de domo exeat, qua die iterum reuerta-
Gene.1. tur, quia omnes dies deus fecit: sicut scriptura dicit, Et factus est primus dies, & se-
cundus dies, & tertius, similiter & quartus, & quintus, & sextus, & sabbatum. Et
illud, Fecit deus omnia bona valde. Illas vero non solum sacrilegas, sed etiam
ridiculosas sternutationes considerare & obseruare nolite, sed quoties vobis in qua
cunque parte fuerit necessitas properandi, signate uos in nomine Iesu Christi, &
symbolum vel orationem dominicam fideliter dicentes, securi de dei adiutorio iter H
agite. Et quia quando supradicta omnia sacrilegia deo vobis inspirante & contem- 243
nere vel despicere cœperitis, molestę hoc accepturus est diabolus, quia vos videt de
amicitia vel societate sua discedere, & sacrilegia per quę vos decipiebat contemne-
re, aliquas nequitias vobis facturus, aut infirmitatem aliquam immissurus est, aut
aliquod animal, aut per morbum, aut per euagationem est ablaturus, quia ad vos
probandos permittit hoc fieri deus, vt agnoscat utrum ad ipsum fideliter veniatis, &
si toto

si toto corde diaboli machinamenta despicitis, & vtrũ plus valeat apud uos amor
suus quàm cuiusquam animalis amissio. Sed si Semel aut secundo nequitias quas
diabolus immiserit cum animo & tota fide contempseritis, ita ipsum diabolum po-
stea a vestra infestationes deus dignabitur repellere, vt nunquam uos possit sua cal
liditate decipere. Homine.n. negligentes & faciles languida desideria & fidem desi-
dem habentes, & ideo etiam si incipiant non diu perseuerant in operibus dei, sed vbi
se in antedictis sacrilegijs abstinuerunt, & vel unam nequitiam diaboli pertulerunt
statim se pœnitent ad dominum conuersos esse, & machinamenta diaboli reliquisse,
rerum reuertuntur ad obseruationes auguriorum, velut canes ad uomitum suum.
Vos vero quibus deus & sapientiam contulit, & veram fidem dedit, ita cito corde cir 2.Petr.2.
cumuentiones diaboli despicite, & fideliter vos ad deum conuertite, & quæcunq; dia-
bolus voluit immittere patienter & fortiter toleretis, vt cum beato Iob dicere pos-
sis, Dominus dedit dominus abstulit sicut domino placuit, ita factum est. Similiter Iob.1.
& cum Apostolo firmo & integro corde dicatis, Quis nos separabit à charitate Chri
sti? Tribulatio, an persecutio, an angustia, an fames, an nuditas, an gladius, an pe- Rom.8.
riculum? Boni.n. Christiani nec tormentis separantur a Christo. Tepidi vero negli-
gentes interdum ociosis fabulis separantur, & si vel leue damnum pertulerint, con
tinuo scandalizantur, & contra deum murmurare præsumunt, & ad nefanda & dete-
standa auguria redeunt. Sed forte dicit aliquis, quid faciemus eo q; auguria ipsa &
caragi vel diuini frequenter nobis vera annunciant? De hac re Scriptura nos conte
statur & monet dicens, Etiam si qua vera uobis dixerint, nolite credere illis. Tentat Deute.13.
enim uos dominus deus vester, vtrum timeatis eum an non. Sed iterum dicis, Ali-
quoties si præcantatores non fuerint, aut de morsu serpentis, aut de alia qualibet in
firmitate propè vsque ad mortem multi periclitantur. Verum est fratres charissimi,
quia permittit hoc deus diabolo, sicut iam supra dixi, ad probandum Christianum
vt cum interdum per illa sacrilegia aliqua remedia in illa infirmitate percipere, &
aliquid verum potuerint agnoscere, facilius propterea diabolo credant. Sed qui to-
tam Christianam religionem desiderat custodire, oportet vt hæc omnia tota animi
virtute contemnat, timens illud quod ait Apostolus increpans, Dies, & menses, &
tempora obseruatis, timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Ecce Apostolus di- Galat.4.
cit, q̃ qui auguria obseruauerit, sine causa doctrinam eius susciet. Et ideo quan-
tum potestis circumuentiones diaboli fugite. Et illud ãnte omnia scitote fratres, q̃
nec vosipsos, nec eos qui ad uos pertinent, nec animalia vestra, nec reliquam sub-
stantiam vel in paruis rebus diabolus potest lædere, nisi quantum a deo potestatem
acceperit, quomodo nec sancti Iob facultatem ausus fuit subuertere, nisi domino Iob.1.
permittente. Et sicut in Euangelio legimus, quando ab hominibus expulsi sunt dæ- Matth.8.
mones, rogauerunt vt vel in porcos ire permitterentur. Si in porcos non sunt ausi
inrare dæmones, nisi à deo permissionem acciperent, quis ita erit infidelis, vt eos
bonos christianos credat posse lædere, nisi deus propria dispensatione permitteret?
Permittit autem hoc deus ex causis duabus, ut aut nos probet si boni simus, aut cor
rigat si peccatores. Sed qui patienter dispensationẽ domini tolerauerit, & sicut iam
dixi, quando aliquid perdiderit, dixerit, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut do-
mino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, pro ista deo placita pa-
tientia, aut coronam accipit si iustus est, aut indulgentiam si peccator. Et hæc atten-
dite fratres, quia cum omnem substantiam diabolus euertisset beati Iob, non dixit
diabolus abstulit, sed, dominus dedit, dominus abstulit. Vir.n. sanctus noluit istam
gloriam diabolo dare ut aliquid potuisset tollere quod dominus non permisisset
auferre. Cum.n. nec filios, nec pueros, nec camelos, nec asinos beati Iob anteq̃ domi Iob.1.
nus permitteret diabolus lædere potuisset, quare credimus q̃ christianis amplius
aliquid faciat quàm q̃ deifico ac secreto iudicio suo diuina potentia permiserit? Et
ideo certissime credentes q̃ nihil possumus perdere, nisi quantum nobis deus per-
mittit auferri, toto corde nostro ad illius misericordiam eamus, & sacrilegas obser-
uationes fideliter relinquentes, de illius adiutorio semper præsumamus. Nam qui
prædictis malis, id est, caragis & diuinis, aruspicibus vel phylacterijs, & alijs quibus-
libet augurijs crediderit, & si ieiunet, & si oret, & si iugiter ad Ecclesiam currat, & si

Universidad de Deusto
Biblioteca

largas eleemosynas faciat & si corpusculum in omni afflictione suum cruciauerit, nihil ei proderit quamdiu illa sacrilegia non reliquerit, quia impia illa sacrilegij obseruatio, ista omnia bona obruit & euertit. Et qui cum his malis etiam aliqua opera exercere uoluerint. eis prodesse nihil possunt, quia verum est quod dixit Apostolus, A
1. Cor. 5. & 10. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Et illud, Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini participes esse & mensæ dæmoniorum. Et dominus in Euangelio, Nemo potest duobus dominis
Matth. 6. seruire. Pro qua re nec ad arbores debent christiani vota reddere nec ad fontem orare, si se volunt per gratiam dei de æterno supplicio liberari. Et ideo quicunque in agro suo, aut in villa, aut iuxta villam aliquas arbores, aut aras, uel quælibet vana habuerit, ubi miseri homines solent aliqua vota reddere, si eas non destruerit atque succiderit, in illis sacrilegijs quæ ibi facta fuerint, sine dubio particeps erit. Nam & illud quale est, quod quando arbores illæ ubi vota redduntur ceciderint, nemo ex illis arboribus lignum ad focum effert? Et videte miseriam vel stultitiam generis humani. Arbori.n. mortuæ honorem impendunt, & dei uiuentis præcepta contemnunt. Ramos arboris non sunt ausi mittere in focum, & seipsos per sacrilegium præcipitant in infernum. Et ideo qui hoc malum hucusque non obseruat, gaudeat, & deo gratias agat, & fideliter in bonis operibus perseuerare contendat. Qui vero in istis diabolicis rebus hucusque captiuādum diabolo tradidit se, toto corde pœnitentiam agat, & illa sacrilegia supradicta cum omni horrore fugiat & contemnat, ut illi deus & indulgentiam dignetur dare, & ad æternam beatitudinem ob gloriam nominis sui faciat peruenire, Et quia etiam & hoc peruenit ad me, quòd aliqui aut per simplicitatem, aut certe quod plus credendum est, per gulam de illis sacrilegijs vel sacrificijs vel sacrilego cibo, quæ adhuc secūdum paganorum consuetudine fiunt, manducare nec timeant nec erubescant, contestor vos coram deo & angelis eius ac denuncio, vt nec ad illa diabolica conuiuia, quæ aut ad phanum ad fontes, aut ad aliquas arbores fiunt veniatis, & si vobis inde aliquid trasmissum fuerit, tanquam si ipsum diabolum perhorrescite & respuite, & ita repudiate vt nec in domum vestram permittatis de illo sacrilego conuiuio aliquid exhiberi, propter illud Apo-
1. Cor. 10. stoli quod iam dictum est, Non potestis calicem domini bibere & calicem dæmoniorum, neque mensæ domini participare & mensæ dæmoniorum. Et quia solent aliqui dicere, Ego me signo & sic manduco. Nullus hoc facere præsumat. Qui sic est qui se signat & aliquid de sacrilego cibo manducat, quomodo se signat in ore, & gladium sibi mittit in pectore? Quia quomodo gladio corpus occiditur, ita de illo cibo sacrilego anima occiditur. Sed credimus de domini misericordia, quia vobis agere quæ sancta sunt inspirare dignabitur, & nunquam vobis nec in augurijs, nec in alijs quæ supradicta sunt sacrilegis obseruationibus vel diuinationibus diaboli nequitia possit surrepere, sed totam spem vestram in domino posituri, quatenus vt nunquam ad illa nefanda mala quæ superius comprehensa sunt redeatis, præstante dño nostro Iesu Christo, cui honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioan. 4.

Item in eadem dominica: Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur &c. quæ habetur in expositione doctoris, ibidem.

Dominica vicesimasecunda, De Susanna. Sermo I.

Sermo cclij. QVotiescunq; in hoc peruerso seculo contra laudabiles viros multiformes tenduntur insidiæ, vel diuersæ calumniarum emerserint causæ, quid homo pestilens cogitet, quid diabolus machinetur non metuet iustus, quia cum ipso est Christus. Eligatur homo miles in prælio constitutus, officia semper exercere virtutum. Vnum ergo de duobus amplectitur, aut patefactis insidiis eius innocentia in populo clarescit, aut persequentibus inimicis præuentus cum conditionem mortis excesserit, molestiis secularibus liberatus portum securitas intrabit. Daniel propheta nec
Dan 6. & 14. in lacu proiectus leonum timore perculsus expauit, sed inter ista bestiarum ora confistens dominum tota mente placauit, & tyrannicas dispositiones illæsus euasit.

Zacharias pontifex magnus pro cultu dei, pro legibus sacris, pro censura in templo sacerdotali rebellem increpās populum, mortem constanter accepit, & detestabilis acies Iudæorum eius cruore pauimentum infecit. Zacharias martyr triūphat, & Da
2. Par. 24. niel confessor exultat. Vnus moritur & triumphat, alter euadit & regnat. Sed nec fœmineus sexus suis fraudatur exemplis, qui pudicitię ornatum salubriter reseruauit. Susanna illustris, decus pudicitiæ vicit impudentum iudicum, petulantiam seniorū, compressit audacem, ne castitas in ea pateretur iniuriam. Stabat Susanna in iudicio Dani. 13 falsorum mendacibus oppressa testimoniis damnatorum, stabat non tanquam rea, sed pro castitate firmiter moritura. Ibat ergo pudica ad supplicium, non adulterorū corpus, in quo extrema libido exarserat, & diabolus inflammauerat. Quod protexerat virtus, & ornabat pudor, illæsum ibat in mortis exitium, Egregium portabat casti, cuius vultum integra conscientia sublimabat ad cœlum. Propter dāna pudoris tutis vota compressit, & cui fuerunt chara prędmia castitatis, vitæ gaudiū non amisit. Contēpsit vnū, & consecuta est totum. Et quæ mori voluit, cum gloria castitatis euasit. Et quam sententia praua deiecerat, illustris conscientiæ integritas erigebat, metusq; dei & imminentis iudicii indubitata crudelitas. O amor honestatis & legis. Susanna adulterii conscientiam grauiorem iudicauit quam pœnam. Cum duceretur non dolebat de supplicio, quoniam gaudebat de testimonio falsidico. Innocens accusatur per sententiam, sed nutu dei suspenditur pœna, vt iudicātiū falsitas denudaretur, & innocens purgaretur. Infirmus sexus contra viros surgit fortior, expugnat libidinem castitas & honestas, impulsu luxuriæ horrenda prosternitur improbitas. Susanna propriam virtutem animi seruauit, & iudicium populorum constanter excepit. Conflantur de innocente falsa crimina. Ille enim munitus est, qui deum habuerit defensorem. Denique Daniel propheta instinctu dei commonitus, Dani. 13 Redite in iudicium exclamauit, Stupet populus pro iudicio repentino, reuocatur addicta, falsos testes pauor inuadit, Gemit diabolus & ipsius commendata nudātur, gaudent angeli de pudoris integritate comperta, quod defendatur in terris veritas fatigata. Interrogatum est quo in loco Susanna facinus quo arguebatur admisit, Hic sub lentisco dicit, ille sub pruno. Cum ergo eorum discrepat prolata responsa, sic repugnantia dictorum facta nudātur, vt vigore mentis increpato populo, testibus confusis veritas ostenderetur. Gaudet populus de pudoris integritate, triumphat maritus & fidam inuenerit coniugem. Lætatur familia, & nihil inuenerit in ea quod puniat, & adulterii factum non inuenerit, nec homicidium diabolus quod procurabat impleuerit.

In eadem dominica, De castitate coniugali. Sermo. II.

QVandocunque castitatem fratres charissimi, secundum quod decet & expedit commendamus, forte adolescentes & adhuc in viridi ætate positi di- Ser. 243 cunt, Iuuenes homines sumus, continere non valemus. Quibus nos respondere & possumus & debemus, ne forte ideo castitatem custodire non possint, quia amplius manducant quam expedit, & vinum amplius accipiunt quam oportet familiaritatem mulierum vitare nolunt, atque earum suspectam societatem habere nec metuunt nec erubescunt Qui tales sunt audiant Apostolum dicentem, Fugite fornicationem Et illud, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Et illud Salo-
1. Cor. 6. Ephe. 5. monis, Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos, Illi Eccl. 19. vero qui dicunt quòd castitatem seruare non possint, respondeant nobis vtrū vxores habeant an non. Si habent quare non attendunt illud quod veritas in Euangelio ait, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et quare non seruant fidem vxoribus suis, quam sibi ab eis seruari desiderant? Mat. 7 Cum enim vir a virtute nomen acceperit, & mulier a mollicie, ideſt, fragilitate, quare contra crudelissimam bestiam libidinem vult vnusquisque vxorem suam victricem esse, cū ipse ad primū libidinis ictū victus cadat? Hoc loco forte qui adhuc uxo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ribus non sunc coniuncti,dicunt se excusare posse, quia coniugia non habent, qui-
bus fidem seruare debeant, & propterea continere non possint. Istis qui istam fal-
sam & miserabilem excusationem conantur prætendere,iustissime responderi & po
test & debet,quia nullus magis illicita vitare debet, q̃ qui respuit quæ licebant, cum 24
vxorem accipere licet, & contra omnium scripturarum authoritatem adulterium H
committere,nunquam liceat: quare cum dei gratia non accipis q̃ licet, & cum dei of
fensa præsumis quod non liceat? Velim tamen scire si illi qui vxores non habent, &
priusquam coniugis copulẽtur adulteria committere nec metuunt nec erubescũt,
virum velint sponsas suas antequam ad nuptias veniant ab aliquibus adulteris vio
lari? Cum nullus sit qui hoc patienter accipiat, quare unusquisque sponsæ suæ
non seruat fidem,quam sibi ab ipsa seruari desiderat? Quare vxorem virginẽ optat
accipere,cum ipse sit corruptus? Quare viuenti vxori desiderat copulari, cum per
adulterium in anima iam ipse sit mortuus,secundum illud quod scriptum est, Ani-
Ezec.18. ma quæ peccauerit,ipsa morietur? Et illud quod terribiliter clamat Apostolus,For
Heb.13. nicatores iudicabit deus. Et illud,Neque adulteri regnum dei possidebunt. Et iterũ,
1.Cor.6. Omnes adulterantes & adulteros tanquam clibanus corda eorum. Sed forte putant
Osee.7. aliqui,quòd fœminis ante nuptias fornicari non liceat,sed uiris liceat. Ista punien 24
da,& nimium grauia mala,quod peius est,ideo a multis viris sine ullo timore domi- I
ni committuntur, quia ita a pluribus in consuetudinem missa sunt, & ita uilia vel
leuia dicuntur, vt nec iam inter grauia crimina putentur. Nam in fide catholica
quicquid mulieribus non licet omnino nec viris licet: Vno.n. pretio,id est, Christi
pretioso sanguine redimuntur, & viri simul & fœminæ. In vnam fidem vocantur,
& in uno Ecclesiæ corpore congregantur,simul baptismi sacramenta percipiunt,si-
mul ad altare ad accipiendum corpus & sanguinem Christi accedunt,simul utrique
sexui præcepta donata sunt. Cum hęc ita sint,qua fronte,vel qua conscientia quod
& uiris simul,& mulieribus non licet agere,soli viri se credunt impunè committe-
re? Sed & illi qui hoc facere præsumunt,pro certo cognoscant,q̃ si cito se non emẽ-
dauerint,& eis fructuosa præsentia nõ subuenerit,& sic subito de hac luce rapti fue
rint,æterna illos flamma sine vllo remedio cruciabit. Et illud quale est quod multi
virorum ante nuptias concubinas sibi assumere non erubescunt, quas post aliquot
annos dimittant,& sic postea legitimas vxores accipiant. Tractant enim apud se,vt
prius de multis calumnijs & rapinis & iniustas diuitias,& iniqua lucra conquirant,
& postea contra rationem plus nobiles q̃ ipsi sunt,vel ditiores vxores accipiant. Ec-
ce quantis malis se obligant,qui non solum luxurię, sed etiam auaritiæ vel cupidita 246
ti infœliciter seruire deliderant. Vnde coram deo & angelis contestor atque denun- K
cio ista mala & semper prohibuisse,& nunquam ei placita fuisse,quia præcipue tem-
poribus Christianis concubinas habere nnnquam licuit, nunquam licebit. Sed q̃
peius est,faciunt hoc multi viri iure fori,non iure cœli,non iustitia iubente, sed li-
1.Cor.7. bidine dominante. Cum enim Apostolus coniugia habentibus dicat, Tempus bre-
ue est,& superest,vt qui habent vxores tanquam non habentes sint. Et illud,Abisti
nete ad tempus vt vacetis orationi: Quomodo adulteras concubinas permittit habe
bere qui castitatem seruare & in coniugiis positis præcepit? Pro qua re iterum atq;
iterum voce libera clamo,quia qui ante legitimas nuptias concubinam sibi adhibe-
re præsumit, peius peccatum facit q̃ qui adulterium committit, Quia qui adulterat
adhuc tam graue malum secrete vult agere,in publico autem aut metuit aut erube
scit committere: Ille vero qui publice concubinam habere voluerit, fronte impudẽ-
tissima rem execrabilem toto populo vidente licenter se putat admittere. Sed forte
illi qui isto peccato non sunt maculati dicunt, Quare qui hoc agunt a communio-
ne non suspenduntur? Ideo enim tantum scelus a sacerdotibus minime vindicatur,
quia a multis admittitur. Si enim vnus aut duo aut quatuor vel quinque, mala ista
facere præsumerent, & poterant & debebant, non solum a communione suspendi,
sed etiam a colloquio & conuiuio Christiani populi separari: secundum illud Apo- 246
1.Cor.5. stoli, Cum huiusmodi nec cibum quidem sumere: multitudo tamen peccantium ita L
cut iam dictum est,prohibet sacerdotes domini in illis distinguere: Faciunt tamen
boni sacerdotes quod possunt,& cũ perfecta charitate contendunt orare & suspirare
iugiter,

iugiter,& gẽmitus ac rugitus effundunt,vt in quibus propter infinitam multitudi-
nem non possunt seueritatem vel disciplinam ecclesiasticam excercere, monẽdo vel
orando pro eis possint eos vel aliquando ad pœnitentiam prouocare. Vnde iterum
atque iterum rogo pariter & contestor,vt qui vxorem optat accipere,sicut illam vir
gimem inuenire desiderat,ita ipse vsq; ad nuptias virgo sit,quia si non fuerit,bene-
dictionem accipere cum sponsa sua non merebitur. Et impletur in eo quod scriptum
est, Noluit benedictionem,& eo elongabitur ab eo, Iam vide si pœnitentiæ reme- Psal.108
dium non subuenerit,quid de illo erit,vel qua sententia eum necesse erit in futuro
iudicio subiacere,qui iam in hoc seculo benedictionem cum sponsa sua non fuit di
gnus accipere. Et illud attendite fratres,si in tam graui periculo sunt qui vxores nõ
habent,& aut concubinas sibi adhibent, aut adulteria admittunt, quid de se infœli
ces illi cogitant,qui forte coniugia habentes adulterant,& insano furore,vel crude-
li infœlicitate de iudicio desperant,qui nec supplicia inferni formidant, nec deside-
rant præmia æterna. Si enim fidem haberent,vtiq; deo crederent, & venturum iudi-
cium cum tremore metuerent. Probatur enim quia hominibus credunt, & deo non
credunt,vt publice vbi homines vident adulteria timeant, & secrete vbi deus uidet
videt omnino non timeant. Si qualemcunque scintillam fidei haberent, sicut non
permittunt seruos suos in præsentia sua peccare,ita nec illi in conspectu domini sui
adulterare præsumerent. Sed de talibus clamat per Prophetã spiritussanctus, Dixit, Psal. 13. &
insipiens in corde suo,non est deus. Certum est enim quia non credit deum 52.
esse,qui in tenebris & in occulto illa præsente deo facit,quæ publice facere præsen-
tibus hominibus pertimescit. Nescit infœlix,quia vultus domini super facientes ma Psal.33.
la,vt perdat de terra memoriam eorum, Sed forte dicit aliquis, Ecce compellente ne-
gocio,aut iubente rege ab uxore tot mensibus aut annis separatus,quomodo casti-
tatem seruare possim? Cui iustissime responderi potest, vt redeat ad vxorem suam.
Sed cum hoc negociator dixero,potest mihi dicere,quia si negocium dimiserit, non
habeat vnde viuat. Militans dicit,Si exercitum dimisero,iracundiam regis incurro.
Istis talibus veraciter dici potest,Si timet regem,& ideo non redit ad vxorem suam
propriam,debet timere deum,vt non tangat alienam. Nam q̃o illum qui nõ iussus
relicto exercitu reuertitur ad vxorem suam,rex potest occidere: sic & illum qui lon
gẽ positus adulterat,potest deus perpetua pœna damnare. Rogo uos fratres charis-
simi,si propter negocii necessitatem & regis iussionem unusquisque ab uxore sua
interdum etiam lõgo tempore separatur: quare propter deum & animam suam tam
longo spacio temporis castitas nõ seruatur? Meretur ergo negocium, meretur regis
iussio vt tantis diebus non agnoscatur vxor propria,& non meretur amor & iussio
dei ut non contingatur aliena? Sed qui hoc propter negociandi lucrum & regis impe
rium seruant, & propter deum seruare dissimulãt,sciant qui talia agunt q̃ si eis nõ
pœnitentia subuenerit cũ ante tribunal Christi stare cœperint,ab auditu malo libe-
rari non poterunt: sed dicetur illis, Discedite a me maledicti in ignem æternum. Et
illud quale est q̃ aliquoties uir fortissimus procedens ad prælium forte non minus Mac.25
decem inimicos occiderit,& ex ipsa uictoria aliquam puellam de præda accipiẽs,dũ
cum illa per adulteriũ iũgitur,anima sua peccati gladio interficitur, Et uidete quan
tum malum sit ut aliquis crudelior existat in se,suam animam occidendo per luxu
riam,magis quã per carnalem uictoriam aduersariorũ corpora trucidando. Vere lu-
gendum est & dolendum,ut ille qui sicut iam dixi,decẽ aduersarios uicit,ab una mu
liere superetur;& qui tot inimicos occidit in corpore,ab una puella iuguletur in cor
de. Vere nimis graue malum est,ut uir fortis qui ferro non uincitur, libidine supere
tur,& eum mollia aut blanda subuertant,quem dura non superant, & qui esse capti-
uus vel seruus hominibus dedignatur,seruus esse peccati mereatur,cũ indignius sit
misere seruire,quã corpore: secundum quod scriptum est, A quo.n. quis uincitur,hu- 2.Pet.2
ius & seruus efficitur. Hæc ergo fratres charissimi,si uobis ego non dixero, ratione
pro animabus uestris in die iudicii redditurus ero. Quicunq; autem magis mihi ira
sci quã se emendare uoluerit,non habet unde per ignorantiam se possit ante tribu
nal æterni iudicis excusare,ut dicat se non fuisse admonitum,nec a malis prohibitũ
nec ad ea quæ sunt deo placita castigatione & admonitione frequentissima prouo-

catum. Sed credimus de domini misericordia, q̃ ita negligentibus quibusq; inspira
re dignabitur, vt sibi magis vel peccatis suis quam medicamentis sacerdotalibus ira
scantur. Et quomodo ægrotantes a carnalibus medicis requirunt sanitatem corpo- 247
rum, sic a spiritalibus medicamenta desiderent animarum. Sed confidimus quia prę D
stabit hoc diuina misericordia, q̃ ita nobis de sua emendatione studebunt gaudium
facere, vt ad æternum mereantur præmium fœliciter peruenire. Præstante domino,
& cætera.

Ser. 247.

In eadem dominica, De castitate coniugali Sermo. III.

MAgnum mihi gaudium facitis fratrẽs charissimi, dũ in solennitatibus mar
tyrum tanta deuotione fidei ad Ecclesiam conuenitis. Sed si vultis deo au
xiliante & vestrum profectum & nostrum gaudium spiritaliter adimplere,
Mat. 7. ita inter vos & pacem & charitatem inspirante domino conseruate, vt contra homi-
nem nullum odium habeatis in corde, pro bonis orate vt semp ad meliora proficiãt
pro malis assidue supplicate vt cito se corrigant: & secundum præceptum domini.
Quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, hęc & vos facite omnibus. Tunc enim
in veritate pax & iustitia & misericordia custoditur, quando non solum nullis homi
nibus malum facimus, sed etiam vbicunq; poterimus adiuuare contendimus. Si er- 247
go hæc Christo adiuuante fideliter agamus, beatos martyres in his quæ supra dixi- E
mus, præcipuis & præclaris operibus imitantes, partem cum illis in æterna beatitu-
dine habere poterimus. Et tunc pro nobis absq; vlla dubitatione sancti martyres
1. Cor. 6 intercedunt, quando in nobis aliquid de suis virtutibus recognoscunt. Castitatem
Hebr. 13. ante omnia cum dei adiutorio custodite: propter illud quod scriptum est, Neq; adul
teri regnum dei possidebunt. Et illud, Fornicatores & adulteros iudicabit deus. Pue-
ri vel puellæ qui in coniugio coniugendi sunt, virginitatem vsq; ad nuptias seruẽt.
Exec. 18 Nam si ante legitimam coniunctionem per adulterium corrupti fuerint, ad nuptias
corpore quidem viui veniunt, sed in anima mortui comprobantur: quia scriptum
est, Anima quę peccauerit, ipsa morietur. Nulla mulier potationes ad abortum ac-
cipiat, nec filios aut cõceptos aut iã natos occidat: quia quęcũq; fecerit hoc, ante xpi
tribunal sciat se illic eorum causam quos occiderit esse daturam. Sed nec alias dia-
bolicas potationes mulieres debent accipere. Mulier aũt quęcunq; fecerit hoc per
quod iam non possit concipere, quantoscunq; parere poterat, tantorum homicidio- 247
rum se ream esse cognoscat. Mulier aũt ingenua quæ mortiferas potationes accipit F
vt non cõcipiat, velim scire si hoc ancillas vel colonas suas facere velit? Et ideo sicut G
vnaquęq; vult vt sibi mancipia nascantur quę illi seruiant, ita illa quãtoscunq; con
ceperit, aut ipsa nutriat, aut nutriendos aliis tradat, ne forte illos aut concipere no-
lit, aut quod est grauius occidere velit, qui boni Christiani poterant fieri generati.
Quoties ad Ecclesiam in qualibet solẽnitate venitis, & sacramenta Christi percipere
voluerit is ante dies plures castitatẽ seruate, vt cum secura conscia ad altare dei pos-
sitis accedere. Quam rẽ etiam per totã quadragesimã, & vsque ad clausulã paschæ fi
deliter custodite, vt vos solennitas paschalis castos & puros inueniat. Qui enim bo
nus Christianus est, non solum ante dies plures quã cõmunicet castitatem seruat,
sed & vxorẽ suã excepto desiderio filiorum non agnoscit: quia vxor non propter li-
bidinem, sed propter filiorũ procreationem accipitur. Denique & ipsę tabulæ ma-
trimoniales hoc continent, liberorũ, inquit, procreandorum causa. Videte quia non
dixit libidinis causa, sed liberorum procreandorũ. Velim tamen scire fratres charis-
simi, ille qui vxore suа incontinenter vtitur, si quoties eum luxuria victum agno-
uit, toties suum agrum in vno anno arauerit vel seruerit, qualem messem colligere
posit? Qui ergo se continere nolunt, si toties terram quandam suam quam ia se- 247
minauerant, iterum arent & seminent, videamus qualiter de eius fructu gaudebunt, F
quia sicut optime nostis, nulla terra poterit dare legitimũ fructum, in qua frequen-
ter in vno anno fuerit seminatum: Quod ergo non vult aliquis in agro suo, quare
facit in corpore suo? Sed dicet aliquis, homo iuuenis sum, continere non possum. Ne

forte ideo tẽ non contineas, quia plus manducas quam expedit, & plus vinum acci
pis quam oportet. Forte etiam turpibus cogitationibus occupas mentem tuam, & lu
xuriosa verba non solum libenter, sed etiam frequenter aut ipse dicere aut aliis di
centibus audire nec metuis nec erubescis. Incipe cum dei adiutorio gulæ concupi-
scentias refrenare, castis cogitationibus & honestis sermonibus mentem vel linguã
tuam iugiter occupare, & videbis quia deo auxiliante castitatem poteris custodire,
nec te pigeat, si corporis infirmitas non prohibet, frequentius ieiunare, ad Ecclesiam
maturius surgere, vt possis tuam animam a libidinosis maculis nitidam custodire.
Et si hoc non infideliter faciens vides te adhuc carnis impugnationibus fatigari, &
forte aliquoties excepto filiorum desiderio ad cognoscendam vxorem propriã vin-
ci, secundum vires tuas quotidianas eleemosynas adde: quoniam scriptum est. Sicut Eccl. 3
aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Et illud quod contra om
nia peccata magnum est & salubre medicamentum, Omnibus qui in te peccauerint,
plenam indulgentiam tribue, vt quod per incontinentiam inquinatur, ieiuniis, elee-
mosynis, ac præcipue per inimicorum indulgentiam diluatur. Sed dicis, vxorem ex-
cepto desiderio filiorum agnoscere peccatum non est. In tantum peccatũ est, vt Pro Psal. 50.
pheta pœnitens clamet, In iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me
mater mea. Et sic in veteri testamento legimus, quando populus Iudæorum acces- Exod. 19.
surus erat ad montem Sinai, ex pcepto domini dicebatur eis, Sanctificamini & esto-
te parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus vestris, & illud, Si quis no- Deut. 23.
cturno pollutus fuerit somno, non mãducet carnes sacrificii salutaris, ne pereat ani
ma sua de populo. Si post pollutionem quæ nobis nolentibus fieri solet, nobis con-
municare non licet, nisi prius præcedat compunctio & eleemosyna: & si infirmitas
non prohibet, etiam ieiunium: Quis est qui potest dicere illud quod vigilantes & no
lentes facimus non esse peccatum? Denique mulieres quãdo maritos accipiunt, per
triginta dies intrare in Ecclesiam non præsumant. Quod etiam similiter viri obser-
uare deberent. Sed dicis, peccatum quidem est, sed tamen paruum est. Nec nos dici-
mus quia capitale peccatum est: sed tamen si frequentius exerceatur, & ieiuniis vel
eleemosynis non redimatur, nimis immundam animam facit. Noli despicere pecca-
ta tua, quia parua sunt: nam & pluuiarum guttæ sunt, sed flumina implent, & moles
trahunt, & arbores cum suis radicibus tollunt, Tu qui dicis, quia paruum peccatum
est: velim scire quoties tale peccatum admittis. si tot paruulas plagas in corpore, &
tot maculas aut scissuras in vestibus tuis fieri uelis? Cum ergo in corpore tuo pla-
gas, nec in ueste tua scissuras uel maculas fieri acquiescis, qua conscientia hoc facere
in anima tua non metuis? Ac sic quicunq; hoc fecerit, plus amat vestem & carnem Gene. 1.
suam quam animam. Cum enim ad imaginem dei facti sumus, quoties aliquid tur-
pe, aut loquimur, aut facimus, toties dei imaginem fordidamus. Etiam videte si hoc
vos doceat, aut oporteat: Vere dico nobis fratres charissimi, quia non hoc de nobis
deus meretur, ut in nobis imago ipsius per malas concupiscentias iniuriam patia-
tur. Et cum nullus homo uelit cum tunica sordibus plena ad ecclesiam conuenire
nescio, qua conscientia cum anima per luxuriam sit inquinata, præsumit, ad altare 1. Cor. 11.
accedere, non timens illud quod Apostolus dixit, Qui enim manducat corpus & su-
mit sanguinem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Si erubesci-
mus ac timemus eucharistiã manibus sordidis tangere, plus debemus timere ipsam
eucharistiam intus in anima polluta suscipere. Et quia, sicut dixi, in anima nostra fa
cti sumus ad imaginem dei, si in tabula aut lignea aut lapidea, faceres imaginẽ tuã,
& aliquis impudens homo uellet illam imaginem aut lapidibus frangere, aut aliqui
bus sordibus inquinare, uelim scire si contra eum non moueretur animus tuus? Ro
go te si imaginem pictam in tabula mortua sic zelaueris, putas qualem iniuriam
patitur Deus, quando in nobis imago sua per luxuriam sordidatur? Et ideo si
nobis non parcimus propter nosmetipsos, parcamus nobis vel propter imaginem
dei ad quã facti sumus. Ante oia ut quoties dies dominicus aut aliæ festiuitates ue-
niunt, uxorem suã nullus agnoscat. Et quoties fluxũ sanguinis mulieres patiun-
tur, similiter obseruandum est: propter quod ait Propheta, Ad mulierem mestruatã
non accesseris. Nam qui uxorem suam in profluis positam agnouerit, aut in die Ezec. 18

dominico aut in alia qualibet solennitate se continere noluerit, qui tunc concepti fuerint, aut leprosi, aut epileptici, aut etiam forte dæmoniaci nascentur. Deniq; quicunque leprosi sunt, non de sapientibus hominibus qui & in alijs diebus & in festiuitatibus castitatē custodiunt, sed de rusticis maxime qui se continere nō sapiunt, nasci solent. Et reuera fratres, si animalia sine intellectu non se contingunt nisi certo & legittimo tempore, quantomagis homines qui ad imaginem dei facti sunt, hoc obseruare deberent. Sed quod peius est, sunt aliqui ita luxurioſi vel ebrioſi, qui aliquoties nec prægnantibus vxoribus parcunt. Et ideo si se non emendauerint, ipsi
1. The. 4. videant si non peiores animalibus iudicandi sint, istis talibus clamat Apostolus, dicens, Vt sciat vnusquisque suum vas possidere in honore & sanctificatione non in passione desiderij, sicut & gentes quæ spem non habent. Et quia sunt multi qui legittimam non custodiunt castitatem cum suis vxoribus, sicut supra dixi, largas eleemosinas faciant & omnibus inimicis suis indulgeant, vt sicut iam dictum est, ꝙ luxuria sordidum effecit, assiduis eleemosynis abluatur. Rogo vos fratres, ut mihi indulgeatis, quia pro salute animæ vestræ cum grandi timore & cum verecundia de talibus rebus vos admonere videor, quia & hoc mihi expedit dicere & uos oportet audire. Et ideo omnia quæ a nobis audistis, ubicunq; fueritis inuicem vobis dicite, & cum charitate vos admonete, Sicut.n. reus ero ante tribunal Christi si uobis non dixero, ita & uos si inuicem quoscunque negligentes agnoscitis admonere noluerit, timere debetis ne vobis necesse sit pro illis reddere rationem. Sed credimus de dei misericordia ꝙ ita nobis agere inspirabit, vt vobis non solum de nostra deo placita conuersatione, sed & pro aliorum salute & in hoc seculo, & in futuro duplicata a deo præmia repensentur, Amen.

Dominica vicesimatertia, De continentia & sustinentia. Sermo I.

Ser. 245. DVo sunt quæ in hac vita veluti laboriosa præcipiuntur a domino, continere & sustinere. Iubemur. n. continere ab his quæ in mundo dicuntur bona, & sustinere quæ in hoc mundo abundant mala. Illa continentia, ista sustinentia vocatur. Duæ virtutes quæ mundant animam & capacem faciunt diuinitatis. In refrenandis libidinibus & coercendis voluptatibus, ne seducat quod male blanditur, & eneruet quod prosperum dicitur, continentia nobis opus est, nō credere fœlicitati terrenæ, & usque ad finem quærere felicitatem quæ non habet finem. Vt autem est continentiæ fœlicitati mundi non credere, ita sustinētiæ est iniquitati mundi non credere. Siue ergo in affluentia rerum simus siue in angustia, expectandus est dominus, qui & quod uere bonum & suaue est, det, & quod vere malum est, auertat a nobis. Bona dei quæ promittit iustis, in finem seruantur. Bona & mala quæ versantur & miscentur in seculo, nec boni soli habent nec mali. Quicquid boni in hoc mundo dixeris, habent boni, habent & mali. Veluti salutem ipsam corporis & boni habent & mali. Diuitias & apud bonos & apud malos inuenies. Successum filiorum & bonorum & malorum donum videmus esse commune. Vitam longam diu viuunt boni, equidem diu viuunt & mali. Morbos, dolores, damna, oppressiones, orbitates, communis hæc est omnium materies lacrymarum. Facile est ergo videre & bona seculi apud bonos & malos, & mala seculi apud bonos malosq; perferri. Et ideo quorundā pedes in uia dei titubant, & exorbitare conantur. Multi etiam deuiant & exorbitant, cum instituerint & proposuerint animo propterea seruire se deo vt bonis terrenis abundent, & malis careant eaq; deuitent. Cum. n. hoc sibi proposuerint & hanc mercedem constituerint pietatis & religionis suæ, qñ viderint se laborare, & florere iniquos, quasi perdiderint spem, quasi eos fefellerit qui vocauit, quasi frustra opus indixerit qui in mercede decepit, renunciant deo. Et quo se miseri cōuertunt auertētes se ab illo a quo facti sunt, & inhærētes illis quę facta sunt? Cū perierit qđ factū est, vbi erit amator tēporis qui perdidit æternitatem? Proinde propter illa bona quæ non dabit deus nisi bonis, & propter illa mala quæ nō inferentur nisi malis, quia in fine apparebunt vtraque credi sibi vult deus. Quæ enim merces fidei, aut quod omnino vel nomen fidei, si modo vis videre quod teneas? Non debes ergo

ergo videre quod credas, sed credere vt videas: credere quandiu non vides, ne cum videris erubescas. Ergo credamus dum tempus est fidei, antequam sit tempus speciei: sic enim dicit Apostolus, Quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus. Ergo per fidem ambulamus, quandiu credimus quod nondum videmus. Tenebimus autem speciem, cum viderimus facie ad faciē sicuti est. Tempus fidei, & tempus speciei Ioannes etiam apostolus distinguit in epistola sua, dicens, Dilectissimi, nunc filii dei sumus, & nōdum apparuit quid erimus, Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Laboriosum est fidei tempus: Quis negat? Laboriosum est, sed hoc est opus cui ius illa merces est. Noli piger esse in opere, cuius mercedem desideras. Si enim & tu ipse mercenarium conduxisses, nō ante mercedem numerares, q̄ in opere exerceres: mercenarium tuum timens deum, & te ipse deus fallit qui iussit ne fallas mercenarium? Tamen tu quod promiseris potes & non dare, & si non est in corde tuo dolus falsitatis, est tamen in fragilitate humana inopia difficultatis. Quid de deo timeamus qui nec fallere potest quia veritas est, & abundat omnibus qui fecit omnia? Credamus ergo deo fratres, hoc est primum præceptum, hoc est initium religionis & viæ nostræ, fixum habere cor in fide viuere bene, abstinere ab omnibus seductoribus, sustinere mala temporalia: & quandiu in illa blandiuntur & illa minātur, aduersum vtrunque in hoc habere cor, ne in illa defluas, ne in illa frangaris. Habēdo ergo continentiam, & habendo etiam sustinentiam, cum bona temporalia transierint, & mala quæ inferantur non erunt, habebis omne bonum, habebis nullum malū. Ideo in lectione, quid vobis dictum est? Fili accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum & sustine, vt crescat in nouissimis vita tua. Non vt modo, sed vt in nouissimo: vt crescat in nouissimo vita tua. Quantum putamus quia crescat? Vt fiat æterna. Modo enim vita humana quandiu videtur produci, decrescit potius q̄ crescat. Attendite & videte, quia dena quandiu videtur produci, decrescit potius q̄ crescat. Attendite & videte, quia decrescit, Natus est homo: Verbi gratia, cōstituit illi deus vitæ suæ septuaginta annos, accedit illi vita dicimus crescendo: accedit, an decedit? Ecce de septuaginta annis vixit annos sexaginta, remanserunt decem. Diminutum est quod erat propositum, & quanto plus viuit, tanto minus illi restat. Ideoq; viuendo hic decrescit vita, non crescit. Tene quod tibi promisit deus, vt in nouissimis crescat vita tua: deinde sequitur quod lectum non est, Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: Quoniam in igne probatur aurū & argentū, homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Durum videtur, defecisti. Non ne illud quod non deficit perdidisti? Multi multa patiuntur propter pecuniam perituram, & tu non vis pati propter vitam mansuram? Sic recusas laborare pro dei promissis, quasi non laborares pro cupiditatibus tuis. Quanta patiuntur pro sua iniquitate latrones, quanta patiuntur pro suis sceleribus perditi, pro sua nequitia luxuriosi: pro sua auaritia negociatores mare transmeantes, ventis tempestatibusq; corpus & animam committentes, sua relinquentes, ignota quærentes? Iudex si pronunciet exilium, tremor est: deus mortem minatur, & lætitia? Quid ergo magnum tibi imperat sapientia quod non posset imperare & auaritia? Tamen cum imperat auaritia facis. Et cum feceris quod imperauerit auaritia quid habebis? Plenam domum auro & argento: non legisti, Quanquam in imagine dei ambulet homo, tamen vane conturbabitur? Thelaurizat & nescit cui ea colligat. Quare ergo cantasti & dixisti deo. Auribus percipe lacrymas meas? Quare tu non percipis auribus verba eius, a quo vis percipi lacrymas tuas? Si accusaueris auaritiam tuam, inuitaberis ad sapientiam suam, Sed cum susceperis iugum sapientiæ, laboriosa erit. Laboriosa plane. Sed vide quo fine, qua mercede. Nunquid quod per sapientiam colligis, nescis cui colligas ea? Tibi colligis. Expergiscere, euigila, habeto cor formicæ. Aestatis tempus est, collige quod tibi ad hyemem prosit. Noli esse piger, collige grana de area, de area dominica, id est, verba dei de Ecclesia dei, & reconde intus in corde. Quis enim est qui dicat, Bene mihi erit, & non moriar. Quanuis amet vitam, mortem timet. Ipse timor mortis, hyems quotidiana est. Et nunc maxime pungit timor mortis, quando nobis

Eccl. 21. Prou. 6. Psal. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene est. Nam quando male est, non timemus mortem. Quãdo nobis bene est, tunc magis timemus mortem: ideo ille diues quẽ delectabant multæ diuitiæ suæ, habebat n. magnas diuitias & magnas possessiones, credo quod interpellebatur timore mortis, & inter delitias contabescebat: cogitabat. n. se illa bona relicturum, congre 248
gauerat & nesciebat cui, & aliquid cupiebat æternum, & venit ad dominũ, & ait illi, G
Marc. 19. Magister bone, quid boni faciam vt vitam æternam consequar? Bene est mihi, sed labitur quod teneo, bene est mihi, sed subito non erit quod habeo. Dic mihi vnde habeam quod semper erit? Dic mihi quomodo perueniam ad id quod non perdam? Et dominus illi, Si vis venire ad vitam, serua mandata. Quæsiuit, Quæ mandata? Audiuit, respondit se à iuuentute sua omnia seruasse. Ait dominus consiliarius vitę æternæ, Vnum tibi deest, Si uis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Nn. n. dixit, perde, sed serua, & veni seque re me. Ille qui delectabatur diuitijs, & propterea quærebat a domino, quid boni fa ceret vt vitam æternam consequeretur, quia a delitijs ad delitias migrare cupiebat, & has quibus delectabatur relinquere formidabat, abscesit tristis ad thesauros suos terrenos. Noluit credere domino, quia potest seruari in cœlo quod perituru est in terra. Noluit esse verus amator thesauri sui. Male tenendo perdidit, multum 248
diligendo amisit. Nam si bene illum diligeret, migrares quò ipse postea sequeretur, H
Matt. 6. Domum illi deus ostendit vbi migraret, non locum vbi perderet, secutus enim ait, Vbi. n. fuerit thesaurus tuus, illic erit & cor tuum. Sed videre nolunt homines diui tias suas. Fac q̃ in terra thesaurizent, nunquid non timent uideri diuitias suas? Et cum obstruxerint & cooperuerint, nunquid vident quod habent? Nec ipse videt, & optat vt lateat, timet ne pereat. Esse vult diues in opinione, non in veritate. Quasi sufficit habere in conscientia quod seruat in terra? O quanto maior tibi & melior conscientia erat si seruares in cœlo. Hic cum obrueris in terra, times ne sciat seruus tuus & auferat & fugiat. Hic times. ne auferat tibi seruus tuus, ibi non times, quia bene tibi seruat dominus tuus. Sed habeo, inquis, seruum fidelem, qui & nouerit & non prodat, & non tollat. Compara illum domino tuo. Si fidelem seruum inueniſti, dominus tuus quando te fefellit? Et si non potest seruus tuus tollere, potest tamen perdere, dñs tuus nec tollere nec perdere potest, nec perire permittit. Serua tibi, ma net tibi liberat te, manentẽ te facit, nec perdet te, nec perdet quod ei cõmendaueris. Veni, inquit, accipe quod apud me posuisti? Absit, Non hoc tibi dicit deus. Ego in-
quit tibi qui te prohibui fœnerare, fœneratus sum a te, Volebas n fœnora crescere,
Psal. 14. vt dares homini ut tibi plus redderet, & quando accipiebat gaudens, & quando red- 248
debat plorans. Hoc uolebas, & proh ibebam ego, dixi. n. Qui pecuniam suam nõ da- I
bit ad vsurã. Prohibebam te a fœnore, hoc tibi dicit dominus tuus, Pauca uis dare & plura accipere? Relinque hominẽ qui plangit quãdo exigis, me inueni qui gau deo quando reddo. Ecce, inquit, assu m. Da & sume, tempore redditionis reddam ti bi. Et quid reddam? Pauca dedisti, plura sume. Terrena dedisti, cœlestia sume. Tem poralia dedisti, æterna sume. Mea dedisti, me ipsum sume, Quid enim dedisti, nisi ex
Matt. 25. eo quod accepisti? Ergóne quod dederis non reddo, qui vnde dares dedi? Qui te ipsum qui dares dedi, qui tibi Christum cui dares dedi, qui tibi diceret, Quando vni ex mininimis meis fecisti, mihi fecisti. Ecce vt des pascit, & esurit propter te. Donat & eget. Quando donat vis accipere, quando eget non vis dare. Eget Christus, quan do eget pauper. Qui omnibus suis vitam æternam paratus est dare, in unoquoque pauperе temporaliter est dignatus accipere, & consilium dat quo migres. Dedit. n. consiliũ quo migrare debeas. Migra, n. de terra in cœlũ, ne perdas. Quàm multi n. quod seruabant perdiderunt, & nec sic correcti in cœlo ponere didicerunt. Si forte ti bi aliqs diceret. Trãsporta diuitias tuas ab Occidẽte in Oriẽte si nõ uis vt pereant, æstuares, laborares, satageres, attẽderes q̃ hres, uideres te multiplicitatẽ rerũ tuarum facile in longinqua migrare nõ posse. Sed & forte fleres, quia ire cogereris, & qũo te 248
cum tolleres qd collegeras nõ inuenires. In longinqora te migrare iussit, q nõ uis, K
Migra ab Occidẽte in Orientẽ, sed ait, Migra de terra in cœlũ. Aestuas q̃si difficulta tem maiorẽ tibi videris pati, & dicis tibi, si nõ inueniebã iumẽta & naues qb⁹ ab Oc cidẽte migrarẽ ad Orientẽ, qũo inueniã scalas quibus è terra migrẽ in cœlũ? Noli,

inquit tibi deus, laborare, noli laborare, qui te diuitẽ feci, qui tibi quod dares dedi, laturarios tibi pauperes feci. Si uerbi gratia, inuenires aliquem inopem de transma
rn, aut quo ire velles inuenires inde ciuem necessitatem patientem, nonne diceres ti bi, ciuis iste inde est quo ego volo ire? Eget hic, do illi quod ibi mihi reddat. Ecce e-
get hic pauper, qui ciuis est regni cœlorum. Quid dubitas facere traiectitiũ? Sic. n. dant qui hoc faciunt ut plura accipiant, cum ad ea loca venerint, vnde est ille qui ac
cepit, Faciamus & nos. Hoc fit si credamus, si fidem excitemus. Nam vane conturba- Matth. 8.
mur, quia dormiente xp̃o in naui, pene naufragauerunt discipuli. Dormiebat xp̃s, & turbabantur discipuli. Venti sæuiebant, fluctus excitabantur, nauis mergebatur. Quare? Quia Iesus dormiebat. Sic & tu quando tempestates tentationum sæuiunt
in isto seculo, turbatur cor tuum tanquam nauis tua. Quare, nisi quia dormit fides Ephe. 3.
tua? Sic. n. Paulus Apostolus dicit Quia habitat Christus per fidem in cordibus ue-
stris. Excita ergo Christum in corde tuo, uigilet fides tua, tranquilletur cõscientia, & liberetur nauis tua. Senti, quoniam qui promisit verax est. Nodum ostendit, quia
nondum est tempus vt ostendat. Multa etiam tamen ostendit, Christum suum pro-
misit & dedit. Resurrectionem eius promisit & dedit. Euangelium eius promisit & dedit. Ecclesiam suam toto orbe diffundendam promisit & dedit. Tribulationes ip-
sas in rebus humanis prædixit & ostendit. Quanta sunt quæ restant? Implętur quæ promissa sunt, implentur quæ prædicta sunt, & titubas ne non veniat quod restat? Tunc timere deberes, si quod prædictum est non videres. Bella sunt, fames sunt, cõ
tritiones sunt. Regnum super regnum est, terræmotus sunt abũdantia scandalorũ, Matt. 24.
frigus charitatis, copia iniquitatis. Hæc omnia lege, prædicta sunt, Lege, uide quia omnia quæ vides prædicta sunt, & crede te visurum esse quod nondum venit, nume
rans quanta venerunt. Tu autem videndo deum ostendere quę prædixit, non cre-
dis daturum esse quod promisit. Ibi credere debes, vbi turbari cœpisti. Si finis mun di est, migrandum est de hoc mundo, nõ amandus est mundus. Ecce turbatur mun dus, & amatur mundus. Quid si tranquillus esset mundus? Formoso quo hæreres, qui sic amplecteris fœdũ? Flores eius quo colligeres, qui ab spinis non reuocas ma-
num? Non vis relinquere mundũ, relinquit te mũdus, & sequeris mundũ. Cor ergo mũdemus charissimi, & nõ perdamus sustinentiã, sed percipiamus sapiẽtiã, & tenea
mus continẽtiã. Transit labor, venit reqes. Transeunt falsa delitiosa, & veniet bonũ quod concupiuit aia fidelis, cui inardescit & suspirat omnis peregrinus in seculo. Patria bona, patria cœlestis, patria cum populis angelorum, patria vbi nullus mo-
riretur, quo nullus hostis admittitur, patria vbi habeas sempiternum deum ami-
cum, ubi nullum timeas inimicum.

In eadem Dominica, Adiuuenes vt contineant. Sermo II.

Ser. 246.
ADuos mihi seruo o iuuenes, flos ætatis, periculum mentis. Tempus qui-
dem omne atque omnis ætas qua corruptibilis caro illa portatur, vacarẽ a tentationibus non potest. Et tandiu quisque bonus in agone luctatur
1. Cor. 9.
ne ab aduersario superetur, in periculis agit, quandiu cum illo sicut in arenoso quo dam stadio, sic in ista morte contendit. Mox enim ut homo seculo nascitur, & ui-
tam plenam miserię velut Propheta futuri laboris sui præconio lacrymosæ uocis in greditur, etiam si nondum in animo suo, in animo tamen parentum suorum uel quorumlibet hominum, in quorum manibus nutrienda eius infirmitas iacet ten-
tari iam potest, & diaboli circumuentionibus rapi, aut per ligaturas execrabilium remediorum, aut per sacrilega sacra gentium, aut si forte mors urget negligentia re
nunciationis in baptismo salutari: & ut breui complectar, tentatur illa ætas cum a
Gene. 3. suis in mundo diligitur, & in Christo negligitur. Trahit enim secum propaginem
Iob. 15. mortis, & in illo peccati uulnere radicatur quod primo homini ex quo corruptionis originem duximus, uenenoso dente serpentis inflictum est. Vnde sanctus Iob nemi
nem esse mundum dicit a peccati utique sordibus, nec infantẽ cuius est unius diei
Psal. 50. uita super terram. Sed de iam nato quid loquar, cum Dauid luctuosa uoce clamet, In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Superflua

enim possent videri baptismata recentium paruulorum, nisi omnes homines morerentur, & originale peccatum per parentum viscera vsq; ad fructum prolis tramite
mortalitatis excurreret cum & mortalem creaturam dominus omnipotens lege sui 249
ordinis format, & immortalitatem renouationis optimus pater misericordiæ gratia C
subministrat. Quod si nec infantia mortalis hominis propter corruptionis vinculum a tentationibus vacat, quid de cæteris ætatibus dicam? An forte senectus excepta est, & in carne iam victa cadaueri sanguinis ac membra illicitæ concupiscentiæ friguerunt, & a fesso ac prope mortuo iã corpore materies tentationis emarcuit?
Imo vero tantus est in malis sensibus plerunque gurges auiditatis & insatiabilis vorago ventris & gutturis, vt quanta boni senes prudentia serenantur, tanta isti vinolentia sepeliantur, quasi ad hoc in eis arida viscera & succo exhausta curuẽtur, vt ad
1. Tim. 6 vigor pristinum reparandum ebrietatis inundatione rigãda sint. Quid auaritia quę radix est omnium malorum? Nonne in frigidis senibus tanto ad acquirendum feruentius inardescit, quanto citius relictura est quod acquirit mirabili sanæ demẽtiæ? Gratioribus enim sumptibus se onerare festinat, cum iam peruenerit quo tẽdebat.
Si ergo puerilis & senis ętas non est a tentationibus libera, quarum altera, i. puerilis nondum bene ingreditur, altera iam egreditur istam vitam, & altera paulo ante non
erat, altera paulo post non erit: quid sentiendũ est de flagrantia iuuenilis ætatis, quę 249
vtriusque in medio constituta & ab infirmitate pueritiæ iam recessit, & nondum ad D
torporem senectutis accessit? Hęc pluribus atque maioribus tentationum tempestatibus quatitur. Hęc fluctuum crebriore impetu seculi inundantis operitur. Præsumit viribus, formę dignitate iactatur, pompa rerum temporalium præfulgere aut exoptat aut gaudet. Itaq; iuuentuti malorum venenum est quicquid veritas præcepit, esca est quicquid diabolus suggerit: sed amaritudo iustitiæ medicamentum est virilis ętatis: dulcedo autem iustitiæ muscipula est temeritatis, ad hoc pertinet quod scri
Prou. 27 ptum est, Dulciora sunt vulnera amici quam voluntaria oscvla inimici. Et illud qđ
ait Dauid, Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me, oleum autem pecca-
Psal. 140 toris non impinguet caput meum. Vrat veritas, & tamen sanet. Nam oleum peccatoris adulatio assentatoris mulcet, sed decipit. Ibi enim lenitur superbia, sed labitur vita. Loquitur enim Propheta ex persona eius qui ia medicum quærit, qui manum curantis etiam cum doloris acerbitate supportat, qui ægritudinem suam sanari potius quam laudari desiderat. Periculosum vero est vlcus iuuentutis quod cupiditatibus contabescit. Sed spes ista desperatorum est, spes rerum perituraru̇m, quæ animæ mi-
1. Cor. 15. seræ non soluit, sed inflat affectum, facitq; illam tactum non ferre veritatis, vt etiam 249
de sua immortalitate desperans, amet dicere, amet etiam ista sibi dici, Manducemus E
& bibamus, cras enim motiemur: oderit autem & dicere & audire, Sobrii estote & iusti, & nolite peccare. Amet pernitiosam inimici lenitatem, oderit salubrem medici asperitatem. Ista peruersitas, ista væsania in iuuenili ætate maxime formidanda est.
Hinc ille nascitur sermo hominum in flagitia defluentium, & inde in scelera crude-
Sapien. 2. scentium. Dixerunt enim cogitantes, apud se, non recte, Exiguum & cum tędio est tempus vitæ nostrę, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Venite ergo fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquã in iuuentute celeriter. Vno prætioso & vnguentis nos impleamus, & cætera quę in eodem loco attexantur gestientis verba luxuriæ hominum de vita ęterna desperantium, & spem suam tanquam in arena torrentis, ita in temporali carnis corruptione potentium. Ex hac autem enumeratione libidinum & putredinũ & vermibus flagitiorum, videte in quæ facinora & quam immania scelera prosilitur. Exhausti enim atque submersi immoderatorum delictorum turpium corruptela, vel dum seueritatem veritatis sibi contradicentis oderunt, Opprimamus ergo, inquiunt, pauperẽ & iustum, & non parcamus viduæ nec seni, nec reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostre lex iustitiæ. Quod infirmum est inutile inuenitur. Circum- 249
ueniamus ergo iustum quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nos- F
tris. Talia de domino nostro Iesu Christo Iudæorum impietas cogitauit. Quod ma-
nifestius in verbis cõsequentibus inuenitur: paulo enim post dicit, Promittit scien-
dei se habere, & filium dei se nominat, deinde rursus paulo post picunt, Contumelia

& tormento interrogemus illum, vt sciamus reuerentiam illius. Morte turpissima condẽnemus eum. Erit enim respectus ex sermonibus illius. Sed attendite quam de illis sententiam ferat spiritussanctus, quando statim subiungit. Hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit enim illos malitia illorum. Omnia horrenda facinora qua timentur in sceleratis hominibus, videte de qua labe consurgãt. Quid enim mollius quam illa luxuria? quid durius quam ista crudelitas? Iandudum dicebant, Fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, & non prætereat nos flos temporis, & vbique relinquamus signa lætitiæ: nunc dicũt opprimentes pauperem, Non parcamus viduę nec reuereamur senem: Circũueniamus iustum, contumelia & tormento interrogemus eum, morte turpissima condemnemus eum. Vinum sequitur furor, vnguenta tormenta, sanguis rosas, ira lętitiam. Talibus ligatus, cęsus, interfectus est dominus. Quis de coronis florentibus cruenta vincula formidaret? Quis de suauibus poculis dolores sęuissimos pũideret. Quis de mollibus pratis tam dirum crucis lignum prænosceret, & tamen nulla ętas, nulla luxuria, nisi iuuentus flori temporis comparata est? Sic enim dixerunt, Vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vos ergo, o iuuenes maxime monemus & hortamur vt veræ virtutis pulchritudine capiamini. Nulla species terrena vel cœlestis, nullus fulgor metallorum, nulla nemorum amœnitas, nullę florum purpuræ, nullus vel naturalis vel adhibitus carnis ornatus, nullus quarumlibet chordarum atq; tibiarum sonus, nulla odorum iocunditas, nulla saporũ suauitas, nulli amplexus pulchritudini, inspirationi, dulcedini, fomentis sapientię comparãtur. Ab his enim quę turpiter amãtur nõ ab ipso amore prohibemur. Amare vultis, amate sapientiã, ambite ut perueniatis ad eam, ut non uos exhorreat eius aspectus in homine, vos in timore componite. Sicu lasciui oculi ornamenta corporis, sic illa cordis inquirit. Nec de vestris diuitis hęc ornamenta proferatis, quia odit superbos, & quasi de suo se iactare cupientes. Quid autem habes quod non accepisti? Ipsa ergo donat unde illi
1. Cor. 4 placeas. Tantum dilige eã & seruabit te. Circũda eam & exaltabit te, honora eam &
Prou. 4. amplexabitur te, vt det capiti tuo coronam gratiarum. Clara est & quæ nunquã marcescet sapiẽtia, & facile inuenitur ab his qui diligunt illã. Proponitẽ hanc adiungere
Sapien. 6 nobis, in illã suspirate, in illã exardescite, in illam deperite. Teipsum abnega tibi, ne
Sapien. 8 illi te abneges dũ tibi places. Nõ habet amaritudinẽ conuersatio illius. Si amatores
Daniel. 9 estis, hãc amate, si formosi estis, deo placete: si iuuenes estis, diabolũ uincite. Daniel ab angelo uir desideriorũ appellatus est. Quæ illa eius erãt, desideria, nisi quibus in sapiẽ pulchritudinẽ ardenter inhiabat: quia in iuuenili ætate calcauit lasciuiã, & regum superbiam presit captiuus, & ora leonum clausit. Inclusus. Nec vos fœminæ
2. Tim. 2 adolescentulæ alienum a vobis arbitremini hunc esse sermonem. Ad uos. n. non ta-
Dan. 13. men vt confundam uos hæc dico, sed vt filias meas charissimas moneo. Iuuenilia
Lu. 1. & 2. desideria fugite, nuptæ Susannam, uiduæ Annam, virgines Mariam cogitate. Nec
Esai. 40 in publicum propterea procedatis, vt florem fœni vestri oculis hominum ostentare cupientes, in domo vitæ mortem quæratis. Omnis. n. caro fœnum, & claritas hominis vt flores fœni. Quid ergo facietis cum fœnum aruerit, flos deciderit? Verbum autem domini quod manet in æternũ cineres vestros non facile inuenturum putetis, quod nunc superba ætatis viriditate contemnitis. Stricte iterum dico atque contestor, iuuenilia desideria fugite. Si auditis hoc, si obtemperatis, si tanquam dei verbum cum honore & timore susc ipitis, non solum pulcri ante oculos dei, sed & sani eritis. Si autem de hac admonitione nostra etiam iocos fortasse amatorios vobis faciatis, de ipsis ferramentis medici mortifera vobis vulnera infligitis. Certe. Iudæi q dñm crucifixerunt, qđ cũ audimus horrescimus, & ingẽti execratione pręsequimur, sed tñ illi cũ de sua luxuria cogitarẽt, delitiosos agros solutudines
Sapien. 2 meditabãtur, dicẽtes, Nullũ pratum sit quod no pertranseat luxuria nra. Quo ergo parceret Christo si eum inuenisset in terra, qui quidem non solitaria prata iritandis bidinibus suis, sed frequentissimas ecclesias elegit regnãtis in cœlo? Ecce tertio contestor & dico, desideria iuuenilia fugite, Danielis desideriis ęstuate. Filii a iuuentute uestra eligite doctrinam, & usque ad canos inuenietis sapientiam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominica uicesimaquarta, De adulterino habitu uirorum ac mulierum. Ser. I.

Ser.257. AVdiuimus ex | parabola | euangelica quẽdam patremfamilias nuptias filio suo 249
feciſſe,& ad eas plurimos inuitaſſe. Inter quos cum ingreſſus eſſet quidam non L
Mat.22. habens habitum nuptialem,uiſus a patrefamilias iuſſus eſt no tantum excludi a nu
ptiis,ſed in tenebras exteriores retrudi. Hæc parabola inſentatos homines huius te-
poris euideter redarguit,quãuis altiori diſſertione aliquid ſecretius & ſacratius poſ
ſit intelligi. Prius ergo quęramus quis ſit iſte pater familias, quis ſit iſte filius, quæ
ſint iſtę nuptiæ. Quibus proſpectis facilius intelligere poterimus, cur ille ab his nu
ptiis excluſus ſit,qui ad eas cum adulterina ueſte acceſſit. Intelligimus itaq; hũc pa
trem familias,deum patrem omnipotentem cui famulantur uniuerſę familię gentiũ
qui coęternum & coæqualem ſibi genuit filium in cœlis ſub patre,in terris ſub ma-
tre. Cui nuptias fecit,quando ei eccleſiam ex omni genere hominum ſociauit. Ad
hanc Chriſti & Eccleſiæ ſocietatem conuocati ſunt nobiles & ignobiles, diuites &
pauperes,omnis conditio,omnis ſexus,omnis ætas. Inter hos acceſsit unus, qui ſo-
lus excludi meruit,quia habitum talium nuptiarum ſanctitati congruentem non ha
buit. Attendite fratres,iſte unus multi ſunt,& tamẽ hæc tota multitudo unitatis no
mine comprehenditur. Multi enim ſunt quantum ad numerum perſonalis diſcretio
nis,ſed unus ſunt per conſcientiam unius prauitatis. Sicut enim eccleſia una eſt per 249
fidem ſub capite Chriſto,ita tota reproborum multitudo ſiue pareat ſiue lateat,unũ
corpus eſt ſub principe diabolo. Qui ergo per infidelitatem manifeſte a deo recedit.
ad has nuptias non accedit. Qui uero fidelis eſt accedit corpore recedit mẽte, nobiſ-
Mat.13 cum intrat eccleſiã,communicat nobiſcum Chriſti mentam. Boni & mali pisces ad-
Mat.3 huc lꝛtent intra retia,donec diuidantur in littore. Adhuc toleratur palea, donec ven
Mat.22. tiletur area. Tunc manifeſte apparebit,quia multi uocati pauci electi. Tunc iſte adu
lator habitus nuptialis iuſſu patris familias & manifeſte excludetur, & in tartara re-
trudetur. Interim tamen amici ſponſi talem ſimulatorem non ignorant, quia ha-
bitus impudicus corporis nuncius eſt adulterini cordis, impudicus autem habitus
corporis ſui in uiris, ſuperflua & inordinata capillatura, veſtimẽtorumq; mulebriũ 250
affectata ſimilitudo, calciamentorum quoque metas neceſsitatis excedens ſimulata
longitudo. In mulieribus facies fucata, uirilium veſtimentorum imitatio, capillorũ
natiui coloris adulteratio. Hic habitus in utroq; ſexu adulterinus eſt, & ſanctarum
nuptiarum ſocietate indignus,& a conſpectu tanti ſponſi & tantæ ſponſæ prorſus
amouendus, Nec ſilentio prętereunt hoc debent amici ſponſi, diligentes decorem do-
mus dei. Debẽt huiuſmodi adulteris publice oblatrare,ne dicatur de eis, Canes mu 250
Eſaiæ.56 ti latrare non valentes. Qui enim quantitatem uel formã quã omnipotens & prudentiſ-
ſimus plaſmator finxit,in aliam transfigurare contendit, nonne euidenter dicere ei
Eſaiæ. 45. Roma.9. uidetur qui ſe fixit, Cur me feciſti ſic? Improba temeritas conditoris plaſmata vili-
care, ut quantitatem ſuam & formam quantum in ſe eſt, in aliud trãsfiguret, quod
ſi a natura haberet incomparabiliter ſe habere doleret. Nec iſta dicimus a nobis tan
quam ex nobis. Habemus patres noſtros doctores egregios qui ante nos contra iſta
ſcripſerunt,& irrefragabili authoritate dãnauerunt. Audiuimus Paulum doctorem
gentium,de ſuperflua capillatura dicentẽ Corinthius, Vir ſi comam nutriat, ignomi
2.Cor. 11. nia eſt illi. Cum.n. vir ex dei ordinatione primatum habet ſuper mulierem, ut con-
tra honorem ſui ſexus ſuperfluitate capillorũ caput velat, primatũ ſuũ ſibi abiudicat
vt merito deo dicatur, Homo cũ in honore eſſet non intellexit. cõparatus eſt, vt vera
Pſal. 48 dicamus, non tantum mulieribus, ſed etiam iumentis inſipientibus. Iudicio enim ie
gum iure ab obtenta dignitate deiicitur qui priuilegio ſibi conceſſo abutitur. Au-
11.quæ.3. diamus & beatum Cyprianum egregium martyrem & ſuauiſſimum doctorem, de
Priuileg. adulterino habitu diſputantem: dicit enim in epiſtola quam ſcribit de habitu virgi
74.diſt. num. Opus dei & factura eius & palma eius nullo modo adulterari debet in habitu 250
Vbi iſta. flauo colore uel nigro, vel quolibet deniq, lineamenta natiua corrũpente medica-
Cyprian. mine, dicit enim deus Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinẽ noſtrã, & ali
Gene.1 det quiſquã mutare & couertere quod fecit deus? Manus deum offendunt, quan-
do id quod ille formauit reformare & transfigurare cõtendunt, ſciẽtes q̃ opus dei eſt

omne quod naſcitur,diaboli quodcunque mutatur. Siquis pingendi artifex multũ
alicuius & ſpeciem & corporis qualitatem æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam
conſummatoq; ſimulacro,manus alius afferret,& iam formata,iam picta,quaſi perī-
tior refo rmaret,grauis prioris artificis iniuria & iuſta indignatio uideretur. Et in ſe-
quentibus. Non metuis ne cum reſurrectionis dies uenerit,artifex tuus non te reco
gnoſcat,& ad ſua prędmia & promiſſa uenientem remoueat & excludat, increpãs ui-
gore cenſoris & iudicis dicat. Opus hoc meum non eſt,nec imago hæc noſtra eſt,cũ
te flauo medicamine polluiſti,cum formam quam dederam tibi,mendacio deforma
ſti,facies corrupta eſt,membra aliena ſunt,dem uidere non poteris, quoniam oculi
tibi non ſunt quos deus fecit,ſed quos diabolus infecit. Audite me itaque u t parẽ
tem,audite quæſo uos docentem,pariter ac monentem. Audite utilitatibus ueſtris
commodis fideliter conſu lentem. Eſtote tales quales uos deus artifex fecit,eſtote
tales quales uos manus patris inſtituit. Maneat in uobis facies incorrupta, ceruix
pura,forma ſyncera,a calci amentis ſuperfluis pedes liberi,crines nullo colore fuſca-
ti,oculi conſpiciendo deum digni. Apoſtoli uox eſt, quem dominus uas electionis 1.Cor.15
appellauit, dicit enim Primus homo de terra terrenus, ſecundus homo de cœlo cœ-
leſtis. Sicut portauimus imaginem terreni, ſic portemus imaginem cœleſtis. Hanc
imaginem portat uirginitas,portas integritas,portat ſanctitas & ueritas,portant di-
ſciplinæ dei memores,iuſtitiam cumreligione retinentes,ſtabiles in fide,humiles in
timore,ad omnem tolerantiam fortes,ad ſuſtinendam iniuriam mites, ad faciendã
misericordiam faciles,fraterna pace unanimes atque concordes: quia omnia obſer-
uare,diligere & implere debemus,u t Apoſtoli prȩceptum adimpleamus, Empti eſtis
pretio magno,glorificate & portate deum in corpore. Deum enim in corpore noſtro 1.Cor.6.
portamus,cum imaginem eius per immundas & prophanas adinuentiones non de-
formamus, cum per omnia ſeruitutis obſequia redemptoris imperio parere ſtude-
mus. Ita enim imaginem ſuam in nobis recognoſcet,& nuptiali ueſte ornatos a ſuo
ſanctorumq; conſortio non excludet, quod nobis miſericorditer præſtare dignetur,
qui uiuit & regnat deus per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

In eadem dominica, De continentia, Sermo II.

ADmonet nos lex diuina & exhortatur fratres chariſsimi,ut concupiſcentiã hu-
ius mundi deuitantes,continentiæ ſalubri operam demus,ne nos illecebra vo- Ser.248
luptatum per varia ducat deſideria,& laqueo mortis irretitos,in præcipitium & vo
raginẽ tradat inferni: loquitur ſapientia homini,& dicit, Post concupiſcentias tuas
non eas,& a uoluntate tua auertere. Si præſtas animæ tuæ concupiſcentiam eius,fa- Eccl.18
ciet te in gaudium inimicis tuis. Amor enim iſtius mundi,parit inimicitiã dei: vnde
ſcriptum eſt, Qui vult amicus eſſe huius ſeculi,inimicus dei conſtituitur: hoc enim Iacob.4
apoſtolus ſciens Ioannes,perſuadet nos,& dicit, Nolite diligere mundum, neque ea 1.Ioan.2
quæ in mundo ſunt. Siquis dilexerit mundum,non eſt charitas patris in illo,quia
omne quod in mundo eſt,concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum &
ſuperbia ſpiritus. Hoc & coapoſtolus eius Paulus rurſus monet & dicit, Qui emunt 1.Cor.7
ſic ſint quaſi non poſsidentes,& qui hoc mundo utuntur quaſi non utantur, pterit
enim figura huius mundi. Vnde & ipſe ſaluator in parabola ſua oſtendit, q̃ druitiæ
& uoluptates ſeculi ſuffocant uerbum,ita ut non referat fructum: & alibi pcepit,di- Mat.13.
cens, Qui vult uenire poſt me,abneget ſemetipſum,& tollat crucem ſuam & ſequa- Mat.26.
tur me: & itẽ, Qui non renunciauerit,inquit,oibus quæ poſsidet,non põt meus eſſe Lucæ.14.
diſcipulus. Hæc igitur conſiderantes fratres chariſsimi,perpendite quantum neceſſa
ria uobis ſit continentia,per quam Chriſti diſcipulatui condigni, ad regnum pote-
ſtis cum eo uenire perpetuum. Continentia uero & ſobrietas non in ſola integrita-
te carnis conſiſtit,ſed etiam in cultu & ornatu,uita pariter & moribus conſiſtit. De-
bet enim unuſquiſque continens eſſe ab omnibus illicitis. His autẽ quæ licita ſunt
debet cum modeſtia & ſobrietate uti. Non enim decet Chriſtianum ſeculi lucris
inhiare,cui promiſſum eſt regnum cœleſte, ſed ſuo domino per continentiam cõ
digne uiuere, ut poſsit cum eo in perpetuum gaudere. Caſtitatem debet ama- Prouẽ.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,& fornicationem fugere: non auaritiæ studere,sed victu & vestitu contentus esse,
non superbire,neque sperare in incerto diuitiarum, sed humiliter sentire, & mundi 250
pompam contemnere. Non debet esse vaniloquax & arrogans, non mendax neque F
iniuriosus,neque bilinguis, non susurro neque detractor, sed ueritatem debet ex
ore & corde proferre,linguam suam a multiloquio temperare, quia scriptum est,In
multiloquio non effugies peccatum. Oculos contra vanitatem claudere,auditum a
scurrilitate & falsitate,imo ab omni eloquio malo auertere: risum excelsum & excus
sum non amare: guttur & nasum ad illecebram dulcium ciborum & suauium odo-
rum non libenter adhibere, sed magis bonum & suauem odorem virtutum appete-
Rom.6 re. Manus & pedes & omnia membra corporis solicite custodire, ne fiant arma iniq-
tatis peccato, sed magis potentiæ arma deo ad destruendum spiritalem inimicum.
Cor quoque debet miles Christi ante omnia solicita custodia seruare,non forte il-
lud iactantia extollat,ira inflammet,inuidia per foret,auaritia infestet, libido exu-
rat,tristitia grauet, torpor & ignauia oneret: & ne illud quod cunctis grauius est,p
nouitatum præsumptiones hæresis scindat. Qui enim cordis occulta per continentiã
quietã seruare intus contendit, utique & membra corporis facilius contra prauos
actus foris custodit: scriptum est enim. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso 250
Prou.4 vita procedit: item alibi,Mors tecum in introitu delectationis posita est; & saluator G
Mat.12 in euangelio,Bonus,inquit,homo de bono thesauro cordis sui profert bonũ & ma-
Mat.15 lus homo de malo thesauro cordis sui profert malum: & item, De corde,ait,exeunt,
cogitationes malę,homicidia,adulteria,fornicationes. Cum ergo fratres de cordis ra
dice fructus siue boni siue mali exeant,necesse est ut primum cor mundemus, de-
inde carnem nostram per ieiunia & uigilias & laborem utilem castigemus,ne carnis
libido mentem maculet. Difficile est enim ut in delitiis uiuentes mundum cor ha-
1.Cor.9 beant: inde dixit Apostolus, Castigo corpus meum,& in seruitutem subiicio,ne for-
Galat.5. te cum aliis p̃dicem,ipse reprobus efficiar: & item, Qui autem Christi sunt,ait,car-
ad Tit.2. nem suam crucifixerunt cum uitiis & concupiscentiis. Sobrie quippe & pie uiuamus
in hoc seculo,expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni dei,& saluato-
ris nostri Iesu Christiqui dedit semetipsum pro nobis ut nos redimeret ab omni ini
quitate,& mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum, ut
cum uenerit in maiestate sua cum sanctorum angelorum milibus,pro bonis labori-
bus & sancta conuersatione reddat nobis præmia uitæ æternæ potius quãm p delis-
dia & uoluptate præsentis uitæ cruciatum retribuat sempiternum, quia ueraciter 250
Mar.16 de eo scriptum est, q̃ reddat singulis secundum opera, Iesus uidelicet Christus, qui H
Rom.2. cum patre & spiritusancto viuit & regnat deus,per omnia secula seculorũ, Amen.

Dominica xxv. De castitate & munditia. Sermo I.

Ser.249. GLoriosum & insignem inter cæteras virtutes castitas & munditia locum te-
net,fratres charissimi,quia ipsa sola est quæ mundas mentes hominum præ-
Mat.5. stat uidere deum,vnde ipsa ueritas ait,Beati mundo code, quoniam ipsi deũ
uidebunt. Ac si econtrario diceret, Illi uero miseri sunt quorum corda sunt carna-
li concupiscentia polluta,quia æternas merguntur in pœnas. Castitas enim angeli-
ca est uita,castitas cum humilitate spiritussancti merebitur habitationem,quam ex-
Sapien.1 pellit immunditia libidinum: dicente scriptura, Corpus peccatis subditum spiritus-
sanctus effugiet. Membra nostra debent deo esse dicata,non fornicationi. Opponat
homo desiderio carnis sue eternorum flammas tormentorum. Assuescat iuuenis ca-
stitatem,ut sit dignus sapientia dei. Vbi immunditia est corporis, ibi habitatio dia-
bolici spiritus, qui maxime gaudet in inquinatione carnis nostrę. Omnes immundi 250
tię deo displicent,& maxime quę non sunt naturales: admonet itaque nos scriptura I
Eccl 18 sancta, dicens, Post concupiscentias tuas non eas,& a uoluntate tua auertere. Si præ-
stas animę tuę concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis uenire. Eius-
modi quoque Salomon sapientissimus proferebat sententias de cauenda immundi
tia, dicens, Fauus distillans labia meretricis,& nitidus oleo guttur eius, nouissima
autem illius amara quasi absynthium,& acuta quasi gladius biceps. Pedes eius de-
scendunt

scendunt ad mortem,& ad inferos gressus illius penetrant: Per semitam vitæ non
ambulant,vagi sunt gressus illius & inuestigabiles. Nunc ergo fili audi me,& ne re-
cedas a verbis oris mei. Lõge fac ab ea viã tuã, & ne appropinques foribus domus
eius. Hoc siquidem non solum de meretricum immunditia dixit, sed etiam de omni
carnis concupiscentia, quæ solicitat animam suam consentire suis desideriis. Sed ra-
tio mentis prohibere debet impetus carnis,& refrænare voluptates eius iniquas. Itẽ
ille qui supra prohibet cohabitationem fœminarum,iuuenibus dicit, Nunquid ab- Prouer.6
scondere potest homo ignem in sinu suo,vt vestimenta illius non ardeant,aut ambu
lare super prunas,& non comburentur plantæ eius? Sic qui ingreditur ad mulierem
proximi sui,non erit mundus cum tetigerit eam. Similiter & beatus Apostolus ad- 1.Cor.7.
monet nos,Bonum est,inquiens,mulierem non tangere: quasi statim in tactu peri-
culum esset. Pulchra est enim casta iuuenum pudicitia & deo amabilis, & ad omne
bonum vtilis. Qui filios habet spiritales vel carnales, nutriat illos in castitate deo,
non in fornicatione diabolo. Quid prodest homini filium habere,nutrire,amare,si
æternis eum nutriat tormentis? Qui in castitate viuunt,angelicam habent in terris
conuersationem. Castitas hominem cœlo coniungit,angelis facit ciuem. Qui mu
lierem habet legitimam, legitime vtatur ea temporibus opportunis,ut secundum
Apostolum possit uacare orationi, & benedictionem mereatur filiorum a deo ac- Vbi sup.
cipere. Nemo dicat a fornicatione se custodire non posse. Fidelis enim est deus, 1. Cor.10.
dicit Apostolus, qui nõ permittit nos tẽtari supra id quod portare possumus,sed fa-
ciet cum tentatione prouentum. Talis vnicuique homini tentatio datur,siue in car
nis desiderio,siue in ambitione seculi,vel etiam in quacunque tentationis molestia,
qualem aut cum laude vincere,aut cum opprobrio succumbere poterit. Omnibus
enim castitas per necessaria est, sed maxime ministris Christi altaris, quorum vita
aliorum debet esse eruditio,& assidua salutis p̃dicatio. Talis enim decet dominum
habere ministros, qui nulla cogitatione carnis corrumpantur, sed potius continẽtia Leuit.19
castitatis splendeant,& totis honestis fulgeant in populo exemplis,quibus dominus 1.Ioan.3.
per legislatorem dicit,Sancti estote,quia & ego sanctus dominus deus vester. Deus
enim lux est,& tenebræ in eo non sunt vllæ,nec aliqua fœditas ei sociari potest. Et
ideo fratres charissimi,siue viri,siue fœminæ,siue clerici,siue laici, secundum Apo-
stoli admonitionem,mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus,per- 1.Cor.7.
ficientes sanctificatiouem in timore dei. Studeamus,vt ei qui ad æternam suam glo-
riam nos vocauit,placeamus,quatenus cum eo fœliciter in æternum regnare possi-
mus,præstante domino nostro Iesu Christo,qui cum patre & spiritusancto viuit &
regnat secula seculorum, Amen.

In eadem dominica, De incauta familiaritate extranearum mulierum. Sermo II.

NEmo dicat fratres charissimi q̃ temporibus nostris martyrum certamina esse Ser. 250.
non possint. Habet enim & pax nostra martyres suos. Nam sicut frequẽter sug
gessimus iracundiam mitigare,libidinem fugere,iustitiam custodire,auaritiam cõ-
temnere,superbiam humiliare,pars magna martyrii est. Non incongrue dictum est
fratres charissimi, Auaritiam contemnere, iracundiam mitigare, libidinem fugere.
Contemnenda est enim auaritia, quæ nobis ideo iniqua lucra procurat vt suos fa-
ciat nos. Nostri enim essemus si illa nostra non esset. Contemnenda est, inquam,
auaritia,quæ uelut ignis,quanto magis acceperit, tanto amplius quærit. Iracundia
vero mitiganda est,quæ prius nocituris impendit quàm nocendis. Quod autem libi
dinem fugiendam esse suggerimus, Apostolus Paulus euidenter ostendit,qui cum
omnibus vitiis p̃dicauerit resistendum,dum contra libidinem loqueretur, non di- 1.Cor.6.
xit,Resistite,sed fugite fornicationem. Ac sic contra reliqua vitia, deo auxiliante, Eccl.9.
debemus ib̃ p̃senti resistere,libidinem vero fugiendo superare. Sic & alibi in scri-
pturis diuinis legimus, Noli,inquit,in f: ciem virginis intendere, ne te scandalizet Gene.39
vultus eius. Et beatus Ioseph vt impudicam dominam posset euadere,pallium quo
apprehensus fuerat reliquit & fugit. Ergo contra libidinis impetum apprehende fu-
gam si uis obtinere victoriam. Nec tibi verecundum sit fugere si castitatis palmam

desideras obtinere. Vnde fratres chariſsimi ab omnibus chriſtianis, præcipue tamen clericis ſiue monachis indigna & inhoneſta familiaritas fugienda eſt, quia ſine vlla dubitatione qui familiaritatem non vult vitare ſuſpectam, cito dilabitur in ruinam. Sed forte negligens quiſque & minus de animæ ſuæ ſalute ſolicitus, reſpondet & dicit. Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum & extranearum, & tamen caſtitatis ornamenta cuſtodio. Infœlix eſt & nimium periculoſa iſta p̄ſumptio. Multi n. dum ſe putabant vincere, victi ſunt. Sed dicit aliquis, Inter mulieres extraneas habitans continentiam teneo, & volo habere quod vincam. Quid eſt dicere, Volo habere quod vincam, niſi viuere deſidero ſub ruina? Sed ego, inquit, libidinis impetum tāquam aduerſarium meum volo captiuum iugiter retinere. Vide ne contra te incipiat ipſa captiuitas p̄ualere, & ubi te putabas obtinere triumphum, inde æternum incurras opprobrium. Inter omnia chriſtianorum certamina ſola duriora ſunt præl̄ia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna & rara victoria. Grauem caſtitas ſortita eſt inimicum, qui quotidie vincitur & timetur. Et ideo ſicut iam dictum eſt, nemo ſe falſa ſecuritate decipiat, nemo de ſuis viribus periculo ſe præſumat, ſed audiat Apoſtolum dicentem, Fugite fornicationē. Dauid enim ille ſanctiſsimus in mille paſsibus mulierē nudatam vidit, & ſtatim homicidium fecit & adulterium. Et aliqui in aliena domo cum extraneis mulieribus putant ſe caſtitatis obtinere triumphum, ignorantes duplicite r ſe apud deum reos exiſtere, dum & ſeipſos in periculum mittunt, & aliis exemplum peruerſę familiaritatis oſtendunt. Quanticunque enim illorum ſtultitiā imitantes per inhoneſtam familiaritatem caſtitatis ornamenta perdiderint, illorum animæ ab illis in die iudicii requirentur, qui eis exemplum perditionis oſtendūt. Et ideo fratres chariſsimi contra mortifera blandimenta, & contra adiutores diaboli q̄ familiaritatem ſuſpectam habere nec metuunt nec erubeſcunt, ne nos exemplo ſuo decipiant dei adiutorium imploremus iugiter, vt nos de laqueo venantium liberare dignetur, ſcientes q̄ in malis omnibus quæ ſupra diximus Chriſtianis quotidiana martyria deeſſe non poſſunt. Si enim caſtitas & veritas & iuſtitia Chriſtus eſt, ſic & ille qui eis inſidiatur perſecutor eſt, & ille qui & in aliis defendere & in ſe cuſtodire voluerit, martyr erit. Et ideo qui hęc tota animi virtute & ipſe diligit, & vt alii diligant & verbis ſimul & exemplis oſtendit, & vbicunque veritas vel iuſtitia ſiue caſtitas laborant, quantum prȩualet ſe etiam vltro iugiter & ſecundum q̄ vires habuerit defendere contendit, non vnam ſed plures coronas deo remunerante percipiet. Et vt hęc obtinere cum dei adiutorio mereamur, non ſolum ab extranearum mulierum familiaritate, ſed etiam ancillarum noſtrarum uel quaruncunque vicinarum aut filiæ aut alumnæ aut ancillæ vnuſquiſque familiaritatem, vel ſecretā collocutionem vitare contendat: quia quanto earum vicinior conditio, tanto facilior ruina eſt. De familiaritate enim talium Ş alomon nos admonet dicens, Nunquid alligabit quis ignem in ſinu ſuo, & veſtimenta eius non ardebunt? Aut ambulabit quis ſuper prunas, & non comburentur plantæ eius? Et illud, Pretium meretricis vix dimidium panis, mulier autem pretioſam uiri animam capit. Et quanta iniquitas & quàm lugenda peruerſitas, ita vt animam quam Chriſtus ſanguine ſuo redemit, luxurioſus q̄ſq̄ propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo vendat. Vere enim nimiū plangenda & miſeranda conditio eſt, vbi cito præterit quod delectat, & per diabolū in cruce manet ſine fine quod cruciat. Sub momento enim libidinis impetus tranſit, & opprobrium infœlicis animæ permanet. Sed dicit aliquis, Homo iuuenis ſum, facio quod me delectat, & poſtea pœnitentiam ago. Hoc eſt dicere, percutio me gladio erudeli, & poſtea ad medicum vado, & neſcit q̄ in vnius horæ puncto uulnus accipitur, & uix longo tempore ad ſanitatem priſtinam reuocatur. Qui enim adulterans dicit ſe poſtea pœnitentiam acturum, quare non timet ne eum ſubitum periculum ſuperueniens rapiat, & pereat illi delectatio, & ſuccedat illi damnatio? Et de infœlici libidine vnde ſupra diximus credendum eſt illud quod prophęta dixit, Quomodo confractus eſt malleus vniuerſæ terrę? Quamuis autem poſt aduentum Domini per innumerabilia monaſteria, & per cleros uel laicos caſtitatem ſeruantes quaſi confractus eſſe malleus uideatur ille, adhuc tamen quod peius eſt multo plures ſunt, qui ab ipſo malleo confringuntur, quàm illi qui

Caſtitatis p̄lia cæteris duriora. 1. Cor. 6 2. Reg. 11

Proue. 6.

Hier. 50.

de ruina vel colluſione ipſius liberantur. Vnde iterum atque iterum rogo, vt diligentius conſideremus, & quantum poſſumus timeamus quod dominus in Euangelio dicit, Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Pro qua re ſicut iam dictum eſt, non ſolum ab extraneis mulieribus, ſed etiam ab ancillis proprijs refrænāda eſt & ſecreta familiaritas & oculorum incauta fragilitas, ne impleatur in nobis illud quod Propheta terribiliter clamat, Intrauit mors per feneſtras veſtras. Per quas enim feneſtras mors ad animas noſtras ingreditur, niſi per viſum oculorum, & auditum aurium? Si per linguam aut amico tuo aut ſeruo tuo iuſſeris vt ad te meretrix adducatur, per os tuum ad animam tuā gladius æternæ mortis ingreditur. Si enim conſilium malum libenter audieris, ſi detrahentem, vel aliquid luxurioſe loquentem, aut etiam cantica turpia proferentem non reſpuis, per cordis feneſtram mors intrauit in animam tuam. Et quia dominus dixit, Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo: intelligitur q̄ voluntas perfecta faciendi reputabitur pro opere facti. Ac ſi dum aliquis libidinoſo animo conſiderat, per feneſtram corporis in ſecretum cordis venenum mortis inſtillat. Talis enim cogitatio etiam ſi aliquo impedita caſu nō impleat voluntatem ſuam, nihilominus actionis crimine condennatur a domino, ac ſic illa caſta eſt cum qua libidinis malum voluit exercere, & ille iam adulter tenetur in corde. Et ideo audiamus Prophetam dicentē, Omni cuſtodia conſerua cor tuum. Et illud, Auerte oculos meos ne videant vanitatem. Quomodo n. ſi aliquis carbones ignis apprehendat, ſi eos cito proiecerit nihil nocebunt, ſi vero diutius tenere voluerit, ſine vulnere eos iactare non poterit. Ita & ille qui ad concupiſcendum oculos defixerit, & libidinis malum in corde ſuſcipiens moras in ſuis cogitationibus habere permiſerit, excutere a ſe ſine animæ occiſione vel plaga non poterit. Et ideo cum Propheta iugiter clamemus, Oculi mei ſemper ad dominum, quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos &c.

Item in eadem dominica, de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Ioannem, Cum ſubleuaſſet Ieſus oculos &c. incipiēs, Miracula quæ fecit dominus &c. quæ ſumpta eſt de expoſitione doctoris, Ibidem.

Dominica xxvi. ſi occurrat, de eo quod ſcriptum eſt, Vacate & videte quoniam ego ſum Deus &c. Sermo I.

SCiendum eſt fratres chariſsimi, q̄ ideo a ſanctis patribus noſtris conſtitutum eſt Chriſtianis & mandatum, vt in ſolennitatibus ſanctorum & maxime in dominicis diebus otium haberent, & a terreno negotio vacarent, vt paratiores & promptiores eſſent ad diuinum cultum, cum non haberent quod eos inde retardaret incommodum relinquerent q̄ eo tempore terrenā ſolicitudinem, quo facilius poſſent dei intendere voluntatem. Inde ipſe dominus per Prophetam dicit, Vacate & videte, quoniam ego ſum deus. At hi qui diuerſis curis ac negotijs implicati, hanc ſententiam dei ſpernunt, & diuinæ contemplationi vacare nolunt, timeo q̄ in futuro iudicio illis ianuam domini pulſantibus atque aperiri poſcentibus, dominus reſpondeat, Amen dico vobis, neſcio vos. Diſcedite a me omnes qui operamini iniquitatē. Et qui modo deum quærere negligunt, ab ipſo tunc reſpuuntur. Idcirco fratres mei non ſit vobis moleſtum, in dominicis diebus & in natalitijs ſanctorum diuino ſtudere cultui. Dominicum ergo diem Apoſtoli & apoſtolici viri ideo religioſa ſolennitate habendum ſanxerunt, quia in eodem redemptor noſter a mortuis reſurrexit. Quiē ideo dominicus appellatur, vt in eo a terrenis operibus vel mundi illecebris abſtinentes, tantum diuinis cultibus ſeruiamus, dantes. ſ. diei huic honorē & reuerentiā, propter ſpē reſurrectionis noſtrę, quam habemus in illa. Nam ſicut ipſe dñs Ieſus Chriſtus & ſaluator reſurrexit a mortuis, ita & nos reſurrecturos in nouiſsimo die ſperamus. Apparet autem hunc etiam in ſcripturis ſanctis eſſe ſolennem. Ipſe enim eſt primus dies ſeculi, in ipſo formata ſunt elementa mundi, in ipſo creati ſunt angeli, in ipſo quoque a mortuis reſurrexit Chriſtus, in ipſo de cœlis ſpirituſſanctus ſuper Apoſtolos deſcendit, manna in eodem eremo primum de cœlo datum eſt. His enim ſpeciebus ac talibus indicijs, dominica dies extat inſignis. Ac ideo ſancti doctores Eccleſiæ decreuerunt omnem gloriam Iudaici ſabba-

Matt. 5.

Hiere. 9.

Prou. 8.

Pſal. 118.

Pſal. 24.

Ioan. 6.

Pſal. 45.

Ser. 241.

Pſal. 45.

Lucæ. 13.

Matt. 28.

Gen. 1.

Actò. 2.

Exod. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiſmi in illam transferre, vt quod ipſi in figura, nos celebraremus in veritate: quia tunc erit requies noſtra vera, quando reſurrectio fuerit perpetrata, & remuneratio in anima & corpore ſimul perfecta. Obſeruemus ergo diem dominicam fratres & 251
Exo.20 ſanctificemus illam, ſicut antiquis p̄ceptum eſt de ſabbato, dicente legislatore, A ve- K
ſpere vſque ad veſperam celebrabitis ſabbata veſtra. Videamus ne otium noſtrum vanum ſit, ſed a veſpera diei ſabbati vſque in veſperam diei dominici ſequeſtrati a rurali opere, & ab omni negotio, ſolo diuino cultui vacemus. Sic quoque ſanctificamus rite ſabbatum domini, dicente domino, Opus non facietis in eo. Veniat ergo cuicunque poſsibile ſit ad veſpertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu eccleſiæ pro peccatis ſuis deum. Qui vero hoc non poſsit, ſaltem in domo ſua oret, & non negligat deo ſoluere votum, ac reddere penſum ſeruitutis. In die vero nullus ſe a ſacra miſſarum celebratione ſeparet, neque otioſus quis domi remaneat, cæteris ad eccleſiam pergentibus, neque in venatione ſe occupet, & diabolico mancipetur officio, circū uagando campos & ſyluas, clamorem & cachinnū ore exaltans, non gemitum nec orationis verba ex intimo pectore ad deum proferens. Adhuc quoque quod deteſtabilius eſt ad eccleſiam aliqui venientes non intrant, nō inſiſtunt p̄cibus, non expectant cum ſilentio ſanctarum miſſarum celebrationem, 251
ſed quando lectiones diuinæ intus leguntur, tunc ipſi foris aut cauſas dicere aut di- L
uerſis ſtudent calumniis impugnare, aut videlicet in aleavel in iocis inutilibus in-
ſudare. Aliquoties enim quod peius eſt, aliqui nimia iracundia ſuccenduntur, & amariſsime rixantur, ita vt armis ſe vel fuſtibus alterutrum impetant, & ſæpe homicidium perpetrent, & hoc ab illis maxime fit, qui pleni inuidia & odio, diabolo ductore in conuentum Eccleſiæ pergunt, non vt ſemetipſos adiuuent, ſed vt alios lædant. Tales etiam ſi homicidio ibi pereunt, aut ſubita morte rapiuntur, quo alias,
Epheſ.4 niſi cum ipſo cuius ſecuti ſunt veſtigia vadunt in æterna tormenta? Nolite hęc facere fratres mei, nolite uoſmetipſos decipere, uolite in conuentu veſtro locū dare diabolo, ſed magis voſmetipſos præparate hoſpitium Chriſto. Non ergo foris fabulis, ſed intus pſalmodię & orationibus ſtudete. Nolite inuicem in Eccleſia verboſari, ſed quieti eſtote. Sūt enim plurimi, & p̄cipue pleręque mulieres, quæ ita in Eccleſia garriunt, ita verboſantur, ut lectiones diuinas nec ipſæ audiant, nec alios audire permittant. Nunquid talis conuentus cum tali ordine in domo dei debet fieri, aut taliter decet in conſpectu dei & ſanctorum angelorum eius aſsiſtere? Adhuc quoque, quod valde dolendum eſt, conqueri uobiſcum uolo, quia ſunt aliqui, & maxime potentes iſtius mundi, cum veniunt ad Eccleſiam, non ſunt deuoti ad laudes 252
dei celebrandas, ſed cogunt præsbyterum vt abbreuiet miſſam, & ad eorum libitum
cantet, nec ei licet morem eccleſiaſticum ſequi propter illorum gulam & auaritiam, ut
quatenus vnus punctus diei ad dei officium, & reliquum diurnum ſpatium cum no
cte ſimul ad eorū deputetur voluptates. Nolite fratres mei dilectiſsimi hæc facere, nolite hæc facientibus conſentire, quia non ſolum qui hęc faciunt, ſed etiam qui cō
ſentiunt facientibus pereunt. Ante omnia ergo cauſas in feſtiuitatibus nolite dicere neque audire, ſed alio tempore & cum iuſtitia: nec munera accipiendo ſubuertatis
iuſta iudicia, quia ſcundum domini ſententiam, quocunque iudicio iudicaueritis,
Matt.7 iudicabitur de vobis. Nullus ſe veſtrum inebriet, quia ebrius inſano ſimilimus eſt. Nolite in hominibus bibendo nomina veſtra delere de cœlo. Sunt quidem multi,
1.Cor.6 quod peius eſt, qui non ſolum ſeipſos inebriant, ſed etiam alios cogunt & adiurant, ut amplius quàm expedit bibant, & inde ſæpe inter eos naſcuntur iurgia & homicidia. Nunquid perpenditis fratres, cuius iſti in hoc ſequantur uoluntatem? Ebrioſi enim ait Apoſtolus, & homicidæ regnum dei non poſsidebunt. Obſecro uos dilectiſsimi patres & matres, fratres & ſorores, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, &
per regnum uenturum eius ac iudicium, ut ſubtrahatis uos ab omni homine ambu
2.Theſ.3 lante inordinate, & digni ambuletis vocatione qua vocati eſtis, nec negligatis hono 253
rem veſtrum, neque paruipendatis redemptionem quę eſt in Chriſto Ieſu. Filii dei A
nuncupati eſtis, quia verus filius dei uos liberauit. Studete bonis moribus tanto gaudenti placere, quatenus uos non ut nequiſsimos ſeruos perpetuam tradat ad pœnā,
ſed ut chariſsimos filios ſupernam ducat ad patriam ut ſitis cohæredes filii eius Ieſuxpi

ſu Chriſti, cum quo uiuit & regnat Deus in unitate ſpirituſſancti, per omnia ſecula ſeculorum amen.

In anniuerſario dedicationis Eccleſię vel altaris.

QVotieſcunque fratres cariſsimi altaris uel templi feſtiuitatem colimus, ſi fideliter ac diligenter attendimus, & ſancte ac iuſte uiuimus, quicquid in templis manufactus agitur, totum in nobis ſpirituali ædificatione completur. Non enim mentitus eſt ille qui dixit, Templum.n. dei ſanctum eſt quod eſtis uos. Et iterum, Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt ſpirituſſancti qui in vobis eſt? Et ideo fratres chariſsimi, quia nullis præcedentibus meritis, per gratiam dei Sermo 252. 1.Cor.3. &6.
ueruimus fieri templum dei, quantum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus, ne dominus noſter in templo ſuo, hoc eſt in nobis ipſis inueniat quod oculos ſuæ maieſtatis offendat: ſed habitaculum cordis noſtri euacuetur uitijs, & virtutibus repleatur, claudatur diabolo, & aperiatur Chriſto, & ita laboremus vt nobis bonorum operum clauibus ianuā regni cœleſtis aperire poſsimus. Sicut.n. malis operibus qua ſi quibuſdam ſeris ac vectibus vitę nobis ianua clauditur, ita abſq; dubio bonis operibus aperitur. Et ideo fratres chariſsimi vnuſquiſque conſideret conſcientiā ſuam, & quādo ſe aliquo crimine vulneratum eſſe cognouerit, prius orationibus, ieiuniis uel eleemoſinis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, & ſic Euchariſtiam præſumat accipere. Si.n. agnoſcens reatum ſuum, ipſe ſe à diuino altari ſubtraxerit, cito ad indulgentiam diuinæ miſericordiæ perueniet. Quia ſicut qui ſe exaltat humiliabitur, Lucę 14.
ita econtrario, qui ſe humiliat exaltabitur. Qui.n. ſicut dixit, agnoſcēs reatum ſuū, & 18.
ipſe ſe humiliter ab altari eccleſię pro emendatione uitę remouere voluerit, ab æterno illo & cœleſti conuiuio excomunicari penitus non timebit. Rogo vos fratres dilectiſsimi, genter attendite, ſi ad menſam cuiuſcunque potentis hominis nemo præſumit cum veſtibus conſciſsis & iniquitatibus accedere, quanto magis à cōuiuio æterni regis. i. ab altari domini debet ſe vnuuſquiſque inuidiæ uel odij veneno percuſſus, iracūdię furore repletus, cum reuerentia & humilitate ſubtrahere, propter illud quod ſcriptū eſt, vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Et iterū, Matth.5.
Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialē? Sic.n. habet textus euan- &22.
gelicæ lectionis, quòd quidam fecerit nuptias filio ſuo, & intrauerit vt videret ſimul recumbentes, & videns ibi hominem non habentem veſtem nuptialem, dixit ad eū, Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Et illo obtumeſcente, dixit miniſtris, Ligate illi manus & pedes & proiicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium. Ecce qualem ſentētiam merebitur audire qui ad conuiuium nuptiale. i. ad altare domini, aut ebrioſus, aut adulter aut odium in corde retinens, præſumit accedere? Auertat hoc deus à nobis fratres chariſsimi, & concedat vt mala iſta aut nunquam velimus admittere, aut ſi admiſſa fuerint ſine ulla mora pœnitentia vel pace ſtudeamus ſanare, & largioribus eleemoſynis feſtinemus abluere, ne forte ſi cum peccatorum vulneribns ante tribunal ęterni iudicis venerimus, ab illa ęterna Eccleſia, & ab illa cœleſti Hieruſalem perpetua excomunicatione ſeparemur. Conſiderate fratres, rogo vos, ſi hodie aliquis á conuentu Eccleſię huius pro aliquo crimine proijciatur foras, in quanto dolore vel tribulatione erit anima ſua? Et ſi intolerabilis dolor eſt de illa Eccleſia foras proijci, vbi ile qui proiicitur & manducare & bibere & cum homnibus loqui poteſt, & habet ſpem vt iterum mereatur ad eccleſiam reuocari: quantus putatis dolor ille erit ſi aliquis pro criminib. ſuis ab illa Eccleſia quæ in cælis eſt, à conuentu angelorum vel ſanctorum omnium congregatione fuerit ſeparatus, cui nec hoc ſolum ſufficiet ad pœnam quòd foris proijcitur, ſed inſuper in tenebras exteriores ęterno incendio concremandus excluditur? Qui.n. in illa cœleſti Hieruſalem excomunicari meruerit, non ſolum hoc pœnæ habebit quòd nec manducare uel bibere poterit, ſed etiam flammas infernales ſuſtinebit, vbi eſt fletus & ſtridor dentium, vbi vlulatus, lamentatio & pœnitentia ſine ullo remedio, ubi eſt vermis ille qui non moritur, & ignis qui nunquàm extinguitur, vbi mors quæritur, & non inuenitur. Quare in inferno mors quæritur, & non inueni- Eſaiæ. 66.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur? Quia quibus in hoc seculo vita offertur & nolunt accipere, in inferno quærunt
mortem & non poterunt inuenire. Vbi erit nox sine die, amaritudo sine dulcedine,
obscuritas sine lumine vbi nec diuitiæ, nec parētes, nec coniuges, nec filii, nec uicini 252
poterunt subuenire, vbi nihil peccator inueniet, nisi quod de hoc seculo caste & iu E
ste viuendo per eleemosinarum largitatem trasmiserit. Hæc ergo cogitantes fratres
charissimi, tam casti, & tam sobrij, & tam pacifici ad istud altare deo auxiliante
studeamus accedere, vt ab illo æterno altari non mereamur excludi. Qui n. ad istud
altare casto corpore & mundo corde cum munda & secura conscientia venit, ad il-
lud altare quod in cœlis est fœlici trasmigratione perueniet. Ad extremū fratres cha
rissimi non est graue nec laboriosum quod suggero, hoc dico quod uos frequenter
facere aspicio. Omnes viri quando cōcare desiderant, lauant manus suas, & omnes
mulieres nitida exhibent linteamina vbi corpus Christi accipiant. Non est graue qd
dico fratres, quō viri lauant aqua manus suas, sic eleemosynis lauent conscientias
suas. Similiter & mulieres quō nitidum exhibent linteolum vbi corpus Christi acci
piant: sic corpus castum & cor mundum exhibeant, vt cum bona conscientia Christi
sacramenta suscipiant. Rogo uos fratres, nūquid est aliquis qui in arca sordibus ple
na velit mittere vestem suam? Et si in arca sordibus plena vestis non mittitur pretio
sa, qua fronte in anima quæ peccatorum sordibus inquinatur, Christi eucharistia su
scipitur? Et quia istis verisimis exemplis loqui cœpimus, etiam & hoc quod non no 253
stis insinuo. Non puto esse aliquem hominem qui in arca sua vbi pretiosas vestes ha
bet repositas, acquiescat, aut carbonem uiuum aut qualemcunque scintillam inclu- F
dere. Quare hoc fratres? Quia timet ne comburantur vestimenta quibus in festiuita
te induitur. Rogo vos fratres, qui in arca sua nō vult scintillam ignis includere, qua
re in anima sua flammam iracundiæ non timet accendere? Sed quare hoc fiat, mani
feste & euidenter cognoscimus. Ideo n. in arcam ignē non mittimus, quia diligimus
uestem nostram: flammam uero iracundiæ ideo non extinguimus, quia non solum
non diligimus, sed etiam odio habemus animam nostram, secundū id quod scriptū
est. Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Et ideo fratres charissimi exempla
ista attentius cogitantes, arcellas interiores. i. conscientias nostras quantū possumus
cum dei aiutorio custodire diligentius studeamus, vt cum dies iudicii aduenerit, in
illa æterna & beata ecclesia, ubi nunquām habitare poterit malus, vnde nunquā exi
turus est bonus, non cum pannis ueteribus foras intenebras exteriores exclusi appa
reamus, sed stola immortalitatis induti, castitatis vel iustitiæ gēmis ornati, elemosy-
narum luce vestiti, audire mereamur, Venite benedicti patris mei percipite regnum. 252
Et illud, Serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Ad quod gaudium nos G
dominus sua protectione perducat, Qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Ser. 253.

Eodem die. Sermo. II.

RECte festa ecclesię colunt, qui se ecclesię filios esse recognoscunt. Hęc. n. omnium
credentium mater est, quæ natos á morte regenerat ad salutem. Hæc est post sy
nagogam quidem vocata, sed ante synagogam promissa. Hæc n. iam in primo homi
ne præfigurata est. Nam sicut ex Adæ latere fabricata est Eua, ita ex Christi corpore
& vulnere redempta creuit ecclesia. Hæc intra arcam diluuio exundante seruata, cru
cis beneficium & baptismatis mysterium præsignauit. Hanc Sara sterilis & desperā-
ta in senectute vnico pignore fœcundata precinit, quòd Ecclesia vnicum. i. dilectissi
mum deo populum seculo iam senescente progenuit. Hęc est regina illa, de qua ad
dominum dicitur, Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato circūamicta va-
rietate. i. diuersarum circundata pretioso decore virtutum. Hęc est illa regina, quę
uenit à partibus Aethiopiæ audire sapientiam Salomonis. Sed hæc non tam ex vna
regione quàm vniuersis mundi partibus reges paritura conuenit, sicut etiam Euan
gelista cōmemorat: Regina austri uenit á finibus terrę audire sapientiam Salomo-
nis. Venit Ecclesia ad redemptorem & eruditorem suum, vt de stultitia erroris doctri 253
nam perciperet veritatis. De qua plenius sicut audiuimus regnorum scribit histo- H
ria ita dicens, Et ingressa regina Hierusalem cum multo comitatu & diuitiis, cum ca
melis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gēmas prætiosas, venit ad

Gene. 2.
Gene. 7.
Gene. 21.
Psal. 44.
3. Reg. 10.
Matt. 12.
3. Reg. 10.

Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. Ergo in figura regi-
næ huius ecclesia venit ex gentibus, & á finibus terræ imponens finem cupiditati-
bus vitiisq; terrenis, vt audiret sapiētiam Salomonis. i. veri pacifici domini nostri Ie
su Christi, qui fecit vtraq; vnum, soluens inimicitias inter deum & hominem in car
ne sua. Venit post veteres & prophanas superstitiones audire & discere de fidei illu- Ephe. 2.
minatione & iudicio futuro, de animæ immortalitate, de spe resurrectionis & glorię.
Venit ergo in Hierusalem cum multo comitatu. i. non iam cum una tm̄ gente Iu- 3. Reg. 10.
dæorum, sicut prius synagoga solos habuit Hebræos, sed totius mundi gentibus di-
uersisq; nationibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurum gēmas prę
tiosas, & hoc camelis portantibus. i. ex gentili populo venientibus qui prius fuerant
uitiorum fœditate distorti, & malorum onere curui, ac peccatorum prauitate defor-
mes. Cum his tāquàm muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Chri
stum, exhibens fidei aurum, puritatis incensa pretiosa, splendoresq; gēmarum, morū
insignia & ornamēta virtutum, & locuta est ei vniuersa quę habebat in corde suo:
id est, aperuit ei cor suum, manifestauit ei occulta conscientiæ suę in confessione &
pœnitudine præcedentium delictorum. Videamus quid agat hæc regina. Videtis, in-
quam, regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, &
cibos mensæ eius, & holocausta quæ offerebat in domo domini, nō habebat vltra spi
ritum. Quid erat rationis, vt præpotens regina domus expensas, & cibos regios tan-
topere miraretur? Ergo hoc loco aliqua maiora nos oportet inquirere. Vidit ergo ec
clesia ex gentibus congregata sapientiam Christi i. post carnalia instituta gētilium,
post humanam & aialem doctrinam philosophorum, accepit intellectum salutis & ui
tæ, inspexit spiritalium membra bonorum, agnouit verum fabricatorem cœli & ter- Sapien. 11
ræ, & potentissimum humanis generis conditorem, de cuius sapientia dicitur, Om- Coloss. 2.
nia in mensura & pondere & numero constituisti. Vidit & domum quam ædificaue-
rat, incarnationem hominis assumpti, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter. Vidit & cibos mēsæ Salomonis, id est, illos de quibus dominus dicebat, Ioan. 4.
Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius qui me misit patris. Cibus. n. Christi est
salus nostra, reficitur cœlestibus epulis, profectibus nostris. Cibus eius sumus, dum
acquisiti ecclesiæ in membra eius corpus q; transimus. Vel cibus eius altaris sacramē psal. 77.
ta cœlestia sunt, de quibus dicitur, Panem cœli dedit eis, panem angelorum mandu-
cauit homo. Vidit & holocausta eius, orationum sine dubio supplicationumq; my-
steria, & obstupuit vbi vidit inæstimabiles diuitias domini sui dixitq; ad regem. Ve- 3. Reg. 10.
rus sermo est quem audierā in terra mea super sermonibus tuis super sapientia tua,
& non credebam narrātibus donec ipsa ueni & vidi oculis meis, & probaui quòd me
dia pars nunciata mihi non fuisset. Maiora sunt sapientia & opera tua, quàm, rumor
quem audiui. Cum ego peruenerit regina hęc siue quæcūque anima sancta in æter
nam Hierusalem i. visionem pacis, & ingressa fuerit beatam requiem & gloriam cœ- 1. Cor. 2.
lestium promissorum, multo plura, & magnificētiora perspiciet quàm ei sunt in hac
terra per sacra eloquia, per prophetas atque Apostolos nunciata. Nunc. n. tanquam
in speculo & in ęnigmate, tunc autem oculis suis videbit. i. facie ad faciem. Tunc bea
ta & illustris anima inter stupēdas remuneratoris sui cōstituta diuitias, ineffabilibus
regineq; huius verbis vti ad deum poterit dicens, Verus est sermo quem audiui in ter
ra mea super sermonibus tuis, maiora sunt opera tua, quàm rumor quem audiui, Et
reuera id quod parat Deus diligentibus se, fide non comprehenditur, spe non tangi- Ser. 254.
tur, charitate nō capitur, desideria & vota transgreditur. Acquiri potest, æstimari nō
potest. Habet de perceptione fructum, non habet de satietate fastidium. Ad quæ uos
bona perducat, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Eodem die, Sermo habitus in regione tertia, In basilica sancti Petri Carthaginensis. Sermo. III.

DEcorem domus dei, & locum tabernaculi claritatis eius diligimus, si & nosi- Psal. 25.
psi sumus. Quis, ergo decor est domus dei & locus tabernaculi claritatis
eius, nisi templum eius de quo Apostolus dicit, Templum enim dei sanctum

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. Cor. 3. est, quod estis uos? Sicut ergo in fabricis manufactis cum eleganter & magnifice construuntur, corporalis noster mulcetur aspectus: ita cum lapides viui, id est, corda fidelium charitatis vinculo continentur, decor est domus dei, & locus taberna 253
culi claritatis eius. Discite ergo quod amare debetis, vt amare possitis. Qui enim dili A
git decorem domus dei, non est dubium quia ecclesiam diligit, non in fabrefactis pa
rietibus & tectis, non in nitore marmorum & laquearibuss aureis, sed in hominibus
Matth. 22. fidelibus, sanctis deum diligentibus ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex to
ta mente sua, & proximum tuum tanquam seipsum. Sed in congregatione christia
na quantum pertinet ad participationem & communionem sacramentorum, multi
plicati sunt super numerum. Alius est ergo numerus, alii super numerum. Nume-
Psal. 39. rus est, de quibus dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius. Super numerum
2. The. 2. autem, Quoniam in magna domo non solum vasa sunt aurea & argentea, sed & li
gnea & fictalia, alia quidem in honorem, alia in contumeliam. Numerus ergo vaso-
rum in honorem: super numerum autem vasa in contumeliam. Cum ergo sint ista
Psal. 25 duo genera vasorum, nunquid dubitamus vbi sit decor domus dei? Si ergo uis dili
gere, agis quod cātasti, decorem domus dei, & locū tabernaculi claritatis eius. Quere
vasa in honorē, & nolo dicas, Quāsiui & inueni. Iō n. q̄sisti & nō iueniſti, qa qd q̄sisti
tu nō fuisti. Similis simili cohæret, dissimilis dissimiles refugit. Si fueris vas in cōu 253
meliā, proculdiovas in honorem graue tibi erit ad viuendū. Nō audis quō quidā de B
Sapen. 2. quodam dicant, Grauis est nobis etiam ad uidendum? Quod tibi graue est ad viden
dum, quando erit apertum ad inueniendum? Vasa enim ista interiorum hominum
sunt. Non vtiq; cū uisus fuerit iustus, iam agnoscitur iustus. Eundem aspectum ha
bet iustus & iniustus. Vterque homo, sed non vterq; domus dei. Et si ambo christia
ni appellantur, vtrunque vas, sed non vtrunque in honorem, sed aliud in honorem,
aliud in contumeliam. Nunquid propter mala vasa deserenda est domus magna?
Nouit vti deus. i. dominus magnæ domus & vasis in honorem & vasis in contume
liam. Sicuti est malorum, male uti etiam bonis: sic econtra dei, bene vti etiam malis.
Quantis bonis vtuntur mali? Omnis enim creatura dei bona est, quomodo ea male
1. Tim. 4. vtuntur mali? Quomodo eos increpat scriptura dicens, Petitis & non accipitis, eo q
Iacobi. 4. male petatis, vt in concupiscentiis uestris insumatis. Quod nomen acceperunt isti
male vtentes bonis dei? Sequitur & dicit, Adulteri. Vnde adulteri? Nescitis quia ami
cus huius mundi inimicus deo constituitur? Adulteri inquit. Sunt animæ adulteræ,
sunt fornicariæ. Discutiamus eas. Fornicariæ animæ sunt, multis diis falsis quodam
modo prostitutæ. Adulteræ autem tanquam legitimo iam coniugio copulatæ, & ipsi
legitimo coniugio copulatæ, & ipsi legitimo expressius, pagani anima fornicaria est, 253
christiani mali adultera. Pagani anima fornicaria, legitimum uirum non habet, sed C
per diuersa dęmonia prostituta corrumpitur. Christiani autem aliqua re adultera
est, quia nec castitatem diligit, nec virum deserit. Non ergo dicas, Quare sunt isti in
domo dei? Respondetur tibi, Vasa sunt in contumeliam. Nouit eis vti deus. Non er-
2. Tim. 2. rat qui creauit, quoniam qui potuit creare, nouit ordinare. Habent in domo magna
2. Retr. 18 locum suum. Si autem quæris a me, quomodo eis bene vtatur deus? Fateor, dei con
silium sicut homo explicare non possum. Noui enim cum Paulo apostolo expauesce
re, quod etiam ille cum consideraret & expauit, & expauescens exclamauit, O altitu
Roma. 11. do diuitiarum sapientiæ & scientię dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestiga
biles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit,
aut quis prior dedit illi & retribuetur illi? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso
& per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Nobis conside-
ratio, admiratio, tremor, exclamatio, quia nulla penetratio. Ipsi autem quid? Gloria
in secula seculorum. Siue de vasis in honorem, siue de vasis in contumeliam, ipsi glo
ria in secula seculorum. Alios coronat, alios damnat, nusquam errat. Alios pro-
bat, de aliis probat, omnes ordinat. Quid faciut, inquit, in hoc mundo homines ma- 253
li? Respondemihi, in fornace aurificis palea quid facit? Puto non ibi esse sine cau- D
sa paleā, ubi aurū purgatur. Videamus q̄ ibi sint oīa. Fornax est, palea est, aurū est, o
ignis est, artifex est. Sed illa tria, aurū, palea, ignis, in fornace, artifex ad fornacē. Ad
de et istū mundū. Mundus fornax est: palea, hoies mali: aurū, hoies boni: ignis tri-
bulatio:

bulatio: artifex, deus. Attende & vide, aurum non purgatur si palea non vratur. Vide autem in hoc ipso Psalmo, vbi diligimus decorem domus dei, & locum tabernaculi claritatis eius. Vide ibi aurum, vide vocem auri, purgari cupit, Proba me domine & Psal. 25
tenta me. Proba me, inquit, domine & tenta me, & vide si non ignem quærit: Proba
me & tenta me, vre renes meos & cor meum. Non times ne in igne deficias? Non in-
quit. Quare? Quia misericordia tua ante oculos meos est. Ecce, inquit, quare securus Vbi sup.
dico, Proba me domine & tenta me, vre renes meos & cor meum: non quia idoneus Psal. 25
sum viribus meis ignem sustinere tentationis, sed quia misericordia tua ante ocu-
los meos est. Qui mihi, inquit, donasti ut aurum probatum essem, in fornace perire
permittis? Prorsus mittis purgandum, eiicis purgatum. Custodiat dominus introi- Psal. 120
tum tuum & exitum tuum. Vide ipsum exitum, vide ingressum in fornace. Omne Iacobi. 1.
gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Ecce audisti
ingressum, quære exitum. Facile enim est intrare, exire magnum est. Sed noli timere.
Fidelis deus. Nempe quia ingressus fueras, de exitu cogitabas. Fidelis deus qui non 1. Cor. 10
tios permittit tētari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam exitū?
Vt possitis sustinere. Intrasti, incidisti, sustinuisti, existi. Magna materies est purga io
nis bonorum, abundantia malorum. Nam in multitudine malorum quāuis permix-
ti lateant boni, nouit dominus qui sunt eius. Sub manu tanti artificis, auri mica in 1. Tim. 2.
magna palea perire non potest. Quanta ibi palea quàm modicum aurum? Sed noli
timere, tantus est artifex ut purgare possit, pęrdere non possit. Vide aurum beatum
Apostolum in ista fornace mundi huius quemadmodum periculis probatur, vt ve-
niamus ad vasa inhonorata quæ intus sunt, quibus nouit bene uti dominus magnę
domus. Apostolus ergo cum periculis probaretur, quid dicebat? Periculis in mari,
periculis in deserto, periculis ex genere, periculis ex gentibus. Ista omnia foris sunt. 2. Cor. 31
Intus intende, Periculis in falsis fratribus. Alloquor ego aurum dei, alloquor vasa fa
cta in honorem, alloquor grana in tritura areę, inter paleam laborantia. Tibi dico
quisquis audis, non me, sed per me: Esto bonus, tolera malum. Nolo dicas quis est
bonus, immo hoc volo dicas, quoniam quantūcunq; fueris bonus, non eris sine ali- Luc. 11
quo malo. Vnde rectissime dicitur, Nemo bonus, nisi solus deus. Sed bonus ille qui
fecit bona, deus. Si ergo bonus deus qui facit bona, & solus ille bonus effector bono
rum, quomodo est effector bonorum, si nullus est hominum bonus? Secundum mo
dulum ergo proximum, est & homo bonus. Qui si non esset, deus ipse non diceret,
Homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona. Esto ergo bonus, & tolera
malum. Esto simpliciter bonus & dupliciter tolera malum. Bonus non nisi intus. Nā Mat. 12
si non intus, nusquam bonus. Esto ergo bonus intus, malum tolera & foris & intus.
Foris tolera hæreticum, tolera Paganum, tolera Iudęum, tolera & intus malum chri
stianum, Quia inimici hominis domestici eius. Patiens molestos multos intus ma- Mich. 7
los stomacharis, indignaris, quasi iam venerit tempus ventilationis. In tritura posi-
tus es, in tritura es adhuc, area trituratur adhuc, adhuc grana & manipuli cum gen
tes credunt ad aream colliguntur. Putas esse te posse in area triticum solum? Erras.
Geme in area, vt gaudeas in horreo. Fiunt multa mala a christianis malis. Illi qui fo
ris sunt & nolunt esse christiani, inueniunt occasiones ad excusationes. Hortatori
sio vt credant, ista respondent, Vis me esse quod est ille? Et nominat illum & illum,
aliquando & verum dicit. Dum autem non potest inueniri, quod magnum est calū-
niari? Cum ille non trepidat calumniari, facit alium quod nonvidet suspicari. Tu cū
hominem audieris ista dicentem, Forte quia nosti fratres tuos malos, dicis apud te- 2. Cor. 11.
ipsum: Verum dicit, Periculum in falsis fratribus Sed noli deficere, quod ille quærit,
tu esto. Esto bonus christianus vt conuincas calumniosum paganum. Sed ille calū-
niatur, & de bonis dicit falsa, plerunq; illi creditur. Quid facit aurum? Vndique pa-
lea est. Ignis sordes punit, non fidem. Esto mundior ipsa exercitatione; esto mūdior,
valeat tibi ille qui auferat quo sordidior es, nō qui opprimas quod aurū es. Etenim
si defeceris, peris in palea: & si peris in palea, aurum non eras, sed aurum esse te finge
bas. Nouit dominus qui sunt eius. Illi autem qui sunt mali de quibus erubescis quā 2. Tit. 2.
do es inter malos qui sunt foris: memento q, non sint in domo magna ubi es uas in
honorem, sed in contumeliam. Instruxit te Apostolus, regat te deus. Si mali non es-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sent pro quibus oraremus,quando nobis diceretur, Orate pro inimicis vestris:an
forte vellemus bonos habere inimicos? Vnde fieri potest? Non habebis bonum in-
Mat.5 imicum,nisi fueris malus. Si autem fueris bonus, inimicus tuus non erit nisi malus.
Orate pro inimicis vestris. Ergo boni orate pro malis. Redi ad cor tuum. O tu qui
in ista fornace purgaris,si potuit esse vox tua: Proba me domine & tenta me, vre re-
nes meos & cor meum,quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & ecce redi
Psal.25 ad cor tuum. Sub deo es,orationem fusurus es. Occurrit tibi qui te læsit, occurrit
tibi qui te presit,occurrit tibi qui te spoliauit,occurrit tibi qui te in carcerem misit.
Eia attende cor tuum,respice dominum tuũ. Ecce malus inimicus tuus, ecce bonus
dñs tuus Nocet tibi inimicus tuus malus, ora pro inimico tuo dicit tibi dominus
tuus bonus. Inter inimicum tuum malum & dominum bonum,quid tu facturus es?
Contra hunc oraturus,aut huic obtemperaturus? Suscipis ex præcepto domini tui
orare pro maligno inimico tuo illo quid facturus es? Dominus iussit,dura iussit,sed
Mat.5. magna promisit. Quæ dura iussit? Diligite inimicos vestros,benefacite his qui ode-
runt uos,& orate pro persequentibus uos. Dura sunt,sed propter verba labiorum
Psal.16. tuorum ego custodiui vias duras. Vnde tibi viribus tuis custodire vias duras, nisi
quia misericordia tua ante oculos meos est? Ecce dura iussit amara iussit, vide quæ
promisit. Orate pro persequentibus vos,vt sitis filii patris vestri qui in cœlis est. Si
tibi diceret,Ora pro inimico tuo,vt sis filius patris tui, ne exhæreditet te pater car-
nalis, quia hoc tibi relicturus est, quod hinc non est ablaturus, timeres & faceres: x
promittitur tibi pro his duris,ut sis filius altissimi,cogita patrem, & agnosce hære-
ditatem. Dic ergo,Incipe ergo orare pro inimico tuo illo magno,qui tibi multa ma-
la fecit,qui te in multa dura congessit. Incipe pro illo orare, & vide cor tuum litiga
re tecum. Quod ergo vis quod tibi placet,quo delectaris secundum interiorem ho
minem,quod obtemperas domino tuo & oras pro inimico tuo,aurum est, Quod ve-
ro cum orare cœperis, incipit tecum carnalis infirmitas litigare, ipsæ sunt sordes a
quibus te vult deus in fornace purgare. Exercere ergo in mediis malis,o bone,siquis
es bonus,non de tuo bono quia fuisti malus,sed de dei bonos qui nunquam est ma-
lus. Exercere in mediis malis. Nec mihi volo dicas, saltem si necesse esset propter
exercitationem nostram ut essent mali,pauci essent mali, & boni multi essent. Non
attendis, quia si pauci essent, multis non nocerent. Vtique considera uir prudens,
quia si multi boni essent,& pauci mali essent, pauci mali multis bonis nocere non
auderent. Si non auderent,non exercerent. Nunc uero quia multi sunt mali,labo-
ratur a paucis bonis inter multos malos. Et cum laboratur, sudatur: & cum sudatur,
aurum purgatur. Esto ergo in decorem domus dei. Iam tecum in corde tuo litiga-
uit infirmitas, inuoca vt uincas,asit tibi deus,adiuuet qui iubet. Iam factus es pu-
ctor infirmitatis tuæ, iam suscepisti animo & fructum orandi pro inimico tuo, vide
quid boni est. Compara illum tibi. Ille meditatur tentationes,tu fundis orationes.
Ille si nocet,palam nocet. Tu quod pro illo oras,deus nouit. Ille nõ credit,quia cor
tuum non discutit. Cum ergo palam nocet,tu occulte oras. In isto torculari eccle-
comparata est. Vide si non ille qui palam nocet amurca est currens per publicum.
Amurca per publicum currit,oleum autem ad sedem suam occultos trãsitus habet.
Vt occulte trãseat,in magnitudine apparet. Quã multi enim o fratres mei, q̃ multi
in ista conflictatione rerum, in huius mundi malitia, in ista malorum abundantia
subtraxerunt se & conuersi sunt ad deũ,& valefecerũt mũdo, & cœperunt paupe-
bus res suas donare,qui pauloante rapiebant alienas. Sed multi raptores,inuasores,
spoliatores,publice apparent,amurca illa est per plateã currens. Ille aũt, vnus hinc
vnus inde corde coniuncto mala faciens,mala permanere erubescens,dei monita co
gitans,spem seculi irridens,spem cœlestẽ expectans, mutans amores & mores, oleũ
sanctitatis est,uas in honorem est in domo magna,aurum est in fornace, granũ est
in horreo. Ibi est decor domus dei,Qui viuit & regnat in secula seculorũ, Amen.

Eodem die: Sermo IIII.

Ser.255. SIcut optime nouit sanctitas vestra fratres, consecrationem altaris hodie celebra-
mus,& iuste ac merito gaudentes celebramus festiuitatem,in qua benedictus vel
vnctus est lapis,in quo nobis diuina sacrificia consecrantur. Sed quando festiuitatem

istas colimus fratres charissimi,diligenter debemus attendere,& totis uiribus labo-
rare,ut quod in templis vel altaribus uisibiliter colitur in nobis inuisibiliter com-
pleatur. Qui quãuis sancta sint templa quæ uidemus de lignis & lapidibus fabrica-
ri, tamen plus apud deum preciosa sunt templa cordis & corporis nostri, quia illa
fiunt ab homine carnali,ista ab artifice mundi. Templa de lignis & lapidibus hu-
mano ingenio componuntur,templa corporum ipsius cœlestis artificis manu fabri-
cantur,sicut scriptum est,Manus tuæ fecerunt me & plasmauerunt me. Et iterum. Psal.118
Prius quàm te formarem in vtero noui te. Nam quod templa succẽduntur,ita econ- Hiere. 1.
trario qui charitatis luce repletus est,si negligens fuerit, cito refrigescit charitas, &
cupiditas inardescit. Ergo nec ille desperet qui malus est, quia cito potest resurgere:
nec illle qui bonus est,aut negligens remaneat,aut aliquid de sua virtute præsumat,
ne gaudium suum conuertatur ad luctum. Et ideo dilectissimi fratres,castitatẽ cor-
poris, puritatem cordis cum dei adiutorio seruire quantum possumus studeamus.
His enim rebus ignis in nobis charitatis vel compunctionis semper accenditur &
nutritur. Qui enim nec castitatem custodit in corpore,nec puritatem tenet in men-
te,quoties sanctæ solennitates aduenium̃t, in corpore uidetur habere gaudium, in
corde non celebrat nisi luctum. Quale enim gaudium conscientia illa potest habe-
re,in cuius anima multis uitiis occupata magis diabolus probatur habitare quàm
Christus? Quale gaudium potest habere anima,quæ iracundiæ furore succenditur,
cupiditatis nigredine obscuratur,superbię amarissimo felle repletur,inuidiæ vene
no percutitur,luxuriæ sordibus inquinatur? Nos uero fratres charissimi etiã si no-
bis aliqua,vt solet fieri,peccata surrepunt,quantum possumus cum dei adiutorio la-
boremus,ieiuniis,uigiliis,orationibus,eleemosynis mundare sordida,lapsa cõstrue
re,templum dei viui reædificare,ut ueniens dominus in nobis nihil inueniat quod
oculos suæ maiestatis offendat,quia de ipso scriptum est, Ecce sto ad hostium & pul Apoc.3
so,siquis surrexerit & aperuerit mihi,intrabo & cœnabo cum illo, & ille mecum. Et loan.14.
iterum,Ego & pater ueniemus & mansionem apud eum faciemus. Quam beata est
illa anima,in qua pater & filius uenientes,non solum habitare vel manere,sed etiam
cœnare dignantur. Quod autem dixit, Cœnabo cum illo & ille mecum: scimus eui-
denter quia Apostolus Paulus ostendit dicens, Templum dei sanctum est,quod estis
uos. Et per prophetam dominus dicit, Et habitabo,inquit,in eis, & inambulabo. Et 1. Cor.3.
quia,sicut ipsi uidistis fratres,habitare & inambulare desiderat in nobis deus, cum Leuit.26
ipsius adiutorio ita cor nostrum studeamus bonis semper cogitationibus occupare, 2.Cor.6.
& corpora nostra ab omni sorde luxuriæ munda uel casta iugiter custodire,ut deũ
in nobis delecter habitare. In templo enim a Salomone ædificato legimus duo alta-
ria fuisse constituta,vnum foris,aliud intus. In illo quod foris erat,animalium cele- 3. Reg. 6
bratur sacrificium. In illo uero altari quod intus erat, thymiamatis offerebatur in- Altaria
censum. Videamus ergo fratres,ne forte in nobis duo sint altaria constituta,corpo- duo.
ris. s. & cordis nostri. Deniq; duplex a nobis sacrificium quęrit deus, vnum vt simus Sacrificiũ
casto corpore,aliud vt mundo corde esse debeamus. Ergo in exteriore altari. i. in cor duplex a
pore nostro offerantur opera bona, in corde odorem suauitatis redoleat cogitatio nobis qrit
sancta. In altari cordis nostri iugiter quod est deo placitũ operemur. Tũc n. ordinẽ deus.
legitimum consecrationis altaris cũ gaudio celebramus, quando altaria cordis vel
corporis nostri munda & pura in conspectu diuinæ maiestatis offerimus. Nã nescio
qua fronte,aut qua conscientia optat in altaris consecratione gaudere,qui in cordis
sui altari non studet munditiã custodire. Nos vero fratres charissimi, ita agere stu-
deamus ut semper festiuitatẽ duplicẽ celebrare mereamur,& qũo de tẽpli vel altaris
consecratione gaudemus,sic inuisibiliter de corporis castitate vel aiæ puritate spiri
tale gaudiũ habere mereamur. Et hoc considerate frẽs,q̃ in illo altari q̃d a Salomo-
ne legimus dedicatum, iugiter quotidianus ignis ardebat, quod vtinam & in nobis
pietas diuina perficiat. Vnde non solũ orationibus sed etiã bonis operibus placãdus
est deus,ut in altari cordis nostri ignẽ suũ semper accendat, illum de quo ipse dixit, Luc.12
Ignem veni mittere in terram,& quid volo nisi vt accendatur? Quia duo sunt ignes, Ignes duo
cupiditatis,s. & charitatis, & unus de parte dei,alter de parte diaboli: unus deuorãs
omnia mala,alter vniuersa bona consumens: consideret vnusquisque cõscientiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

suam,& si in se videt ignem cupiditatis ardere,cum dei adiutorio festinēt extinguēre,quia nihil in illo boni remanere poterit,quem ignis cupiditatis accenderit, licut econtrario nihil in eo mali remanebit,in quo ignis arserit charitatis Flamma.n.cupiditatis in corde peccatorum velut in altari deuorans omnia bona,diabolo ardorē E suauitatis exhalat,in anima vero sancta velut in sacrosancto altari, flamma charitatis quæcunque superuenerint mala consumens, deo odorem suauitatis exhibet. Et quia vniuscuiusque cor altare est,aut dei aut aduersarij,sicut iam dixi, attendat vnusquisque conscientiam suam,& si cupiditatis igne consumitur,eleemosynarum refrigerio mitigetur,quia scriptum est,Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna
Eccle.3. extinguit peccatum. Qui ergo cupiditate consumitur,subtrahat a se opera mala, & quod bonum est exercere conetur. Qui vero flamma charitatis accenditur,semper bonis operibus augeatur, & nutriat in se ignē quē in eo Chīus dignetur accēdere.

In eodem die, Sermo V.

Ser. 256. CElebritas huius congregationis,dedicatio est domus orationis. Domus ergo nostrarum orationum ista,domus autem dei nosipsi. Si domus dei nosipsi, nos in hoc seculo ædificamur,vt in fine seculi dedicemur. Aedificium,immo ædificatio habet laborem,dedicatio exultationem. Quod hic fiebat quando ista surgebant, hoc 254
fit modo cum congregātur credentes in Christum. Credendo enim quasi de syluis F
& montibus ligna & lapides præciduntur,cum vero catechizantur,baptizantur,formantur,tanq̄ inter manus fabrorum & opificum dolantur,colliniantur,complanantur. Veruntamen domum domini non faciunt,nisi quando charitate compaginantur. Ligna ista & lapides si non sibi certo ordine cohærerent,si non se pacifice innecterent,si non se inuicem cohærendo sibi quodammodo amarent,nemo huc intraret. Denique quando vides in aliqua fabrica lapides & ligna bene sibi cohærere,se-
Ioan.13. curus intras,ruinam non times. Volens ergo dominus Christus intrare,& in nobis habitare,tanq̄ ædificando dicebat. Mandatum nouum do vobis,vt vos inuicem diligatis. Mandatum,inquit,nouum do vobis. Veteres.n.eratis, domum mihi nondum faciebatis,in vestra ruina iacebatis. Ergo vt eruamini a vestræ ruinæ uetustate,vos inuicem amate Consideret ergo charitas vestra,ædificari adhuc istam domum toto sicut prædictum est & promissum orbe terrarum. Cum.n.edificatur domus post captiuitatem,sicut habet alius Psalmus,dicitur, Cantate domino canticū nouum,can-
Psal.95. tate domino omnis terra. Quod ibi dixit,canticum nouum,hoc dominus dixit,mandatum nouum. Quid n.habet canticum nouum,nisi amorē nouum ? Cantare amātis est. Vox huius cantoris,feruor est sancti amoris. Amemus,gratis amemus. Domi 254
num enim amamus, quo nihil melius inuenimus. Ipsum amemus propter ipsum, G
& nos in ipso,tamen propter ipsum. Ille enim veraciter amat amicū,qui deum amat in amico,aut quia est in illo,aut vt sit in illo. Hæc est vera dilectio, propter aliud si nos diligimus,oderimus potius q̄ diligimus. Quid enim amat? Iniquitatem. Quid
Psal.10. odit? Forte vicinum suum,forte vicinam suam . Expauescit, odit animam suam. Odium animæ,amor nequitiæ. Ergo contra odium nequitiæ,amor animæ. Qui diligitis dominum,odio habete quod malum est. Bonus est deus , malū est quod amas. Quomodo amas deum,cum adhuc amas quod odit deus? Audisti.n.quia deus dilexit nos,& verum est. Dilexit nos,& quales dilexerit,si attendamus,erubescimus. Sed ideo non erubescimus,quia diligendo tales fecit esse non tales. Erubescimus recordatione præteritorum,gaudeamus spe futurorum. Quare.n.erubescamus quod fu-
Roma. 8. mus,& non potius confidamus,quia spe salui facti sumus? Denique audiuimus,Ac-
Psal.32. cedite ad eum & illuminamini , & vultus vestri non erubescent. Si recedat lumen, redis ad confusionem. Accedite ad eum & illuminamini. Ergo ille lumen,non sine illo tenebrę. Si recesseris,in tuis tenebris remanebis,si accesseris,non de tuo lucebis.
Ephe.5. Fuistis.n.aliquando tenebræ,ait Apostolus fidelibus & infidelibus, Fuistis aliquando tenebræ,nunc autem lux in domino. Si ergo lux in domino,tenebræ sine domino. Porro si lux in domino,& tenebræ sine domino,Accedite ad eum & illuminamini. Attendite in Psalmo dedicationis,quē modo cantauimus ex ruina ædificiorum.
Psal.29. Conscidisti saccum meum: hoc pertinet ad ruinam. Quid ergo ad ædificium? Et ac-
vbi supra. cinxisti me lætitia. Vox dedicationis,Vt cantet tibi gloria mea , & non compungar.

Quis est qui loquitur? In verbis eius agnoscite. Si expono obscurum est. Ergo verba eius dicam, continuo agnoscetis loquentem,vt ametis alloquentem. Quis est qui dicere potuit,Eruisti domine ab inferis animam meam. Cuius anima iam ab inferis Psal.29.
eruta est,n isi de qua dictum est alio loco,Non derelinquas animam meam in infer- Psal.15.
no? Proponitur dedicatio & cantatur liberatio canticum dedicationis domus,& dicitur,Exaltabo te domine quoniam suscepisti me,& non iocundasti inimicos meos Psal.29.
super me. Attendite Iudæos inimicos, qui se putabant occidisse Christum, vicisse tanquam inimicum,perdidisse quasi hominem cæteris similem atque mortalem. Resurrexit tertia die,& eius vox est,Exaltabo te domine quoniam suscepisti me. Atten Phil.2.
dite Apostolum dicentem,Propter quod eum exaltauit, Et non iocundasti inimicos meos super me. Ipsi quidem in Christi morte iocundabantur,sed in eius resurrectione, ascensione, prædicatione aliqui compungebantur . In eius ergo prædicatione & per Apostolorum constantiæ diffamationēm aliqui compungebantur & conuertebantur, aliqui obdurabantur & confundebantut, nulli tamen iocundabantur. Modo quando implentur Ecclesiæ putamus iocūdari Iudæos? Ecclesiæ ædificantur,dedicantur,implentur,quomodo illi iocundantur ? Non solum non iocun- Psal.29.
dantur,sed etiam confunduntur , & impletur vox exultantis , Exaltabo te domine quoniam suscepisti me,& non iocundasti inimicos meos super me. Non iocundasti super me,si mihi credant,iocundabis in me. Ne multa dicamus, ad illa quæ cantaui mus aliquando veniamus. Quomodo dicit Christus, Conscidisti saccum meum,& accinxisti me lætitia ? Saccus eius erat similitudo carnis peccati . Non tibi vilescat, quod ait,saccum meum,ibi erat inclusum pretium tuum. Conscidisti saccum meū. vbi supra.
Euasimus ad saccum istum. Conscidisti saccum meū,In passione conscius est. Quo- Rom.8.
modo ergo deo patri dicitur, Conscidisti saccum meum? Quomodo patri dicatur, vis audire,Conscidisti saccum meum? Quia proprio filio non peper cit,sed pro nobis omnibus tradidit illum. Fecit.n.per Iudæos nescientes,vnde redimerentur scientes,& confunderētur negantes. Nesciunt.n.quid boni nobis operati sunt malo suo. Ioan.19.
Suspensus est saccus,& quasi lætatus est impius. Conscidit saccum lancea persecutor,& fudit precium nostrum redemptor. Cantet Christus redemptor, gemat Iudas venditor,erubescat Iudæus emptor. Ecce Iudas vendidit,Iudæus emit,malum negocium egerunt,ambo damnati sunt,seipsos perdiderunt venditor & emptor. Dicat ergo caput nostrum,dicat pro corpore occiso,pro corpore dedicato. Dicat,audiamus, Conscidisti saccum meum,& accinxisti me lætitia.i.conscidisti mortalitatem meam,& accinxisti me immortalitate & incorruptione. Vt cantet tibi gloria mea,& Psal.29.
non compungar. Quid est,non compungar? Iam contra me non ferat lanceam per- Rom.6.
secutor. Vt non compungar. Christus.n.surgens a mortuis,iam nō moritur,& mors illi vltra non dominabitur. Quōd autem mortuus est, peccato mortuus est semel, Φ autem viuit,uiuit deo. Ita & nos, inquit, existimemus nos mortuos esse peccato, viuere autem in deo in Christo Iesu domino nostro. † Ergo dum nouam construction sanctæ huius ecclesiæ libenter attendimus,quam diuino nomini hodie dedicamus, inuenimus a nobis deberi & deo nostro maximam laudem , & sanctitati vestræ congruum de diuinæ domus ędificatione sermonem. Tunc autem sermo noster congruus erit,si in se aliquid ędificationis habeat, quod vtilitati animarum ue strarum deo uos interius ędificante proficiat. Quod hic factum corporaliter videmus in parietibus,spiritaliter fiat in mentibus , & quod hic perfectum cernimus in lapidibus & lignis,hoc ædificante gratia dei perficiatur in corporibus vestris. Prin- Iacobi.1.
cipaliter ergo gratias agamus domino deo nostro,a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum,& eius bonitatem tota cordis alacritate laudemus,quoniam ad construendam istam domum orationis fidelium suorum uisitauit animum excitauit affectum,surrogauit auxilium inspirauit necdum volentibus vt vellent, adiuuit bonæ voluntatis conatus vt facerent,ac per hoc deus qui operatur in suis & velle & perficere pro bona voluntate,hæc omnia ipse cœpit,ipse perfecit. Et quia Phil.2.
opera bona in conspectu suo nunquàm esse permittit inania, fidelibus suis quibus operantibus præbuit virtutis suæ fauorem,tribuet condignam pro tanta operatione mercedem. Adhuc amplius agendæ sunt gratię deo nostro. Hanc enim eccle-

siam quam fecit nomini suo construi, fecit etiam sanctorum martyrum reiiquis amplius honorari. † Hic sermo in veteribus finit hoc modo.

Ita & nos, inquit, existimemus nos mortuos esse peccato, viuere autē deo, in xp̄o 255
Roma.8. Iesu domino nostro Ergo in illo cātamus, in illo dedicati sumus. Quo enim caput A
præcesserit, & membra secutura speramus. Spe enim salui facti sumus. Spes autē quæ
videtur, non est spes, si autem quod non videmus speramus, per patientiam expecta
mus, per patientiam ædificamur. Forte autem est illic & uox nostra, si bene attenda-
Roma.6 mus, si diligenter intueamur, si oculum acutum geramus, non quemadmodum so-
lent corporum cæci amatores. Si ergo spiritalem oculum intendamus, in istis voci-
Psal.29. bus domini nostri Iesu Christi & nosipsos inueniemus. Nō enim frustra dixit Apo
stolus, Sciētes quia vetus hō noster simul crucifixus est cū illo, vt euacuetur corpus
pcti & vltra no seruiamus peccato. Agnosce ibi vocē tua, vt cantet tibi gloria mea &
non compungar. Modo enim cum istas corporis mortales sarcinas baiulamus, non
deest vnde compungamur. Nam si cor non cōpungitur, quare pectus tunditur? Cū
Eccli.25. ergo venerit etiam nostri corporis dedicatio, quæ præcessit in domini exemplo, tūc
non compungemur. Cōpunctionem enim quam habemus de peccato, significauit
lancea percussoris: denique quoniam scriptum est, a muliere initium factum est pec
cati, & per illam omnes moriuntur: recolite de quo mēbro facta est, & videte vbi do-
minus lancea compunctus est. Recolite, inquam, recolite primam conditionem no-
stram. Non enim frustra, vt dixi, vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacue-
tur corpus peccati, vt vltra non seruiamus peccato. Nempe Eua a qua factum est
initium peccati, sumpta est vt formaretur de latere viri. Dormiens iacebat ille
rum factum est, mortuus pendebat iste cum factum est. Cognata duo sunt, somnus
& mors, latus, & latus. Compunctus est dominus in loco peccatorum. Sed de illo la-
tere facta est Eua, quæ nos peccando mortificaret. De isto autem latere facta est ec-
clesia, quæ nos pariendo viuificaret.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

opus sermonum de sanctis tam in specie quam in genere siue communi, quorum festiuitates præcipue sancta cele brat ecclesia, eo ordine quo occurrunt.

DE SANCTO ANDREA.

In vigilia sancti Adreæ, Homilia de eo quod scriptum est in euāgelio secundū Ioan.
Ioan.1 Stabat Ioānes & ex discipulis eius duo &c. quæ habetur in expōne doctoris. Ibid.
In festo s. Andreæ sermo, Mirum quibusdam videtur, &c. quæ habetur inter sermo
nes de verbis domini, IX.

DE SANCTO THOMA.

In festo sancti Thomæ Apostoli, Homilia de eo quod scriptum est in euāgelio secun
Ioan.20. dum Ioannem, Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, & cætera, quæ ha
betur in expositione doctoris, Ibidem.

DE SANCTO STEPHANO.

In festo sancti Stephani. Sermo. I.

Ser.1. FRATRES charissimi celebrauimus hesterna die natalē quo rex
martyrū natus est in mūdo, hodie celebram⁹ natalē, quo primicæ
rius martyrū migrauit ex mūdo. Oportebat.n. vt primum immor
talis pro mortalibus susciperet carnē, & sic mortalis pro immorta
li conteneret mortē. Et io natus est dns vt moreretur p seruo, ne
seruus timeret mori, pro dño. Natus est xp̄s in terris, vt Stephanus 255
nasceretur in cœlis. Ingressus est dns mundū, vt Stephanus ingre- C
deretur in cœlum. Altus ad humilia descēdit, & humilis ad alta descēdit, filius dei fac-

tus est hominis filius, vt filios hominum faceret filios dei. Fecit Christus mirabilia, fecit & Stephanus. Sed Christus fecit sine Stephano: Nunquid Stephanus potuit facere sine Christo? Viuebat Stephanus de Christo, sicut sarmentum de uite. Miraris fructum de sarmento pendentem, vide sarmentum in uite manentem. Eia sancte Stephane, dic aliquid Iudæis vt incipias lapidari & posis coronari. Iaculare uerba, & excipe saxa. Dic aliquid de incircuncisis cordibus, & morieris lapidibus. Dic aliquid Psal.30.
de eo cuius nomē nolūt audire, Erubescant & seuiant, muta efficiātur labia dolosa.
Dic eis vbi eum vides, & hic
Dic eis vbi uides viuum quem irriserunt crucifixum. Dic eis quia nihil est quod fecerunt, viuit quem
non viuis, sed cum illo melius viuis. Dic eis quia vides ad dexteram patris stantem quem irriserunt in cruce
occiderunt, Dic eis quia vides ad dexteram patris stantem quem irriserunt in cruce Actus.7.
pendentem. Et ille, inquit, Ecce uideo cœlos apertos & filium hominis stantem ad
dexteram dei. At illi clamantes continuerunt aures suas. Aures clauserunt & ad la-
pides cucurrerunt, impetumq; fecerunt omnes in eum, & lapidabant Stephanum Psal.62.
inuocantem & dicentem, Adhæsit anima mea post te, quia lapidatur caro mea pro te.
Accipe spiritū meum, & redde mihi promissum tuum Orauit Christus pro suis cru Luce.23.
cifixoribus, orauit, & Stephanus pro suis lapidatoribus. Dns Iesus Christus orauit Acto.7.
affixus ligno, Stephanus genu flexo. Qui stando suum spiritum commendauit dño,
pro illorum delicto fixo genu orauit. Orabat dñm pro inimicis vt amicus dicēs, Cer
te ego patior, ego lapidor, in me sæuiunt & in me fremūt, sed ne statuas illis hoc pec
catum, quia vt hoc dicam tibi à te primo audiui. Ego seruus tuus patior, sed multū
interest inter me & te. Tu dominus ego seruus. Tu verbū, ego auditor verbi. Tu ma
gister, ego discipulus. Tu creator, ego creatus. Tu Deus ego homo. Multū interest in
ter peccatum istorum qui lapidant, & illorum qui crucifixerunt te. Quādo ergo dixi Luce.22.
sti, Pater ignosce illis quia nesciunt, quid faciunt: pro magno peccato petisti, & me
pro minimo petere docuisti. Domine, inquit, ne statuas illis hoc peccatum: tanquām
diceret, Ego patior in carne, isti non pereant in mente. Illi lapides mittebant, & san- Acto.7.
ctus Stephanus orationes fundebat. Magna pietas fratres, magna clementia, prorsus
qualia in mensa dñi sui comedit, talia & ipse in suo conuiuio præparauit. Scriptum
est in lege, Ad magnam mensam sedisti, scito qm talia te oportet Præparare. Talia er Eccli.31.
go in oratione exhibuit, qualia in sui dñi mēsa comedit. Dns Christus dixit, Pater
ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: sanctus Stephanus dixit, Ne statuas illis hoc
peccatum: & hoc dicto obdormiuit in domino. O somnū pacis: Quid illo somno trā
quillius? Quid illo somno quietius? Qualis ibat ad amicos, quid sic diligebat inimi-
cos? Nam vt nouerit sanctitas uestra, quātum ualuerit oratio sancti Stephani n. arty
ris, recurrite nobiscum ad illud adolescētem persecutorem nomine Saulum, sicut ex
libro dum legeretur audiuimus: Qui cum Stephanus lapidaretur, & ab ipso oīum la
pidantium vestimenta seruarentur, vt tanquam in manibus oīum ipse lapidari vi-
deretur: hic cum iret in via, subito circūfulsit eum lumen de cœlo, & audiuit uocē di
centē sibi, Saule Saule quid me persequeris? Durū est contra stimulum calcitrare. Et
ille, Et tu quis es dñe? Et dominus ad eum, Ego sum Iesus Nazarenus quem tu perse
queris: Quid mihi & tibi? Quare te erigis contra me, ad tanta mala quæ cōmisisti in Acto.9.
me? Olim quidem debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te, Saule Saule
quid me persequeris? Sed quia insanis contra nomen meum, ego te faciā seruū meū.
O Saule lupe radax, comedisti, expecta paululum & digeres. Dicā plané, elisus est fi-
lius perditionis. Nam si sanctus Stephanus sic nō orasset, Ecclesia Paulum non habe
ret. Sed ideo erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Er
go qđ fecit Saulus, patitur Paulus. Quod fecit persecutor, patitur prædicator. Quod
fecit lupus, patitur agnus: quia sic est in tali homine vindicandum. vt discat pati qđ Acto.9.
faciebat. Sētiat & ipse quòd alijs inferebat. Dicitur Ananię á domino Iesu Christo,
Vade ad eum & signa eum signo meo. Multa.n. patiatur pro nomine meo. Abiit Ana-
nias, Baptizauit Saulum, & fecit ex lupo agnum. Cœpimus habere prædicatorē, quē
sanctus Stephanus habuit lapidatorem. Sic ergo exauditus est sanctus Stephanus,
vt eius orationibus deleretur peccatum quod cōmiserat Saulus. Cōmendemus ergo
nos orationibus eius. Multo magis. n. nunc exauditur pro bene oratoribus suis, á re-
gnante dño nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo II.

Ser.II

POst extremum festiuissimum diem quo salutaris nostri Christi nobis natiuitas illuxit,& iam hodiernus dies beati martyris Stephani corona illustratur.Martyris illius merita nulla pars orbis ignorat: passus enim est ipso principio ecclesię.i.in ipsa vrbe Hierosolyma.Ibi enim diaconus ministrauit,& in ipso iuuentutis flore decorem ætatis suę sanguine purpurauit.Passio eius insignis est, multumq; mirabilis. Acto.7. Hanc modo de libro Actuum Apostolorum cum legeretur audiuimus non solum, sed etiam oculis spectauimus. Christus ergo caput martyrũ prior passus est pro nobis,relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Cuius passionis vestigia prior secutus beatus Stephanus confitendo Christum , lapidatus a Iudæis coronam meruit tanquam suo sibi nomine positam,Stephanus enim Græce Latine corona appellatur.iam corona nomen habebat,& ideo palmam martyrii suo nomine pręferebat. Qui cum lapidaretur,non solum non expectabat. de persecutoribus reportarę vindictam,sed eis potius de deo veniam postulabat.Meminerat enim dixisse dominum,Mihi vindictam,& ego retribuam dicit dominus. Et iterum,Ne dixerit vlciscar me de inimicis meis,sed expecta dominum vt tibi auxilium sit. Expectare nos iubet dominus deus,vt in die futuræ retributionis cum sanctis martyribus vindicemur. Beati enim qui expectabant dominum, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram:illam scilicet terram quæ iustis est præparata. Tu autem o christiane quæris vindicari de aduersario tuo qui tibi forsitan iniuriam fecit,æstuas,furis, anhelas,festinas vindicari, attende Christum medicum ægritudinis tuæ, attende redemptorẽ animę tuæ.Propter te pependit in ligno , & nondum est vindicatus,& tu vis vindicari,& non vis tantum & talem magistrum imitari?Ideo pati voluit,vt tibi patientiæ suæ demonstraret exemplum . Vide pendentem , & tibi languenti de suo sanguine medicamentum conficientem. Vide pendentem,& tibi de ligno tanquam de tribuna li præcipientem. Audi precantem,Pater,inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sed potuit hoc Christus,dicis mihi,ego non possum. Ego.n.hõ sum, ille deus homo. Deus ergo vt quid hõ,si non corrigitur homo ? Sed hæc tibi loquor o homo: Multum est a te imitari dominum tuum, Attende Stephanũ conseruum tuum. Certe Stephanus homo erat an deus?Plane homo erat,hoc erat quod tu. Sed quod fecit, non fecit nisi donante illo quem rogas & tu. Vide tamen quid fecit: Loquebatur Iudęis,sæuiebat & diligebat. Vtrunq; debeo demonstrare,& sæuientẽ & diligentẽ.Audi sæuientẽ,Duræ ceruices. Verba sunt sancti Stephani qñ loquebatur Iudęis,Duræ ceruices & non circũcisi corde & auribus,vos semp restitistis spiritui sancto.Quem Prophetarum non occiderunt patrẽs vestri ? Audisti seuientem,audi & diligentem, Irati illi facti grauius inardescentes & mala pro bonis reddentes ad lapides cucurrerunt,& dei famulum lapidare cœperunt. Hic probemus sancti Stephani patientiam & dilectionem.Hic victorem diaboli triumphatorẽq; cernamus. Audiuimus seuientem aduersus tacentes,videamus si diligat sæuientes.Sæuiebat aduersus tacentes,videamus si diligat lapidantes. Ecce Stephanus lapidatur, sic constitutus quasi ante oculos nostros.Ecce membrum Christi,ecce athleta Christi.Inspice illum qui pepedit in ligno.Crucifigebatur ille,iste lapidabatur.Ille dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Iste quid dicit? Audiamus illum si forte vel ipsum imitari valemus.Primo beatus Stephanus stans orauit pro se & ait. Domine Iesu accipe spiritum meum.Deinde genu flexit,& flexo genu ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum:& hoc dicto obdormiuit. Fœlix somnus & requies vera. Ecce quid est requiescere,pro inimicis orare.Sed paulum quæso te sancte Stephane, expone nobis hoc nescio quid,quare pro te stans orasti,& pro inimicis genu flexisti? Responderet fortasse quod intelligimus Pro me stans oraui,quia pro me qui recte deo seruiui orando &impetrando non laboraui,quia qui pro iusto orat non laborat, ideo pro se stans orauit.Ventum est vt oraret pro Iudęis,pro interfectoribus Christi,pro interfectoribus sanctorum,pro lapidatoribus suis,attendit tam multam & magnam esse impietatem ipsorum quæ difficile donari posset,genu flexit & ait, Domine ne statuas illis hoc peccatum,Ergo charissimi si non potestis imitasi dominum, imitamini conseruum,imitamini sanctum Stephanum,imitamini omnes martyres sanctos.Homines erant

Deut.32 & Ro.12.

Proue.20.

Matt.5

Luc.23.

Acto.7.

Acto.7.

Luc.23.

Acto.7.

ẽrant,conserui tui erant Sicut tu nati erant,sicut tu nati sed a Christo sunt coronati, qui uiuit & regnat in secula seculorum,Amen.

In eodem festo. Sermo. II

Ser.III.

DOnet mihi dominus pauca dicere salubriter,qui donauit Stephano tanta dicere fortiter. Sic cœpit ad suos persecutores loqui, quasi timeret eos . Viri fratres & patres audite. Quid leuius? Quid clementius? Cõciliabat auditorem , vt commendaret saluatorem. Blande cœpit vt diu audiretur. Et quia hinc fuerat accusatus q̃ verba dixerat contra dominum & legem,ipsam legẽ exposuit,vt eius legis esset prædicator,cuius accusabatur esse vastator.Et audiuimus & audistis , non sunt nostra multa necessaria,quia multa audistis,hoc tantum exhortandam video charitatẽ veram & ędificandam,vt sciatis sanctum Stephanum honorem xp̃i quæsisse , vt sciatis sanctum martyrem testem Christi fuisse, vt sciatis tanta eum tuc miracula in nomine Christi fecisse.Hoc enim salubriter scitis sanctum Stephanum fecisse mirabilia in nomine Christi,nullum autem miraculum fecisse dominum Christum in nomine Stephani,& discernatis seruum a domino,cultorem a deo,adoratorem ab adorando.Quando enim discernitis,tunc vos amat.Nõ enim ille pro se sanguinem,sed pro Christo fudit.Videte cui animam suam commendauerit. Ecce,inquit, video cœlos apertos,& filium hominis stantem ad dexteram dei.Vidit Christum, confitens xp̃m moriturus pro Christo,perrecturus ad Christum. Dominus in cruce pẽdens pro inimicis suis ait,Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt . Stephanus sub lapidibus genu flexo ait,Domine ne statuas illis hoc delictum. Secutus est vestigia pastoris sui,tanquam bona ouis. Bonus agnus secutus est agnũ , cuius sanguis tollit peccata mundi. Impleuit quod ait Apostolus Petrus, Christus pro nobis passus est,relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius.Sequuntur ergo martyres vestigia domini. Christus in cruce ait,Pater in manus tuas commendo spiritum meũ: Stephanus sub lapidibus,Domine Iesu accipe spiritum meũ. Christus in cruce, Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt: Stephanus sub lapidibus, Domine Iesu ne statuas illis hoc delictũ. Quomodo non posset vbi iste esse vbi erat quem secutus est,vbi erat quem imitatus est? Triumphauit,coronatus est. Sane corona nostra est ędificatio vestra.Et gaudium nostrum salus vestra , salus & tẽporalis & sempiterna. Promissionem enim habemus,sicut dixit Apostolus,vitæ ptæsentis & futuræ,sed salutem præsentem donat deus & hominibus & pecoribus donat deus & bonis & malis.Hanc autem salutem tẽporalem, pro æterna salute martyres contempserunt. Gaudetis sine dubio quia saluus nos videris,& nos in xp̃o de vestra salute gaudemus,sed satagite vt etiam in illo die de vobis gaudeamus,quia quod ait Apostolus, pro sua dispensatione tam magna & ampla vt eius vix vestigia consectemur,hoc nobis loquebatur quod dicebat.Ei quem ædificabat dicebat, Gaudium & corona mea. Quicunque ergo proficiunt in Christo de laboribus nostris, gaudium sunt & corona nostra,quia nostrũ est fidelirer dispensare non nostra,sed dominicam pecuniam: vestrum est cũ cura & solicitudine suscipere.Ego.n.possum esse dator, non exactor. Et dator non quasi meæ rei,sed do vnde & ego viuo,quia ad vnam domum magnã omnes pertinemus,vnum patrẽfamilias dominum habemus. Cellarium habet amplum,vnde nos & vos viuere possumus.Tantum enim rogemus fastidium detergat prius donet esuriem,& porrigat panem.Vnde viuo,inde dico . Vnde pascor,hoc ministro.Nam vobiscum pauper sum.Diuitiæ omnes deus noster,vita omnium nostrũ beata æterna.Ergo qui gloriatur in domino glorietur , qui viuit & regnat deus per immortalia secula seculorum.Amen.

Luc.23.

1.Pet.2

Philip.4

1.Cor.1

Sermo. IIII.

In eodem festo.

Ser. 4. Exod. 17.

IEsus filius Naue in eremo & pugnabat,& Moyses orabat. Non quia ambo pugnabant,nec ambo orabãt,sed vnus pugnabat & alius orabat. Merito qui pugnabat, non deficiebat,qa ille orãdo vincebat. Ita & ego loqui quidem videor, sed aliis oran tibus loquor,vt p̃cib⁹ eorũ contingat mihi q̃d dñs ait,Api os tuũ & ego adimplebo illud.Si ille ab vno tm̃ orãte iuuabatur & nõ supabatur, quantomagis ego vbi non vnus sed multi rogãt deũ mecũ? Loquendo iam non timebit cor meũ , quia laudem dñi loquetur os meum.Dñs noster Iesus Christus iubet nobis aliqd & promittit no

Ezec.2

Psal.80.

Psal.149.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis aliquid. Quod iubet hic est, quod promittit alibi est. Quod iubet finitur, quia tẽporale est, quia promittit non finitur, quia æternum est. Quod iubet opus est, quod promittit merces est. Hinc aduertat uestra sanctitas quanta est eius misericordia erga nos, vt laborem hic posuerit cum fine, mercedem in cœlo sine fine. Et ideo debemus potius hic laborare & postea in cœlo mercedem sumere, quàm hic mercedem velle accipere, & postea laborare. De quibusdam enim dicit, Amen dico uobis, perceperunt mercedem suam. Sed forte auidus es ad mercedem & piger ad laborem, qua fronte postulas quod promisit deus, si non facis quod iussit deus? Prius, audi monitiones, & sic exige repromissiones. Prius, inquam, audi iubentem, & tunc exige pollicentem. Iubet enim nobis & dicit, Diligite inimicos uestros, benefacite his qui uos oderunt, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos, Audisti opus, expecta mercedem: Vt sitis, inquit, filii patris uestri qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Attendite ipsum dominum qui hoc iussit quod fecerit. Nonne post tanta quæ in eum commiserunt impii Iudæi, qui retribuebant ei mala pro bonis, pendẽs in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Orauit in homine qui exaudiuit cum patre. Nam & modo orat pro nobis, orat in nobis, & oratur a nobis. Vt sacerdos noster orat pro nobis, ut caput nostrum orat in nobis, ut deus noster orabat a nobis. Quando ergo in cruce pendẽs orabat, uidebat & præuidebat omnes inimicos, sed multos ex illis futuros amicos præuidebat, ideo omnibus veniam postulabat. Illi sæuiebant, & ille orabat Illi dicebant Pilato, crucifige. Ille clamabat, Pater ignosce. In asperis clauis pendebat, sed lenitatem non amittebat. Illis iam petebat ueniam, a quibus accipiebat iniuriam. Illi sæuiebant, illi circũlatrabant, illi insultando caput agitabant quod sanum non habebant, quia caput quod est Christus non habebant, & quasi in vno summo medico in medio cõstituto phrenetici circũquaq; sæuiebant, pendebat ille, & sanabat, Pater, inquit, ignosce illis. Attendite fratres, Magna pietas: Pendebat & tamen petebat. Et non descendebat, quia de sanguine suo medicamentum phreneticis faciebat. Deniq; fratres post resurrectionem sanauit, quos pendens insanissimos tolerauit, & sanguinem quem fuderunt sæuientes, biberunt credentes, & facti sunt sequentes q̃ erant persequentes. Ecce quare venit Christus non perdere quod inuenerat, sed quærere & saluare quod perierat, vt diligendo sæuientes inimicos, faceret credentes amicos. Sed ne multum graue esse dicas imitari dominum tuum qui propter te passus est, relinquens tibi exemplum ut sequaris uestigia eius, attende Stephanum cõseruum tuum. Homo erat sicut & tu, de massa peccati creatus sicut & tu, eo precio redemptus quo & tu Diaconus erat, Euangelia legebat, quæ legis uel audis & tu. Ibi inuenit scriptum, Diligite inimicos uestros. Didicit legendo, perfecit implendo. Qui cum a Iudæis saxorum grandine cæderetur, non solum non comminabatur, sed insuper lapidatoribus suis ueniam præcabatur. Positis enim genibus orabat dicens, Domine ne statuas illis hoc delictum. Illi lapidabant, & ille orabat. Illi eum furore persequebantur, ille pacatus Christum sequebatur. Illi malitia cæcabantur, ille aperto cœlo uiso dei filio sapientia illustrabat. Illi lapides mittebat, ille orationes p̃mittebat tanquam dixisset, Domine si istos modo occideris inimicos, quos postea facies amicos? Denique fratres vt noueritis quantum valuerit oratio sancti martyris Stephani, recurrite nobiscũ ad illum adolescentem nomine Saulum. Qui cum sanctus Stephanus lapidaretur, omnium uestimenta seruabat, & tanquam manibus omniũ lapidabat. Et postea sicut nostis accepit epistolas a principibus sacerdotũ, ut quoscunque inuenisset Christianos viros ac mulieres, uinctos adduceret in Hierusalem, torquendos & puniendos. Hic cum iret in via, subito circũfulsit eum lumen de cœlo, cecidit in terram, & audiuit vocem dicentem sibi, Saule Saule, quid me persequeris? Et ille, Tu quis es domine? Et dominus ad illum, Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, quia non stimulum, sed pedes quibus calcitras uulnerabis. Quid mihi & tibi? Quare me persequeris? Quare te erigis cõtra me malo tuo? Sed cõtra tãta mala quæ cõmittis in me olim quidẽ debui pdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Elisus est, læuiẽs, erectus ẽ credẽs. Elisus est lupus, erectꝰ est agnus, Elisus est p̃secutor, erectꝰ ẽ p̃dicator.

Mat. 6

Mat. 15

Luc. 23

Acto. 2

Lucæ. 19

1. Pet. 2

Mat. 5

Acto. 7

Vbi sup.

Acto. 9

Dicam planius, dicam apertius. Elisus est filius perditionis, erectus est vas electionis Elisus est Saulus, erectus est Paulus. Nam si martyr Stephanus non sic orasset, ecclesia Paulum no haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus, quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Ecce quare dominus dicit, Diligite inimicos vestros, quia diligendo inimicum facis amicum, Sed contra tanta & talia hæc, tu quis es qui non diligis? Figis genu, collidis frontem in terrã & dicis, Oro vt moriatur inimicus meus. Deus si quid a te promerui, occide inimicũ meum. Et vtique tu qui oras vt homo moriatur malus oras contra malum, & facti estis duo mali, ille male agẽdo, tu male orando, Tu malus orando incipis esse qñ dicis, Deꝰ occide malũ. Respõdet tibi ipse: Quẽ vestrum? Aduertat sanctitas vestra. Iudex homo per seipsum reum non occidit, sed iubet, & spiculator occidit, Iudex dicit, Occide, & tortor occidit. Et tu quando dicis. Occide inimicum meum, te facis iudicẽ, & deum quæris esse tortorem. Respõdet tibi deus, Non ero prorsus, non ero peccatoris tortor, sed liberator, quia nolo mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Nam si voluntatem tuam haberem, te prius occiderẽ antequã inuitatus venires. Nõne me blasphemasti? Nõne me in tuis malis operibus iritasti? Nonne nomẽ meũ de terra delere voluisti? Nõnne in p̃ceptis vel in seruis meis cotẽpsisti? Si tũc te occidissem inimicũ, quem modo facerem amicum? Quid ergo male orando doces me, quod non feci in te? Immo ergo dicit tibi deus, Doceam te vt imiteris me. In cruce pendens dixi, Pater ignosce illis quia nesciũt quid faciũt. Docui hoc milites meos, docui martyres. Prius esto & tu martyr meus, tyro meus aduersus diabolum, aliter inuicte nullo modo pugnabis, nisi pro tuis inimicis oraueris. Conuersi ad dominum deum patrem: &cætera.

Ezec. 33.

Luc. 23.

De eodem festo, Sermo V.

HEsterno die natalem habuimus domini Saluatoris, hodie summa deuotione veneramur sancti martyris Stephani passionem. Hesterno quo redimimur ad præmiũ, hodierno quo prouocamur ad exemplum. Bene ergo hesterne solennitati festiuitas hodierna coniuncta est, vt illa credentes eueheret ad vitam, hæc cõfitentes duceret ad coronam. Omni ergo ecclesiæ beatus Stephanus datus est ad profectum. Adhuc laicus diaconii meruit electionẽ, & leuita martyrii obtinuit principatum. In plebe adhuc positus erat, sed iam uirtutibus eminebat. Humilis erat, sed celsus fide. Discipulus erat ordine, sed factus est magister exemplo. Quo sequebatur deuotione fidei, p̃cesit velocitate martyrii. Scriptũ est n. de eo in Actibus Apostolorum, q̃ ad ministerium viduarum sit ab Apostolis deputatus. In hac etiam re q̃ præpositus est fœminis testimonium meruit synceri simæ castitatis. Beatus ergo erit fratres charissimi, qui hunc sectatus, qui hunc imitatus fuerit, & pudicitiæ palmam & martyrii consequitur coronam. De quo & lectio Apostolorum Actuum quę nobis hodie lecta est, dilectissimi fratres cum plurimum habeat in ipsa specie admirationis, non minus tamen cõtinet in mysterio dignitatis. Ecce, inquit, beatus Stephanus, video cœlos apertos, & filium hominis stãtem a dextris dei. Considerate attentius dilectissimi fratres cum beatus martyr dominum Iesum Christũ ad dexteram dei patris stare vidisset, cur sese filium hois videre testatus est, & non potius filium dei, cũ vtique plus delaturus honoris domino videretur si se dei potius quam hois filium videre dixisset? Sed certa rõ postulabat vt hoc ita & ostẽderetur in cœlo, & p̃dicaretur in mũdo. Oium. n. Iudeorum scandalum in hoc erat, cur dominus noster Iesus xp̃s qui secundũ carnẽ erat filius hois, esse etiã dei filius diceretur. Ideo ergo pulchre scriptura diuina filium hominis ad dexteram dei patris stare memorauit, vt ad confutandam iudęorum incredulitatem illi martyri ostenderetur in cœlo, qui a perfidis negabatur in mundo, & illi testimonium cœlestis veritas daret, cui fidem terrena impietas derogaret, Vnde licet iuxta p̃salmum qui lectus est, p̃ciosa sit in conspectu dñi mors sanctorũ eius, si qd tñ distare inter martyres põt, p̃cipuus vĩ esse qui primus est. Nã cũ sctũs Stephanus diaconus ab Apostolis ordinatꝰ sit. Apostolos ipsos beata ac triumphalt mortem præcesit: ac sic qui erat inferior ordine, primus factus est passione & qui erat discipulus gradu, magister cœpit esse martyrio, cõplens

Ser. 5.

Acto. 6

Acto. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud quod beatus Propheta in psalmo qui lectus est dixit, Quid retribuam domino
pro omnibus quæ retribuit mihi? Retribuere enim voluit primus Stephanus mar-
tyr domino, quod cum omni humano genere accepit a domino. Mortem enim quam
Saluator dignatus est pro omnibus pati, hãc ille primus reddidit saluatori. Post hæc
snbiecit scriptura sacra quæ ait, Positis, inquit, genibus clamauit dicens. Domine ne
Acto.7. statuas illis hoc peccatum, Videte dilectissimi affectũ beati viri, videte magnam &
admirabilem charitatem. In persecutione positus erat, & pro persecutoribus depre-
cabatur, atque in illa lapidum ruina quando alius obliuisci poterat etiam charis-
mos suos, tunc ille domino commendabat inimicos. Quid enim dicebat cum lapida-
retur? Domine, ne statuas illis hoc peccatũ. Plus itaque tunc illorum dolebat pecca-
ta, quã sua vulnera. Plus illorum impietatem, quam suam mortem dolebat. Et recte
plus. In illorum quippe impietate erant multa quæ plangi potuissent, in illius autẽ
morte non erat quod debuisset deleri, Illorum impietatem mors sequebatur æter-
na, huius autem mortem vita perpetua. Imitemur ergo in aliquo dilectissimi fratres
tanti magistri fidem, tam præclari martyrts charitatem. Diligamus uos hoc animo
in ecclesia fratres nostros, quo ille tunc dilexit inimicos, Sed quod peius est aliquo-
ties non solum inimicos non diligimus, sed ne amicis quidem fidem integrã custo-
dimus. Sed dicit aliquis, Non possum diligere inimicum meum, quẽ quotidie velut
hostem patior crudelissimum. O quicunque ille es, attendis quid tibi fecerit homo, A
& non consideras quid tu feceris deo? Cum enim tu multum grauiora in deum pec-
cata commiseris, quare non dimittis homini parum, vt tibi deus dignetur dimittere
multum? Recole quid tibi in Euangelio veritas ipsa promiserit, & quã tibi quodam-
Matt.6 modo cautionem fecerit. Si enim inquit, dimiseritis hominibus peccata eorum, di-
mittet & vobis pater vester cœlestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis, nec pa-
ter vester dimittet debita vestra. Videtis fratres, quia cum dei gratia in potestate no
stra positũ est qualiter a domino iudicemur. Si, n. inquit, dimiseritis, dimittetur vo-
bis. Nam sæpe dixi, fratres, & frequentius dicere debeo, nemo se circũueniat, nemo
se seducat, Qui vel vnum hominem in hoc mundo odio habet, quicquid deo in ope
1. Cor. 13. ribus bonis obtulerit totum perdet, quia non mentitur Paulus Apostolus dicens, Si
dedero omnes facultates meas in cibos pauperum, & si tradidero corpus meum ita
vt ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Quam rem etiã bea-
1. Ioan. 3. tus Ioannes confirmat dicens, Omnis enim qui non diligit fratrem suum, manet in
morte. Et iterũ, Qui fratrem suum oderit, homicida est. Hoc loco fratrem, omnẽ ho-
minem oportet intelligi, omnes. n. in Christo fratres sumus, Nemo enim sine charita
te de virginitate præsumat, nemo de ieiuniis, nemo de orationibus confidat: quia
quandiu inimicitiam in corde tenuerit, neq; in istis quibuslibet bonis operibus pla-
care sibi dominum poterit. Sed si vult habere propitium dominum, non dedignetur
Mat. 5. audire consilium meum. Audiat non me, sed ipsum dominum suum, Si offers, inqt,
munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduer
sum te relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, &
tunc veniens offeres munus tuum. Et nos pugnas habemus intrinsecus, & dolos in
corde versantes, & quasi qui bonam conscientiam habeamus præsumimus accede-
1. Cor. 11. re ad altare, non timentes quod scriptum est, Qui manducat & bibit indigne, iudi-
cium sibi manducat & bibit. Sed dicit aliquis, Grãdis labor est inimicos diligere, pro
persecutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres, non paruus quidẽ labor est in
hoc seculo, sed grande erit premium in futuro. Per amorem. n. hois inimici efficieris
amicus dei? Immo nõ solum amicus, sed etiã filius: sicut ipse dominus dixit. Diligite
Mat. 5 inimicos uestros, benefacite his qui oderunt vos, ut sitis filii patris uestri qui in cœ-
lis est. Si te aliquis homo diues in hoc seculo uellet adoptiuũ filiũ facere, quõ seruis
res, quas ei dignitates impenderes, & seruorũ eiusq; seruitia durissima, & aliquoties
etiam turpissima, sustineres cõuitia, ut ad caducã & fragilem hæreditatẽ ipsius per
uenires? Quod ergo ille sustinet pp fubstantiam terrenam, tu sustine propter uitam
æternam. Conuincimur. n. certissima ratione, quia propter deum possumus quidem
sed nolumus iniuriã sustinere. Deniq; si nobis aliqua potens persona iniuriã faciat,
nos etiã in faciẽ maledicit, nec respõdere aliquid asperum, non dicã uicem reddere
ausi

ausi sumus. Quare hoc? Ne ab illa persona potente adhuc maiora quãm pertulimus
patiamur Quod a nobis extorquet hominis timor, deberet a nobis exigere Christi
amor. Si ergo potens persona contra nos sæuit, tacemus & nihil dicere ausi sumus: si
uero æqualis aut forte inferior vel leuem nobis contumeliam fecerit, quasi feræ be-
stiæ sine vlla patientia, ac sine aliqua dei contẽplatione consurgimus, & aut in præ-
senti nostram iniuriam uindicamus, aut certe ad maiorem vicem reddendam no-
stram animum præparamus. Quid est hoc ꝙ quando potens persona nobis iniuriã
intulit, patienter accepimus: quando inferior, nimio furore succendimur? Qui ibi
timuimus hominem, hic deum timere noluimus. Vnde ergo fratres quantum pos-
sumus cum dei adiutorio cor nostrum ad patiẽtiam prꝑaremus, & in omnibus ma
lis hominibus medicorum vicem agere studeamus, & non ipsos homines, sed ipsorũ
malitiam odio habeamus. Pro bonis oremus ut semper ad meliora conscendant, pro
malis ut cito ad emendationẽ uitę per pœnitentiæ medicamenta confugiant. Quã
rem orantibus uobis ipse præstare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit &
regnat in secula seculorum, Amen.

In eodem festo, Sermo VI.

QVoniam video nostras disputationes graphio cæraq; ligari & nequaquam sumus
idonei lectitare, adiuuate meipsum quæso intercessu uestro apud martyrem
istum, quem Gamaliel stolatus reuelauit, Saulus spoliatus lapidauit, & Christus pã- Ser. 6.
nis inuolutus ditauit, & precioso lapide coronauit. Triũphalis ẽ dies iste beatissimi, Actò. 7.
triũphalis est dies sancto Stephano martiri a lapidibus mortuis condemnato, extra Luc. 6.
ciuitatem lapide præcipitato, corpore pernecato, capite vulnerato, lapide con-
quassato, & angulari lapide coronato. Pulcher erat minister, quia pulcher erat
& magister. Pulcer erat vbique Stephanus iste, in corde & in corpore. De ma-
gistri pulchritudine cantatur in psalmo, Speciosus forma præ filiis hominum,
diffusa est gratia in labiis tuis. Et ipsi cantamus in psalmo. Specie tua & pulchri Psal. 44
tudine tua, intende prospere procede & regna. Stephano ergo martyri & pulchritu-
do erat corporis, & flos ætatis, & eloquentia sermocinantis, & sapientia sanctissimæ
mentis, & operatio diuinitatis. Inuidia magna obstiterat Iudæis ob christianæ cãm
professionis. Videbant enim Stephanum Iudei Iudęum in medio Iudæorum in ciui
tate metropolitana parentum suorum disputantem contra sacra Iudæorum, & con-
tra sacrificia, & contra legem, & contra circuncisionem, contra sabbata, exurgentes
in iracundiam & concidientes venenata sensa, loquebantur ad inuicẽ sibi talia uer-
ba, Quid est istud? quid est hoc quod agimus? quid facimus? quid dicimus? quid vult
sibi iste homo & iuuenis & pulcher, & eloquentissimus & sapientissimus homo? Nã
signa magna & mirabilia facit iste homo, & sine causa Christus mortuus est homo,
Venite, inquiunt, fratres simulq; conueniamus in vnum, faciamus consilium, confir
memus falsum testimonium. Fecimus contra deum, faciamus & contra famulũ. Di- Ioan. 11.
ximus contra dominum, Expedit vt vnus moriatur ꝙ tota gẽs pereat: dicamus con Hiere. 11.
tra famulum, Exterminemus eum de terra uiuentium, & nomen eius non memore
tur amplius. Quando consilium contra Iesum fecimus, multum nobis profuimus
quia præualuimus, circũuenimus, dedimus, accepimus, ligauimus, tradidimus, supe
rauimus, oppressimus, crucifiximus. Amatori cupiditatis dedimus pecuniam, quã
de mãmona iniquitatis distraximus vnusquisq; Ligauimus incapabilem filium vir-
ginitatis, tradidimus iudici iudicem æquitatis, superauimns superantem imperiũ
vanitatis, oppressimus opprimentem superbiam calamitatis, conspuimus faciẽ san-
ctitatis, & crucifiximus cæci filium maiestatis. Occidimus tamẽ, sepeliuimus, eiusq;
sepulchrum anulo nostro signauimus, sed ab angelo resignatum inuenimus. Dica-
mus, iudicemus sepulchrum signatum custodientibus custodibus, & miraculum re-
surrectionis uidentibus, tantam pecuniam ut Pilato mentirentur contulimus, testi-
moniaq; produximus & confusione uigilantes caruimus. Sed & nunc o uiri quid age
mus, quid faciemus, quid dicemus, qui vnum Christum occidimus & multos Chri-
stianos conspicimus? Ecce, inquiunt, in vno Christo a nobis occiso, ducenti sunt di-
scipuli eius de ipso numero nostro trãslati, & Nicodemus sacerdos noster est, & tria

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quinquè milia hominum ad eorum baptiſmum cucurrerunt, multas Iudęas &
Acto. 6. Græcas & barbaras nationes baptizauerunt, & ſuis ſacrariis propoſuerunt. Ecce 257
adhuc quod eſt nobis peius ac deterius, ſeptem diaconos ordinauerunt, inter quos
vnus qui vocatur Stephanus & iuuenis & pulcher & eloquentiſsimus & ſapientiſsi- H
mus eſt prę omnibus, & ſignis miraculorum eſt plenus, & ſi eſt plenus neceſſe eſt vt
confluat ad eum noſter populus, & in noſtram cōfuſionem apud omnes Iudæos ſic
magnificatus, niſi noſtris manibus fuerit lapidatus. Cur ergo, inquiunt, adhuc ſta-
mus? Quem expectamus? Quare tardamus Stephanum iſtum noſtræ confuſionis
demonſtratorem? Publicum publice rapiamus ad concilium, in noſtrum ſtatuamus
medium, pontificali perturbemus ſynodo, teſtimonio opprimamus falſiſsimo, facia-
mus miniſtro quod fecimus & magiſtro. Si enim non dubitauimus magiſtrum lan-
ceare, non debemus dubitare Stephanum lapidare. Conſenſeruntq; omnes Iudæi im-
pii viri, ad homicidium ſemper parati. Rapiunt Stephanum, ad ſuumq; perducunt
conſilium. Exagitant & perturbant, & interrogant, audiunt & attendunt. Audiunt
Pſal. 57. ſapientiſsimum, & conſpiciunt ſpecioſiſsimum. O Iudæi ſemper inimici dei, intendi
te bene, qui iudicatis non bene. Si ergo iuſtitiam loquimini, recta iudicate filii ho-
minum. Intendite ſimul pontifices & miniſtri, ſacerdotes & populi omnes, ſimul Iu-
Exo. 34 dæi intendite faciem miniſtri dei, intēdite faciem Stephani ſi poteſtis. Moyſes enim
propter excęcationem veſtram contra faciem ſuam poſuit velamentum: Stephanus 258
uero ad confuſionem veſtram contra veſtrum conuentum reſurrectionis annun- I
ciat ſacramentum. Sed o Iudæi fidem nullatenus miramur in vobis, per multa con-
gruitis iniquitatibus veſtris. Qui enim faciem deſpicitis legislatoris, perſonam ſu-
ſcipitis delatoris, perſonam Iudęi ſuſcipitis delatoris. Qui deſpexiſtis faciem Moyſi
legislatoris, perſonam Iudæi ſuſcepiſtis crudeliſsimi delatoris, & ad dedecus veſtrū
ſemper additis crimen veſtrum. Et Moyſes veſter quando velamentum poſuit con-
tra ſanctam faciem ſuam, nolebat uidere crimino ſam faciem veſtram: Stephanus ve-
ro reuelata facie ſua, ſpeculabatur in cœlum gloriam dei filii, ideo videbant vultum
Acto. 7 eius Iudæi tanquam vultum angeli dei. Et nunc tantummodo beate martyr Stepha-
ne terram deſpice, cœlum conſpice, & pontificem ſperne, patrem attende. Deſpice Iu-
dæum & ſacerdotem & populum, conſpice in cœlo patrem & filium & ſpiritum ſan-
ctum. Indica tamen. Iudæo quid ſit illud quod diu contemplaris in cœlo. Ecce, inq;
Acto. 7. Stephanus, video cœlum apertum, & Ieſum quem crucifixiſtis, quem illuſiſtis mortē
tem, quem ſignato ſepulcro poſuiſtis iacentem, video ego ad dexteram patris ſtantē.
Quid ergo vobis profuit Iudęi quia crucifixiſtis filium dei, & filii dei martyrem la-
pidatis? Ecce duplo labefacti eſtis, quia ciuitatem ueſtram amiſiſtis, & ipſum lapida- 277
torum principem perdidiſtis, & de ciuitate ſancta eradicata eſt ueſtra planta. ImpleK
Pſal. 51. ta eſt enim in Iudæa maledicta maledictio illa Dauidica, Propterea deus deſtruet te
in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra vi-
uentium. Silentium autem fecerunt turbæ Iudæorum damnabili animoſitate ſua,
& ſuper martyrem Stephanum dentibus colubrinis ſtridebant, quem quaſi ſerpen-
tem in corde habebant, præcipitantq; martyrem ſanctum extra ciuitatem ſuam, pre
mittētes teſtimonia, dicentes falſitatem, proiiciuntq; ueſtimenta ante Sauli veſtigia,
& cernunt cum lapidibus, vlnas erigunt, brachia dirigunt, petras iaciunt, lapidantq;
iuſtum iniuſti procumbentem, morientem, orantem atque dicentem, Domine Ieſu
meus, oſtē ſor meus, defenſor meus, propter quem ſæuit in me nudus lapidator meus,
exaudi me, exaudi ſancte meus, virginis filius, lapis viuus, ad exaudiendū munus,
intende in me ipſum tui fontis lauacro mundatum, tui ſalutaris gratia ſine macu-
la conſecratum, pro tuo nomine ſpoliatum humanis lapidatū manibus, ſed ab amo
re Sauli non ſeparatum: Et ne ſtatuas illis hoc peccatum miſericors uſque in finem,
Stephanus ſanctus moriens, & in æterna pace dormiuit.

Itē in eodē feſto: Relatio ſancti Auguſtini de miraculis ſancti Stephani. Ser. VII. 277
Ser. 7. Ex ciuitate dei lib. 22. cap. 8.
ADaquas Tibilitanas Ep̄o afferente Proiecto reliquias martyris glorioſiſsimi L
Stephani, ad eius memoriā veniebat magnę multitudinis cōcurſus, & occurſus
ibi cęca mulier vt ad Ep̄m portārē pignora ſacra duceretur orauit, flores quos ferebat
dedit, recepit, oculis admouit, protinus vidit. Stupentibus cunctis qui aderant, præ-

ibat exultans, viam carpens, & viæ ducem vlterius non requirens. Memorati memo
riam martyris, quæ poſita eſt in caſtello Synicenſi quod Hipponenſi Coloniæ vici-
num eſt, eiuſdem loci Lucillus Epiſcopus populo præcedente atque ſequente porta-
bat, fiſtula, cuius moleſtia iam diu laborauerat, & familiariſsimi ſui medici qui eā
ſecaret operiebat manus, illius piæ ſarcinæ vectatione repente ſanata eſt: nam dein-
ceps eam in ſuo corpore non inuenit. Eucharius presbyter ex Hiſpania, Calamæ ha
bitans, vetere morbo calculi laborabat, per memoriam ſupradicti martyris quā Poſi
dius illio aduexit Epiſcopus, ſaluus eſt factus. Idemipſe poſtea morbo alio prævale-
ſcente mortuus ſic iacebat vt ei iam pollices ligarentur, opitulatione memorati mar
tyris cū de memoria eius reportata fuiſſet, & ſup iacētis corpus miſſa ipſius presby-
teri tunica ſuſcitatus eſt. Fuit ibi vir in ordine ſuo primarius nomine Martialis, æuo
iam grauis, & multum abhorrens a religione chriſtiana. Habebat ſane fidelē filiam,
& generum eodem anno baptizatum. Qui cum eum ægrotantem multis & magnis
precibus & lachrymis rogarent vt fieret chriſtianus, prorſus abnuit, eosq; a ſe turbi
da indignatione ſubmouit. Viſum eſt genero eius vt iret ad memoriam ſancti Ste-
phani, & illic pro eo quantum poſſet oraret, vt deus illi daret mentem bonam, qua
credere non differret in Chriſtum. Fecit hoc ingenti gemitu & fletu, & ſynceriter
ardente pietatis affectu. Deinde abſcedens de altari aliquid horum quod occurrit tu
lit, eoq; cum iam nox eſſet ad caput poſuit. Tunc dormitum eſt, & ecce ante diluculū
clamat vt ad Epiſcopum curreretur, qui mecum forte tunc erat ſapud Hipponē. Cū
ergo eum audiſſet abſentem, venire dresbyteros poſtulauit. Venerunt, & ſtatim cre-
dere ſe dixit. Admirantibus atque gaudentibus omnibus baptizatus eſt. Hoc quan-
diu vixit in ore habebat, Chriſte accipe ſpiritum meum: Cum hęc verba beatiſsimi
Stephani quando lapidatus eſt a Iudęis vltima fuiſſe neſciret, Quę huic quoque vl-
tima fuerunt: nam non multo poſt etiam ipſe defunctus eſt. Sanati ſunt illic per eun
dem martyrem etiam tres podagrici, duo ciues, peregrinus vnus, ſed ciues, omnimo-
do: peregrinus autem per reuelationem quid adhiberet quando doleret audiuit, &
cum hoc feciſſet, dolor continuo conquieuit. Audurus eſt nomen fundi vbi eccleſia
eſt & in ea memoria martyris Stephani. Puerum quendam paruulum cum in area
luderet, exorbitantes boues qui vehiculum trahebant tota obtriuerunt, & cōteſtim
palpitauit expirans. Hunc mater arreptum ad eandem memoriam poſuit, & non ſo-
lum reuixit, verumetiam illæſus apparuit. Sanctimonialis quædam in vicina poſſeſ
ſione quæ Caſpaliana dicitur, cum ęgritudine laboraret ac deſperaretur, ad eandem
memoriam tunica eius allata eſt. Quæ anteq; reuocaretur, illa defuncta eſt. Hac ta-
men tunica operuerūt cadauer eius parentes, & recepto ſpiritu ſalua facta eſt. Apud
Hipponem Baſſus quidam Syrus ad memoriam eiuſdem martyris orabat pro ægro-
tante & periclitante filia, eoq; ſecum veſtem eius attulerat: cum ecce pueri de domo
occurrerunt, qui ei mortuam nunciarent. Sed cum orante illo ab amicis eius excipe
rentur, prohibuerunt eos illi dicere, ne per publicum plangeret. Qui cum domum
rediſſet iam ſuorum eiulatibus perſonantem, & veſtem filię quam ferebat ſuper eā
proieciſſet, reddita eſt vitę. Rurſum ibidem apud nos Irenęi cuiuſdam collectarii
filius ægritudine extinctus eſt. Cūque corpus iaceret exanime, atque a lugentibus
exequiæ pararentur, amicorum eius quidam inter aliorum conſolantiū verba ſug-
geſsit vt eiuſdem martyris oleo corpus perungeretur. Factum eſt, & reuixit. Itemq;
apud nos vir tribunitius Eleueſinius ſuper momoriam martyris quæ in ſuburbano
eius eſt, ægritudine exanimatum poſuit infantulum filium ſuum, & poſt orationē
quam in multis cum lachrymis ibi fudit, viuentem leuauit. Vzali etiam quæ Colo-
nia vticæ vicina eſt, multa pręclara per eundem martyrem facta cognouimus, cuius
ibi memoria longe priuſquam apud nos ab Epiſcopo Euodio conſtituta eſt. Sed li-
bellorū dandorū ibi conſuetudo non eſt, uel potius non fuit, nā fortaſſe nūc eſſe iā
cœpit. Cum enim nuper illic eſſemus, Petroniam clariſsimam fœminam quæ ibi mi-
rabiliter ex magno atque diuturno, in quo medicorum adiutoria cuncta defecerāt,
languore ſanata eſt, hortati ſumus volente ſupradicto loci Epiſcopo vt libellum da
ret qui recitaretur in populo, & obedientiſsime paruit. In quo poſuit etiam quod hic
reticere nō poſſum, a quodā Iudæo dixit ſibi fuiſſe perſuaſum, ut annulū capillatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinculo insereret,quo sub omni veste ad nuda corporis cingeretur, q̃ annulus habẽ
ret sub gemma lapidem in renibus inuentum bouis. Hoc alligata quasi remedio, ad
sancti martyris limina veniebat. Sed profecta a Carthagine,cum in confinio flumi- 258
nis Bagrade in sua possessione mansisset,surgens vt iter perageret, ante pedes suos C
illum iacentem annulum vidit, & capillatiam zonam qua fuerat alligatus mirata
tentauit. Quam cum omnino suis nodis firmissimis sicut fuerat comperisset astri-
ctam,crepuisse atque exiluisse annulum suspicata est. Qui etiam ipse cum integerri-
mus fuisset inuentus,futuræ salutis quodammodo dignus de tanto miraculo se ac-
cepisse præsumpsit,atque illud vinculum soluens,simul cum eodem annulo proie-
cit in flumen. Nõ credent hoc qui etiam dominum Iesum per integra virginalia ma-
tris enixum,& ad discipulos ostiis clausis ingressum fuisse non credunt Sed hoc cer-
te quærant,& si verum inuenerint,credant. Clarissima fœmina est,nobiliter nata,
nobiliter nupta, Chartagine habitat,ampla ciuitas, ampla persona, rem quærentes
latere non sinunt. Vnum est apud nos factum non maius quã illa quę dixi: sed tam
clarum atque illustre miraculum,vt nullum arbitrer esse Hipponensiũ qui hoc non
vel viderit vel didicerit,nullum qui obliuisci vlla ratione potuerit. Decem quidam
fratres fuerunt,quorum septem sunt mares,tres fœminæ de Cæsarea Cappadociæ 258
suorum ciuium non ignobiles maledicto matris recenti patris eorum obitu destitu D
tę,quæ iniuriã sibi ab eis factam acerbissime tulit,tali pœna sunt diuinitus coerciti,
vt horribiliter quaterentur omnes tremore membrorum. In qua fœdissima specie
oculos suorum ciuium non ferentes,quaquauersum cuique re uisum est, toto pene
vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo frater & soror, Paulus
& Palladia,multis aliis locis miseria diffamãte iã cogniti. Venerũt aũt ante pascha
ferme dies quindecim. Ecclesiã quotidie & in ea memoriã glorioſissimi Stephani fre
quentabẽt,orantes vt iã sibi placaretur deus,& salutẽ pristinã redderet. Venit & pa
scha,atq; ipso die dominico mane cũ iam frequens populus p̃sens esset, & loci sancti
cancellos vbi martyr erat,idẽ,iuuenis orãs teneret,repẽte prostratus est, & dormien
ti simillimus iacuit,nõ tamen tremens,sicut etiam per somnũ solebat. Stupentibus
qui aderant,atq; aliiI parentibus,aliis dolentibus,cũ eũ quidã vellent erigere, non-
nulli prohibuerunt,& potius exitũ expectandũ esse dixerunt. Et ecce surrexit & nõ
tremebat,qm̃ sanatus erat,& stabat incolumis intuẽs intuentes. Quis ergo se tenuit
a laudibus dei? Clamantiũ gratulantiũq; vocibus Ecclesia vsquequaq; cõpleta est. In
de ad me curritur,vbi sedebã iam processurus,irruit alter quisq; post alterũ, ois po-
sterior quasi nouũ quod alius prior dixerat nunciantes,meq; gaudente, & apud me 258
deo gratias agente,ingreditur etiã ipse cũ pluribus,inclinatur ad genua mea, erigi- E
tur ad osculum meũ. procedimus ad populum,plena erat Ecclesia,psonabat vocibus
gaudiorũ,Deo gratias,deo laudes,nemine tacẽte,hinc & inde clamãtiũ, Salutaui po-
pulum,& rursus eadẽ feruentiori voce clamabant. Facto tandẽ silẽtio, scripturarum
diuinarum sunt lecta solennia. Vbi aut ventum est ad mei sermonis locũ,dixi pauca
pro tpe,& pro illius iocnnditate lætitiæ. Nobiscũ hõ prandet,& diligenter nobis om
nem suæ fraternęq; ac maternæ calamitatis indicauit historiam. Sequenti itaq; die
post sermonẽ redditum,narrationis eius libellum ln crastinũ populo recitandum
promisi. Quod cũ ex dñico pasche die tertio fieret,in gradibus exedræ,in qua de su
pesiore loquebar loco,feci stare ambos fratres. Cũ eorũ legeretur libellus,intueba-
batur populos vniuersus sexus vtiusq; vnum stãtem sine deformi motu, alteram in
membris omnibus contrementem,& qui ipsum non viderant quid in eo diuinæ mi
sericordiæ factum esset, in eius sorore cernebant. Videbant enim quid in illo gra-
tulandum, quid pro illa esset orandum. Inter hæc recitato eorum libello, de con
spectu populi eos abire præcepi, & de tota ipsa causa aliquanto diligentius cœpe-
ram disputare. Cum ecce me disputãte,voces aliæ de memoria martyris nouæ gra-
tulationis audiuntur,cõuersi sunt eo qui me audiebant,cœperũtq; cõcurrere. Illa.n. 258
vbi de gradibus descẽdit,in qbus steterat,ad sanctũ martyrẽ orare perrexerat, Quæ F
mox vt cancellos attigit,colapsa similiter velut in somnũ sana surrexit. Dũ ergo re-
quireremus qd factum fuerit,vnde ille strepitus lætus extiterit,ingressi sunt cũ illa
in basilicã vbi eramus,adducentes eã sana de martyris loco. Tũ vero tãtus ab vtro-
que

que sexu admirationis clamor exortus est,vt vox continuata cum lachrymis nõ vi
deretur posse finiri,perducta est ad eum locum,vbi paulo ante steterat tremẽs,exul
tabant eam similem fratri,cũ doluerant,remansisse dissimilem, & nõdum fusas præ
ces suas pro illa,iam tamen preuiam voluntatem tam cito exauditam esse cernebãt.
Exultabant in dei laude voce sine verbis tanto sonitu, quantum nostræ aures fer-
re vix possent. Quid erat in cordibus exultantium,nisi fides Christi, pro quo Stepha
ni sanguis effusus est? Cui nisi huic fidei attestetur ista miracula, in qua prædicatur
Christus resurrexisse in carne,& in cœlum ascendisse cum carne? Quia & ipsi marty
res huius fidei martyres,id est,huius fidei testes fuerunt.

DE SANCTO IOANNE APOSTOLO.

In festo sancti Ioannis Apostoli & Euangelistæ, Homilia de eo quod scriptum est in Ioan.21.
in Euangelio eiusdem, Dixit Iesus Petro, Sequere me, & cætera quæ habetur in
expositione doctoris,Ibidem.

DE SANCTIS INNOCENTIBVS.

In festo sanctorum Innocentum, Sermo. I.

CRedimus Iudæis quia notus aliquando in Iudæa deus,& ipsi id negant, propter
quod credimus quia non patrem nouerunt qui filium negant. Vnum dominum Ser.8.
cõis natura testatur,quia vnus est mundus. Vnum deum significat, quia vna est fi- Psal.75.
des noui & vetetis testamenti. Vnum spiritũ sanctũ gratia testatur, quia vnum ba-
ptismum in nomine trinitatis,dum Prophetæ dicunt, Apostoli audiunt. Vnum deũ
magi crediderunt,aurum,thus,& myrrham supplices ad Christi cunabula detule-
runt. Aurum & thus & myrrha,pastores,magi,machæra, vt cruentis victimis infan- Mat.2
tium æterna repleantur altaria,vbi cũ paruuli victimantur,matres miseræ lamẽtan
tur. Nascente domino,luctus cœpit,non cœlo,sed mundo. Indicitur matribus lamen
tatio,angelis exultatio,infantibus transmigratio. Deus est qui natus est,innocẽtes il
li debentur victima,qui venit damnare mundi malitiam. Agnelli debent immolari,
quia agnus futurus est crucifigi,qui tollit peccata mundi. Sed oues vlulant matres,
quia agnos perdunt sine voce balantes. Grande martyrium,crudele spectaculũ. Exi
mitur machæra,& nulla interuenit causa. Sola stridet inuidia,cum qui natus est nul Hiere.31
li faciat violentiam. Sed oues cernimus matres quæ superant agnos lugẽtes. Vox in
rama addita est,ploratus & vlulatus magnus. Pignora sunt non credita sed creata,
non deposita,sed exposita. Testis est ipsa natura,quæ pugnabat in martyres, cum ty
rannus iactaret infantes. Mater crines capitis dissipabat quæ ornamentum capitis
amittebat. Quantis modis infantem volebat abscondere,& ipse se infantulus publi
cabat. Nesciebat tacere,quia necdũ didicerat formidare. Pugnabat mater & carnifex.
Ille trahebat,illa tenebat. Ad carnificem mater clamabat. Quid separas a me,quẽ ge
nui ex me? Vterus genuit,non mansit ille cum uixit,vbera mea frustra lacte contor
quet,caute portaui quem a te uideo manu crudeli iactari. Modo eum effunderunt ui
scera mea,& tu elidis ad terram. Alia acclamabat mater, cũ exactor latro nõ cõpelle-
ret simul occidi cũ paruulo matrem,vt quid me dimittis inanẽ? Si culpa est,mea est.
Si non est crimen iunge mortẽ,& libera matrẽ. Alia dicebat, Quid quæritis? Vnum
quæritis,& multos occiditis,& ad unũ qui unus est attingere non potestis. Alia con-
tra clamabat. Veni iam,veni saluator mundi. Quãdiu quæreris,nullũ times,videat
te miles,& nostros non occidat infantes. Miscebatur lamentatio matrum,& ad cœlũ
transibat oblatio paruulorum. Sed ille qui agnũ tentauit, ipse per Herodẽ agnulos
iugulauit. Manet authori & ministro supplicium diaboli & Herodis iudicium, cum
ista resurrecti o cœperit mortuorum. Herodes quid putas acturus eris, quando con-
tra te tantorum classes infantium iudiciale cœperint exercere litigium? Inuenies cla
ram linguam,magnam vocem,mensuram perfectam,omnes inuenies candidatos,in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ephe.4 mensuram ætatis plenitudinis Christi fulgẽtes. Cum stare cœperint ante eum, quẽ
putaueras occidendum, pro quo fuderunt sanguinẽ pretiosum, ipsum videbis thro
no igneo præsidentem, illos solium dominicum circundantes, candore rubeo splen- 256
Apoc.6. dentes, propter candidam ætatem & sanguinem passionis. Quid acturus es, quid di- K
Psal.78 cturus? Tacebis reus, dum tantus cantabit exercitus sanctorum, Vindica sanguinem
seruorum tuorum qui effusus est. Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorũ,
ipso iuuante qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula secu-
lorum. Amen.

In eodem festo. Sermo, II.

Ser. 9. CHristo igitur secundum prophetiæ fidem nato in Bethleem Iudæ, temporibus
Matt.2 Herodis regis, de Orientis partibus aduentantes quidam viri ex magorũ gen-
te percontantur ab Herode vbi nam esset rex qui nuper natus est Iudæorum, affir-
mantes vidisse se stellam eius in Oriente, quæ sibi etiã dux itineris extitisse, causam
vero tantæ properationis adorandi ac venerandi nuper æditi regis esse. Quibus il-
le auditis incredibiliter deterretur, timens & verens ne status sui periclitaretur im-
perii, Aduocatis accersitisq; legis doctoribus requirens percontatur vbi nam Chri-
stum nasci sperarent. Vt vero ex Micheæ oraculis locus natiuitatis eius apud Be-
thleem designatus est, vno præcepto rex omnes lactantes pueros, non solum apud
Bethleem, sed & in omnibus eius finibus a bimis & infra, secundum tempus quod 257
exquisierat a magis interimi iubet, si quo modo etiam Iesum cum æquæuis posset L
extinguere. Sed præuenit regis insidias puer abductus in Aegyptum, parentibus de
dolo regis angelo prænunciante commonitis. Deceptus itaq; Herodes rex & illusus
a magis, mittit in Bethleem & in omnes fines eius, vt interficiantur pueri a bimatu
& infra. Occiduntur pro Christo paruuli, pro iustitia moritur innocentia. Quã bea-
ta ætas, quæ necdum Christum potest loqui, & iam pro Christo meretur occidi. Nõ
dum opportuna vulneri, & iam idonea passioni. Quam fœliciter nati, quibus in pri
mo nascendi limine æterna vita obuiam venit. Incurrunt quidem inter ipsa primor
dia acceptæ lucis periculum, & finem salutis, sed de ipso protinus fine capiunt prin-
cipia æternitatis. Immaturi quidem videntur ad mortem, sed fœliciter moriũtur ad
vitam. Vix dum gustauerant præsentem, statim transeunt ad futuram. Nondum in-
gressi infantiæ cunas, & iam perueniunt ad coronas. Rapiuntur quidem a complexi
bus matrum, sed redduntur hremiis angelorum. Nihil ergo egisti ferocissimæ auste-
ritatis audacia, potes martyres facere, Christum non potes inuenire, Putabat se infœ
lix tyrannus domini saluatoris aduentu regali solio detrudendum. Sed non ita est.
Non ad hoc venerat Christus, vt alienam gloriam inuaderet, sed vt suam donaret. 257
Non inquam, ad hoc venerat Christus, ut regnum terrestre præriperet, sed vt cœle- M
ste donaret, Non uenerat ad potestates dignitatesq; rapiendas, sed ad contumelias &
iniurias perferendas. Non ad hoc uenerat, ut sacrum illud caput ad diadema géma-
tum, sed vt ad coronam spineam præpararet. Non, inquam, ad hoc venerat, vt consti
tueretur supra sceptra magnificus, sed vt crucifigeretur illusus. Nascente ergo domi
no conturbatur Herodes, & omnis Hierosolyma cũ eo. Quid mirũ, si pietate nascen
Matt.2. te perturbetur impietas? Ecce iacentem in præsepio pertimescit armatus, contremi-
scit humilem rex superbus, obuolutum pannis metuit purpuratus, cũ simulatione
alloquitur magos, Ite, inquit, requirite de puero, & cum inueneritis renũciate mihi,
vt & ego veniens adorem eum. Simulabat adorare se velle, quem conabatur occide
re. Sed nõ timet veritas falsitatis insidias. Quam cæca feritas, quæ credebat & depre
hendere dominum fraudibus posset. Ecce cuius terra cœlũq; ostendebat aduentum,
qui pastorũ non latebat simplicitatẽ, quẽ magi de extrema venientes Aethiopiæ par
te merentur agnoscere, dolis suis ad illũ nõ potest tex sacrilegus peruenire. Fallitur
ergo stulti furor tyranni, Christum non potest inuenire perfidia, quia deus non cru
delitate sed credulitate quærendus est, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amẽ.

In eodem festo. Sermo III. 257

Ser.10. HOdie fratres charissimi natalem illorũ infantium colimus, quos ab Herode cru A
Mat.2 delissimo rege interfectos esse Euangelii textus eloquitur. Et ideo cum summa
exultatione gaudeat terra cœlestium militum, & tantorum parens fœcunda virtutũ.
Ecce profanus hostis nunquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio

quantũ profuit odio. Nam sicut sacratissimũ p̃sentis diei festum manifestat, quantũ
in beatos paruulos iniquitas abundauit, tm̃ in eis gratia benedictionis refudit. Bea-
ta es o Bethleem terra Iuda, quę Herodis regis immanitatem in puerorũ extinctio
ne perpessa es, quæ sub vno tempore candidatam plebem imbellis infantiã deo of-
ferre meruisti. Digne tamen natalem illorum colimus, quos beatius æternæ vitę mũ
dus ædidit, quã quos maternorũ viscerum partus effudit. Siquidem ante vitę perpe
tuæ adepti sunt dignitatem, quam vsuram p̃sentis acceperint. Aliorum quidẽ præ-
cioſa mors martyrum laudem in confusione promeruit, horum in consummatione
complacuit. Quia incipientis vitæ primordiis ipse eis occasus initium glorię dedit,
qui præsentis terminum imposuit. Quos Herodis impietas lactantes matrum vbe-
ribus abstraxit, qui iure dicuntur martyrum flores, quos in medio frigore infidelita
tis exortos, velut primas erumpentes. Ecclesiæ gemmas quędam persecutionis prui
na decoxit. Et ideo dignum est interfectus pro Christo infantibus honores impen-
dere, cærimonias, non dolores, sacramentis dare vota non lacrymas, quia ipse illis Mat.2
fuit causa pœnæ, qui extitit & coronæ, ipsæ odium causæ, qui præmium. Parante au
tem Herode paruulis necem, Ioseph per angelum admonetur, vt Christũ dominum
nostrum in Aegyptum transferat, Aegyptum idolis plenam. Nã post Iudæorum per
secutionẽ & ad occidendum x̃pm̃ profanæ plebis assensum, x̃ps ad gentes idolis de-
ditas transire dignatur, & Iudæam relinquẽs ignoranti seculo colendus infertur. Et
ex scripturis diuinis fratres charissimi, bonos & iustos viros persecutionem malorũ
semper sustinuisse cognoscimus, si diligenter consideramus, inueniemus illos maio-
ra supplicia sustinere. Omnis enim homo qui alium in corpore persequitur, prius ip
se in corde persecutionem sustinere cognoscitur. Nam si etiam illi quem persequi-
tur aliquid de substantia sua tulerit, maius sibi ipse dispendium facit, quia nemo ha
bet iniuiustum lucrum sine iusto damno. Vbi lucrum, & ibi damnum: lucrum in ar
ca, damnum in conscientia. Tulit vestem, & perdit fidem: acquirit pecuniam, & per-
dit iustitiam. Sed hoc homines ideo faciunt, quia diem nouissimum attendere no-
lunt Si enim diem mortis suæ cogitare iugiter vellent, animu suum ab omni cupidi
tate vel malitia cohiberent. Sed quod modo nolunt salubriter cogitare, necesse ha-
bent postea sine ullo remedio sustinere. Veniet enim illis dies nouissima, veniet dies
iudicii, quando eis nec pœnitentiam licebit agere, nec bonis operibus se ab æterna
morte poterunt redimere: quia percutitur etiam hac aduersione peccator, vt mo- Mat.24
riens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est dei. Veniet dies iudicii, qñ moue Apoc. 14.
buntur fundamẽta montiũ, & ardebit terra vsque ad inferos deorsum, qñ cœli ardẽ Mat.8.
tes soluẽtur, quãdo sol obscurabitur, & luna nõ dabit lumẽ suũ, quãdo stellæ cadẽt
de cœlo, quãdo peccatores & impii mittentur in stagnũ ignis, & fumus tormentorũ
illorũ ascẽdet in secula seculorũ, vbi fletus & stridor dẽtiũ. Veniet tẽpus fratres cha
rissimi, quãdo nulli bono erit male, nulli malo erit bene. Veniet, inquam, nouissima
dies, quãdo discernũtur pii ab impiis, iusti ab iniustis, laudatores dei a blasphemato
ribus dei. Veniet & qñ discernũtur, vt nulli, sicut dictum est, bono sit male, nulli ma-
lo sit bene. Quare ergo mõ non sic? Forte & modo sic. Sed qd nũc est in occulto, tũc
erit in manifesto. Lege scripturã diuinã, ingredere mecũ, si potes in sanctuariũ dei,
forte ibi, si possum, docebo te, imo discе mecũ ab eo qui docet me, etiã nunc non es-
se malis bene, & melius esse bonis quã malis, quãuis nõdũ venerit bonorũ plena fœ
licitas, nondũq; venerit malorũ pœna nouissima. Si legẽ dei diligẽter attendis, forte
intelligis mecũ non esse bene malis. Rogo.n.te, & quæro abs te, tibi quare male est?
Respõsurus es, Egestas angit, p̃mit difficultas, dolor fortasse mẽbrorũ, timor ab ini-
mico. Tibi iõ male est qa pateris mala, & bene est illi q est ipsum malũ? Multũ inte-
rest inter malũ pati, & malũ esse, Tu qd pateris nõ es, malum.n.pateris, sed tu ma-
lus non es: Ille hoc malum non patitur, & malus est. Noli ergo falli. Non potest fieri
vt tibi male sit, quia paterie malum, & illi bene sit qui est malus. Cum enim malus
est, putas quia non patitur malum, cum patitur seipsum? Tibi male est quia malũ
alienum pateris in corpore tuo, & illi bene est, qui malum seipsum patitur in cor-
de suo? Tibi male est, qui forte malam habes vitam: & bene est illi qui malam habet
animam? Esto bonus qui habes bona. Bonæ sunt diuitiæ, bonũ est aurum, bonum

est argentum, bonæ familiæ, possessiones. Omnia ista bona sunt, sed vnde facias bene, non quæ te faciant bonum. Habeto bona, quæ te faciant bonum. Quæ sunt, inquis, ista? Fac iudiciū & iustitiā. Bona sunt quæ hēs, Fac iudiciū & iustitiā. & iustitiā. 259
Ser. 12. Esto & tu bonus iter bona tua erubescebonis tuis. Esto bonꝰ māsurus inter bona pi F
tura, erubesce bonis tuis. Noli esse malus in eis, ne pereas cū eis. Ita ergo aurū & argē
tū distribuit hoibus cōditor rerū & administrator deus, vt ipsum p se natura & gene
De verbis dñi. ser. 6. re suo bonū sit, copia vero eius non extollat bonus, nec elidat inopia. Malus āt hō,
In li. 50. & cum offertur excæcatur, & cum aufertur excruciatur: quia & cum acquiruntur di-
Ho. Ho. 3. uitiæ falsam lætitiam tribuunt, & cum perduntur veram tristitiam derelinquunt.
Discamus amare veras diuitias, id est, castitatem & iustitiam, pacem & misericordiā.
Istæ enim iustæ dicuntur diuitiæ, quia bonis meritis iustisq; tribuuntur: illę veræ di
1. Tim. 6. cuntur diuitiæ, quia quisquis eas habuerit non egebit, dum iuxta Apostolum, habēs
victum & vestitum his contentus est. Istas vero terrenas diuitias, iniustum est puta-
re diuitias, quæ non auferunt egestatem. Tam enim magis quisque ardebit egesta-
te auaritiæ, quātomagis eas diligens maiores habuerit. Quomodo ergo sunt diui-
tiæ, quibus crescit inopia, quę amatoribus suis quantum fuerint ampliores, non af-
ferunt satietatem, sed inflammant cupiditate diuitem? Tu putas quia minus indige-
Iuuenal. res, si minus haberes. Vnde bene quidam dixit, Crescit amor nummi, quantum ipsa
satyra. 14. pecunia crescit. Cum pecuniæ enim incremento rabies cupiditatis augetur. Nam 256
omnes auari vel cupidi velut hydropis morbo ægrotare videntur. Quomodo enim G
hydropicus, quantum plus bibit, tantum amplius sitit, ita auarus vel cupidus ac-
quirendo non satiatur. Nos vero fratres cogitantes peregrinos nos & hospites esse in
hoc seculo, hoc tantum quod ad victum & vestitum opus est nobis in itinere vitę
istius reseruemus, & quantum possumus, in æternam beatitudinem per eleemosy-
nam pauperum dirigamus, ut cum die in iudicii cupidi & auari pro stabilitate bono-
Mat. 25 rum operum audire meruerunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum: nos
pro bonis operibus audire possimus, Venite benedicti, percipite regnum, quia esuri-
ui, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: nudus fui, & operuistis
me. Ad istam benedictionem vos dominus sub sua protectione perducat, cui est glo-
ria in secula seculorum, Amen.

In eodem festo. Sermo IIII.

Ser. 11. QVotiescunque fratres sanctorum martyria celebramus, toties laudes saluatoris
edicimus: & quoties eorum asserimus passiones, toties Christi gloriam prædi- 259
camus. Non enim suspicimus quod passi sunt, sed propter quem passi sunt admira- H
mur. Igitur non pœna in laude, sed fides est in honore. Magnificamus ergo marty-
res, sed præcipue illos qui nascente Christo in ipso exordio non loquendo sed mo-
riendo confessi, ad regna perpetua cæteros præuenerunt. Videte autem quem iidem
locum apud homines mereantur, qui apud deum locum sub altario meruerunt. Di-
Apoc. 6 cit enim sancta scriptura. Vidi enim sub ara dei animas occisorum propter verbū
dei, & propter testimonium Iesu quod habebant. Sub ara, inquit, dei vidi animas oc-
cisorum. Quid reuerentius, quid honorabilius dici potest, q̄ sub illa ara requiesce-
re, in qua deo sacrificium celebratur, in qua offeruntur hostiæ, in qua dominus est
Psal. 109 sacerdos, sicut scriptum est, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchi
sedech? Recte sub altario iustorum animæ requiescunt, quia super altare corpus do
mini offertur. Nec immerito illic iusti vindictam sanguinis postulant, vbi etiam pro
peccatoribus Christi sanguis effunditur. Conuenienter igitur, & quasi pro quodam
consortio ibi martyribus sepultura decreta est, ubi mors domini quotidie celebra-
2. Cor. 11. tur, sicut ipse ait, Quotiescunque hęc feceritis, mortem meam annunciabitis do- 259
nec ueniam. s. vt qui propter mortem eius mortui fuerant, sub sacramenti eius my- I
sterio requiescant. Non immerito, inquam, consortio quodam illic occisis tumulus
constituitur, vbi occisionis dominicæ membra ponuntur, ut quos cum Christo
vnius passionis causa deuinxerat, vnius etiam loci religio copularet. Legimus ple-
rosq; iustorum Abrahæ finibus refoueri, nonnullos paradisi amœnitate lætari, ne-

mo tamen melius præter martyres meruit, hoc est ibi requiescere, vbi & hostia Chri
stus est & sacerdos. s. vt propitiationem de oblatione hostiæ consequantur, & bene-
dictionem functionemq; sacerdotis accipiant. Inter cæteros igitur martyres, quos
sub ara dei consistere prædicamus, etiam beatos illos infantum lactantium p Chri-
sto martyrirū laudemus, qui non loquendo, sed moriendo confessi coronas meruerunt. Neque enim dubitandum est eos in martyrio plura præ cæteris exorare, qui
in martyrio præ cæteris p̄cesserunt. Et clamauerunt, inquit Ioannes, voce magna, Apoc. 6.
Vindica domine sanguinem nostrum. Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictū
est illis vt quiescerent tempus adhuc modicum, donec impleretur numerus fratrū
& conseruorum eorum. Oritur quæstio in hoc loco, cur sancti iam cum domino ma
nentes vindictam de inimicis expetant, cum dominus in Euangelio dicat, Diligite Mat. 3.
inimicos uestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Sed sciendum
quia illi sancti iam in conspectu creatoris sui consistentes vident voluntatem illius,
& ideo ab ipso accipiunt quod eum velle facere nouerunt, & de ipso bibunt quod de
ipso sitiunt. Petunt autem vindictam de inimicis duobus modis, & causa charitatis,
vt. s. qui ad vitam æternam prædestinati sunt, conuertantur a malo ad bonum: qui
vero p̄sciente deo damnandi sunt, moriantur & peccare desistant, vt per hoc minorē
pœnam in inferno habeant vbi vnusquisq; secundum qualitatem operum sustine-
bit magnitudinem pœnarum. Petunt autem de reprobis vindictam, quia optant ve
nire diem extremi iudicii, & resurrectionem suorum corporum prestolantur. Et da
tæ sunt illis singulę stolæ albæ. Per stolas albas debemus intelligere mercedem ba- Apoc. 6
ptismi, premium martyrii mercedem æternorum, & gaudium cœlestis patriæ. Habēt
ergo ante resurrectionem sancti singulas stolas, quia in sola anima adhuc eternis
beatitudinibus perfruuntur, postea autem acepturi sunt binas, quando receptis cor
poribus immutabiles erunt in anima, & incorruptibiles in corpore. De hoc Esaias, Esaæ. 61
In terra sua duplicia possidebunt. Et dictum est illis vt quiescerent tempus adhuc Apoc. 6
modicum, donec impleatur numerus conseruorum & fratrum eorum. Dictio ista in-
spiratio est diuina, qua mentibus eorum desiderantibus diem iudicii, i mittitur vir-
tus patientiæ, vt patienter ferant omnia, expectantes numerum illorum, qui simili-
ter interficiendi sunt pro Christo, cum eis postmodum regnaturi, ut qui desiderant
recipere sua corpora, gaudeant ex numero colligendorum fratrum. Tali modo lo-
quitur deus omnipotens sanctis, veluti quilibet paterfamilias habens multos filios,
singulisq; de agro reuertētibus & rogantibus, vt cibum sibi tribuat, respondet, Re-
fectio quidem vestra parata est, sed expectate fratres uestros, vt cum in vnum positi
fueritis: omnes in commune comedatis & epulemini gaudentes, quia interficiendi
sunt & illi vel aperto. s. martyrio vel occulto. Dicit ergo illis uindictam postulanti-
bus post datum munus vt quiescant atque sustineant, donec compleatur numerus
conseruorum illorum. Videtis igitur quoniam propter nos martyrum vindicta dif-
fertur. Dum enim nos retardamus, horum sanguis inultus est. Sed hoc contingit no
stra desidia, qui non, sicut dictum est, religiose viuimus: qui non pie, sicut congruit,
operamur. Nam si honorum operum ad dominū iustitia nostra p̄cederet, iam con
seruorum numerus qui expectatur esset completus. Nulli autem dubium est, uindi
ctam post iudicium martyres percepturos, qui etiam ante iudicium præmiis cœlesti
bus honorantur. Vnde oportet fratres charissimi quia primitias martyrum hodier-
na festiuitate veneramur, de æterna quę in cœlis est martyrum festiuitate sedule co
gitemus, eorumq; vestigia, inquantum possumus, sequendo, & ipsi eiusdem festiuita
tis supernæ participes existere curemus, testante Apostolo, Quia si socii passionum 2. Cor. 1
fuerimus, simul & consolationis erimus, nec tam de morte eorum lugeamus, quàm
de iusta palmæ perceptione lætemur. Siquidem singulos eorum cum per tormenta Hiere. 31.
pellerentur ex hac vita, Rachel gemebunda, id est, ecclesia gemit luctu lachrymisq; Mat. 2
persecuta; sed iam hinc expulsos superna Hierusalem, quæ est mater omniū nostrū,
mox in aliam vitam obuiis lætitię ministris excepit, atque in gaudium domini sui
perpetuo coronandos introduxit. Vnde dicit Ioannes, Stabant ante thronum in cō- Apoc. 7
spectu agni amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Stant enim modo ante
thronum dei coronati, qui quondam ante thronum iudicum terrenorum iacebant

pœnis astricti. Stant in conspectu agni nulla ratione illic a contemplanda eius gloria seperandi,a cuius hic amore nec per supplicia poterant separari. Stolis fulgent albis,& palmas in manibus habent,quia præmia in operibus habent, dū corpora quę p dominō ignibus ustulari,ac bestiis dilacerari,flagris & absumi, per præcipitia dissolui,vngulis abradi omnimodo pœnarum genere passi sunt disipari, per resurrectionem glorificata recipiunt. Et clamabant,inquit,uoce magna,dicentes. Salus deo nostro,qui sedet super thronum & agno Magna voce salutem deo decātant,qui magna gratiarum actione recolunt,non sua se virtute,sed ipso auxiliāte, tribulationū impugnantium superasse certamina. Dicit iterum eorum & pteritos agones,& coronas describens perpetuas, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas,& dealbauerūt eas in sanguine agni. Stolas quippe martyres in sanguine agni lauerunt,dum membra sua, quę oculis insipientium visa sunt pœnarū squalore fœdari,sic potius fuso pro Christo sanguine ab omnibus mundauere contagiis,insuper & beata immortalitatis luce digna reddidere, quod est etiam lotas habuisse stolas in sanguine agni. Ideo sunt,inquit,ante thronum dei, & seruiunt die ac nocte in templo eius. Non est laboriosa,sed amabilis & optanda seruitus in dei laudibus perpetuo assistere. Dies quippe & nox non in uicissitudinem temporis proprię, sed perpetuitatem tropice significant. Nox enim non erit illic, sed dies vna melior in atriis Christi super milia. In qua non plorat Rachel filios suos, sed absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum, datq; uocem lætitiæ & salutis æternę in tabernaculis iustorum,qui uiuit & regnat deus &c.

Apoc.7. Apoc.7. Apoc.7 Pſal. 83 Hiere. 31. Apoc.2

DE SANCTO VINCENTIO.

In festo sancti Vincentii martyris, Sermo I.

IN passione quę nobis hodie recitata est,frātres charissimi, euidenter ostenditur iudex ferox,tortor cruentus,martyr inuictus. In cuius corpore pœnis uariis exarato,iā tormenta defecerāt,& adhuc mēbra durabant. Tot conuicta miraculis pristebat impietas,tot vexata suppliciis non cedebat infirmitas. Agnoscatur ergo operata diuinitas. Qn̄.n.corruptibilis puluis contra tam immania torméta duraret,nisi in eo Christus habitaret? In his.n.oibus ille agnoscendus, ille glorificādus, ille laudandus est qui & in prima vocatione dedit fidē,& in suprema passione uirtutē. vultis nosse quia vtrunq; donatū est? Audite apostolū Paulū, Vobis,inquit, datū est p xp̄o non solū ut credatis in eū, verūetiā vt patiamini pro eo. Acceperat vtraq; hæc beatus Vincentius leuita,acceperat & habebat. Si.n.non accepisset,quid haberet? Habebat in sermone fiduciā,habebat in passione tolerantiā. Nemo ergo de suo corde pręsumat,qn̄ ,pfert sermonē,nemo de suis viribus confidat qn̄ suffert tentationem: quia ut & bona prudenter loquamur,ab illo est,non nostra est patientia : & ut mala fortiter perferamus ab illo est,non nostra est patientia. Recolite dn̄m Christū suos in Euangelio discipulos admonentē,Recolite martyrū regē cohortes suas armis spiritalibus instruētē,bella mōstrātē,adiutoria ministrātē,pręmia pollicētē, quia cum dixisset discipulis suis,In hoc mūdo præssurā habebitis: moxvn̄ territos cōsolaretur adiūxit dicēs,Sed cōfidite,quia vici mūdū. Quid ergo miramur charissimi,si in illo Vincentius uicit,a quo uictus est mūdus? In hoc, inqt mūdo præssurā hēbitis, ut si p̄mit nō opprimat,si oppugnat nō expugnet. Duplicē mūdus aciē,pducit cōtra milites Christi. Blāditur,ut decipiat. terret ut frāgat. Nō nos teneat uolūtas,ppria,nō nos terreat crudelitas aliena,& uictus est mūdus. Ad vtrosq; aditus occurrit Christus, & non vincitur christianus. Si cōsideretur in ista passione humana patiētia, incipit esse incredibilis: si agnoscatur diuina poretia,desinit esse mirabilis. Tāta grassabatur crudelitas in martyris corpore,& tāta trāquillitas ,pferebatur in uoce, tātaq; pœnarū asperitas sæuiebat in mēbris,ut miro mō putaremus. Vincētio patiente aliū loquētē nō torqueri. Et uere frēs charissimi ita erat Prorsus ita erat. Alius loquebatur promisit enim & hoc testibus suis Christus in Euangelio quos ad huiusmodi certamina præparabat. Sic enim ait, Nolite præmeditari quomodo aut quid loquamini. Nō enim uos estis qui loquimini,sed spiritus patris uestri qui loquitur in vobis. Caro ergo patiebatur,& spiritus loquebatur. Et loquente spiritu non solum conuincebatur impietas,sed etiam confortabatur infirmitas. Clariorem nobis martyrem tot tormenta faciebant. Multiplici.n. vulnerum uarietate confossus non deserebat pugnam, sed acrius iterabat. Putares quod eum duraret flamma, non ureret, & tanquam figuli fornax lutum molle suscipiens, duram redderet testam. Poterat martyr noster dicere Daciano, tam non vret ignis tuus carnem meam, quia exaruit sicut testa virtus mea,& quomodo scriptum est veraciter, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Probatus atque decoctus ille igne Vincentius Dacianus uero arsit & crepuit. Si.n. non ardebat,vnde cremabat? Quid.n erant uerba trascentis,nisi fumus ardentis? Ergo martyri nostro refrigerium in corde habenti flammas extrinsecus admonebat,sed ipse facibus fuoris accensus, tāquam clibanus intus ardebat, & habitatorem suum diabolum cōcremabat per furiosa. n. Daciani voces,per truces oculos,& minaces uultus, & totius corporis motus ille habita tor eius interior mouebatur, & per hæc signa uisibilia tanquam per signa sui vasculi,quod impleuerat crepantis rimula prouidebatur, Non tantum martyrem cruciabant plurima tormenta,quantum illum uastabat insania. Sed iam fratres illa omnia transierunt,& ira Daciani,& pœna Vincentij. Nunc autem pœna Daciano, corona uero manet Vincentio. Denique his præmissis futuræ videlicet retributionis finibus,etiam in hoc mundo martyrum gloriam demostremus. Quæ hodie regio, quę ue prouincia vlla quousque vel Romanum imperium,vel Christianum nomen extenditur,natalem non gaudet celebrare Vincentii Diaconi? Quis autem hodie vel nouerit Daciani audisset,nisi Vincentij passionem legisset? Quod vero tanta cura seruauit dominus martyris corpus,quid aliud demōstrauit, nisi gubernasse se uiuentem, quem uon reliquit exanimem? Vicit ergo Dicianum uiuens Vincentius,uicit & mortuus. Viuens tormenta calcauit,motuus Maria transnatauit. Sed ipse, inter vndas gubernauit cadauer extinctum,qui inter ungulas animum donauit inuictum, Non flexit flamma tortoris cor eius,non mersit aqua maris corpus eius, Sed in his & huiusmodi nihil est aliud, nisi præciosa in conspectu domini semper mors sanctorum eius,cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioan. 16 Matt. 10. Pſal.115 Ecclī.27.

In eodem festo. Sermo. II.

VNctorum licet dilectissimi gloriosas martyrum passiones,quos distincta regionibus loca meruerūt, vna fides faciat omnibus indiscreto honore uenerabiles;propriam tamen sibi in hoc uenerationis obsequio uendicant dignitatem,qui Ecclesiam dei & documentis præ cæteris erexerunt, & patrocinijs adiuuerunt. Inter quos iuste beatum leuitam Vincentium,cuius cōfessione & morte Christum incredulis prędicatum incunctāter agnoscimus,catholicis studiis celebramus, Qui ut fidelium deuotionem deo studiosius commendaret, altiori charitatis flammescens affectu,morti sese tandem fideliter obtulit,quo inde licet robur fidei in solidissima petra Christo fundatum,sequacibus imitandum daretur: necnon & semē Apostolicæ prædicationis per eum pluribus disseminatum operæ sue intercessionis tuum,ac perfectæ consumationis fruge refertum in cœlestibus demum horreis conderetur. Nunc ego amplius propria uenerentur, quem etiam peregrina mirantur, quatenus eis se largiorem exhibeat in beneficiis,quibus se amabiliorem cognoscet in gaudiis,fiatq; in eius solennitate uberior lætitię ambitus, de quo fidei creuit effectus. Huius denique spūs tanto virtutū munere clarsuit,vt sacri ministerij sultus offi cio,qui filium dei dn̄m nostrū secuturus esset in pasfione,eiusdē Christi calicē credē tibus prius ministraret in salutē. Cuius hausfu fœliciter mente ebriatus, rabidi hostis atque in Christum sæuientis insaniam interritus adiit,modestus sustinuit, securus irrisit,sciens paratus esse vt resisteret,nescięs elatus esse quo vinceret: quia cuius amore spiritualibus armis præmunitus resistebat, eius adiutorio quicqd pœnarū in illū ferientis ira excogitabat,insuperabilis fortiter patiendo vincebat. Iō non hūc lamine ignitę sartaginis,non equlei,non vngulę ferręq; manus,non uires pauendę cędentiū,nec dolor scissorū mēbrorū,non foci fragor,& strepentis in patiētis viscerib⁹ salis iectio,Daciani,qverūt aliquatenus subdere iussioni,Sed dū intm̄ eius uæcordię

Sermo.13

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumor excresceret, vt tantis passionis subactum doloribus aut vicisse aut interemil
se se lætabundus extoleret, susceptа spe frustratus, unde victor visus est apparere, in
de victus compulsus est erubescere, qm quo dei martyr duriori vrgebatur Pœna, eo
ampliori confessionis exultabat constantia. Vnde ipsius passionis uel vltima preui-
dere, seu morari fratres euidentius placet, quatenus animaduertat sanctitas uestra,
quò diabulus suum perduxerit dolis ministrum, vel quomodo Christus suum in fi-
nem vsquequaq; seruauerit famulum Ex quo illud sanè erat mirabile, quia quantũ
iste extrinsecus multiplici pœnarũ genere cõtritus arctabatur, tm intrinsecus exul-
tante interiori homine dilatabatur: quantumq; ille exterius iactantia temporalis po
tentiæ inflabatur, tantum interius despici se perpendens interiori vexatus homine
præfocabatur. Contemni igitur se videns sæuiebat, nec in quem iam uindictam in-
ferret inueniebat. Videbat nanque desæuientium manus carnificum plus in eo in-
uenire vulneris quàm corporis, solumq; ingentem spiritum ei stultitiam exprobare
suam quod prouocabat veritatis normam. Quapropter credens quòd causam con-
fusionis auerteret, si personam quæ se spreuerat absentaret, minusq; Dacianus erube
sceret si Vincentium populus non videret, iussit eum à publico remoueri, Sed nec sic
quidem caret supplicio. Contusa quò iacebat testa substernitur, vt vis acuminis con
cisam molem superiecti corporis plus discinderet, atque reddita tormentis membra
quæ secarent obuia susciperent fragmenta. Fallitur tamen vincendi opinioni cæca
crudelitas, Nam diuina bonitas dilectum suum amplius in confessione comitata in-
fert nouam tenebris lucem, & tabernaculum splendidum obscurum reddit ergastu-
lum. Fouebat laceros artus medica dei manus, & venustiori pristinę sanitatis aug-
mento fossi lateris danna supplebat. Insolita igitur huius luminis claritate perculli,
obstupuere custodes, quin & vocem angelis hymnum deo concinentibus mens, pal-
lidi ianitoris expauit. Currit exanimis minister ad præsidem, quem grauius relatio
nuncii quàm ictus percussit gladii: & cum non posset ex magnitudine rei tacere qđ
viderat, tremor iudicem occupat, dolor lacerat, furor inflammat: & ne in pœnis Vin-
centius vincens gloriam martirij obtineret, Citius, inquit, Dacianus, producatur è
carcere, ne dum insistimus rebellem punire, videamus eum potius victoria coronare.
Profertur itaque ex illo tetri carceris baratro cœlesti quidem gratia pulcrior, & si ad
huc esset passurus robustior. Sed ubi desiderium ad regni vocationem tendentis nul
lo pœnarum uel mortis genere frangendum intelligit, iubet inuida mens lenioris
strati fulcra substitui, ac blandiori eum requie confoueri scilicet vt si amoto paulu-
lum carnifice animam quietus exhalaret, diceretur non esse occisus, sed mortuus:
quasi non eum pœna peremerit, cum quo & pœna simul perierit. Interea bea-
tum Vincentium cœlestis aula susċepit, ac beatę fœlicitatis munere donat. Ad cu-
ius ingressum angelici lętantur spiritus, omnesq; simul conciues gratulantur sancti.
Nosq; tibi gratias agimus domine Iesu, quòd anima tuo digna consortio quę pertі-
nax tulit suplicium, mendax fugit obsequium: & quę fuit contenta persecutor equo
fureret, sit dedignata quòd parceret. Cognito igitur sancto eius abscessu, iudex insa
nus, & quia Christus uicisset in Vincentio nescius, Dacianus illius sibi promittit ca
daueris expositione uindictam, cuius gemit ex virtute victoriam. Feris nanque & ca
nib, decepta furoris superbia absumendum proiici mandat lictoribus, vt tali pastu
eorum impleret ventrem, quorum ipse gerebat mentem. Sed vt diuinis excrescenti-
bus beneficiis maioris uictorię Vincentio gratia conferatur, mittitur coruus auis ini
mica cadaueribus, expositas corporis dapes seruatura ieiuna. Hinc fratres dilectissi-
mi, hinc aduertite distincta meritorum obsequia. Helias quondam impias Achab vel
Iezabelis manus caute declinans, in deserto coruis ministrantibus pascitur: assertor
autem veritatis Vincentius Daciani rabie peremptus, feris exponitur consumendus,
3.Reg. 17. sed coruo famulante seruatur illęsus. Obtinuit ergo. Helias diuino nutu coruis prę
stantibus quo aleretur, prestitum est Vincentio obsequente quoque coruo ne come
deretur. Qui ut cœlitus se custodem designatum ostenderet, aduentantes reliquas
aues eminus non segni impetu perturbabat, inter quas immanem quoque lupũ pro-
pius accedentem, veluti qui commissum thesaurum sacrilega audacia attaminare
presumeret, pennis & alis deuerberans procul abegit. Sed ille quod non tam ad infe-
rendam

rẽdã veniſſet iniuriam, quàm ad avgendam miraculi pompam, quadam ſui habitu
dine ſtupidus indicabat. O impudens furor, & ſtulta væſania, Coruus obſequitur,
lupus veneratur, Dacianus perſequitur, nec erubeſcit uelle ſe adhuc ferox perdere,
quem manſuefacta beſtialis feritas ſatagebat protegere. Vnde ad occulendam mar-
tyris laudem non iam ſecretum, ſed profundum elegit, credens ſibi ad deliteſcẽdam
eius gloriam non clauſtra fidem ſeruatura, ſed maria, quaſi non idem elementi do-
minus eſſet, per quem dudum ei carceris ab dita cœleſti fulgore radiata micuiſſent.
Datur nautis mergendum corpus in fluctibus, vt ad auxilium ſaltem æquora profi-
erent, cui ad uincendum Chriſti militem terra defeciſſet. Enauigatis itaq; magna
ex parte freti gurgitibus proiectum inter ſorbentes vndas præpotens eſt dei dexte-
ra conſecuta, & quæ ſpiritum intulerat in cœlum, corpus mox retulit ad ſepulcrum.
Sic prędicator veritatis chariſſimi nec tormentorum vincitur pœnis, nec tenebroſi
carceris ſuperatur anguſtiis. Non beſtiis dilaniatur, non profundo cælatur, ſed litto
ri redditur, pręconio diffamatur, vt qui vere confeſſus fuerat nomen deitatis, verita
te ſibi adeſſe experiretur diuinę ſuffragia bonitatis. Cuius glorioſam virtute vitam
ita pretioſæ mortis gratia decorauit, vt quod uiuendo docuit, moriendo conſtanter
aſtrueret: eratq; conſequens quatenus ad eius uiſionem per mortem attingeret, quẽ
probabilis vitæ conuerſione ſemper atteſtátus fuiſſet, ſciens quòd te contẽptu præ
ſentis uitæ gloria ſurgit beatitudinie ęternę præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto,
qui uiuit & regnat & cætera.

DE SANCTI PAVLI CONVERSIONE.

In feſto conuerſionis ſancti Pauli, Ser. I.

HOdie de actibus apoſtolorum lectio hæc prænunciata eſt, ubi Paulus Apoſtolus ex perſecutore Chriſtianorum annũciator factus eſt chriſtianorũ. Percutiens eum Chriſtus & ſanans, occidens & uiuificans, occiſus agnus á lupis, & faciens anũ de lupis. Ita.n.erat, vt ait preclara propheta, cum Iacob patriarcha benediceret filiis ſuis, prędentia tangens, futura proſpiciens. Prædictũ.n.erat quod in Paulo contigit. Erat autem, Paulus ſicut ipſe teſtatur de tribu beniamin. Cum autem Iacob bene-
dicens filios ſuos, ueniſſet ad benedicendum Beniamin, ait de illo, Beniamin lu-
pus rapax. Quid ergo? Lupus rapax ſemper eſt? Abſit, ſed qui mane rapit prędam, ad
ueſperas diuidit eſcas. Hoc in Apoſtolo Paulo impletum eſt, quia & de illo dictum
erat. Iam ſi placet audiamus illũ mane rapientem, & ad ueſperas eſcas diuidentem.
Mane & ueſpere poſitæ ſunt pro eo, ac ſi diceret, Prius rapiet, poſtea diuidet eſcas. At
tendite raptorem, Saulus, inquit, acceptis ſepulis à principibus ſacerdotum ibat, ubi
cunque inueniret Chriſtianos, ad ſacerdotes attraheret, & adduceret vtique punien
dos. Ibat ſpirans & anhelans cædes: hoc eſt mane rapiens. Nam & quando lapidatus
eſt Stephanus primus martyr pro nomine Chriſti, euidentius aderat & Saulus, & ſic
aderat lapidantibus vt non ei ſufficeret ſi tantum ſuis manibus lapidaret. Vt.n.eſſet
in omnium lapidantium manibus, ipſe omnium veſtimenta ſeruabat, magis ſæuiẽs
omnes adiuuando, quàm ſuis manibus lapidando. Audiuimus, mane rapiet: audia-
mus ad veſperam qualiter diuidat eſcas. Voce Chriſti proſtratus de cœlo, & accipiẽs
deſuper interdictum iã ſæuiendi, cecidit in faciem ſuam, prius proſternendus, po-
ſtea ſanandus. Non.n. in illo poſtea Chriſtus uiueret, niſi occideretur in eo quod ma
le ante vixiſſet. Quid ergo proſtratus audit? Saule Saule, quid me perſequeris? Durũ
eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Et ille, Quis es domine? Et uox deſuper: Ego ſum
Ieſus Nazarenus, quem tu perſequeris. Membris adhuc poſitis in terra, caput clama
bat in cœlo, & nõ dicebat quid perſequeris fideles meos: ſed, quid me perſeq̃ris; Et il
le, Quid me me iubes facere? Iam parat ſe ad obediendum qui prius ſæuiebat ad per
ſequendum. Iam formatur ex perſecutore prædicator: ex lupo ouis, ex hoſte miles.
Ouis audiat quid facere debeat. Cæcus ſanè factus vt interiore luce fulgeret cor eiꝰ.
Exterior lux ad tempus ſubtracta eſt perſecutori, vt interior redderetur prædicatori
& tamen in eo tempore quo cętera non videbat, Ieſum uidebat, ita & ipſa cæcitas
informabatur ad myſterium credentium, Quiſquis in Chriſtum credidit ipſum in-

Ser. 14.
Phil. 3.
Actor. 9.
*ediſtolis.
Actus. 7.
Actor. 9.

tintueri debet. Cætera creatura vilescat, vt creator in corde dulcescat. Videamus ergo. Adductus est ad Ananiam, & Ananias interpretatur ouis. Ecce lupus rapax adducitur ad ouem sequendam, non rapiendam: & ne rapientem ouis expauesceret lupum, ipse pastor de cœlo qui omnia faciebat, nunciauit lupum venturum oui, sed non sæuiturum, & tamen tam immanis fama lupum illum præcesserat, vt non posset ouis audito eius noie non conturbari, Nam cum dominus Iesus eidem Ananiæ nunciasset Saulum venisse, iam vt crederet ad eũ Anamas ire se debere, ait Ananias Domine audiui a multis de viro hoc, ꝙ multa mala in sanctis tuis opatus est, & hũc literas accepit a principibus sacerdotum, vt vbicunq; inuenerit tui nominis confitatores pertrahat. Dominus autem ad illum, Sine, ego illi ostendam quanta illum oporteat pati pro nomine meo. Mira & magna res geritur. Lupo sæuitia interdicitur. Lupus ad ouem captiuus ducitur. Tanta autem præcesserat fama lupi raptoris, vt eius nomine audito timeret ouis etiam sub manu pastoris. Confortatur ne iam putet sæuientem, ne timeat timentem. Ab agno pro ouibus mortuo, fit ouis secura de lupo. * Ego, inquit, illi ostẽdam, quanta illum oporteat pati pro nomine meo. Vbi terror? Vbi salus? Quod faciebat contra nomen pastoris, patitur pro nomine pastoris. O sæuitia, o mia, vides illum pparare ferrum secaturus est, non perẽpturus. Curaturus, & non occisurus. Christus dicebat, Ego illi ostendam quanta illum oporteat pati pro nomine meo, Sed quo fine? Ipsum patiebatur audite, Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ac si dicat, Sæuiat mundus, fremat mundus, concrepet linguis, coruscet armis, quod potest faciat, quid faciet rei quam accepturi sumus? Appendo quod patior contra id quod spero. Hoc nunc sentio, illud credo: & tamen plus est quod credo quã quod sentio. Quicquid est quod sæuit pro nomine Christi, si potest viuere tolerabile est, si non potest viuere migrare hinc facit. Non extinguit, sed accelerat ipsum præmium, ipsam dulcedinem, Quę cum venerit, sine fine erit. Opus cum fine, merces sine fine. Nam & operarius deficeret in via, nisi attenderet quod acceptutus esset. Cum enim attenderis quid sis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna æstimabis pro quibus illud accipias. Miraberis tantum dari pro tanto illo labore. Vita nostra Christus est, Christum attendite Pati venit, sed glorificari: contemni, sed etiam exaltari mori, sed etiam resurgere. Ista cogitantes fratres charissimi non desperemus, quia etsi peccatores sumus, magnum medicum habemus ipsum medicum audite. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiã. Vtilitas autem rei gestæ huius hęc est. Apostolus ipse commemorat in Epistolis suis. Dicit enim ad hoc sibi veniam datam peccatorum suorum, vt nemo de se desperet, qui fuerit magnis peccatis inuolutus, & in magis sceleribus irretitus, quasi veniam non sit accepturus, si conuersus fuerit ad eum qui pendens in cruce pro persecutoribus orauit dicens. Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt. Factus est ille ex persecutore prædicator & doctor gentium. Qui prius inquit, fui blasphemus & persecutor & iniuriosus. Vides quod meritum pro pœna consequitur. Gratia enim salui efficimur de peccatis nostris, largiente ipso domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

Roma 8

Mat. 9

Luc. 23

1. Tim. 1.

Hic sermo in veteribus finit a versiculo, Ab agno pro ouibus &c. hoc modo.

Psal. 34

Mat. 11

Esaiæ. 53

Psal. 56

Ab agno pro ouibus mortuo, fit ouis secura de lupo. Deinde ille cui præcedente dominico cãtauimus, deus quis similis tibi, ne sileas neque miteſc s deus, qui tamẽ dicit, venite ad me, & discite a me quoniam mitis sum & humilis corde, videamus quemadmodum vtrunque exhibeat, & in se ostendat sua eloquia consonare. Mitis est & humilis corde, quia sicut ouis ad imolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente fuit sine voce, sic non aperuit os suum. Ligno suspensus, pertulit odiorum flammas, sustinuit ministras pesimi cordis linguas. Quibus linguis illi percusserunt immaculatum, crucifixerunt iustum. De quorũ linguis prædictũ erat. Filii h minũ dentes eorũ arma & sagittę, & lingua eorum machęra acuta. Et quid facit lingua? Gladius acutus quid fecit? Occidit. Quẽ occidit? Occidit vitem mors

vt a vita occideretur mors. Quid ergo? Quid fecit lingua eorum gladius acutus? Audi quid fecit. Vide quod sequitur, Exaltare super cœlos deus, & si super omnem terram gloria tua. Ecce quid fecit gladius acutus. Exaltatum super cœlos nouimus dominum, non videndo sed credendo. Super omnem autem terram gloriam eius, legendo, uidendo, credendo. Vide ergo mitem & humilem corde, ut ad istam gloriam trophæum mortificatæ carnis adduceret. Videte illum mitem. Pendens dicebat. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Et discite à me, quoniam mitis sum & humilis corde. Discamus à te, quoniam mitis es, & humilis corde. Vbi magis appare re vel debuit vel potuit dignius, q̃ in ipsa cruce. Cum ligno membra penderent, cum clauis confixæ manus & pedes essent, cum illi adhuc sæuirent linguis, cum fuso sanguine non satiarent, cũ ægrotantes medicum non agnoscerent, pater inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Tanquam diceret, Ego veni ęgros curare. Quod me non agnoscunt, febris immanitas facit. Mitis ergo & humilis corde dicit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid ergo, ne sileas neque miteſcas deus? Impleat & hoc. Ecce non siluit. Clamauit de cœlo, Saule, Saule, quid me persequeris? Fecit non sileas, exhibuit non sileas, exhibeat & non miteſcas. Primo, quia non pepercit errori eius, quia non pepercit sęuitiæ, quia anhelantem cædes voce prostrauit, sæuienti lumen eripuit, captiuum sicut diximus ad Anapiã quem persequentes quærebat adduxit. Ecce non mitis, ecce sæuiens, nõ in hominem sed in errorem. Parum est hoc, adhuc non sileat neque miteſcat. Ananiæ timenti & trementi audito illius lupi famosi nomine, ego, inquit, ostendam illi, ego illi ostendam. Vide minantem, vide adhuc sæuientem. Ego illi ostendam. Ne sileas neque miteſcas deus. Ostende persecutori, non solum bonitatem, uerum etiam seueritatem tuam. Ostende, patiatur quod fecit illis & pati qui faciebat, sentiat & ipse quod alijs inferebat. Ego, inquit, illi ostendam quę illum oporteat pati. Sed tanquam sęuiens dicit, & implet quod dictũ est, Ne sileas neque miteſcas deus. Non inde recedat. Discite a me, quoniã mitis sum & humilis corde. Ego illi ostendã, quę illum oporteat pati, pro nomine meo. Ostendisti terrorem, subueni ne patiatur, & pereat quem fecisti, quem inuenisti. Minax est, non silet, non miteſcit, minatur. Ego illi ostendam, quę illum oporteat pati pro nomine meo. Vbi terror, ibi salus. Qui faciebat contra nomen, patiatur pro nomine. O sæuitia misericors, vides illum pra parare ferrum, secaturus est non peremptu-rus. Curaturus est, non occisurus, Christus dicebat. Ego illi ostendam quæ illum oporteat pati pro nomine meo. Sed quo fine? ipsum qui patiebatur audi. Non sunt condignæ pasionis huius temporis. Ipse dicit qui patiebatur, pro quo nomine patiebatur, & quo fructu patiebatur. Non sunt condignæ pasiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Sæuiat mundus, fremat mundus, increpet linguis, coruscet armis, quicquid potest faciat. Quid faciet, ad id quod acceputi sumus? Appendo quod patior, contra id quod spero. Hoc sentio, illud credo. Et tamen plus valet quod credo, q̃ quod sentio. Quicquid est qđ sæuit pro nomine Christi, si potest viui tolerabile est. Si non potest viui, migrare hinc facit. Non extinguit, sed accelerat ipsum prę mium, ipsam dulcedinem, q̃ cum uenerit sine fine erit. Opus cũ fine, merces sine fine. Iste ergo fratres, iste uas electionis, primo Saulus a Saule. Recordamini enim qui nobis literas dei quis erat Saul. Rex pessimus, Persecutor sancti serui dei Dauid. Et ipse si meministis, de tribu Beniamin, Inde iste Saulus, ducto secum tramite sæuiendi, sed in sęuitia non permansurus. Postea si Saulus a Saule, Paulus vnde? Saulus a rege sæuo, cum superbus, cum sæuiens, cum cædes anhelans. Paulus autem vnde, Paulus quia modicus. Paulus humilitatis nomen est. Paulus, posteaquãm adductus est ad magistrum qui ait, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde: Inde Paulus. Vsum latinę locutionis aduertite. Quia paulum modicum dicitur. Paulopost videbo te, paululum hic expecta. Id est post modicum videbo te, modicum hic expecta. Audi ergo Paulũ. Ego sum, inquit, minimus Apostolorum. Prorsus ego sum minimus Apostolorum, Et alio loco. Ego sum nouissimus Apostolorum. Et minimus, & nouissimus tanquam fimbria de uestimento domini. Quid tam exiguum, quid tam nouissimum quàm fimbria? Hac tamen tacta mulier a fluxu sanguinis sanata est. In modico isto erat magnus

Act. 9.

Rom. 8.

1. Cor. 12.

1. Cor. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

in minimo grandis habitabat,& tanto minus á se magnum excludebat,quanto ma
Esaiæ. 66. gis minor erat. Quid miramur magnum habitare in angusto? magis in minimis ha- 363
bitat. Audi illum dicentem, Super quem requiescit spiritus meus super humilem & A
Psal.137. quietum & trementem verba mea. Ideo altus habitat in humili, vt humilem exaltet
Excelsus. n. est dominus & humilia respicit: excelsa autem á longe cognoscit. Humi-
lia te & propinquabit tibi: extolle te & recedet à te. Minimus ergo iste quid dicit qđ
Rom.10. au diuimus hodie, Corde creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem.
Multi creduut corde & erubescunt confiteri ore. Sciatis fratres, propé iam neminem
esse paganorum qui nó apud seipsum miretur & sentiat impleri prophetias de Chri
sto, exaltatum super cœlos: quia vident super omnem terram gloriam eius. Sed cum
se inuicem timent, sibi inuicem erubescunt, faciunt à se longe salutem, quia ore cõ
fessio fit ad salutem. Quid prodest credidisse ad iustitiam, si os dubitat proferre
quod corde conceptum est? intus fidem deus uidet: sed parum est ne confitearis
humilem, times superbos, & ei preponis superbos qui pro te displicuit superbis. Hu
milem times confiteri filium dei. Magnum verbum dei, virtutem dei, sapientiã dei
1. Cor. 1. non erubescis confiteri. Natum, crucifixũ, mortuũ erubescis cõfiteri, Altus, excelsus
Ioan. 1. & æqualis patri per quẽ facta sunt omnia, per quem factus es tu, factus est quod tu:
factus est propter te homo, propter te natus, propter te mortuus. Aegrote quomodo
sanaberis, qui de medicamento tuo erubescis? Elige tempus, Nunc est tẽpus postea
contemptus ille veniet admirandus: iudicatus ille, veniet iudicaturus, occisus ille,
veniet excitaturus, exhonoratus ille, veniet honoraturus modo & postea, modo in
fide res est, postea in manifestatione erit. Elige huc tempore quam partem teneas in
futuro. De Christi nomine erubescis modo hominibus. Ex eo quod erubescis modo
habes erubescere cum uenerit in gloria sua redditurus quod promisit bonis, quod
minatus est malis, vbi eris tu? Quid facies, si te attendat ille excelsus & dicat tibi, 364
erubuisti de humilitate mea, non eris in claritate mea? Discedat ergo mala verecun B
dia accedat, salubris impudentia, si impudentia dicenda est, sed tamen fratres ex-
torsi mihi ut hoc dicerem, nec timerem prorsus. Nolo. n. erubescamus de Christi no-
mine. Insultetur nobis quòd credimus in crucifixum, occisum: planè in occisum. Sed
de quo nisi sanguis manaret, chirographum peccatorum nostrorum adhuc maneret.
Prorsus in occisum credidi, sed hoc in eo occisum est quod sumpsit de me, non unde
Phil.2. fecit me. Prorsus in occisum credo, sed in quem occisum? Qui venit aliquid, & acce-
pit aliquid. Quis venit? qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse æ
qualis deo. Ecce quis venit, quid accepit? sed semetipsum exinaniuit formã serui ac-
cipiens in similitudinem hominum factus: ille factor factus, ille creator creatus: sed
in quo factus est & creatus? in forma serui, accipiendo formam serui non admittẽdo
formam domini. In hac ergo forma serui in eo ꝓ â nobis pro nobis accepit, & natus
est, & passus est, & resurrexit, & ascendit in cœlum. Quatuor res dixi: natus est, mor-
tuus est, resurrexit, & ascendit in cœlum. Duo prima, duo nouissima: Duo prima: na
tus est, mortuus est. Duo nouissima: resurrexit, ascendit in cœlum. In duobus primis
conditionem tuam tibi ostendit, in duobus nouissimis mercedis exemplũ prębuit:
nasci & mori noueras. Plena est his duobus mortaliũ. Quid hic abũdat in omni car
ne, nisi nasci & mori? hoc homo cum pecore habet: hanc ergo uitam cum pecoribus
communem ducimus, Nati sumus, morituri sumus: istud nondum noueras, resurge
re & in cœlum ascendere: duo noueras, duo non noueras, patere quod suscepit, spera
quod ostendit. Quid. n. & si nolis mori, non es moriturus? Quid times, quod uitare
non potes? Times quod etsi nolis erit & non times, quod & si nolis non erit. Quid
est quod dixi? omnibus hominibus natis constituit deus mortem, per quam de isto
seculo emigrent. Exceptus eris á morte, si exceptus fueris á genere humano. Quid fa
cis? nunquid tibi modo dicitur, elige vtrum uelis esse homo. Iam homo es, uenisti.
Quomodo hinc exeas cogita: natus es, moriturus es. Fuge, caue, repelle, redime: mor
tem potes differre non auferre. Veniet etsi nolis, ueniet quando nescis. Quid ergo ti 365
mes quòd etsi nolueris erit, time potius quod si nolueris non erit, Quid est hoc? im- C
piis, infidelibus, blasphemis, periuris, iniquis, & omnibus malis gehennæ ignes ar-
dentis & æternas flammas minatus est Deus. Primo compara hæc duo, mortem ad
momentum

momentum,& pœnas in æternum. Times mortem ad momentum, veniet & si nolis
time pœnas in æternum, non venient si nolueris. Multo maius est quod timere de-
bes,& in potestate habes ne veniat tibi quod times: & maius est, & longe maius, in
comparabiliter maius qđ timere debes,& in potestate habes ne veniat tibi: etenim
si bene vixeris, si male vixeris, moriturus es. Non effugies vt nõ moriaris, seu viuen
do male, At vero si elegeris hic bene viuere, in æternas pœnas non mitteris: quia ve-
ro eligere non potes hic ne moriaris, elige cum viuis ne in æternum moriaris. Hæc
est fides, hoc Christus ostendit moriendo & resurgendo. Moriendo ostendit, quod ve
lis nolis passurus es: Resurgendo ostẽdit, quod si bene vixeris accepturus es, hic cor
de creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Sed times confiteri ne insultẽt Rom.10.
tibi homines, non qui crediderunt. Nam & ipsi intus credunt, sed ne insultent tibi
qui confiteri erubescunt. Audi quod sequitur. Dicit enim scriptura. Omnis qui cre-
diderit in eum, non confundetur hæc meditare, in his esto: hęc est esca non ventris,
sed mentis. Ille qui mane rapiebat, ipsas escas ad vesperum diuidebat.

Item in eodem festo alius sermo, qui habetur de verbis Apostoli. I X. & X.
Item in eodẽ festo alius sermo qui insertus est in sermone X V I I. in libro quinqua-
ginta Homiliarum.
Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lu-
cam Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum, &c. quæ habetur libro. I. de
quæstionibus Euangeliorum, cap. XXX. IIII. & sequentibus.

DE MARIAE VIRGINIS PVRIFICATIONE.

In festo purificationis sanctissimę virginis Mariæ sermo, Hodiernus dies, &c. qui ha
betur inter sermones de tempore.

DE CATHEDRA SANCTI PETRI.

In festo cathedræ sancti Petri. Sermo. I.

INstitutio solẽnitatis hodiernæ a senioribus nostris cathedrę nomẽ accepit, ideo Ser.15.
ꝓ primus Apostolorũ Petrus hodie episcopatus cathedram suscepisse referatur,
Recte ergo ecclesiæ natalẽ sedis illius colunt quam Apostolus pro ecclesiarũ sa
lute susceperit, dicente domino, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiã Mat.16
meam. Petrum itaque fundamentũ ecclesiæ dominus nominauit, & ideo digne fun
damentum hoc ecclesia colit, supra quod ecclesiastici ædificii altitudo consurgit. Vn Psal.106
de conuenienter psalmus qui lectus est dicit, Exaltent eum in ecclesia plebis, & in ca
thedra seniorum laudent eum. Benedictus deus qui qui exaltari in ecclesia hoc præ
cepit, quia dignum est vt fundamentum hoc in ecclesia honoretur, per quod ad cœ-
lum ascẽditur. Quod natalis ergo cathedrę hodie colitur, sacerdotale honoratur of-
ficium, sibi hoc ecclesiæ inuicem pręstant, quia tanto necesse plus habet ecclesia di
gnitatis, quanto sacerdotale officium plus honoris. Cum solẽnitatem hanc ecclesiis
merito religiosa obseruatio introduxerit, miror cur apud quosdam infideles hodie
tam pernicios⁹ error increuerit, vt super tumulos defunctorum cibos & vina con
ferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant, Epulas enim &
refectiones caro tantum requirit, spiritus autem & anima his non indigent. Parare
aliquis suis charis dicit quod ipse deuorat, quod pręstat ventri, imputat pietati. Ces
sate ergo fratres ab hoc gentili infidelitatis errore. Animæ enim sanctæ quæ in hoc
seculo, aut per per vitæ innnocentiam purę sunt, aut pœnitentię satisfactione purgã
tur, a saluatore nostro recipiuntur, & cum eo esse credendæ sunt, secundum Aposto
li dictum cupio dissolui & esse cum Christo, Animę ergo fratrum parentum⁹ nostro Phili.1
rum minime cibis carnalibus delectantur. Offendi his magis possunt quam delecta
ri, si cum illæ in sacris sedibus sint, vos eas in terrra esse credatis. Cessate ergo ab his
erroribus, & sicut scriptum est, Quę sursum sunt sapite, non quæ super terram: ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

superstitiones fidei vestræ contrarias repudiantes,dū ea quæ deo placita sunt facia-
tis,etiam vos cum Christo in æternum esse mereamini. Quod ipse præstare digne-
tur,& cętera. 261 H

In eodem festo Sermo II.

Ser.16. NOstis fratres charissimi beatissimum Petrum in saluatoris passione suis erro-
ribus profecisse,& posteaquam nēgauit dominum, fuisse apud dominum me-
liorem. Fidelior enim factus est posteaquam fidē se perdidisse defleuit, atq; ideo ma-
iorem gratiam repperit quam misit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregē
1.Ret. 20. accepit,vt qui sibi antea infirmus fuerat,fieret omnibus firmamentum. Et quia ip-
Mat.16 se interrogationis tentatione negauerat,cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique
pro soliditate deuotionis ecclesiarum petra dicitur,sicut ait dominus,Tu es Petrus,
& super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Petra n. dicitur, eo q; primus na-
tionibus fidei fundamenta posuerit,& tanquam saxū immobile totius operis Chri
stiani compagem molemq; contineat. Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & pe
tra pro virtute dominus nuncupatur,sicut ait Apostolus,Bibebant autem de spirita
1.Cor.10. li sequente eos petra,petra autem erat Christus. Recte consortium meretur nomi- 262
n.s,qui consortium meretur & operis. In eadem domo enim Petrus fundamentum I
ponit,Petrus plantat,dominus incrementat, dominus irriguū subministrat. Petrus
1.Cor.3. ergo tentationibus suis proficit,fletibus suis gaudet,periculis suis crescit. Hic nāq;
in mare dum super vndas temerarius viator ingreditur,nutat incessu, sed conual-
escit affectu. Periclitatur corpore sed deuotione non labitur. Mergitur pedibus, sed
Christi dextera sustentatur. Sustentabat enim fides, quem vnda mergebat: & quem
fluctuum procella turbabat,saluatoris dilectio confirmabat. Ambulabat enim mari
Petrus magis dilectione quam pedibus. Non enim videbat vbi pædum vestigium fi-
geret,videbat autem vbi figeret vestigium charitatis. In naui enim positus confide
rat dominum,& amore eius ductus descendit in mare. Non cogitat labentes aquas,
non fluenta currentia,& dum Christum respicit,non respicit elementum, dum cre-
dit fide,etiam inter vndas solidum inuenit vestigium. Iactetur licet fluctibus mare,
ventis pelagus conturbetur,non tamen turbabatur Petri semita quę ducit ad domi
num. Ambulabat igitur super aquas Petrus,& sub pedibus eius mollis vnda non cē-
Exo.14 dit. Legimus in veteri testamento filius Israel per mare rubrum siccis itineribus am
bulasse,& ad securitatem gradientium ne laberentur, vnda iter solidatū, quanto hic
melius,vbi ambulante Petro nec mutatur vnda,nec labitur,nec solidatur aqua nec 262
refugit? Melius,inquam, vbi eadem vnda quę fluctuat & sustentat, ibi idem gurges K
qui mergit & famulatur. Illic vt portaretur per mare populus Israel meatum suum
Mat 14 natura perdiderat,hic dum portatur in aquis Petrus, cursum suum fluentem nō per
didit. Temerarius ergo viator Apostolus noui itineris vitam carpit,modo curuati
gurgitis molē ascendit,modo sub labentes sinus vnde descendit & inter marinos flu
ctus ascensus illi itineris descensusq; non deest. Sed vbi turbātibus ventis exagitan
tur procellæ,incipit timere qđ credidit,statim ei gurges subtrahitur, vnda subduci-
Vbi.sup. tur. Mox.n. deficiente fide deficit semita, Tunc exclamans ad dominum Iesum saluū
se fieri deprecatur. Quē apprehensa manu saluator liberat,& subiungit dicens, Mo-
Mat.10 dicæ fidei,quare dubitasti? Hoc est, cur tam modicę fidei es, vt qui credendo in mare
ambulare cœperas,non id perseuerando transires,scriptum est.n. Qui perseuerauē-
rit vsq; in finem, hic saluus erit. Sed dum cunctaris & dubitas, iter quo ingressus
fueras perdidisti. Cur inquam,tam modicæ fidei es,vt non ea fide qua uenire cœpe-
ras peruenires? Intellige ergo,quia in mare credulitas te portabat, perfidia submer-
gebat. Igitur sanctus Petrus dū fluctuat,dū mergitur,dum periclitatur,sic peruenit
ad dominū,ostēdens nobis q; non nisi per pericula properetur ad Christū, Multi.n. 262
diaboli fluctus sunt in hoc mundo,tentationū multa naufragia, a quibus ita libera
ri possumus,si clamātibus manum suā saluator extenderit. Nos ergo clamare ad do L
minum non cessemus ille auxilium solitum non negabit, Iesus dominus noster qui
cum patre & spiritusancto viuit & regnat in secula seculorum,Amen.

DE ANNVNCIATIONE DOMINICA.

In festo annunciaitonis dominicæ,de eo quod scriptum est in Esaia, Et requiescet super eum spiritus timoris domini & cætera. Sermo, I. Esaiæ. 11.

MVlta nobis fratres de dei timore præcepta sunt,& quam sit vtile timere deū innumerabiliter diuina eloqa sonuerūt. Ex qua vberrima copia pauca me cōmemorantem, & ad ea quātum pro tēporis breuitate potuero differentē libenter aduertite. Quis non sapientem se esse lætetur,aut si nondum est esse desidē- Sermo.17.
ret? Sed quid dicit scriptura? Initium sapientiæ timor domini. Quem non regnare de- Eccl.1.
lectet? Sed audiamus quid in Psalmo spiritus moneat,Et nunc reges intellgite,eru- Psal.2
dimini qui iudicatis terram. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Philip.2.
vnde & Apostolus dicit. Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operami
ni: legimus etiam scriptum. Concepisti sapientiam,serua iustitiam,dominus præbe Eccl.1
bit illam tibi. Multos enim reperimus negligentissimos iustitiæ, & auidissimos sa-
pientiæ. Hos docet scriptura diuina peruenire non posse ad id quod appetunt nisi
seruando quod negligunt. Serua,inquit,iustitiam,& præbebit tibi dominus quam
concepisti sapientiam. Quis autem potest nisi deū timeat seruare iustitiam? Dicit. n.
alio loco,Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Porro si dominus non præ- Psal.110
bet sapientiam nisi seruanti iustitiam,qui autem sine timore est non poterit iustifi-
ficari: recurritur ad illam sententiam,Initium sapientiæ timor domini. Esaias etiam
Propheta cum septem illa notissima dona spiritalia commendaret, incipiēs a sapien-
tia peruenit ad timorem dei,tanquam de sublimi descendens ad nos, vt nos domi-
nus doceret ascendere. Inde ergo cœpit quo volumus peruenire,& illuc puenit vnde
debemus incipere. Requiescet in eo,inquit, spiritus dei,spūs sapientię & intellectus, Esaiæ. 11.
spūs consilii & fortitudinis,spūs scientiæ & pietatis,spūs timoris domini. Sicut ergo
ille non deficiendo sed docendo a sapientia vsq; ad timorē descēdit, sic non supbien- Eccl.1.
do sed ꝓficiendo a timore vsq; ad sapientiam oportet ascendere. Initium. n. sapiētiæ Psal.83
timor domini. Ipsa est,n illa conuallis plorationis,de qua Psalmus dicit, Ascēsiones Vbi sup.
in corde eius dispositi in conualle plorationis. Per conuallē quippe humilitas signi- Psal.50.
ficatur. Quis est aūt humilis,nisi timens deū? Et eo timore coterēs cor in lachrymis
cōfessionis & pœnitentiæ, Quia cor contritum & humiliatū deus non spnit. Sed nō
timeat,ne in conualle remaneat. In ipso enim corde cōtrito & humiliato quod deus
non spnit,ascensionis p quas in illum assurgeremus ipse disposuit: nam ita Psalmus
dicit, Ascensiones in corde eius disposuit in conualle plorationis,in loco quem dispo-
suisti. Vbi fiunt ascensiones? In corde,inquit, Sed vnde ascendendū est? Vtiq; a con-
ualle plorationis. Et quo ascendendum est? In locum,inquit,quē disposuit. Quis iste
locus est,nisi quietis & pacis? Ibi. n. est illa clara & quæ nunquā marcescit sapia,vn- Esaiæ. 11.
de ad nos excitandos quibusdā doctrinæ gradibus descendit Esaias a sapientia vsq;
ad timorem,a loco scilicet sempiternæ pacis vsque ad conuallē plorationis, vt nos
in confessione pœnitentiæ dolendo, gemendo, flendo non remaneamus in dolore
& gemitu & fletu,sed ascēdentes ab ista conualli in montem spiritalē vbi ciuitas san-
cta Hierusalem mater nostra æterna fœcunda est,imperturbabili lætitia pfruamur.
Ergo ille cum præposuisset sapientiam,lumen,s. mentis indeficiens, adiunxit intelle-
ctum,tanquā quærentibus vnde ad sapientiam veniretur,responderet,ab intellectu
vnde ad intellectum,a consilio: vnde ad consilium,a fortitudine, unde ad fortitudi-
nem,a scientia: vnde ad scientiā,a pietate, unde ad pietatē,a timore. Ergo ad sapien- Eccl.1.
tiam a timore,quia initiū sapientiæ timor domini. A conuallē plorationis vsque ad Mat.5
montē pacis. Beati. n. paupes spū,quoniam ipsorum est regnum cœlorum, Ipsi sunt
in conualle humiles,ipsi in tremore cor cōtritum & humiliatū sacrificant deo. Vnde
ascendūt ad pietatē vt non resistant uoluntati eius siue in sermonibus eius ubi non
capiunt sensum eius siue in ordine ipso & gubernatione creaturæ cum pleraque
aliter accidūt q̄ priuata hoīs uolūtas exposcit: ibi quippe dicendum est, Verum non
quod ego uolo,sed quod tu uis pater. Beati. n. mansueti,qm ipsi hæreditate possi- Mat.26
bunt terram. Non terram morientium, sed terram de qua dictum est, Spes mea es Mat.5

Universidad de Deusto Biblioteca

Psal.141. tu, portio mea in terra viuentium. Ab ista quippe pietate merebuntur scientiæ gra
dum,ut nouerint non solum mala præteritorum peccatorum suorum de quibus in
primo gradu pœnitentiæ dolore fleuerunt, sed etiam præsentia & cætera. In Chri- 363
sto videtur fuisse diuinitas. Porrò si fides dominum natum credit in carne deo non D
dubitet esse vtrunque possibile, ut & corpus maioris ætatis non reserato aditu do-
mus intus positis præsentaret,& sponsus infans de thalamo suo, hoc est, vtero vir-
ginali illæsa matris virginitate procederet. Illic namque dei filius humanam sibi di
gnatus est coniungere naturam,vt sibi capiti immaculato immaculatam consocia-
ret ecclesiam quam paulus Apostolus virginem uocat,non solas in ea considerans
corpore virgines,sed incorruptas desiderans omnium mentes,Desponsaui, inquit,
vos vni viro virginem castam exhibere Christo.Ergo & ecclesia imitans domini sui
matrem,quoniam corpore non potuit,mente tamen & mater & virgo est.Nullo ita-
que modo uirginitatem matris suæ nascendo Christus ademit, qui ecclesiam suam
de fornicatione dæmonum redimendo uirginem fecit. Ex cuius incorrupta virgi-
nitate procreatæ virgines sanctæ quæ terrenas nuptias contemnentes esse etiam
carne virgines elegistis, gaudentes celebrate solenniter hodierno die virginis par-
tum. Ille quippe est natus ex fœmina,qui non est a masculo satus in fœmina. Qui
uobis attulit quod amaueritis,matri non abstulit quod amatis. Qui sanat in uobis
quod extraxistis ex Eua, absit vt vitiaret quod dilexistis in Maria.Illa igitur cuius 363
vestigia sancta sectamini, & vt conciperet cum viro non mansit, & vt pareret virgo E
permansit.Imitamini eam quantum potestis, non fœcunditate, quia hoc non pote-
stis, salua virginitate. Sola vtrũq; potuit quæ omnipotentem peperit,qui & vtrunq;
posse concessit.Solum n.vnicum dei filium,isto vnico incorrupto partu fieri oporte
bat hominis filium. Nec tamen ideo non est vobis aliquid Christus, quia vnus est
virginis filius.Nam & uos eum & si filium edere non potuistis in carne,sponsum ta
men inuenistis in corde.Et talem sponsum quem redẽptorem sic teneat fœlicitas ve
stra,ut peremptorem nõ timeat virginitas vestra. Qui.n.matris virginitatem nec
corporali abstulit partu, multomagis in vobis eam spiritali seruat amplexu.

Luce.1. In eodem festo, de quo scriptum est in Euangelio secundum Lucam,
Missus est Angelus & cætera. Sermo II.

Ser.18. ADest nobis dilectissimi,optatus dies beatæ ac uenerabilis semper virginis Ma-
riæ, ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra,tantæ virginis illustra-
ta die solenni.Hæc est.n flos campi de qua ortum est pretiosum lilium conuallium, 363
per cuius partum mutatur natura protoplastorum, deletur & culpa. Precisum est F
in ea illup Euæ infœlicitatis elogium,quo dicitur,in dolore paries filios tuos, quia
ista in lætitia dñm peperit.Eua.n.luxit,ista exultauit.Eua lacrymas, Maria gaudiũ
in ventre portauit.Quia illa peccatorem,ista edidit innocentem.Virgo quippe ge-
nuit,quia virgo cõcepit. Inuiolata peperit,quia in conceptu libido non fuit. Vtro-
bique miraculum,& sine corruptione grauida,& in partu virgo puerpera. Descen-
dit angelus de cœlo missus a patre deo in nostrę redemptionis exordium,ad beatam
salutando Mariam,Aue,ait,gratia plena, dominus tecum. Impleta est ergo gratia,
Gene.3. & Euæ vacuata est culpa.Maledictio Euæ,in benedictionẽ mutatur Mariæ, Aue,in-
quit,gratia plena,dñs tecum.Tecum dñs in corde, tecum in vẽtre, tecum in utero,
tecum in auxilio.Gratulare beata virgo,Christus rex e cœlo suo incarnatur in vte-
ro tuo ex sinu patris in uterum dignatur descendere matris. Benedicta tu, inquit,
in mulieribus, quæ uitam & uiris & mulieribus peperisti. Mater generis nostri pœ
nam intulit mundo,genetrix dñi nostri salutẽ attulit mũdo. Auctrix peccati Eua,
auctrix meriti Maria.Eua occidendo obfuit,Maria uiuificãdo profuit. Illa pcussit,
Lucę 1. ista sanauit.Pro inobediẽtia.n obediẽtia cõmutatur,fides pro perfidia cõpensatur.
Læta igitur Maria gestat infantẽ exultãs amplexatur filiũ,portat a quo portabatur. 363
Nec fortuitu,ut fingũt Sabelliani,repperit paruulũ,sed decursis nouẽ mẽsib⁹ pepit G
xp̃m Plaudat nunc organis Maria,& inter ueloces articulos tympana puerperę cõ
crepẽt. Cõcinãt lætãtes chori,& alternãtib⁹ modulis dulcisona carmina misceãtur.

Audite

Audite igitur quemadmodum tympanistria nostra cantauerit? ait. Magnificat ani- Lucę. 1.
ma mea dominũ: Et exultauit spiritus meus,in deo salutari meo. Quia respexit hu-
militatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Quia 363
fecit mihi magna qui potens est &c. Causam igitur inualescentis errati, miraculum H
noui partus euicit,& Euæ planctum Mariæ cantus exclusit. Denique post illius be-
nedicibile angeli præsagium,dum tacita secũ virgo mentis altercatione cõflixit qua
lis esset ista salutatio,nuncius interim cœlestis exequitur,Ne timeas Maria, inueni-
sti gratiam apud dominum, Ecce concipies in utero & paries filium,& uocabis no-
men eius Iesum: at illa,Quomodo,inquit, fiet,istud,quoniam uirum nõ cognosco?
Et angelus ad eam,Spiritussanctus superueniet in te,& uirtus altissimi obumbrabit
tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius dei, Iam audisti quomodo
fiet hoc,rrsponde nunc verbum, Vitam quid tricas mundo? Audisti quomodo fiet
hoc', quia spiritussanctus superueniet in te, vt prolem gignas, & virginitatem non
perdas: filium proferas,& post partum incorrupta permaneas. O beata Maria,seculũ
omne captiuum tuum deprecatur assenum', te apud deum meum mundus suę fidei 363
obsidem fecit. Noli morari uirgo nuncio festinanter responde verbum & suscipe fi- I
lium,da fidem & senti virtutem. Ecce,inquit,ancilla domini,fiat mihi secundum uer
bum tuum. Nec mora reuertitur nuncius & virginalem thalamum ingreditur Chri-
stus. Efficitur subito pugnas beata dei genitrix, & cuncta per secula prædicatur fœ-
lix. Concepit mox ad credulitatem uerbi,virilis ignara consortii: impletur vterus
nullo humano pollutus amplexu. Extat itaq; uirgo cum concepit, virgo cum parit,
& virgo post partum'. Preclara ergo illa uirginitas,& gloriosa fœcunditas. Exultat
Maria & matrem se lęta miratur,& de spiritusancto se protulisse gaudet,nec quia pe-
perit innupta terretur,sed quia genuerit cum exultatione miratur. Gaudeamus ergo
& nos fratres in die annunciationis quæ per angelum hodie facta est ad aures virgi
nis,quę dum desponsaretur fabro,cœli nupsit architecto. Promittitur.n.ei filius per
uisitationem sancti spiritus. Hæc illa audiens gaudet cupitq; effici mater. Quid igi-
tur mirum si sine corruetione nascitur,qui de sanctificatione concipitur? Non n: de-
cebat vt ille qui nobis afferebat salutem', matri præriperet integritatis dignitatem.
Nam qui terra mari cœlòque non capitur, intra unius corpusculi membra suscipi-
tur: hęc est illa nouitas,Hiere. prophetæ uaticinio prænunciata,Faciet,inquit, domi- Hiere. 31
nus nouum super terram,fœmina circundabit virum. O fœmina super fœminas be
nedicta,quę uirum omino non nouit,& uirum suo utero circundedit. Circundat ui-
rum Maria angelo fidem dando,quia Eua perdidit virum serpenti consentiendo. Sa-
lutat angelus puellam uiri salutationis ignaram terretur uirgo nouitate verborũ: Gene. 31.
ad quam angelus,vt superius prætulimus,dixit,Ne timeas Maria,inuenisti.n gratiã Lucę 1.
apud dominum Ne,inquit,à conspectu meo terrearis mater domini mei,ego conce-
ptionis tuę minister adueni,non ut uirginitatem amitteres interueni. Ipse me misit
ad te,qui est nasciturus ex te. Concipies.n.& paries filium,non cuiuslibet meriti ho Esaiæ. 7.
minem,sed totius seculi saluatorem. Recole Maria in libro Esaię prophetę uirginem
quam parituram legisti, & gaude atque exulta.quia tu esse mereisti. Tu ibi prefigu-
rata es virgo,tu ecce concipies in utero,non de viro.sed de spiritusancto,& grauida
eris & incorrupta permanebis. Paries quidem filium, & virginitatis non patieris de- Lucę. 1.
trimentum. Efficieris grauida & eris mater semper intacta. Senties pondera uentris,
& pudorem non perdes castitatis. Intumescent vbera tua,& intacta manent gentilia
tua: at illa dixit,Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum. O fœlix obe
dientia,ò insignis gratia quę dum fidem dedit humiliter, cœli in se opificem corpo- Osee. 6.
rauit. Impleuit in ea dominus,quod dudum prędixerat,Obedientiam,inquit,malo
quàm sacrificium,& scientiam dei plus quàm holocausta. Hęc fuit vera obedientia
omni⁹q; sacrificio gratior,hæc uoluntas cunctis hostiis acceptior,hinc promeruit glo
riam,quam ipsa postmodum hausit: ecce,ait, Ex hoc beatam me dicent omnes gene Lucę. 1.
rationes. O beata Maria,quis tibi digne ualeat iura gratiarum ac laudum præconia
rependere, quę singulari tuo assensu mundo succurristi perdito? Quas tibi laudes
fragilitas humani generis persoluat,quæ solo tuo commercio recuperandi aditum
inuenit? Accipe itaque quascunque exiles, quascunque meritis tuis impares gratia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum actiones,& cum ſuſceperis vota culpas noſtras orando excuſa. Admitte noſtras
præces intra ſacrarium exauditionis & reporta nobis antidotum reconciliationis.
Sit per te excuſabile quod per te ingerimus, fiat impetrabile quod fida mente poſci-
mus. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excuſa quod timemus, quia tu
es ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus veniam delictorum, & in te beatiſſima no
ſtrorum eſt expectatio præmiorum. Sancta Matia ſuccurre miſeris, iuua puſillami-
nes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmi-
neo ſexu; Sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam commemora-
tionem, Aſſiſte parata uotis poſcentium, & repende omnibus optatũ effectum. Sint
tibi ſtudia aſſidue orare pro populo dei, quæ meruiſti benedictæ redemptorem fer-
re mundo qui uiuit & regnat in ſecula ſeculorum.

In eodem feſto, Sermo III.

Sermo. 19. COrruptum peccatis originalibus & actualibus mundum mundi conditor ſe-
creto & mirabili conſilio per myſterium verbi incarnati, eiuſdem mvndi la-
pſum voluit reparare, qui eo verbo quo potuit de nihilo cũcta creare, potuit
que perdita fuerant reformare. Ipſe namque dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & crea
Pſal. 31 ta ſunt. Hãc ei potentiam non credimus imminoratam, non credimus immutatam,
Iacobi. 1. & apud quem non eſt traſmutatio nec uicisſitudinis obumbratio, quo minus eſſet 264
potens & ſapiens in reformando, quam fuerat in plaſmando. Omnipotentis quippe A
pſal. 24. figuli manus, cuius uniuerſæ uitæ miſericordia & veritas, quæ lutum de terra leuã-
tum rationalis naturæ dignitate ſublimauerat, ſi uoluit ruinam vaſis fragilis refor-
mare, vt nec peccatum hominis dimitteret impunitum quia iuſtus eſt, nec inſanabi
le quia miſericors eſt. Si tantum iuſtus eſſet, cum ſapientia attingit à fine uſque ad fi
Sapien. 8. nem fortiter & diſponit omnia ſuauiter, potuit ſua fortitudine aduerſus ſeductorẽ
generis humani contendere, & ouem perditam ad gregem reductam ſuo domino re
ſtituere. Sed hoc modo videretur eminentiam tantum ſuæ virtutis oſtendiſſe, non
Lucæ. 15. medicinalem miſericordiam impendiſſe redemptis: nec appareret quanta charitate
creator creaturam diligebat, à qua ſe diligẽdum eſſe multiplici beneficio expetebat,
quatenus miſer homo, præcedente gratia, obtineret etiam per meritum, quod ei ma-
le merito rependebatur indebitum. Quod ergo dei ſapientia potuit facere ſapienter
& fortiter, uoluit facere ſuauiter, vniens ſibi infirmitatem carnis noſtræ quam pri-
mo in ſe ſanaret, per hanc quaſi medicinalem confectionem generi humano ſanita-
tem reſtitueret, non ꝙ non potuerit aliter fieri quantum ad peritiam & potentiam
medici, ſed quia non potuit commodius antidotum procurari quantum ad comple- 264
xionem ægroti. Quod.n. infirmum eſt dei, fortius eſt hominibus: & quod ſtultum eſt
1. Cor. 1. dei, ſapientius eſt hominibus. Hæc cauſa nobis ſpecialis eſſe uidetur cur dei filius ho B
minem induere uoluerit & inter homines conuerſari, vt mortalem quam à nobis ac
cepit moriendo ſuperaret, & naturam noſtram ſupra primæ originis dignitatem re-
paratam ſecum ad immortalitatẽ reuocaret, vt eo ſequeretur humilitas gregis quo
præceſſit celſitudo paſtoris. Sic radius ſolis humorem quem ad ſe trahit exiccat, ipſe
tamen uirtutem ſui caloris & ſplẽdoris nec minorat nec immutat. Sic ignis materiẽ
quam aſſumit in ſe conuertit, naturam uero ſuam ideo nec mutat nec minuit: mul-
to fortius ille ignis, de quo dicitur, Deus noſter ignis conſumens eſt, mortalitatẽ no
Deut. 4. ſtram in ſe aſſumpſit, & inde gratia ſanitatis totum corpus reſumpſit. Mirabile & in
comparabile genus medicinæ, propter quam medicus voluit ægrotare, & ægrotos
quibus ſalutis remedium procurabat ſua decreuit infirmitate ſanare. In hoc apparet
quàm incomparabili charitate nos dilexerit, quia in eo ꝙ deſertores ſuos quęſiuit, ſe
men Abraæ apprehendit, errantes reduxit, ſaucios curauit, nihil ſibi addidit, Nõ eſt
Hebr. 2. inde factus altior, non eſt factus inde beatior. Tota hæc diſpenſatio noſtræ utilitatis
conſuluit, noſtræ ſaluti militauit, diuinæ potentiæ nil contulit. Nam & cum eſſemus
2. Tim. 2. uaſa contumeliæ, omnipotentis figuli manum effugere non potuimus, vtebatur na- 264
Roma. 9. ſis ire prout uolebat ad manifeſtationem ſuę gloriæ: ſic. n. dictum eſt Pharaoni, in C
Exod. 9. hoc ipſum excitaui te oſtendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum
in vniuerſa terra. Nonne & demones cũ dño eiicerentur de corporibus obſeſſis dãm
glorificabant qñ dicebãt, Quid nobis & tibi Ieſu filii dei uiui. Quid uenisti ante tps

torquere nos? Conſtat ergo ex hi & hmõi aliis, quia diuina uirtus noſtra reparatio-
ne non eguit, ſed tamẽ ea bonitate qua nos condidit, eadem nos reformare uoluit: Matth. 8.
& ad hoc medicamen nunquam forte poſuit, ſed q̃ lenius complexioni ęgrotantis
competere perſpexit appoſuit. Solent quippe medicinę periti ęgritudines quas curã
das ſuſcipiunt aliquando curare per contraria, aliquando per ſimilia. Hoc fecit domi
nus noſter Ieſus Chriſtus, ſua paupertate nos ditans, ſua humilitate nos ſubleuans,
ſua infirmitate nos ſanans, ſua morte nos viuificans. Sic ratione medicinę ſicca hu-
midis, humida ſiccis, calida frigidis, opponuntur, & minus fortia contraria à fortiori
bus contrariis ſuperuenientibus ſuperantur. Simili ratione, ſimilia ſimilibus oppo-
nuntur, cum ſecundũ quantitatem uulnerum uel tumorum menſuratur longitudo
uel latitudo epithematum. Sic ſcorpionum carnes oleo coctæ percuſſionibus meden
tur ſcorpionum, ſic theriaca de ſerpentis carne confecta, morſibus ſerpentinis occur
rit, & potiones ueneno infectas in potu ſumpta expellit. Ad hanc ſimilitudinem me
dicus noſter mortem carnis noſtrę de ſerpente uenientem, carnis ſuæ morte ſanauit
& ad immortalitatis ſuę ſpeciem in tempore reſtitutionis complendam reformauit.
Vbi diligentius attendendum eſt, q̃ mors quæ per lignum uenit, per lignum ſupera-
na eſt, Et ipſa ligni forma longitudini & latitudini & altitudini humani corporis con
figurata eſt, quorum ſicut totum corpus motum eſt ut manus ad uetitum extende- Gene. 3.
retur, ita corpus per omnia membra ſua in cruce diſtenderetur: & totum quod rea- Ephe. 3.
tu paterni delicti confractum fuerat, hoc emplaſtri malaxatione cõ ſolidaretur. Sed 3. Reg. 36.
huic medicamento per ſimilia compoſito, admixtum eſt & medicamentum factum
per oppoſitum. Nam hic ſanauit obedidntia, quod ibi corruperat inobedientia. Et
quod ibi contaminauit gulæ oblectamentum, hic reformat crucis tormentum. Con
tinetur in hac crucis figura altius ſacrm, quod quanto eſt altius, tanto attendendum
diligentius. Intelligitur nanque in latitudine, crucis dilectio proximi, quę non tan-
tum uſque ad amicos, ſed etiam extendenda eſt uſque ad diligendos inimicos. Intel-
ligitur quoque in eiuſdem logitudine, longa & perſeuerans laborum & perſecutio- In lib'. 50.
num ſuſtinentia, quam patienter ferre debet ad patriam ſuſpirans noſtra peregrina- Ho. Ho. 3.
tio, tam pro dilectione proximorum quàm pro exhibitione omnium bonorum ope Crucis fi-
rum. Figuratur ſimili ratione in altitudine eius eminentia ſpei penetrans vſquę ad gura quid
interiora velaminis, vbi uiſione pacis perfruentur qui hic à ciuibus Babyloniæ mul obũbret.
tipliciter exercentur donec in libertatem gloriæ filiorum dei à ſeruitute corruptio- Hebr. 6.
nis huius liberentur. Significauit hanc charitatis latitudinem dominus Ieſus in cru
ce caput ad Orientem erigens, pedes ad Occidentem ſubmittens, manus ad Aquilo- Rom. 8.
nem & Auſtrum extendens, vt adimpleretur quod de ſe ante paſſionem ſuam prædi
xerat, Cum exaltatus fuero à terra, id eſt, cum crucifixus fuero, omnia trahã ad meip
ſum. id eſt, uocabo ad me totum mundum, Hoc ſacramento crucis ſanctus Heliſæus
Sunamitum filium os ori, manus ſuas manibus eius applicans orando ſuſcitauit, &
uiuum matri reſtituit. Eiudẽ uirtute ſacramenti Moyſes in deſerto bis ſilicem uirga
percuſſit & ſitiẽti populo aquam de petra produxit. Bina quippe percuſſio, duorum 4. Reg. 4.
lignorum figurate intelligitur in cruce facta cõpactio. Bis ergo petra percutitur, cũ Num. 20.
Chriſtus de quo dicit Apoſtolus, Petra aũt erat Chriſtus, in duobus lignis crucis ex-
tenſus lãcea perforatur. De hac petra aqua profluxit, cum ſanguis redemptionis & 1. Cor. 10.
aqua baptiſmatis, quibus in nouum hominem tranſformamur de latere Chriſti ma-
nauit. Præterea inter has crucis dimenſiones ſolerter attendenda eſt crucis profun-
ditas, quia profundum eſt myſterium crucis, in quo multorum qui ſapientes dice-
bantur ingenia defecerunt, ꝙ hoc auſi ſunt reprehendere, quod non potuerunt hu-
mana ratione comprehendere, uidelicet cur verbum deo patri cœternum, omnia
implens in aſſumpto homine totum ſe concluſit, & tamen totum mundum regere,
complere & continere non deſierit, non ſatis conſiderantes quod valet in minori,
multo magis poſſe valere in maiori, cum uox vna & tota de ore loquentis prodeat,
& tota multorum hominum aures perueniat. Qui de hac quæſtione ſcrupuloſius
diſputant, & tanquam clauſo oſtio ad parietem palpant, audiant primum dicen-
tem Apoſtolum, O homo tu quis es qui reſpondeas deo? Demum miteſcant, & Rom. 2.
cum pietate pulſent ut aperiatur eis, & iuſtum fuiſſe conditorem in condemnando,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& misericordem in redimendo credant,nec potuisse sanari sine misericordia,quod iu
ste condemnauerat omnipotentis iustitia. Hic consequenter aduertant cur vsque
ad captiuati hominis paupertatem & crucis ignominiã se humiliauerit diuina om 264
nipotentia,quæ in paradiso reum hominem condẽnauerat iusta sententia. Cum.n. G
de perpetrata a domino argueretur inobedientia,nõ se humiliter vt culpa exigebat
Gala.3 accusauit sed authorem superbe accusauit,dicens, Mulier quam dedisti mihi,dedit
mihi fructum & comedi.Hæc dicendo se putauit excusatum,& sic creatorem mulie-
ris conditoremq; ad peccandum virum traxerat in culpam.Qui si humiliter se accu-
sasset,& in authorem suum culpam non retorsisset,a paradiso non exulasset.Erat au
tem contra diuinam iustitiam si reum impœnitentem in pristinum gradum restitue
ret,& non vsque ad dignum pœnitentiæ fructum qua vellet ratione compelleret. Di
uina itaq; sententia morti est iudicatus,& cum tota posteritate quæ de lumbis eius
erat processura,eiectus est de paradiso & ærumnoso condemnatus exilio. Et quia si
ne pœnitentia in statum suum redire non poterat, monendus & admonendus erat
ad pœnitentiam,vt reformaret volũtaria & subiecta humilitas,quod corruperat ma
le erecta iniquitas.Non enim conueniens erat,vt inuitus traheretur ad pœnitentiã,
qui spontaneus corruerat in pœnam:ne itidem ingratus existeret suæ reformationi
sicut ingratus extiterat primę conditioni.Prouisum est igitur tale medicamentum 264
quale conueniebat ægroto,quod duritiam tumoris sic emolliret vt mollefactus spon H
Psal.61 te mortiferum virus effunderet,dicente Psalmista,Effundite coram illo corda vestra
idest,per confessionem elicite de conscientiis vestris omnia immunda. Quod quan
diu tardauit facere mundus,tandiu remansit immũdus.Vt ergo hoc fieret misit me
dicus noster præcones & testes suos ante se legislatores & prophetas,qui corda audi
torum ad pœnitentiam præpararent,& et in tempore gratiæ testimonium perhibe-
rent.Venit ipse medicus in tempore plenitudinis publice, predicauit causam aduen
Mat.4 tus sui,factus doctor medicinæ,dicens,Pœnitentiam agite,appropinquabit enim re
Mar.16 gnum cœlorũ,& item,Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit,hoc consilium
medicinæ acceperunt multi. Contemptoribus placuit adhuc magis sibilus serpentis
perimentis,quam persuasio medici redimentis.Filius adoptionis audiuit,& obaudi-
uit voci promittentis qui in paradiso non obedierat precepto mortem comminãtis,
Expleta dispensatione doctrinæ suæ,& cæcitate in Israel ex parte perdurante, tande
Rom.11 exhibuit se medicum & fecit de seipso medicamentum.Exhibuit se sacerdotem,& se
cit seipsum sacrificium,vt compleret ad quod venerat, & probaret quanta dilectio-
ne dilexerat eos,pro quibus corpus suum in ara crucis offerebat: vnde & in Euange
Ioan.15 lio suo ante prædixerat,Maiorem charitatem nemo habet, quã ut animam suam po 264
Roma.5 nat quis pro amicis suis,hinc est quod Apostolus dicit. Commendat charitatem suã I
deus in nobis,quia cum inimici essemus reconciliauit nos sibi per mortem filii sui.
Et quia naturale est vt homines diligentes se diligant, hac humilitate & charitate
humiliata est & liquefacta duritia mundi,vt agnosceret beneficium suæ reparatio-
Psal.48 nis,quæ non agnouerat excellentiam suæ conditionis: vnde Psalmista,Homo cum
in honore esset non intellexit,cõparatus est iumentis insipiẽtibus, & similis factus
est illis.Postquam vero ad se reuersus est,& per dilectionem redimentis, & eruditio-
nem admonentis cognouit de quanta corruisset gloria,& in quanta versaretur mi-
Psal.25 seria,expertus est quam magna indigeret misericordia, & impletum est quod dicit
Psalmista,Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,postea acceleraverunt. Prædicata
est exin virtus crucis per vniuersum mũdum,quæ partibus suis per quatuor mun
di partes est extensa,& totum mundum sua malaxatione complexata. Nec iam po-
tuit mundus ex toto esse ingratus, qui tanta fuerat charitate sanatus. Crucifixus
noster a morte surrexit & cœlos ascendit,crucem nobis in memoriam suæ passio-
nis reliquit,crucem reliquit ad sanitatem.Hoc signum præsidium est amicis, obsta-
culum est inimicis. Huius crucis mysterio rudes catechizantur,eodẽ mysterio fons
regenerationis consacratur eiusdem crucis signo per manus impositionem baptiza- 264
ti dona gratiarum accipiunt. Cum eiusdem crucis charactere basilicæ dedicantur,al K
Psal.133 taris sacramenta cum interpositione dominicorum verborum conficiuntur: sacer-
dotes & læuitæ per hoc idem ad sacros ordines promouentur. Et vniuersaliter om-

nia ecclesiastica sacramenta,in huius virtute perficiuntur. Qui hoc mare magnum
& spatiosum,in quo sunt reptilia quorum non est numerus,absque naufragio tran
sire desiderat,crucem sequatur,crucem teneat,& eam non deserat donec ad optatũ
salutis portum perueniat Hoc cursum nostrum dirigit,hoc ad agonem nos instruit
hoc in luctamine adiuuat,hoc ad victoriam prouehit, hoc ad coronam peruehit, hoc
maleficia destruit,& omnia dæmonum machinamenta ad nihilum redigit, Et quod
faciebat in terris corporis Christi presentia,hoc facit cum fideli inuocatione nomi-
nis Christi victoriosæ crucis insignita memoria. Longum est per singula virtutem
crucis exponere, Qui vero in angaria Christi crucem portat, poterit plura de eius
virtute experimento cognoscere,quam possit sermo retexere vel humana cogitatio
comprehendere.

Item in eodem festo,Sermo. Vos inquam, conuenio o Iudæi & cætera, qui insertus
est in sermone quarto de tempore.
Item in eodem festo, Sermo, Legimus & fideliter retinemus &c. qui habetur inter
sermones de tempore. IX.

DE SANCTIS QVORVNDAM INTER PASCHA & Pentecosten occurrunt.

DE SANCTIS PHILIPPO ET IACOBO,

In festo sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum,Homilia de eo quod scriptũ est
secundum Ioannem, Non turbetur cor vestrum, neque formidet & cætera inci-
piens,Erigenda &c.quæ sumpta est ex expositione doctoris,Ibidem. Ioan. 14
Et ex sermonibus de verbis domini LIIII.& sequentibus. Et ex libro Quinquagin
ta Homiliarum. XXXIIII.

DE INVENTIONE SANCTAE CRVCIS.

In festo inuentionis sanctę crucis,Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio se
cundum Ioannem,Erat homo ex Pharisæis & cætera. Incipiens, Nicodemus ex
his erat &c.quæ sumpta est ex expositione doctoris ibidem. Et ex sermonibus de
Verbis Apostoli XIIII.Et ex libro Quinquaginta Homiliarum III.
De cæteris sanctis quorum festa eodem tempore occurrunt,Homilia de eo quod scri
ptum est in Euangelio secundum Ioannem, Ego sum vitis vera & cætera inci- Ioan.15
piens,Iste locus euangelicus &c.quę sumpta est ex expositione doctoris. Ibi. Et
ex sermonibus de Verbis domini.LIX.

DE SANCTO IOANNE BABPTISTA.

In vigilia sancti Ioannis Baptistæ,Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio se
cundum Lucam, Fuit in diebus Herodis regis Iudeæ &c.quæ habetur in lib.Quin Luc.1
quaginta Homiliarum. XLIIII.

In festo Ioannis Baptistæ. Sermo. I

POst illum sacrosanctum domini natalis diem nullius hominum natiuitatem Ser.20.
legimus celebrari,nisi solius beati Ioannis Baptistæ. In aliis sanctis & electis
dei nouimus illum diem coli,quo illos post consu,mmationem laborum & de-
uictum triumphatumq; mundum in perpetuas æterni ates.præsens hæc uita partu
riit. In aliis consummata ultimi diei merita celebrantur, in hoc etiam prima dies &
ipsa etiam hominis initio consecrantur,pro hac absque dubio causa, quia per hũc
dominus aduentum suum,ne subito homines insperatum non agnoscerent, voluit
esse testatum.Ioannes autem figura fuit ueteris testamenti, & in se formam prætu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lit legis: & ideo Ioannes prænunciauit Saluatorẽ ſicut lex gratiã præcucurrit. Quod autem nondum natus de ſecreto materni vteri prophetauit, & expers lucis iam teſtis eſt veritatis, hoc eſt intelligendum, ꝙ latens ſub velamine & carne literę, & redẽptorem mundo ſpiritu prædicauit, & nobis dominum noſtrum de quodam legis vtero proclamauit. Ergo quia Iudæi errauerunt a ventre ideſt a lege quæ a Chriſto gra
Pſal.57 uida erat. Errauerunt a ventre locuti ſunt falſa, ideo hic venit in teſtimonium, vt te
Ioan.1 ſtimonium perhiberet de lumine, Quod autem Ioannes in carcere conſtitutus ad
Mat.11. Chriſtum diſcipulos ſuos ordinat, lex ad euangelia tranſmittit. Quæ lex iuxta typũ
Ioannis quaſi ignorantiæ clauſa carcere in obſcuro & in occulto iacebat, & Iudaica
Ioan.5 cęcitate ſenſus intra literam tenebatur incluſus: de hoc beatus Euangeliſta prolo-
quitur, ille erat lucerna ardens ideſt ſpirituſſancti igne ſuccenſus, vt mundo ignorantiæ nocte poſſeſſo, lumen ſalutis oſtenderet, & quaſi inter denſiſſimas delictorũ
Mat.3 tenebras ſplendidiſſimum iuſtitiæ ſolem, lucis ſuæ radio demonſtraret, & de ſeipſo
dicens, Ego vox clamantis in deſerto. Videamus in quo deſerto ideſt in gentilium
populo. Vacua enim timore dei pectora, & ſpirituſancto carẽtia deſerto ſqualen
tis eremi comparantur. Deſertus enim erat hic mundus ab omni cultura fidei & ti
moris dei, & peccatorum ſpinis obſitus ſqualebat tanquam ager incultus, & nullam 265
penitus, bonorum operum fœcunditatem attulerat, nullum imbrem gratiæ ſpiritaC
lis acceperat. Mittitur beatus Ioannes qui eum per propheticam atque apoſtolicã
prædicationem annunciando pœnitentiam, quaſi rudem campum proſcinderet, fœcundaret & excoleret, diuini verbi ſeminibus impleret, & ad maturam frugem ideſt
Luc.1. ad regenerationis gratiam præpararet. Iam illud quantæ gloriæ eſt, ꝙ Zachariæ ſacerdoti ſeni & Heliſabet ſterili a Gabriele ideſt ab illo angelo promittitur a quo Mariæ natiuitas domini nunciatur, & quaſi ex aliquo ſimilis domini præmittitur filius ſterilis ante filium virginis, neſcio quod maius miraculum ipſa natiuitate declarans. Inſperata prole proſteritas muneratur, quia nouo partu erat muneran-
Pſal.18. da & ditanda virginitas. Præmittitur ante Ieſum Chriſtum Ioannes, quaſi teſtamentum vetus ante nouum, vt dies diei eructet verbum & ſacramentorum obſcura profunditas euidentioribus nouæ doctrinę myſteriis reueletur. Præmittitur ergo
Mat.3 lucerna ante ſolem, ſeruus ante dominum, amicus ante ſponſum, præco ante iudicem, vox ante verbum: & ideo de ſe dicit, Ego vox clamantis in deſerto. Quid
Quid in- eſt quòd beatus Ioannes vocem ſe eſſe dixit? Id eſt, quia verbi annunciator & præter verbũ dicator erat. Hic iam ſolicite requiramus, quid inter verbum ſit & vocem. Scri-
ſit & vocẽ pturæ ſanctæ verbum eſſe definiunt, quod intra animi ſilentium mente concipimus: verbum eſſe definiunt ipſam cogitationem quæ adhuc intra conſcientiæ 265
ſecreta retinetur, uocem uero per quam uerbum profertur in medium. Vox ioD
nus eſt, iudex cogitationis, verbum vero ipſa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus neceſſaria eſt vox quaſi quoddam vehiculum verbi, & quamlibet verbum ipſum per oris ſonum ad alium tranſferamus, tamen illud integrum etiam intra nos ideſt clauſum a loquente tranſfertur, vt tamen in ſua ſede teneatur: ita & omnipotens pater innoteſcere nobis volens, ſapientiam & ver
Ioan.1 bum illud quod in principio erat deus apud deũ, ſicut ipſe teſtatur, Eructauit cor
Pſal.44 meum verbum bonum, beatum Ioannem quaſi vocem per quam ad nos verbum ſuum proferret aſſumpſit. Quod quidem verbum de illa ſede ita ad nos deſcendit, vt in ſinu ideſt in profundo paterni pectoris permaneret, terrena viſitans, & cœleſtia non relinquens. Hanc itaque gloriam beatus Ioannes Baptiſta non de longinquo ſicut reliqui prophetæ, ſed vicinus & proximus anteceſsit. Illi aduentum regis ante multa tempora prędicauerunt: alii dixerunt, quandoque venturus eſt,
Ioan.1 alii, ecce cito venit, iſte autem quem venturum prædixit, digito oſtendit, & prophe
tiam ſuam per ipſum quem annunciabat aſsiſtentem compleuit. Adhuc itaque in
vtero matris ſuæ, ſpirituſancto eſt repletus, & ſuam ipſius natiuitatem prophetan 265
do præuenit. Ad ſimilitudinem domini ſanctificatus antequam natus, inter uiſcera E
exultans, & Saluatoris aduentum materno ore proteſtans. Vere lucerna ardens, in
quo tam ſingularis gratia diuinæ dignationis effulſit, vt iã iamꝙ affore redempto-

rem ſanctæ genitricis voce narraret, & per eam velut per quãdam veritatis lucernã, nondum in lucem prolatus oſtenderet. Hic eſt ille qui noui & veteris teſtamenti idoneus mediator, & glorioſi agni dignus oſtenſor, qui dominum ſuum & annunciare vno tempore meruit & videre, vna eademꝙ ſuæ natiuitatis ętate & noua inci-
piens & vetera concludens: de perſona huius Euangeliſta teſtatur, A diebus Ioãnis Matt.11.
regnum cœlorum vim patitur. Nouimus quia familiariter mens humana in diuerſis huius mundi illecebris & concupiſcentiis deuicta fugit laborem, expetit voluptatem, & vix adducitur vt conſuetudinem a ſe vitæ prioris excludat: ſed cum cœperit cogitare vltimi diei nęceſsitatem, ac futuri iudicii pondus, incitata & ſtimula
ta vel ſpe premii vel timore ſupplicii, voluntarium bellum indicit paſsionibus & vim facit priſtinis ſuis deſideriis, & violenter ſe vincere ipſe contendit. Non enim ſine violentia fieri poteſt, vt de abundantia & delitiis ad famam & ſitim ad abſtinentiam & crucem tranſeat, ut ſomno prius atque otio amicam carnem contritione vigiliſq; conficiat. Non, inquam, ſine violentia fieri poteſt, vt vnusquisque iracundiã patientia, ſuperbiam humilitate commutet, amore paupertatis diuitiarum ac ſuffi-
cientiæ affluentiam ſuperet, vinolentiam ſobrietate luxuriam caſtitate condemnet, & homo ſubito in virum tranſformetur perfectum, & quodammodo alter reddatur
ex altero, ac ſic a talibus per violentiam regnũ cœleſte diripitur. Duo autem ſunt
abſtinentię & crucis genera, & vnum corporale, aliud ſpiritale. Vnum a potu atque Abſtinenepulis temporale, appetitũ gulæ a delectationibus & molliſsimis ſuauitatibus coer- tię & cruceré, & ab his quæ per tactum & guſtum viſumꝙ decipiunt ſenſum viriliter reuoca cis duo gere, ac violenter abſtrahere. Alterum abſtinentiæ, & crucis genus eſt pretioſius atque nera.
ſublimius, motus animi regere, & perturbationes illius modeſtiæ tranquillitate pla
care, iræ ac ſuperbiæ impetus quaſi feram beſtiam refrænare, litigare quotidie cõtra vitia ſua, increpare ſe quadam cenſura auſteritatis & virtutis, & rixam quodammodo cum homine interiore conſerere. Pretioſa in conſpectu dei & glorioſa crux, cogi
rationes malas in poteſtatem redigere, voluntates proprias abnegare, eaꝙ interiori
examinatione diſcutere, & regentis imperio ſubiugare. A ſermone atque opere quo
anima læditur tanꝝ a cibis noxiis abſtinere, & ſenſum ab his quæ contraria ſunt ſpiritali temperantia ſobrium cuſtodire. Hæc qui facit, prærupto paſsionis muro uiolẽter ad cœlorum regna conſcendit. Vim itaque ſibi factura eſt anima, vt palmam labo
rum quam ſibi ſubtrahi multis inimici aduerſantibus ſentit, viribus contendat eripere. Neceſſe ergo eſt cum ſummo labore ex hoc mundo rapere palmam ſalutis, &
quaſi excubantibus & circũiectis hoſtibus obſeſſos per vigili intentione fructus de
cerpere, & prædam a theſauro vitæ velut de medio abretam ſeculi huius incendio reportare. Eſt & aliud direptionis genus quando aliis promiſſa & oblata diripimus.
Saluator ad hoc vel maxime ſuſcepta incarnatione deſcenderat, ut Iudæorũ populũ
iuſtificaret: ſicut ipſe in Euangelio loquitur, Non ſum, inquit, miſſus niſi ad oues ꝙ Mat.15
perierunt domus Iſrael. Sed & diſcipuli ita incredulam ſynagogæ plebem coargue- Acto.13.
bant, Vobis, inquiunt, prius oportuerat uerbum dei loqui, ſed quia vos indignos iudicaſtis æternę vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ergo cum Iudæi munera ſibi para
ta reſpuerent, publicani & peccatores ex gentibus crediderunt, ac ſi rapit eccleſia ſy
nagogæ regnum. Regnum enim noſtrũ Chriſtus eſt. Rapimus itaq; eũ, cũ a Iudæis Mat.28
occiditur, ſepelitur a nobis. Rapimus itaque eum illis dormientibus, ſic vt ipſi in Euangelio confitentur, Dicite, inquit, quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt eum nobis dormientibus. Surgat ergo qui dormit, ne forte Chriſtum
per negligentiam reſolutus amittat, dum mens eius in infidelitate & in corpore
dormitat. Rapitur itaque regnum cœlorum, dum negatur a domeſticis, & a gentibus adoratur. Rapitur cum aliis ad ſalutem mittitur, ab aliis inuenitur. Cum
enim ſui eum recuſant, ſuſcipiunt alieni. Inſectantur proprii, complectuntur inimici. Quando hæreditatem ciuis reſpuit, peregrinus inuadit: Filius repudiat, Mat.11
ſeruus recognoſcit. Adhuc & alio ordine, regnum cœlorum uim patitur, quando illud homines acquirunt quod angeli perdiderunt, quando illuc adoptati humiles aſcendunt, vnde ſuperbi incolæ ceciderunt. Ergo cum inter tantos inuidos, inter tantos latrones, & inuiſibiles inſidiatores viuamus, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tandem viribus cœlorum regna capiemus? Quis,inquam,nisi obediendo doctoribus,& vitiis & iniustitiis ex cupiditate nascentibus resistendo, deflendo peccata, & ea ieiuniis atque eleemosynis redimendo?

In eodem festo, Sermo I L

Ser. 21. Lucæ. 1

NAtalem sancti Ioannis fratres charissimi hodie celebramus, quod nulli vnquã sanctorum legimus fuisse concessum. Solius enim domini & beati Ioannis dies natiuitatis in vniuerso mundo celebratur & colitur. Illum enim sterilis peperit,illũ virgo concepit: In Helizabet sterilitas vincitur,in beata Maria conceptionis cõsuetudo mutatur. Helizabet virum cognoscendo filium genuit, Maria angelo credidit & concepit. Hominem concepit Helisabet,hominem & Maria. Sed Helizabet solum hominem,Maria deum & hominem. Quid sibi ergo vult Ioannes? Vnde inter positus? vnde præmissus? Magnus igitur Ioannes, cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet,dicens, Non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Præcellit cæteros,eminet vniuersis. Antecellit prophetas, supergreditur patriarchas,& quisq; de muliere natus est,inferior est Ioanne. Dicit fortasse aliquis si inter natos mulierum Ioannes maior est,maior est Saluatore. Absit Ioannes enim natus mulieris, Christus virginis natus est, Ille corruptibilis vteri sinibus effusus est,iste impollutæ virginis flore progenitus. Ideo autem cum Ioannis natiuitate domini generatio deputatur, ne dominus extra veritatem videatur conditionis humanę si comparetur hominibus. Ioannes præmissus est ante deum. Tanta in illo excellentia erat,tanta gratia vt ipse paratus sit Christus. Quid ergo dixit de Christo: Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Quid ergo nos? Omnes prophetæ,patriarchę, Apostoli, quotquot sancti,& ante incarnationem præmissi,vel ab incarnato missi,omnes nos de plenitudine eius accepimus. Nos vasa sumus,ille fons est. Si ergo intelligimus mysterium fratres mei Ioannes homo est,Christus deus est. Humilietur homo vt exaltetur deus,secundum illud quod de domino ipse Ioannes dixit,Illum oportet crescere,me autem minui. Vt humiliaretur homo,hodie natus est Ioannes,quo incipiunt decrescere dies. Vt exaltetur deus,eo die natus est Christus quo incipiunt crescere dies. Magnum sacramentum fratres charissimi. Ideo celebramus natalem Ioannis sicut & Christi,quia & ipsa natiuitas plena est mysterio. Quo mysterio nisi humilitatis nostræ,sicut natiuitas Christi plena est mysterio altitudinis nostræ? Ergo in homine minuamur,vt in deo crescamus. In nobis humiliemur, vt in illo axaltemur. Humilietur humana præsumptio, vt crescat diuina miseratio. Nam huius rei sacramentum etiam in passionibus amborum impletum est. Vt minuatur homo,caput Ioannis abscinditur: vt exaltetur deus, Christus in ligno suspenditur. Quare autem beatum Ioannem dominus & saluator noster lucernam esse dixerit,& quare eum mitti ante se voluerit,breuiter si iubetis, charitatis vestræ auribus intimabo. Præmissus est enim velut vox ante verbum,lucerna ante solem, præco ante iudicem,seruus ante dominum, amicus ante sponsum. Et quia vniuersum mundum peccatorum tenebræ & nox infidelitatis oppresserant, & solem iustitiæ aspicere non valebant,beatus Ioannes quasi lucerna præmittitur, vt cordis oculi a lippitudine iniquitatis oppressi fuerant magnum & uerum lumen videre non poterant,ad lumen lucernæ primum quasi tenuem splendorem uidere consuescerent,vt paulatim peccatorũ nubilo remoto & infidelitatis humore digesto, adueniente xpo ab illo cœlesti lumine lætificari possent potius quàm retorqueri. Sicut enim lippientes oculos ad uidendum prouocas,si exiguũ splendorem lucernæ ostenderis,& amplius crucias si lumen magnum ingesseris: ita dominus & saluator noster,qui est lumen uerum,nisi prius beatum Ioannem velut lucernam præmitteret, claritatem eius totus mundus sustinere non posset: loquatur Ioannes & dicat, Ego uox clamantis in deserto. Vox erat,quia verbi dei spiritu replebatur. Sicut sermo uocis quodãmodo ministerio ac uehiculo ad audientem a loquente transmittitur,ita Ioannes Christum sonans,verbi erat minister & portitor. Sanctus,inquam, Ioannes typum in se legis,quę Christum longe per signa & indicia monstrabat,ostendit,& ideo missit ad

Mat. 11

Ioan. 1.

Ioan. 3

Mat. 14
Mat. 27.

Matt. 3.

Christum

Christum duos de discipulis suis. Isti duo discipuli a Ioanne ad Christum missi,forte duo populi sunt,quorum vnus ex Iudæis credidit, alter ex gentibus. Ioannes dirigit ad Christum, lex mittit ad gratiam, & per euangelii fidem veterem desiderat astrui veritatẽ. Nos ergo fratres dilectissimi vt tam sanctam festiuitatem non solum corporali,sed etiam spirituali cum gaudio celebrare possimus, secundum vires nostras ad dandas eleemosynas, & ad tenendam cum omnibus pacem nostros animos præparemus,& ab omni scurilitate vel turpi loquio non solum nosmetipsos, sed & omnem familiam nostram, & vniuersos ad nos pertinentes pro amore dei de zelo sanctæ disciplinæ prohibere totis uiribus laboremus, nec permittamus solennitatem sanctam cantica luxuriosa proferendo polluere. Tunc enim pro nobis sanctus Ioannes quicquid petierimus poterit obtinere,si nos festiuitatem suam pacificos,sobrios,castos,absque vllo turpiloquio cognouerit celebrare. Hæc ergo fratres charissimi pro paterna solicitudine suggero,nam deo propitio ita de vestra deuotione cõfido,ꝙ non solum vosipsos,sed etiam omnes qui ad vos pertinent cum omni honestate castos sobriosꝙ conseruetis. Vnde deo gratias agens supplico, ut qui vobis dedit ea quæ sancta sunt fideliter incipere,concedat uobis fœlicem perseuerantiam custodire,qui cum patre & spiritusancto uiuit & regnat,&c.

Mat. 11

In eodem festo, Sermo III.

Ser. 22.

AVrum de terra eligere qui nouerũt,vbi diuitẽ senserũt venã,ibi quicquid artis est,quicquid laboris impendunt. Et nos fratres quia in sancto Zacharia cœlestem vidimus latere thesaurum, in ipso totũ quod sermonis est nostri, quod vestri auditus est occupamus,quatenus commune lucrum sit,quod fuerit communi labore acquisitum. Fuit,inquit,in diebus Herodis regis Iudææ,sacerdos quidem nomine Zacharias,& vxor eius de filiabus Aaron,& nomen eius Helizabet,Et erãt,inquit ambo iusti ante deum,incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela Beati igitur fratres quos in seculo isto aliqua culpa non percutit,nullũ vulnerat crimen. Beati planẽ isti quos ulla non potuit aliquando tangere querela. Incedentes,inquit,in omnibus mandatis & iustificationibus domini sine querela Si pueritia,si adolescentia,si iuuentus eorum extitit sine querela, ubi tamen maxime solet esse querela,qualis esse potuit eorum senectus? Si tale fuit initium, qualis esse potuit finis: Et non erat,inquit,illis filius,eo quod esset Helizabet sterilis. Non dixit, non erant illis filii: sed,non erat illis filius: quia singularis futurus erat, qui erat de talibus nasciturus: audi dominum dicentem, Non est maior inter natos mulierum Ioanne Baptista. Eo quòd esset Helizabet sterilis. Erat quidem sterilis corpore, sed fœcunda virtutibus. Tarda soboli, sed non tarda deo. Non germine clausa sed tempore,non negata pignoribus,sed seruata mysterio. Fratres, Helizabet sanctę partus non ablatus est,sed dilatus,donec pertranseret tempus carnis passio corporis, coniugii necessitas, voluptatis causa,cupiditatis sensus, & totum quod humanam confundit,grauat,onerat conscientiam. Mũdabatur enim longo tempore sacrificii domus, sanctitatis hospitium metatum metatoris Christi,angeli domicilium,aula spiritus sancti,dei templum. Dei templum estis,inquit Apostolus, & spiritus dei habitat in vobis. Denique ubi tota corporis sedata est querela,& in toto facti sunt sine querela,vox sterilitatis fugit,reuiuiscit senectus, fides concipit,parit castitas,nascitur maior homine,par angelis,tuba cœli,præco Christi,arcanum patris, filii nuncius,signifer superni regis,peccatorum venia,Iudæorum correctio, vocatio gẽtium,& ut proprie dicam,legis & gratiæ fibula quæ diploidem summi sacerdotis sancto patri iungebat in corpore. Euangelista ergo virtutes patris matrisq; describit,ut generantiũ meritis dignitas germinis nosceretur,& probaretur maior homine qui ortu suo excedebat leges natiuitatis humanę. Sed si processurus est iam nascatur Ioannes quia instat natiuitas Christi. Surgat nobis lucifer quia iubar ueri solis erumpit,& vociferetur præco quia adest iudex. Et quia processurus est deus,angelus præcedat. Verum quia quod supra hominem est, homo referre non sufficit,virtutẽ nascentis angeli angelus iam loquatur,Dixit,inquit, angelus ad Zachariam, Ne timueris Za-

Mat. 11

1. Cor. 3.

Luc. 1.

Luc. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

charia,exaudita est enim obsecratio tua, & Helizabet vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem,& erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, vinum & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ,& multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spiritu & uirtute Heliæ conuertere corda patrum in filios,& incredulos ad prudentiam iustorum, parare domino plebem perfectam. Vacat hic fratres magnus sermo, silet prædicatio tractatoris, quando Euangelico præconio Ioannis gloria prædicatur, virtus insonuit, laus collaudatur, nec est quod illi iam adiiciat homo cui deus contulit totũ, Spiritu, inquit, sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, Videtis fratres quemadmodum Ioannes ante peruenit ad cœlum quàm tangeret terram. Ante accepit diuinũ spiritum q̃ humanum. Ante suscepit diuina munera quàm humana corporis mẽbra. Ante cœpit viuere deo q̃ sibi. Imo ante uixit ille domino q̃ deus viueret illi: iuxta illud Apostoli, Iam non ego viuo, sed viuit in me Christus. Sexto, inquit, mense suæ matris exultat in vtero, & in vtero virginis venisse nunciat Christum. Feruens nũcius, qui ante gestiuit nunciare quàm uiuere. Impatiens dux qui antequam perueniret ad corpus, peruenit ad regem, ante rapuit arma quàm membra, ante aciem petit quàm lucem, & vt vinceret mundum, vicit ante naturam. Ipse enim sine visceribus viscera matris exusc itat, & quia tardabat corpus, solo spiritu implet euangelizantis officium. Qui dicam fratres? Ioannes antequam Christum præcederet, seipsum præcesit. Patris, matris, filii corda vnus atque idem implet spiritus sanctus, ut vno sanctitas organo resonet natiuitatis dominicæ cantilena.

Galat.2.

In eodem festo Sermo IIII.

Ser. 23

DIei hodiernæ solennitas, solemnem desiderat tanta expectatione sermonem. Ergo adiuuante domino, ministrabimus uobis quod dederit, recolentes & animo tenentes nostræ officium seruitutis, ut loquamur non tanquam magistri, sed tanq̃ ministri, non discipulis sed condiscipulis, quia nec seruis sed conseruis. Magister aũt vnus nobis, cuius schola in terra est, & cathedra in cœlo. Cuius præcursor Ioannes est natus, cuius natiuitatis dies hodiernus traditur, hodie celebratur. Hoc maiorum traditione suscepimus, hoc ad posteros imitanda deuotione transmittimus. Ioannis ergo non Euangelistę, sed Baptistæ natalem hodie celebramus. Qua prima reposita, occurrit qõ non ꝑtereunda, quare natalem quo est natus ex vtero Ioannes, potius celebramus, q̃ cuiuslibet Apostoli vel martyris vel prophetæ uel patriarchæ? Si interrogemur, quid respondebimus? Quãtũ mihi uidetur, quãtũ mearũ virtũ mediocritati occurrit, est causa hæc, Discipuli dñi nati sunt & ꝑ ætatis accessum ad annos capaciores perducti, in discipulatum assumpti sunt. Illorũ postea fides dño adhęsit, sed nullius illorũ natiuitas dño militauit. Recordemur & ꝓphetas, recolamus patriarchas, nati sunt hoies, ætatis accessu pleni spiritu sancto xp̃m ꝓphetauerũt. Nati sunt ut postea ꝓphetarent: Ioannis aũt dñm xp̃m ipsa natiuitas prophetauit, quę conceptum ex vtero salutauit. Ista vt potuimus soluta qõne, alterã aggrediamur, pro viribus quas dederit dñs. Occurrit n. alia qõ aliquanto, vt mihi videtur, obscurior, & ad perscrutandũ laboriosior, in qua me multũ adiuuabit vestra intentio, & pro mea exiguitate ad dominum deprecatio, Ioannes iste tanta excellens gratia, ut quemadmodum dictum est, dominum etiã ex vtero salutaret, nondum loquendo, sed exultando, cuius gratia in deum iam tunc erat aperta, quando eius caro in carne erat exclusa. Hic ergo Ioannes non inuenitur inter discipulos domini, sed inuenitur potius discipulos habuisse cum domino. Quid est hoc? Quis est iste homo? Homo tantum. Quis homo tantus? quantus tantus homo? Tamen non sequebatur inter discipulos dominum, & sequebantur eum discipuli. Absit ut dicam contra dominum, sed tamen quasi extra dominum. Discipulos habebat Christus, discipulos habebat Ioannes. Docebat Christus, docebat Ioannes. Quid iam dicam? Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus. Plus hic de baptismo dico, a Ioanne baptizatus est Christus. Vbi sunt qui de mynisterio baptismi,

Quare natale Ioan. potius celebram⁹ quã cuiuslibet apostoli uel alteri⁹ sancti. Alia qõ.

arogantia tumidæ animositatis inflãtur? Vbi sunt voces carentes humilitate, elatæ superbia, ego baptizo? Quid dixisses, si Christum baptizare meruisses? Magna iam quãtum aduertit sanctitas vestra apparere, & eminere causa cœpit, qua fuerat Christus á patre mittendus, & Ioannes á patre præmittendus. Prior missus est Ioannes, sed sicut ab obsequentibus anteceditur iudex. Posterior homo creatus est Christus, sed Ioannem creauit deus Christus. Erat igitur Ioannes homo perfectus quidem, & cuius tanta gratia commendata est, vt ipse de illo dicens diceret, In natis mulierum nemo exurrexit maior Ioanne Baptista. Iste ergo tam magnus agnoscit dominum Mat. 11. in paruo magnum agnoscit homo eum qui uenerat homo deus. Si. n. in natis mulie Mat. 11. rum, hoc est, in hominibus, nemo exurrexit maior Ioanne Baptista, quisquis Ioanne plus est, non tantum homo, sed & deus est. Debuit ergo tantus iste, & discipulos proprios habere, & cum discipulis suis magistrum omnium Christum cognoscere. Quod. n. est maius testimonium veritatis, q̃ se humiliando eum agnoscere cui æmulando potuit inuidere? Putari Christus potuit, & noluit, existimari Christus potuit & noluit. Dixerunt homines cum fallerentur in eo, Num forte hic est Christus? Re- Lucæ. 1. spõdit ille quod non erat, ut maneret quod erat. Inde quippe Adam lapsus perdidit quod erat, quia ꝙ non erat usurpauit. Recolebat hoc iste magnus, sed in paruo Christo minimus. Nouerat hoc, recolebat hoc & tenebat, quia recipere ꝙ perdiderat cogitabat. Hõ ergo iste, vt dixi, magnus Ioãnes, cui dñs tale perhibuit testimoniũ, quem sic veritas comendauit vt diceret, In natis mulierum non exurrexit maior Ioãne Ba- Matt. 11. ptista: potuit credi xp̃s, imo iam ab eis qui eis magnitudinis gratia fallebantur crede batur Christus, & in illo morerentur nisi ab illo cofitente corrigerentur. Respõdit ergo putantibus & ait, non sum ego xp̃s: tanq̃ diceret, Certe in honorem meum ita fal Ioan. 1. lumini, & certe mihi hoc putãdo magnã additis laudem, sed debeo cognoscere, ut uobis errantibus ille possit ignoscere. Si. n. quod nõ erat fallaciter putaretur, ab illo qui erat veraciter amputaretur. Premissus est ergo Ioãnes, vt dñm humilem baptizaret. Baptizari. n. dñs pp humilitatem uoluit, non pp iniquitatẽ. Dominus xp̃s quare est baptizatus? Dominus xp̃s dei filius vnigenitus, quare est baptizatus? Inueni quare est natus, & inuenies quare sit baptizatus, Ibi quippe inuenies humilitatis uiam q̃ pe de superbo non capis. Quã nisi humili pede calcaueris, ad celsitudinẽ quo ducit per- Phil. 2. uenire non poteris. Baptizatus pp te. Vide quantus factus sit tantillus. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Non. n. erat rapina, sed erat naturæ æqualitas filii cum patre Ioannes si se xp̃m putari uellet, illi rapina esset. Non ergo rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Erat. n. & sine rapina, erat coæternus, ab æterno natus erat. Tamen semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs, hoc est, formam hominis. Qui cum in forma dei esset, semetip̃m exinauiuit. Suscepit quod non erat, ita ut non perderet qđ erat. Manens deus, hoiem assumpsit, Formam serui accepit & factus deus hõ, á quo factus est homo. Vide ergo quæ maiestas, quæ potestas, quæ sublimitas, q̃ cum patre æqualitas. Venit pp nos ad indumentum formę, & intellige illã á magistro tantę humilitatis uiam: qm̃ plus est ꝙ uoluit hõ fieri, q̃ quod uoluit ab homine baptizari. Baptizat ergo, inquã, Ioãnes xp̃m seruus do- Ioan. 1. minum, uox verbum. Mementote. n. ego sum uox clamãtis in deserto, & mementote, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Baptizat ergo, inquam, Ioannes xp̃m, seruus dominum, uox verbum, creatura creatorem, Lucerna solẽ, qui fecit hũc solem, solem de quo dictum est, Ortus est mihi sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Mala. 4. Dequo impii sero pœnitentes in fine dicturi sunt, Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt illa omnia tanquam umbra Sapien. 3. & cum umbris qui secuti sunt umbras. Ergo inquiunt, errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Illis non est ortus nobis. Illis non est ortus Christus, á quibus non est agnitus Christus. Sol ille iustitiæ, sine nube, sine nocte. Ipse non oritur malis, non oritur impiis, non oritur in fidelibus Nam solem istum de cœlo corporeum, quotidiefac it oriri super bonos & Mat. 5. malos. Baptizauit ergo, ut dixi, creatorẽ, lucerna solẽ, & nõ se exꝰlit baptizator, sed subdit baptizãdo.

Item in eodem festo, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Helizabet impletum est tempus pariendi &c. quæ habetur de quæstionibus Euangeliorum libro primo, capite secundo. Et lib. 2. cap. 1. 267 A

DE SANCTIS PETRO ET Paulo Apostolis.

Ioan. 21. In uigilia Petri & Pauli Apostolorum, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Ioannem, Simon Ioannis diligis me plus his? Sermo I.

Ser. 24. APostolum Petrum primum omnium Apostolorum meministis in domini passione fuisse turbatum. Fuit. n. prius audax præsumptor, & postea factus est timidus negator. Promiserat se pro domino moriturum, cum prius pro illo esset dominus moriturus. Quando ergo dicebat. Tecum paratus sum usque ad mortem ire, & animam meam pro te ponam. Respondit ei dominus, Animam tuam pro me pones? Amen dico tibi, priusquàm gallus cantet, ter me negabis. Ventum est ad horam. Et quia deus erat Christus, homo autem Petrus, impleta est scriptura, Ego dixi in pauore meo, omnis homo mendax. Dixit autem Apostolus, Quoniã deus uerax, omnis autem homo mendax. Verax Christus, mendax Petrus. Modo quidẽ interrogat eum dominus, sicut audistis cum Euangelium legeretur, & dicit ei, Simon Ioannis diligis me plus his? Respondit ille & dixit, Domine tu scis quia amo te. Et iterum dominus hoc interrogauit, & tertio hoc interrogauit. Et respondenti dilectionem, cõmendauit gregem. Per singula. n. dicebat dns Iesus Petro dicenti, Amo te, Pasce agnos meos pasce ouiculas meas. In vno Petro figurabatur vnitas omniũ pastorum, sed bonorum qui sciant oues Christi pascere Christo non sibi. Nũquid modo Petrus mendax erat, aut amare se dominum mendaciter respondebat? Veraciter hoc respondebat, hoc enim respondebat quod in corde suo videbat. Quãdo autẽ dixerat, Animam meam pro te ponam, de futuris voluit præsumere viribus. Omnis autem homo qualis sit tunc cum loquitur forte scit, qualis crastino futurus sit quis scit? Reuocabat ergo oculos suos ad cor suum Petrus quando interrogabatur a domino, & fidens respondebat quod sibi videbatur. Etiam domine, tu scis quia amo te, Quod tibi dico, tu scis: quod hic video in corde meo, uides & tu. Non ausus est tamẽ dicere quod dominus interrogauerat, non enim simpliciter dominus dixerat, Diligis me: sed addiderat, Plus his diligis me. i. plus me diligis q̃ isti? De aliis discipulis ille non potuit dicere nisi amo te, non ausus est dicere plus his. Noluit iterum esse mẽdax: sufficeret ei testimonium perhibere cordi suo, non debuit esse iudex cordis alieni. Verax ergo Petrus, an verax in Petro Christus? Quando autem voluit dominus Iesus Christus deseruit Petrum, & inuentus est homo Petrus: quãdo autem placuit domino Iesu Christo, impleuit Petrum, & inuentus est Petrus uerax. Veracem Petrum petra fecerat, petra. n. erat Christus Et quid ei nunciauit quando tertio respondebit amare se Christum, & tertio dominus Petro suas ouiculas commendauit? Prę nunciauit ei passionem suam. Cum esses, inquit iunior cingebas te & ibas quo volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas & alter te cinget, & feret quo tu nõ uis. Euangelista nobis exposuit quid dixerat Christus, Hoc autem dicebat, inquit, significans qua morte clarificaturus esset deum. i quia pro Christo fuerat crucifigendus, hoc est enim extendes manus tuas. Vbi est ille negator? Deinde post hæc ait dominus Iesus Christus, Sequere me, Non sic quomodo prius quando vocauit discipulos. Nam & tunc dixit, Sequere me: sed tunc ad doctrinam, modo ad coronam. Nunquid non quando negauit Christum occidi timuit? hoc timuit pati quod passus est Christum. Sed iam timere non debuit. Videbat enim in carne viuentem quem viderat in ligno pendentem. Resurgendo Christus abstulit mortis timorem, & quoniam abstulerat mortis timorem, merito interrogabat Petri amorem. Ter negauerat timor, ter confessus est amor. Trinitas negationis desertio veritatis: trinitas cõfessionis testimonium dilectionis.

Mat. 26. Ioan. 13. Psal. 115 Roma. 3. Ioan. 21. 1. Cor. 10 Ioan. 21

267 B 267 C 267 D

In festo

In festo Apostolorum Petri & Pauli. Semo. I.

FIlioli mei audite nos, & liberate uos, Currite pro uobis, & nobis prestatis & uobis. Commune erit gaudium nostrum si uos uiderimus induere Christum. Iuuenes & uirgines, seniores cum iunioribus ad gratiam festinent. Mater nostra pariendo nõ discernit ætates. Ipsa genuit Petrum, ipsa parturiuit Paulũ, ut ex lupo fieret agnus. Tanquam ergo natus est Saulus, creuit & factus est magnus. Baptizatus est á matre, illuminatur á deo patre, & cœpit uelle Petrum uidere, & cum quæreret eum uelle uidere, magis eum Petrus cœpit timere. Audiuit. n. Petrus, quia Saulus eum quæreret. Noli timere beate Petre, quia Saulus non te quærit, sed Paulus uas electionis te cupit uidere. O sancte Petre benedic patrem & suscipe fratrem, & habes cum quo potes defendere matrem. O. beate Petre, quia conuersus est Saulus miraris, qualis es tu, erit & ipse talis, & unus uobis erit natalis, Qui fecit ex Saulo Paulum, ipse fecit ex Simone Petrum, Vnus uos honorauit, unus uos coronauit. Mutauit persecutorem, mutauit & piscatorem. Et si te priorem, tamen ambos ditauit honore uno. Veni sancte Paule, ueni sequere Petrum, sed docentem non fugientem. Fugiebat quando te nesciebat. Nam iste beatissimus Paulus, sicut in lectione actuum Apostolorum cum recitaretur audiuimus, cœlesti uoce prostratus est. Dum fureret ad caulas in lupina rabie, & exosum sibi nomen innocentis agni persequitur, dum querit discerpere aut uexare gregẽ, audiuit altisonã vocem, Saule Saule quid me persequeris? Quid frustra insanisti contra nomen meum, & occidisti martyrem meum? Olim quidem debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Et ille, Quis es domine? Et dominus ad illum, Ego sum, inquit, Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Caput de cœlo pro membris clamat. Inquietatur corpus, & de cœlo intonat Christus, Saule inquit Saule quid me persequeris. Quid est, q̃ rugiente Saulo mugit arcanum, & contra fœuitiam pauli militia conqueritur cœli, nisi ut qui non crediderat resurgenti saltem crederet in cœlo sedenti? Nam dicitur Ananiæ, Accede ad eum, & signa eum charactere meo, multa. n. patietur pro nomine meo. Et ille. Domine audiui á multis de uiro hoc quia multa mala fecit sanctis tuis. Ait illi dominus, Vade, quoniã uas electionis est mihi. O beate Anania, merito in timore trepidares, si forti manu non esset cui militares. Ideo promernitur superbia, ut erigatur sanctitas, Venit ergo Ananias, baptizauit Saulum, & fecit paulum. Baptizauit lupum, & fecit agnum, & cœpimus habere prædicatorem, quem habuimus persecutorem. Denique cœpit prędicare Christum, cui antea resistebat, postea paratus pati pro eo contra quem antea pugnabat. Patitur paulus q̃ fecerat Saulus, Saulus lapidauit, paulus lapidatus est Saulus christianos virgis affecit, paulus pro xpo quinquies quadragenas una minus accepit. Saulus persecutus est ecclesiam dei, paulus submissus est in sporta. Saulus uinxit, paulus uinctus est. Et dum Saulus sęuiens querit minuere numerum christianorũ, etiam ipse accesit ad numerum confessorum. Et dum inferret aliis necẽ, susceptus ipse pro eo mortem. Dum intrat lupus rapax in stabula pecudis, subito & ipse factus est ouis. Itaque quis iam desperet de magnitudine criminis, aut de humilitate generis? Nam beatissimum petrum piscatorem modo genibus prouolutis adorat gentium multitudo credentium, per dominum nostrum Iesum Christum &c.

Acto. 9. Acto. 7 Acto. 9. Acto. 9. 2. Cor. 11.

In eodem festo, Sermo. II.

NOtum uobis omnibus est fratres charissimi & uniuerso mundo notissimũ, q̃ beatissimorum petri & pauli natalis sit hodie, nec aliquam partem orbis latere potuit tanta deuotio. Siquidem cum de his dicat Dauid propheta, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. In omni terra mira petri uirtus est, & in fines orbis terræ epistolæ pauli penetrauerunt. Quis. n. non audiuit q̃ primus Apostolus petrus sedenti ad speciosam portam tẽpli claudo, & ex matris suę utero olim iam debili, pedum restituerit firmitatem, ut quod natura minus contulerat, Apostolica gratia repararet? Cum n. claudus ille stipem rogans, aliquid pecunię se ab Apostolis crederet accepturum: ait illi Apostolus petrus, Argentum & Aurum non habeo, sed quod habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge &

Sermo. 16. Hic est inter Ambrosianos. psal. 18. Acto. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambula. Beata plane largitas, quę petenti argentum quidem non contulit, sed contulit sanitatem. Beata largitas, quæ de thesauris suis aurum non protulit, sed protulit
medicinam, Beatus & ille claudus, qui dum stipem quærit pecuniæ, diuitias incolumitatis accepit, Hoc n. ab Apostolis donum meruit, quod nullis thesauris á medicis
Mat. 16. redimere potuisset. Primum ergo signum mirabile quod beatus Apostolus petrus fecit claudo pedum restituendo ut diximus uestigia. Audistis frequenter ipsum petrũ
á domino petram nuncupatum, sicut ait, Tu es petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Si ergo petrus petra est supra quã ædificatur ecclesia, recte prius
pedes sanat, ut sicut in ecclesia fidei fundamentum continet, ita & in homine membrorum fundamenta confirmet. Recte, inquam, pedes Christiano curat, ut iam non
trepidus quis nec imbecilis possit supra petram ecclesiæ stare, sed robustus & fortis
incedere. Vbi autem pauli uerba non leguntur? Quis locus ea literis non scribit,
Acto. 9. corde retinet, conuersatione custodit? Qui paulus á domino uas electionis est nominatus. Bonum vas, in quo prætiosa mandatorum Christi p̃cepta conduntur. Bonum
uas, de cuius plenitudine substãtia uitę populis semper erogatur & plenum est. Optima Apostolorum nomina petra & uas necessaria sunt domui saluatoris. Domus n.
petrarum fortitudine construitur, utilitate uasis ornatur. Petra ad firmitatem nelabantur sustentat populos, uas ad custodiã ne tentetur operit christianos. Exitus uero eorũ de hoc seculo q̃ beatus fuerit, nemo qui ignoret. Nam prima hęc in illis beatitudo est, q̃ ambo una die passi esse noscuntur. s. vt qus una fides seruitio deuinxerat, una dies martyrio coronaret. Deinde ipsa passio licet diuersa in singulis fuerit, tamen una referta est gratia sanctitatis. Nam petrus crucem sicut saluator in exitu pertulit, & dominicæ deuotionis simili morte discerptus est. s. vt quem imitabatur fide, imitaretur & passione. De pauli uero ceruice cum eã persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis unda quam sanguinis, & mirum in modum sanctũ Apostolum baptismi gratia in ipsa nece fecit splendidum potius quam cruentum. Quę
1. Cor. 3. quidem res in sancto paulo stupeuda non est. Quid. n. mirum si abundat lacte nutrator ecclesię, sicut ipse ad Corinthios ait, Lac uobis potum dedi non escam? Hęc est
plane repromissionis illa terra, quam patribus nostris promisit deus dicés, Dabo uobis terram melle & lacte manantem. Non n. de hac terra locutus est, quæ manantibus aquis cœnum iuoluit lutumq̃ permiscet: sed de illa terra pauli & similium pauli, quę suauem potum distillat. Quæ. n. pauli epistolę tanquam ubera ecclesiarũ populos enutriunt ad salutem: De ceruice ergo Apostoli pro sanguine lac manauit. Legimus in epistola ipsius, quia caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Iam igi-
tur paulus possidet regnum, quod caro & sanguis non possunt, quę impedire dicun-
tur regnaturum. Adhuc ergo paulus in terris positus iam in regni cœlestis substantiam transformatur. Ideo fratres charissimi quotiescunque martyrum memorias celebramus, prętermissis omnibus seculi actibus sine aliqua dilatione concurrere debemus ad domũ dei, reddere illis honorificentiam, qui nobis salutẽ effusione sui sanguinis pepererũt, qui tã sacratam hostiã pro nostra propitiatione dño se obtulerũt, prętertimcum dicat ad sanctos suos omnipotens deus, Qui uos honorat me hono-
Lucę. 10. rat, & qui uos spernit me spernit, Quisquis ergo honorat martyres, honorat & xp̃m, & qui spernit Christum dominum nostrum, qui uiuit &c.

Ser. 27. In eodem festo, Sermo. III.

Mat. 16. CVm omnes beati Apostoli parem gratiam apud dñm sanctitatis obtineant, nescio quo tamen pacto petrus & paulus uidentur præ ceteris peculiari quadã in
Clauis. saluatore fidei uirtute pręcellere. Quod quidem ex ipsius domini iudicio poumus
approbare. Nam petro sicut bono dispensatori clauem regni cœlestis dedit paulo tã
Clauis. quam idoneo doctori gentium, magisterium Ecclesiasticę institutionis iniunsit. s. vt
quos iste erudierit ad fidem ille suscipiat ad salutem: vt quorum corda paulus patefecerit doctrina uerborum, eorum animabus petrus aperiat regna cœlorum. Clauẽ
.n. quodammodo á Christo scientiæ & paulus accepit. Clauis. n. dicenda est qua ad
fidem peccatorũ dura referãtur, mentium secreta pãduntur, & quicquid intrinsecus

tenẽtur clausum, in palam rõnabili mani festatione producitur. Clauis, inquam, est
quę & conscĩam ad confessionem peccati aperit, & gratiam ad ęternitatem mysterii Coloss.
salutaris includit. Ambo igitur claues á dño perceperunt, scĩæ iste, ille potentiæ. Diuitias ĩmortalitatis ille dispensat, scĩæ thesauros iste largitur. Sunt. n. thesauri scĩę,
sicut scriptum est, in quo sunt oẽs thesauri sapię & scię absconditi. Ergo beati petrus
& paulus eminent super uniuersos Apostolos, & peculiari quadam, prærogatiua prę-
cellunt. Verum inter ipsos quis cui pręponatur incertum est. Puto. n. illos ęquales esse meritis, qui æquales sunt passione & simili eos fidei deuotione uixisse, quos si- 1. q. 7. Bũ.
mul uidemus ad martyrii gloriam peruenisse. Non. n. sine causa putemus factum q̃
una die, uno in loco, tyranni unius tolerauere sententiam. Vna die passi sunt, ut ad
Christum pariter peruenirent: uno in loco, ne alteri Roma deesset: sub uno persecutore, vt ęqualis crudelitas vtrunque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro
gloria, persecutor decretus est ꝑ uirtute. Et in quo tandẽ loco martyriũ pertulerunt
sancti Apostoli, In vrbe Roma q̃ principatũ tenebat, & caput obtinet nationũ. s. vt
vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentiliũ princi
pes habitabãt, illic ecclesiarũ morerentur principes. Cuius aũt meriti sint beatissimi
Petrus & Paulus, hinc possumus intelligere, q̃ cum dñs Oriẽtis regionẽ propria illu
strauerit passione, Occidentis plagã ne quid minus esset, vice sui Apostolorũ sangui
ne illuminare dignatus est. Et licet illius passio nobis sufficiat ad salutem tñ etiã bo
num martyrium nobis contulit ad exemplum. Hodierna igitur die beati Apostoli christi pi
sanguinem profuderunt, sed videamus causam quare ista perpessi sunt. s. quod inter sio & ma
cætera mirabilia etiam Simonem magum illum orationibus suis de aeris uacuo tyrum sa
præcipitii ruina prostrauerint. Cum enim idem Simon se Christum diceret, & tanq̃ ctorum.
filium ad patrem assereret volando se posse conscendere, atq; elatus subito magicis Egesupp⁹
artibus volare cœpisset: tunc Petrus fixis genibus precatus est dominum, & preca- de excidio
tione sancta uicit magicam leuitatem. Prior enim ascendit ad dominum oratio q̃ vo Hierosoly
latus, & ante peruenit iusta petitio q̃ iniqua pręsumptio. Ante, inquam, Petrus in mitano, li.
terris positus obtinuit quod rogauit, quam Simon peruenire in cœlestia quo tende 3: cap. 2.
bat. Tunc igitur petrus velut vinctum illum de sublimi aere deposuit, & quodã præ
cipitio in saxo elidens eius crura confregit. Et hoc in opprobrio factum illius est, vt
qui paulo ante uolare tentauerat, subito ambulare non posset: & qui penas assumpse
rat, plantas amitteret Sed ne forte hoc mirum videatur, quod magus iste pñte Apostolo per aerem aliquandiu volitauerat, hoc patiẽtia petri fecit. Permisit. n. illum ali
quandiu sublimius ascendere, ut altius caperet. Voluit. n. in excelsum leuari á conspectu oium, vt ruentem illum de excelsõ oium peruiderent oculi. Hæc igitur est ini
quitatis elatio, ut in altum se ferat in sublime se erigat: sed sancta oratio omnem humiliat superbiam, vniuersam deiicit uanitatem præstante domino, &c.

In eodem festo, Sermo. IIII.

Ser. 26. PIscatoris & persecutoris sacratissimum diem geminæ festiuitatis occursu deuotione præcipua hodie celebremus. Ille quo retia enasit seculi, iste quo ex p̃done
confessor factus est Christi. Elegit ecce duos, vnum piscatorem, alterum grassatorẽ.
Illum vocat ex littore, istum clamat ex itinere. Illum accersit ex ponto, istum terret
terret de cœlo, Cum igitur Petrus linea castra laxaret in freto, xp̃s retia misit in uerbo. Cœpit Christus, cœpit & Petrus. Christus discipulum, Petrus discipulum, & dũ
circundat gentem squameam, ipse venit in retia. Præteriens, inquit, Iesus vidit duos
fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, & Andream fratrem eius retia mittentes in ma
re. Erant enim piscatores, Quibus Christus sic ait, Venite, inquit, post me, & faciam Mat. 4.
vos fieri piscatores hominum. At illi relictis retibus, secuti sunt eam. Stabat Petrus
immobilitate & gurgite pendulus, & inter obscuras aquas inquieti maris, victũq̃ẽ
nõ hẽbat artificio reqrebat, nutabat sup ambiguã vndã, vt posset inuenire capturã,
Vario fertur referturq̃ vestigio, stat mobilis, & mouebatur stabilis. Rimatur iter cæteros marini germinis fluct⁹, sub obscura vmbra fugitiuã vmbrã iseqtur p̃dã, macu
losus paries fit cæca piscibus in mari custodia. Et dũ insidiatur petrus ęquoreis pi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scium in mari,ipse in rete incidit saluatoris. Fit de prædone prædatio,de piscatore
piscatio,de pirata captiuitas. Venite,inquit, post me & faciam uos piscatores homi- 268
Vbi sup. num. At illi relictis retiquis suis secuti sunt eum. Dū vellet Petrus inani muro quæ- D
rens concludere piscem,h amo verbi Christus & ipsum tenuit piscatorem. Dicte de-
bat Petrus sinum lini voluit in se vacuam cortinam,& dum insequitur grauidi sem-
per æquoris prolem,captorem suum,emptorem,saluatorem trahebat & trahebatur.
Exercebat in æquore violentiam,& patiebatur in mente capturam,O aquæ genus,
pirata reptibilium deseruit artificium hoc quem mutasti de pisce ad piscem. Est.n.
Tobiæ. 6. Christus piscis ille,qui ad Tobiam ascendit de flumine viuus, cuius iecore per pas-
sionem assato,fugatus est diabolus, & per amaritudinem fellis afflatus est cæcus,&
xps piscis. illuminatus est mundus. De pisce,inquam, ad piscem,de rete ad ecclesiam de mari
ad fontem,de captura factus est factura. Reliquit ergo salum fluctuantem,& cœpit
ambulare post piscem. Similitudo artis inflammat desiderium audientis,vt qui ante
capturam latebat in salo,verbi nunc retia spargat in mundo. Tunc enim pisces in-
duxit,nunc autem homines sagenis spiritalibus irretiuit. Paulus autem paruus,sed
Acto.9. ex paruo magnus,dum diceretur Saulus sydereæ uocis tuba conterritus, certe eli-
sus audacia,vt seminet erectus in mundo doctrinam. Saule,inquit,Saule quid me
persequeris? Ibat igitur Saulus furiis inuectus,duri pectoris efflabat incendiū,san-
ctorumq; sanguinem sitiens per totam Iudeam alienus ferebatur,insania vt Chri- 268
sti membra laniaret in terris. Fit vna religione crudelis, ut quæstionarius,& innocē E
tiū per cāpos sceleratissimi aggeris euacuatus, vt Iudæa quæ pridem sæuierat in
capite,crudelitatem exerceret in corpore. Acceperat enim Saulus potestatem a prin
cipibus sacerdotum,vt homines fidei nostrę occideret, & germinantem fidei campū
manu nefaria detruncaret. Dum ergo portat Saulus funereum contra milites Chri-
sti gladium,fulmineum de cœlo accepit testimonium. Dum grassatur percutitur,
Acto.9. dum Christi sanctos persequitur, violento radio cœlestis luminis cæcatur, & qui
aduersus deum erigebatur,diuina voce terribiliter prosternitur,Saule,inquit,Sau-
le quid me persequeris? Caput pro membris clamat. Inquietatur corpus,& intonat
Christus in cœlis,Saule Saule quid me persequeris? Quid est quod mugit populus,
mugit arcanum,& contra sæuitiam Pauli prouincia conqueritur cœli, vt qui nō cre
diderat resurgentem, saltem creperet in cœlis sedentem, & qui defuncto Apostolo-
rum domino asseuerat ex sepulchro mendacium,de cœlo viuentis acciperet testimo
nium? Saule,inquit, Saule quid me persequeris? Subito igitur ad istam diuinam vo- 268
cem increpationis infixus in terram,& sæuitiam perdit & semitam, deponit feritate F
& incurrit oculorum cæcitatem. Cœpit habere ductores quos habuerat ante perse-
cutores. Vbi nam Paule currebas quando currebas? Ecce nunc aberrans quæris lo-
cum,& qui persequebaris Christum,cæcus curris ad manum. O Saule rapax lupe,
comedes sed expecta paululum & digerens digereris. Credis ergo Saule in deo,ad-
hibe fidem perfido? Non solent istę manus in sanguine pollui, nisi te adhuc ab eis
videris cruciari. Parum erat generi tuo q̄ crucifixerat Christum, insuper & manus
mittere non formidauit in cœlum. Expresit patibulum, posuit in ostia sepulchri
custodes. Iam Christus ascendit ad patrem,& adhuc genitrix tua non caret seuerita
Mat.23. te. O Iudæa Prophetarum sanguine temulenta, nondum satiata es a sanguine
Abel usque ad sanguinem Zachariæ? Flumina tui sceleris spumant, & te adhuc
usque non satiant? Ab origine mundi sanguinem bibis & adhuc sitis, nec dum
tui facinoris vnda siccauit etiam alueo tui sceleris sitim? Modo Christum patibu
lo crucifixisti, & tam cito crudelitate sanguinis aruisti? Sed ecce prosternitur au-
dacia tua, ut sanctitas erigatur. Cadit miles diaboli, ut surgat signifer Christi,
Mittit Petrus in seculum retiaculum, circumfert Paulus dominicum in mundo
uexillum. Et iste piscator hominum, & ille titulat signo crucis gentiles. Currunt
itaque uterque ad palmam martyrii, & uterque perueniunt ad coronam: non qui-
dem eodem temporis cursu, sed eodem anni uertentis occursu. Petrus pro Chri 268
sto capite deorsum uerso in ligno suspenditur, Paulus pro Christo gladio tru- G
cidatur. Ille propriis gressibus proficiscebatur ad Christum oculisque supe-
riora respiciens beatum spiritum deducebat ad cœlum, iste ceruicem cur-
uat

uat ad pœnam & offerebat ccruicem capitis ad coronam. Petrum crux necat,Paulū
gladius immolat. Duo genera suppliciorum domini & Christi, in duobus Apostolis
Christi. Petrus patitur crucem, Paulus sentit pugionem. Piscatorem suspendit ha-
mus crucis,persecutorem mucro minuit persecutoris. Nunc ad memoriam piscato-
ris flectuntur genua imperatoris. Ibi radiant gemmæ diadematis,ubi fulgent bene-
ficia piscatoris. Ex piscatore fecit dominus Apostolorum principem, ex persecutore
fecit Apostolicum confessorem. Prestitit passio socios, quos fecerat fidei prędicatio
copulatos. Veneremur ergo principes gregis nostri,si volumus caulas intrare pasto
ris.

In eodem festo, Sermo V.

HOdie duos Christiani nominis fundatores exultantis ecclesię festa cōcelebrāt. Ser. 25.
Hi enim duo electi sunt ad duorum populorum salutem. Petrus ad Iudęorum,
Paulus ad gentium. Petrus vt in Iudæa veterem ac desertum agrvm repararet,atque
eū sub vmbra legis infructuosum & a calore ueri solis absconditū fidei salubritate
& gratię fœcundaret. Paulus vero ad gentes mittitur,& ad terram nouam quę nullā
ante dederat frugem,nullum fuerat experta cultorem, qui aratro dominicæ crucis
proscinderet, & in rudi campo Christi nouellam infatigabilis operarius excitaret
Petrus itaque uineam vbi iam fuerat reparat,Paulus plantat ubi non erat. Petrus
in Iudæis arborem ab antiqui germinis nobilitate degenerem,in radice sua excolit;
Paulus uero in alieno fomite peregrinos ponit gentium ramos. Petrus in Iudæis
terram male fœcundam excolit: Paulus in gentibus nondum cultam fœcundat. A Roma. 11.
Petro in Iudea olea reparatur, a Paulo in gentibus oleaster inseritur. Petrus in Iu-
dæis mollit duritiam,Paulus in gentibus illuminat ignorantiam. Petrus tenebras &
cutia pellit ex oculis,aulus reddit oculos a natiuitate cæcatis. Vario ac diuerso ge-
nere in numeri populi ad vnius regis militiam congregantur,ac sic duo potentissi-
mi duces petrus antiquum de veteribus reducit,paulus nouum de tyronibus Chri
sti conducit exercitum. Discurrunt itaque per vniuersum mundum duo splendidis-
simi negociatores, portantes coram gentibus & regibus & filiis Israel pretiosa fidei
mercimonia. Circūferunt aromata iustitię, thura diuinæ venerationis,incensum
compunctionis,balsamum castitatis. Illi igitur sal prudentiæ spiritalis,de quibus di
citur,Vos estis sal terræ, quibus vtique animę condiantur vt inuiolatæ ab æterna Mat.5.
peccati corruptione seruentur. Erogant per omnem terram spiritales dispensatores
pretia salutis thesauros sanctitatis. Quærunt quos secum ad cœlos attrahant piisi
mi animarum parentes,dispares partium studiis,operum meritis pares. Aequales
enim illos ac similes per uaria ac diuersa uirtutum genera dixerim. Nam & si cum
petro Christus uixit in terris,sed Paulum compellare non dedignatur e cœlis ad-
huc etiā persequentem,Sed in opere persequntis Apostoli fidem præuidebat,& ideo
quia prospexit zelum,honorauit affectum Et quia sub proposito placenti deo age-
batur ignarus ad culpam, statim post admonitionem cucurrit deuotus ad gratiam.
Quamobrem & si corpore non est lodutus cum Christo paulus,nō minus est illud
quod locutus est Christus in paulo,dicēte eodem. An experimentum quæritis eius 2. Cor. 13.
qui in me loquitur Christus? Ac sic quem foris prædicationibus preferebat,intus
corde gestabat Nescio igitur quid ei defuerit sanctitatis, de cuius pectore dominus
quasi de peculiari templo suo salutaria populis reddebat oracula petrus ambulare Mat. 14.
su per aquas debita soli deo potestate præsumpsit, & rerum obstante natura per in-
sueti itineris nouas vias pendulum inferens gressum tumentia maris dorsa calca-
uit: sed non minor paulus, qui sicut ipse de se dicit,nocte & die in profundo maris
fuit. Non minor,inquam,paulus quem uelut noui testamenti Ionam,die ac nocte 1. Cor. 11.
per maris profunda iactatum absorbuit fluctus & reddidit,quasi sacrum depositum Ioan. 2.
uiolare non audens,quia famulatrix eum unda custodiens illęsum populorū præ-
dicationibus reseruabat. Hic est quoque beatus petrus in illa cœlestium discipulo-
rum schola precipuus ac primus idoneus qui uerba uitæ ex Christi ore suscipiens,
per Euangelii potestatem Iudæor& gentem ditam quæreret, & abdicatos ad hæredi
tatem uocarer,interpres legis,assertor gratiæ,destructor synagogæ,ecclesiæ repara

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mat.16. tor: & ideo ſolus inter Apoſtolos meruit audire, Amen dico tibi, quia tu es petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: dignus certe qui ædificandis in domo dei populis, lapis eſſet ad fundamentum colūna ad ſuſtentaculū, clauis ad regnum. De hoc ait ſermo diuinus, Et ponebāt, inquit, infirmos ſuos, vt vmbra ſaltē
Actō.5. tranſeuntis petri obumbraret eos. Si tunc opem ferre poterat vmbra corporis, ūto magis nunc plenitudo virtutis? Si tunc ſupplicantibus proderat aura quędam pertranſeuntis, quantomagis gratia nunc permanentis? Merito per omnes Chriſti eccleſias auro pretioſius habetur ferrum illud pœnalium vinculorum. Si tam medicabilis fuit obūbratio viſitantis, quantomagis catena vincentis? Vt vmbra, inquā, trāſeuntis petri obūbraret eos. Si inanis quædā ſpēs vacuæ imaginis habere potuit in ſe vim ſalutis, quanto plus de corpore meruerunt attrahere ſalubritatis ferreo pondere ſacris impreſſa membris vincula paſſionis? Si ad præſidia ſupplicantiū tam potēs fuit ante martyrium quanto magis efficax poſt triūphū? Fœlices illi nexus qui de manicis & cōpedibus in coronam mutādi, Apoſtolū contingentes martyrē reddiderunt: fœlices catenæ, quæ nudatis pene oſsibus inhærentes, viuas reliquias de ſanguinis ſudore iam attrita carne rapuerunt, tactuſq; membrorum cruciatus ſui ſanctificat inſtrumentum, in quo dū afflictio creſcit ad pœnam cā pœnę proficit ad gloriam. Fœlicia vincula quæ reum ſuum uſq; ad Chriſti crucem non tam condēnaru
ra quām conſecratura miſerunt. In illa itaq; cruce imitari metuens ſacrificiū redemptoris, capite in terra demergi elegit. O virtus humilitatis ingenitæ, honorari etiam ſupplicii genere pertimeſcit, & qui non recuſat dominici tormenta patibuli, ſimilitudinēm expaueſcit triumphi.

Mat. 16 Item in eodem feſto, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundū Matthæum, Venit Ieſus in partes Cæſareæ philippi &c. quæ inſerta eſt in ſermone. XXXI. de verbis Apoſtoli.

Mat.14 Item in octauis eorundem Apoſtolorum, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Matthæum. Iuſsit diſcipulos aſcendere in nauiculam &c. quę ſumpta ex ſermonibus de verbis domini. XIII. & XIIII.

DE SANCTA MARIA Magdalena.

In feſto ſanctę Marię Magdalenæ, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio le
Lucæ. 7. cundum Lucam, Rogabat Ieſum phariſæus quidem &c. Incipiens, Quod admonemur &c. quæ habetur in lib. Quinquaginta homiliarum. XXIII.

DE S. PETRO AD VINCVLA.

In feſto ſancti petri ad vincula, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecun
Mat. 16 dum Matthæū, Venit Ieſus in partes Cęſariæ philippi &c. quæ inſerta eſt in ſermone. XXXIII. de verbis Apoſtoli.

DE SANCTO LAVRENTIO.

In feſto ſancti Laurentii, Sermo I.

Ser.30. BEatiſsimi Laurentii martyris, cuius natalē hodie celebramus, paſsionē noſſe uos credo, & quāta in pſecutione pertulerit, dilectionē veſtrā ſcire poſſe nō dubito. Tāta. n. eius martyrii gloria extitit, vt paſsione ſua mūdū illuminauerit vniuerſum. Illuminauit mūdū plane Laurentius eo lumine quo ipſe accēſus eſt, & flāmis quas ipſe pertulit, oium chriſtianorū corda calefecit. Quis nolit ad horā vri Laurentii igne, ut æternū gehēnæ non patiatur incēdiū? Beati igitur Laurētii exemplo, ꝓuocamur ad martyriū, & accēdimur ad fidē, incaleſcimus ad deuotionē, & ſi in nobis perſecutoris flāma deeſt, fidei tā flāma nō deeſt. Nō ardemus qdē corpore ꝙ
Luc. 22. & 24. Chriſto, ſed ardemus affectu. Nō ſubiicit mihi perſecutor ignē, ſed ſubiicit mihi deli deriū ſaluatoris. Eſſe aūt ſaluatoris ignē legimus in Euang. dicente eodē dño, Neſcitis quia ueni ignē mittere in terrā, & qd uolo niſi ut accendatur: Quo igne ſuccēſſi

illi duo diſcipuli dixerūt. Nōne cor noſtrū ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia & aperiret nobis ſcripturas? Hoc igitur igne beatus Laurentius accenſus, flāmarū non ſentit incendiū: & dū chriſti ardet deſiderio, perſecutoris pœnā non ſentit. Inquantū. n. in illo fidei ardor fuerit, intantū ſupplicii flāma frigeſcit. Corporali. enim beatus Laurentius laborat incendio, ſed diuinus ſaluatoris ardor materialē tyrāni reſtinxit ardorē. Quāuis. n. in fauilla mēbra ſoluantur, fidei tū fortitudo non ſoluitur. Corporis quidem detrimentū ſuſtinet, ſed lucrum ſalutis acquirit. Nō. n. frēs beatus Laurentius breui uel ſimplici paſsione perimitur. Nā qui gladio percutitur, ſemel moritur: qui in flāmarū camino mergitur vno impetu liberatur: hic aūt longa & multiplici pœna cruciatur, ut mors ei aſsit ad ſupplicium & deſit ad finem. Dicitur. n. ab illo ſæuiſsimo perſecutore hæc beato Laurētio conſtituta pœna, & arden
tiū expoſita maſſa carbonū, inſuper eū ferrea crate diſtentiū lenta flāma cōſumeret, vt non tā inflāmando cito interimeret hominē, quām diu exurēdo torqueret, ita vt
cū vnū latus exuſtū perſecutor cerneret, aliud latus ignibus obiiceret exurendum. Legimus Ananiam, Azariam & Miſaelem beatiſsimos pueros a rege in camino ignis Daniel 3.
incluſos, in pœnarū ſuarū deambulaſſe flāmis, & igneos globos pedibus conculcaſſe. Vnde & beatus Laurentius non minori eſt gloria pferendus. Siquidē illi in pœnarū
ſuaꝝ flāmis ambulabant, hic & in ipſo ſupplicii ſui igne diſcūbit. Illi veſtigiis pedū
conculcarūt incendia, iſte laterū ſuorū diffuſione extinguit. Illi, inquā, ſtātes in pœna eleuatis manibus orabant ad dīm, hic āt ꝓſtratus in ſua pœna, toto corpore dīm
deprecatur. Iterū ergo beatus Laurentius in dorſum ſupinus vertitur, & renes eius ignibus exuruntur, ut impleretur pſalmi ꝓphetia q̄ dicit ex perſona Laurentii, Pro- Pſal. 25
ba me dñe, & tēta me, vre renes meos & cor meū, Vre, inquit, renes meos & cor meū: duplici ſe poſtulat igne cōburi. Nā ſi de ſolo mūdi igne loqueretur, ſufficeret renes
dū fide ſua perſecutoris flāmas vicit, oſtendit nobis per ignē fidei gehēnæ incendia ſuperari, & amore Chriſti diē iudii non timeri. Nos vero frēs dilectiſsi ſi ad conſortiū ſanctorū martyrū peruenire volumus, de imitatione martyrū cogitemus. Debēt enim in nobis aliquid de ſuis virtutibus recognoſcere, ut ꝓ nobis dignentur domino ſupplicare. Si n. tormenta quę ſancti martyres pertulerūt, ſufferre nō poſſumus,
vel contra malas cō cupiſcentias ipſis intercedentibus repugnemus. Et quia nō deſunt quotidiana pctā, non deſint ēt quotidiana remedia. Nemo ſe credat aliquā fœli citatē aut aliqd̄ verū gaudiū i hoc ſeculo poſsidere. Brītudinē hic ꝓparare pōt, poſsi Eccl. 3
dere non pōt. Duo ſibi tpa ordine ſuo ſuccēdūt, tēpus flendi, & tps ridedi, Nemo ſe circūueniat frēs, nō eſt in hoc mūdo tēpus ridendi. Scimus frēs, ꝙ oīs hō gaudere de
fiderat, ſed nō toti ibi q̄rūt gaudiū ubi oportet inquiri. Verū in hoc mūdo gaudium, nec fuit, nec eſt, nec eſſe poterit. Sic. n. ipſe dñs in Euāg. ſuos diſcipulos admonet di- Ioan. 19.
cens, In hoc mūdo preſſurā habebitis. Et iterū, Mūdus gaudebit, vos aūt cōtriſtabimini, ſed triſtitia vra vertetur in gaudiū. Ac ſic in hac uita cū labore & dolore qd̄ bo
nū eſt auxiliante dño faciamus, ut in futuro ſeculo bonorū fructus colligere cum gaudio & exultatione poſsimus, pręſtāte domino noſtro Ieſu Chriſto qui uiuit, &c

In eodem feſto, Sermo II.

DIcit Dñs in Euangelio, Cui ſimile eſt regnū dei? Et cui ſimile eſt illud æſtimabo? Simile eſt grano ſinapis, qd̄ acceptū hō miſit in hortū ſuū, & creuit & fctā Ser. 31.
eſt arbor, & volucres cœli requieuerūt in ramis eius. Mouet fortaſſe ſenſus veſtros, quare regnū dei tā præclarū atq; magnificū grano ſinapis exiguo cōparetur, & ſpei noſtræ in ſe tā grāde ſolatiū rei uiliſsimæ ſimile eſſe dicamus, præſertim cū alibi idē dñs diſcipulis ſuis dicat, Si habueritis fidē ſicut granū ſinapis, dicetis huic mōti, tollere & iactare in mare, & fiet. Igitur ſi fides tāta e q̄ pōt ab ipſis ſedib⁹ mōtū funda
mēta trāsferre, neceſſario & granū ſinapis magnū ē, ad cuius ſimilitudinē fidē hr̄e cōpellimur. Magnū āt dixerim9 ñ ſpē ſed virtute, & fidei ñ q̄litate oleris cōparādū, ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sinapis granum.

vigore acrimoniæ coæquandum. Nam si diligenter intendamus, inueniemus à domino recte hanc similitudinem comparatam. Sicut.n. granum sinapis prima fronte speciei suæ est paruum, vile, despectum, non saporem præstans, non odorem circunferens, non indicans suauitatem. At ubi teri cœperit, statim odorem suum fundit, acrimoniam exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto caloris feruore succenditur, ut mirum sit in tam fruolis tantum ignem fuisse conclusum. Cum etiam semen in cibum homines hyemis præcipue tempore magna pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant: Sæpe etiam

fides christiana.

ex hoc capiti adhibent medicinam, vt si quid iuualidum, si quid ęgrotum fuerit, sinapis igne curetur. Ita ergo & fides Christiana prima fronte videtur esse parua, uilis & tenuis, non potentiam suam ostendens, non superbiam præferens, non gratiam sub ministrans. At ubi diuersis tentationibus teri cœperit, statim uigorem suum prodit, acrimoniam indicat, calorem dominicæ credulitatis aspirat, & tanto diuini ignis ardore iactatur, vt & ipsa ferueat & participantes sibi ardere compellat. Sicut in sancto

Lucę. 24.

euangelio duo ex discipulis dixerunt dum cum ipsis post passionem suam dominus loqueretur, Nonne cor nostrum ardens in nobis in uia, dum aperiret nobis scripturas dominus Iesus; Ergo granum sinapis membrorum uiscera calefaciet, fidei autem uigor cordium peccata comburit. Et illud quidem asperum algorem frigoris remouet, hæc autem delictorum diabolicum frigus expellit. Sinapis, inquam, granum humores decoquit corporum, fides autem libidinum fluenta consumit. Et per illud me

2. Cor. 2.

dicina capitis procuratur: per fidem autem spiritale caput nostrum quod est Christus dominus sæpius refouetur. Sed & fidei iuxta cõparationem sinapis sancto odore perfruimur, sicut ait Apostolus beatus, Quoniã Christi bonus odor sumus deo. Igitur sanctum martyrem Laurentium grano sinapis possumus comparare, qui diuersis attritus passionibus, per totum orbẽ gratia meruit sui fragrare martyrii. Qui ante constitutus in corpore erat humilis, ignotus & uilis, posteaquam uexatus, laceratus, exustus est, uniuersis per totum mundum ecclesiis odorem sue nobilitatis infudit. Recte igitur hinc comparatio copulatur. Siquidem granum sinapis cum teritur accenditur, Laurentius cum patitur inflammatur. Illud feruor attritionis suæ mouet, hic ignem plurima uexatione suspirat. Sinapis, inquam, in uasculo calido decoquitur, Laurentius in craticula flammarum igne torretur. Ardebat itaque extrinsecus beatus Laurentius martyr tyranni sęuientis incendiis, sed maior illum intrinsecus Christi amoris flamma torrebat. Et quamuis rex improbus ligna subiiceret, incendia maiora supponeret, tñ sanctus Laurentius has flammas fidei calore non sentit: & dum Christi præcepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Nec.n. potest in uisceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat. Licet iaceat ante pedes tyranni exusta caro, corpus exanime, nihil tamen detrimenti patitur in terris, cuius animus demoratur in cœlis. Extenditur ego super flãmarum ignitos globos, & uexatur in latera, sed quantum plus pœnarum tormenta pati u. tanto amplius Christum dominum pertimescit. Nouo admirationis genere alius illum torquet, & aliis sęuientis tormenta proficiunt. Deuotiorem Laurentium saluatori supplicia attrociora fecerunt.

In eodem festo, Sermo. III.

Ser. 32.

CVm omnes beatos martyres quos nobis antiquitas tradit, honorificentia digna miremur, præcipue tamen beati Laurentii martyris triumphum debemus tota deuotione suscipere. Maiorem ergo affectum ibi debeo, ubi credulitatem meam cogit contemplatio, quãm ubi fidem meam hortatur opinio. Maiorem, inquam, affectũ ibi debeo, ubi per ea quę uidi, compellor deuotione credere etiam illa quę non uidi. Nam cum audio aliquanta mihi impossibilia uidebantur, sed cœpi ea credere potuisse fieri, dum similia facta esse conspexi. Et ideo temporis nostri passio, hanc nobis tribuit conferre gratiam, ut fidem preteritam confirmaret. Supradictum igitur uirum beatũ tota debemus deuotione suscipere. Primum quia pcioſum sanguinem suum propter dominum tradidit. Deinde qud prerogatiuam uobis apud dominum no-

strum non minimam tribuit, ostendens qualis esse debeat in christianis fides. Tertio ꝙ ideni tam sanctæ conuersationis fuerit, ut coronam martyrii tempore pacis inuenerit. Sed cum sanctitate tanta beatum Laurentium pro Christi nomine uidissent certare gentiles, errores ꝙ eorum manifestos rationabili castigatione conuincerent: tunc illi inebriati furore rapuerunt eum, & cæde crudelissima sauciarunt, tunc beati uiri corpus flammis in craticula tradiderunt. Vere beatum corpus, quod non ad pœnam funestus ignis, uel tormenta ã fide Christi immutauit, sed ad requiem dominicam sancta religio coronauit. Sed & ipsa flamma ideo susceptit martyrem, nõ ut eum à fide sua ignis mutaret, sed ut probatum domino suo redderet. Tali.n. incẽdio

1. Cor. 3.

beata consecrata sunt uiscera, non condemnata. Conuenit huic passioni quod ait Apostolus, Ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignem. Saluus.n. iste factus est, dum uenerabilis confessionis est incendio crematus. Hæc est ergo tota causa passionis fratres propter quam morti addictus est sanctus uir, quod sui similes cęteros hortaretur. Nam exhortatio illa in tantum profecit, ut illo à seculo recedente, fides eius regionis ipsius loca uniuersa peruaserit. Ita Christus tun cin beato martyre suo Laurentio persecutiones passus est, nunc illi plurimi christianorum exultant in populis. Sufficere nobis debent ad profectum salutis nostræ martyrum exempla sanctorum, qui propter adipiscendam cœlestem coronam omnibus se mandatis dominicis subdiderunt, & ita cunctis deuinxerunt se legibus saluatoris, ut propter antęactam vitam mererentur ad hanc martyrii gloriam peruenire. Non.n. illo in tempore tantum persecerunt præceptum domini quo confessionis supplicium pertulerunt: sed necesse fuit illis prius secundum Euangelium uixisse, ut Christi passionibus participarentur. Necesse est, inquam, vt initia bona fierent quorum finis est optimus subsecutus, & martyres eos non solum fuisse cum passi sunt, sed etiam tunc martyres Christi esse cum uiuerent. Martyr.n. Græce, Latine testis dicitur. Igitur quotiescunque bonis actibus mandatum Christi facimus, toties Christo testimonium perhibemus. Vnde & crux domini non tantum illa dicitur quæ passionis tempore ligni affixione constituitur, sed illla quæ totius uitæ curriculo cunctarum disciplinarum uirtutibus coaptatur. De qua mihi uidetur saluator dicere. Qui vult post me

Matth. 16.

uenire, tollat crucem suam & sequatur me. Nunquid.n. omnes martyres qui secuti sunt dominum, crucifixi sunt cum domino? Nũquid omnes uirgines qui iuxta Apocalypsim sequuntur agnum dei, crucifixę sunt ut sequantur? Nunquid Paulus apostolus crucifixus fuerat, cum dicebat, mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo? Hoc autem dicit, ut intelligas crucem non ligni esse patibulum, sed uitæ uirtutis ꝙ propositum. Tota igitur uita christiani hominis si scdm euangeliũ uiuat, crux est atꝙ martyriũ.

Apoc. 14.
Gala. 6.

In eodem festo, Sermo. IIII.

CVi simile est regnum cœlorum, & cui simile æstimabo illud ait dominus, Simile est grano sinapis. Mult aperstrinximus, quibus probaremus regnum dei grano sinapis non immerito comparari, & distantiam in sola æstimatione esse uerborũ, non in collatione uirtutum. Siquidem christiana fides, quæ regnum dei est, eandem uirtutem obtinet, quæ sinapis natura depromit. Nam sicut sinapis granum cum sumimus uultu contristamur, fronte contrahimur, ad lachrymas permouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeritatis accipimus. Illinc enim amaritudo nos exasperat, acrimonia penetrat: hinc calor ignei saporis accendit, & toto perturbari corpore tunc magis sanis efficimur, cum amplius deploramus. Ita ergo & cum fidei christianæ, mandata percipimus, contristamur animo, affligimus cnrpore, ad lachrymas permouemur, & ipsam salutem nostram cum quodam fletu ac mœrore consequimur. Inde enim nos ieiunio exasperaut, illinc peccatorum conscia macerat. Hinc patrimonii iactura perturbat, & toto contristati habitu magis salutem consequimur si amplius defleamus, secundum quod ait dominus, Vos plorabitis & flebitis, seculum aũt gaudebit. Sicut aũt cum sinapi caput for-

Sermo. 34. Lucę. 13.

fides christiana. regnum dei. sinapis grani natura.

Ioan. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te curandum est,iubemur ad rasum capi llos demere,impedimenta cutis uniuersa de ponere ut nudo corpori perfectius medicina perueniat. Ita & cum anima per fidem curanda est,præcipimur a nobis substantiam auferre seculi, impedimenta auri argē tiq; deponere,ut & nudæ & solita animæ congruentius spiritalis medicina conueniat. Quisquis.n.rebus mundi & diuitiis seculi obuolutus est, huic fidei medicina non proderit,Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides christiana operatur in anima.Sed quoniam in eadem dominica sententia scriptum est,Quod acceptum homo 170
Luce.13. misit in hortum suum,& creuit & facta est arbor,& uolucres requieuerunt in ramis C
eius: diligentius requiramus quis iste sit,cui hæc cuncta conueniant.Diximus superius sanctis martyribus qui diuersis attriti suut passionibus naturam sinapis posse
Ibi supra. con gruere.Sed quoniam dicit scriptura,Et creuit & facta est arbor,& uolucres requierunt in ramis eius,arb itror hoc ipsi Christo domino dicere, & rectius comparari,
Matt.4. qui nascendo in homine humiliatus ut guanum est, ascēdendo ad cœlum exaltatus
Lucę 9. ut arbor est.Granum plane est Christus dum patitur, arbor est dum resurgit, Granum,inquam,est cum famis esuriem sustinet, arbor est cum quinque milia utorū quinque panibus saturat, Ibi sterilitatem humana conditione patitur, hic satietatem propria diuinitate largitur.Granum autem dixerim dominum cum cæditur,cū contemnitur,cum increpatur:arborem autem cum cæcos illuminat, mortuos resuscitat,peccata condonat.Ramos autē huius arboris si requiras inueni es , Ramus est Petrus,ramus est Paulus,ramus est beatus Laurentius,cuius hodie nat alitia celebramus: Rami sunt omnes Apostoli uel martyres saluatoris,ad quos siquis se fortiter tenere uoluerit,fluctibus seculi minime mergitur,quin potius sub umbra illorum lati tans gehennę non patietur ardorem , securusq; de diabolicæ tēpestatis pro cella erit, & de die iudicii exurentis incendio, ipso adiuuante qui uiuit & regnat in unitate spiritu sancti deus,per infinita secula seculorum,Amen.

Ioan.12. Item in eodem festo,homilia de eo quod scriptum est in euangelio secundum Ioā 170
nem,Amen dico vobis,Nisi granum frumenti &c.incipiens,Humilitatis magnæ &c. D
quæ sumpta est de expositione doctoris, Ibidem.

Ser.34. IN FESTO ASSVMPTIONIS SANCTISSIMAE DEI GENItricis uirginis Mariæ: Sermo primus , qui habetur tomo nono.fol. 194.

In eodem festo, Sermo. I I.

Ser. 35 ADest nobis dilectissimi fratres dies ualde uenerabilis,dies omnium sanctorum, solennitates præcellens. Adest,inquam,dies inclyta,dies præclara, dies in qua é mundo migrasse creditur virgo Maria, Et ideo laudes intonet uniuersa terra cum summa exultatione tantæ uirginis illustrata excessu, quia indignum ualde est illius recordationis solennitas sit apud nos sine maximo honore,per quam meruimus au thorem uitæ suscipere.Satisq; præposterum iudicandum est,ut cum sanctorum celebramus uictorias martyrum , illius solennitatem illis non præferamus quæ huic mundo ædidit principem martirum. In hac siquidem die competenter sponso illi
Psal 72. cœlesti proclamat beata uirgo, Tenuisti manum dexteram meam , & in uoluntate tua deduxisti me , & cum gloria assumpsisti me. Hodie , inquam , & ipsa á sponso filio & domino congrue audiuit: Iam hyems transiit , imber abiit & recessit. Surge proxima mea, sponsa mea , columba mea & ueni . Hæc ideo dicimus fratres, quia sicut iam in consuetudine suscepit , ecclesia , hodierna die ad cœlos assumpta fuisse creditur uirgo Maria. Sed quo ordine hinc ad superna transierit regna, nul 170
la catholica narrat historia. Non solum autem respuere apocrypha , uerumetiam E
Cant.2. ignorare dicitur hæc eadem ecclesia. Siquidem sunt nonnulla sine authoris nomine de eius assumptione conscripta , quæ ut dixi ita cauentur , ut ad confirmandam rei veritatem legi minime permittantur. Hic sane pulsantur nonnulli , qui a nec corpus eius in terra inuenitur , nec assumptio eius cum carne ut in apocrypha legitur, in catholica reperitur historia. Quibus dicendum est,quia si Moysi corpus non inuenitur ab homine in terris cum quo locutus est deus facie ad faciē Deut.34
illius quærere dementia est,per quam idē maiestatis deus incarnatus effulsit in ter Exod.33
ris.Neque enim dignum est de corporis eius notitia solicitum quempiam esse,quam non dubitat super cœlos eleuatam cum Christo regnare. Sufficere debet tantum nō titiæ humanæ hanc vere fateri reginam cœlorum , pro eo q̄ regē peperit angelorū. Sed nec inuenitur apud Latinos aliquis tractatorum de eius morte quippiam dixisse aperte Nam illum euangelii versiculum quem Simeon dixit ad domini matrem, Et tuam ipsius animam pertransibit gladius,beatę recordationis Ambrosius cū tra- Luc.3
ctaret,ait,Nec historia nec litera docet Mariam gladio vitam finisse Hinc & Isidorus incertum,inquit,per hoc dictum vtrum gladium spiritus an gladium significet persecutionis.Et quid de his de quibus loquor dicam,cum nec ipse qui hanc accepit ante crucem domini in sua ideſt Ioānes euangelista de hoc posteris aliquid ad retinen Ioan. 19.
dum scriptis mandauerit?Nullus enim hoc fidelius narrare potuit si illud deus manifestare voluisset,quam ille vtique qui hanc nutriendam suscepit, nec contra morem filius matrē reliquit.Restat ergo vt homo mendaciter nō fingat apertum,quod deus voluit manere occultum.Vera aūt de eius assumptione sententia hæc esse probatur,vt secundum Apostolum,siue in corpore siue extra corpus ignorantes,assum 1. Cor.12.
ptam super angelos eam esse credamus.Hic igitur prę missis loquamur aliquid in laudibus sacratissimę virginis Sed quid nos tantilli, quid actione pusilli,quid in eius laudibus referemus,cum & si omnium nostrum membra verterentur in linguas , eā laudare sufficeret nullus? Altior cœlo est de qua loqmur, abysso profundior cui laudes dicere conamur.Hæc est.n,quæ sola meruit mater & sponsa vocari. Hæc primæ matris damna resoluit,hæc homini perdito redemptionē adduxit. Mater enim gene Gene.3
ris nostri pœnam intulit mundo,genitrix domini nostri salutem ædidit mundo. Au Luc.2
ctrix peccati Eua,auctrix meriti Maria.Eua occidendo obfuit,Maria viuificādo profuit.Illa percussit,ista sanauit.Hæc enim mirabili atque inæstimabili modo omniū rerum & suum peperit saluatorem. Quę hæc virgo tam sancta ad quam venire dignaretur spiritus sanctus.Quæ tam speciosa,vt eam deus sibi eligeret spōsam. Quæ Caut.4
tam castra vt esse posset virgo post partum?Hæc est dei templum, fons ille signatus, Ezec.44
& porta in domo dei clausa.Ad hāc nāque ut dixi spiritus sanctus descendit, hanc virtus altissimi obumbrauit.Hęc est immaculata coitu,fœcunda partu,virgo lactās, angelorum & hominum cibū nutriens.Merito nāque beata singulari a nobis præconio extollitur,quæ singulare commercium mundo prębuit. Denique tantum se ad cœli fastigia subleuauit,vt verbum in principio apud deum,de superna cœli arce su 170
sciperet O fœlix Maria, & omni laude dignissima. O virgo dei genitrix glorioſa, o I
sublimis puerpera, cuius visceribus author cœli terræque committitur. O fœlicia oscula lactentis labiis impressa, cum inter crebra indicia reptātis infantiæ, vtpote verus ex te filius tibi matri alluderet, cum verus ex patre dominus imperaret. Nam authorē tuū ipsa concipiens ædidisti in tempore puberem,quem habebat ante tempora conditorem. O fœlix puerperium,lætabile angelis,optabile sanctis necessa Luc.2
rium pditis,congruum profligatis. Qui post multas assumptæ carnis,& ad vltimum verberatus flagris,potatus felle,affixus patibulo,vt te veram matrem ostenderet, verum se hominem patieudo monstrauit. Sed quid dicam pauper ingenio , cum de te Mat.27
quicquid dixero minor laus est quam dignitas tua meretur? Si cœlum te vocem,altior es.Si matrem gentium dicam,præcedis. Si formam dei appellem , digna existis. Si dominum angelorum vocitem,per omnia te esse probaris . Quid ergo de te digne dicam,quid referam cum non sufficiat lingua carnis tuas enarrare virtutes? Has interim laudes fileat lingua carnis,quas semper ardenter profert anima: Nunc nostras peto vt aures doctrinarum tuarum demulceas organis. Plaudat nunc tympanis scena tuis, & veloces articulos puerperę concrepent. Cōcinant lętantes chori, & alternātibus modulis dulcisona carmina misceātur, Audiamus fratres,audiamus pio mē 170
tis affectu,audiamus quemadmodum tympanistriarum doctrinis concrepet beata K
virgo Maria. Audiamus,inquam,& huic harmoniæ moribus respondeamus , Denique cum hæc mulier beatissima ab angelo iam salutata,spiritu sancto repleta pleni

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.1. Magnificari duobus modis dī.

tudine diuinitatis afflata,ad Elisabeth venisset cognatam, post exultationem Ioannis in vtero matris, hæc domino decantauit cantica laudis, Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Primo igitur quærendum est,quid sit magnificare dominū. Neq; enim magnus fit a creatura creator. Sed sciendum nobis est duobus modis dici magnificari, id est,aut magnum facere, aut magnum adorare,magnum admirari. Magnificatur ensm deus a nobis, cum magnificari dignatur a nobis. Sed nunquid sic in nobis sicut in beata Maria eandem carnē assumpsit pro nobis? Aue,inquit ad eam angelus,gratia plena,dominus tecum,benedicta tu inter mulieres. Spiritussanctus superueniet in te & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius dei. Quæcunque tamē anima sancta verbum concipere pōt credendo,parere prædicādo,magnificare amando. Vnde & Dauid Propheta dicit, Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in inuicem. Ac si diceret. Magnitudinem domini mecum prædicate, & nominis eius præconia magna voce attollite. Hic iterum dicit,Domine deus meus,magnificatus es vehemēter. Vnde autem magnificetur in nobis idem Propheta ait,Magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua. Hinc namque optandum est in singulis,vt nostra anima magnificet dominum,concipiat dei verbum,pariat & nutriat,recordetur saluationis suæ pia commercia, qūo nullis suis præcedentibus meritis sit ab iniquitate saluata,sed sola dei bonitate gratuita Christi sanguine redempta & dicat,Magnificat anima mea dominum. Sic enim deus dilexit mundum, ait Euangelium,vt filium suum vnigenitum daret. Hic nāque & Apostolus,Qui proprio,inquit,filio non pepercit,sed pro nobis tradidit illum. O miræ pietatis affectus,o inæstimabilis ardor charitatis. Quis ante tantæ pietatis diuitias non obstupescat? Quis ante tam ineffabilem charitatem non contremiscat? Quis vnquam posset separare,vt ex deo ante tempora natus,nasceretur pro hominibus in tempore ex fœmina homo factus? Vnde scriptum est, Cum venit multitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege,vt eos qui sub lege erant redimeret,vt adoptionem filiorum reciperemus. Quis,inquam,posset æstimare, vt portaretur manibus fœmineis portator orbis,panis angelorum aleretur,virtus cœlorū infirmaretur,vita omnium moreretur? Magnificet ergo in his anima gloriosisime Mariæ dominum. Magnificet & nostra. Admiremur,gratulemur,amemus,laudemus,adoremus, gratias illi agamus,quoniam per eiusdem redemptoris nostri mortem de tenebris ad lucem, de morte ad vitam,de corruptione ad incorruptionem, de exilio ad patriam, de luctu ad gaudium,de terris ad cœleste regnum vocati sumus. Qualiscūque igitur anima sancta talibus fuerit incitamentis occupata, nihil concupiscit terrenum, nihil transitorium,nihil quod ad tempus arridet,nihil quod ad præsens delectat. Hæc risum luctum computat,& gaudium in mœrorem commutat,cui mundus carcer,cœlumq; habitatio est: cui exultatio de præsentibus nulla est, quia in illo tantum gaudere appetit,qui super omnes est. Vnde in sancto cantico,cum diceret virgo gloriosa,Magnificat anima mea dominum,& exultauit spiritus meus : signanter addidit, in deo salutari meo. Ac si diceret: Anima mea quæ magnificat dominū, non in quolibet alio sed in illo tantum exultat,quem amando magnificat. Nouerat n. esse aliā vituperabilem exultationem,qua mundus gaudere dicitur tendens ad luctum. Et de qualibus Salomon ait. Lętantur cum malefecerint. & exultant in rebus pessimis. Hinc & Apostolus non quodlibet gaudium in sanctorum cordibus esse describit,sed in spiritu sancto. Hinc Dauid cum diceret,Gaudete iusti,subiunxit in domino. Hinc cum domino diceret,Gaudebunt labia mea dum cantauero: addidit,tibi. Hac enim exultatione nullus eorum gaudet,quisquis de præsentibus tantū exultat æternis q̄ bonis interesse non concupiscit,cū exilium patria esse creditur, & mors ita æstimatur,cui deus venter est,& ornatus non in moribus sed in actu est, qui cum laudatur extollitur,& cum vituperatus fuerit magnis iracundiæ stimulis agitatur, qui cum man suetis non humiliatur,sed in superbiæ fascibus eleuatus cæteros quasi ex alto montis superciliō contemplatur,Sed quis hæc ad plenum ita potest calcare, vt ab exultatione hisdem vitiis interpellantibus nec ad momentum se credat abstrahi, cui scriptura pronunciet,Corpus quod corrumpitur aggrauat animam,& deprimit terrena

270 K

270 L

270 M

273 A

Luc.1.
Ioan.3
Roma.8.

Galat.4

Frouer.2
Phili.4
Psal. 32. & 70.

Philip.3

Sapien.9

rena inhabitatio sensum multa cogitantem? Ingemisce ergo o sancta anima quæcunq; in domino exultas,& quoties te ab hac exultatione abstractam videris esse dicito,Ne proiicias me domine a facie tua & spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me. Et hic attentius intuere,quam exultationem petierit. Quod enim Hebraicæ Iesus,hoc Latine saluta ris dicitur. Quæ enim hæc lætitia est Iesu contemplatio eius, qualis vēturus est in gloria sua? Sciendum vero est,quia illi tunc claritate potientur, qui hic positi redemptoris sui vestigia imitantur. Et quidem dominum Iesum legimus doluisse, flesse ex itinere fatigatum fuisse,opprobria & iniuria sustinuisse,sputa,flagella,crucē suscepisse,nunquam tamen legimus eum risisse prosperatū in terra fuisse. Hinc plane,hinc in spe gaudent omnes electi,cum cœperint aduersitatibus mundi fatigari,& nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi,scientes aliam vitam supereſſe per quam possint cœlos penetrare. Hinc est quod iisdē dominus ait discipulis suis, Beati estis cum maledixerint vobis homines,& persecuti vos fuerint,& dixerint omne malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete in illa die & exultate, ecce enim merces vestra multa est in cœlis. Sed in his pressuris atque angustiis nequaquam possent subsistere,& quod his maius est gaudere,nisi veraciter in conspectu dei & hominum humiles essent,Quibus dominus eorum ait, Discite a me quia mitis sum & humilis corde,& inuenietis requiem animabus vestris. Hinc iterum dicit, Beati mites,quoniam ipsi possidebunt terram. Hinc etiam hæc virgo gloriosa beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat,eo q̄ eius humilitatem deus respexit. Nā subdit, Quia respexit humilitatem ancillæ suæ,ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. O vere beata humiltas, quæ deum hominibus peperit, vitam mortali bus ædidit,cœlos innouauit,mundum purificauit paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. O inquam,vere gloriosa Marię humilitas, quæ porta paradisi efficitur,scala cœli constituitur. Facta est certe humilitas Mariæ scala cœlestis per quam descendit deus ad terras,Quia respexit, inquit,humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Et quid est dicere, Respexit: nisi, comprobauit; placuit ei humilitas mea? Vnde per Prophetam dominus dixit,Ad quem respiciam,nisi ad pauperculū & humilem & trementē sermones meos? Hinc dauid domino dicit. Quia respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Multi liquidem vidētur in conspectu hominum humiles esse vt ab eis beatificentur,sed eorum humilitas a domino non respicitur, quia falso & non vere de humilitate gloriantur. Si. n. veraciter humiles essent,deum ab omnibus & non se vellent laudari. Non in hoc mundo eorum spiritus exultaret, sed in deo salutari. Humilitatem suam ab hominibus conspici,sed a deo optaret. Sequitur in hoc sancto cantico,Quia fecit mihi magna qui potens est,& sanctum nomen eius. Quæ tibi magna fecit domina,quę gloriosa virgo vt dici beata mereari? Puto enim imo veraciter credo,vt creatura æderes creatorem,famula dominum generares, vt per te deus mundum redimeret,per te illuminaret,per te ad vitam reduceret. Hucusq; vigo beata de te ipsa quæ nos ad amorem dei accenderent,fideliter protulisti, ea vero quæ sequuntur humano generi prohetasti. Meum autem votum extitit ea tantum inde transcurrere,quæ ad tui laudem nominis pertinebant. Sed hæc quæ de te ipsa narrasti,qeque tu vt dignitas tua meretur dicere potuisti. Quas ergo tibi laudes fragilitas humani generis persoluet, quæ solo tuo commercio recuperandi aditum inuenit? Accipe itaq; quascunq; exiles,quascunq; meritis tuis impares gratiarū actiones,& cum susceperis vota,culpas nostras orando excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditionis,& reporta nobis gratiam recōciliationis. Sit per te excusabile,quod per te ingerimus: Accipe quod offerimus,impetra quod regamus, excusa quod timemus,quia nec potiorem meritis inuenimus quam te ad placandam irā iudicis,quæ meruisti esse mater redemptoris & iudicis, Succurre ergo miseris, iuua pusillanimes,refoue flebiles,ora pro populo,interueni pro clero, intercede pro monachorum choro,exora pro deuoto fœmineo sexu. Sentiant omnes tuum iuuamen, quicunq; deuote celebrant tuum nomen. Sit tibi compassio super afflictis,sit pius affectus super cœlorum peregrinis. Et cum te lętantem semper aspicis,fletus nostros

Psal.50.

Ieſus saluatoris.

Ioan. 4. & 11.

Mat.27.

Mat.5

Mat.11. Mat.5

Luc.1

Esaiæ. 66.

Psal.30

Luc.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ sumus ipsa ad deū admittas,eumque vt proprium filium pro nobis interpelles? Nos enim adhuc in hac terra affligimur,p̄sequimur,iniuriis lacesimur, opprobriis
Apoc.4 afficimur,esurimur,sitimus,somnum patimur,in carcere retinemur,Tu vero in cœ lestibus regnis p̄lata es cū ctis virginū choris,tu agnum quocunq; prexerit seque- G
ris.Tu virgineos choros & ab incentiuæ carnis illecebris alienos per albentia lilia rosasque vernantes,ad fontes perennis vitæ potandos inuitas. Tu in illa beatorum fœlicissima regia primi ordinis dignitatem adepta plantis roscidis oberrās, inter paradisi amœnitatem gramineosque crocos tenero poplite pergis,fœliciq; palma violas imarcescibiles carpis.Tu concinis sine fine choris coniuncta summis angelis archangelisq; sociata,inde sessa voce sanctus clamare non cessas. Tu in cubiculo regis beatitudinem gemmis ac margaritis ornata assistis.Tibi thronus regius ab angelis collocatur in aula æterni regis,teque ipse rex regum vt matrem veram & decoram sponsam præ omnibus diligens amoris amplexu sibi associat. Nec mirum si dignetur tibi aggaudere deus regnans,quem tu paruulum ex te hominem natum toties osculata es in terris.Has ergo tuas fœlicitates possidens conuertere ad nostrarū miseriarum salutem,Inter hæc igitur fratres cum toto mentis affectu beatissimæ virginis nos intercessionibus committamus,omnes eius patrocinia omni nisu imploremus,vt dum nos supplici eam obsequio frequentamus in terris, ipsa nos sedula prece commendare dignetur in cœlis . Neque enim dubium quæ meruit pro liberandis proferre pretium,posse plus omnibus liberatis impendere suffragium. Sed quid nobis prodest hanc interpellare vocibus,nisi etiam humilitatis eius exẽpla teneamus. Curemus ergo dilectissimi fratres vt cum huius diei festiuitati intereſſe cupimus, vestimentis humilitatis atque charitatis induti appareamus , Non nos inuidia alienæ fœlicitatis torqueat,non ira vsque ad diuisionem dilaniet, non cupiditas Christum a nobis excludat,non seculi tristitia exurat,non prosperitas eius incaute deci piat,non luxuria inquinet,non immunditia polluat,non elatio corrumpat, non superbia inflet.vt dum nos virtutibus ornatos,charitate coniunctos,humilitate funda tos beata dei genitrix suæ nos interesse festiuitati prospexerit, ardentius nobis sub- 271
uenire festinet apud filium & dominum suum Iesum Christum , deum & saluatorẽ H
nostrum,qui coronis perennis regni glorificat sanctos suos, & est æterna laus & ex pectatio omnibus electis eius,ipsi gloria,virtus,potestas æterna, & nunc & semper p
Luc.10. immortalia secula seculorum. Amen.

Item in eodem festo,homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Intrauit Iesus in quoddam castellum, & cętera,quę habetur de verbis domini. XXV.& XXVI.

DE DECOLLATIONE SANCTI IOANNIS Baptistæ.

In festo decollationis sancti Ioannis Baptistæ. Sermo I.

Ser.36. HOdie,dilectissimi fratres, Ioannis qui domini p̄cucurrit aduentum natalem diem colimus,quod nulli sanctorum meminimus attributum.Hodie,inquā, natalem diem vnica ac singulari celebritate ueneramur. Vnde quia eū recte
Mat. 11 extollere non ualemus humanæ uocis officio, p̄dicemus dominicæ attestationis oraculo ,ploquente xp̄o,qa inter natos mulierū maior nō est Ioanne Baptista. Ipse hoc
Ioan. 1. dicit,& ideo cognosce magnificentiam laudis ex dignitate laudātis, ac si dū nemo illo esse maior asseritur in natis mulierū,dator intelligi q̄ Ioānes supra humanorum
Ioan.2 fuit mēsurā meritorū.Ego uox clamantis in deserto.Hoc est dicere,Nō sum ego uerbum qđ erat in principio deus apud deū , sed uox potius.i. minister sum uerbi ut p me ad auditus hoium sensusq; p ueniat. Vnde btūs Ioānes baptista pari humilitate te pronunciat.Illum oportet crescere,me aūt minui. Illū,inquit,oportet crescere, qa p
Luc.1 oēm mundum Christi euangeliū dilatatur: me aūt minui,quia Ioannis prophetia finitur. Illum oportet crescere qui erit exaltandus in cruce,me autem minui qui sum 271
truncandus in capite. Ioannis.n.prophetia fidē accepit,qa is qui ,phetabatur adue I
nit.Ioānes ergo formā uēturi dñi natiuitate & conuersatione signauit. Ioānes nasci

tur de sene patre,Christus ex matre a mundi senescētis ætate,inquā,illa quæ erat fide & operibus infœcunda,Ioan. venit desperata generatione per sterilē, & Christus
natura obstupescēte per virginem. Ille salutem prædicauit,hic contulit. Ille baptiza Matt. 3.
uit in pœnitentia,iste regenerauit in gratia.Hic est.n. Ioannes qui impietatem regis Mat. 14.
Herodis qui uxorem fratris inuaserat publica authoritate condemnans,,ppter iusti tiam perdidit uitam,sed lucratus est gloriam . Et nos interdū pro gratia hominū vel timore offensionū p̄ferimus adulationem & vendimus veritatem,non timentes il
lud quod terribiliter scriptum est,Si non annūciaueris iniquo iniquitatē suā sangui Ezec.3.
nē eius de manu tua requirā. Solent tamen aliquoties doctores ecclesiæ non ,p negligentia peccātiū ab increpatione cessare, sed quia eos timent ex ipsa castigatione ad peiora mala prorūpere. Qū pro hac re non p̄dicant sacerdotes, non possunt habere de taciturnitate reatū,quia sicut uiri boni interdū ex dura increpatione corrigū tur,ita econtra oēs ēt super lenissima admonitione ad peiora p̄cipitia prouocātur. Nā & intm prædicatores ecclesiæ aliquoties non ex uoluntate sed ex necessitate pec catores non arguunt,ut interdū per spiritale medicamentū & charitatis artificium superbos quosque ēt indignis laudibus prosequantur:& dū erubescūt falsa esse quę
de eis dicuntur,ad emendationē uitæ & bona opera prouocentur,secūdū illud quod Psal. 9
scriptū est,Qm laudatur peccator in desideriis aię suæ,& qui iniqua gerit benedicitur.Et quia vera est illa sapientis viri snia,Sicut uera laus ornat,ita falsa castigat,nō est tā impossibile apud deū ut ēt illi qui ab humanis laudibus inuitati bona opera exercere cœperint,deus illis hoc in amorem & consuetudinem uertat, secūdū illud quod de sapientibus quidam dixit,Bene consueuisse, pudebit dissuescere. Et iterū, Bona loquantur,,transiet sermo in affectū. Beatus tamen Ioannes plena & perfecta libertate maluit iniusta sustinere,quàm iusta non dicere. Vnde Euangelico ipse beatus Ioannes alloquio corda nostra pulsat salutifero dicens,Ego uox clamātis in deserto,parate uiā dni,rectas facite semitas dei nostri. Si teneamus in nobis verbū veritatis,affectū iustitiæ,erit in nobis illa uia per quā humanū pectus xp̄s adeat.Iō aūt
dicit:Ego vox clamantis. Vox præconis iudicem loquitur,clamor iudiciū commina Luc.3
tur. Et cōsequenter annūciat: Oīs uallis implebitur,& oīs mons & collis humiliabi- Luc.14.
tur.Hoc est ergo,quod aliis uerbis euāgelista cōmemorat.Qui se exaltat humiliabitur.Veniet tēpus frēs dilectissimi ut se superbos fuisse sine ullo remedio doleāt, qui se nunc salubriter humiliare dissimulant.Veniet tēpus ut humiles eleuentur in cœ lis,& superbi in inferni ,pfunditatē mergantur.Veniet tēpus ut se auaros oēs fuisse diuites doleant,a quibus nunc christi irridentur pauperes. Non semper iste qui nūc humanæ est consuetudinis ordo seruabitur:Nō semper Lazarus fame torquebitur, Luc.16
nec semper auarus dives delitiarum abundantia perfrue tur : sed cito & ille desternquilinio ab angelis eleuabitur in paradisum:& ille qui eleemosynam noluit dare,si pœnitētia non subuenerit,de luxurioso conuiuio rapietur in tartarū, ut qui in hoc seculo pauperi noluit dare micam,in inferno non mereatur accipere guttam: & qui pauperem pascere noluit delitiis suis,pascat flāmas medullis suis.Nos uero frēs quā eum possumus laboremus,ut quod superbia tumidū elatumq; reddiderat in aio humilitate & mansuetudine complanetur.Quod iniquitas deprauauerat,directione iustitiæ corrigatur: Quod malitia exasperauerat, bonitatis gratia temperetur. Inter hęc studia inueniat in nobis Christus dominus quā ipse conferre dignatus est,viā, per quam nos perducta ad patriam,ut de nobis dicere dignetur, Et inambulabo & inhabitabo cum eis,& ero illorum deus.Si in isto seculo ambulauerit in nobis,in illo habitabat in nobis qui uiuit,&c.

DE OMNIBVS SANCTIS.

In festo omnium sanctorum, Sermo I.

Ser. 37. HOdie dilectissimi oīum sanctorū sub vna solēnitatis lætitia celebramus festiuitatē,quos societate cœlū exultat,quos patrociniis terra lętatur,quos triūphis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ecclesia sancta coronatur,quorum confessio quanto in passione fortior, tanto est
clarior in honore,quia dum creuit pugna,creuit & pugnantium gloria, & martyrii
triumphus multiplici passionum genere adornatur,per quæ grauiora tormenta gra 371
tiora fuere & præmia,dumq; catholica mater ecclesia per totum orbem longe lateq; B
diffusa,in ipso capite suo Christo Iesu edocta contumelias crucis & mortem didicit
non timere,magis magisq; roborata est non resistenda,sed perferrēdo. Vniuersos au
tem quos agmine inclyto carcer pœnalis inclusit,pari & simili calore virtutis ad ge
rendum certamen gloria triumphalis inspirauit. O vere beata mater ecclesia, quam
sic honor diuinę dignationis illuminat,quam Vincentium glorioſus martyrum san
guis exornat,quam inuiolatę confessionis candida induit virginitas. Floribus eius
nec rosæ,nec lilia desunt,Certet nunc charissimi singuli ad vtrosq; honores, amplis
simas accipere dignatum coronas,vel de virginitate candidas, vel de passione pur
pureas.In cœlestibus castris pax & acies habent flores suos, quibus milites Christi
coronantur.Dei enim ineffabilis & immensa bonitas etiam hoc prouidit vt laborū,
quidem tempus & agonis non extenderet,nec longum faceret aut æternū, sed bre
ue,& vt ita dicam,momentaneum,vt in hac breui & exigua uita agones essent & la
bores,in illa vero quæ æterna est corona & præmia meritorum,vi labores quidem ci
to finirentur,meritorum vero præmia sine fine durarent, vt post huius mundi tene 371
bras visuri essent candidissimam lucem,& accepturi maiorem passionum cunctarū C
Roma.8 acerbitatibus beatitudinem,testante hoc Apostolo vbi ait,Non sunt condignæ pas
siones huius temporis ad superuenturam gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quam
læto sinu de prelio reuertentes ciuitas cœlestis excipit,de hoste prostrato trophæa fe
rentibus,occurrit cum triumphantibus viris & fœminæ veniunt quæ cū seculo se
xum quoque vicerunt,& gemmata gloria militiæ virgines cū pueris teneros annos
virtutibus transeuntes,sed & cætera fidelium turba aulæ perpetuę regiam intrabit,
qui synceritatem fidei inconcussis præceptorum cœlestiū disciplinis vnita pace ob
Ephes.2. seruauerunt.Ergo agite nunc fratres,aggrediamur iter vitæ, reuertamur ad ciuita
tem cœlestem,in qua scripti sumus & ciues decreti. Non sumus hospites, sed ciues
sanctorum & domestici dei,etiam illius hęredes,cohæredes autem Christi. Huius
nobis vrbis ianuas aperiet fortitudo, & fiducia latum præbebit ingressum. Con
sideremus ergo inclitam vrbis illius fœlicitatem, inquantum considerare possi
bile est. Vt enim vere est, comprehendere nullus sermo sufficiet. Dicitur de ea
Esa.35 in quodā loco sic, quòd aufugiet ibi dolor & tristitia & gemitus. Quid hac vita
beatius, vbi non est paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas? Nemo
læditur, irascitur nemo, nemo inuidet. Cupiditas nulla exardescit, nullum cibi 372
desiderium,nulla honoris pulsatio, aut potestatis ambitio.Nullus ibi diaboli metus D
insidiæ demonum nullæ,terror gehennæ procul. Mors ibi neque corporis neque ani
mæ erit,sed immortalitatis munere uita iocunda. Nulla erit tunc usquam discordia,
sed cuncta consona,cuncta conuenientia,quia omnium sanctorum una concordia,
Apoc.22. pax cuncta & lætitia continet,tranquilla sunt omnia & quieta. Iugis splendor non
iste qui nunc est,sed tanto clarior quanto fœlicior,quia ciuitas illa, ut legitur, non
Dani.12 egebit lumine solis, sed dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est
agnus: Vbi sancti fulgebunt ut stellę in perpetuas æternitates, & sicut splendor fir
mamenti qui ad iustitiam eruditi multos. Quapropter nox ibi nulla, nullæ tene
bræ,concursus nubium nullus,nec frigoris ardorisq; asperitas ulla, sed talis quædā
1.Cor.2 erit rerum temperies, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit nec in cor hominis
ascendit,nisi illorum qui ea perfrui digni inueniuntur,quorum nomina scripta sunt
Apoc.22 in libro uitæ,qui & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & sunt ante thronum dei
Ephes.4 seruiuntq; ei die ac nocte.Non est senectus ibi, nec senectutis miseria, dum omnes
occurrunt in uirum perfectum,in mensuram ætatis plenitudinis Christi.Verum su
per hoc omnia est consociari angelorum & archangelorū cœtibus, thronis etiam & 372
dominationibus,principatibus & potestatibus,omniū cœlestium supernarumq; vir E
tutum contuberniis perfrui,& intueri agmina sanctorum splendidius syderibus mi
cantia,patriarcharum fide fulgentia,prophetarum spe lætātia Apostolorum in duo
decim tribubus Israel orbem iudicantia, martyrum purpureis victoriæ coronis lu
centia,

centia virginum quoque chorus candentia serta gestantes inspicere. De rege autem
qui horum medius residet,dicere uox nulla sufficit. Effugit enim omnem sermonē,
atque omnem sensum humanę mentis excedit decus illud,illa pulchritudo,illa vir
tus,illa gloria,illa magnificentia,illa maiestas. Vltra enim omnem sanctorum est glo
riam ipsius inæstimabilem aspicere conspectum,& splendore maiestatis eius irradia
ri.Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre,si ipsam gehennam paruo tem
pore tolerare,ut Christum uidere digni possemus in gloria uenientem & sanctorū
eius numero sociari,non erat dignum pati omne quod triste est ut tanti boni tantęq;
gloriæ participes haberemur? Quę erit illa fratres charissimi iustorum gloria,quam
grandis sanctorum lætitia,cum vnaquęq; facies fulgebit ut sol,cum ordinibus di
stinctis populū suum dominus in regno patris sui cœperit recensere, & meritis atq;
operibus singulorum præmia promissa restituere, pro terrenis cœlestia,pro tempo
ralibus sempiterna,pro modicis magna præstare, adducere sanctos in uisionem pa
ternæ gloriæ,& facere in cœlestibus consedere,ut sit deus omnia in omnibus, æter- 1. Cor. 15.
nitatemq; amatoribus suis & immortalitatem largiri, atque eos quos sanguinis sui
uiuificatione reparauit denuo ad paradisum reducere,regna cœlorum fide & uerita
te suæ pollicitationis aperire? Hæc hæreant firmiter sensibus nostris,hæc intelligan
tur plena fide,hęc toto corde diligantur,hæc indesinentium operum magnanimita
te acquirantur. Reposita est in potestate facientis, quia regnum cœlorum uim pati- Mat. 11.
tur,Res ista, o homo.i.regnum cœleste aliud non quærit pretium quàm teipsum.
Tantum ualet quantum es tu. Te da,& habebis illud. Quid turbaris de pretio? Xps 1. Cor. 15.
semetipsum tradidit ut acquireret te in regnum deo patri,ita & tu teipsum da ut sis
regnum eius,ac non regnet peccatum mortali tuo corpore, sed spiritus in acquisitio Roma. 6.
nem uitæ. Ad hanc igitur operum salutarium dilectissimi palmam libenter ac prō
demur.Si expeditos,si celeres in hoc operis agone,si currentes dies ultimus inueno
rit,nusquam dominus meritis nostris ad premium deerit remunerator.Qui coronā
in persecutione purpuream pro passione donauit, ipse in pace uiuentibus pro iusti
tiæ meritis dabit candidum.Nam nec Abraham,nec Isaac, nec Iacob occisi sunt, &
tamen fidei & iustitiæ meritis honorati inter patriarchas primi esse meruerunt. Ad 1. Ioan. 2.
quorum con gregatur conuiuium,quisquis fidelis & iustus & laudabilis inuenitur.
Memores esse debemus uoluntatem non nostram,sed dei facere debere: quia qui fe
cerit eius voluntatem,ipse manebit in æternum, quomodo & ille manebit in æter
num. Quapropter charissimi mente integra,fide firma,uirtute robusta, charitate
perfecta parati ad omnem uoluntatem dei simus,conseruantes fortiter domini mā
data. In simplicitate seruate innocentiam,in charitate cōcordiam,modestiam in hu
militate,diligentiam administratione,uigilantiam in adiuuandis laborantibus,mi
sericordiam in fouendis pauperibus, indefessa ueritate constantiam, in disciplinæ
seueritate censuram, ne aliquid ad exemplum bonorum factorum in nobis desit.
Hæc sunt uestigia quæ nobis sancti quique reuertentes in patriam reliquerunt, ut
illorum semitis inhærentes sequeremur ad gaudia. Patriam quoque nostram paradi
sum cum illis computemus,parentes patriarchas iam habere cœpimus. Cur nō pro
peramus & currimus ut patriam nostram uidere,& parentes salutare possimus? Ma
gnus illic nos charorum numerus expectat,parē tum,fratrum, filiorum frequēs nos
& copiosa turba desiderat,iam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute so
licita. Ad eorum complexum & conspectum venire,quanta illis & nobis in cōmune
lætitia est: Qualis illis cœlestium uoluptas conseruorum societatem expectantium?
Quàm summa & perpetua fœlicitas? Illic apostolorum glorioſus chorus,illic pro
phetarum exultantiū numerus insignis, ibi martyrum populus innumerabilis ob
certaminum uictoriā coronatur,illic clarissima uirginū turba lętatur,illic ēr cōfes
sorū fortitudo laudatur. Sed & illorū remuneratio censetur,qui pcepta dnica seruan
tes,ad cœlestes thesauros terrena patrimonia trāstulerūt. Ad hos electos dei auida
cupiditate properemus,ut cum his cito esse & cito nos ad Christum peruenire con
tingat, ad eum quem huius itineris ducem habeamus,salutis authorem,lucis prin

cipem,lętitiæ largitorem: Qui uiuit & regnat cum deo patre omnipotente, & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

Item in eodem feſto, Homilia de eo quod ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Mat-
Mat.5. thæum, Videns Ieſus turbas aſcendit in montem &c. quæ ſumpta eſt ex primo libro, De ſermone domini in monte.

DE ANIMABVS FIDELIVM defunctorum.

In die commemorationis animarum fidelium defunctorum, De eo quod ſcriptū eſt in Euangelio ſecundū Matthæum, Venite benedicti, &c. Sermo I.

Ser.38 MOdo cum euangelica lectio legeretur, audiuimus dicentem dominum, Venite
Mat.25. benedicti, percipite regnū quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Vt ergo iſtam vocem deliderabilem audire, & ab auditu malo poſsitis per dei gratiam liberari, totis viribus deo auxiliante contendite lectionem diuinam in domibus veſtris frequenter legere, & in eccleſia libenter & obedienter audire. Sicut illa uox deſiderabilis eſt per quam dicitur miſericordibus, Venite benedicti, percipite regnū: ita contrario ſceleratis & imiſericordibus metuenda eſt & ualde terribilis, Diſcedite a me maledicti in ignem ęternum, Auertat a nobis hoc deus fratres chariſsimi, & ab auditu malo nos liberare dignetur, ut in nobis impleatur illud quod ſcriptū eſt, In memoria æterna erit iuſtus ab auditione mala non timebit. Hoc eſt auditū malū quod audituri ſunt impii. Diſcedite a me maledicti in ignē æternū. Irreuocabilis n. ſnia erit, quę a piiſsimo deo ideo multo ante p̄ dicetur, ut a nobis totis uiſceribus caueatur. Si. n. nos deus noſter uellet punire, non nos ante tot ſecula cōmoneret. Inuitus quodāmodo uindicat, qui qūo euadere poſsimus multo ante demōſtrat. Non. n. te
Mat.25. vult percutere, qui tibi clamat obſerua. Conſiderate tn̄ quid dicturus eſt ad dexteram poſitis, Venite inquit, benedicti, percipite regnū qd̄ uobis paratū eſt ab origine mūdi. Aduertite fratres chariſsimi, quia regnū cœlorū nobis p̄ deſtinatū, gehēna aūt 272
non nobis, ſed diabolo p̄parata eſt. Deniq; ſic audituri ſunt ad ſiniſtrā. Eſuriui. n. in L
quit, & non dediſtis mihi manducare. Ergo nec illi qui ad dexteram erunt, ideo accipiunt, quia nunquā peccauerunt, ſed quia pc̄tā ſua mūdare eleemoſynis ſtuduerūt. Et illi qui ad ſiniſtrā erunt non ideo mittuntur ad ignē quia pc̄tores fuerūt, ſed qa pc̄tā ſua eleemoſynis redimere noluerūt. Ac ſic & illos largitas ſola glorificabit, & iſtos ſola ſterilitas condēnabit: qa ſicut impoſsibile eſt ut nullus hō poſsit ſine pc̄tō eſſe, ſic p dei miam poſsibile eſt, ut bonis operibus, & præcipue eleemoſynis ſe vnuſquiſq; redimat a pc̄tō, ut tn̄ in malo impleatur quod ſcriptū eſt, Iudiciū ſine mia illi
Iacobi.1. qui non fecit miam, Conſequenter & in bono illud in Pſalmo, Diſperſit, dedit pau-
Pſal.111. peribus, iuſtitia eius manet in in ſeculū ſeculi. Et hoc conſiderate frēs pro qua re mittū tur in ignem æternū. Non. n illis dicendū eſt, quia homicidia feciſtis, adulteria cōmiſiſtis, qa alienā ſubſtātiā rapuiſtis: ſed hoc ſolū andituri ſunt, quia eſuriui, & nō dediſtis mihi manducare. Rogo vos frēs nolite hæc trāſitorie cogitare, nec credatis q̄ hoc de Iudæis tm̄ aut paganis uel hæreticis fuerit dictū, ſed definitiſsime credite
Ioan.3. quia hoc chriſtiani & catholici qui in malo opere perſeuerare voluerint, audituri ſunt. Ad iudiciū. n non veniūt nec pagani, nec hæretici, nec Iudæi, quia de ipſis ſcriptū eſt, Qui nō credit iā iudicatus eſt. Et ideo inter illos qui ad ſiniſtrā mittēdi ſunt, 272
non ſolū laici erunt, ſed & multi epiſcopi, quod peius eſt, clerici mali, uel monachi M
cupidi vel ſuperbi, ſimul & ſanctimoniales & uiduæ iracūdæ, ſuperbæ, vel cupidæ, &
Mat.25. ſi eis fructuoſa pnia non ſubuenerit, audituri ſunt illā metuendā, & irreuocabilē vocē, Diſcedite a me maledicti in ignē æternū. Snia iſta ſi eā fideliter cū ingenti timore uoluerimus audire, ab oi opere malo nos poterit reuocare. Diligenter ergo cauete & uidete quid ueritas dixit. Diſcedite a me maledicti in ignem æternū, quia eſuriui, & non dediſtis mihi manducare. Si in ignem mittetur qui eſurienti non dedit panem
Ad frēs in ſuū, putas vbi mittēdus eſt q tulit alienū? Si in ignē mittetur q nudū non veſtit, ubi
eremo.3. mittēdus ē q ueſtitū expoliauit? Si cū diabolo dānatur q hoſpitib⁹ nō p̄buit domū ſuā, putas vbi mittendus eſt qui tollit alienā? Si periturus ē qui carcerē nō viſitauit,

quid de illo fiet qui forte in carcerem miſit? Rogo vos fratres chariſsimi hinc attendite, quā ſpem habere poſſunt qui mala faciunt, quando illi perituri ſunt qui bona non faciunt? Deniq; & alio loco dominus terribiliter nos admonet dicens, Omnis ar Mat.3
bor quę nō facit fructum bonū excidetur & in ignem mittetur: Non dixit, quæ facit fructum malū: ſed, quę non facit fructū bonū. Hinc ergo poſſumus euidenter agnoſcere quas pœnas arbor ſpinoſa in die iudicij patietur, quando illa quæ fructū non dederit excidetur, & in ignem mittetur. Nemo ſe deſpiciat fratres chariſsimi, Nemo ſe falſa ſpe circumueniat quia chriſtiani nominis non facit ſola dignitas chriſtianū, Xp̄ianus
nihilq; prodeſt quōd aliquis chriſtianus vocatur in nomine, ſi hoc non oſtendit in quid?
opere. Scriptum eſt. n. Fides ſine operibus mortua eſt. Qui enim credit, & opera bo- Iacobi.2.
na non exercet, clamat illi ſcriptura diuina, Tu, inquit, credis quia deus unus eſt, bene facis. Et dæmones credunt & contremiſcunt. Ac ſic qui credunt, & opera bona nō
faciunt, fidem dæmonum videntur habere, Qui vero non credunt, peiores dæmo- Ioan.14.
nibus comprobantur. Et illud diligenter conſiderandum eſt quod dominus dicit, Qui audit mandata mea & facit ea, ipſe eſt qui diligit me. Et iterum: Si quis diligit me, mandata mea ſeruat, Et ſine dubio qui non cuſtodit non diligit. Et illud ualde timendum eſt, quod iterum dominus dicit: Quid prodeſt quod dicitis, Domine domi- Matt.7.
ne, & non facitis quæ dico vobis? Scire debemus fratres chariſsimi, q̄ nihil prodeſt verbis proferre fidem, & factis deſerere veritatem. Sicut nobis non placet ſi ſerui noſtri uerbis ſe profitentur eſſe noſtra mancipia, & tn̄ non uelint implere opera ſua, ita nec deo placet, ſi ſe quiſque chriſtianum verbis tantūmodo eſſe pronunciat, & opera quę fieri iuſsit Chriſtus implere diſsimulet. Denique beatus Apoſtolus cum de
reddenda ratione in die iudicij loqueretur, ita pronunciauit dicens, Oportet nos, in 2.Cor.5.
quit, omnes ſtare ante tribunal Chriſti, ut referat vnuſquiſq; propria corporis, pro- Mat.16.
ut geſsit ſiue bonum, ſiue malū, & dñs in Euangelio, Tunc, inquit, reddet vnicuiq; ſecundū opera ſua: Non dixit, ſecūdū fidem ſuā: ſed, unicuiq; ſecundū opera ſua, qa ſicut iam ſupra dictū eſt, Iacobus apoſtolus clamat, Fides ſine operibus mortua eſt. Nos ergo fratres chariſsimi, ſi & pœnā euadere, & ad æternam beatitudinē uolumus Iacobi.2.
peruenire, non ſolum credamus in deū, ſed etiam toto corde diligamus & quantum poſſumus, ipſo adiuuante bona opera facere ſtudeamus, ut cum ipſo auxiliante fecerimus quæ præcepit, mereamur recipere quæ promittit, Amen.

Eodem die, de iudicio extremo, & parabola zizaniorum. Sermo II.

REcogitemus fratres chariſsimi cuncta mala quæ fecimus, ut minis æterni iudi- Ser.39.
cis perterriti, ad ultimū ſaltem ſtudeamus bona facere. Vnde dominus in Euan Mat.7
gelio dicit, Non omnis qui dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnum cœlorum, ſed qui facit voluntatem patris mei qui eſt in cœlis, ipſe intrabit in regnum cœlorum, Hoc
etiam fratres chariſsimi cogitare debemus, quia in illa die reddet deus vnicuiq; ſe- Mat.16.
cundum opera ſua, bonis bona, malis mala. Bonos mittet in vitā vternam, malos in Mat.25.
ignem ęternū. Vę illi homini qui cum diabolo māſionem habebit. Penſemus quōd iſtud regnum finem habet, regnum dei finem non habet. Iſta vita laborioſa, caduca & fragilis, plena ſcandalis, inuidioſa quid aliud quęrit niſi manducare, bibere, inebriari, luxuriari, detractiones facere? Certe vbi volumus permanere, illuc debemus feſtinare. Fratres, nos peregrini ſumus in hoc mundo, conuertamur ad dominum qui fecit nos. Fratres audiſtis quōd dominus vindicare veniet, & peccato-
res mittet in ignem æternum, ſicut in Pſalmo dicit, Exurgat deus, & diſsipentur ini Pſal.67
mici eius. Quid autem ſuis dicturus ſit in die illa audiamus, Venite benedicti pa- Mat.25
tris mei. Et iuſti regnabunt ſine fine cum Chriſto, ſicut dicit, Et iuſti epulentur, Pſal.67
& exultent in conſpectu dei. Et domine, nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo, Mat.13.
Vnde ergo mixtum eſt zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Primum colligite zizania, & alligate per faſciculos ad comburendum. Meſsis hæc eſt genus humanū in cō ſummatione ſeculi ad iudiciū congregandū. Zizania pc̄tores. Inimicus hō diabolus, qui ſup ſeminauit pc̄tā. Meſſores ſunt angeli, qui eligūt iuſtos a pc̄tori bus Ligate faſciculos, hoc eſt, rapaces cū rapacibus, adulteros cū adulteris, fornica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tores cum fornicatoribus,homicidas cum homicidis,auaros cum auaris, iracundos cum iracundis,falsos testes cum falsis testibus,fures cum furibus, derisores cum derisoribus,similes cum similibus.Hi sunt fasciculi ad comburendum. Triticum autē congregate in horreum meum,idest,mittite iustos in paradisum. Fratres expauescere & timere debemus de tam breui satietate,de tam longa fame,de tam longis tenebris de tam breui luce.Dum tempus habemus,conuertamur ad dominum,qui fecit nos,vt non mereamur introire in illas tenebras,sed in lucem,quia omnis homo,cuius opera facit eius filius est.Si opera dei facimus,filii dei sumus.Quod modo peccamus cito emendare debemus,& non addere peccata peccatis.Vnde Psalmista,Apponite iniquitatem super iniquitatem eorum,& non intrent in iustitiam tuam. Confessionem quæramus puro corde,& pœnitentiam donatam a sacerdotibus perficiamus.Nolite iram recondere in cordibus vestris, quia quando iram portamus, nec oblatio nec oratio a deo recipitur. Date eleemosynam, recipite peregrinos in domibus vestris,pedes eorum lauate,& lectos ipsorum præparate, dolentes consolamini. Nolite despicere peregrinos,quia ipsi peregrini estis.Non circūuenias fratrem tuum in negocio,qa deus iudex est.Pauperes & viduas & orphanos nolite opprimere. Nolite de rapinis pauperum eleemosynas facere. Tristatur qui perdit, gaudet qui acquirit.Lucratur pecuniam,& perdit animā.Attendit quid acquirit,& non attendit quid perdit.Fratres,cum domini adiutorio dum tempus habemus, laboremus quatenus a malis simus pœnitētes aut per ieiunium,aut per eleemosynas, aut per vigilias,aut per orationes,aut per charitatem,vt mereamur peruenire ad regna cœlestia, vbi est satietas sine fame,vbi est lux sine tenebris,inuentus sine fectute, requies sine labore,gaudium sine fine. Ipse qui nos creauit nos adiuuet,vt ad cœlestia regna mereamur peruenire,per Christum dominum nostrum, Amen.

Psal.68

Eodem die,de iudicio extremo cogitando. Sermo. III.

Ser.40. O Fratres charissimi,quā timendus est ille dies,in quo dominus noster Iesus xps proponit venire cum flāma ignis,qui inflammabit aduersarios suos, & eos qui faciunt iniquitatem. In illa die plangent super se omnes tribus terræ, & videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute magna,& maiestate excelsa, & cōmouebitur ante eū terra,& peccatores peribūt,& cœlū plicabitur,& mare siccabitur,& montes sicut terra ardebūt,& terra vsque ad inferos, Sol conuertetur in tenebras,& luna non dabit lumen suum,& stellæ cadent de cœlo in terram,& virtutes cœlorum commouebuntur,& tunc apparebit signū filii hominis,quod est crux xpi, in cuius lumine tenebrabitur totus mundus.Tunc sancti volabūt obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erunt,peccatores autem peribunt & confundentur.Et tunc fiet iudicium.Et tunc veniet dominus noster Iesus xps,& mittet angelos suos ad quatuor angolos terræ,& congregabunt electos eius a summo cœli vsq; ad summum eius,& tunc separabit dominus sanctos suos a peccatoribus, & mittet eos in caminum ignis ardentis, ibi erit fletus & stridor dentium, qui præparatus est diabolo & angelis eius.Væ illis hominibus qui habebunt mansionem cum diabolo,ex qua ascendet fumus tormentorum in secula seculorum. Quorum vermes non morientur,& ignis non extinguetur. In qua nulla vox nisi gemitus, ubi nulla requies,sed semper inquietudo. In qua nullum habebunt refrigerium, sed semper flammam,ubi lux nunquam uidebitur nisi tenebræ,& non uenient unquam in memoriam ante deum.Quorum cibus est cruciatus,& māsio eorum cum diabolo, ubi nulla uisitatio nisi pœna.O homo qui desideras regnū dei possidere,cur feciſti malum?Dum potes emenda,dum tempus habes clama ad omnipotentem deum, dum datur spatium luge,dum licentia est pœniteas,festina dum potes, dum anima uersatur in corpore,dum adhuc uiuis futurum reme dium require tibi prius quā te profundum absorbeat pelagus, & prius quam te malignus rapiat infernus, vbi nulla datur indulgentia,ubi nullus regreditur ad ueniam, de qua pœna pius nos dominus eripere dignetur, qui cum deo patre uiuit & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Mat. 24

Ioelis.2

1.Thes.4

Mat.24

Psal.66.

Eodem

Eodem die,de igne purgatorii. Sermo. IIII.

In lectione apostolica fratres charissimi audiuimus Apostolum dicentem, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est xps Iesus. Si quis autem super ædificat supra fundamentum hoc aurum, argētum,lapides pretiosos,ligna fœnum,stipulam,vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies.n. domini declarabit,quia in igne reuelabitur, & vniscuiusque opus quale sit ignis cō probabit.Si cuius opus manserit quod superædificauit,mercedem accipiet. Si cuius opus arserit,detrimentum patietur:ipse autem saluus erit,sic tamen quasi per ignē. Multi sunt qui lectionem istam male intelligentes falsa securitate decipiuntur, dū credunt quod si supra fundamentum Christi capitalia crimina ędificent, peccata ipsa per ignem transitorium possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam peruenire.Intellectus iste fratres charissimi corrigendus est,quia ipsi se seducunt qui taliter sibi blandiuntur. Illo enim transitorio igne de quo dixit Apostolus, Ipse autē saluus erit,sic tamen quasi per ignem:non capitalia,sed minuta peccata purgantur. Et quāuis,quod peius est,non solum maiora,sed etiam minuta,si nimiū plura sint, mergunt. De ipsis maioribus siue minoribus peccatis,& si non omnia vel aliqua cō memoranda sunt,ne aliquis se inaniter excusare conetur,& dicat nescire se quę sint minuta peccata,vel quæ crimina capitalia.Et quāuis Apostolis capitalia plura commemorauerit,nos tamen ne desperationem facere videamur, breuiter dicimus quæ sunt illa,Sacrilegium,homicidium,adulterium,falsum testimonium,furtum,rapina superbia,inuidia,auaritia,& si longe tempore teneatur iracundia,& ebrietas si assidua sit,in eorum numero computatur. Quicunq;.n.aliqua de istis peccatis in se dominari cognouerit,nisi digne se emendauerit,& si habuerit spatium longo tempore pœnitentiam egerit,& largas eleemosynas erogauerit,& a peccatis ipsis abstinuerit illo transitorio igne:de quo ait Apostolus,purgari non poterit, sed ęterna illū flamma sine vllo remedio cruciabit.Quæ autem sint minuta peccata,licet omnibus nota sint,tamen quia longum est vt omnia replicentur,opus est vt ex eis vel aliqua nominemus.Quoties aliquis in cibo aut in potu plus accipit quā necesse sit,ad minuta peccata nouerit pertinere. Quoties plus loquitur quā oportet,aut plus tacet quam expedit.Quoties pauperem importune petentem exasperat. Quoties cum corpore sit sanus aliis ieiunantibus prandere voluerit,aut somno deditus tardius ad Ecclesiam surgit.Quoties excepto desiderio filiorum,vxorem suam cognouerit. Quoties in carcere clausos & in vinculis positos tardius requerit. Quoties infirmos tardius visitauerit.S discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem,aut filium aut seruū exasperauerit quā oportet. Si amplius fuerit blanditus quam expedit.Si cuicunque maiori personæ aut ex voluntate aut ex necessitate adulari voluerit. Si pauperibus,esurientibus cibum non dederit, aut nimiū delitiosa,aut sumptuosa sibi conuiuia præparauerit.Si se in Ecclesia aut extra Ecclesiā fabulis ociosis,de quibus in die iudicii ratio reddenda est occupauerit.Si dum incauti iuramus,& cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vtique peiuramus,Et cum omni facilitate vel temeritate maledicimus,cum scriptū sit, Neq; maledici regnū dei possidebūt.Et cū aliquid suspicamur temere, qđ tamē plerūque non ita,vt credimus,cōprobatur,sine vlla dubitatione delinquimus. Hæc n.& his similia ad minuta peccata pertinere non dubiū est,quæ sicut iam dixi,enumerari uix possunt,& a quibus non solum populus Christianus,sed etiam nullus sanctorū immunis esse potuit aliquādo aut poterit.Quibus peccatis licet occidi animā non credamus,ita tamen ea velut quibusdam pustulis,& quasi horrenda scabie replētes deformem faciunt,vt eam ad amplexus illius sponsi cœlestis aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant.De quo scriptum est, Aptauit sibi Ecclesiam non habentem maculam aut rugam.Et ideo continuis orationibus,& frequentius ieiuniis, & largitoribus elemosynis,& præcipue per indulgentiam eorum qui in nos peccant assidue redimantur,ne forte simul collecta cumulū faciant & demergant animam. Quicquid enim de istis peccatis,a nobis redemqtum non fuerit,illo igne purgandum est,de quo dixit Apostolus,Quia in igne reuelabitur. Et si cuius opus arserit,

dist.25 Vnū citra medis.

1.Cor.4.

Ephes.5.

1.Gor.3

Universidad de Deusto
Biblioteca

detrimentum patietur. Aut enim dum in hoc mundo viuimus, ipsi nos per pœnitentiam fatigamus, aut certe volente aut permittente deo multis tribulationibus pro istis peccatis affligimur, & si deo gratias agimus liberamur. Quod ita fit, si quoties maritus, aut vxor, aut filius moritur, vel si substantia a nobis plus quã oportet amatur, aufertur. Licet plus Christianum quam ipsam substantiam diligamus, & si necessitas fuerit, malimus ipsam substantiam perdere quã xp̃m negare, tamen quia, sicut iam dixi, si plus eam, quam oportet, diligimus, amittere eam aut dum viuimus, aut dum morimuur, sine grandi dolore non possumus, & tamen si deo, quia illã a nobis auferri velut pius pater permittit, tanquam boni filii gratias agamus, & minus nos pati quã meremur cum vera humilitate proferamus. Ita peccata ipsa in hoc seculo purgantur, vt in futuro ille ignis purgatorius aut non inueniat, aut certe parũ inueniat quod exurat. Si autem nec in tribulatione deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata redimimus, ipsi tãdiu in illo purgatorio igne moras habebimus, quãdiu supradicta peccata minuta tanquam ligna fœnum, stipula consumãtur. Sed dicit aliquis, Non pertinet ad me quãdiu moras habeam, si tamen ad vitã æternam perrexero. Nemo hoc dicat fratres charissimi, quia ille purgatorius ignis durior erit quam quid potest in hoc seculo pœnarum videri aut cogitari, aut sentiri. Et cum de die iudicii scriptum sit, q̃ erit dies vnus tanquam mille anni, & mille anni tanquam dies vnus, vnde scit vnusquisque vtrum diebus an mensibus, an forte etiam & annis per illum ignem sit transiturus? Et qui modo nec vnum digitum suum in ignẽ vult mittere, timeat necesse est vel tunc paruo tempore cum anima & toto corpore cruciari. Et ideo totis viribus vnusquisq; laboret, vt capitalia crimina possit euadere, & minuta peccata ita operibus bonis redimere, vt de ipsis nihil videatur remanere quod ille ignis possit absumere. Illi autem qui capitalia crimina committunt, si quamdiu viuunt, ea redimere pœnitentiæ medicamentis noluerint, ad illum ignem de quo dicit Apostolus, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem: sicut iam dictum est, venire non poterunt, sed magis illam duram & irreuocabilem sententiã audituri sunt, Discedite a me maledicti in ignem æternum. Et ideo, quia ab ista perpetua pœna, & ab illo purgatorio igne desiderant liberari, crimina capitalia non admittant, aut si iam commiserunt fructuosam agant pœnitentiã, & illa parua vel quotidiana peccata bonis operibus redimere non desistant. Quibus tamen operibus minuta peccata redimantur, plenius vobis insinuare desidero. Quoties infirmos visitamus, in carcere clausos & positos in vinculis requirimus discordes ad cõcordiam reuocamus, in dicto Ecclesię ieiunio ieiunamus, pedes hospitibus abluimus, ad vigilias frequenter conuenimus, eleemosynam ante ostium prætereũtibus pauperibus damus, inimicis nostris quoties petierint veniam indulgemus, Istis enim operibus & his similibus minuta peccata redimuntur quotidie. Pro capitalibus vero criminibus hoc non solum sufficit, sed addendæ sunt lacrymæ, rugitus & gemitus, cõtinuata longo tempore ac protracta ieiunia, & largiores eleemosynæ erogãdæ, vltro nos ipsos a communione Ecclesiæ remouentes, in luctu & in tristitia multo tẽpore permanentes, & pœnitentiam etiam publice agentes: quia iustum est, vt qui cum multorum destructione se perdiderit, cum multorum ædificatione se redimat. Ad extremũ non est impossibile vel incongruum quod suggero, vel sic lugeamus extinctam nostram animam quomodo alienam carnem mortuam plangimus, Si aut vxor, aut filius, aut maritus mortui fuerint, in terram se collidunt homines, capillos trahendo, pectora tundendo, in luctu & pœnitentia, vel in lachrymis non paruo tempore perseuerant. Rogamus fratres, exhibeamus nos animæ nostræ quod illi exhibent alienæ carni. Et hoc videte fratres quam malum sit vt lugeamus quod non possumus suscitare. Carnẽ quã nõ possumus suscitare plangimus, & animam nostram mortuam non plangimus, quã possumus per pœnitentiã ad statũ pristinum reuocare. Sed q̃d nobis peius est, corpus mortuum plangimus q̃d amamus: animam vero mortuam quam non amamus, non dolemus non plangimus. Et ideo mutata vice incipiamus plus dominum amare quam seruum, ideſt plus factorẽ corporis quam corpus: plus dominam quam ancillam ideſt plus animam ad imaginem dei factam, quam carnẽ de limo terrę formatam, vt cum die vltimo caro nostra putrescere, & a vermibus

Psal. 89.

1. Cor. 3

Mat. 25.

deuorari cœperit in sepulchro, anima in Abrahæ gremio angelorum manibus eleuetur, & in die iudicii recepto post resurrectionẽ corpore audire mereatur, Euge serue bone & fidelis, intra in gaudium domini tui. Et vt hæc supra diximus, cordibus vestris tenacius valeant inhęrere, & ipsa apostolica lectio plenius possit intelligi, breuiter ea charitati vestræ volo repetere. Omnes sancti qui deo fideliter seruiunt, lectioni vel orationi vacare, & in bonis operibus perseuerare contendunt, nec capitalia crimina, nec minuta peccata, ideſt, ligna, fœnum, & stipulam supra fundamentũ Christi, sed bona opera, ideſt, aurum, argentum, lapides ptæciosos superædificantes per ignem illum, de quo dicit Apostolus, Quia in igne reuelabitur, absq; vlla violatione transibunt. Illi vero qui quãuis capitalia crimina non admittant, & ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, & ad redimenda sunt negligentes, ad vitam æternam pro eo q̃ in Christum crediderunt, & capitalia peccata non admiserunt venturi sunt: sed prius aut in hoc seculo per dei iustitiam vel misericordiam, sicut iam dictum est, amarissimis tribulationibus sunt coquendi, aut illi ipsi per multas eleemosynas, & præcipue dum inimicis suis clementer indulgent, per dei misericordiam liberandi, aut certe illo igne, de quo dicit Apostolus, lõgo tempore cruciandi, vt ad vitam æternam sine macula & ruga perueniant. Illi vero qui aut homicidium, aut sacrilegium, aut adulterium, vel reliqua his similia commiserunt, sicut iam dictum est, si eis digna pœnitentia non subuenerit, non per purgatorium ignẽ transire merebuntur ad vitam, sed æterno incendio præcipitabuntur ad mortem. Et ideo quoties in lectione apostolica audieritis, Si quis supra fundamentum Christi superędificat aurum, argentum, lapides præcioſos, de sanctis hoc & perfectis Christianis accipite, qui velut aurum purgatum merebuntur ad æterna præmia peruenire. Illi vero qui superædificant ligna, fœnum & stipulam, de bonis Christianis, sed negligentibus minuta peccata purgare, vt sæpe dictum est, intelligere, quæ peccata si nec diuina iustitia multis tribulationibus purgauerit, nec vnusquisque eleemosynarum largitate redemerit, non sine grandi dolore in illis implebitur illud quod dicit Apostolus, Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Nemo tamen, sicut iam supra dictum est, seipsum circumueniat, vt hoc etiam pro capitalibus criminibus, si incurata remanserint, posse fieri credat. Et ideo sicut iam sæpe dixi, quantũ possumus, cum dei adiutorio laboremus, vt & maiora peccata possimus euadere, & minuta sine quibus esse non possumus, iugiter amore inimicorum & eleemosynarum largitate redimere, præstante domino Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus in secula seculorum, Amen.

Mat. 25

Repetitio.

DE SANCTIS IN GENERE SIVE communiter.

DE APOSTOLIS.

In festis sanctorum Apostolorum, de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Lucam, Designauit dominus & alios septuaginta duos &c. Sermo. I. Luc. 10

IN lectione euangelii, quæ modo recitata est, admonemur quærere quæ sit messis de qua dominus ait, Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate dominũ messis, vt mittat operarios in messem suam. Tunc adiecit duodecim discipulis suis, quos & apostolos nominauit, alios septuaginta duos, & misit illos omnes, sicut ex verbis eius apparet, ad paratam messem. Quæ ergo erat illa messis? Non enim illa messis in his gentibus erat, vbi nihil fuerat seminatum. Restat ergo, vt intelligamus istam messem fuisse in populo Iudęorum. Ad illam messem uenit dominus messis, ad illam messem misit messores gentes autem non messores, sed seminatores. Intelligamus ergo messem factam in populo Iudæorum, sementes in populis gentium. Ex illa enim messe Apostoli electi sunt, ubi iam cum meteretur maturum erat, quia ibi prophetæ seminauerunt. Delectat inspicere agricul-

Ser. 42. Lucæ. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

turam dei, & oblectari donis eius, & opera in agro eius. In hac enim agricul-
1. Cor.15. tura operabatur qui dicebat, Plus omnibus illis laboraui. Sed vires ei dantur ad
operandum a domino messis, ideo subiecit, Non ego sum sed gratia dei mecum. Nã 174
1. Cer.3. se in agricultura versari satis ostendit, vbi ait, Ego plantaui, Apollo rigauit. Hic aũt C
Apostolus de Saulo Paulus, hoc est, de superbo minimus. Saulus enim a Saule deno
1.Cor.15 minatur: Paulum enim modicum est. Vnde nomen suum quodammodo interpre-
tatus ait, Ego sum minimus Apostolorum. Ipse ergo Paulus, id est, modicus & mini-
Gal. 1.&.2 mus missus ad gentes, præcipue ad gentes se missum dicit. Ipse scribit, nos legimus,
credimus, prædicamus. Ipse ergo dicit in epistola sua quæ est ad Galatas, uocatum
se iam a domino Iesu venisse Hierosolymam, & Euangelium cum apostolis contu-
lisse, dexteras sibi datas fuisse, & signum concordiæ, signum consonantiæ, quod ab
se ipsi didicerant, eis in nihilo discrepabat. Deinde placuisse dicit inter se & ipsos, vt
ipse ad gentes, illi autem in circũsionem irent, ille seminator, illi messores. Merito et
Actor. 1. Athenienses, quãuis nescientes nomen suũ ei dixerunt. Audientes enim ab eo ver-
Messes bum, quis est, inquiunt, hic seminator verborum? Attendite ergo & delectet vos me
duæ. cum inspicere agriculturam dei in messes duas, vnam transactam, aliam futuram.
Transactam in populo Iudæorum, futuram in populis gentium. Probemus hoc, &
Luc.10. vnde nisi de scriptura dei domini messis? Ecce habemus ibi in præsenti capitulo di- 174
Vbi sup. ctum esse, Messis multa, operarii autem pauci. Rogate dominũ messis, vt mittat ope- D
rarios in messem suam. Sed quia in illa messe futuri erant contradictores & persecu-
tores Iudæi, Ecce, inquit, mitto vos sicut agnos in medio luporũ, euidentius de hac
messe aliquid ostendamus in Euangelio secundum Ioannem ad puteum vbi fatiga-
tus dominus sedit, magna quidem acta sunt sacramenta, sed angustum tempus est
vt omnia pertractentur. Quod autem ad præsentem rem pertinet audite. Suscepi-
mus.n. messem eandem in populis, in quibus prophetæ prædicauerunt, ideo enim il
li seminatores, vt Apostoli possint eẽ messores. Samaritana mulier loquitur cũ dño
Ioan. 4 Iesu, Et inter cętera cum dixisset ei dominus quomodo debeat adorari deus: Ait illa,
Scimus quia veniet Messias, qui dicitur Christus, & omnia nos docebit. Et dominus
ad illam, Ego sum qui loquor tecum. Crede quod audis, quid quæris quod vides?
Ego sum qui loquor tecum. Quod autem illa dixerat, Scimus quia Messias veniet,
quem annunciauerunt Moyses & prophetæ, qui dicitur Christus: Iam enim spica
messis erat gignenda, acceperat & prophetas seminatores, apostolos expectabat ma-
tura messores. Mox ut hoc audiuit credidit, & hydriam dimisit, & festinanter cucur- 174
rit, annunciare dominum cœpit. Discipuli tunc ierunt ad emendos panes, Qui re- E
deuntes inuenerunt dominum loquentem cum muliere, & mirati sunt. Non sunt
tamen ausi dicere ei quid vel quare cum illa loqueris. Admirationẽ apud se habue-
runt, audaciam corde pręferunt. Huic ergo Samaritanæ non erat nouum nomen
Christi, iam expectabat venientem, iam crediderat esse uenturum. Vnde crediderat,
sine Moyse seminauerat, sed hoc expresius audite. Dominus tũc ad discipulos suos
ait, Dicitis quia adhuc longe est æstas, leuate oculos vestros, & uidete albas regiones
ad messem Et adiungit, Alii laborauerunt, & uos in labores eorum intrastis. Labora
uit Abraham, Isaac,, Iacob, Moyses, prophetæ, laborauerunt seminando, in aduentu
domini matura messis inuenta est. Misi messores cum falace Euangelii, portauerũt
manipulos ad aream dominicam, vbi Stephanus trituraretur. Hic autẽ accepit Pau-
lus ille, & ad gentes mittitur, & non tacet hoc in commendando gratiam quam pci-
pue proprieq; suscepit: ait.n. in scripturis suis, missum se esse prędicare Euangelium,
Roma 5. vbi Christus non erat nominatus. Sed iam quia facta est illa messis, & omnes Iudæi
qui remanserunt: messem attendamus quod nos sumus. Seminatum est enim ab
Apostolis & prophetis. Ipse dominus seminauit, Ipse enim in' apostolis fuit, quia &
ipse messuit Christus non enim illi aliquid sine illo, ille perfectus est sine illis. Ipse 174
enim illis ait, Quia sine me nihil potestis facere Seminans ergo Christus iam in gen M
Ioan.15. tibus quid dicit, Exiit seminans seminare. Ibi mittuntur messores metere, hic exiit
Luc.8. seminans seminare impiger. Quid enim pertimuit ꝙ aliud cecidit in via, aliud in
petrosa loca, aliud inter spinas? Si istas difficiles terras timeret, ad terram bonam nõ
peruenire. Quid ad nos, quid nobis est iam de Iudæis disputare, & loqui de palea:

hoc solum ad nos nẽ via simus, ne saxum, ne spinæ, sed terra bona. Paratũ cor meũ
vnde tricenum, vnde sexagenum, vnde millenum & centenum, illud minus est, & il-
lud plus est, sed totum triticum est, via non sit vbi conculcatum semẽ a transeunti-
bus velut auis auferat inimicus. Saxum non sit ubi modica terra statim faciat ger-
minare quod non possit solem portare. Spinę non sint, cupiditates seculi solicitudi-
nes vitæ uitiosæ. Quid enim peius solicitudine uitæ, quę peruenire non permittit
ad uitam? Quid misertus quàm curando uitam amittere uitam? Quid infœlicius q̃
timendo mortem cadere in mortem? Extirpentur spinæ, paretur ager, suscipiantur
semina, perueniatur ad messem, horreum desideretur, non ignis timeatur. Ad nos
itaque pertinet, quos qualescunque dominus in agro suo constituit operarios, dice-
re ista uobis, seminare, plantare, rigare, aliquibus etiã arboribus circũfodere, & co- 1. Cor.3.
phinum stercoris adhibere, pertinet ad nos hæc fideliter agere: ad uos fideliter cape- Luc.13.
re: ad dominum, nos adiuuare operantes, uos credentes, omnes laborantes, sed
mundum in illo vincentes. Quid ergo ad vos pertinet dixi, quid ad nos pertineat vo
lo dicere. Sed forte alicui ex vobis videtur, quia dixi superfluum aliquid me velle di
cere, & apud seipsum loquens in cogitatione dicit, O si iam dimittat nos, iam dixit,
quid pertineat ad nos, quod ad ipsum pertinet quid ad nos? Puto melius esse in alter
na & mutua charitate pertineamus ad uos. De vna modo quidem vos familia estis,
nos ex eadem quidem familia dispensatores sumus omnes, ad unum dominum per-
tinemus omnes. Nec quod do, de meo do, sed illius a quo accipio & ego. Nam si de
meo dedero, mendacium dabo. Qui.n. loquitur mendacium, de suo loquitur. Debe-
tis ergo audire quid pertineat ad dispensatorem, siue vt in uobis ipsis si tales inue-
neritis congratulemini, siue etiam in hoc ipso instruamini. Quàm multi.n. in hoc
populo futuri sunt dispensatores, & nos ibi fuimus ubi estis, Et nos qui uidemur
modo de superiore loco conseruis metiri cibaria, ante paucos annos in inferiori lo-
co cum conseruis accipiebamus cibaria. Episcop' laicis loquor. Sed inde scio quàm
multis futuris episcopis loquor. Ergo uideamus quomodo nos intelligamus quod
præcepit dominus eis quod mittebat Euangelium prædicare, & mente parata mes-
sem uideamus. Nolite, inquit, ferre sacculum aut peram, aut calceamenta, & neminẽ
per uiam salutaueritis, Et in quacunq; domum intraueritis, dicite, Pax huic domui.
Si est illic filius pacis, requiescet super illum pax uestra, si quo minus, ad uos reuer- Ioan. 13.
tetur Si reqeuit, perdidi? Absit hoc a mẽte sanctorũ. Ergo nec illud accipiẽdũ est car 1. Pet.2
naliter, ac p hoc forte nec saccus nec calceamẽta nec pera, maximeq; illud ubi nobis,
si simpliciter sine discussione accipiamus, superbia uidetur imposita, ne quenquã in
uia salutemus. Attendamus dominũ nostrum exemplum uerum & adiutorium. Pro
bemus quia adiutorium, Sine me nihil potestis facere. Probemus quia exemplum, Ioan.12
Christus pro nobis passus est, Petrus dicit, non relinquens exemplum ut sequamur Cõcor.12.
vestigia eius. Ipse dominus noster loculos habuit in via, & ipsos loculos Iudę com- quæst.1
mendauerat. Patiebatur quidem furem. Sed ego á domino meo discere cupiens di- Exẽplum.
co, Domine patiebaris furem, unde habebas unde tolleret, me hominem miserum & Sacculus
infirmum monuisti nec sacculum portare. Tu portasti loculos, & erat ubi furem pa quid?
tereris, Si non portares, nec ille inueniret quod auferret. Quid restat nisi ꝙ hic dicat Roma.12.
mihi, intellige quod audis, noli portare sacculum. Quid est sacculus? Pecunia clausa Calceamẽ
id est, occulta sapientia. Quid est, nolite portare sacculum? Nolite fieri sapientes pe ta quid?
nes uosmetipsos. Accipite spiritum sanctum. Fons in te debet esse, non sacculus, un- Exod.3
de erogatur, non ubi includatur. Hoc est pera quod sacculus, Calceamẽta quid sunt?
Calceamenta, quibus vtimur, coria mortuorum sunt, uobis tegmina pedum Per hoc
ergo iubemur renunciare mortuis operibus. Hoc in figura Moyses admonebatur,
quando dominus loquens ait, Solue calceamẽta de pedibus tuis, locus.n. in quo stas
terra sancta est. Quid tam terra sancta, quàm dei Ecclesia? In illa ergo stemus, calcea
menta soluamus, id est, mortuis operibus renunciemus. Nam de his calceamentis,
quibus calceati ambulamus, consolatur me idem ipse dominus meus. Si enim ipse
calceatus non esset, non de illo Ioannes diceret, Non sum dignus soluere corrigiam Luc.3.
calceamentorum. Sit ergo obedientia, non surrepat superba duritia. Ego, inquit,
Euangelium impleo, quia nudo pede ambulo: Tu potes, ego non possum. Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

simul accipimus, custodiamus. Quomodo charitate flagremus, inuicem diligamus: Ac sic fit, ut ego amem fortitudinem tuam, & tu portes infirmitatem meam. Quid autem tibi videtur qui non vis intelligere quemadmodũ ista dicta sint, & cogeris prauiter ipsi domino calumniari de loculis & calceamentis? Quid tibi videtur? Itane placet vt iter agentes occurramus charis nostris, & eos non salutemus maiores, non resalutemus minores? Iamne Euangelium imples, quia salutaris & taces? Hic uero non viatori iter agenti, sed miliario similis eris iter ostendenti. Ergo stoliditatem deponamus, & verba domini intelligamus, & in via neminem salutemus. Non enim sine causa hoc iubemur, aut nollet nos facere quod iuberet? Quid ergo est, neminẽ salutetis in uia? Potest quidem & simpliciter sic accipi, quia iussit nos festinanter agere iniuncta. Et hoc ita dixit, Neminem, per viam salutaueritis: tanquam diceret, Omnia prætermittatis dum quod iniunctum est peragatis, ea locutione qua solent dicta exaggerari consuetudine sermocinandi. Nec longe peragamus, in eodem sermone paulo post dicit, Et tu Capernaum, quæ usque ad cœlum exaltata es, vsque in infernum deprimeris. Quid est, usque ad cœlum exaltata es? Nunquid ciuitatis illius mœnia nubes tetigerunt, aut ad sydera peruenerunt? Sed quid est, in cœlum exaltata es? Nimium tibi fœlix videris, nimium potens, nimium superba es. Sicut ergo hoc exaggerandi gratia dictum est, in cœlum exaltaris ei ciuitati, quæ non vtique exaltabatur in cœlum aut ascendebat, sic pro festinatione exaggerationis dictum est, ita currite, sic agite quod iniunxi, ut ne nimium quidem uos retardent agentes, sed omnia contemnentes, ad finem propositum festinate. Sed est aliud quod hic magis recogitem non dissimile intelligere, quod plus pertinet ad me & ad omnes dispensatores, sed & ad uos auditores. Qui salutat, salutem dicit. Nam & antiqui in epistolis suis sic scribebant, Ille illi salutem, Salutatio a salute nomen accepit. Quid ergo est, neminem in via salutaueritis? Qui salutant in uia, per occasionem salutant. Video uos cito intellexisse, nec tamen debeo iam finire. Non enim omnes cito intellexistis. Vidi in uoce intelligentes plures, video silentio requirentes. Sed quia de uia loquimur, tanquam in uia ambulemus. Veloces tardos expectate, & pariter ambulate. Quid ergo dixi, Qui in uia salutat, per occasionem salutat? Non ad eum ibat quem salutat, Aliud agebat, aliud occurrit aliud petebat, aliud transfuerso quod ageret inuenit. Quid est ergo per occasionem salutare? Per occasionem salutem annunciare. Quid est autem aliud salutem annunciare, quàm Euangelium prædicare? Si ergo prædicas, hoc age per dilectionem, non per occasionem. Sunt ergo homines qui sua quærentes, non aliud prædicant Euangelium, De quibus Apostolus gemens dicit, Omnes enim sua quærunt, non quæ Iesu Christi. Et hi salutabant, hoc est, salutem annunciabant, Euangelium prædicabãt, sed aliud quærebant, & ideo per occasionem salutabant. Et quid est hoc? Si talis fueris quisquis es facis, immo non talis quisquis facis, sed forte aliquis talis qui facis. Si talis fueris non facis, sed fit de te. Nam & tales admisit Apostolus, non tamẽ ut tales essent præcepit. Et ipsi agunt aliquid, & perficitur ex ipsis, aliud quærunt, & uerbum annunciant. Quid quærat annunciator ne curas, quod annunciat tenere uelis. Quod uero attendit, non ad te pertineat. Salutem audi ab ore ipsius. Salutem tene ab ore ipsius. Noli iudex esse cordis ipsius, si uides eum alia requirentem quid ad te? Audi salutem, Quæ dicunt facite. Securum te fecit. Quid? Quæ dicunt facite. Mala faciunt, quæ facere nolite. Bona faciunt, non in uia salutant, non per occasionem Euangelium annunciant. Imitatores eorum estote, sicut & ipsi Christi. Bonus tibi prædicat, carpe vuam de uite. Malus tibi prædicat, carpe uuam pendentem in sepe. Botrus implicite in palmite inter spinas creuit, & de spinis non germinauit. Plane quando tale aliquid uides & esuris, solicite carpe, ne cum ad vuam manũ mittis lacereris a spinis. Hoc est quod dico, sic audi quod bonũ est, ne malos mores imiteris. Prædicet ex occasione salutet in uia, illi nocebit q̃, non audiuit præceptum Christi, Neminem in uia salutaueritis, tibi non nocebit. Qui siue a trãseunte, siue a ueniente salutem audis, salutem tenes. Apostolum audi sicut præmiseram admittentem ista. Quid n? Dum omni modo, siue occasione, siue ueritate Christus

Neminẽ p uiã salutare qd?

Luc. 10.

Philip. 2.

Philip. 1.

Mat. 23

1. Cor. 4.

Luc. 10.

annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio. n. ipsum mihi proficere in salutẽ per uestram obsecrationem. Tales igitur Apostoli Christi prædicatores Euãgelii nõ salutantes in via, hoc est, non aliud quærentes uel agentes, sed germana charitate Euangelium annunciantes, ueniant ad domum & dicant, pax huic domui: Non ore solum dicunt, quo pleni sunt fundunt, prædicant pacem, & habent pacem. Non sunt tales de quibus dictũ est, Pax pax, & nõ est pax. Quid est pax pax, & non est pax? Prædicantes non habent, laudant, & amant, dicunt & non factũt Sed tamen tu accipe pacẽ, siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur. Qui ergo plenus est pace & salutat, Pax huic domui: si est illic filius pacis, requiescet super eum pax illius: Si quo minus forte n. non est illic filius pacis, nihil perdidit qui salutauit Ad uos, inquit, reuertetur. Reuertetur ad te quæ non discesit à te. Hoc. n. dicere uoluit, tibi prodest quod annunciasti, nihil profuit qui non susceptit non quia ille inanis remansit, ideo tu per impendisti, reddet tibi qui te securum uelit uoce angelica, Pax in terra hominibus bonæ voluntatis.

Philip. 1.

Hiere. 8

Matt. 23.

Lucę. 2.

In eisdem festis, Sermo. II.

SI omnium sanctorum martyrum grata nobis debet esse solennitas, fratres charissimi, quanto gratior eorum qui prẽsentem secuti sunt principem martyrum. Si agnorum, quanto magis arietum? Illorum. n. filii non generatione carnis, sed imitatione virtutis facti sunt omnes, qui posterius usque ad mortem confessi sunt Christum. Hos obtulerunt populi gentium, de quibus Psalmus ante cantauit, dicens, Afferte domino filios arietum. His primum dominus cum ad confessionem sui nominis hortaretur, non solum se promisit victoriæ coronatorem, sed & certaminis adiutorem: etiam ipsis & posteros admonebat qm̃ quod dicebat, scriptum posteris relinquebat. Illis ergo ait, exhortans eos, Cum adducẽt uos ad principes & potestates, nolite cogitare quid respondeatis, uel quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Meditari uetuit & confiteri præcepit. Maluit. n. auferre præsumptionem humanam, & gratiam dare diuinam, vt in semetipsis timidi & mundo essent audaces. Vnde & in alio Psalmo vox martyrum dicit, quasi ex parte humanæ fragilitatis uerẽdo, Eripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et Paulo post de auxilio diuino cõfidens dicit, Fortitudinem meam ad te custodiam. Supra cæteras n. turbas fidelium necnon antiquorum iustorum & prophetarum eminentes Apostolos suos uolens dominus ostẽdere dixit ad eos, Beati oculi qui vident quæ uos videtis, & aures quæ audiunt quæ vos auditis. Multi. n. prophetæ & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Item alibi, iam, inquit, non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos, quia omnia quęcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Item ait idem alio loco, Quęcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quęcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo. Item alibi scisitanti Petro quid sibi & sociis suis profuisset reliquisse omnia, & sequi redemptorem, respondit dicens, Amen dico vobis, q̃ vos qui secutis estis me, & in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & uos sup sedes duodecim, iudicantes duodecĩ tribus Israel. Isti sunt lux mundi, quia per ipsos lumen fidei & verę scientiæ primum dñs huic mundo tradidit, & ab errorum ac peccatorum tenebris gentes & populos eruit. Isti sunt sal terræ, quia per eos terrigenæ condimentum saporis vitæ æternæ percepe-runt, vt restringerent carnis lasciuiam & à putredine peccatorum & vitiorum uermibus seruarent illæsi. Isti sunt lapides precioſi, quos in fundamento cœlestis ædificii positos Ioannes in Apocalypsi sua describit, quia prædicatio eorum Ecclesiæ fundamenta locauit. Vnde & Paulus ait, Vos estis ciues sanctorũ & domestici dei, superædificati super fundamentũ Apostolorũ & prophetarũ. Isti sunt duodecim portæ Hierusalem nouæ, q̃ de cœlo descendit, quia p ipsos ianuam fidei primum intrauimus, &

Ser. 43.

Psal. 28.

Matt. 10.

Psal. 58.

Mat. 13.

Ioan. 15

Mat. 18

Mat. 19.

Mat. 5.

Apoc. 21.

Ephe. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter ciues sanctorum annumerati sumus. Hoc ergo cõsiderantes fratres charissimi, quę tanti duces populi nos docuerunt, studeamus factis implere quæ illi tulerunt, Discamus eorum exemplo mundi diuitias contemnerere, presentis seculi uoluptatem non amare, regnum cœleste desiderare, Christo nihil præponere, sed eius mandatis in omnibus obedire, paupertatem præsentium rerum diligere, virtutum diuitias habere, sapientiæ thesaurum appetere, spiritales delitias quærere, nulli inuidere, sed omnes homines diligere, amicos in deo & inimicos propter deum, quia hæc est uera & sola dilectio. Nam amor carnalis & uiciosus in præcipitium trahit, & comparabitur odio: unde scriptum est, Qui vult amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur. Isti ergo principes nostri in amore dei perfectissimi, & in proximorum dilectione repleti, hinc potuerunt mundi impetum vincere, & cruentum seculum domare, quia nihil amauerunt in omni re nisi dei voluntatem. Ita & nos fratres diligamus in omnibus rebus dei facere voluntatem, & creatorem nostrum amemus in semetipso, creaturam uero in conditore suo, & sic habebimus ordinatissimam charitatem, quia deus charitas est: & qui diligit hanc dilectionẽ diligit deũ. Et si ita dilexerimus, diligit nos ipse deus, diligunt nos & sancti apostoli iudices nostri, & exorãt pro nobis, vt in uniuersali iudicio Christi cum ipsis in perpetuum coronemur. Quod prestare dignetur ipse iudex & dominus noster, qui cum patre & sancto spiritu vi-
uit & regnat deus, per omnia secula seculorum, Amen.

Iacobi.4.

1. Ioan.4.

276 M

276 A

Matth.11. Item in eisdem festis, Homi. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matth. Confiteor tibi dómine pater, &c. quæ habetur de Verbis domini VIII.

Ioan.15. Item aliæ Homi. de eo quod scriptum est in Euangelium secundum Ioannem. Ego sum uitis uera, & pater meus agricola, &c. quæ habentur in exposi. doctoris, Ibi & de Verbis do. LIX.

Ibid. Item alia Homi, de eo quod scriptum est in Euang. secundum eundem, Hoc est præceptum meum, & cætera: quæ habetur in expositione doctoris, Ibidem.

Ibid. Item alia Homi. de eo quod scriptum est in Euangelio secundum eundem, Hęc mando uobis ut diligatis Inuicem, &c quę habetur in expositione doctoris, Ibidem.

DE VNO MARTYRE.

In festo unius martyris, Sermo I.

247 B

Sermo.44. TRiumphalis beati martyris N. dies hodie nobis anniuersaria celebritate recurrit, cuius glorificationi sicut congaudet Ecclesia, sic eius proponit sequenda uestigia, Si. n. compatimur, & glorificabimur. In cuius glorioso agone duo nobis præcipue consideranda sunt, indurata uidelicet tortoris sæuitia & martyris inuicta patientia. Sæuitia tortoris, vt eam detestemur. Patientia martyris, ut eam imitemur. Audi

Roma.8. Pſal.36. psalmistam aduersus malitiam increpantem, Noli æmulari in malignantibus, quoniam tanquam fœnum uelociter arescent. Quod autem aduersus malignantes pa-

Hebr.10. tientia exhibenda sit: Audi Apostolum suadentem, Patientia vobis necessaria est, ut reportetis promissiones. Coronata itaque est beati martyris patientia, mãcipata est æternis cruciatibus tortoris incorrecta malitia. Hoc attendens in agone suo gloriosus Christi athleta, nõ exhorruit carcerem. Ad imitationem capitis sui tolerauit pro

Roma.8 lit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod, n. propinante apostolo biberat, alte retinebat: quia non sunt condignæ passiones hius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis. Et quia momentaneum hoc & leue nostræ tribulationis æternum glorię pondus operatur in cœlis, huius promissionis amore à terrenis suspẽsus & prægustata supernæ suauitatis dulcedine ineffabiliter affectus: dicebat cum psal-

Pſal.72. mista, Quid mihi est in cœlo, & á te quid uolui super terram: Defecit caro mea, & cor meum, deus cordis mei, & pars mea deus in æternum. Contemplabatur: n. quantum in ęnigmate infirmitas humana oculum mentis in ęternitate figere potest, quanta sint supernæ ciuitatis gaudia, & ea enarrare non sufficiẽs admirãdo clamabat, Quid

276 C

mihi est in celo? Quasi diceret, Excedit uires meas, excedit facultatem eloquentiæ meæ, transcendit capacitatem intelligentiæ meæ, illud decus, illa gloria, illa celsitudo, quæ nobis á conturbatione hominum remotis in abscondito faciei suę, Iesus chri-

Philip.3. stus dominus noster reformatur corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Huius perfectæ libertatis contemplatione nullum vitabat periculum nullum horrebat supplicium: & si milites posset mori, non putabat se hanc digne posse aliqua ratione promereri. Patienter n. permittunt ægroti se á medicis secari, vri,

Pſal.108 & variis amaritudinum confectionibus anxiari, vt temporali tandem restituantur sanitati. Quantomagis vir beatus longaniter tolerauit omnem acerbitatem tormentorum temporalium, ut coronaretur in misericordia & miserationibus, & in bonis satiaretur desiderium suum? In torculari ita que conculcari uolut, vt tanquam vua matura in vinum deficeret, & uinum malorum granatorum dilecto suo propinaret, quo mentes religiosæ ebriatæ sciunt uiriliter conculcare, & ad æterna in retortis oculis anhelare. Qui ergo in tyrocinio suo mundanas contempsit diuitias, qui corporales etiam refrenauit illecebras, qui in prouectu militiæ suæ multas est perpessus

Eccli.31. iniurias, in perfectione sacrificii nil sibi reseruans, seipsum obtulit holocaustum, bibens illum calicem preciosum, quem sedens ad magnam mensam sacrę lectionis sibi prius ab inuitatore suo videat appositum. Cuius mors quantumcunque videatur in conspectu reproborum despicabilis, in oculis tamẽ eius est preciosa qui in sanctis suis est mirabilis. Ipse. n. primo vocauit militem suum, ipse iustificauit, ipse magnificauit, ipse dedit ei pugnare, ipse dedit & vincere. Longe est dissimilis hęc militia, in qua uictores existimantur, qui quod male desiderant assequuntur, qui lætan-

Pro.2. tur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. In Christiano ergo agone manifesta est pœna, occulta victoria, secundum quod ex persona martyrum clamat Psal-

Pſal.59. mista, Deus tu repulisti nos, & non exibis in excercitibus nostris. Da nobis auxilium

Ioan.16. de tribulatione, quia uana salus hominis. In deo faciemus virtutem: tanquam si diceret, Victoria nostra, gloria nostra intus est non foris est. Foris despecti, intus dilecti. Hinc est q̃ Ecclesia in pressuris posita infirmiora membra sua confortat, dicens,

In mundo pressuram habebitis, sed nolite timere pusillus grex, quia ego vici mun-

Philip.2. dũ. Sed quo uicit mũdum? Factus est obediens datri vsque ad mortem. Quid autem de morte? Propter quod & deus illum exaltauit & donauit illi nomen quod est super omne nomẽ. Quomodo vicit Christus, vincere appetat Christianus, vt vbi est Christus, esse mereatur & Christianus: audi Christianæ militię persecutor ipsum Christũ

Ioan.12. pro militibus suis sic orantem, Volo pater, vt vbi ego sum, illic sit & minister meus.

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est secundum Ioannẽ, Nisi granum frumenti, &c. quæ habetur in exdositinne doctoris, Ibidem. Ibid.

DE PLVRIBVS MARTYRIBVS.

In festis plurium martyrum. Sermo. I.

Sermo.45. PSalmus qui cantatur domino, videtur sanctis martyribus conuenire. Sed si mẽbra Christi sumus, sicut esse debemus, ad omnes nos pertinere intelligamus, Qui seminant in lacrymis in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem uenient cũ exultationẽ portantes manipulos suos.

Pſal.125. Quo euntes, & vnde venientes? Quid seminantes in lacrymis? Quæ sunt semina, qui manipuli? Euntes in mortem, venientes á morte. Euntes nascendo, venientes resurgẽdo. Seminantes opera bona, metentes mercedem æternam. Semina ergo sunt nostra quicquid boni fecerimus. Manipuli nostri quod in fine recipiemus. Si ergo bona semina bona sunt opera, quare seminamur cum lacrymis, cum hilarem datorem diligat deus? Hic primum videte charissimi, quomodo maxime ad beatos marty-

2. Cor.9. res verba ista pertineant. Nulli enim tantum impenderunt, quám illi qui seipsos impenderunt, sicut dicit Apostolus Paulus, Et ipse impendar pro animabus vestris. Im-

2. Cor.12 penderunt enim seipsos confitendo Christum, & implendo in eius adiutorio quod

Eccl.31. 1.Ioan.1 dictum est, Ad mensam magnam sedistis, cito quoniam talia te oportet præparare. Quæ est magna mensa, nisi vnde accipimus corpus Christi & sanguinem? Quid est scito quoniam talia oportet te præparare, nisi qđ beatus Ioannes exponit, Sicut xps pro nobis animam suam posuit, sic & nobis debemus pro fratribus animas ponere? Ecce quantum impenderunt. Sed nunquid sancti martyres perierunt, quando securitatem a domino etiam de capillo acceperunt? Perit manus, vbi non erit pilus? Perit caput, vbi non perit capillus? Vbi non erit palpebra, perit oculus? Hac ergo accepta magna securitate, impenderunt seipsos. Operibus ergo bonis seminemus cum tempus est, dicente Apostolo, Qui parce seminat, parce & metet. Iusatigabiles inquit eum tẽptis habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei: & iterum, Bonum inquit facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus. Qui defecerit in semine, non gaudebit in messe. Quare ergo in lacrymis, cum omnia opera bona habere debeant hilaritatem? Et quidem de martyribus dici potest, quia cum lacrymis seminauerunt. Fortiter enim certauerunt, & in magnis tribulationibus fuerunt. Nam vt eorum lacrymas Christus consolaretur, transtulit eos in se, & transfigurauit eos & dixit, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Veruntamen fratres mei videtur mihi, ꝙ caput nostrum infirmioribus suis membris cõpassum est, ne de se forte membra desperatia infirma, sicut est humana fragilitas, morte propinquante perturbarentur, & dicerent non se ad dominum pertinere, nam si pertineret, gauderent: prius ergo Christus sub persona martyrum dixit, Tristis est anima mea vsque ad mortem, Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Quis hoc dicit. Quæ potestas, quæ infirmitas? Audite quæ dicit, Potestatem habeo ponendi animã meã, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollet eam a me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Hæc potestas tristis erat, quando faciebat quod non faceret nisi voluisset. Potestate enim fecit non conditione, quia ipse voluit, non quia Iudæus potuit. Transfigurauit ergo in se infirma mẽbra corporis sui: & forte de illis dictũ est, Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. id est, de infirmioribus. Nõ. n. in lachrymis seminabat ille ipsius Christi magnus præco, qui dicebat. Ego enim iam immolor, & tempus meę resolutionis instat. Bonũ certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. De cætero mihi supererit corona iustitiæ, corona de manipulis. Supereſt, inquit, mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illũ diem iustus iudex quasi diceret, Reddet mihi messem cui meipsum impendo sementem. Hæc verba quantum intelligimus fratres exultantis sunt, non plorantis. Nunquid quando ista dicebat, in lacrymis erat? Ad infirmos ergo referamus hæc verba, vt nec ipsi desperent qui in lachrymis seminauerunt: quia etsi seminauerunt in lacrymis, transiet dolor & gemitus, transit tristitia cum fine, & venit lætitia sine fine. Veruntamẽ audistis fratres charissimi quomodo mihi videtur ad omnes pertinere quod dictum est, Qui seminant in lacrymis in gaudio metent: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, tollentes manipulos suos. Audite si adiuuante domino explicare potuero quemadmodũ ad omnes pertineat. Euntes ibãt & flebant. Ex quo nascimur imus. Quis enim stat? Quis nõ ex quo viã intrauit cogitur ambulare? Infans natus est, crescendo ambulat. Mors finis est. In die iam veniendum est, sed cum exultatione. Quis enim non hic plorat in via ista mala, quando ipse infans inde incipit: Vtiq; infans quando nascitur de angustiis vteri in huius mundi latitudinem funditur, de tenebris procedit ad lucem, & tamen de tenebris veniens ad lucẽ plorare potest, ridere non potest Est. n. Aita ista ut quando gaudetur hic time ne fallat, quando hic ploratur roga ut euadas, & transit tribulatio, & uenit tribulatio: & rident homines & plorant homines, & quod rident homines plorandum est. Sed plorat alius damnum suum, plorat alius pressuram suã, quia in carcere est constitutus. Plorat alius ꝙ amiserit mortuum aliquem amicorum suorum, Ille hinc, ille hinc. Iustus unde? Primo de his omnibus, Iustus. n. plorat veraciter plorantes steriliter. Plorat plorantes, plorat ridentes, quia & qui plorant de rebus uanis, inaniter plangunt: & qui rident de rebus uanis, malo suo rident. Ille ubique plorat, plus ergo ipse plorat. Sed uenient cum exultatione portãtes manipulos suos. Vides ergo hoiem iustũ cũ facit opus bonũ hilarẽ esse? Ita plane hilarescit,

Mat.26. Ioan. 10. Pſal.125 2.Tim.4 Pſal.125.

Hilarem n. datorem diligit deus. Quando enim plorat? Quando bona opera sua orãdo commendat. Orationes sanctorum voluit commendare Psalmus orationes peregrinantium, orationes in hac via laborantium, orationes amantium, orationes gementium, orationes æternæ patrię suspirantium donec ea visa satientur qui nunc in mœrore sunt cõstituti. Etenim fratres mei quãdiu sumus in corpore, peregrinamur â deo. Non desiderat patriam peregrinatio sine lacryma. Si desideras quod non habes, funde lacrymas: nam vnde dicturus es deo, Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo? Vnde dicturus es deo, Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte? Vnde? Dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus. Quis iustus nõ habuit istas lacrymas? Qui non habuit, peregrinum se esse non doluit. Qua fronte ad patriam uenit, qui non absens suspirauit. Nonne nobis quotidie dicitur, Vbi est deus tuus? Discite fratres mei, discite de paucis esse. Bene viuite, ambulate viam dei, & uidete quia auditis, vbi est deus tuus; Fœlices eritis, cum hoc audieritis, infœlices si dixeritis. Quando enim defendimus fidem christianam, & respondetur nobis, Ecce prædicatur vbique nomen Christi, quare abundant mala, quid aliud dicitur nisi ubi est deus tuus? Qui audit gemit, quia qui dicit perit. Sunt lacrymæ piorũ, sunt lacrymæ sanctorũ quas indicãt orationes eorum. Bene operatur & hilaris est, & plorat vt bene operetur, plorat quia bene operatus est. Plorando exigit bonũ opus plorãdo cõmendat bonũ opus ꝙ fecit: Crebræ ergo sunt lacrymæ iustorum, sed in ista via. Nunquid in patria? Quare nõ in patria? Quia veniẽtes venient in exultatione, portãtes manipulus suos. Fœlicitas venit, nunqd lacryma redit? Porrò aũt illi qui hic inaniter ridẽt, cupiditatibus suis dissipati quando fraudantur gemunt, quando fraudant exultant. Plorant ipsi in uia ista, plorant & ipsi, sed nõ in exultatione portantes manipulos suos. Quid colligunt qui nihil seminauerunt? imo colligunt, sed quod seminauerunt, quia spinas seminauerunt, ignem colligunt, & erunt non de fletu ad risum sicut sancti. Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem uenient in exultatione. Illi à fletu ad fletũ, á fletu cum risu ad fletum sine risu. Quid n. illis fiet? Quo eunt quando resurrexerint; Quid nisi quod dominus dixit, Ligate illis manus & pedes & proiicite illos in tenebras exteriores? Agẽ quid postea? Tenebræ erunt & dolor non erit? Forte palpabunt sed non dolebunt? Non videbunt, non cruciabuntur? Absit, Non solum tenebræ erunt, nõ eis sola tollitur species qua gaudebãt, sed datur etiam quod in æternum gemant Ne contemneres. n. tenebras, o quisquis es flagitiosus, qui soles propter tua mala facta, & propter lasciua adulteria, non solum tenebras nõ horrere, sed quærere, qui soles plus gaudere quando lucerna extinguitur, non tales tenebras habebis vbi gaudeas, vbi læteris, ubi te voluptatibus carnis oblectes, non sic erunt ipsæ tenebræ. Quomodo erunt? Ibi erit fletus & stridor dentium. Tortor sine defectu, tortus sine defectu. Nec qui torquetur fatigatur, nec qui torquet moritur. Erunt ergo æternæ lacrymæ illis qui sic vixerunt, æterna gaudia sanctorum, qñ venientes venient in exultatione portantes manipulos suos: dicent. n: tempore messis domino suo, domine adiuuante te fecimus quod iussisti, redde quod promisisti nobis in æternum.

2. Cor.5. pſal.55. &.41. pſal.125. Mat.22. Matt.22. pſal.125.

In eisdem festis, Sermo. II.

NOn martyrium sola effusio sanguinis consummat, nec sola dat palmam exustio illa flammarum. Peruenitur non solum occasu, sed etiam contemptu carnis ad coronam. Absque iniuria sanctorum in persecutionibus defunctorum dicere liceat carnem afflixisse, libidinem superasse, auaritiæ restitisse, de mundo triunphasse, pars magna martyrii est. Si uero fratres dilectissimi ad consortium martyrum uel sacerdotum volumus peruenire, de imitatione martyrum cogitemus. Debent. n. in nobis aliquid recognoscere de suis virtutibus, vt pro nobis dignentur domino supplicare. Si. n. tormenta q̃ sancti martyres ptulerunt sufferre non possumus, uel contra malas cõcupiscentias ipsis intercedẽtib⁹ repugnemus. Et qa non desunt quotidiana peccata, nõ desint ẽt quotidiana remedia. Nemo se credat aliq̃ fœlicitatẽ aut aliqd verum gaudiũ i hoc seculo possideri. Beatitudo hic parari põt, possideri nõ põt. Duo sibi tpa

Ser.46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordine suo succedunt,tẽpus flendi & tempus ridendi. Nemo se circunueniat fratres, non est in hoc mundo tempus ridendi. Scio fratres,quod omnis homo gaudere desi derat,sed non toti ibi quærunt gaudium,vbi oportet inquiri. Verum gaudium in
Ioan. 16. hoc mundo nec fuit nec est nec esse poterit: sic.n. ipse dominus in Euangelio suos di scipulos admonuit dicens,In mundo pressuram habebitis: & iterum, Mundus gaudebit,vos autem tristes eritis,sed tristitia vestra conuertetur in gaudium. Ac lic in hac vita cum labore & dolore quod bonum est auxiliante domino faciamus,vt in su turo seculo bonorum fructus colligere cum gaudio & exultatione possimus: secun
Psal. 125. dum illud,Qui seminant in lacrymis,in gaudio metent. In hunc itaque fratres cha
Gene. 3. risimi mũdum per peccatum primi hominis de beata paradisi sede proiecti & quasi in auxilium misi sumus,ac sic in hoc seculo patriam non habemus: sic & Apostolus
2. Cor, 5. dicit,Dum sumus in corpore,peregrinamur à domino, Non ergo requiramas gaudium in hoc mundo,quia sicut supradictum est,verum gaudium comparari hic potest,possideri non potest. Non quæras in via,quod tibi seruatur in patria: Et quia cõtra diabolũ Christo duce quotidie tibi pugnare necesse est, præmium non requiras in prælio,quod tibi seruatur in regno. Non queras in pugna, quod tibi seruatur in futuro cum fuerit perfecta victoria: magis illud attende quod Apostolus dicit,Om-
2. Tim. 3. nes qui volunt pie viuere in Christo,persecutionem patiuntur: & iterum, Per mul-
Acto. 14. tas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Ita ergo agere debemus vt ad principalem patriam redire fœliciter mereamur: ubi nos parentes nostri patriarchę, prophetæ,& Apostoli susципere vel videre desiderant, vbi etiam conciues nostri angeli & ciuitas illa cœlestis Hierusalem & rex ciuitatis ipsius Christus expansis nos brachiis charitatis expectant,vt ad ipsos prostrato diabolo, pleni bonis operibus fœliciter redeamus. Scitis.n. fratres quia omnes negociatores & quicunque alia agentes interim in via sunt soliciti vt in patria possint esse securi: & tunc habent ueram lætitiam,quando cum magno lucro peruenire merentur ad patriam: Ita & nos dilectissimi fratres tunc animum nostrum præparemus ad gaudium, quando peruenire merebimur ad Christum. Interim modo gaudeamus in spe,verum gaudium postea habituri in re. Quod peius est,multi sunt qui peruerso ordine de voluptate & delitiis & luxuria seculi huius gaudere se credunt,sed quod in gaudio uidentur ferre necesse illis erit cum luctu & lacrymis recipere, quia non mentitur ille qui in Euangelio
Luc. 6. Lucæ. 16. dixit,Vę vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Sic fecit & ille in fœlix diues, qui purpura induebatur & byssо. Gaudium quidem habuit in mundo,sed flam mas inuenire meruit in inferno,Lazarus qui iacebat ad ianuam eius, tristitiam habuit in via,sed verum gaudium recepit in patria. Nos vero fratres charissimi quantum possumus,dei misericordiam deprecemus, vt nobis ita amorem vitę eternę inspirare dignetur,vt plus patriam uelimus amare quam uiam,& amplius de futuro q̃ de presenti seculo cogitemus: & sic semper in exilio mundi huius agere studeamus, vt ad futurum iudicium cum libera & secura conscientia ornati bonis operibus peruenire possimus,prestãte domino nostro Iesu Christo, cui est honor & gloria cum patre & spiritusancto in secula seculorum, Amen.

In eisdem festis. Sermo III.

Ser. 47. QVotiescunque fratres charissimi sanctorum martyrum solennia celebramus,ita ipsis intercedentibus expectemus á domino consequi temporalia beneficia,vt ipsos martyres imitando accipere mereamur eterna, Ab ipsis enim sanctorum martyrum in veritate festiuitatum gaudia celebrantur, qui ipsorũ martyrum exempla sequuntur. Solennitates enim martyrum exhortationes sunt martyriorum,vt imitari non pigeat,quod celebrare delectat. Sed nos volumus gau-
2. Cor. 1, dere cum sanctis,& tribulationem mundi nolumus sustinere cum ipsis. Qui enim
Ioan 15. sanctos martyres inquantum potuerit imitari noluerit ad eorum beatitudinẽ non
Matth. 14. poterit peruenire: sic & Paulus Apostolus predicat, dicens, Si fuerimus socii passio-
1 Petr. 2 num erimus & consolationum: & dominus in Euangelio, Si mundus uos odit,scitote
Ephes 5. quia me priorem vobis odio habuit. Recusat esse in corpore,qui odium non uult sustinere

sustinere cum capite. Sed dicit aliquis,Et quis est qui possit beatorum martyrũ vestigia sequi? Huic ego respondeo, quia non solum martyres, sed etiã ipsum dominũ cum ipsius adiutorio si volumus possumus imitari: audi non me: sed ipsum dominũ generi humano clamantem, Discite a me,quia mitis sum & humilis corde: Audi & Petrum Apostolum admonentem,Christus passus est pro nobis, rel'nquens nobis exemplum vt sequamur vestigia eius. Similiter Paulus apostolus clamat,Imitatores dei estote sicut filii charissimi. Quid ad hæc respondebimus fratres,vel quam excusationem habere poterimus? * Non tibi aliquis dicat,vt virtutes quas fecit deus debeamus imitari. Iusta potest esse excusatio tua, quia virtutes & mirabilia facere non omnibus datum est: iuste & caste viuere,& charitatem cum omnibus custodire,cum dei adiutorio * promptum est: nam ipse dominus non dixit, Discite a me mortuos suscitare, super aquas siccis pedibus ambulare,non hoc dixit,sed quid ait? Quia mitis sum & humilis corde: & iterum, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos,sicut & pater vester cœlestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos. & iterum, Estote perfecti sicut & pater vester cœlestis perfectus est. Et licet sint alia multa in quibus debemus deum & beatos martyres imitari,ista tamẽ duo præcipua sunt ideſt vt mites simus & humiles corde, & inimicos nostros totis viribus diligamus. De diligendis inimicis fratres charissimi nullus unquam in ueritate se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, Non possum ieiunare, non possum uigilare,nunquid potest dicere,non possum amare? Potest dicere, non possum res meas totas pauperibus dare, & in monasterio deo seruire: Nunquid pót dicere, non possum diligere? Si dixeris quia non possis a vino vel a carnibus abstinere,credimus tibi: si autem dixeris quod non possis in te peccantibus indulgere,omnino non credimus. Et quia nulla nobis remanet excusatio,dum nõ de cellario sed de corde proferamus. istam eleemosynam,iubemur implere, vt per uiam uitæ ad æternam mereamur pa
Mat. 22. triam peruenire. Nõ solum amicos,sed etiam inimicos diligamus, his enim duobus præceptis,id est,diliges deum & diliges proximum, quasi duobus spiritalibus pedi-
1. Cor. 9 bus si per uiam veræ charitatis voluerimus currere,ad æternam patriam possumus fœliciter peruenire. Istis pedibus currebat apostolus Paulus quando dicebat,Ego autem sic curro,non quasi in incertum. Qui ergo dilexerit inimicos suos,illud in eo impletum erit quod dominus dixit,Diligite inimicos uestros, ut sitis filii patris uestri qui in cœlis est. Elige modo quod tibi placuerit. Si inimicos dilexeris, non solũ amicus,sed etiam filius dei esse mereberis. Si uero inimicos amare nolueris,propitiũ
1. Ioan. 3. & 2. deum habere non poteris: quia scriptum est, Qui odit fratrem suum homicida est: Et iterum,Qui non diligit manet in morte. Et iterum,Qui odit fratrem suum,in tenebris est,& in tenebris ambulat,& nescit quo uadat quoniam tenebrę obcæcauerũt oculos eius: Et iterum alibi scriptum est, Itinera impiorum,qui iniuriam retinẽt ma
Mat. 6 canonicis proferũtur. Vt ergo nec homicidæ simus,nec in tenebris remaneamus,studeamus non solum amicos,sed etiam inimicos diligere, ut pium & misericordẽ dominum possimus secundum cautionis suæ uinculum libera conscientia conuenire ipse enim dixit,Si dimiseritis hominibus peccata eorũ, dimittet uobis pater uester cœlestis peccata uestra,si non dimiseritis,nec pater uester dimittet uobis debita uestra. Diligenter attendite fratres,& scitote aliud esse in deum peccare, aliud in homi
Aliud est in deũ peccare & aliud in hominem. Mat. 6. nem. Quando enim in nos peccant homines,si pœnitentibus ueniam non iudulgeamus,peccatum incurrimus,quando autem aliqui in deum peccauerint,si sine discretione grandi indulgere uoluerimus,participes nos eorum peccati efficimur. Dicit ergo dominus,Si dimiseritis hominibus peccata eorum,dimittet & pater uester cœlestis peccata uestra. Rogo uos fratres,quid delicatius,quid benignus dici potest? In potestate nostra posuit,qualiter in die iudicii iudicemur. Non dixit, uade in Orientem & quære iustitiam,nauiga usque ad occidentem ut accipias indulgentiam, Dimitte inimico tuo, & dimittetur tibi: indulge,& indulgetur tibi: da, & dabitur tibi,
Luc. 6 nihil a te extra te quęrit. Ad te ipsum & ad conscientiam tuam te deus dirigit. In te enim posuit quod requirit. Non enim medicamenta uulneribus tuis longe opus habes inquirere,peccatorum tuorum indulgentiam si uis intus in cellario cordis tui

* Sic hñt uetera exemplaria. Nam si tibi aliquis dicat, ut uirtutes quas fecit deꝰ debeas imitari iusta pót esse excusatio tua, qa & cætera.
* alias omnibus p̃ceptum est. Mat. 11. & 5.
In li. 50 Ho. Ho. sexta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poteris inuenire. Sed dicis tanta mala me inimicus meus compulit sustinere, vt eum nulla possim ratione diligere. Attendis quid tibi fecerit homo,& non attēdis quid tu feceris deo? Si conscientiam tuam diligenter discutis & inquiris, sine vlla compen 277
satione maiora tu peccata commisisti in deum quam in te commiserit homo. Et qua L
fronte vis vt tibi deus dignetur dimittere multum, quia non vis dimittere parum, Si hæc quæ supra diximus spiritalia medicamenta sicut deo propiciante consuestis libenter accipitis,& in ærario sanctæ conscientiæ vestræ reconditum diligentissime custoditis, auxiliante domino, venena diaboli non timebitis,& per odiū vel iracundiam aut nunquam nobis animarum vulnera ingerentnr, aut si forte surrepserint, per charitatem cito ad pristinam salutem reuocantur.

In eisdem festis. Sermo IIII.

Ser.48 Roma.8. Psal.2. OMnium quidem bonorum fidelium Christianorum maxime tamen glorioso-
rum martyrum vox est, Si deus pro nobis, quis contra nos? Fremebat mundus aduersus eos, populi meditabantur inania, principes conueniebant in vnum, excogi tabant nouos cruciatus,& pœnas incredibiles inueniebat ingeniosa crudelitas: Ob- 277
ruebantur opprobriis falsis, arguebantur criminibus, custodiis intollerabilibus in- M
cludebantur, vngulis arctabantur, ferro perimebantur, bestiis subigebātur, ignibus cremabantur,& dicebant. Si deus pro nobis quis contra? Totus mundus contra nos, & dicitis, quis contra nos? Respondent tibi, Et quis est totus mundus, quando pro eo morimur per quem factus est mundus? Dicāt dicant, audiamus audiamus, Si deus pro nobis, quis contra nos? Sęuire possunt, maledicere possunt, calūniari possunt, fal sis opprobriis agitare possunt,& vt breuiter dicam, postremo possunt non solum cor pus perimere, sed etiā dilaniare,& quid facient? Ecce enim deus auxiliator mihi est, & dominus susceptor est animæ meæ, Mundus interfector corporis mei, dominus su
Psal. 53 sceptor est animæ meæ. Et quid mihi obest si sit mundus interfector corporis mei, cum dominus adiutor est animæ meæ. Quando aūt dominus est susceptor aiæ meæ erit restitutor & corporis mei. Quid mihi deerit si mēbra mea dilaceret inimic⁹, qñ capillos meos de⁹ dinumerat? Exhortās martyres suos xp̄s ne ab inimicis p̄secutori-
Mat. 10. bus formidarent, Capilli, inquit, vestri numerati sunt. Quid ergo timebo dāna mem brorum, quādo securitatem accipio de numero capillorum? Ergo dicamus, dicamus ex fide, dicamus in spe, dicamus flagrantissima charitate, Si deus pro nobis, quis con tra nos? Ecce contra te est rex, si deus pro nobis, quis contra nos? Ecce cōtra te est po 278
pulus, si deus pro nobis, quis contra nos? Vnde probas o beate & glorioſe martyr, A
Roma. 8 mihi probas quod dicis, Si deus pro nobis, quis cōtra nos? Manifestum est enim quia si deus pro nobis, quis contra nos, sed proba quia deus pro nobis. Non ergo probo quia filio proprio non pepercit, sed pro omnibus tradidit eum? Hoc quod sequitur cum Apostolus legeretur audistis, cum enim dixisset, Si deus pro nobis, quis contra nos: tanquam ei diceretur, proba quia deus pro nobis: continuo attulit grande docu mentum, continuo introduxit martyrē martyrum, testem testium, illum scilicet cui
Roma. 8 pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, hinc probauit Apostolus vere se dixisse, Si deus pro nobis, quis contra nos, quādo filio proprio non pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illum. Quomodo non etiam & cum illo oīa nobis dona uit? Quando cum illo nobis omnia donauit,& ipsum nobis donauit. Terret te frem tus mundi, cui donatus est artifex mundi? Christū nobis donatū esse gaudeamus,& nullos Christi inimicos in hoc seculo timeamus. Quis enim nobis donatus sit vide te, In principio erat verbum & verbum erat apud deum,& deus erat verbum. Ipse
Ioan. 1 est xp̄s, ipse vnigenitus filius dei, ipse est gignenti coęternus. Omnia per ipsum facta sunt. Qūo nobis donata non sunt, quæ per ipsum facta sunt, qñ nobis donatus est est ipse per quem facta sunt omnia: Et ut sciatis quia ipse verbum caro factum est & habitauit in nobis, desidera expetendo datam tibi vitā Christi, & donec perueniat 278
tene pignus mortem Christi. Promittens enim nobis victurum se esse nobiscum, nō B
potuit nobis maius pignus dare quam mori pro nobis. Mala, inquit, vestra pertuli, bona mea non reddam? Promisit cautionem, fecit pignus. Dedit Euangelium,& tu

dubitas credere? Promisit cum hic inter homines ambularet, cautionem fecit cū Euangelium scriberet: Ad pignus ipsius quotidie dicis, Amen. Pignus quod accepi sti, quotidie erogatur tibi. Noli de spe desperare, qui vivis ex pignore, præstante do mino nostro Iesū Christo, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

In eisdem festis. Sermo. V.

Ser.49 CErtamine vniuersorum martyrum sulciri atque eorum victoria quorum nata-
lis victricis gloriæ celebratur, quo robusta fides sit agonem & passionis con gressus, roborari debemus, certo scientes q̄ in omnibus Christus patitur,& q̄ ad re gnum cœlorum statim cum exultatione corporis transferuntur,& cum gentes hor reant in ęgritudine mortem, hi in ipsa morte consequatur perpetuam hæreditatem: Per passionem vero translationem magis credunt esse quam finem. Hęc est arcana
Philip. 1 sapientia quæ in electis tuis domine non persuasione colligitur, sed de tuis martyri bus & de fonte diuino virtutes oriuntur, quibus vere Christus est, & mori lucrum triumphantes in Christo sua morte peccata lucrantes, quanquam qui in illo patitur omnino non moritur. Confessionis enim mors non est, sed hæreditas uitę. Martyrū est igitur indulgentia criminum, virtutum capur, occasio iustitiæ, dominicæ passio nis imitatio. O fœlicissimi martyres renunciantes seculo maluerunt meliora nouis sima quam prima. Quorum denique cōsummatio iustum initium facit. Diuino tuo nutu omnipotens deus, glosiosissimi martyres Christi testes esse meruerunt. Victo riam quoq; meditati, confessi sunt Christum in flagellis, in carceribus, in ergastulis, in solitudine. Iustorū enim comes, semper debet esse confessio. O inclytæ beatorū animæ,& glorioſa victoria martyrum, inter quos deuotissimæ fœminæ simul secu lum sexumq; vicerunt, præliantes cum diabolo fortiores uiris torquentibus extite runt, quæ carnifici gratias agentes erant sæuiēti. Ab omnibus enim fidem expectat deus omnipotens magis quam mortem, sed diabolus qui confitentes odit, coronas Præstat inuitus Facit martyres quos occidit, & cum dei seruos vincere contendit, contemnitur ipse dum sæuit. Liberalitas ergo tua deus hactenus nobis martyria pro posuit, ut aduersarius quo nam elisus est, a filiis Adæ cōstanter elidi monstraretur. Voluisti enim hominem non tantum de diaboli potestate eruere per fidem, sed incul catorem eius interficere per uirtutem, vt qui gaudeamus Christi sanguine mortui, facilius liberati ducētes martyria in xp̄o, postea triumphemus coronati, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amē.

In eisdem festis. Sermo. VI.

Ser.50 QVoniam dies sanctorum martyrum est, vnde potius aliquid delectet nos
dicere nisi gloria ipsorum? Adiuuet nos dominus martyrū audiuimus pau Roma 8 loante beatum Apostolū prędicātem, Quis nos ſeparabit a charitate xp̄i? Ista vox est martyrū, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an Psal.43 periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Propter te mortificamur tota die, deputa ti sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Hæc est uox martyrum omnia tolerare,& de se nihil præsumere, illum diligere
1. Cor. 1. qui glorificatur in suis, Vt qui gloriatur in dño glorietur, nouerant & illud qd⁹ nos
psal. 31. cātauimus pauloante, Lętamini in dño & exultate iusti in deo. Si iusti in dño lætan tur iniusti vero non nouerunt lętari nisi seculo, Sed ipsę sunt primę acies debellan dæ, primo vincēdę sunt delectationes,& postea dolores. Qūo p̄t superare mundū sæ uientē q nō p̄t supare blandimentū? Blanditur hic mūdus pollicēdo honores, diui tias volnptates. Minatur hic mundus intendēdo dolores egestates, humilitates. Qui nō contēnit qd⁹ pollicetur, qūo superare potest quod minatur? Habent delectationē suam diuitię, Quis nesciat: Sed plus habet delectari iustitia, delectare diuitiis cū iust tia. Vbi autem talis articulus tentationis inciderit, vt duo hęc venient in tentationē diuitię & iustitia,& possis habere utrunq; ęquale, sed si dimiseris manum ad iusti tiam pereant diuitię si dimiseris manum ad diuitias necesse est vt amittas iustitiam

Vbi sup. Roma. 8

modo elige, modo pugna, modo videamus si non sine causa cantasti', Lętamini in domino & exultate iusti: modo videamus si non sine causa audisti, Quis nos separabit á charitate Christi? Equidem prætermisit omnia quibus blanditur mundus & te uoluit commemorare cui blanditur mundus. Quare? Quia certamina martyrum prænunciabat, illa vtique certamina, vbi vicerunt persecutionem, famem, sitim, egestatem, ignominiam, ad extremum timorem mortis hostem nouissimum. Sed videte fratres, totum ars Christi facit. Admonet Apostolus, vt præferamus charitatem dei mundo. Quantas angustias patiuntur, qui volunt rapere res alienas? An persecutio ait, & ipsa non frangit? Auaritia terretur, auarus rapit ac timet pœnam, æstuat in rapinam. Multi.n. famem patiuntur dum acquirunt & faciunt lucra, quibus præcipimus ieiunare, & excusant se stomacho. Vacet illis tota die solidos numerare, & ieiuni dormiunt. An nuditas ait. Quid dicam de nuditate? Quotidie negotiatores de naufragio nudi euadunt & iterum nauigant ad periculũ. Vnde quotidie periclitantur homines, nisi propter diuitias acquirendas? Nec gladius prohibet. Capitale crimen est fallitas, & tamen comitatur hęreditas. Si ergo hoc meretur temporalis cupiditas, quare non mereatur Christi hæreditas? Auarus dicit in corde suo, qui forte non audet lingua sua, Quis nos separabit á cupiditate auri? Tribulatio, an angustia, an persecutio? Possunt & auari dicere auro, propter te occidimur tota die. Optime ergo dicunt sancti martyres in Psalmo, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Discerne, inquit, tribulationem meam, tribulantur & auari. Discerne angustias meas, patiuntur angustias & auari. Discerne persecutiones meas, patiuntur & auari Discerne famen meam, pro auro acquirẽdo esuriunt & auari. Discerne nuditatẽ meam, pro auro despoliantur & auari. Discerne mortem meã pro auro moriũtur & auari. Quid est, discerne causam meam? Propter te mortificamur tota die. Ille propter aurum, nos propter te. Similes pœnæ, sed discreta causa. Vbi ergo discreta est causa, certa est victoria. Si ergo causam intuemur, solennitates martyrum amamus, Amamus in eis non passiones, sed causas passionum. Nam si amaremus passiones, multos inuenturi sumus qui peiora patiuntur in causis malis. Sed si causam attendamus, crucem Christi attendite. Ibi erat Christus, vbi & latrones. Similis pœna, sed dissimilis causa. Vnus latro credidit, alius blasphemauit. Dominus tanquam de tribunali inter ambos iudicauit. Illum qui blasphemauit in tartarum damnauit, alium in paradiso secũ cõstituit. Quare hoc? Quia etsi æqualis pœna, sed impar erat causa. Eligite ergo martyrum causas si vultis peruenire ad martyrum palmas: Per dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

Pſal. 43. & 43.

Luc. 23.

Mat. 5

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Matthæum, Videns Iesus turbas &c. quæ sumpta est ex libro primo, De sermone domini in monte, cap. primo.

DE VNO CONFESSORE.

In festis vnius confessoris, De seruo pigro qui talentum acceptum noluit erogare: Sermo. I.

Ser. 51.

DOmini fratres, & coepiscopi mei præsentia quidem sua nos visitare & exhilarare dignati sunt, sed nescio quare nolunt me fessum adiuuare. Hoc ideo charitati vestre dixi ipsis audientibus, vt quodammodo audientia vestra intercedat pro me apud illos, ut quando eos rogo faciant & ipsi sermonem. Erogent quod acceperunt, operari magis quam excusare dignentur, A me autem fatigato & uix loquente, pauca libenter accipite. Habemus enim & libellum de beneficiis dei per sanctum martyrem datis, pariter libentius audiamus. Quid ergo est quod dicam vobis? Audistis in Euangelio & bonorum seruorum meritum & pœnam malorum. Et malitia tota serui illius reprobati grauiterque damnati ista fuit, quia noluit erogare. Seruauit ad integrum quod accepit, sed dominus eius lucra quærebat. Auarus est deus ad salutẽ nostrã. Si sic damnatur qui non erogauit, quid debent expectare q̃ p̃dunt? Nos

Matt. 25.

Nos ergo dispensatores sumus. Nos erogamus, vos accipitis. Lucra quærimus, bene viuite. Lucra enim erogationis nostræ ista sunt. Sed etiam ad nos nolite existimare non pertinere erogationem. Non potestis erogare de isto loco superiore, sed potestis vbicunque estis. Vbi reprehenditur Christus defendite. Murmuratoribus respõdete, blasphematores corripite, ab eorũ uos societate alienate. sic erogatis, si aliquos lucramini. Agite vicem nostram in domibus uestris. Episcopus inde appellatus, est quia superintendit, quia intendendo curat. Vnusquisque ergo in domo sua si caput est domui suæ, debet ad eum pertinere episcopatus officium, quomodo sui credant, ne aliqui ipsorũ in hæresim incurrant, ne vxor, ne filius, ne filia, ne ipse seruus, quia tanti est emptus. Disciplina apostolica præposuit dominum seruo, & seruum subdidit domino, Christum tamen pro ambobus vnum pretium dedit. Minimos uestros nolite contemnere, domesticorum uestrorum salutem omni vigilãtia procurate Hęc si facitis erogatis. Pigri serui non eritis, damnationẽ tam detestandã non timebitis.

Episcopus

Epheſ. 6.

Item in eisdem festis, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundũ Matthæum, Vos estis sal terræ &c. quæ sumpta est ex libro primo, de sermone domini in monte, capite secundo.

Mat. 5.

DE VIRGINIBVS.

In festis sanctarum virginum, Homilia de eo quod scriptum est in Euangelio secundum Matthæum, Simile est regnum cœlorum decem virginibus &c. quæ habetur de uerbis domini XXII. & XXIII. Et de quæstionibus Euangeliorum, libro primo cap. XLIIII. Et in libro LXXXIII. quæstionum, quæstione LIX.

Mat. 25.

DIVI AVRELII AVGVSTINI SERMONES AD FRATRES suos in Eremo commorantes, & quosdam alios.

De institutione regularis vitæ: Sermo. I.



FRATRES mei & lætitia cordis mei, corona mea & gaudiũ meũ quod estis vos: Pax vobis & charitas cum fide semper inter uos adimpleatur. Qua me putatis matrem esse animarum vestrarum, ideo desidero ita vos componere, vt in vobis neque macula neque ruga possit ante tribunal iudicis apparere. Animabus enim uestris non solum ornamenta, se etiam medicamenta desidero prouidere. Studeo enim dissuta consuere, & consciſſa sarcire, vulnerata curare, abluere sordida, reparare perdita, & ea quæ sunt integra, spiritualibus margaritis ornare. Ego enim margaritas de paradisi patria vobis donare cupiens, nullam mercedem in seculo opto recipere, nisi quod quæ vobis insinuare intendo, & patienter audire & cum dei adiutorio secundum vires operibus adimplere semper studeatis. Sed ante omnia fratres charissimi quos iterum parturio donec reformetur in vobis Christus, diligatur deus, deinde proximus, quia ista præcepta sunt principaliter nobis data. Et ideo fratres dilectissimi, commorantibus nobis in eremo, in nomine dei nostri placeat secundum apostolicam vitam vnum sentire, & omnia communiter possidere: sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, Quia erant illis omnia cõmunia, & distribuebantur vnicuique sicut cuique opus erat. In hac autem vita permaneamus, & nosipsos in ipsa deo auxiliante fortiter teneamus: quia qui perseuerauerit usque in finem, saluus erit. Si quis autem de seculo ad nostrã congregationem

Epheſ. 6.

Gala. 5.

Mat. 22.

Acto 4. venire desiderat,primo præcipio vt probetur an voluntas ex deo sit. Non enim de-
Matth.10. bet esse violenta non coacta,non mobilis,sed sempiterna virilis, vtilis, constans, & 279
omni spiritu charitatis plena atque perfecta: Tunc enim proponatur ei quomodo ab A
Matth.16. neget voluntatem propriam,& sponte sequatur me. Nec volo quod cogitet amplius
Matth.6. quid necesse ei fuerit: Scit enim pater cœlestis,quibus indigeamus. Quæramus igi
25,dist. In tur primum regnum dei,& hęc omnia abministrabũtur nobis. In oratorio nemo ali
oratorio. quid agat,nisi ad quod factum est,vnde & nomen accepit. Orationibus instate á ma
ne vsque ad sextam tantum circa missarum solennia. A sexta vero vsque ad nonam
omnes vacent lectionibus & pater noster. Ad nonam vero reddant codices, & secun-
dum naturæ conditiones sine tumultu reficiant. audientes verbum dei. Postquam
autem refecerint, siue in horto, siue in eremo vel vbicunque necesse fuerit ope-
rentur. Nihil enim dei seruis ociositate peius. Operentur ergo in nomine domi-
ni sacrum ordinem non habentes usque ad horam lucernariam. Nemo tamen
ex opere suo aliquid sibi appropriet. Apostolica enim uita optamus viuere. Si quis
autem contra fecerit,furti iudicio condennetur; & si correptus non emendauerit,de
vestra societate proiiciatur. Non enim hoc fit crudeliter sed misericorditer,ne conta
gione pestifera plures ex vobis perdat. Cum autem aliquid fit per uos,cauete,ne cũ 279
murmure fiat,ne murmuratores in conspectu dei vocemini,Illum qui vobis præest, B
post deum omnes sicut decet dei famulos honorate. Ipse vero qui præest, super om-
nia solicitus sit de vestra salute,de quibus deber reddere rationem. Dominica auté
die qui volunt vinum cum dei gratia bibant: sed qui antiqui sunt & debiles, vinum
bibere compellantur,carnem tamen domantes quantum valetudo permittit. Quan
do necesse est vt aliqui ad seculum vadant, caueant ne vadant minus quam duo vel
tres. Et si oculi seruorum dei iaciantur in aliquam fœminarum,cauete ne in illam fi
gantur. Deus autem qui habitat in vobis etiam isto modo custodiet uos ex uobis
Nemo cum secularibus extra monasterium manducare nisi panem, vel bibere nisi
aquam præsumat,vel aliquid etiam intus manducare extra horam prandii, nisi ca-
sus infirmitatis acciderit. Qui vero infirmantur ex vobis cum omni diligentia per-
tractentur,etiam si de humilima seculi paupertate venerint, Nec debet sanis mole-
stum esse si aliter tractentur in victu,sed magis congratulẽtur, deo gratias agentes,
quia ualent quod non ualent illi. Si vero vt fieri solet ab hæreticis superuenerit in- 279
cursi o repẽtina,uel ab infidelibus,aut hostilitas,ita vt necesse sit fratribus fugam ar C
ripere,si deo fauente euaserint,mox ad nemus cum Helia redire festinent, cogitan-
3.Reg.19. tes ꝙ nullo modo poterint separari quos dei charitas sociauit. Si quis autem contu-
maci animo hæc obseruare contempserit,capiatur & subiiciatur monasterii disci-pli-
næ. Hæc autem quæ dico uobis, sępe per uos legãtur ne obliuioni tradantur. Et ubi
hæc omniã seruaueritis,nobis non parua lętitia de filiorum salute erit. Hęc igitur
sunt quæ obseruetis pręcipimus in monasterio constituti, propter quod in vnum
estis in eremo congregati,vt vnanimes habitetis in domo, & sit vobis anima una &
Acto.4. cor vnum in deo & domino Iesu Christo, qui vos dirigat ad perficiendum mirabi-
lia de lege sua,Amen.

De pace, Sermo. II.

FRatres charissimi, o si sciretis quanta sit virtus pacis,& quantum uobis in solitu
dine de morantibus necessaria sit Tanta enim est virtus pacis,ꝙ in eius dignita-
te Apostolus omnes suas epistolas scribebat, dicens, Pax vobis & gratia á domino
Roma.1. deo nostro. Hanc autem salutandi formam nobis primitus donauit Christus, di-
Luc.24. cens, Pax vobis. Hanc pro testamento Christus Apostolis dereliquit, tanquam 279
Ioan.14. summum bonum,sine quo nullus viuere debet. Sic etiam pater cœlestis elemen- D
ta & planetas cæterasque inuisibilia ordinauit, vt uinculo pacis simul complectẽ-
tur. Si re etiã ordinauit gloriosos exercitus angelorũ,vt post eorv descensum nulla
esset inter eos discordia,sed pax plena atque perfecta. Hæc est illa gloriosa pax quę

fructus malarum congitationum eructat,mentem fluctuantem illæsam reseruat,cõ
scientiam purgat. Qui pacem cordis,oris & operis non habet,Christianus dici nõ de
bet. Qui in hac non sperat, in lubrico vitam & pedem ponit, in tempestate nauem
collocat,in præcipitio se illaqueat, in harena semen seminat. Hæc est illa perfecta
pax quæ mentem a vitiis purgat, vermem conscientiæ rodit O pax eremitarum ma
ter,cœnobitarum pater, monachorum soror,tu patriarcharum vinculum, tu pro-
phetarum vehiculum, tu apostolorum refugium, tu martyrum solatium, tu con-
fessorum balteum, tu Virginum tripudium, tu viduarum speculum, tu coniuga-
torum spectaculum,tu malorum præsidium,tu tyrannorum odium,tu latronum su
spendium. O pax dei ædificium,te non possunt destruere principum fulmina,insul-
tus dæmonum te in nullo lædere possunt. Tu pauperem diuitem facis, tu diuitem
mendicantem perducis,tu contentá in cunctis,tu ditior vniuersis, tu homines dei fi
lios facis. O pax sine te reges non rẽgunt,sine te regna non valent. Nunquid sine
te ieiunia,orationes, eleemosymę cæteraq; bona nobis prodesse possunt? Absit.
O monache habeto pacem in cunctis: nam si fratri irasceris,si proximum odis, tibi Matth.6.
contradicis in oratione dominica: clamat enim monachus, Dimitte nobis debita no
stra,sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. O monache,si pacem non diligis,si
proximum odis,quo iure,quo pacto,qua fronte tibi petis dimitti,qui proximo ran
corem nõ dimittis: Habete ergo pacem cum omnibus,omnium tñ vitia odientes. Ha
bete in corde,in ore & in opere pacem. Nam si Cain pacem habuisset in corde, non
struisset in fratrem suum. Si Absalon pacem habuisset in ore, non impugnasset pa- Gene. 4.
trem Si iudas habuisset pacem in opere,non fugisset ad laqueum. O quám bonum, 2.Reg.15.
o quám iocundum, O quám diuinum est habitare fratres in vnum, vt vnuum sit Matth.24.
cor vna voluntas,una omnium anima & vna forma viuendi: nam diabolus intrare Psal.132
non potest domum vel mentem in qua pax dominatur. O quàm ergo iocundum est
habitare fratres in vnum. Tanta enim est eminentia istius virtutis,ꝙ de ea prophe-
ta prius miraretur,quám ostenderet quid esset,vel quid vtilitatis haberet, O quàm
grandem admirationem præposuit,quando dixit, Ecce. O quám mirabilem vtilita-
tem prædicauit,quando sublunxit, Quam bonum & quàm iocundum. Sed scire
debetis fratres mei ꝙ quædam sunt bona quę non sunt iocunda, quędam iocunda
quę non sunt bona: Verbi gratia, Bona sunt ieiunia,vigiliæ,macerationes & similia.
Hęc enim bona sunt,sed non iocunda,quia caro in his non iocundatur, sed lædi tur.
Iocunda quippe sunt comessationes,ebrietates,sed non bona. Hęc agentes letantur 279
cum malefecerint,& exultant in rebus pessimis. O monache vix poteris inuenire in prout. 2.
præsenti unum quod sit bonum & iocundum. Cupis tamen illud vnum inuenire;
Persequere pacem & amplectere eam. Hæc est enim sola virtus, quæ bonum habet Psal.33.
& iocundum. Hæc est illa bonitas quę nos habitare facit vnius moris in domo, vt Psal.67.
simul viuere simulꝙ mori semper optemus: In præsenti enim simul habitamus, &
in futuro capiemus brauium iocunditatis ęternæ. O pax tu mentis serenitas,animi
tranquillitas,cordis simplicitas,amoris vinculum charitatis consortium. Hęc est illa
summa fœlicitas quę simultates tollit,bella compescit,itas comprimit,superbos cal
cat,humiles amat,discordes sedat,inimicos concordat, cunctis placet, á cunctis opta
tur,sed á cunctis malis illa quę bona est pax fugitur & oditur vt mors. O pax tu nõ
scis extolli,ignoras inflari. Beatus qui te habet,maledictus qui te odit & qui te impe
dit & frangit inter homines,quoniam Antichristus est & filius perditionis. O pax
qui te habet, teneat, qui te non habet te perquirat, qui te perdit te requirat si filius
dei esse peroptat. N pax tale bonum es in rebus creatis,tam mirificum,tam gtorio-
sum,ꝙ nihil dulcius solet audiri nihil delectabilius concupisci, nil vtilius posside-
ri. Spiritus enim humanus sicut nunquam viuificat membra nisi fuerint vnita, sic
spirituſſanctus numquam viuificat nisi pace vniti fuerimus. Nemo enim est vt di 279
ximus, qui non velit pacem habere. Interroga omnes si pacem desiderent omnes
vna voce dicent, Hoc amamus,hoc optamus,hoc concupiscimus,hoc volumus. Si
ergo fratres homines pacem amant, ament & iustitiam, quia duæ sunt amicę cha-
rissimæ. Iustitia enim & pax ipsæ se osculantur,sed si amicam pacis non amaueris,

nunquid ipsa pax te amabit,& tecum habitare volet? Abſit. Amate igitur pacem dilí
Pſal.84. gentes iuſtitiam. Hæc enim pax hominibus bonę voluntatis datur ab angelis. Nunquid prauæ voluntatis pacem offerunt angeli hominibus? Abſit. Et qui ſunt prauæ 276
Luc.2 voluntatis tantum quantum illi qui ſuperbo oculo & inſatiabili corde nũquam di I
cunt,ſufficit,tales nunquã poſſunt habere pacem. Propterea fratres mei ex quo mundum calcare cœpimus,& terrena cuncta deſpicere, diuitias non appetamus,nec nos qui pauperes in eremo ſumus,ad ſuperbiam diuitiarum extollamur. Nullo.n.modo decet nos vt in hac vita ſolitaria vbi ſenatores fiunt laborioſi, fiant opifices ocioſi,& qui venimus relictis diuitiis,qui fuimus prædiorum domini, hic ſimus ruſtici delicati. Ille denique fratres vere pacem habet,qui nil appetit de ſeculo poſsidere. Hic tranquillus eſt,hic gaudet de bonis cunctis,pagano illo dicente,Quiætiſsimam vitã agerent homines in terra,ſi hæc duo verba a natura rerum omnium tollerentur,ſ. meum & tuum. O beata paupertas,vberibus pacis plena,vbiq; ſecura, vbiq; illæſa, vbiq; cunctorum amica. Nam qui te amat,veram pacem amat, qui te non amat,tranquillitatem omnem ignorat. Sed dicet quis ſeruorum dei, Ecce diuites video,ſuperbos,elatos,impios,& omni bonitate perfecta carentes,vnum tamen appareat, quia pacem habent ad inuicem. Quid ergo? Nunquid gaudere debeo de eorum nequam
concordia neſcio vel triſtari? O monache ſcias q̃ ſicut multũ nocet diſcordia inter 279
bonos,ita valde dolendum eſt dum vel quando pax eſt inter malos. Tunc enim augentur omnia peſsima quæ fieri vel cogitari poſſunt inter homines,quando mali pacifice viuunt, quando vero diſcordant,tunc mundus aliqualiter tranquillatur. Nã ſicut concordia malorum contraria eſt concordiæ bonorum,ita optandum eſt q̃ boni pacem habeant,& mali diſcordes ſint. Nam per diſcordiam mali aliquando optimi efficiuntur,cognoſcentes quid ſint & quid erunt. Nam dum tribulantur,& eorũ facies ignominia replentur,aliquando quærunt nomen domini,quod tamẽ tempore pacis nunquam amabile erat in corde eorum. Orandum tamẽ eſt, vt & boni in bo
Philip.2 no teneantur vſque ad finem & mali conuertantur antequam ad finem perueniant. Vos autem fratres ad inuicem pacem amate,quæ quidem pax cuſtodiat corda veſtra & intelligentias veſtras quæ exuperat omnem ſenſum,Amen.

De ſilentio, Sermo. III.

SIlentium fratres chariſsimi,inter cætera vobis in eremo ſumme neceſſarium eſt. Omne enim quod non ædificat,in periculum vertitur dicentium & audiẽtium 278
Lingua enim noſtra ſenſum noſtrum ſequatur & rationem,non voluntatem. Non L
enim debemus tantum oculos clauſos ſeruare,ſed & linguas infra dentes reſeruare illæſas,ſermo enim vanus,vanæ conſcientiæ index eſt. Qualis enim es,tales ſermones loqueris,talis & mens comprobatur: & qualis fueris in factis,talis cõprobaueris in verbis. Stultus enim valde eſt,qui non prius verbum ducit ad linguam rationis quam educat ad linguam oris. Qualis eſt homo in mente,talem verboſitas depingit in ore. Verboſitas hominem conducit in ioculatorem humanæ naturæ dignitatem deponit,honores ſibi rapit,inimicos infinitos acquirit. Inflammat denique linguæ mobilitas in adoleſcentia ad iocoſa,in virili ætate ad fraudulenta, ſed in ſenili ad detractoria. Reſtringenda eſt igitur hęc parua fauilla,ne in magnam vertatur flammã, ſurculus ne creſcat in ſyluam,gutta ne tumeſcat in fontem. Maius eſt deniq; fratres linguam refrenare quam capere ciuitatem,quia illud inſultat exterius, ſed iſtud interius. Hic ſumuntur arma contra teipſum,ſed ibi de alieno. Summa tamen vere cum
dia eſt & depreſſa diectio,non poſſe linguam refrenare, & vile non poſſe ligare membrum. Ecce lingua egredi quærit,motum perquirit. Tu vero o monache per tempe
rantiam ipſam refræna,appone ei peſſulum rationis,circũcide eã maturitate diſcre
tionis. O lingua tu periculum immittis,tu luctum producis, diſcordiam ſæpe ſpar- 279
Mat.2. gis,& proditionis venenum & detractionis paris,& ad infernum qui tibi credũt con M
ducis,O monache cognoſce linguam nequam,fuge eam,deſpice eam, ſi potes con-

funde eam. Sed volo inſtruere tuam linguam bene loqui. Vis bene loqui? Da ei moderatum motum: prętioſa enim lingua non nouit niſi verba diuina ſemper conferre. O quam ſanctum eſt os,vnde ſemper cœleſtia erumpũt eloquia. O monache confidẽra te redditurum rationem de omni verbo ocioſo, & tanto magis quanto minus mundo es obligatus. Non enim in foro,ſed in cella habitare debes, non familiã ſed familiarum animas oratione paſcere debes. Non eſt igitur tibi neceſſe multum loqui,nec inter homines conuerſari,nec mercantias pertractare vnde viuas. Nam mercantiam in monacho vſuram occultam exiſtimamus, Ama igitur,o monache ſolitudinem,fuge multitudinem,ne comprehendaris in verbo,ne confundaris in facto. Et ſi interrogatus fueris,melius eſt ad ſingula reſpondere breuiter,quã diutius immorando verba curioſa & prolixa extendere. Verboſitas enim quid aliud eſt quam ſemen quod fructum non facit? O verboſe erubeſce, & conſidera tuam grandem miſeriam. Quid enim aliud es quam ſal infatuatum quod ad nullum valet condimentũ? Mat.5
Vere infructiferus es,& infructiferos facis qui te libenter audiunt. O uerboſe mendax,qui veritatem raro dicere voluiſti. O loquax cognoſce teipſum, nam loqui nunquam erubeſcis,nec conſideras quid,ſed quantum dicere poſsis. Non menſuras verborum ſententias, ſed tantum vt ſatieris. O verboſe erubeſce, quia omnino cogno- Pſal.139
ſceris quid agis. Nam tua conditio eſt occulta manifeſtare,nota in conuentibus pdi
care: ſed ſi neſcis,ſomnias inaudita,fingis te ſcire quod neſcis vt libenter audiaris a Iacobi.1.
cunctis. O artifex mendaciorum,o faber fabularum,lege quod dicitur,Quia vir lin- Prou.10.
guoſus non dirigetur ſuper terram,nec dirigetur in terra,ꝑmiſsionis. O monache
& tu diligenter attendas. Nam qui non refrænat linguam ſuam, huius vana eſt reli- Pſal.38
gio. Qui non cuſtodit linguam ſuam,monachus non eſt: qui autem moderatur linguam ſuam,prudentiſsimus eſt,verus q̃ monachus eſt. Eia ergo fratres mei amate ſi
lentium,ponite cuſtodiam ori veſtro. Eſtote ſolitarii,vt ſitis angelis ſociati: eſtote ru- Epheſ.2.
ſtici,vt ſitis ciues ſanctorum & domeſtici dei: eſtote muti vt ſitis loquaces: loquimini deo vt ſitis veraces,contemplate in eremo,vt cõtemplemini a ſanctis in cœlo: eleuate capita vt eleuemini corde: extendite brachia, vt extendamini toto corde volantes ad cœlum,ad quod perducat nos Chriſtus deus noſter. Amen.

De prudentia Sermo. IIII.

FRatres chariſsimi non ſolũ ſilentiũ tenere debetis in eremo,ſed etiã prudentiã rapere feſtinare. Prudentia enim vobis neceſſaria eſt, quia docet quid fugiendum,& quid tenendum ſit. Prudentia enim docet te ut non ſuperbias,nec inuideris rebus temporalibus,nec mireris de rebus tranſitoriis,cũ ſint caducæ, & ea quæ poſsides,tanquam aliena poſsidere aduertas. Prudentia docet te, ut quæ non poteſ perpetuo tenere,fructuoſe permittas abire. Prudentia docet te ut in cunctis ſemper idem ſis,tam in proſperis quam in aduerſis,ſicut manus quę eadẽ eſt & cum in palmam extenditur,& cum in pugnum conſtringitur. Ipſa te docet quomodo reprehenſibilis ſit nimia laudatio,& immoderata uituperatio. Illa quidem adulatione,ſed iſta ſuſpecta malignitate. Prudentia teſtimonium veritati, non amicitiæ reddit. Prudentia cum diſcretione promittit, & promiſſa accelerat, & amplius quam promiſerat præſtat. Prudentia docet quomodo preſentia ordines, quomodo præteritorum recorderis,& quomodo futura prouideas. O beatus qui prudens eſt,& fœlix,& ueræ fœlix qui prudens inuenitur. Nam ſi cuncta quæ habet amittit,clamat, omnia mea mecum ſunt. Quę ſunt iſta quæ ſunt mea niſi iuſtitia,temperantiæ, fortitudo & prudentia? Obtempera teipſum o prudens, Omnia enim quę eripi poſſunt, bona non eſſe putes. Cum igitur prudens ſic in ſe contentus ſit omnia ſecũ habet,in omnibus ſibi ſufficiens eſt, Imprudenti uero nihil ſufficiat,quia in nullo cõtentus eſt, quia omnia ſine fine ſperat poſsidere,ideó omnibus eget. Eſtote igitur fratres mei prudentes ſicut ſerpentes,& ſimplices ſicut columbæ. Duo enim ſunt quæ connexa adinuicem ſunt, vt unum ſine altero, aut parum aut nihil omnino proficiat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Serpẽtis astutia.

Simplicitas enim sine astutia, stultitia reputatur astutia sine simplicitate superbia, approbatur. Astutia enim serpẽtis, in quatuor diuiditur partes. Prima est, q̃ totius corporis venenum in gutture colligit, & ibi prudenter docente natura seruare studet, ut si aliquando sibi necesse fuerit, in prõptu habeat unde se defendere possit. Sed in hac parte serpens quandoque decipitur. Mustella enim semper serpenti aduersatur, & ante foramen cauernæ serpentis se ponit, & eum prouocãdo tandiu umbra caudæ suæ solerter illudit, donec ipsum egredientem agnoscit. Tunc vero mustella de super ascendit, insidias tendens, vt cum serpentis caput viderit, capitalem vindictã sumat de hoste, quem nunquam diligere potuit. Prouocatis itaque serpens, extra cauernæ foramen caput emittit, & cum nihil deorsum videat, verso gutture respicit sursum. Sed mustela cernens tempus optatum dentes imprimit circa venenum, sicq; absque periculo inimicum occidit. Hæc est enim prima serpentis astutia, in qua fratres mei mundi sapientes notantur, quorum prudentia non in cœlestibus sed in terrenis tota versatur, quibus diabolus in umbra mutabilium rerum alludit, alludendo, decipit, decipiendo occidit. Et ne forte valeant aspirare in ipsis terrenis cupiditatibus, sæpe eos cogit expirare. Secunda prudentia in serpente est, quod quando in aquam descendere cupit, venenum reponit in loco tutissimo, sed recedens ab aquis iterum resumit venenum. Hæc enim vestigia serpentis multi sequuntur, qui post abrenunciationem mundanæ conuersationis, post habitum sanctæ religionis, post iuramentum sanctæ professionis, post agnitionem sanctæ ueritatis, reuertuntur ad uenenum prauæ consuetudinis, quibus melius esset ueritatem non agnouisse, quam post agnitionem retrorsum abire. In hoc enim uno fratres imitari debemus serpentem, quia uenenum deponit, sed non quia iterum venenum resumit. Tertia prudentia serpentis est, q̃ ueterem pellem per singulos annos exuere didicit, quam depositurus angustum foramen inquirit, per quod trãsiens cum dolore pellem dereliquit, sciens quia pella deposita pulchrior apparebit. Per hoc enim fratres mei datur intelligi, ut & nos pellem uitiorum deponamus, & per foramen stigmatum Christi transeamus, & tunc pulchriores apparebimus. Per hoc foramen diues ille Zacheus intrauit, quando omnia bona sua pauperibus erogauit. In hoc foramine Maria illa meretrix in domo Simonis, meretricis habitum deposuit, & plorans ad pedes saluatoris, vestem sibi innouauit. Quarta serpentis natura est, q̃ dum lædi quæritur in capite, vt vitam conseruet, totum corpus ad percussionem exponit, quia licet corpus percutiatur, si caput illæsum seruare poterit, damna tamen mortis non patitur. Sic & nos cuncta nobis aduersantia amore capitis sustinere nõ timeamus, ut in beata uita quiescere ualeamus. Sic enim fecit Petrus pro eo in cruce suspensus: sic & Bartholomæus viuus decoriatus: sic & Paulus capite truncatus: sic & Stephanus lapidibus uulneratus, sic & Laurentius in craticula assatus, sic & & uirgo illa sanctissima Agatha retorta in pectore, quę glorianter sic amputata, sic uulnerata, sic afflicta p ducebatur ad carcerẽ, & quasi ad epulas inuitata precibus domino agonẽ suum solẽniter commendabat. Estote ergo fratres mei prudentes, & uigilemus in oratione, patiẽter omnia tormẽta portantes amore illius in quo salus, uita & resurrectio nostra consistit. Stemus prudenter in oratione. Nam sicut angeli pure laudant deum in regione uiuorum, ita & nos qui die & nocte psallimus domino, debemus cũ sanctis angelis puritatem habere: quia & quod angeli peragunt in cœlis, ita & nos monachi facere debemus in terris. In hac igitur fratres mei solitudine constituti, totu affectu orare debemus & pati. Patienter enim portare debemus omnia, nec dicere præsumamus, Ecce legumina uentosa sunt, caseus stomachum grauat, laa capiti nocet, aquæ potum non sustinet pectus, caules melãcholiam nutriũt, choleram porri accẽdunt, pisces mihi non sapiunt. Nolite hæc dicere fratres mei, nolite etiam cogitare. Non enim seculum reliquimus ut delicate pasceremur in eremo. Et licet in eremo nõ semper comedatis lac, butyrum, caules uel legumina, licet hæc non sumatis nisi tantum diebus solennibus, & illis quibus visitamini a sancto, scilicet Episcopo, Valerio, sed cunctis diebus aliis herbas crudas, panem hordeaceum & aquam sumatis non tamen sufficit tantum corpore abstinere, sed etiam mentem il-

2.Petr.2

Luc.19
Luc.7.

1.Petr.4

læsam seruare debemus. Eia ergo fratres mei dilectissimi, quorum vita utputo sancta est, ut multi ex vobis viderunt & audierunt, veni ad ciuitatem Hipponensem, & secure perueni, qui ibi Episcopus erat sanctus homo, ille Valerius. Non enim credebam Episcopari, ideo secure perueni cum charissimis meis amicis Euodio, Simplicio, Nebridio, & Alipio, nil mecum diuitiarum portans, & dei gratia coadiuuante fauoratus non modicum a prædicto Episcopo sene Valerio, fui, qui mihi dedit ortulum in eremo a gentibus segregatum, vbi multo labore fatigatus ędificare cœpi monasterium, & cum longiori anxietate congregaui in vnum seruos dei per nemora habitantes, & sic uobiscũ pariter uiuere cœpi secundum regulam Apostolicam omnia communiter possidentes. Deinde placuit ei qui me segregauit de utero matris meæ, mihi dicere, Ascende superius, & cum magna molestia factus sum Episcopus præsbyter. Etiam quoniam uobiscum esse hic non poterã, in domo Episcopi presbyteros mecum habere volui, & cum eisdem pariter uinere cœpi: uos uero tales inueni quales desideraui, castos, benignos, modestos, humiles, omni uoluntate pauperes, obedientes, solitarios, misericordes, mundum cum omni sua pompa calcantes, sed quid hæc omnia sine perseuerantia? Estote ergo prudentes in bono, & uigilate in orationibus, quia diabolus aduersarius regnat a quo uos liberare dignetur dominus omnipotens, Amẽ. Supplico vobis fratres mei ut nõ turbemini de recessu meo. Decreueram enim diu inter uos consolari, & uobiscum habitare usque ad festum dominicæ ascensionis, quia aduersarius noster Fortunatus ad patres peruenit, ideo redire Hipponem omnino compellor, cupiens illum uidere, & cum eo pariter disputare. Ipse enim toto affectu dissipare conatur filios quos peperi in viscеribus charitatis. Orate pro me fratres, & nolite deficere, ut ut Fortunatum sicut publice sanctæ fidei insidiatur, ita & nos ipsum cum suis cum dei gratia coadiuuante publice superare & conuertere ad uiam ueritatis possimus.

Acto.4.
Galat.2.

1.Ret.15.

De obedientia ad sacerdotes suos, Sermo V.

IN omnibus operibus uestris sacerdotes dei altissimi semper memores estote mandatorum dei, & in omnibus fitis obedientes, ut digni repromissione p eius gratiam inueniri possitis, scientes quòd sine obedientia omnia vacua, & cum obedientia omnia plena charitate reperiuntur. Obedire igitur nobis necesse est, non tantum bonis & modestis, sed etiam discolis & malis, non tamen quia mali sunt, sed quia bona obseruare præcipiunt, quibus obedire debemus. O venerabilis sanctaq̃, salus omnium fidelium, custodia omnium uirtutum: tu cœlum aperis & infernum claudis, tu etiam filium dei ad terram posuisti, & uenit inter homines, non ut faceret uoluntatem hominis, sed uoluntatem patris eius qui eum misit. Voluntas enim patris fuit, ut redimeret humanum genus, ut reconciliaret & creaturam suam quæ perierat. Et ut hæc uoluntas perficeretur, filius fuit obediens usq; ad mortem. Vt ergo non esset nobis obedientia laboriosa, exitum præsentis uitæ saluator per obedientiam terminauit. Iure ergo obedientia omni sacrificio præponitur, quia de potestate diaboli nos eripuit, quod nullum legale sacrificium facere potuit. Nec mirum si nos peccatores obedientiæ in hac uita subiicimur, quando hanc mediator dei & hominum etiam in morte non deseruit, & ei se subiecit qui per omnia erat patri æqualis. Nos autem propter peccatum aliis hominibus subiecti sumus. Nam natura omnes æquales genuit, sed inæqualitas quæ accesit ex uitio, est ordinata ex dei iudicio, vnde nos oportet obedire hominibus. Sed per obedientiam nunquam debet fieri malum, etiam si angelus uel archangelus, cherubin uel seraphin tibi præcipiat. Nec etiam ipse deus, qui est benedictus in secula, potest nobis præcipere quòd toto affectu eum non diligamus. Sed scire debetis sacerdotes dei, quia propter obedientiam aliquando debet bonum quod agimus intermitti. Verum quia nonnunquam nobis istius mundi prospera, nonnunquam iuuentur aduersa. Propterea sciendum est quòd obedientia aliquando si de suo aliquid habeat nulla est, aliquando si de suo aliquid non habeat minima est. Nam cum huius mundi. Prospera præcipiuntur cum locus superior imperatur,

Ioan.16
Philip.2.

1.Reg.15.

1.Pet.2.

8. quę. 1. Sciẽdum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

is qui ad hæc percipienda obedit, virtutem obedientiæ sibi euacuat, si ad hæc ex pro-
prio desiderio anhelat. Rursum cum mundi despectus præcipitur, cum probra adi-
pisci & contumeliæ iubentur, nisi hæc ex semetipso animus appetat, obediētiæ me-
ritum sibi minuit, quia ad hæc quæ in hoc mundo despecta sunt inuitus nolensq;
descendit. Debet ergo obedientia in aduersis ex suo aliquid habere, & in prosperis
ex suo aliquid non habere. Quod bene ostendimus, si duorum amicorum dei facta
in medio proferamus. Moyses n. deo iubente ut Israeliticæ plebi præesset, apud se
Exod. 3. humilis fuit, & gloriam tanti regiminis considerans & expauescens ne hoc reciperet,
se humiliter excusauit. Sed Paulus Apostolus dei reuelatione admonitus ut Hieru-
salem pergeret, nec ignorabat ea quæ ibi pati deberet, vnde cum fideles uellent eum
Acto. 21. tenere exclamauit, Ego autem non solum alligari, sed & mori paratus sum pro nomi
ne Iesu. Ecce Hierosolymam pergit, per reuelationem aduersa cognoscit, & tamen
hæc libenter appetit. Moyses autem ad prospera de suo nihil habuit quia precibus
supplicauit, ne populo præesset. Paulus etiam ex suo uoto aduersa suscepit, quia ma
la imminentia cognouit, & ad acriora se præparauit. Moyses autem gloriā potestatis
voluit declinare, & Paulus dura & aspera voluit sustinere. Ergo vtrorūq; seruorum
dei virtute instruimur, vt si obedientię palmam comprehendere nitimur, prospera
mundi ex sola iussione suscipiamus, & aduersa ex deuotione complectamur. Ego
autem sacerdotes dei altissimi vt multi vestrum uiderunt & audire potuerunt, ueni
ad hanc ciuitatem cum charissimis meis amicis Euodio, Simplicio, Alipio, Nebridio,
& Anastasio. Securus denique ueni, quia sciebam presulari sanctum senem Valerii.
Propterea securus accessi, non ut haberem in uos potestatem, sed ut abiectus essem
Psal. 83. in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. Nec ut ministrari deberem, sed ministra
Mat. 20. re, & pacifice uiuere optabam in solitudine, nihilq; diuitiarum mecū detuli, sed dei
gratia coadiuuante fauoratus etiam a sancto sene Episcopo Valerio monasterium in
eremo a gentibus segregatum, multo labore fatigatus ædificaui, & cum longiori an-
xietate seruos dei per nemora habitantes in vnum congregaui, & cum eis pariter vi-
uere cœpi, secundum modum & regulam sub sanctis Apostolis constitutam, omnia
Acto. 4. communiter habentes & possidentes, & uiuentes in uigiliis & orationibus ultra id
quod explicare possumus. Quorum fama ad aures sancti Episcopi Valerii peruenit,
& placuit sibi nos in eremo uisitare, & stetit nobiscum tredecim diebus, donans mi-
hi hortum amœnitatibus plenum in planicie positum. Et quia a gentibus segrega-
tus erat, locus, libenter illum suscepi, ut ædificarem etiam monasterium fratrum,
quos tales inueneram, quales inuenire, desideraueram. Quo ædificato, placuit ei qui
Galat. 1 me segregauit de utero matris meæ, & uocauit me per gratiam suam, mihi dicens,
Ascende superius. Et sic cum molestia & cum grandi anxietate factus sum Episcopus
præsbyter. Et quia cum fratribus meis ut hactenus feceram, semper corpore habita-
re non poteram, propterea infra domum episcopi uos clericos habere uolui, & mox
uobiscum secundum formam apostolicam viuere cœpi. Placuit autem uobis omni
bus vnum in deo sentire, & omnia communiter possidere. Hæc autem facere uolui-
stis non coacte sed sponte, & usque ad mortem uiuere sine proprio profiteri uolui-
stis. O presbyter attende, & uigilanter attende q̄ promittere tuum fuit, sed dimitte
re non est tuum. Alligatus es uxori, noli iam quærere solutionem. Absolutus es ab
1. Cor. 7. uxore, noli iā quærere uxorem, quia mecum habes causam. Ligasti te mihi, nunquid
te compuli? nunquid te rogaui ut uenires? nunquid applausi promittens hæc & illa?
Apoc. 1 Absit omnino. Igitur esto fidelis, & dabo tibi cōronam uitæ. Noli mihi resistere, sed
Philip. 2. esto usque ad mortem obediens. Noli mihi resistere, quia omnis potestas a deo est,
Rom. 13. & qui potestati resistit, deo resistit. Non tamen ueni ut super uos potestatem habe-
rem, sed tantum ut cum fratribus meis uiuerem in solitudine. Et ecce nunc episco-
pus sum, & pauperem me esse non erubesco. Quare? Quia pauper, paupertatem ser-
uare promisi. Cauete igitur ne me pauperem derelinquatis. Pauperes mecum esse
uoluistis, cauete ne a diuitiis capiamini. Voluntas mea fuit, ut semper toto affectu
pauperes simus. Quod & si non fuerimus, hæc paupertas quam foris gerimus, non
paupertas, sed grandis miseria æstimanda est. Nolite ergo mihi resistere, quia omnis
potestas

potestas a deo est. Non etiam contemnendę sunt potestates siue mundi siue ecclesiæ
sint. Potestates enim omnes a deo ordinatę sunt, nam dominus dum leprosos curas- Luc. 17.
set, eos ad potestatem misit dicens, Ite ostendite uos sacerdotibus. Et ad Samuelem
cum sperneretur a Iudæis, ait dominus, non te spreuerunt, sed me. Et ad Moysen, 1. Reg. 8.
Homo quicunque fecerit superbiam in sacer dotem aut in iudicem, morietur. Caue- Deut 17.
te ergo sacerdotes, ne aliquis uestrum audeat insurgere cōtra præpositū uel presby
terum, qui omnium uestrum curam gerit. Ipsi enim positi sunt in Ecclesia ad nostrā
vtilitatem, vt prouideant quid agere debeamus, ut etiam pro nobis rationem deo Hebr. 13.
reddant, & unitatem Ecclesiæ custodiant, de qua dominus nos uoluit esse solicitos,
ne tanquam oues non habentes pastorem per diuersos errores ab vnitate fidei diuisi Ioan. 10.
essemus. Sicut enim vnus est dominus & vnus pastor, sicut & vnum ouile esse uo- Ioan. 19.
luit. Propterea noluit dominus scindi tunicam inconsutilem quæ integra erat, quia 1. Cor. 1.
non patitur Ecclesiæ uiolari vnitatem. Ideo Paulus ait, Obsecro fratres per nomen
domini Iesu Christi, ut non sint in uobis schismata, sed seruate vnitatem spiritus in
vinculo pacis. Nam sicut multi radii procedunt ab vno sole, & tamen vnum lumen
est, ita & nos multi ab vno capite procedentes, omnia pacifice & communiter possi-
dere debemus. Insurgunt enim frequenter inter nos tempestates inimicorum uolen
tium nostras cōcordias rumpere, & discordias seminando vnionē pacis extinguere.
Aggrediuntur nos frequenter leones teterrimi, vt caput feriendo, membra saltem
mouеantur terrore. Et qđ grauius mihi est, nō solum a malignis spiritibus sępe ma-
la patimur, sed etiam a domesticis dilaniamur, & frequenter peiora sunt intestina bel
a domestico fratre occiditur. Esau fratrem fugientem persequitur. Ioseph a fratri- Gene. 4
bus venditur, & a discipulo saluator traditur. Hæc omnia mala facta sunt, quia obe- Gene. 27
dire neglexerunt. Similiter accidit Ianuario nostro qui colūna obedientię & pauper Gene. 37.
tatis inter nos esse videbatur, cuius perditionē frequenter flere & ululare debemus, Mat. 26.
nam ad nos cum lachrymis venit, & paupertatem quandiu viueret seruare promi- De ianua-
sit, & tamen vineam & agrum nobis ignorantibus in seculo possidebat. O professio rio sum-
mortifera, o proditoria promissio, ore dicebat quod corde odiebat. Sanctum crede- pſit occa-
bamus, qui omnibus peior erat. Et sic annis duodecim & amplius Ianuarius noster lionem ex
vt vidistis & audistis, male vixit & male moritur. Quare vel quomodo male uixit, Augu. lib.
nisi quia quod suum non erat, secrete tenuit? Quomodo etiam male moritur, nisi
quia in fine se non cognouit, & obstinatus in suo sensu, nobis ignorantibus testamē
tum fecit, & filium quem habebat in seculo diuauit? O utinam ialtem in fine hoc no
bis dixisset, vt orantibus nobis veniam impetrasset, sed nec confessus fuit, nec eum
fecisse pœnituit, propterea de meis non est, nec dum viueret erat. Ligate igitur ma-
nus cadueris eius, ponentes in panno ligatos centum & vndecim siclos, quos in pa-
riete cellulæ retinebat, flentes & dicentes, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nō Acto. 8.
enim licet nobis seruis dei eam collocare uel ponere in uictu uel in uestitu uel in
opere monasterii, quia pretium damnationis est. Eia igitur sacerdotes dei cauete Sacerdo
ne deficiatis in tentationibus, cauete ne rebelles mihi sitis publice vel occulte. Sitis tes Aug.
mihi fideles sitis mihi & obedietes. Et si vobis graue ē, & molestū, egredimini foras, tpe dicebā
pgite ad frēs meos, & discite ab eis, qa mites sunt & humiles corde, pauperes spū & tur ep̄i nec
filii obedientiæ. Egredimini foras, & quid estis, & qui ipsi sint considerare uos uolo. ps byteri
Nunquid & uos tales estis quales & ipsi sunt? O utinam tales essetis, quales & ipsi tunc viue-
sunt. Vos enim uoratores estis, & ipsi summæ sobrietatis. Vos discursores ciuitatis, bant.
& ipsi uisus hominum fugiunt. Vos impudici, & ipsi casti. Vos derisores, & ipsi ferue in eremo.
tissimi oratores. Vos pellibus cuniculorum uel uariorum ornati incedistis, & ipsi
ouino colore nigerrimo asperrimoq; induti sunt: præter ea quæ intrinsecus sunt.
Vos delicate pasci summe curatis, carnes uarias affectantes, & ipsi postquam eremū
intrauerunt nunquam carnes sumpserunt. Vos uina electa & inebriantia queritis, 4. Reg. 1.
& ipsi pauxillum aquę recipiunt: Vos balteis militum mundo apparere desideratis, Mat. 3
& ipsi zonis camelorum renibus succincti more Heliæ & Ioannis sunt decorati. O vi Hiere. 2
nea mea electa ego te plantaui, caue te deprecor ne conuertaris in amaritudinem,
ne me pauperem dimittas, & Ianuarium diuitem sequaris. O uinea mea fœlix, cuius

Mat.20 botrus'ſumme pertimeſco ne'ſit in fine amariſſimus. O quid faciemus tunc in die illa calamitatis,in qua deus pater dicet filio. Voca operarios & redde illis mercedē? Tunc ante iudicem audietur uox rebellionis ueſtræ quid promiſeritis, & quomodo 281 ea ſeruare voluiſtis.Fugere mundum & quæ mundi ſunt contemnere promiſiſtis,& G ecce iam rebelles totis affectibus in mundanis præoccupati eſtis. Cur ergo murmuraſtis,ſi in his paſchalibus diebus præſentialiter uobiſcum non fui?Placuit enim mihi ſegregare me a uobis,& pergere ad fratres meos in ſolitudine,quos ut frequenter dixi,tales inueni quales inuenire deſideraui. Cur ergo turbamini? Nunquid ipſi vere pauperes?Nunquid obedientes ? Nunquid mundum & pompas eius conculcauerunt?Nunquid in forma uiuendi uos multo tempore præceſſerunt ? Nunquid uere fratres mei & patres ſunt?Nunquid per eorum exempla ad uiam ueritatis perueni? Nunquid eos ſemper dilexi, & eorum ſanctam conuerſationem ſemper deſideraui?

Mat.28. Nunquid etiam per Simplicianum Ligurienſem in fide inſtructus ſum ? Cur ergo murmuratis ? Cur de mea abſentia dolorem habere oſtenditis? Facite quæ placita ſunt mihi,& tunc ubicunq; fuero,uobiſcum ero uſque ad conſummationem ſeculi. Decreueram .n. cum eiſdem ruſticanis meis in charitate humiliter habitare uſque

1. Retr.15 ad feſtum ſanctæ aſcenſionis domini,nec ad uos redire optabam,quouſq; uos emē-

Bellū figmentum. datos eſſe cognouiſſem. Sed quoniam Fortunatum aduerſarium ad partes occulte 281 uelut lupum perueniſſe iam ſentio,ideo compulſus reuerſus ſum ad uos,cupiens il H lum uidere,& cum eo pariter diſputare,& illum conculcare domino auxiliante,qui totis uiribus diſsipare conatur & iugulare filios , quos peperi in uiſceribus charitatis. Orate igitur,& nos uobiſcum orare uolumus,deſinētes de mea abſentia amplius litigare. Orate & nolite deficere,ut Fortunatum Manichæorum presbyterum ſicut

1.Theſ.5 publice ſanctæ chriſtianæ fidei inſidiatur, ita & nos cum ſuis dei gratia coadiuuāte publice eum ſuperare poſsimus. Orate ſine intermiſsione, ut manere digne poſsitis in uocatione clericorum,qua per gratiam dei uocati eſtis,ut dum uocabimini,mercedem in die nouiſsimo accipere mereamini,& non ſicut ficus abſque fructu male-

Mat.21. dicamini & ſuccidamini & in ignem mittamini,tanquam deſtructores legis terram occupantes & pereuntes in iniquitatibus ueſtris. Adiuuet autem uos ipſe deus ad perficiendum mirabilia de lege ſua,qui eſt benedictus in ſecula,Amen.

De miſericordia: Sermo VI.

FRatres chariſsimi,annuncio uobis graudium magnum, quoniam Fortunatū Manichæorum presbyterum dei gratia ſuperauimus,& obſtinatus in ſuo ſenſu velut alter filius perditionis a plebe noſtra receſsit cōfuſus. Poſt cuius receſ-

Rurſus ex hiſtoria ſumoſit occaſionē. ſum baptizaui fere ſexaginta paganos,qui ſibi aliqualiter adhærebant. Et ecce mo- 285 do reuerſus ſum ad uos cupiens perficere opus quod incœpi. Beati igitur miſericor- 1 des,quoniam miſericordiam conſequēntur. O,ſi diligēter conſideremus miſeri-

1.Retr.15. cordiam dei in nobis poſſemus habere miſerendi formam. O fratres mei quid Chriſtum incarnauit niſi miſericordia? Quid eum ſubiecit noſtræ miſeriæ, niſi ſola cle-

Mat.25. mentia?O beata miſericordia,quæ ſola commercium noſtræ ſalutis agnouit Sola.n. miſericordia ad deum dirigit hominem,ſola ad deum deducit hominem,ſola deum deducit ad hominem.Hæc eſt ſola mediatrix, auerſos conſolans,hæc diſiunctos copulat,hæc ſola deum humilians nos ſublimat. O q̄ pia fuit dei deſcenſio,ut noſtra eſſet glorioſa aſſumptio.O grandis miſericordia,o infinita, tu ſola potuiſti trahere deum de cœlo ad terram,& nos de exilio ad regnum erigere. O magnum miſericordiæ uinculum,quo deus ligari uoluit & potuit, & homo ligatus uincula iniquitatis dirumpit.O monache ſi tuam conſiderares miſeriam & opera dei erga te, non inuenires niſi miſericordiam.Miſericordia eſt ſi flagellat deus ut ſemendet, ſi a peccato p tribulationem liberat,ſi hypocritas & tyrannos regnare permittit.Hæc enim omnia deus cum miſericordia facit,cupiens nobis uitam ęternam donare. Attendite ergo fratres mei attendite,nā in paſtore uel iudice debent eē ſimul mīa & iuſtitia.Mia n. 284 ſine iuſtitia deſtruitur &ī crudelitatē cōuertitur.Et iuſtitia ſine mīa nūqd accepta x eſt apud deum? Abſit.Iuſtis enim & iniuſtis,beatis & damnatis miſericordiam cum iuſtitia ſemper agit omnipotens deus: quia beatis dat gloriam quam non merentur habere quibuſcunque bonis cōmiſsis & malis dat pœnam,quā maiorē merentur ha-

bere de malis comiſsis.Eſtote ergo fratres mei miſericordes, ſicut pater ueſter miſericors eſt. Eſtote miſericordes penſantes quantum Moyſes in miſericordia floruit Luc.6. propter populum,pro cuius ſalute petiit deleri de libro vitæ, & quanto iterum zelo 281 rectitudinis cum obtinuiſſet veniam ait ad populum , Ponat vir glaudium ſuper fœ L mur ſuum.Ecce qui vitam oium cum ſua morte petiit,paucorum vitam gladio de- Exod.32. ſtruxit,intus igne amoris,& foris accenſus zelo iuſtitiæ & ſeueritatis, vtrobique fortis legatus,cauſam populi apud deum precibus , & cauſam dei apud populum gladiis allegauit. Studeamus igitur fratres mei miſericordiam dum viuimus rapere. Cibetur á nobis eſuriens,veſtiatur à nobis nudus recipiatur à nobis peregrinus,conſoletur,per nos pupillus, viſitetur á nobis infirmus,ſepeliatur á nobis defunctus.

Iſta enim ſunt opera miſericordiæ de quibus interrogari debemus in die nouiſſimo. Sed dicetis, Ecce in eremo ſumus, pauperes videre non poſſumus, & orphanos,pupillos & viduas quomodo conſolari valemus ? Mortuos ſepelire quomodo poſſumus ? O fratres mei bene ſcio vos in eremo eſſe,nec pauperes , uos uidere credo, nec uos monaſterium exire cupio ut matres uel proximos conſolari poſſitis· Quam plures enim cognoui pro hac cauſa monaſterium exiuiſſe, qui tamen ad monaſterium nunquā reuerſi ſunt. Sub ſpecie.n. boni multa mala fiunt. Ecce.n.diabolus dicit,O monache an ignoras tuam matrem dolere? Ecce nuper maritum amiſit,filium ſepeliuit,paſſionem perdidit,infirmatur ad mortem,vellet forſitan confi- 281 teri,quid in eremo agis? Quid cogitas? Surge uelociter,egredere monaſterium,ingre M dere ciuitatem,penetra domos parentum,exerce in eis opera miſericordię.Hoc enim deus vult,hoc fieri præcipit.Dum.n.ſeruus dei hoc cogitat, aliquando exit monaſterium credens benefacere.Et ecce n. dum appropinquat,mater filium oſculatur , pater amplectitur,fratres applaudunt dicentes , Noli nos derelinquere,Fratres n.ſumus,pater noſter antiquus eſt,tibi incumbit familiam regere. Quid ergo amplius ad monaſterium redire præſumis?Et ſic audito conſentit,& conſentiendo remanet, & in ſeculo remanendo omnibus peior efficitur,& quicquid boni fecit amittit. Caue te igitur fratres mei,cauete á malitia diaboli,exercere vos volo opera miſericordię, & ſi in ſeculo non habitatis,nec inter gentes,exercere tamen opera miſericordiæ bene poteſtis orando,obſecrando & deprecando pro orphanis & pupillis. Et ſi hoc non videtur vobis ſufficere,penſare debetis quomodo centum & plures in monaſterio ſimul habitatis,& ſæpe infirmamini,ſæpe á diabolo affligemini,ſæpe patimini,nunqd & ſæpe morimini ? Exercere ergo poteſtis etiam inter vos opera pietatis. Sed dicet quis ex vobis,Patrem in ſeculo habeo,& ego vſque ad mortem in monaſterio uiuere deo promiſi Ecce.n.pater infirmatur,non poteſt ſine me viuere. Quid ago? quid 282 eligo? Si exiero,votum frango: ſi ſtetero,patrem mori permitto. Quid ergo? O fra- A tres mei attendite quid agere debeatis ſicut pro nunc mihi occurrit. Nam ſi pater alicuius ſine filio monacho viuere nullatenus poteſt, procurare debet filius quo de bonis monaſterii patri ſubueniatur.Et ſi monaſteriū impotens fuerit,filius toto affectu videat quo patri non deficiat. Et ſi non uiderit, cum dei benedictione monaſterium de licētia maioris exeat, & verbo & opere patri ſubueniat vt non deficiat ex negligentia,nec votum frangere credat. Si poſt eius patrem viuendo remanſerit, ſtatim ad priſtinam vitam redire non pigeat, ſancte & iuſte viuendo, ſicut incepe rat, & tanto fortius quanto ſenſerit ſe plus in paterno miniſterio ultra neceſſitatem grauatū.Nullus igitur erit qui ſe a miſericordia excuſare poterit, nec dives quia habet, nec pauper quia ſaltem calice á quæ frigidę non caret,nec monachus,quia ſaltem & orare debet.O homo qui crudelis es in alterius iuſtitia, teipſum prius agno- Mat.10. ſce.Nam ſi bonus es o monache,cadere facilius potes: ſi dives es, donum fortunæ eſt non naturæ: ſi ſanus es,ecce infirmitas inſtat: ſi ſapiens es,non habes conſtantiam.

282 Igitur circa omnes tā ſapientes q̄ inſipiētes,tā circa ſanos q̄ infirmos,tā circa nobiles B qui ignobiles miſericordiā habe.O hō quid de te erit, ſi ſaluator tuus clemēs & pius fuerit,& tu miſericordiā ignoraueris?Naſcatur fratres miſericordia inter vos,non tā ex negligētia,nō ex puſillanimitate,nō ex indiſcretione,nō ex aī infirmitate,ſed oībus modis ſit circūſcripta , vt ſic ſuū retineat ꝓpriū , qđ iuſtitiæ non auferat debitum.O monache vide ſancti Ioſeph miſericordiā,quæ fratrum ſuorum eſt oblita in Gene.45.

2.Reg.18. iuriam. Legite fratres Dauid clementiam, qui filii perſequentis peſlebat dementiam.
O monache ſi clauſeris viſcera miſericordiæ indigẽti, omnino claudetur tibi ianua
Pſal. 117. Chriſti, Hæc eſt enim porta domini, & iuſti intrabunt in eam. Hæc nouum teſtamẽ-
Exod.15 tum illuminat, & ueteris rigorem extenuat. Hoc eſt lignum quo Moyſes aquas dul
corauit, hoc eſt ſal quo Eliſæus aquarum ſterilitatem ſanauit, hæc eſt farina qua
Luc.10. Eliſæus mortem quæ in olla erat extirpauit: Hoc eſt oleum quod Samaritanus in-
4.Reg.5. fudit vulnerato. Hæc eſt aqua Iordanis qua curatur lepra Naaman Syri, hæc ſola
uirtus eſt quæ diuidit inter crudelem & tyrannum. O monache ubi eſſes, ſi tibi dei
miſericordia non ſubueniſſet? Si enim deus tecum ageret diſtricta ſententia, nõ poſ
ſes cogitare pœnam, quæ correſponderet tuis meritis. Omnia enim attribue dei mi- 283
ſericordiæ, & ſi a ſimili miſericordiam expendas in uſum proximi, non ſis auarus in C
miſerendo, cum ſis expertus largitatem eſſe in deo. Amate ergo fratres mei miſeri-
cordiam, quia nunquam uidi pium hominem mala morte finiri, quam miſericor-
diam faciat uobis deus, Amen.

De obedientia. Sermo VII.

FRATRES mei dilectiſsimi, obedire oportet deo in omnibus ſi ſal-
uari cupimus in eremo. Et ſi difficile nobis uidetur, conſiderare debemus
obedientiam filii dei & noſtram deponere contumaciam non differamus. Ipſe
enim dei filius obediens fuit uſque ad contumeliam crucis, & nos contẽnimus eius
Philip.2. obedire præceptis? Chriſtus enim obedins fuit uſque ad mortem, non pro ſua, ſed p
noſtra utilitate. Eſtote ergo non pro ſua ſed pro ueſtra utilitate & ſalute in omnibus
ſibi obedientes. Ecce enim fratres angelus in omnibus obedit deo, & tu qui cinis es
& uermis contradicis deo? Inſenſibilia obediunt deo, & tu rationalis reſiſtis deo? Sol
a ſua ſemita non deuiat, nec luna, nec ſtellæ: Omnia enim cœlica ſuis indulgent of- 282
ficiis, tu uero dei uoluntati in omnibus quaſi reſiſtis. Ad nutum dei campi floribus
decorantur, terra imbribus fœcundatur, frondibus criſpatur, ſyluæ, in nemoribus
citharizãt auicula, omnia deo obediunt, ſolus homo dei uoluntati reſiſtit. O mona- D
1.Reg.15. che lege quod dicitur, Melior eſt obedientia quàm uictima. Quæ cauſa eſt, niſi quia
in uictimis aliena immolatur caro, ſed in obedientia uoluntas propria & caro macta
tur. Eſtote ergo obedientes, ut deum placare poſsitis de peccatis commiſsis. Tanto
enim citius placat homo, quanto repreſſa arbitrii ſui ſuperbia gladio præcepti ſe
immolat. Cauete tamen in obedientia fratres mei. Sub ipſa enim poteſt latere fel
draconis ſub ſpẽ mellis, lupus ſub pelle ouina, in potu dulci venenum ſæpe latitat,
4.Reg.4. & in olla ſæpe mors ponitur. Attendat ergo qui præcipit, & qui obedire intendit, q̃
obedientia ſit honeſta, & omni diſcretione ornata ſeu decorata. Nam ſi diſcreta non
fuerit, crudelitas exiſtimanda eſt. Si honeſta non fuerit, nullatenus obedire debem⁹.
Verbi gratia. Si nobis præcipitur q̃ deũ non diligamus, vel q̃ deum odio habeamus,
nunquid obedire debemus? Nunquid uel ipſe deus hoc præcipere poteſt? Honeſta
igitur fratres debent præcipi & iuſta, & ſi honeſta uel iuſta non fuerint, nullatenus
obedire debemus, etiam ſi Apoſtolus nobis hoc indicauerit. Tenete igitur fratres &
in cordibus alligate, q̃ obedientia, ſine diſcretione caſſa eſt & uana, non ex parte obe
dientis, ſed præcipientis, & obedientia honeſtate priuata ſuperbia eſt, & uenit ex
utriuſque parte conſentientis & præcipientis, & in die nouiſsimo pari pœna punien 285
tur. Cuſtodite quod præcipitis, cauete & ponderate quod imponitis. Nã quotieſcũq; E
obedientia honeſta & iuſta non fuerit, toties ad irregularitatem ſe deueniſſe paſto-
res agnouerint. Obedientia igitur fratres mei tunc uera, tunc ſancta, tunc meritoria
eſt, quando dicata eſt diſcretione, honeſtate, iuſtitia & humilitate. Iſtę enim ſunt ſo-
ciæ ſanctæ obedientiæ, ſine quibus omnino obedientia uana eſt & inutilis. Hęc eſt
illa obedientia quæ concordiam conſeruat in angelis, pacem nutrit in monachis
tranquillitatem generat in ciuibus. Hæc eſt illa obedientia, ſine qua reſpublica ſta-
re non poteſt, ſine qua familia aliqua regi non poteſt. O quàm enorme uitium quod
obedientiæ contrarium fuit, per quod diabolus cœlum perdidit, per hoc homo pa-
radiſum amiſit, per hoc Saul regnum, per hoc Salomon amorem diuinum. O ſancta,

dei

dei ſponſa obedientia, tu perfecta ſcala qua cœlum aſcẽditur, tu quadriga qua Elias
vectus eſt in paradiſum, tu porta paradiſi fidelium & clauſura reorum inferni. O ſan
cta obedientia, tu humilitatem nutris, tu patientiam probas, tu manſuetudinẽ exa
minas. Eſtote ergo fratres cum Abraham obedientes reddentes quæ ſunt Cęſaris Cę Gene.22.
ſari, & quæ ſunt dei deo. Tunc uero reddimus Cęſari debitum ſuum, quando duliã 282 Matt.22.
G prælatis noſtris reddimus. Hæc enim dulia conſiſtit in reuerentiæ exhibitione & di Dulia.
lectione. Hoc autem facere debemus non ſolum paſtoribus, ſed & ſanctis dei, & tunc
reddimus per obedientiam quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Sed tunc reddimus quę ſunt Latria.
dei deo, quando in latria perſeueramus. Hęc enim ſoli deo conuenit. Hęc enim con
ſiſtit in oratione & gratiarum actione, cultus exterioris exhibitione, & interioris mẽ
tis deuotione, Quod facere nos & perſeuerare nobis deus pręſtare dignetur in ęter-
num benedictus, Amen.

De perſeuerantia, Sermo. VII.

FRatres mei ſicut ait Apoſtolus, non poteſt coronari niſi qui legitime certaue- 2.Tim.2.
rit. Nullus n. legitime certat niſi qui in campo vſque ad finem certat: & ſi certat
vſque in finem, legitime certat, ideo merito coronatur. Non eſt igitur magnum
bonum inchoare quod bonum eſt, ſed conſumare, hoc ſolum perfectum eſt. Multi n.
magna aggrediuntur, ſed deficiunt in via, multi exeunt in deſertum, ſed pauci perue
niunt ad terram promiſsionis. O fratres mei non tædeat incipere magna, nec faſti
diat tenere inchoata ſcientes q̃ perſeuerantia informat meritum, colorat boni pro-
poſitum, remunerat currentem, coronat pugnantem, ducit ad brauium, conducit cũ
ctos ad portum. Hæc eſt tunica talaris ſancti Ioſeph vſque ad finem cõtingens. Hæc Gene.37.
eſt tunica ſacerdotalis vſque ad pedes perueniens. Hęc eſt cauda hoſtię, quam tene-
mur reddere deo & offerre. Hęc eſt calcaneum bonæ operationis, quod contra ſerpẽ
tis morſum debemus obſeruare. Hęc eſt virtus quæ deum ligat. Hęc eſt quæ omne
bonum informat. Hæc eſt perſeuerantia, qua laureantur martyres, qua virgines co-
ronantur, qua ſecerdotes ſublimantur & confeſſores. Hæc eſt ueſtis ſine ruga, tuni-
ca ſine macula, bonitas ſine malitia. O monache qui bene incępiſti, caue ne cadas, 282
caue ne ad tempus vireſcas, & in tempore afflictionis marceſcas. Caue ne fœno com H
pareris, quod nũc naſcitur & ſtatim marceſcit. Laboremus ego fratres, & laborantes
perſeueremus, laboremus vt perſeuerantiam habeamus. Laborent monachi omnes
ut retineant, laborent virgines vt ſe informent, laborent viduę vt in ipſa perſeue-
rent. Attendite tamen fratres, nam diabolus quandoque ſeruos dei ad bonum inci-
tat & conducit, vt de bono grauius eliciat malum. Contra hunc diaboli inſultum
valet ſola perſeuerantia, vt bono fine bona concludantur initia, vt principium me-
dio, medium ne diſcrepet ultimo. Bonum n. inchoare & malo fine concludere, quid Horat. de
aliud eſt quam monſtruoſas res conficere? Illa n. actio quaſi chimæra eſt, quæ ini- arte poet.
tium habet à ratione, ſed finem á ſenſualitate. Cum n. ſic agitur, Humano capiti cer lib. primo.
uicem pictor equinam iungit, & ſuperinducit infructuoſas plumas. Caue ergo o mo
nache ne actio tua monſtrum maneat. Enormis n. erit fœtus ventris ſi capiti nõ cor-
reſpondeat finis. Quidam enim habent initium bonum, quorum vita monſtrum eſt
mirabile quaſi hominis prætendens caput, ſed medium in luxuriam deſcendit, ven-
trem q̃ ouium habet & ad ultimum in rapacitatem lupi pedes oſtendit: O monache,
quid tibi prodeſt bonum inchoare, & non finem concludere? Si donũ virtutis amit-
tis, dannum incurris, & grande ſupplicium promereris. O quam tibi melius fuiſſet 2.Petr.2
uiam veritatis non agnoſcere, q̃ poſt agnitam retroire per incoſtantiã. O monache
leuis reputaris per tuam apoſtaſiam, cum luda incurris mentis inſtabilitatem, poſt-
ponis deum, amittis amicos, ſpiritum & ſpem perdis, odio á cunctis haberis, & velut
omnibus peior apoſtata comprobaris in vita. O monache attende, quia niſi perſeue- 282
raueris, morieris. Igitur ſi incœpiſti ędificare, perfice: ſi non incœpiſti, incipe. Si ob- I
tuliſti florem iuuẽtutis tuę diabolo, ſaltem ſecem ſenectutis tuæ immolare non diffe
ras xpo. Ipſe n. miſericors eſt & recipiet te libenter, & dabit tibi ſtolam candidam, & pſal.102.
ananlum in manu tua, & calciamentum in pedibus tuis: Tunc in ueteratę olim die-

bus malis, renouabitur ut aquilæ iuuẽtus tua durans in ęternum. Incipite ergo fratres mei & perseuerate reducentes uobis ad memoriam a quãto bono recesſit Iudas
3. Reg. 11. & quomodo feruenter bene agere cœpit lingua uobis exprimere nullatenus possem
2. Reg. 15. quomodo tamen perseuerauerit, scitis Ecce. n. Salamon per inconstantiam corruit: sic & saul, sic & multi alii, quia multorũ incipere fuit, sed perseuerantiũ paruus est numerus. Cauete ergo quomodo caute ambuletis, considerantes quod qui se existi
2. Cor. 10. mat stare, caueat, ne cadat. Fœlix ergo est qui benefaciendo perseuerat usque in finẽ. Quod donum prestet nobis ille qui pro nobis mori dignatus est, Amen.

De ira fugienda, Sermo IX.

FRatres mei dilectissimi sicut omnium habere memoriã & in nullo errare non humanitatis sed deitatis solum est, sic turbari, obliuisci & pati, solum humanitatis est, & non dietatis. Nam deus non mentitur ut homo, nec ut filius hominis iritatur. Humanum est ergo fratres mei turbari & irasci & iram incurrere, bonorum & malorum comunis est conditio, sed in ira uel odio perseuerare diabolicum est. Ideo uos
Eccli. 7. qui spirituales estis maxime attendere debetis, ne ira in sinu stultorum requiescat.
Prou. 12 Fatuus. n. statim iram suam indicat. Fortiter tamen spiritum irascibilem continere magnæ prudentiæ est & perfectionis. O monache noli irasci, nomen & habitum sanctę religionis in hac uasta solitudine portan. us. Custodite igitur uos ab omni turbatione, Non. n. decet seruos dei turbationem incurrere. Numquid n. proderunt nobis nostra ieiunia, nostra abstinentia, nostra sacrificia? Ab ira denique fratres mei procedit rancor, á rancore odium quod est ira inueterata in aio, inde nascitur homicidium, & si non opere, saltem uoluntate: inde contumelia, inde detractio, inde susurratio suspitio & iniuria, que sunt opera carnis & diaboli. O monache depone iram, destrue rancorem, mitiga furorem ne filius perditionis efficiaris. O quam melius esset monacho in seculo uiuere pacifice, quam in monasterio cunctis donis ornatus ira & furore litigare & odium in corde tenere Nec deum laudare nec ab eo exaudire merentur qui odium seruat in corde. Qua fronte ó monache, quo affectu, qua deuotione á deo potes ueniam postulare si fratrem dum odis petis quod tibi dimittat, si-
Ioan. 10 cut & tu debita dimittis? Crede igitur mihi quod tamtum tibi dimittet, quantum & tu dimittis alteri. Dimittamus ergo fratres mei iram quę recte significatur per Lazarum quatriduanum fœtidum, quia qui iram in corde portat, infamiæ fœtor statim eum corrũpit. Si ergo ira in aio nascitur, mox refrena eam, allide eam ad petram, sufoca eam exemplo tui saluatoris, qui percussus in unam maxillarum mox prebuit alteram. Nam si hoc prior ipse non fecisset, mihi nunquam facere præcepisset. Eia ergo
Matth. 11. discite frates mei ab illo qui dixit se humilem & mitem. Discite opere, quod sępe le-
Ephe. 4 gistis ore, Sol non occidat super iracundiam uestram. Si. n. frater tuus in te peccauit,
Mat. 5. uade ad eum & inuita eum ad pacem, da ei osculum & lucratus es fratrem. Tu uero pete ueniam. Et si uerbo offendisti & tu verbo reconcilia: si uero facto, quod deus auertat, placa eum facto. Sic. n. decet seruos dei facere, sic decet eos dæmons expellere & sanctos angelos iutroducere: nam ubi ita regnauerit, ibi omnino princeps diabolus erit, nec inde aliquid boni exire poterit. Fugiamus igitur iram fratres mei, quę rationem suffocat, mentẽ surã iustitiæ ignorat, solem iustitiæ nescit, amicitias rumpit, de facili aufert pacem mentis, sapientiam calcat, sapientes infatuat, monachos deuiat, sacerdotes suffocat, castitatem euacuat, grauitatem in pastoribus dilacerat. Nec ita repletus, consilii potest esse capax. O monache intuere caput tuum, nam in cru-
Acto. 7. ce positus pro suis crucifixoribus exorauit. Et primicerius martyr Stephanus pro suis lapidatoribus genua flectendo clamauit, Domine ne statuas illis hoc peccatum. non tantæ perfectionis sumus ut bonum pro malo soluamus, saltem pro malo malum non reddamus. Non tamen per pusillanimitatem remittendæ sunt iniuriæ, sed
Rom 11. per sapientiam quæ est in xp̃o Iesu. O quanta fratres mei huius peccati labes. O q̃
Deu. 23. grandis & lata miseria tam corporis quã aiæ, nam corpus quietem, somnum & alacritatẽ amittit, sed & aia vitã pdit æternã. Veniunt. n. & reuertuntur ad nos per iram pristina peccata, & sic confundimur & dãnamur. Nos vero fratres qui christiani veraciter sumus, relinquamus uindictam illi qui ait, Mihi vindictam, & ego retribuã.

Quicquid. n. ad te pertinet, dimitte illi. Nunquid ipse mirabiliores vindictas facit q̃ nos imaginari possumus? Non tñ hoc sibi petere debemus, nec affectare, sed pro eis mente & puro corde orare. Nã dum nostras iniurias facere petimus, q̃ dei est vsurpamus. Orare tamen sine intermissione debemus, vt uindicet sanguinem suorũ seruo
1. Thess. 5. rum, non ad dannationẽ, sed ad correptionem qui est benedictus in secula, Amen.

De puritate conscię, amore tribulationũ, & spe qua p illas ad cœlestia ꝛuitatur. Ser. X

AD spiritale gaudium hodierna die fratres dilectissimi intendo uos inuitare. Quod quidem gaudium non operatur diuitiarum copia, non fallax mundi gloria, non prolis fœcunditas, non corporis sanitas, sed tantum conscientiæ puritas. O fœlix conscientiæ puritas, o fœlix sanctę conscientiæ iocũditas, q̃ uer
Gene. 1. men interiorem excludis, quæ à carcere doloris liberas rationem, quæ ab omni imnũditia purgas mentem. O mens sancta, paradisus delitrarum, variis bonorum operum virgultis consita, uariisq̃ virtutum floribus purpurata, & suauiter cœlesti gratia irrigata. Hæc est fratres mei paradisus in qua plantatur lignum vitæ & cœlestis sapientię. Hęc est thalamus dei, palatiũ Christi, habitaculum sancti spiritus. Hęc est
Gene. 24. thronus Salomonis, lectus sponsi cœlestis, in quo ipsa conscientia bona optime delectatur: & requiescit cum sponso suo. O conscientia in te, & tibi occurrit Rebecca
3 Reg. 1. cum Isaac veniente de agro. In te delectatur Iacob cum Rachelis coniugio, in te Sunamitis Abisac regem Dauid, iocundis souet amplexibus. O conscientia sancta, in terra adhuc es, & in cœlis habitas. Gaude o anima, anima sancta, sancta conscientia de-
Luc. 7. corata. Gaude cœlesti & æterna gloria. In ea fratres charissimi Magdalena Maignife
Luc. 10 ra, Christo prætiosa offert unguenta. Ibi Maria optimam partem elegit quæ non auferetur ab ea. Eia ergo fratres si ad hanc gloriam cupimus peruenire, prędictam nostram conscientiam diligenter nunc discutiamus, & ibi literam luxuriæ perlegamus, apicem superbię, notã auaritiæ & thecam inuidię prospiciamus, & deleamus ea per confessionem, per cordis contritionem, per veram satisfactionem, & tunc merebimur per gratiam adipisci gloriam illam quam nec oculus uidit, nec auris audiuit,
2. Cor. 1. nec in cor hominis ascendit, quę deus præparauit diligentibus se. O fratres mei & lætitia cordis mei, festinemus ingredi hanc sanctam sanctorum. Tunc enim habebimus bonum quod non perdemus, tunc accipiemus perfectum bonum quod non amittemus. Amare tamen debemus si ad hanc gloriam peruenire cupimus, tentationes, fames, tribulationes singulasq̃. Nã sicut in fornace purgatur aurũ, sicut lima purgat ferrũ, sicut flagellum separat à grano paleã: sic in fornace tribulationũ patientia exercetur, fortitudo roboratur, constantia solidatur, spes ad cœlestia inuitatur. O spes sanctorum & turris fortitudinis eorum q̃ non cõfundis, sed te expectãtibus gratiam infundis, non cæcas, sed illuminas, non famelicas sed reficis. O fœlix spes cœlestis, tu timorem seculi expugnas, consolationes mundanas extirpas. Per te timor nõ augetur p te falsa cupiditas somniatur, p te luxuria cõquassatur, p te superbia auellitur, p te inuidia nõ dominatur, p te cũcta vitia terminãtur. O spes cœlestis curiæ in te regnat charitas, q̃ credit oia q̃ ad saluté pertinent, oia sperat quę promissa sunt. O fratres mei, quis hoium potest mentem seruorum dei infirmare, si apud deum spes cœlestis pro eo alegat? In quo nocebunt eis tyrannorum fulmina, fortunæ præcipitia quid agent? O spes tu cogitationes dirigis, tu in charitate altitudinem ponis, vt in ea perseueremus usque ad mortem, tu in charitate latitudinem extendis usque ad inimicum. O spes cœlestis gloriæ, per te Patriarchæ mala patiẽter sustinuerunt, per te Prophetę cuncta mala portauerunt, per te Apostoli ad mortẽ gaudenter perrexerunt, per te martyres afflicti sunt, per te virgines combustæ sunt, p te confessores vituperati sunt, p te viduæ castitatẽ astringunt p te maritatæ lumbos p̃cingũt p te pupilli, languentes & orphani sperãt ridere, p te pauperes confidunt gaudere, p te pegrini sperant terminum & ad finem laboris puenire. O spes tu oia portare facis dulciter & suauiter. Eia ergo fratres hanc amate, hanc tenete, non tamen sine timore, quia qui sperat & non timet, negligens est: qui aũt timet & non sperat, depressus est & descendit in profundum quasi lapis. A quo descensu liberet nos ille qui de cœlo descendit, vt nobis uitam donaret & ascensum Christus deus noster, Amen.

De lacrymis,compunctione & pœnitentia, Sermo XI.

SCitote fratres mei charissimi q̃ post mundi gaudia sequentur æterna lamenta, quia nemo potest hic & in futuro gaudere: ideo necesse est ut vnam amittat, qui aliam uoluerit possidere. Si ergo o monache hic gaudere cupis, scias iam te exulem
Mat.5. esse patriæ cœlestis: sed si hic ploraueris iam patriæ cœlestis ciuis constitueris. Beati inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed dicet quis, Quid flere oportet, & quare flere debemus? Ego autẽ filioli & fratres dico q̃ flere debemus peccata quæ cõmisimus. Iste n. fletus sit panis noster, quem quotidie comedere debemus die ac
2.Cor.11. nocte. Flere etiam debemus populorũ peccata, quasi nostra uulnera. Sic n. Paulus faciebat, dum clamabat, Quis infirmatur & ego non infirmor? Flere etiam debemus
Psal.109 de dilatione regni æterni, quod bene ostendebat ille propheta Dauid dum dicebat, 283 F
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Istæ n sunt tres miseriæ, quibus texitur liber Hieremiæ, quibus plangit, peccata animæ, insultum miseriæ, & dilationem
Exod.14 patriæ. Horũ fletuum imbribus debemus irrigare terrã mentis nostrę, ut pariat fructus bonorum operum diuersosq̃ flores uirtutum. Isti quoq; fletus sunt tres fluctus per quos filii Israel transierunt ad terram promissionis. Vere peccatores ex Aegypto uitiorum exeunt, mare rubrum transeuntes, dum submerguntur hostes, & uitia suffocantur. Vere cantant domino gloriose, dum intrantes cœlestem Hierusalem, deposita corruptibili ueste, sanctis angelis sunt sociati. O monache fac igitur ut
Ezec.2 mens tua sit liber quem uidit Ezechiel, in quo scriptæ erant lamentationes & uæ. O monache ad has lamentationes te conuertas, hos dolores amplectere cunctis diebus uitæ tuæ, flendo tua peccata, & non solum ut diximus tua, sed & proximi. Caueto tamen ne fleueris mortem corporalem alicuius, nec substantiarũ amissionem nec corporis infirmitatem. Omnia n. necessaria sunt euenire, omnia hæc ualde cõa. Ponas ergo te in dei uoluntate, relinquens tibi oia, & ipse te reducet & conducet, quicquid
Luc.7. tibi acciderit, libenter suscipe, deum in omnibus lauda, omnem honorem tibi exhibeas gratias ei soluendo. Quotidie fleas peccata quæ commisisti, & quæ committere 283 proximos uideas, quasi tua sint uulnera. Sic n. peccatrix illa Maria non solũ in domo G
Ioan.12 Simonis, sed etiam post aduentum sancti spiritus hoc idem ardenter perfecit. Semper enim dolebat, semper in uita sua flebat quę cõmiserat. Sic fecit & Maria mater domini, quę dum iuxta crucem staret, non sua peccata flebat, quia nullum peccatum habebat, sed flebat non tm̃ filii passionem, sed & Iudęorum damnationem. Sed dices, Mortuum fratrem uel amicum uideo, naturalis infirmitas me inuitat ad planctum. Ego autem dico tibi monache, tempera luctum tuum. Non enim tuum est mortuos flere, sed seculi. Non tamen prohibeo lacrymas naturales, quas naturalis necessitas exprimit. Nam multi lacrymas fundunt, & quãuis natura nos ad hoc frequenter inuitet, animus tamen sapientis immobilis perseuerat. O tu qui sapiens uideris esse in seculo, caue ne consentiat animus tuus mortuos deplorare. Stude ut luctus uincatur ab animo. Caue ne absorbeatur animus tuus ab infirmitate mentis & extenuet spiritus carnem uitio sensualitatis. O monache si mors imminet, noli dolere, præpara te ad mortem p̃ mentis constantiam. Talem te p̃para ut mortem timere non possis, ut post mortem uiuere incipias, qui ante mortem moriendo, uiuebas, uel uiuendo moriebaris. Cupis ergo o monache semper uiuere, depone fletum pro terrenis, noli plo 283
rare quæ mundi sunt, & quæ necessaria sunt euenire. Depone omnino fletum p̃ ter- H
Mat.5 renis, & assume lamentum pro cœlestibus, Beati, inquit, qui lugent, beati qui fletis, quia ridebitis. Diligamus igitur lachrymas, quia suaues sunt diligentibus deum. Delectemur igitur semper in hac infirma uita fratres mei in fletu & lamento. Simus tantum proni ad lamentum & fletum, quantum fuimus ad culpam audaces. Qualis fuit nobis intentio ad peccandum, talis sit ad pœnitendum deuotio. Grauia peccata grauissimis lamentis indigent. Accipite fratres me, compunctionem, quia sanitas animarum est, remissio peccatorum est, sacrificium spirituale est, quod deo summe placet. Holocaustum medullatum, est cor peccatoris humiliatum, & quotidianis lachrymis rigatum. O monache punge oculum mentis, ut lachryma prodeat compunctionis. O compunctio quam sancta, &

mirabilis

mirabilis prædicaris, tu spiritale lauacrũ es, tu flagellum dei es per quod deus mutatur, tu stimulus per quem deus ad hominem inclinatur, tu ligamen per quod deus 283
fortiter astringitur. O compunctio sancta & immaculata, sine qua adultis non ualet baptismus, sine qua ad iudicium domini corpus recipitur, sine qua infructuosa est omnis confessio, sine qua omnis satisfactio inanis est. O compunctio lachrymosa, o lachryma mentem purgans, intentionem fœcundans, confessionem irrigans, animam sanctificans. Hæc est lachryma sanctæ compunctionis soror, quę motus illicitos extinguit, paradisum aperit, infernum claudit, mundumq̃ despicere in cunctis facit. O fœlix lachryma, tu carnalem cogitationem extinguis, peccatorum morbum expellis, uirus culpæ euomis. O fœlix tabula, o uitalis nauicula, per quam naufragus redire potest ad portum salutis. O aqua salutaris, per quam omne peccatum destruitur. O uia, per quam ad paradisum gradimur. O spiritale conductum, per quod de inuio ad uiam transitur. O fœlix lauacrum pœnitentię lachrymarum, quod toties uales ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum. Hæc est fratres mei herba cœlestis illius fullonis, qua uestes seruorũ suorum deturpatas a sorde quotidie purgat. Hoc est cœleste nitrum, quod de rore diuinæ gratiæ confectum, abstergit maculas peccatorum. Hoc est lixiuium, quo interioris hominis caput optime abluitur. O 283
lachryma tu contra ruinas hominum suaue solatium, quę passionis Christi es uica K
ria, contra peccatum ponens remedium, ut per te toties cogatur Christus mori, quoties labitur homo in abyssum peccatorum. O monache ergo a lachrymis quis continere se poterit? Intremus obsecro conscientias nostras, discutiamus eas, & si risimus in iuuentute, saltem in senectute fleamus, cogitantes quid Christo & quid diabolo tempore nostræ iuuentutis persoluimus. Etsi antequam ad eremum peruenimus, uisus nos incuruauit per concupiscentiam, si guttur per gulam, si auditus per enormitatem uerborum uel spontaneam detractionis audientiam, si lingua claudicauit in uerbo, si olfactus errauit in odoramento, si tactus fefellit in suauitate, si gressus ad furtum, si in his uel aliquo istorum te inueneris culpabilẽ, ablue culpam per lachry
mam: luxta quantitatem sordis mensura lachrymarum copiam, assumendo pœnitẽ
tiam, quæ mater est omnium bonorum. Timor autem qui pœnitentiam concupi De pœ d 3
scit, contritionem parit. Pœnitentia enim illa digna & bona est, qnæ peccata peracta c.1 & cap.
deplorat, sic ut deplorata iterum non committat. Quid ergo pœnitentia est, nisi añ pœnit qp-
acta deflere, & flenda iterum non committere? Nam qui sic peccata deplorat ut ite- pe.4.sẽ.di.
rum peccata committat, adhuc pœnitentiam agere ignorat. Nunquid & qui dissimu 14.cap.1.
lat irrisor est, & non pœnitens qui adhuc agit quod pœnitet? Pœniteamini igitur fra De pœ.dis.
tres mei, & pœnitentes pœnitentiam agite in fletu & lamento, ut digne ridere possi- 3.c.Irrisor.
tis in gloria beatorum: Amen.

De superbia & humilitate, Sermo XII.

FRatres charissimi ubi superbia fuerit, ibi discordia & contumelia dominabitur. Non ergo decet seruos dei in eremo constitutos superbos esse sed humiles, non elatos, sed mansuetos, castos, benignos, & omnibus uirtutibus ornatos. Cauete enim fratres & uigilanter semper attẽdite, ne superbia inflemini de bonis commissis, sciẽtes q̃ superbia ex angelis dæmones fecit, sed humilitas homines similes angelis constituit. Superbia gloriam de cœlis deiecit angelicam, sed humilitas ad cœlos ascendere fecit infirmitatem humanam. O fratres mei cauete, ne orantes, uel legentes, vel stantes, uel sedentes, uel uigilantes dicatis ore uel corde, habitantes in cinere & cili-
cio cum Pharisæo, Gratias tibi ago domine, quia non sum sicut cæteri homines. Luc.18.
Hæc enim solitariam uitam ducentes diabolo instigante sæpe cogitant, sæpe hoc dicere tentantur ab inimico seruorum dei. Potius enim uolo uos eremum exire, quàm talia dicere uel cogitare: Sed dum tentamini hoc asserere uel de uobisipsis hoc cogitare, mox clamate, mox ululate & dicite, Ego sum vermis & non homo, opprobriũ hominum & abiectio plebis; Et cum publicano dicite, quibuscunque virtutibus sitis Psal.21
ornati, Deus propitius esto mihi peccatori. Attendat igitur charitas uestra, quid di- Luc.18.
xerit veritas nostra, Qui maior est uestrum, fiat sicut minor, & qui præcessor est si-

Luc.22. Eccl. 3. cut minister. O monache quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram deo & hominibus. O sancta venerabilisq; humilitas, tu filium dei de sinu patris descendere fecisti in vterum sanctæ Mariæ virginis. Tu eum fecisti innoui 284 lui vilibus panniculis, vt nos indueret uirtutum ornamentis. Tu circūcidisti eū in E carne, vt nos circūcideret in mente. Tu eum permisisti corporaliter flagellari, vt nos liberaret a flagello peccati. Tu eum coronasti spinis vt & nos coronaret suis æternis rosis. Tu eum infirmari fecisti, qui medicus cunctorum erat, & solo verbo sanat vniuersa, ut nos infirmos sanaret. O sancta humilitas, quàm dissimilis es superbiæ. Nā ipsa superbia fratres mei Luciferum de cœlo deiecit, sed humilitas dei filium incarnauit. Ipsa superbia Adam de paradiso expulit, sed humilitas latronē in paradisum introduxit. Superbia gigātū linguas diuisit & confudit, sed humilitas cunctas congregauit dispersas. Superbia Nabuchodonosor in bestiā transmutauit, sed humilitas Ioseph principem Israel constituit. Superbia Pharaonem submersit, sed humilitas Moysen exaltauit. Hęc est illa sancta humilitas, quę fecit solitarios, quæ fecit nos priuatos seculo, quæ fecit nos in conuentu solitarios omnibus virtutibus florere perfectis. Hæc est illa sancta humilitas quæ philosophos tradidit in reprobum sensum, excæcauit Iudæos, suffocauit Paganos, inflāmat xp̄ianos, perimit obstinatos, deiicit potentes de sede, & exaltat humiles. Sed superbia fratres mei non sic. Sed qdē 284 Prælatos percutit, diuites tumurosos efficit, religiosos decipit. Hæc hoies cæcat ne B agnoscant quid sunt. Hæc n. fructū perdit operis, mentē hois ligat, quia ab ea pāditur oē malū. Hæc est illa feruens olla, quā Hieremias uidit, in qua decoquuntur oēs principes & pastores tenebrarum, sectatores bonorū tpaltum, veneratores diuitiarū, qui primas cathedras appetunt in synagogis, & salutari in foro, & vocari rabbi. Hāc ollam succendit diabolus, dū corda patrū inflat ad altiora. Isti sunt quatuor uēti, q totū orbem perflant, arrogantia sibi ascribens quod non habet, insolertia sibi appro prians quôd alteri debetur, superbia multa de se credens ultra quàm verum sit, cōtumacia se erigens in p̄latum. Isti sunt quatuor fabri, qui totum mundū concutiūt, & corda filiorum dei dissipant, a quibus nos custodiat deus: Amen.

Gene. 3 Luc. 23 Gene. 11 Acto 2 Dan. 4 Gene. 41 Exod. 14 Exod 4

Hiere. 1. Mat. 23. Dan. 7. Zacha. 1

De fortitudine tenenda, Sermo XIII.

Act. 2. & 4. QVia in hac uasta solitudine dei gratia sumus in vnū congregati, ut vnanimes habitemus in domo, & sint nobis oīa cōia, propterea inter cęteras virtutes fortitudinem oportet nos rapere, sequi & imitari. Nam si hanc virtutē 284 amplexi fuerimus frēs, iacula fortunæ non timebimus, deridebimus diaboli blandi C menta, & spernemus illata. O frēs mei ligate hæc in cordibus uestris, qm̄ qui fortis est, liber est. Non n. seruit fortunæ, non vanitati mundanæ. O frēs mei & lætitia cordis mei considerate quanta fuerit in martyribus fortitudo, qui velut impassibiles tormenta despiciunt, tyrannos confundunt, cūcta quæ mūdi sunt despiciunt, qui licet decoriati, licet cōbusti, licet in cūctis mēbris afflicti, licet in oībus corpore fint p̄fecti, nō tñ legim⁹ eos eē mēte mutatos. Sed scire debetis frēs mei q̄ multis modis dī fortitudo, hypocritas, vc3 & p̄bos, & bonos fideliū. Hypocrita deniq; multa sustinet multa portat, & fortis in cūctis apparet. Sed uæ hypocritæ, qa venādo mūdi gloriā, æternam pœnam meretur. Hic sic trahit gloriam quod non habebat gloriam. Hæc n. 284 fortitudo non virtus est sed vitium, non magnanimitas sed infirmitas non bonitas, sed ibecillitas appellatur. Hanc prætendunt hęretici, hanc rapiūt falsi fratres, de quorum numero dei gratia uos nunquam esse cognoui. Quædam etiam fortitudo est philosophorum, qui calcauerunt diuitias, honores, pompas, dignitates, & aliquando membra propriorum corporum, sed hæc fortitudo insufficiens erat ad æternæ vitæ meritum. Quare? Quia carebant charitate & timore dei. Ipsa denique charitas est 284 forma omnis bonæ actionis. O quantus rigor fortitudinis fuit in Platone, ò quot & D quanta patiebatur contraria, sed quia fundamento fidei caruit, proptere spes eā fortitudinem non erexit: & quia charitate non profecit, ideo virtutis meritum omni no amisit: Sed est & alia fortitudo qua boni quotidie certant usque ad mortem. Tales sunt fundati in deo, ideo vtsupra diximus fratres, nec verba nec impiorum verbera

timēnt. Hæc est illa mirabilis fortitudo, qua Moyses asperitatēm viæ deserti vicithic Exo. 14
est panis cœlestis, qui Eliam in deserto pauit, Hęc est fortitudo quæ mortem spernit 3. Reg. 17.
hęc est clauis qua domus dei patescit & aperitur. Hæc est quæ habenas voluptatis
sub fræno rōnis iacere cogit. Hæc est qua Ioannes in deserto decoratur. Hæc est qua
Paulus eremitarū forma beatificatur. Hæc Antonii aliorūq; sanctorū patrū lorica
est & zona, qua p̄cincti & armati in excellis indefessa uoce quotidie clamare nō cessant. O fortitudo, eremitarū baculus, cœnobitarū cingulus monachorūq; oium sacramentū, tu contra paupertatē vales, ut non frangatur aīus paupertatem amantis,
sed amplior sit interius & msgis uiresc at in mente. Quanto minus abūdat in rebus
fortunæ, tanto plus ualet fortitudo contra mundi insultū. O fortitudo si dolorē pateris, tu in oibus gratias agis, tu in tribulatione diuitias spirituales & delicias inueнis ut potius morbi cedant in mentis cōmodū quàm corporis detrimentū. O fortitudo oēm crudelitatē euacuas, carcerem respuis, crucem non metuis, equuleū amplecteris, optas vincula, spontanea semper curris ad mortem. O monache nihil valet
cursus tui brauii, nihil tua operatio, nisi colūna fortitudinis roboretur. Nihil valet
ædificiū boni operis, nisi colūnā fortitudinis amplexeris. Sed si colūna fortitudinis
fracta fuerit, totum ædificium bonorū operū ruit. Hanc si Dauid tenuisset, homici- 1. Reg. 11.
dium & adulterium non cōmisisset. Si Sampson hanc seruasset, fœmina eū inimicis Iudicū. 16.
non tradidisset. Si Salomon hanc dilexisset, idola non adorasset. Si Petrus hāc tenuis 3. Reg. 11.
set, ad uocem ancillæ fidem non negasset. Si filii Israel hanc habuissent, minime in Mat. 26.
deserto murmurassent. Eia igitur fratres estote fortes in bello tentationū, tribulatio- Exod. 15
nū, infirmitatū, iniuriarum, & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum
æternum: Amen.

De iustitia & correctione fraterna, Sermo XIIII.

VT bene nostis frēs charissimi, tria monasteria apud Hipponē dei gratia merui laudabiliter ad honorem sanctæ trinitatis construere. Quorū primū hoc est, in quo iā annis multis modico pabulo cōtenti hilariter cōmoramini, bestiis associati, auibus ministrati, ciborūq; spernentes delicias & uisus hoium fugientes. Et ideo Nusquam
non ego miser, sed uos sæpe angelorū assueti estis colloquiis. Aliud quoq; monaste- ipudātius
riū in horto quē sanctus noster pater Valerius mihi dedit, ædificatū est. Et qm̄ post- fingit ḡhic
quā presbyter Ep̄s factus sum, nec semper hic uobiscū habitare potui, nec cū fratribus qui in prædicto monasterio positi sunt, ꝓterea infra domū Ep̄i mecū hēre uolui monasteriū clericorū, & cū eisdem pariter uiuere cœpi secūdū regulā & apostoli
cā traditionem. Ad uos ergo tm̄ qui in eremo laudabiliter uiuere uoluistis, pertinet
uerbū istud audire & intelligere, atq; operibus adimplere quo dicitur, Diligite iusti-
tiā. Ad frēs aūt nostros & clericos qui in urbe habitant, quibus etiā expedit p̄dicare
quotidie uerbū dei, pertinet non solū diligere iustitiā quo ad seipsos, sed etiā iudicare, reprehendere, obsecrare, increpare, in oī patiētia & doctrina populū electū dei.
Et licet frēs nostri qui collocati sunt in horto sc̄ti Ep̄i Valerii satis distent ab urbe,
quia eorū tñ fama diuinitus diuulgata est, ordinaui ut uerbū dei populo salubriter
p̄dicarent, aiāq; fidelū suā uitā, doctrinā & exēpla audiendo & uidendo sponte re-
dirent ad illū qui ex nihilo cūcta creauit. Ecce qūo terrā iudicāt, ligant & soluunt q̄
uolunt, semper deo fauente. Vos vero q segregati estis a seculo, qui et uitā tutiorem
eligere voluistis, audite q̄ in cūctis maxime iustitiā diligere debeatis. O frēs mei &
lætitia cordis mei, vultis scire qūo uos solitarii iustitiā diligere debeatis? Cauete ne
sic ab alterius oculo festucā eiciatis, ut in oculo uestro trabē non uideatis: nec sic al Luc. 4.
terius uelitis reuelare lapsum, ut uestrū non uideatis casum: nec sic alterius curare
debetis morbū, ut & uosipsos postponatis ægrotos, ne cuilibet uestrū dicatur, Medi
ce cura primo teipsum. Cur ergo primo teipsum o monache, ut curatus alterius vul Luc 4
nera curare possis. Audite frēs mei, audite quid dñs dixerit Pharisæis adulterā accu
santibus, Qui sine pcto est uestrū primus in illā lapidē mittat. O monache in quo Ioan. 8.
alium iudicas, teipsum condemnas. Qua fronte frēs mei poterimus arguere alios Roma. 2.
de eo quod in nobis grauius inuenimus? Ad nos igitur fratres pertinet mundos esse & & sanctos, & si tunc fratrem nostrum deuiare uidemus, reprehendere eū
cum omni mansuetudine sine mora debemus, ne per nostram negligentiā pereat.

Charitas.n.non odii,non rancoris,sed zelo iniustitiæ gladium correctionis euagina-
Matth.27. re debet:tamen semper misericordia ligata sit in cordibus vestris,ne velut Iudas ille qui peccauit,desperatus ad suspendium pergat. Hoc autem ad vos maxime pertinet fratres. Sed quid ad fratres in vrbe habitantes pertineat audiamus. Certe non solum hoc,sed etiam spectat ne iudicium odio exasperent ne crudelitate inflamment, ne amore pecuniæ emolliant,quia pauperes uere sumus,& spectaculum facti sumus
1.Cor.4. angelis & hominibus, ne timore iustitiam relinquant, ne eos moueat res purpurea, nec diuitis munera,sed magis saccus pauperis,orphani & pupilli eos mouere debet dei iustitiam cum labore exercere. Regia via qui terram iudicant incedere debent, nec declinare ad dexteram molliendo iudicium, nec ad sinistram exasperando supplicium Non enim crudelitas est punire reatum,sed iustitia: non tyrannicum,sed diuinæ rectitudinis iudicium.Non tamen volumus, nec consilium damus vt mox iudicent,sed cum omni maturitate incedant, & inuenta discussaq; rei causa in Christi
1.Tim.5. nomine iudicent delinquentes: & si publice peccauerint,publice puniantur vt & cæteri iustitiam diligentes fortius eligant, & iustitiam odientes metuãt ne delinquãt.
O sancta laudabilisq; iustitia,sub te & per te pudicitia regnat, pax per te triumphat & securitas,dignitas per te floret,& fructum affert in patientia.O iustitia qui te amauerit,qui te strinxerit,cum Moyse mare mundi vitiorum sanguine rubricatum, sicco vestigio pertransibit.Hæc est virga qua petra percussa manat in fluenta, quia lapi
Heb.9 dea subditorum corda iudicio iustitiæ tacta,in virtutum exuberant flumina. Hæc est virga Aaron,quæ fronduit,floruit & fructum peperit,quia iustitia quasi frondet
Mat.3. dum mente concipitur,floret dum viriliter exercetur,fructificat dum subditus corrigitur.Hæc est uentilabrum,quo granum diuiditur á palea, sanies á morbo eicitur, quia contra morbum peccati opponendum est mordax emplastrum,ne in maius uitium tabes exuberet incurata,& in augmentum facinoris redundet iniquitas impunita.Hęc est mensura,qua debemus metiri pœnas,& merita ponderare. Attendite tamen fratres,attendite pastores qui terram iudicare debetis, q̃ aliquando iustitia est relaxanda propter scandalum multorum,aliquando exagitanda est ut sit cautela reliquorum.Tunc uero iustitia dicitur gladius ex vtraque parte acutus, quia hominis
Num.25. defendit corpus ab exterioribus iniuriis,& animam a spiritalibus molestiis. Hęc est medicina vitiorum,antidotum peccatorum. Hæc est pugio,quo Phinees trãsfixit
284 coeuntem cum Madianitide Iudæum,& cessauit quassatio. Hæc est lapis quo Dauid
2.Reg.17. percussit Philistæum,& à seruitute Israel liberauit.Hæc autem sine discretione, gladius est in manu furiosi. Hęc sine prudentia,est mors & bonorum persecutio.Hæc sine misericordia, gladius est in manu tyranni. Cum summa enim discrẽtione fratres mei tenenda est iustitia cum summa deliberatione inferenda est pœna, non iu-
Ioan.7 dicando ex suspicione,sed ex omni certitudine veritatis. Attendite fratres mei & ante probate.postea recte iudicate,non secundum faciem,sed recto iudicio.O quam facile est iudicare,sed o quam amarum est quod iudicatum est retrahere. Ideo non puer,non insensatus uobis præesse debet sed annosus,prudens,castus,sobrius, ut in progressu & statu sal terræ & lux mundi cunctis appareat: talis iustitiam non po-
Matth.5. terit ignorare.Tunc.n regnum Romanorum pacifice tandiu perseuerauit, quandiu sapientes regere permiserunt: sed dum iuuenes & inexpertos regere permiserunt,quam iustitiam ignorantes,acceptores personarum facti sunt,& sic iustitiam perdentes dominum orbis terrarum perdiderunt. Iuuenes ergo imprudentes, duces vel Ecclesiarum pastores non constituendi sunt,ne ipsi simul cum populo pereant. Tales enim si præsunt,non solum præterita & futura non cogitant, sed audire quod bonũ est & verum aures suas obturant. Taliter etiam non solum iuuenes sed etiam anti-
quos in diebus malis hoc facere frequenter minime dubitamus. Vita enim pastoris
Eccli.7. omnibus prodesse debet.Et quomodo hoc quis facere poterit, si iustitiam ignorauerit,& regnare in æternum crediderit? Isti memorace nouissima sua nõ possunt, quia
284 in æternum viuere credunt. O fratres sicut frequenter diximus,pastores & principes
M Romanorum scientiam de p̃teritis habebant, in quibus & certificari optime poterat & de futuris aliquid scire semp ꝓcurabant In hoc autem exercitium eorum consistebat,quod iustitiam usque ad mortem sequebantur,& ꝓ ea moriendo fœlices se

esse putabant.Tu vero o monache qui præes,obsecro memorare quid es,quid fuisti, & quid eris,tunc iustus reputaberis à deo,q̃ in æternum non peccabis.Hæc autẽ fratres mei sit semper nostra exercitatio,& si hæc fecerimus, vere fideles & iusti erimus. Sed sunt aliqui,licet dei gratia non inter nos,qui spiritu libertatis viuere volunt,vt superbi,auari,discoli,gulosi, adulteri, qui sibi in aliquo reprehenduntur, latrant vt canes,mordent vt serpentes,deuorant vt leones,dolent vt parturientes,dicentes malum bonum,& bonum malum. Tales aperta facie,vruoq; sermone negare iustitiam præsumunt dicentes,Ecce quomodo me persequitur hypocrita,qui iustitiam tenere videtur. Talis denique fratres omnibus peior est,& melius illi fuisset si in seculo remansisset. Et ideo si in nostra cõgregatione aliquem talem inuenerimus, quod deus auertat,qui sic iustitiam calcare voluerit,non tenendus est sed expellendus,tanquã viuere volens in spiritu libertatis suæ. A quibus tamen non liberet deus sicut hactenus fecit per gratiam suam,vt nostra sancta & immaculati religio de bono in melius semper augmentetur,per Iesum christum saluatorem nostrum, Amen.

De fide trinitatis à simplicibus non inuestiganda,& septem donis spiritussancti contra septem vitia. Sermo. XV.

SCriptum est fratres charissimi,q̃ non debemus loqui sublimia, tanquam sapientes mundi gloriantes.Ait.n.Propheta,Nolite multiplicare loqui sublimia. Hoc autem uerbum ad vos maxime dirigitur qui rusticani estis in syluis habitantes, licet ciues sanctorum & domesticos dei uos nullateñ us dubitare debeamus.Nolite igitur multiplicare loqui sublimia Quæ sunt ista sublimia de quibus non licet multũ loqui,nisi de dei omnipotentia,de vnigeniti eius coæternitate,de sancti spiritus magnificentia? O fratres mei & lętitia cordis mei si volumus scire quantum pater immensus sit,apprehendere non valemus.Si imaginare cupimus quomodo filius coæternus sit & consubstantialis,mens humana omnis naturalis succumbit. Si scire desideramus qualiter spiritussanctus omnia continet & non continetur omnis humana ratio deficit. Ideo hęc omnia discutere non curemus. Quare non, nisi quia nullo modo valemus? Propterea fratres mei sciatis, quod ubicunque quæritur de vnitate trinitatis, magna est adhibenda cautela, quia nec periculosius alicubi erratur, neque laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. 1.Reg.2. Ephes.1.
Veniat igitur contra volentes & scire ultra id quam necesse est, sanctus ille Salomon,& reprehendendo atque docendo dicat, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scruteris. Eccli.3.
Surgat etiam Paulus columna fidelium & lumen orbis terræ, & sua voce confundat omnes philosophantes, nomen Christi portantes, volentes sapere plus quam oportet sapere, Non tamen dico fratres, quod omnino non quæratis,sed quæstiones,in diuinis uos qui grossi estis multiplicare non debetis. Quæ- Rom.2.
te tantum uos qui spiritales estis,quomodo præcepta dei seruare possitis, quomodo diabolũ in eremo superare debeatis,quomodo patientiam quam xps docuit amplecti valeatis Hæc enim seruus dei semper legere & adimplere debet. Natura denique nostra fragilis est,& ea ratione comprehendi non potest. Philosophus etiam Aristodemus annis multis insudauit naturam apis inuestigare, nec finaliter potuit. Quomodo ergo nos trinitatem capere valemus? Cur miramur o fratres qui lutei sumus, & ventrem stercoribus plenum portantes,si nescire possimus dei naturam? Nũquid Rom.11.
& angeli ipsam in cœlo inuestigare possunt? Certum est q̃ non. Quid enim sciunt, nisi q̃ deus trinus & vnus est,& omnia sine labore & pœna creauit & gubernat? Nolite ergo fratres loqui sublimia,nolite sapere plus quam oportet sapere. In die enim iudicii non damnabuntur christiani, nec rationem reddent quia philosophiam vel dialecticam,astrologiam vel musicam ignorauerunt, nec de hoc q̃ naturam dei scire non potuerunt,sed ideo damnabuntur,quia deo obedire neglexerunt.Ideo scitote fratres q̃ melius est pie confiteri ignorantiam,quàm temere scientiam vendicare,quia temeritas pœnam habet,sed ignorantia promeretur veniam. Sufficiat nobis scire de mysterio trinitatis tantum quantum dominus discipulis suis exposuit. Matth.28.
Nemo enim nouit sic de natura sua dicere sicut ipse qui ait, Baptizate gentes in no-

mine patris & filii & spiritussancti. Tres aperte pronunciat personas; sed unitatem ostendit dicens, in nomine, non.n. dixit in nominibus. Trinitas.n. diuiditur indiuisibiliter, & coniungitur diuisibiliter. Singulariter.n. vnaquæque persona deus est & vita uel deitas indiuisa in opere, concors in voluntate, par in potentia, æqualis in gloria, nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus. Sancta ergo trinitas vnus deus est, Roma. 11. ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia sunt. Et ne tres deos putaremus esse, ait Apostolus, ipsi gloria, non ipsis. Ipsi quidem gloria semper sit, qui ait, Faciamus Gene. 1. hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Cum enim singulariter dicat, imaginem, ostendit vnam esse naturam eius ad cuius similitudinem homo fieret. Cum uero pluraliter dixit, nostram demonstrat deum non vnam esse personam, ad cuius imaginem homo fiebat. si.n. essentia patris & filii & spiritussancti una esset persona, non dixisset nostram: sed, meam: nec, faciamus: sed, faciam. Si vero in illis tribus personis tres essent essentiæ, non dixisset nostra: sed, nostras. Et ideo cum dicit ad imaginem nostram, indicat trinitatē vnitatis, ad cuius imaginem factus est homo noster interior, similitudinem sanctę trinitatis retinet. Sicut.n. pater deus, filius deus, spiritussanctus deus, non tres deos credimus, sed unum deum tres personas habentem: ita anima intellectus, anima voluntas, & anima memoria, non tamen tres animæ in vno corpore sunt, sed una anima, quæ licet vnius sit substantiæ & naturæ, tres tamē habet dignitates, intellectum, uoluntatem, & memoriam. Et sicut ex parte generatur filius, & ex patre filioq; procedit spiritussanctus, ita per intellectum generatur voluntas, & ex his duobus procedit memoria. Sine his tribus anima perfecta esse nō potest nec horum trium vnum sine aliis duobus aliquid integrum consistit. Nec solum sufficit intellectus, nisi sit uoluntas in amore: nec hæc quo, nisi addatur memoria, quæ semper in mente intelligentis & diligentis manet eligens. Vniuersitatis enim conditor deus omnes motus animę ad bonum facit, intellectum, vt intelligamus quod iubet voluntatem, ut sit in amore eius, memoriam ne obliuiscamur quod imperat. Ea Rom. 1. ergo fratres mei & corona matris meæ nolite discutere nisi quantum uobis necesPsal. 36. se est ad salutem. Nolite sapere nisi quantum oportet sapere. Quid.n oportet sapere nisi q̄ deus trinus si vnus est? Quid aliud necesse est nobis, nisi declinare á malo & facere quod bonum est? Quid aliud necesse est nobis, nisi vt bona cognoscamus & mala? Bona, vt sciamus ea rapere: mala, ut sciamus ea deuitare, Non est igitur malum scire malum, quia nisi cognoueris, quomodo vitare poteris? Per legem nanque actum Roma. 7. cognoui, ait Apostolus, quia añ legem pecatum non cognoui, sed post legem datam quid tenēdum quid vitandm erat cognoui. Malum ergo scire non est malum: sed malum operari, malum esse quis paganorum vnq̄ dubitauit? Necesse est ergo scire q̄ superbia mater est & caput omnium uitiorum. Ab ea enim descendit inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, voluptas carnis, in qua continetur gula atque luxuria. Ascendit quis fratres mei ad sapientiam huius mundi, & dum considerat honores sibi a discipulis exhibitos, extēdit alas suas vsq; ad terminos orbis terræ, & de se p̄sumens gloriatur, & sic superbiendo & presumendo mox inanis gloria presumentē aggreditur, dum ab aliis quærit gloriosus uideri. Et dum sic quærit, a quibusdā cōsiderat & videt se despici dicentibus. Non est quod a multis creditur. Plures nāque sunt eo acutiores, & plures eo meliores nō dubitamus. Inflatus uero ille qui se putat omnia scire vel singula possidere, videns quosdam altiores se, mox eum inuidia aggreditur, cuius vestigium ira imitatur, & non ualens iram opere perficere, tristatur & quærens consolationem tristitiæ, auaritia tangitur vt habeat vnde trascendere ualeat oēs. Et ecce dum diuitias congregat, & acquisierit, statim in gulæ & luxuriæ Esa. 11. ueam cadit, Sed o grandis misericordia saluatoris: Spūs enim pietatis per contemptū mūdi ordinauit ut expelleret auaritiā: sed qa abiecta auaritia, sepe mala cōprimit tri2. Cor. 7, stitia, datur spūs scientiæ, qui ostēdit quę sit bona uel mala tristitia. Si ergo scia bonam tristitiam adducit, quę surgit ex dolore pecatorū, expellitur tristitia seculi, quæ mortem operatur. Sed quia multis sunt istis omnibus carentes, sicut sunt iracundi, ideo datur spiritus fortitudinis, qui per temperantiam refrenat iracundiam. Pro. 16. Talis fortis est, immo fortior qui vincit animum quam qui capit vrbem. Sed quia adhuc inuidet fortius imperanti, datur spiritus consilii, qui per amorem proximi

eiicit inuidiā. Sed quia pro tantis meritis sæpius vult laudari, ideo datur spūs intellectus, per quem intelligit quid sit. Sed quia inuenit se nihil esse, ideo ante deum humiliatur, & sic per humilitatem spiritus intellectus eiicit inanem gloriam. Sed quia aliquando non curat extrinsecus, solet tamen sæpe de se interius gloriari, ideo datur spiritus sapientiæ, per quem incipit deum cognoscere. Eius autem bonitatem & misericordiam quis cognoscens, ipsum toto cordis affectu diligit, & sic sapientia per charitatem expellit superbiam, qua expulsa per gratiam efficimur templum dei & habitaculum spiritussancti, Amen.

De inobedientia, negligentia, patientia, & castitate. Ser. XVI.

FRatres mei dilectissimi, in omnibus operibus vestris semper memētote, q̄ omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore. Cauēdum est ergo ne ante illud terribile tribunal vacui, vel denudati appareamus. Non enim tunc sancti nobis subuenient, quia tempus non erit miserendi & misericordiam impetrandi, & iam fugiet a ianua paradisi Maria. Omnes enim contra nos tunc erūt. Abraham contra inobedientes, & Isaac contra impatiētes, & Iacob Gene. 22. contra negligentes, & Ioseph contra incontinentes. O quam dure reprehendentur 31. & 39. inobedientes fratres mei per venerabilem patrem obedientiæ Abraham, quam fortiter q̄ turpiter. Ideo fratres mei attendite, & parati semper estote ad obedientiam mandatorum dei, paratas semper habentes aures auditui, & linguam voci: Pedes ituros festinate, manus ad operam siue mora parate, corde iocundo, serena facie, ore risorio & oculo ornato sanctitatis splendore, non tamen amore seruili uel metu, sed omni charitatis affectu, sanctam obedientiam seruare uos opto. Tunc enim ante tribunal iudicis Abraham non uos condemnabit sed cōmendabit, non vos a se expellet, sed conuocabit, non vos maledicet sed sublimabit in æterna patria. Negligentiam etiam omnem deponere vos deprecor fratres, ne Abraam voce cōmendante contra uos surgat ille sanctus Iacob in die nouissimo. Fugite fratres, fugite negligētiam, nam sicut in vnoquoq; opere bono mater est diligentia, ita vniuersæ doctrinæ & disciplinæ nouerca est negligentia. Sed si habuerimus obedientiam & negligentia omnino carebimus, adhuc non sufficit nisi & cum Isaac patientiam habeamus. Nam sicut per impatientiam omnia desti uuntur bona, omniaque suffocantur optima, sic & per patientiam omnia generantur bona, omnes iniquitates demerguntur in profundum. Qui vero fratres mei patiens non est, monachus non est. Sed & si habuerimus obedientiā cum Abraham patientiam cum Isaac, diligentiam cum Iacob, & castitatem non sercuauerimus cum Ioseph, quid hæc omnia nobis proderūt? Amare ergo debemus sum me castitatem, sine qua nostra opera nihil valent. O castitas ornamentum nobilium exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo vilium, solamē mœrentiū, augumentum pulchritudinis, decus sanctæ nostræ religionis, minoratio criminum, multiplicatio meritorū, dei amica, angelorum cognata, Patriarcharum uita, Prophetarum corona, Apostolorum cingulum, martyrum auxilium, confessorum uehiculū virginum speculum, viduarum refugium, & cunctorum bonorum gaudium & solamen. Sed quia sunt fratres mei qui in iuuentute sua luxuriose uiuere uolunt, & si ad senectutem peruenerint gloriantur dicentes se continentes esse. Tunc enim eligunt seruire castitati, quando libido eos seruos habere contemnit. Nunquid tales continentes dicendi sunt? Absit. Tales enim præmium non habebunt, quia laboris certamen non habuerunt. Sed illos vere expectat sempiterna gloria, qui fortes fuerunt gloriosa certamina supportare, Amen.

De uigilatione, & ociositate uitanda. Sermo XVII.

APostolus Petrus dilectissimi de nostra salute solicitus, nos dulciter admonet, 1. Petr. 5. & ad vigilandum nos exhortatur inter cætera dicens, Vigilate fratres quia aduersarius vester diabolus quærit quē deuoret, cui resistere debemus per fide. Sed fi-

des quærit orationem, oratio autem optat prudentiam. Quid ergo nisi ꝙ prudentes
simus in fide fundati & vigilemus in orationibus? Quare in vigiliis fratres orare de
bemus, nisi quia si non vigilauerimus & ocioſi permanſerimus, quid aliud quam te- 286
pidi in hac ſolitudine apparebimus? Et ſi tepidi fuerimus, incipiet nos euomere ſal- A
uator de ore ſuo, de conſortio ſuo, de plebe ſancta ſua, eo ꝙ nec calidi nec frigidi ſu
mus. Vigilate ergo fratres, ocioſitatem deponentes in cunctis. Quid enim ocium eſt,
Ocioſitatis mala. niſi viui hominis ſepultura, vt ait paganus ille ſanctiſsimi apoſtoli amicus clariſsi-
mus? Per ocioſitatem fratres rigorem ſanctæ ſolitariæ religionis faſtidimus, per hãc
eremum exire teneamur, per hanc accedimur frequenter ad luxuriam, per hanc aia-
mur ad ſuperbiam, per hanc ducimur ad mundi gloriam, per hanc tentamur delica-
te paſci, per hanc ſuffocamur præcioſe ueſtiri, per hanc ad ſuperfluam dormitionem
trahimur, per hanc ad verba ſecularia ducimur libenter audire. Hæc eſt illa ocioſi-
tas peſsima quæ frequenter ſanctorum conuentus deſtruit, pariens in eius luxuriã,
nutriens in eius gulam, ſeminans inter eos zizaniam, generans inter eos homicidia,
& omnia quę ſunt opera carnis. Quid ergo dicis o frater. Quid ocioſe agere potes, ni
ſi opera carnis? Nunquam quis ciuis cœlorum erit, ſi ocioſitatem amauerit. Ergo fra
ter qui in eremo habitas, ſi vis perfectus eſſe fuge ocioſitatem, quia in ſeruis dei ni-
hil peius reperitur. Surge ergo ſi dormis o ruſticane in chare. Surge tu qui in eremo
habitas ſi clauſos mentis oculos habes. Surge qui nec ad alta turrutum oculos men
tis protendis, nec ad videndum quæ neceſſaria tibi ſunt, oculos mentis aperire va-
les, fuge ocium, & ſemper aliquid facere meniento. O fratres mei ſemp occupatos
Antonius monachorum pater. vos eſſe deſidero, vt brauium ſalutis p gratiam dei recipe mereamini. Hanc fugere
cupiens ſanctus monachorum pater Antonius, clamauit ad dominum in eremo & di
xit, O ſamaritane domine deus meus, o animarum & corpor. vere cuſtos, ſuſcita in
me gratiam tuam, & infunde ſeruo tuo miſericordia, vt in eremo collocatus, in ſub
conſpectu ocioſus non maneam. Et audiuit Antonius: Antoni cupis deo placere? 286
Ora, & dum orare non poteris, manibus labora, & ſemp aliquid facito. Fac quod in te B
eſt, age quod potes, & non deficiet tibi auxilium de ſancto. Quid ergo diffidis o mo
nache? Nunquid idem deus eſt: Nunquid & pro te idem crucifixus eſt. Age igitur qđ
bonum eſt, Fuge ocium, quod mors eſt, & apri oculos mentis & corporis, videbiſq; in
gulas creaturas ad officia ſingula deputatas. Ecce enim ſol curſum anni pficit, luna
etiam menſibus & vicisſitudinibus diſcurrit, & cęteræ ſtellæ. Omnia enim ſibi depu
tata officia ſine quiete exercent. Nunquid etiam animalia bruta ad ſuę naturæ indu
ſtriam ocium fugiunt? Nunquid etiam ſemp laborant vt conſeruentur in eſſe? Nun
quid in ſuis neceſsitatibus deficere & pigreſcere ea videmus? Abſit. Omnia enim ſub
obedientia ſunt, omnia agunt quod agere debent. Solus autem miſer homo accidia
ꝑſeuerat. Erubeſce o chriſtiane & abſconde te a facie ſaluatoris tui, quoniã inſipien
Prou. 6. tior iumentis & formicis hodie factus eſſe comprobaris. Vade enim ad formicam &
conſidera ſemitas eius, & diſce ab ea miſer qui capite eleuato pambulas, & ſup aſtra
cœlorum iam aſcendere credis: Conſidera ſemitas eius, quia cum p̃ceptorẽ non ha-
beat, tanquam de ſalute ſua ſolicita, in eſtate grana colligere non deſiſtit quibus vi
qui dei gratia in eremo ſumus, & in hac vaſta ſolitudine habitamus, formicarum cõ
ditiones debemus attendere, & eas ſummopere imitari. Laborare enim ſine intermiſ
ſione debemus ut fructum bonor. operũ acquiramus in eſtate p̃ſentis vitæ tam ſo-
licite & ſedule, vt tpe hyemali, tpe frigoris & iudicii non fame pereamus, ſed bonis
cunctis ornati eternaliter reficiamur in patria. Eia ergo fratres mei dilectiſsimi, co-
rona mea & gaudium meum quod eſtis, omnem ocioſitatem expellite, ſemp aliquid
1. Reg. 11. boni facite, & quem tædet orare vel pſallere non deſiſtat, quem tædet orare vel pſal
Iudit. 16. lere, laborare manibus non differat, cogitantes ꝙ quãdiu Dauid exercitauit ſe in mi
litia, non inſultauit ſibi luxuria, ſed poſtquam in domo ocioſus remanſit, laborauit 286
adulterio, & homicidium commiſit. Sampſon dum cum Philiſtæis pugnauit, non po C
2. Reg. 11. tuit capi ab hoſtibus, ſed poſt quã dormiuit in ſinu fœmine & ocioſe cum ea reman-
ſit, mox capitur & cęcatur ab hoſtibus. Salomon dum occupatus eſſet in ædificatio-
ne

ne templi, non ſenſit luxuriam, ſed mox recedens ab opere perſenſit inſultum luxu 2. Reg. 11
riæ, & deficiens fœmina inſtigante ad idola, adorauit in thalamo vitulum aureum.
Vigilate ergo fratres mei, vigilate & nolite deficere, quia nec ſanctiores Dauid, nec
fortiores Sampſone, nec ſapientiores Salomone vos eſſe cognoſco. Depo natis omnẽ
accidiam, quæ ſermonem nudum reddit, bonis omnibus vos priuat, virtutum ueſti
mentis uos expoliat O fratres mei, honeſto opere ſemper occupatos vos eſſe deſide-
ro, & quod perdidiſtis in ſeculo per præteritum recuperetis laborando in eremo in-
futuro. Et ſi aliqui ſunt ex uobis qui per annor octoginta & amplius in eremo ſunt
ſanctiſsime conuerſati, iugo ſanctę obedientiæ, paupertatis & caſtitatis decorati, iam
gaudeant expectantes beatam ſpem & aduentum domini iſti enim vt videmus am-
plius ieiunijs & orationibus & operibus monaſterii inſiſtere non poſſunt, fecerunt
enim dum potuerunt. Propterea filioli mei ſi modo non faciunt ea quæ facere con-
ſueuerunt, non ſit vobis moleſtum. Si quieſcunt non miremini, ſi uenerantur á me 2. Cor. 13.
vt patres, non triſtemini, quia ipſi digni ſunt. Non enim dolere debetis, quia chari-
tas non cogitat malum, ſed gaudet de alterius bono. Ideo volumus & in Chriſti no- Mat. 6.
mine ordinamus, vt & ipſi qui centum anorum & amplius ſunt, pater noſter ſeden-
do in lectulo dicant, & diligenter eis ſine murmure ſeruiatur, vt & ipſi nobis interce
dant in cœlis, quorum habitatio iam ibi eſt, quam obtinere faciat nos ille qui eſt be
nedictus in ſecula, Amen.

De inuidia cauenda. Sermo. XVIII.

FRatres mei deſideratiſsimi, nolite inuicem inuidere, ſed ſtudeat vnuſquiſq; deo
in cunctis placere, inuidia enim omnes virtutes concremat, omnia bona diſsipat
omnia mala generat. Sed dicetis, Nos quidem groſsi ſumus, peccare optime ſcimus,
ſed vitare peccata vel a peccatis reſurgere ignorantes & fragiles ſumus: Quomodo
ergo inuidiam habentem, vel nos ipſam habentes cognoſcere poterimus? O fratres Inuidiæ
mei cupitis vosipſos ſi inuidi eſtis cognoſcere, cupitis & fratrem veſtrum inuidiam quis.
habentem cognoſcere: Attendite ꝙ ille inuidus eſt, qui alienum bonum ſuum facit:
& ſi facere nõ poteſt, clamat per vicos & plateas & velut canis latrat & ardet, ſed pri
mo ſeipſum more phœnicis occidit. Quid enim agit phœnix niſi quia dum ſeneſcit Phœnicis
ad partes calidiſsimas volat, ligna ſicciſsima congregat, & lignis congregatis, alis li- natura.
gna percutit, & ſic ignem accendit, & in eodem ſe comburi permittit? Ex quibus ci-
neribus vermiculus naſcitur, & poſtmodum phœnix alia efficitur. Sic & hypocrita
facit, ſic & inuidus agit cunctis diebus vitæ ſuæ, intus & extra ſeipſum comburens,
ſeipſum primo infeſtans, primo ſeipſum uulnerans & vexans, O inuide quam pau-
cos habes amicos, & forſitã neminem habes, de cuius bono nõ doleas, & de cuiuſ ma
lo non gaudeas. Merito omni amico priuari debes, eo ꝙ de nullo amicorũ bono gau
dere probaris. O inuidia omni vitio peior, & omni peſte deterior. O inuide qui nun-
quam quieſcere potes, an ignoras ꝙ omnis malitia habet aliquã fœlicitatis vmbrã?
Sed tu ipſa inuidia nequiſsima peſtis, tormentum ſine refrigerio, morbum ſine re-
medio, laborem ſine reſpiratione, pœnã ſine intermiſsione, famẽ ſine ſaturitate ſem
per habere videris. O inuide vermis mortifere, qui in hedera Ionæ quotidie naſce- Ione. 4.
ris. O igneus ſerpens, quo populus Iſrael pungitur. Hic eſt enim fratres bruchus, quo Num. 21.
fructus terrarum depaſcitur. Legimus enim dilectiſsimi fratres mei ꝙ filiis Iſrael pſal. 104.
manna cœlitus datum eſt, quo reſeruato ſcaturiebat multitudo vermium. Sic ex cœ Exo. 16.
leſti gratia fidei collata, occaſionaliter in animo ſuperbi inuidia naſcitur. Et quan-
tomagis cœleſtis gratia fidelis ſolidatur, tantomagis ſuperbi mens in inuidiæ ver-
men reſoluitur. Legimus etiam vermen ex hedera natum, cuius vmbra Ionas a calo
re defendebatur, tandem hedera corruit, & funditus deuaſtatur per vermẽ inuidiæ.
Filios etiam Iſrael in Aegypto peregrinantes, legimus igneos ſerpẽtes pupugiſſe. Sic
& vos eremi ſacri cultores, veri filii Iſrael, dum inuidos veſtros de vobis ſuſurran-
tes auditis, exultate quoniã filii dei & ſanctorum patrum effici meruiſtis. Exultate
quoniam filii dei & ſanctorum patrum effici meruiſtis. Exultate orantes pro eis, vt
eos ſocios habere in ſanctorum collegio mereamini, reprehendentes & oſtendentes

eis,q; ipsa inuidia est illa pessima tinea,quę purpuramenta virtutū demolitur, erugo quæ thęsaurum sapientiæ deprędatur,bruchus qui terrarum virentia comburit quia quicquid boni operis viresćit in homine, pene pestis inuidiæ perdit. Hæc est quæ angelum de cœlo proiecit,quæ hominem de paradiso exulauit,quę filios Israel in deserto percussit,quæ contra Ioseph fratres armauit, quem Danielem in lacū leonum misit,quæ caput nostrum cruci affixit,quę Iudam suspendi fecit. Scitote fratres mei atq; discite,& super tecta prædicate,q; inuidia est illa fera pessima, quæ fidem tollit,concordiam dissipat,tertiam linguam multiplicat, iustitiam disperdit,& omnia mala generat. Hæc est quæ Abel occidit, Adam onerauit vel exulauit, pastorem suspendit,Petrum iugulauit dum Christum negauit,Paulū decollauit & Ioannem,Stephanum lapidauit,Goliam prostrauit,Dauid decepit,muros Hierusalē euertit,Romam depopulauit,Carthaginem destruxit,Troiam deuastauit,& multa mala per hanc feram pessimam in orbe terrarum facta esse legimus. O frater mi dilecte,o rusticane amande,o dimidium animæ meæ,cur inuidiam non deponis? Cur eam diligis? Nunquid mortem diligis? nunquid in lacum te proiicis? O inuide qui nunquā quieścis semper cum Saulo seruos dei persequeris,eos ligatos ducens ad principes sacerdotum. Ecce enim alios laboras tenere,sed tu teneris ab illis, alios ligare procuras,sed ecce tu cadens in terram audis cum Saulo,Cur me persequeris? Alios tenere solicitas,sed ecce cęcatus teneris a cunctis. Alios defraudare procuras,& ecce nequiter defraudatus,mox deportaris ad tartara. Eia ergo fratres deponite inuidiam, & si quos inuidos inter vos habere videtis,orate pro eis, quia toties moriuntur, quoties vident vos bonis operibus refulgere. Cupitis ergo eos torqueri? Nunquam enim melius inuidos torquere poteritis,quam virtutibus & gloriæ seruiendo. Tunc enim latrant vt canes,deuorant vt leones,facie pallescunt,capite minantur,oculis scintillāt vt sydera,manus cancellatas astringunt,dentibus stridēt, & sic anima & corpore moriuntur. Vos autem benefacite,non tamen vt eos ad furorem accendatis, sed vt deo placeatis,orate pro persequentibus & calumniantibus vos, dolētes de malo corporis,sed fortius de animæ perditione. Concedat ergo nobis Christus peccatorum contritionem,& proximi amorem infundat,qui est benedictus in secula. Amen.

Esa.4. Gene.3 Gene.37. Dani.14 Mat.27. Gene.4 Acto.7. Acto.9 Luc.6

De vigilia natiuitatis Christi. Sermo. XIX.

ACcingimini filii potentes & estote parati,quia die crastina delebitur iniquitas terrę,& regnabit super vos Saluator mundi. Crastina die tenebrarum caligo minuetur. Crastina die lux oculis & credentibus reddetur, Crastina die mūdus suā reparationem amplectetur. Crastina die conditor syderum redēptorq; oium pēditurus est ad vbera sctē Marię virginis. Crastina die ille qui eternaliter p̄cedit volubilitatem seculorū, ingerere se incipiet cursibus annorū. Crastina die solutis naturæ legibus ex solius diuinitatis potentia virginis Marię viscera fœcūdantur,& ex riuulo suo fluuius magnus orietur,& fructus apparebit optimus, & ex virgulto suo radix perfectorū, p̄cedet tanquā sponsus de thalamo suo. Crastina die o monache suscipies infantulum Iesum,qui tamen ante omnia secula factus est. Para igitur te,qa ip se dignatur videre te,osculari te,astringere te,& nunquā dimittere nisi tu primo eū dimiseris. Aspicite ergo fratres oculos mētis & corporis,& videbitis dei potentiā venientē,& p̄cedentē a patre tanq; spōsum de thalamo suo,quē aspicietis, quē tenebitis,quē adorabitis pura mēte & mūdo corde. Ipsum fortiter tenete, totū in mūdo & totū in cœlo. Totū in mundo ad iustificationē,totum in cœlo ad glorificationē. Totū in mūdo vt educat peregrinātes,totū in cœlo vt recipiat p̄uenientes. Totū in solio patris,totū in gremio glorioſę matris. Sic.n. crastina die patebūt signacula figurārū,fulgebūt oracula p̄phetar,apparebūt miracula naturarū, stillabūt spiracula gratiarū,qa nascetur Iesus xp̄s filius dei uiui in Bethleem Iudę. Dū.n. uenerit uidebimus rubū ardere sed nō consumi, virgā Aaron frondentē & fructū facientem. Accingimini ergo filii potentes & estote parati, vt uidere possimus cū Ezechiele portam sacratissimam p̄petuo clausam. Crastina enim die uidebimus etiam cū Daniele puero sancto lapidem angularem. Crastina die uidebimus regem regum mētalibus ocu-

O monache. Psal.18 Luc.2 Exod.3 Num.17 Fzec.44 Dani.2

lis & humanis sub forma panis uisibilis panem inuisibilem, alimoniam cœlestem, refectionem beatam,cibum ætèrnæ vitæ,pignus nostræ redemptionis,hostiam salutarem,quam die crastina toto affectu manducare debemus. Iste est ille panis & cibus datus Israelitico populo manna dulcissimum habens in se omne delectamentum & saporis suauitatem. Iste est ille cibus quem uidit Pharao, in quo spicæ pulcræ & formosæ erant. Iste est ille panis datus Heliæ, in cuius fortitudine ambulauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus,& peruenit usque ad montem dei. Iste est ille panis quo cibantur angeli,quo saginantur Apostoli, quo reficiuntur martyres,quo pascuntur confessores, quo nutriuntur uirgines & satiantur electi omnes. Panē autem hunc siquis digne manducauerit non morietur in æternum,quoniam spiritus uitæ & ipsa uita est. Hic est panis qui de cœlo descendit, quem uirgo nobis cras præsentabit,quem in gremio portabit,quem in uentre baiulauit sine grauamine,quem & peperit sine corruptione. Cuius mater inuenta est uirgo ante partum, uirgo in partu,uirgo post partum. Ipsa quem genuit adorauit,sed prius mēte quam uentre,& prius quam filius in utero conciperetur. Leuate ergo fratres mei,leuate in hac uasta solitudine capita uestra: Ecce enim iam est in porta redemptio uestra. O quam magna magnalia deus p̄pter nos operatur, ecce enim quomodo nos amauit. Ipse.n deus factus est homo,creator creatura,ditissimus pauper, conditor legis, destructor legis propter nos appellatur. Amauit.n. nos ut reciperet nos, humiliauit se ut exaltaret nos in se. Inclinauit se,ut erigeret nos ad se. Ecce enim quō nos amauit, quia descendit ut nos exaltaret,exinaniuit se ut nobis potestatem donaret. Accingimini ergo o filii potentes & estote parati,quia die crastina uidebimus irreuerberata acie fidei in uno eodemq; deo & homine diuinitatem incarnatam, maiestatem subiugatam,libertatem captiuatam,uirtutem infirmatam, æternitatem terminatam,uirginitatem fœcundatam,uitam infirmatam,Accingimini ergo & estote parati mente pura,fide integra,charitate syncera,ut dum uenerit ille sanctus sanctorum & pulsauerit,confestim aperiatis ei. Non igitur tædeat uos modico tempore carnem uestrā domare ieiuniis & abstinentia escę & potus,quia ecce remunerator aduenier,reddēs vnicuique secundum opera sua. Saluatorem igitur expectantes, sobrie,iuste & caste uiuamus in hoc seculo,expectantes beatam spem & aduentum domini,ut digne cū eo gloriari possimus in cœlis,Amen.

Exod. 16. Gene. 42 3. Retr. 12 Ioan. 6 Rom. 1 Ad Tit. 2

De natiuitate domini: Sermo XX.

FRatres dilectissimi homo non solum per sapientiam dei factus erat ut esset, sed etiam ad sapientiam dei factus erat ut beatus esset, ut ille uidelicet fruere tur eo sensu,quo percipi sapientia poterat. Sed quia peccando sensum amisit, quo sapientia frui debuisset,quia oblitus est comedere panem suum, & refectionem illam qua uiuunt animę,in corporalem commutauit delectationem. Terrenis igitur & corporalibus sensu & affectu immersus, non potuit se ad spiritalium cognitionē sine amore erigere,sed sola ea quæ carnis sunt agnoscens spiritalium iucunditatem non agnouit: Ideo ipsa dei sapientia cum sursum esset, deorsum hodie uenit,ubi homo erat,ut eum reuocaret vnde ceciderat. Et ecce uerbum caro factum est,ut deus & homo inter homines esset,& sic conuersus est panis ille in lac,ut a paruulis hominibus sumi posset. Sapientia ipsa sursum panis erat,& eadem ipsa sapientia deorsum lac erat. In diuinitate ipsa sapientia panis erat, & in humanitate panis de cœlo descēdens hodie lac factum est,ut tanquam infantes per lac nutriti homines roborari ad panem deitatis accedere possent, ut idem ipse reficeret, & reficiendo languidos ad incorruptionē reparet. Dedit ergo reparādis ad incorruptionē alimētū incorruptionis, paruulis qdē imaculatā carnē quā sumpserat de uirgine matre, p̄fectis uero incorruptibilē diuinitatē quā habuit de ęterno patre. Istis ne interim deficerent in via, sed illis ut reficerentur & perficerentur in patria. Istis ad cōsolationē, sed illis ad glorificationē. Propter hoc ergo dei filius p̄ redēptione hominū, hō hodie factus est, ut caro per carnem liberaretur,& humano generi de suo sumeretur pretiū redemptionis, ut inde remedium fieret, unde uitium contractū fuerat,& in eodem mōstraretur & peritia medici & iustitia redempti, quādo de suo & sanando inuenitur remediū & pretiū redimendo. Quia vero a corruptione liberādum erat, quia remedium, idcir-

Psal.101. Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo prētium redemptionis incorruptum esse debuerat. Propterea Maria matēr electa est, & super omnes creaturas præelecta, omnibus gratiis fœcundata, omni virtute & sanctitate in vtero repleta, vt de mundissima matre mundissimus filius nasceretur. Et sicut in cœlo filius habuit patrem immortalem & æternum, sic & in terra haberet matrem omni corruptione carentem. Igitur in cœlo qualis est pater, talis est filius; & in terra qualis est mater, talis est secundum carnem filius. In cœlo cū patre æternus Luc.2 est & immensus, & in terra cum matre temporalis est & mansuetus, in cœlo cum patre sublimis est & incorruptus, & in terra cū matre hodie in præsepio humilis & corruptibilis apparet. In cœlo imago patris apparet, & in terra Mariæ filius ostenditur. In cœlo syderum & cunctorum factor ostenditur, sed in terra hodie per matrem inter bouem & asinum collocatur. Mater virgo est, & in humilitate exultat, sed eius hodie filius humilitatem facto commendat. Per uirginem hodie uenit ad nos, & per uirginem præcesit nos, Per incorruptionem venit ut peccatum tolleret, & per incorruptionem præcessit ut uirtutem demonstraret. Venit ad nos hodie ille Iesus Nazarenus ut conferret remedium, præcessit vt daret exemplum. Non enim potuit arbor Luc.1 bona malum fructum facere, quoniam omnis arbor ex fructu suo cognoscitur. Radix integra, & ramus fructusq; incorruptus est. Saluatoris igitur nostri aduētus Gabriel nuncius missus est, vt nouam in carne natiuitatem filii dei prędicaret, in qua forma ferui domino sociata hostem potenter deuinceret, fortis in illo, non tamen violenta ad inferendam iniuriam, sed efficax ad iustitiam obtinēdam. Propterea Gabriel Gabriel fortitudo. missus est vnus de maioribus cœlorum angelis, sed ideo Gabriel dicitur, quia fortior cunctis erat. Gabriel enim fortitudo interpretatur, quia ipsa etiam infirmitas fortitudo fuit, quoniam in ea superatus fuit inimicus, & capta præda a violento reducta est. Tres enim perierant, & subsecutus est quartus, redemptor eorum deus. Genes.1 Primus sine masculo & sine fœmina, vt Adam. Secundus de masculo sine fœmina, vt Genes.2 Eua de Adam, quia tulit vnam de costis eius, & repleuit carnē pro ea. Tertius de ma- Genes.4 sculo & fœmina, vt Abel. Quartus de fœmina sine masculo, ut saluator mundi, qui Luc.2 de beata Maria uirgine hodie pro nobis nasci dignatus est. Et quia primus author culpæ dejectus est per fœminam, ideo authorem gratiæ sine masculo concepit, & peperit hodie fœmina Maria uirgo. Hæc est fœmina totius mūdi mater & domina, quę virgo permanens peperit hodie filium, stella protulit solem, creatura genuit creatorem, filia concepit patrem & filium, simul in unum duitem & pauperem. Ipsa filia est, ipsa est & mater, ipsa ancilla & domina, ipsa genitrix & gratia, ipsa cum integritate peperit, cum virginitate concepit: & post partum, vt supra diximus, virgo permansit, ipsum quē genuit mox adorauit. Cuius adorationis & gratię participes nos faciat ille qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorū. Amen.

De triplici genere monachorum in Aegypto. Sermo. XXI.

VT nobis per literas declarauit sanctus pater Hieronymus fratres dilectissimi, tria sunt in Aegypto genera monachorum, quorum duo optima sunt, sed tertium omnino tepidum & omni affectu uitādum. Quę sunt illa duo quæ optima prædicantur, nisi Eremitarum atq; Cœnobitarum genus & ordo, quorum uita clarissima & sancta congregatio tempore prædicationis Apostolicę sumpsit exordium? Isti sunt illi uiri perfecti, quibus frequenter adhæsi tempore errorum meorum, p quos etiam illuminari merui, quorum etiam sanctitatis fama ad aures meas peruenietis baptizari non diu distuli, Et pia matre me instigante apud Mediolanum, ut ad patriam remearem. & cupiens eos habere in uisceribus charitatis, & cum eis pariter uiuere, ad uirum illum Simplicianum, qui a iuuentute sua deuotissime deo uixerat in omni charitate perrexi, deprecans eum cum fletu & gemitu, vt mihi quosdam seruos dei de suis donaret. Et donauit eos mihi paterne. Quare paterne eos mihi donauit? Quia sciebat me uelle monasterium in Aphrica ædificare. Et assumptis mecum Anastasio, Fabiano, Seuero, Nicolao, Dorotheo, Isaac, Nicostrato, Paulo, Cyrillo, Stephano, Iacobo & Vitali pauperculo, qui pecuniæ sacculum apud Mediolanum inuenit & non rapuit, de quo iam sermonem fecimus, quia inuenit, & nō rapuit, nec post

De verbis apostoli. Ser. 9. in li. 10. Homi. homilia 9.

aurum abirē uoluit. Igitur istis mecum assumptis imitari cupiebam cū charissimis meis amicis Euodio, Alipio & pontiano, qui diu mecum fuerant, & cum cæteris duo decim, quos nuper assumpseram, illos quorum famam etiam sanctus presbyter Hieronymus mihi descripserat. Et sic peruenī ad Aphricam pia matre defuncta, & ædificauī, ut uidetis, monasterium in quo nunc sumus in solitudine, & a gentibus segregatum. Et placuit deo centenarium numerum fratrum mihi donare, illuminans corda nostra, non solum sanctissimos patres solitarios imitari, sed etiam in hac solitudine more Apostolorum oia cōiter possidere, Hæc deus nos seruare, & postea docere, & per nos uobis præcipere uoluit. Sic.n. uidetis quia ante me multi fuerunt patres quos sequi & imitari debemus, non tamen sicut ego secūdum Apostolicā uitā alios uiuere docuerunt. Caput igitur & principiū oium uestrū secūdū Apostolicā uitam meipsum dicere non erubesco. Non tamen uos pigeat eos sequi & imitari in oibus attendentes oia cōiter habere & possidere, quia in cellitudine paupertatis uiuentibus non licet nisi ut unū sit cor, una sit aīa, & oia cōiter possideant. Vnde agros ptia ponebantur ante pedes Apostolorū, tanq; pedibus conculcanda, quia ipsi sancti Apostoli & amici dei indigna reputabant agros pretia manibus contrectari. Vnde etiam in ueteri lege Leuitis præcipiebatur, nihil in terra eorū possidere. Non ergo habere debemus tpalia ad possidendū, nec ego, qui Eps sum, habere debeo, nisi tm ad dispēsandū, quia bona ecclesiarū patrimoniū pauperū sunt. Vnde ego, qui Eps summe cauere debeo, ne res pauperū, quas Hipponensis ecclesia conseruare uidetur, diuitibus largiantur, quod bene feci hucusq;. Nā consanguineos habeo, & nobiles se esse non erubescūt, & ad me ep̄m ueniūt, aliq̄ cū minis, aliq̄ cū blandimentis dicentes, Da nobis aliquid pater, caro.n. tua sumus. Et tñ dei gratia, & uestris orationibus mediā tibus, consanguineū aliquē me dixisse non recolo. Charioresn. mihi reputo pauperes q̄ diuites, quia hītes uictū & uestitū fideles oēs contenti esse debēt, maxime nos clerici, in cuius rei signū capita tonsa & rasa habere debemus, ne diuitiarum capilli occupēt mentem seruorū dei. Eia ergo frēs mei estote pauperes, non solū uerbo, sed & opere & ueritate, attendentes quid uobis dicat qui nostrū se fecit ptiū in ara crucis, qui etiam noster est aduocatus in cœlo, & intercessor ad dexterā dei patris. Dicebat.n. ille deus deorū discipulis suis, quos de toto mūdo præelegerat, ut eēnt sal terræ, lux mūdi, rectores ecclesiæ militantis, magistri & senatores ecclesiæ triūphantis. Ait.n. Beati pauperes spiritu. Non beati qui sub dura & grandi necessitate patiūtur. Tales.n murmurant, detrahūt, & inuident hītibus, rapiunt & furantur: sed si non opere, saltē uolūtate hæc adimplere conantur. Ideo tales beatos non appellat saluator, quia non pauperes sed miseri sunt prædicādi. Quare? Quia de angustiis tpalibus eductī ad æternas miserias deputati sunt, ubi non solū beatitudinē habere non poterunt, sed nec guttā aquæ inuenient. Beati ergo pauperes spiritu, sed non pauptatē simulantes. Tales sunt hypocritæ, paupertatem foris prædicantes, nullā tn necessitatem portare uolentes. Tales.n. in cūctis operibus suis sperant reuerentiā honoris, gloriā laudis, a melioribus metui, & uenerari ut deus, sancti ab oibus uocari desiderant, sola uoce paupertatem & abstinentiā prædicant, sed digito suo non cogitant ea mouere: corpora despectis uestibus tegūt foris, sed intus ad carnem purpura induuntur, in cinere prędicant se iacere, sed excelsa palatia nō despiciunt: angelicā faciē foris ostendunt sed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi Sarabaitæ, de quibus tertio nobis scripsit pater Hieronymus, quorū genus est omni affectu uitandū, ipsi denique in Aegypto erāt in foraminibus petrarū habitantes, induti porcorū & boum pellibus tantū, cincti funibus palmarū, ispinas ad calcanea portātes ad cingulū ligatas, discalciati, & sanguine cruentati, cauernas exeuntes, ad festū scenophegiæ pergebant Hierosolymā, & sancta sanctorū intrantes, paupertatem & abstinentiā prædicabant omni affectu seruare, barbas postmodū in conspectu hominū sine redēptione euellere festinabant, & sic acquisita fama & lucro ad propria remeabant, solitarie gaudentes & epulantes supra id quod explicare possumus. Hos fratres mei & filioli mei quos quotidie parturio in uisceribus charitatis, nolite obsecro imitari, quia non beatos sed damnatos eos esse prędicamus. Amare igitur paupertatem, amate eam omni affectu, & nolite deficere, ut sitis genus electum non abiectū

Act.2.&4

Act.4. Nume.18.

Ecclesiæ bona pauperū patrimonia.

1. Tim. 6.

12 q.1. ca. duo.

Mat.5.

Ibidem.

Sarabaitę.

1.Pet.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gens ſancta non obſtinata,populus acquiſitionis,ſed non perditionis, regale ſacerdotium,ſed non venale pretium,vos eſtis illa Apoſtolica forma ſanctaq; congregatio a mundo corde & opere ſegregata, qui dei virtute iam percuſsiſtis duces Moab, ſatrapas & tyrannos Hieruſalem,& Aegyptiorum hypocritas iam vlneraſtis ad mortem. Vos eſtis vinea mea electa in medio eccleſiæ paradiſi plantata, xp̃i redẽpta ſanguine & irrigata. Ad hanc vineam ego ſolus dei virtute vos congregaui,& operarios meos vos fect,vt laborantes in ea vſq; ad finem dignum fructum recipiatis in tempore ſuo. Ad hanc vineam vos elegi,ad hanc dei hæreditatem vos conuocaui, licet
Ioan.15. fauoratus a ſancto ep̃o Valerio,qui de bonis ep̃atus vt monaſteriũ in eremo ædificarem mihi multa donauit. Non.n.ſatis fuit patrimoniũ meũ, niſi ét ipſe me coaduuaſſet. Ad hanc igitur congregationem vos elegi,non vos me elegiſtis, ſed ego elegi uos. Et ecce poſtquã ep̃s factus ſum,Vitalẽ, Nicolaũ, Stephanũ, Dorotheũ,Paulũ, Iacobũ,& Cyrillũ frequenter rogaui,vt me ſolũ in ep̃atu non dimitterent, quia
2. Cor.6. licet ep̃s eſſem,non tamen credebã paupertatem deſpicere,ſed cũ Abraham,Iſaac,& Iacob inter diuitias viuerẽ,& verã paupertatem ſeruare optabã, vt de numero eorũ eſſem,de quibus ait Apoſtolus,Tanquam nihil habentes, & oĩa poſsidentes. Igitur hos frequenter rogaui vt venirent, non vt eſſent rebelles eremo, ſed vt ſolitarie ét in ciuitate viuentes,habitare poſſumus in palatio ſancto. Sed ecce noluerunt venire tanquã de ſeipſis timentes,ne a ſeculo cauerentur. Noluerũt venire,Qure noluerunt? Non quia non digni,ſed quia nõ ſolum pauperes eſſe voluerũt, ſed ét ſupra id quod in ſpeculo noſtro ædidimus facere uoluerũt calcantes per oĩa ſeculũ & põpas eius. De quo munere ſummũ gaudiũ omnes habere debemus, quia facere voluerũt ea quæ deo,& mihi facere ꝓmiſerũt. Et quia ſolus ſtare non poterã ep̃s, ideo rogaui ſanctũ ſenẽ ep̃m Valeriũ,qui mihi iam ptãtẽ prædicandi & obſecrandi in populo dederat,vt infra domũ Epiſcopi monaſteriũ clericorum conſtituerem. Et placuit ſancto Epiſcopo mihi condeſcendere,& ſic cũ eiſdem in oĩ paupertate viuere cœpi,non manducans carnes,niſi dũ hoſpites veniunt,ſed tm̃ olera & legumina abſq; oleo vel butyro,ſicut ante vobiſcum cum gaudio facere conſueueram. Igitur frẽs mei licet in cathedra ep̃ali me videatis,paupertatem tamen mihi charã ſponſam tenere congratulor. quia ipſa ét Chriſti ſponſa,ſanctorũ poſſeſsio,beatorũ vita fideliũ ſecuritas,clericorũ ornamentũ,monachorũ vita,nobiliũ pulcritudo,diuitis magnificẽtia. Hæc.n. eſt illa ſancta paupertas,quã ibi tenet & amat, nulla indigentia laborare põt. Nec mirũ frẽs,quia ſi ibi datur oĩum dm̃ poſsidere. Ipſe eſt.n. ſperantibus in ſe theſaurus in paupertate ſolatiũ in ſolitudine,gloria in abiectione, honor in cõtemptu, vmbraculũ in omni ꝓtectione. Eſtote igitur pauperes mei, qm̃ deſideriũ pauperum
Pſal.9. exaudiuit dominus, & præparationẽ cordis eorum audiuit auris ſua. Tunc.n. vere pauperes eritis ſpiritu,tunc vere beati,tunc benigni, tunc obedientes,tunc veraces, tunc non ficti,tunc omnis mali ignari,ſi vero corde & opere pauperes inueniemini, quam gratiam nobis impetrare dignetur beatus primicerius martyrum Stephanus, qui pro ſuis perſecutoribus exorauit dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

De conſolatione fratrum in eremo,a quibus ſanctus Auguſtinus receſsit,cum exhortatione ad orationem & lachrymas. Sermo XXII.

Ioan.14 Iacobi.5. FRatres mei & lætitia cordis mei, tempus eſt ut reuertar ſad eum qui eſt, & qui miſit me ad uos,uos uero nolite contriſtari,nec turbetur cor,ueſtrum. Rogabo enim patrem ut ipſi uos cuſtodiat & maneat uobiſcum in ærternum ſpiritus ueritatis Iterum etiam dico,Nolite de meo receſſu amplius contriſtari,ſed ſem-
Exod.32 per orate pro inuicem ut ſaluemini. Valde enim ſeruis dei & ſolitariis eſt neceſſaria ipſa oratio,per quam deus placatur, per quam deus ad nos inclinatur, Adorauerat enim populus Iudaicus uitulum conflatilem. Et ait dominus Moyſi, Dimi-

te ut iraſcatur furor meus contra eos. Cuius Moyſes, Quæſo o domine quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper malitiam populi tui. Et ecce placatus eſt dominus. O quam grandis eſt ipſius orationis cauſa, o quam grande myſterium. Ecce Moyſes orabat in monte, & Ioſue Amalech deuincebat. Per orationem Ezechielis ſanatur, & ſalutem animæ & corporis adipiſcitur, Per orationem Saulus effi- 4. Ret. 20.
citur, Paulus & doctor gentium, & prædicator orbis terræ. Obſecro ergo fratres Acto.7.
ut oretis pro inuicem ut ſaluemini. Deprecor fratres mei cum Apoſtolo, pri- Iacobi.5.
mum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes & gratiarum actiones. 1. Tim.2.
Orate & nolite deficere, & ſi poſsibile eſt lachrymas fundatis. O quam ma- Luc.18.
gnum ueſpertinum ſacrificium deo obtuliſtis, lachrymas cum oratione effundere. Diuina enim ſcriptura aliquando nos ad lachrymas, aliquando ad gaudium nos inuitat. Sæpe enim dicebat Saluator diſcipulis ſuis, Beati qui lugent in hac
uita, quia gaudebunt in æterna uita. Prius enim dolendum eſt, ſed poſt dolorem Mat.5
gaudium ſubſequetur, quia beati qui lugent. Sed poſtea dicit Saluator, Gaudete
& exultate, quoniam merces ueſtra copioſa eſt in cœlis. Quę quidem merces per la- ibidem.
chrymas & orationes acquiritur. Orate igitur fratres mei in eremo, orate & nolite deficere. Nam ſicut proprium eſt canibus latrare,& ita proprium eſt eremi cultoribus orare. Bonorum.n. oratio locutio eſt ad deum. Quando enim ſerui dei legunt, Luc.18.
deus ſine dubio eis ſeruenter loquitur, ſed dum orant cum deo ſuauiter loquuntur. Ipſe enim ſapiens eſt, quia ſub paucis verbis multa comprehendit, & quicquid neceſſe eſt, hilariter tribuit,& abundantius atque perfectius quam homines ſciant uel ualeant cogitare. O fratres mei dilectiſſimi, clamate in eremo, vlulate in hac vaſta ſolitudine, uociferari non quieſcatis, clamate orando & nolite deficere. Clamate non ſolum uoce ſed maxime mente. Ecce enim ſemper auditis aues in deſerto cantantes, & laudantes deum factorem ſuum. Et ſi cantare non poteſtis, quia ſenes multi iam eſtis, mente ſaltem nolite tacere. Nam & tacentes ore, mente autem orantes exaudiuit dominus. Nec in oratione locutio tantum quæritur, quantum ſenſus, Ecce.n. Hie- Hiere.20
remias confortatur in carcere, Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace tri- Dan.3.
pudiant, Iob in ſterquilinio nudus triumphat, paradiſum de cruce latro inuenit, Su- & 6.
ſanna inter ſenes defenditur, Stephanus de torrente in cœlũ ſuſcipitur, & in lapidan- Iob. 2.
tes pro Saulo exauditur. Non eſt igitur locus in quo orare non debeamus, quia deus Luc.23.
ubique eſt, ubique nos exaudire dignatur. Orate igitur ſemper, & in omni loco vt Acto.7.
ſaluemini. Non ſolum unuſquiſque pro ſe, ſed pro omnibus orare debemus. Nam vt Ambro.
ait pater Ambroſius. Si pro te tantũ rogaueris ſolum tuum meritum poſsidebis, ſed
ſi pro omnibus rogaueris, omnes pro te rogabunt. Oratio ſancta, columna ſanctarũ uirtutũ, deitatis ſcala, uiduarũ maritus angelorũ cognata, fundamentũ fidei, monachorũ corona, cõiugatarũ leuamẽ. Btũs q te amat, beatior q te frequentat. Beatus qui te aſtringit, ſed beatior qui in te perſeuerat. Beatus qui tecum lachrymas fundit, quoniam holocauſtũ ſanctm̃ deo & immaculatum offerre non dubitamus. Flete igitur fratres orando & nolite quieſcere, vt digni efficiamini gratia dei. Sed dicetis, Ecce multi ſumus,& præter Euodium, Alpium & Pontianum qui de ſcriptura ſancta multum nouerunt, omnes groſſi & idiotæ ſumus, igitur doce nos orare. O fratres mei licet groſſi ſitis, & ſubtilia non capiatis, non tamen debiliores uos reputo, ſed chariores uos teneo ignaros & humiles, quàm ſapientes elatos & ſuperbos. Dei tamen gratia pro ueſtra ſalute ſufficit quod habetis. Licet.n. medullam ſcripturarum non intelligatis, ſicut Euodius, Alpius,& pontianus, qui Romæ diu mecum commorati ſunt, tamen ſcripturarum corticem uos intelligere non dubitamus. Diximus.n. primo uobis, quod pſallere, orare,& manibus laborare debeatis, quando neceſſe fuerit,& ſi uobis tempus ſuperfuerit, dicere pater noſter non differatis. Ipſa n dominica oratio appellatur, in qua ſeptem petitiones reperiuntur, in quibus omnes ſpecies Matt.6.
orationis cõprehenduntur, quibus deum interpellamus pro appetẽdis bonis & pro uitandis malis, aut pro delendis cõmiſsis. Tres n. primę petitiones ptinent ad æternitatem, reliquæ uero quatuor ad hãc uitam ꝓpalem ptinere videntur, quia & panis quotidianus. ſ. ſpiritalis licet ſit sẽpiternus, ad hoc tn̄ tẽpus ét pertinet, inquantũ miniſtratur aĩę quiquſdam ſignis dictis uel ſcriptis. Et ideo panis dicitur, quia laboran

do,& differendo drſcitur,& ita quaſi manducando deglutitur. Nunc quoque pecca
ta dimittuntur nobis,& nos dimittimus aliis,quę petitio eſt inter quatuor ſecunda.
Et tentationes quæ nunc noſtram vitam infeſtant,& ipſa liberatio a malo, ad hanc
vitam pertinent,quia dei iuſtitia mortem incurrimus, vnde dei miſericordia libe-
Mat.6. randi ſumus. Quæ cum ita ſint,ipſarum petionum verba diligentius pertractanda
ſunt,vt intellecta maiorem generēt cordis affectum, & quod petitur ad velociorem
perducatur effectum. Orate igitur fratres dicentes,Pater noſter, referentes gratias
largitori omnium bonorū,qui dulcedo noſtra eſt,vita & reſurrectio noſtra eſt, ſpes
noſtra,& lumen oculorum noſtrorum,baculus ſenectutis noſtræ, donans nobis ſen
ſum vt eum agnoſcamus,& ſecreta ſecretorum ſuorum intelligamus,ipſe enim no-
bis dedit efficaciam in opere,gratiam inter electos,effectum in ſuis, & ſuorū præce-
ptis,ſolamen & conſtantiam in aduerſis,cautelam in proſperis & timorem, & quo-
cunque vertimur ſua grandis miſericordia nos prēuenit. O fratres mei non negli-
gamus orare,non carnem domare,non vigilare. Et tamen quid ei retribuemus, qui
non permiſit nos ſubmergi cum in mari magno eſſemus? Ecce enim conſumpti era
mus & nos liberauit. Errantes eramus in ſeculo,& reduxit nos ad uiam. Ignorantes
eramus, & docuit nos veritatis viam. Non igitur tædeat nos orare, quia non fami-
liam regere,ſed tantum deo placere debemus. Et vt bene pſallere & orare poſitis,ab
ſque magno corporis impedimento,de bonis epiſcopatus eccleſię, Hipponenſis cen
tum & quinquaginta veſtimenta cum calciamentis vobis dilectis fratribus deporta
ri prēcepi,vt tempore frigoris quantum neceſſe fuerit vnuſquiſque recipiat, repo-
nentes ea & cuſtodientes in communi veſtiario cum omni diligentia & charitate,
ſcientes quòd vera charitas non quærit quæ ſua ſunt,ſed quæ dei. Siç autem facien-
1.Cor.13 tes nō deficiatis. Deus autem pacis,qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouiū
Hebr.13 in ſanguine teſtamenti ęterni dominum noſtrū Ieſum Chriſtum,aptet vos in omni
bono,vt faciatis voluntatem eius, faciens in vobis quod placeat coram per Chriſtū
Ieſum,cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Orate qro nobis fratres,&
ante meum receſſum cupio vos ſalutare oſculo ſancto, Amen.

De ieiunio. Sermo. XXIII.

FRequenter audiſtis fratres chariſsimi,quòd ieiunium eſt res ſancta opus cœ- 288
leſte,ianua regni,futuri ſeculi forma, quod ſi quis iuſte perfecerit dei ſocius I
exiſtimabitur,ſibi coniungitur,& ſpiritalis efficitur. Per ieiunium fratres mei
proſternutur vitia, augmentantur virtutes,humiliatur caro,diabolicę deuincūtur
virtutes O ſacrū ieiuniū,vt corpus refrenas,ne ſurgat,ut uirtutes incitas ut reſur-
gant,ut reum illuminas & ſanas ut uiuat. O ieiunium tu ſuaue es bonis, tu odibile
es malis,tu delectabile es ſanctis,ſed deteſtabile prauis. O ſacrū ieiunium, tu diuina
myſteria pandis,quæ ſapientiæ & prudentiæ ſunt agnoſcis, recordari prēterita ſa-
cis,ordinare præſentia non negligis,& præuidere futura feſtinas. Sed cauete fratres
mei,ne ieiunando ſuperbi efficiamini,ne cupidi,ne auaritia uel hypocriſi pleni. Nā
ſępe audiſtis q̄ Babylon ciuitas magna & populoſa eſt inimica Chriſtianis, idolis
Gene.11 ſeruiens,diuerſis erroribus mancipata quam ut dicunt,aliqui gigantes eam ędifica-
uerunt,ſed ſuperbia inflati fecerunt in medio turrem,quæ uocata eſt Babel. Poſtea
Dani.4 uero uenit Nabuchodonoſor, & amplificauit eam & ditauit,& inflatus ſuperbia cla-
mauit & dixit,Nōne hæc eſt ciuitas Babylon,qua ego ædificaui in domū regni in ro
bore fortitudinis meæ,& in gloriam decoris mei? Et dum rex ſic exclamaret,vox ir-
ruit ſuper eum dicens,Tibi dicitur rex,Regnum tuum tranſiet a te,ab hominibus
eiicieris,& cum beſtiis ferisq̄ erit habitatio tua,fœnum vt bos comedes,& ſeptē tpa
ſup te mutabūtur,donec ſcias qd excelſus dñatur in regno hoīum. Et ſic videtis qd 288
ſupbiendo regnū terrenū amiſit & ſenſum,qa cū beſtiis habitare uolebat Babylon K
hęc fratres mei mundus iſte eſt,qui plenus eſt confuſione,plenus erroribus iniquita
tibus,& ueneno malitię. Ecce nunc fratres mei qūo totus mundus in maligno poſi-
tus

443

ſitus eſt,Ecce quomodo diabolus regnat in eo,dum regnat ambitio,dum dominatur
perfidia,dum conculcatur ſimplicitas. Et ideo fratres hæc omnia agnoſcētes cauea- 1.Ioan.5.
mus a cunctis malis,ſcientes q̄ per ſolam humilitatē omnia mala vincere valemus,
ſine qua noſtra ieiuna nobis non proderunt. Hæc eſt per quam ad vitam intrare po-
terimus. Non ergo extolli debemus, ſi bene viuamus, ſed humilitatē ſeruantes ſem
per philoſophari non deſiſtamus. Quid enim eſt philoſophari, niſi mortem præ- Philoſo-
meditari? Ad regnum enim cœlorum non conducit nos gloria mundi, non multi- phari quid
tudo diuitiarum, non nobilitas generis, non ſcientia,non ſapientia, non facundia
verborum,ſed ſola gratia Chriſti,& virtutes,& opera. Eia igitur fratres conſiderate
ad quid huc veniſtis,& quid eremum concupiſtis,quid agere voluiſtis, quod officiu
habere deſideraſtis. Omnes vno ore dicetis,deo ſeruire optamus. Et quia ſic eſt,
propterea attendere frequenter debetis,q̄ veſtrum officium eſt non ſolum carnem
ieiuniis & abſtinentia eſcæ & potus affligere quantum valetudo naturæ permittit,
ſed etiam mundum contemnere,peccata deflere,& non doctoris appetere cathedram
ſed in cinere & cilicio perſeuerare in eremo vſq; ad mortem debemus, Adiuuet nos
Chriſtus filius dei,quem credimus ieiunaſſe quadraginta diebus & quadraginta no
ctibus,qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

De exhortatione ad ſolitudinem exemplo ſancti Hieronymi, Ac de ieiu- nio, & quid ſit ieiunium. Sermo. XVIIII. Mat.4

LEgimus enim fratres chariſsimi ſanctum patrem Hieronymum cardinalem
fuiſſe in eccleſia ſancti Laurentii martyris,& quia Romanos de auaritia & fœ
tida luxuria fortiter reprehendebat,ab eis per veſtem muliebrem, vt iam au-
diſtis,eum proclamare in populo voluerunt, ſed deo auxiliante ſanctitatis fama mi-
nime diminuta,Romam tandem egreſſus eſt,& cum Paula & Euſtochio, quas in fi-
de Chriſti nutrierat,earum patre rogante,vt nobis per epiſtolam ſcripſit,aſperrimā
vitam ſanctus pater Hieronymus duxit,intantum vt neminem legere audiam filiū
modernorum auſteriorem fuiſſe. Itaq; fratres etiam nos,vt vidiſtis, mundum deſe-
rere voluimus,,& ad nemora cum Hieronymo fugere concupiuimus, & perſeuera-
re ſecundum apoſtolicam vitam deſideramus, propterea diligenter attendamus, vt
ſanctæ & iuſte in eremo conuiuamus. Scire enim debetis q̄ demorantibus in ſolitu-
dine ieiunium valde neceſſarium eſt. Sed primo videamus quid ſit ieiunium, Quid
enim eſt ieiunium,niſi cunctorum membrorum debita ſatisfactio? Membra enim
ſatisfacere debent propter peccata quæ commiſerunt. Vnde ſiquis in gula peccaue
rit,ſatisfaciat ieiunando: nā qui ſolus eſt ſine culpa,ſolus eſt & ſine pœna. Sed quo-
niam nullus eſt ſine culpa,ideo nullus ſine pœna uiuere debet. Oculus enim meus Hier.9.
frequenter peccauit,quia per eum mors intrauit in animam meā. Claudatur ergo
oculus,& patiatur ne quod eum delectat videat. Sic enim de ſingulis corporis mem De conſ.d.
bris faciendum eſt fratres. Tunc enim magnum,tunc deo acceptum, tunc ſibi deuo 3.cap. Ieiu
tum ieiunium reddimus,dum ab iniquitatibus & voluptatibus abſtinemus. Hoc eſt niū.ad Ti.
magnum & perfectum ieiunium, Sic enim agentes ſanctæ & iuſte & pie viuere di- 2.
cimur. Pietas enim eſt cultus deo reddere quod debet. Sic talis iuſte uiuere dici- Pietas qd.
tur, quando deo reddit quod reddere debet, & Cæſaris quæ ſunt Cæſari. Impie- Impietas
tas quid aliud eſt quam idolatriam committere? Multi tamen dicunt quòd impie- quid.
tas eſt,quando pauperibus quis ſua non elargitur. Propterea fratres mei ſcire uos Flagitium.
volo, quòd aliud eſt flagitium, aliud facinus,aliud impietas. Flagitium eſt dum pec Facinus.
cando noſipſos offendimus. Facinus quando proximum. Impietas quando idola-
triam committimus,Similiter aliud eſt miſericordia, aliud clementia, aliud pietas. Miſericor-
Miſericordia circa naturam,clementia erga iuſtitiam, ſed pietas erga deum verſa- dia.
tur. Et quia groſſi eſtis fratres, veniat verbi gratia, Miſericordia eſt, dum ſi quis 'Clemen-
videndo aliquem iuſte damnatum duci ad ſuſpēdium,naturaliter mouetur eiq̄ com tia.
patitur, & ita motus a ſuſpendio eum liberat. Similiter ſiquis rapuit pauperi ali-
quid boni & veniat alius & raptori eripiat ea & pauperi reddat, talem dicimus habe

Universidad de Deusto
Biblioteca

re misericordiam. Clementia vero est vt si quis iniuste hominem punitum videat, & obiiciat se periculis vt illum eripiat, talem dicimus clementiam possidere. Pietas autem quid aliud est, quam deum pura mente colere, quæ alio nomine latria nuncupatur: Bene enim tunc dicimur ieiunare quando pietate, misericordia & clementia refloremus: Adiuuet nos Christus, qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

De ieiunio, & vbi fuit institutum. Sermo XXV.

Genes. 2 Exod 24 3. Reg. 19. Genes. 3 Exod. 34 4. Re. 19 Ionę. 3 Iosue. 10 Exod. 22.

SCire nanque debetis fratres dilectissimi, q̃ hoc solenne ieiunium quod alma mater Ecclesia hodierna die præcepit obseruari, a creatione hominis in ipso mundi primordio præcepit deus in paradiso Adæ & Euæ vt a fructu arboris abstinerent. Hoc etiam ante legem Moyses sanctus obseruauit & legem suscipit. Hoc sub lege Helias astrinxit, & ad cœlum in curru volauit. Eua quandiu abstinuit, virgo fuit, & in paradiso permansit, sed dum ieiunium violauit, in miseriam corruit, libidinis corruptionem persensit sub domino constituta remansit, & de paradiso expulsa fuit. Moyses etiam post ieiunium cum deo facie ad faciem locutus est, qui ante ieiunium deu 289 D nec videre nec ad eum accedere ausus fuerat. Hierosolymam a Sennacherib tempore Ezechiæ & regis & Esaiæ per ieiunium liberatur, & centum & octogintaquinque milia cœlitus interfecti sunt in nocte vna: & ne fœterent eorum corpora, incinerati & in puluerem redacti sunt. Tempore etiam Ionę ieiunium prædicantis in cinere & cilicio veniam impetrauit. Nunquid & Iosue filius Naue ieiunauit, plus quam per diem & cursum solis & lunæ temperauit, & hostes superauit? O ieiunium conuiuũ animarum, beatus qui te amat, sed beatior qui te frequentat. Qui enim ieiunat vt bonus appareat, vt conseruetur, vt senior fiat, & vt ne corpore nimis impingueſcat, non beatus est ille, quia ieiunium quod facit nõ virtutis est, sed præsumptionis, nõ virtutis est, sed attenuationis. Ideo non mundo, sed deo ieiuuare debemus. Sic enim sancti patres in veteri lege faciebant, Decimas enim deo dabant, & primitias de omnibus bonis suis, sic & nos deo primitias dare debemus. Quas tunc primitias deo damus, quando corpore quidem a cibis eleemosynas etiam dando, & mente a vitiis ieiunamus. Et tunc deo tales primitiæ acceptę sunt. Sed scitote fratres mei q̃ antiqui tus patres nostri fideles ieiunare consueuerunt, in vigiliis magnarum solennitatum vsq; ad noctem, quod laudandum erat & non bonum. Sed hoc non solum, sed etiam 286 vigilabant per noctem, & ad ecclesiam ludendo & chorizando conueniebat, quod de testabile erat & malum. Tales non solum Romani erant, non solum Papienses & Ra E uenates, sed etiam Mediolanenses, De qua turpi consuetudine dolebat Mediolani mater illa, quæ me carne & spiritu in Christo regenerauit, & instituta est ipsa instigante a patre nostro sancto Ambrosio, vt vigiliæ cessarentur, vel cessarent a cunctis, vt homicida & fornicationes a fidelibus deponerentur. Solum tamen ieiunium mentis & corporis cum eleemosyna Mediolanẽsis Ecclesia fidelibus reliquit. Sed dicetis, Nunquid in vita nostra semper ieiunare debemus? O fratres mei legem meam recepistis, & audistis frequenter inter cætera, q̃ carnem vestram dometis abstinentia escæ & potus, quantum valetudo permittit. Nolo enim meipsum ligare. Nolui onera tum facere deo fauente potestis. Nolo tamen q̃ diebus dominicis ieiunetis, hoc enim hæretici & infideles faciunt. Omne autem ieiunium, exceptis diebus dominicis, bonum est & laudandum si bene fit. Aliquod tamen est ieiunium deuotionis, vt ieiunare vigilias sanctorum Cypriani compatriotæ nostri, & Gerualsi & Prothasi, & similia. Aliud est ieiunium institutionis, vt assumptionis sanctæ Marię, & natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, Simonis & Iudæ, Matthæi & Andreæ, & Iacobi maioris. Istorum enim vigilias ieiunare semper debe, 289 F mus, vt sicut ieiunando cum eis patimur, ita in futurum cum eis pariter glorieмur. Sed mox mihi fratres dicetis, Cur festum natiuitatis sancti Ioãnis celebramus? Nunquid in peccato conceptus est? Et ideo attendite q̃ prius seminatur homo, postea cõ

Ieiunium deuotiõis. Institutionis.

444

cipitur in vulua, & ibi caro formatur, deinde post dies quadraginta septem creatur anima; & corpori infunditur, secundum sanctum patrem & martyrem Cyprianum, cui in omnibus compellor credere, quia per spiritum sanctum optime locutus est. Celebratur tamen natiuitas sancti Ioannis Baptistæ, non prima sed secunda. Prima enim natiuitas fuit in vtero, quando anima in vtero fuit infusa. Alia vero ex vtero, quando venit ad lucem, & hæc sine peccato fuit, quia sanctificatus fuit in vtero. Hæc autem festiuitas non solum apud fideles, sed apud infideles vigiliam habet. hoc festo maxime Pagani infideles ad Ecclesiam suam conueniebant vigilantes, vt supra diximus. Sed destructis vigiliis illis, adhuc tamen antiquitatis nomẽ tenemus quia dum ieiunamus vigiliam nuncupamus. Vel aliter dicamus fratres. Nam dum illa sancta Elisabeth, quæ filia fuit sanctæ Ismaræ, quę quidem Ismasa soror fuit carnalis sanctæ Annæ matris dominæ nostræ, dum grauida esset de Ioãne, ante aduentum virginis sanctificatus Ioannes non fuit, sed salutata Elisabet a virgine, mox Ioannes sanctificatus fuit In vtero. Merito ergo eius natiuitatem celebrare debemus. Sed nunc de Apostolis, quorum vigilię non habentur, dicamus. Festum enim Philippi & Iacobi ieiunium non habet, eo q̃ inter Pascha & Pentecosten est, quod tempus est gaudii, lætitiæ & exultationis, quia saluator surrexit a mortuis. Iacobus etiam Zebedæi Apostolus apud quosdam vigiliam non habet, eo quòd occisus fuerit in diebus azimorum, nec diem mortis eius celebramus, sed potius translationis. Bartholomæus etiam vigiliam non videtur habere, eo quòd vna dierũ fuerit decoriatus, & sequenti die obiit, & sic si habet vigiliam, oporteret quòd esset in tertia die, quod est contra normam aliorum ieiunorum. Thomas autem vigiliam non habet, eo quòd tempore aduentus venit. Barnabas ieiunium non habet, quia de duodecim non fuit. Mathias ieiunium non habet, eo quòd tempore ieiunii sit. Ioannes Euangelista ieiunium non habet, eo quòd in gloria in excelsis simus, & gloriam in excelsis deo cantare debemus. Rogo tamen uos fratres, licet ieiunia ista seruare non teneamini, pro remissione peccatorum uestrorum, vel pro periculo hostium ieiunare non desistatis, carnem domantes, quantum portare potestis. Adiuuet nos Christus filius dei, qui pro nobis nasci & mori dignatus est, Amen.

Natiuitas Ioan. Bap. quare celebrent. Cypria. Lucr De obser. ieiu. ca. 1 & 2.

De murmuratione & detractione, & de pœnis damandorum. Sermo. XXVI.

O barbariem.

DEmorantibus nobis in eremo fratres dilectissimi, murmuratores, detractores uel susurrones nullatenus esse debemus, scientes q̃ tales regnum dei non consequentur. Non igitur stulta loquamur lingua dolosa, sed cum dei adiutorio, sine cuius voluntate & nutu folium arboris non mouetur, omnis murmuratio uel detractio procul sit a nobis considerantes quid Marię sorori Aarõ & Moysi, qua murmurauit acciderit. Nam murmurauit, quia Moyses uxorem Aethiopissam duxerat, & ea murmurante iratus est dominus ualde, eo quod Moyses esset mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Et ait dominus Aarõ & Mariæ, Egredimini ad tabernaculum fœderis. Quibus peruenientibus ait dominus, Quare non timuistis detrahere seruo meo Moysi, cui loquor facie ad faciem? Seruus etenim meus est, & in domo mea fidelissimus. Et ecce Maria statim repleta est lepra, cadens sup eã quasi nix. Quã videns Moyses exclamauit ad dñm dicens, Deus meus obsecro sana eam. Cui respondit dominus, Separetur septem diebus extra castra, & post ea reuocabitur Maria ad pristinam sanitatem. Ideo attendite fratres q̃ Maria hęc quæ peccauit, animam subditorum & discipulorum significat, quando suo præposito uel presbytero obedire recusat, & recusando murmurat, & murmurando leprosa efficitur, quod apparet dum culpa eius publicatur. Sed bonus pastor qui omnium vestrum curam gerit, quærens salutem animarum compatitur peccanti, & auxilium diuinæ medicinę precibus postulat infirmanti, clamatq̃ quotidie indefessa uoce pastor bonus, qui animam suam ponere non desistit p ouibus suis dicens, Obsecro do

Ioan. 10 Psal. 57.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine sana eam, sana contritiones eius, quia commota est. Sana eam quia lepra mu-
murationis plena est. Reuoca eam, quia a consortio fidelium tuorum separata est.
Igitur fratres attendite ne murmuratores in eremo sitis. Nam sicut lepra ꝓpriũ cor 189
pus deuorat, & sibi adhærentes inficit: sic & murmurator non solum seipsum de- I
Prou. 10. struit, sed etiam cunctos audientes inficit & occidit. Ideo fratres attendite, ut non
1. Retrac. murmuratores uel loquaces simus, sed ueraces: quia in superfluo eloquio peccatum
In præfa- deesse non poterit, nec omnino ueritas adesse. O quàm grande periculum est non so-
tione. lum dicere falsa, sed & uera prædicare pœnosum & dubium est. Loquaces deniq; lau
dare non audeo, sed tacentes beatos prædicare præsumo. Attendite o fratres mei, at-
tendite ne simul cum presbyteris meis murmurantibus capiamini. Nam ad uos per-
ueni, & in diebus paschalibus uobiscum in hac solitudine esse uolui, quia murmura
uerunt, & Augustino detraxerunt presbyteri, & noluerunt diuinis obedire præce-
ptis, ideo leprosi murmurando facti sunt, & immundicia peccatorum percussi sunt,
& a domo mea expulsi sunt, quia uocati non fuerunt digni mecum perseuerare. Io
separati sunt & expulsi, quia non potuerunt sine murmurare stare. Vos autem, quo-
rum officium est semper orare, feruentius nunc orare uos deprecor, ut tanquam sa
natos ad communionem Ecclesiæ Hipponensis reuocare gaudenter posimus illos,
quos tales inuenire credidi, quales inuenire non potui. Hæc tamen expulsio est ad 189
Gene. 3 salutem, non ad perditionem: ad correctionem, non ad damnationem. Sic enim ex- K
pulsus est Adam de paradiso, ut in hoc exilio miseriæ corrigeretur, ut in hac pœna
temporali per gratiam adipisceretur æternam ꝑmissionem. Nam licet Adam pecca-
uerit dominus tamen eum non deseruit, sed ad pœnitentiam eum & suos semper in-
uitauit. Postquam enim Adam peccauit, latere se uoluit, & abscondit se a facie do mi
ni, quod erat signum doloris & erubescentiæ. Sic enim uos facere cupio fratres. Nam
& si aliquando murmurastis uel peccastis, quod est conditio cunctorum uiuentium,
erubescite & abscondite faciem uestram per humilitatem a facie saluatoris, ut dum
uisitauerit uos in solitudine paradisi & uocauerit uos, dicens cuilibet, Adam ubi es,
consideretis in quanta peccatorũ miseria positi sitis. Per hoc enim quod uos pro-
prio nomine uocat, signum dat quod ad pœnitentiam uocat. Per hoc quod dicit, Vbi
es, ostendit quod uiam peccatoris ignorat, non tamen ꝙ ignoret, sed quod reprobet.
Post meridiem apparet, ostẽdens ꝙ dominus ab amore peccatorum refrigescit, quia
per peccatum in homine refrigeratus est amor charitatis. Hoc enim pensate, & cum
Adam uos peccasse cognoscite & dicite, Domine audiui uocem tuam in eremo & ti-
mui, eo ꝙ bonis operibus nudus essem, & abscondi me per humilitatem, cognoscẽs 189
Luc. 16. quod peccaui in cœlũ & coram te. Sed & contrarium facientes, murmurantes & de- L
trahentes proximo suo, & mala portantes in cordibus suis, expellet eos dominus de
paradiso, sed tamen faciet eis dominus misericordia motus tunicas pelliceas, ne tem
pore frigoris perpetuo moriantur. O grandis dei misericordia, o infinita dei clemen
tia, o magna & admirabilis eius dilectio circa nos. Ecce. n. quotidie peccamus, frequẽ
ter eum offendimus, & tamen nos derelinquere non vult, sed tunicas pelliceas con-
tritionis & ueniæ nobis quotidie donat & largitur. Ecce quanta est misericordia no
stri saluatoris. Igitur fratres mei & lætitię cordis mei, redeamus ad mentem, & eam
diligenter discutiamus, scientes quod nunc in paradiso pœnitentiæ & delitiarũ posi
ti sumus, & in Ecclesia eius positi & collocati sumus. Dedit enim nobis p̃cepta, ut
Mat. 22. toto corde & tota mente eum diligamus, & ꝓximum nostrum. Sed quomodo diligę-
Murmura re eum possumus, si susurrones & detractores in eremo facti sumus? O quam pestis
tio vitãda. misera & mortalis est ipsa murmuratio, o quàm uenenosa. Hæc enim est quæ conuẽ
tus clericorum & ciuitates multas destruxit. Et quia grande periculum est inter mur
Eccle. 28. muratores habitare, ideo expellendi sunt tales, ne cæteri corrumpantur per eos. Ter
tia enim lingua multa mala committit, ideo si semel correpti non se emendauerint, 189
Iacobi. 1. de uestra sancta & singulari societate expellantur. Nec crudele hoc esse credatis, nec M
illi qui expulsi sunt ad tempus, de hac expulsione dolere debent, sed cum omni hu-
Gene. 3. militate eã suscipiant dolentes tamen & flentes quod nondum intellexerunt Apo-
stolum dicentem, Si quis se putat religiosum esse non refrænans linguam suam, hu-
ius uana est religio. Melius est enim a congregatione præsenti expelli ad tempus,

475

quam a cœlesti regno perpetuo exulari. Sic enim ut supra diximus, expul sus est Adã
de paradiso, non ad damnationem, sed ad correctionem. Correctus uero & emenda-
tus frater qui peccauerit, & qui proximo detraxerit, uolo ut inter uos frater ne reci-
piatur. Melius est enim ut redarguamur de misericordia, q̃ de crudelitate in die no-
uissimo. Nam pium hominem quando periisse legimus ignoro, sed impium & crude
lem frequenter periisse audio. Igitur o fratres mei & lætitia cordis mei, obsecro ut
non peccetis, ut in die nouissimo nec crudeles, nec nimis misericordes inueniri pos-
sitis. Deponite murmura, claudite infra dentes linguam, ponite custodiam ori uestro
& silete, non solum a malis, sed etiam quandoque a bonis silere laudabile est. Ait. n.
sanctus Propheta, Silui a bonis. Nam bonum ubique proferre non debemus, sed tẽ-
pus proferendi agnoscamus in cunctis. Estote igitur fratres non loquaces, sed uera- Psal. 38.
ces, Calcate murmurationes, & fugite eas ut mortem. Nam murmurare, detrahere
uel despicere hypocritarum conditio est & ignorantium. Murmurare denique & de-
trahere hypocrita non satiatur, de omnibus maledicens ut ipse solus a cunctis præ-
dicetur beatus. Omnia iudicat, ut nemo sit qui eum audeat iudicare. Omnia despi-
cit, ut ipse solus sit qui ab omnibus aspiciatur. O hypocrita, caue ne ad mẽsam meã
peruenias Nam ibi antequam aliquid sumas, lectio mea tibi primo legetur. Quid n.
in mensa mea descripsi? Quid primo in ea habere uel audire desidero? Quid primo
190 in ea seruare præcipio, nisi quod. Quisquis amat dictis absentem rodere famã. Hanc
B mensam indignam nouerit esse sibi? Quapropter fratres si quis murmurare deside- Augustini
rat, non solum ad nostram apostolicam congregationem, sed nec ad mensam nostrã dicti notã
accedere præsumat. Non enim ad eremum peruenimus ut murmuremus, sed ut mũ tandum.
danis omnibus conculcatis, in eremo pie, sancte & iuste uiuere ualeamus. Quod si
non fecerimus, quod deus auertat, melius fuisset ꝙ nati nõ fuissemus. Quare fratres
mei melius fuisset, nisi quia melius fuisset non esse quàm male esse? Nunquid melius
carere esse, quàm esse & perpetuo cruciari? Nam non esse cui possit obesse ignoro,
Sed habere esse, & perpetuo cruciari, quid aliud est quàm mortem sine morte semper
habere? Verum & indubitanter uerum uobis fratres mei dicere audeo, melius esset
non esse quàm cum esse perpetuo affligi, uel æternaliter cruciari. Studeamus igitur
fratres semper bene uiuere, ut & semper bene esse possimus, & semper bene nos esse
possideamus. Esse enim dei gratia habere nos scimus, sed semper bene esse omnino
ignoramus. Propterea taliter linguam nostram, cęteraq; corporis membra restringa
mus, ut mediante diuina gratia, ad perpetuum malum esse non perueniamus. Nec
de nobis dicatur, ꝙ de Iuda proditore discipulo dicitur, Melius ei fuisset, si natus nõ Mat. 26.
190 fuisset homo ille. Quare illi melius fuisset si natus non fuisset, nisi quia melius est
C omni esse carere, quam in inferno iacere, ibi deniq; & si erit stimulus doloris pœni-
tudinis, ulla tamen erit ibi correctio uoluntatis, ut nullatenus a damnatis possit
diligi uel desiderari iustitia. Ideo illi diuiti qui in inferno cruciabatur, quãuis curã
de uiuis fratribus gerere uideretur, non tamen eidem de iustitia cura erat, quia iusti Luc. 18.
tiam nullatenus diligere possunt qui in inferno sunt. Iacebat tamen diues, & sepul-
tus erat in inferno, & quid de fratribus suis esset ignorabat, & nesciebat omnino, &
tamen curam de eis uidebatur habere, sicut & nos uiuentes de mortuis, quãuis qd
agant, utique nesciamus. Itaque fratres caueamus, ne peccemus, ne ad illam flãmam
perueniamus. Ipsa denique flãma concremationem habet, sed lumen nullum habet.
Quare, nisi quia quos gehennæ flamma cruciat, a uisione ueri luminis cæcat? Et ut
foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obscuret, ut qui crea-
tori suo corde & corpore deliquerant, corpore simul & corde puniantur, & vtro-
bique pœnam sentiant, qui dum viuerent, prauis delectationibus seruiebant.
Ecce fratres quomodo patiuntur peccatores, quibus vnus ignis omnibus est, nõ ta
men vno modo omnes cruciantur, sed quanto quis in delitiis plus permanserit, tan
190 to fortius cruciabitur in ęternum. Vnus igitur ignis singulis est & corporeus est, &
D vti sæuissimos peccatores corporaliter cruciet, nec studio humano accenditur, nec li
gnis, pice vel oleo nutritur, sed post peccatum semel accensus in æternum durare
nullatenus dubitare debemus. O inferne tu latus es, & mensuram non habes. Pro-
fundus es, & nullum fundum te habere cognosco. Insatiabilis es, quia omnes tam

paupēres quàm diuites te libenter ſuſcipere audio. Plenus ardore incomparabili, plenus fœtore intolerabili, plenus omni dolore innumerabili. Ibi omnis miſeria, ibi tenebræ, ibi nullus ordo, ibi horror eternus, ibi nulla ſpes boni, nulla deſperatio ma 290
li, ſed omne malum quod exiſtimari poteſt, damnatis in æternum erit. Ibi o fratres E
mei dæmones flere & clamare nō ceſſant, percutere peccatores nunquam deſiſtunt,
nunc ſuperbum, nunc elatum, nunc gloria mundi plenum, nunc luxurioſum, nunc
homicidam, fœneratorem, nunc uerboſum, nunc adulatorem, nunc mendacem,
Quid ſto- nunc detractorem. Ecce quomodo clamabunt. Sed quid clamabunt, niſi per-
lidius. cute, dilacera, interfice, ſine morte occide, uelociter ſpolia, deprædari feſti-
na, fer prunas, picem para, aurum & argentum liqueſce? Et quia dum uixerunt deum intelligere noluerunt, & ſi in æternum uixiſſent ſemper male facere uoluiſſent, ideo ſine redemptione merito in æternum cruciabuntur. itaque fra
tes obſecro, ut non peccetis. Cuſtodite linguam ueſtram, ſeruate eam, claudite eam uecte ferreo, quoniam ſermo uanus in uacuum non ibit, ſed de omni uer-
Mat.12. boctoſo in die nouiſſimo reddituri ſumus rationem. Adiuuet nos Ieſus Chriſtus deus noſter ad præſentandum in omnibus bonis, qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

291
F

De filio prodigo. Sermo XXVII.

Luc.10. PAx uobis fratres dilectiſsimi, qui optimam partem cum Maria elegiſtis, dum mundum & pompas eius contemnere uoluiſtis, Voluiſtis enim terrena deſpi
cere. Saniori enim conſilio ſanctorum Abroſii & Simpliciani patrum uitā tu-
Pſal.132 tiorem aggreſsi ſumus cum Paulo mundum fugiente timens ne caperetur ab eo. In eremo denique ſumus iocunditatem communicationis & fractionis panis intelligē
tes, clamantes cum Propheta. Ecce quam bonum & quàm iocūdum habitare fratres in vnum. Tutior enim hæc vita eſt & dulcior, ubi vnus alium cohortatur, ubi alter alterius exemplo inflammatur. O uita ſancta eremitica, uita ſolitaria, uita perfecto-
Luc.15 rum, uita angelica non humana, uita pœnitentium, uita contra mundum pugnan-
Sup. Se.5. tium, uita ad deum fugientium, uita deifica non humana, uita filiorum qui errauerunt ad patrem redeuntium. Hæc eſt domus ubi reconciliatur patri filius, qui portio
Luc. 15. nem ſubſtantiæ conſumpſerat luxurioſe uidendo. Hanc fratres mei ſi Ianuarius no
ſter cognouiſſet, aurum nobis ignorantibus nō retinuiſſet. Hanc ſi dixiſſet, uineam, 290
agrum, & pecuniam tenere erubuiſſet. Quare? Quia paupertatem aſperiorē presby- G
teris meis uos ſponte tenere uidiſſet. Nam ſicut filius ille, qui peregre profectus eſt in regionem longinquā, ubi diſsipauit ſubſtantiam ſuam luxurioſe uiuendo, ſic & ipſe, uel quicunque peccator, dum carnales uoluptates diligit, a domino peregrinatur, & quanto peccando fit diſsimilior, tanto magis a deo elongatur. Subſtantia. n. hominis eſt omne quod uiuit, cogitat, ſapit & loquitur, quæ deus eque diuidit, Quā ſubſtantiam peccator conſumit, dum conſcientiam & uitam & cogitationes & uerba in malis actionibus impendit. De filio etiam iſto dicitur q cœpit egere, & ideo adhæſit uni ciuium regionis, & miſit eum in uillam ut paſceret porcos, & cupiebat
implere uentrem de ſiliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat. Eget enim
Siliquæ. peccator dum cupit implere uentrem, non pane uitæ æternæ, ſed glandibus, qui porcorum cibus eſt. Ideo adhæſit uni de principibus mundi, ſub cuius fauore paſcere porcos, id eſt dæmones ualeat. Porcus enim immundum animal eſt, & de ſordibus ſaturatur & delectatur. Siliquæ enim ſunt non ſolum glandes, ſed etiam omne turpe & immundum, quod porcus comedere delectatur. Itæ denique ſiliquæ ſunt fornicatio, ebrioſitas, & guloſitas. Iſti enim ſunt dæmonum cibi, quibus peccator repleri deſiderat, ſed nemo dat illi ad ſufficientiam. Peccator enim ſemper fameſcit, 290
ſemper deuorare quærit, nunc luxuriando, nunc alia faciendo ſemper delectari H
deſiderat. Sed uiſitate dño patre p gratiā paſsionis ſuæ pœnitet miſe pctōr, dolet iā
paſcere porcos, cogitat, & cogitādo ſurgit, pgēs ad patre & dices, Pr peccaui in cœlū,

quia aſſumſi frequenter nomen tuum & ſanctorum tuorum in uanum. Peccaui etiā coram te, quia in tua humanitate peccaui, quia non cognoui opere tuam infirmitatem, quam pro me paſſus es Peccaui coram te, quia deus & homo es. Peccaui in cœlum, quia in patrem & ſpiritum ſanctum. Non igitur ſum dignus uocari filius tuus.
290 Sed quid fecerit pius pater audiamus, legamus, prędicimus. non fileamus. Nam miſe
I ricordia motus, uidens illum uenientem occurrit, uidens lacrymantem, lacrymatur, uidens eum denudatum, ſtolam iubet parari, uidens eum diſcalciatum, calciatur, credens eum debilem & fameſicum, occidi iubet uitulum ſaginatum. O quam grandis miſericordia tanti patris, o quam infinita eius pietas, o quam dulcis, o quam pia miſeratio. Ecce n filius peregre fuit, & tamen patienter expectat Omnia bona deſtruxit, & tamen ad ſe reuocare feſtinat. Porcos paſcit, & ei iam vitulum parat. Fame iam fere moritur, & epulari iam clamat. Nudus apparet, bonis operibus priuatus, & ecce ſtola priſtinæ gratiæ ſaluatoris quam in batiſmo recepit induitur, & annulus fidei deſponſationis datur, ne amplius ualeat paſcere porcos qui ad domum patris fugit, ſed tanquam ciuis ſanctorum & domeſticus dei fundetur in domo diuinæ maieſtatis in eternum q vltra Quod bene oſtendit ille miſericordiæ pater, quia uidens illū miſericordia motus eſt, & occurrit & brachia extendens ſuper collum eius, oſculatus eſt eum, dicens ſeruis ſuis, Adducite vitulum & manducemus. Hic filius meus Matt.26.
mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus eſt. Similiter hoc idem fecit Saluator Petro, quando eum negauit, quando eum reſpexit, quando reſpexit mentem eius, tunc fleuit amare. Occurrit peccatori Saluator, quia per ſe nō poteſt ad eum accedere, niſi
290 mētem eius reſpiciat. Sed poſtquam eum reſpexerit, flectitur ſuper collum eius quia Mat.11
K onus eius leue, ponit ſuper collum eius dicens, Diſcite á me, quia mittis ſum, & humilis corde. Tunc ſtola induitur, dum anima indumento virtutum veſtitur. Duę n. ſtolæ ſunt, Vna videlicet quando anima in præſenti indumento uirtutum veſtitur. Stolę duę.
Altera uero immortalitatis eſt, quando corpus in fine ſeculi etiam reſuſcitabitur. Et ideo fratres mei licet in eremo ſitis, ſcire tamen debetis, q duæ ſtolæ ſunt, duæ reſurrectiones, quarum una eſt animę, quando reſuſcitatur á vitiis, in quibus mortua iacebat: altera corporis, quando corpus configuratum erit corpori claritatis Chriſti, Philip.3.
quando in die iudicii reformabitur. Eia ergo fratres mei & corona matris meæ, ſcito te q porcos iam pauimus cum multo tempore demonibus peccando placuimus. Iā frequenter eorum ſiliquas deſiderauimus, quando mundo placere voluimus, quando in eo florere concupiuimus, quando delectationibus ſuis toto affectu adhęſimus.
Sed nunc dei gratia ſerui Chriſti ſumus, clamare non ceſſemus, Peccaui domine, iā Luc.15.
290 non ſum dignus vocari filius tuus. Quorum clamorem audiens occurrit vobis oſcu
L lando, ſuam pacem donando. Stolam donauit, quando animam uitiis ſpolianit. Annulum donauit, quando in fide nos ſua roborauit. Calciamenta donauit, quando memoriam mortis nobis impreſsit: Vitulum occidit, quando in ſacramento altaris memoriam paſsionis eius in mente renouauit. Tunc nobiſcum pater manducat & epulatur, quando in operibus ſuis perſeuerando delectamur. Tunc ſic nobis ornatis præcipit angelis deus, vt conuiuiū præparent, quia mortui eramus & reſurreximus, perieramus & inuenti ſumus. Cogitate ergo fratres ad quid uenimus. Ecce in ſolitudinem ſumus, elongati ſumus à ſeculo, & longo tempore iam manſimus in ſo- Eſaiæ. 14.
litudine, vt ſecundum Apoſtolicam formam quietius viuere ualeamus. Locus enim Gene.3.
non facit ſanctos, ſed operatio bona locum ſanctificabit & nos. Peccauit enim angelus in cœlo, peccauit Adam in paradiſo, & tamen nullus locus ſanctior illis erat. Si enim loca habitatorem beare poſſent, nec homo nec angelus à dignitate ſua corruiſſent. Penſate ergo fratres quid veſtis nigra, quid zona pellicea, quid corona capitis Veſtis nigra, zona pellica, capitis corona quid.
perſuapeant. Nigra enim veſtis quæ uilis eſt, mundi contemptum nobis denūciat, & memoriam mortis Zona pellicea lumborum refrænationem declarat. Capilli raſi de
200 uertice ſuperfluitatē criminum ſignificant ablatam de mente Sic. n mihi ſanctus pa-
M ter Ambroſius qn me regenerauit in xp̄o anno ætatis meę triceſimo mihi petenti reſpondit. Cogitate ergo fratres, q̄ reprehenſibile eſt, ſi ſub tali habitu ſuperbia lateat, vel luxuria Summe neceſſaria eſt igitur nobis in eremo demorantibus ipſa humilitas quæ deſignatur per ueſtem, Caſtitas q̄ denotatur p lumborum prēcinctionē,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Obedientia quæ intelligitur per ſubiectionem. Portamus etiam baculos, per quos in
1.Petr.2. telligitur diſciplina, ſub qua ſemper parati eſſe debemus. Deus autem qui nos de te-
nebris gentium reuocauit ad gratiam, confirmet etiam in omni bono, vt abūdemus
in ſpe & uirtute ſpiritu ſancti. Amen.

In cœna domini. Sermo. XXVIII.

AVdiuimus fratres charisſimi, ꝙ cum dominus intinxiſſet panem vt daret Iu
dæ, ꝙ poſt buccellam intrauit in eum Satanas. Et ait Ieſus, Quod facis, fac
Ioan.13. citius. Cum ergo accepiſſet ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox.
Cū ergo exiiſſet, ait dominus diſcipulis ſuis, Surgite. Et poſtea ait, Filioli adhuc mo-
dicum vobiſcum ſum. Antequam tamen á uobis recedam, mandatum nouum do uo
bis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Satis. n. nouit charitas veſtra, ꝙ tota perfec-
tio noſtræ uitæ & ędificationis ex Euangelio accipitur. Eius verba á ſummo noſtro
magiſtro nobis data ſunt, ideo precioſiora ſunt, & ſatis nos hortātur, noſq; ędificant
quotidie: Et ea uobis modo præſentamus, ad memoriam uobis reducimus, non quia
non bene intelligatis licet in eremo permaneatis & ſegregati à gentibus ſitis, etiam
corporaliter antequam eſſem presbyter Epiſcopus pariter videre potuiſtis, ſed ideo
vobis ad memoriam reduco, nō vt doceamus ſed vt & me & vos fratres moneamus.
In Euangelio quo dicitur, quod ad præſentem diem pertinet, de patientia & dilectio
ne & humilitate inſtruimur. Ideo fratres vt & ego plenius ualeā vna uobiſcum cor-
rigi & doceri, relinquere uolui presbyteros meos, quorum uita Apoſtolica veſtra &
eorum vna eſt: Et ſanctum ſenem Valerium etiam corpore hodierna die relinquere
non curaui, cupiens vos docere & á vobis doceri, vt fructum aliquem deo in die tan
tæ ſolennitatis offerre digne pariter poſſimus. Ideo fratres ad expoſitionem ſancti
Euangelii accedentes, primo audire & ſcire uos volo ꝙ dominus Ieſus diſcipulū iu-
dam multis modis, minis, ſacramentis & exemplis & planctu uolens eum corrigere,
& prędictis modis ad correctionem inuitare, ad ultimum eū manifeſtauit in damna
tionem & ruinam iam eſſe paratum, dum in cœna dixit, Qui intingit mecum manū 291
Matth.26. in paropſide, hic me tradet. Cum enim iudas prauam ſuam uitam nulli patere puta- C
uiſſet, magiſtrum adiendo erubuit, ſed non pœnituit: multo enim ante paſſionem di
Ioan.6. xit, Nonne duodecim elegi ſed vnus ex vobis diabolus eſt? Et poſt cœnam ait, Vos
Ioan.13. mundi eſtis, ſed non omnes. Hoc autem magiſter dicebat, uolens diſcipulum verbo
corrigere. Ecce quomodo verbis timoris eum correxit. Sed videns dominus ꝙ ver-
bis eum corrigere ipſo nolente non poterat, ſtuduit eum corrigere, & ſibi timorem
Matth. 26. æternum incutere, dum ait, Væ homini illi per quem tradar ego, melius ei fuiſſet ſi
natus non fuiſſet. Sed dominus cor diſcipuli nequiter induratum, ad dilectionem ſa
cramenti dulciter inuitauit dicens ſibi poſt Petrum & cęteris, Accipite & comedite,
Altaris ſacramentū quare hominib. datur. Hoc eſt corpus meum. Sacramentum. n. illud ideo hominibus datur, vt corpus in ter
ris capitis coadunetur. Sicut. n. multa grana vnum panem conficiunt, & ex multis ra
cemis vnum vinum extrahitur, ſic ex multis hominibus Chriſti corpus conficitur.
Obtulit autem dominus diſcipulo ſacramentum vnitatis, vt eum inuitaret ad humi
litatem dilectionis. Licet etiam propter alios diſcipulos humilitatis exemplum prę-
buerit, tamen ouem perditam recuperare ualde cupiebat. Sed videns eum nequiter
obſtinatum, ſurgit á cœna & ueſtimenta deponit, linteo ſe præcinxit, & ad principē
Ioan.13. Apoſtolorum primo, vt arbitror fratres, peruenit. Ante eum ſe genu flexit diuinitas
incarnata, deus ante hominem, creator ante creaturam, magiſter ante diſcipulū, rex
ante piſcatorem, doctus ante indoctum, ſapientia ante ignorantiam, pulcritudo an-
te deformitatem. Ideo Petrus diuinitatem incarnatam videns ante ſe incuruari, ex-
pauit, exhorruit, & per cœnaculum uelut inſenſatus cucurrit & clamauit, Non laua- 291
Matth.16. bis mihi pedes in æternum. Nam inquit, Petrus, Domine iam dixi ꝙ tu es Chriſtus D
filius dei viui, & tu mihi lauas pedes? Sed notare debetis fratres qui in eremo habi-
tatis, cur, inquam, cœna facta dicitur, cum poſt ablutionem pedum dicatur buccellā
panis Iudæ dominum porrexiſſe. Non debemus intelligere cœnam finitam, cum di-
catur panis eſſe adhuc ſuper menſam, Adhuc enim cœnabatur quando dominus à
menſa

menſa ſurrexit, & tamen cœna iam facta dicitur. Intelligere hoc nanque debetis ꝙ
non facta erat, ſed parata, & ad conuiuantium menſę uſum perducta. Ideo Ioannes
291 aquila grandis iſtam dicit cœnam, omnia diligenter attendens, prius noſtri Saluato
E ris celſitudinem uoluit commendare, dum ait, Sciens Ieſus quia omnia dedit ei pa-
ter in manus, & quia ā deo exiuit, & ad deum vadit: Magnam Chriſti potentiam ex-
primit Ioannes, cum omnia patrem eid ediſſe aſſirmat. Magnam celſitudinem Chri- Ioan.13
ſti prædicat, cum eum á deo exiſſe aſſerit: & tamen hodie audiuimus, ꝙ ille qui ha-
bet omnia in manū, veſtimēta ēt deponit. Sed quid mirum, ſi pro diſcipulis veſtimē
ta deponit, qui ēt carnē pro inimicis ſuis dedit? Et quid mirū ſi more famuli præcin
xit ſe linteo, qui formā ſerui accipiens, habitu inuētus eſt vt hō? Quid mirū ſi fudit
aquā in peluim, qui dignatus eſt fundere ſanguinē pro noſtra redēptione? Et ait Ioā Philip.1.
nes, Venite ergo ad Simonem Petrum. Videtur denique quibuſdam, ſicut fuit mar-
tyr ille ſanctiſſimus & doctor Cyprianus, ante Petrum iudam lauaſſe, uolens domi-
nus prędictum diſcipulum reuocare. Sed non uidetur ratio ponderoſa, ex quo enim
petrum iam cunctorum caput fecerat, ad eum accesſit primo in honore, vt cæteri po Cypria.
ſtea ſimiliter facerent. Ideo ſic intelligendum eſt, cum sūmam rei bene tranſcripſiſ-
ſet dicendo, Cœpit lauare pedes & linteo tergere: redit poſtea ad ordinem rei oſten
dendo, dicēs, Venit ergo ad Simonem. Quid eſt iam quod dominus poſtea dicit. Qui
291 lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mundus totus. Si mundus eſt totus, Ioan.13
F quare neceſſe eſt vt pedes lauet. Ideo fratres attendere debetis, quod hanc mentio-
nem facit dominus de ablutione baptiſmatis: qui ergo lotus eſt in baptiſmate totus,
non eſt neceſſe niſi vt pedes venialium peccatorum lauet, quibus humana mens ob
ſtare nō poteſt, nec infans cuius vnius diei vita regnat ſuper terram. Peractis deniq; Ioan.15
& conſummatis ſacrę cœnæ ſacramentis, factis & ordinatis in eadem cœna Apoſto-
lis, ſacerdotibus communicatis, & lotis eorum pedibus, iterum intrauit menſam, &
ait, Scitis quid fecerim uobis. Si ergo ego dominus & magiſter laui pedes ueſtros, & Ioan.13
uos debetis alter alterius lauare pedes. Si ſum magiſter diſcite à magiſtro: ſi domi-
nus, erubeſcat hæc deſpicere ſeruus: ſi iam peperci proditori, & vos parcere ſtudea-
tis: ſi ante eum genu flexi, humiles ante aduerſarios eſtote, ſi me ab eo permiſi oſcu- Mat. 5. &
lari, & vos maxillam præbere dignemini: ſi proditorem amicum uocaui, & uos inimi 26
cum amicum vocare corde & opere non dedignemini, quia non eſt ſeruus maior do
mino ſuo. Ei poſt pauca de filio perditionis dolorem oſtendens & dolens, turbatus
in ſpiritu & contriſtatus, ait, Vnus veſtrum me tradet. O quam doluit dominus diſ-
cipulo perdito, ó quam ſtuduit eum ad ſe reuocare. Doluit quia nō potuit eum cor
rigere. Doluit quia obſtinatū iam eum eſſe cum diabolo cognoſcebat. Doluit quia ſu
291 per eum ſententiam æternæ damnationis daturus erat. Et videntes diſcipuli faciem
G quam angeli aſpicere deſiderant eſſe turbatam, dixerunt quis eſſet ille, quærentes
quis eorum eſſet maior. Sed quare hoc, niſi quia arbitrati ſunt vt homines, ille qui
maior eſt vt dominari poſſit, magiſtrum prodere procurat. Aliqui tamen de petro
ſotte ſuſpicabantur, quia plus & plurima ſe facturum iam promiſerat pro magiſtro,
ſuſpicantes quod ficto corde ſic toties loquererur, Tu es filius dei. Sed quia petrus
innocentem ſe ſciebat, innuit Ioāni vt peteret, cui dominus, Cui panem intinctum
porrexero, ille eſt, ſed caue ne petro dicas. Et cum intinxiſſet Ieſus panem, dedit Iu- Mat.26.
dę. Non eſt ergo credendum quod dominus alta uoce dixerit, quia ſi petrus hoc ſci-
uiſſet dentibus proditorem dilaceraſſet. Nec etiam eſt putandum, quod iudas tunc
Chriſti corpus ſumpſiſſet, quia iam dominus omnes diſcipulos communicauerat
& Iudam, ſicut Lucas euidenter oſtendit, panem intinctum tamen dominus diſcipu
lo porrigere uoluit, vt cor intinctum ueneno ſignificaret. Et poſt bucellam intrauit
in eum ſatanas. Nunquid ſatanas temen ante cor eius intrauerat? Omnino fratres
ante bucellam cor iudæ intrauerat, ſed affectu & uoluntate tantum, ſed poſt buccel
lam intrauit ſatanas effectu & opere: tamen bona fuit bucella quam Chriſtus diſci
pulo dedit, Bonum etiam ſacramentum quod et tribuit, ſed aliquando bona obſunt,
291 K & mala quandoque proſunt. Corpus. n. domini quod bonum eſt, malis malum eſt. Ioan 13
H Et carnis ſtimulus malus eſt, & tamen Paulo bonus eſt, & quod malum eſt, ſibi pro-
fuiſſe cognoſcimus. Sicut ſupra diximus fratres, panis iſte porrectus a Chriſto & in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

digne receptus à iuda, fecit ex merito Christus, ut maior esset licentia super eum diabolo post manifestationem, ideo grauiorem vindictam in eum fecit. Subtracta enim gratia eum dominus ad malum dimisit, & dimisit eum secũdum desideria cordis sui, & iuit in adinuentionibus suis. Et permittens eum in propria voluntate & arbitrio, ait discipulo, Quod facis, fac citius: quasi dicat dominus, Quia non possum te reuocare timore verecundiæ, nec mortis æternæ, nec amore, do tibi potestatem ut agas facto quod iam uoluntate feciſti. O Iuda quid facis? Attende antequam facias. Nam post factum forte gratiam pœnitendi habere non poteris, quid cupis tradere qui tibi multa peccata pepercit? Nunquid á morte te sæpe liberauit? Nunquid tui amore patrem tuum sanauit á lepra, & matrem cum qua concubueras à paralysi etiam liberauit; Nunquid te discipulum constituit? Nunquid te bursarium fecit? Nunquid in furto te sæpe inuenit, & semper tibi pepercit? Nunquid te post Petrum vt plurimum honorauit? Nunquid semper Christus iuxta se te habere uoluit? Nunquid ad pacem postquam te proditurum cognouit sæpe reuocauit? Nunquid tibi suum sacrum corpus donauit? Nunquid ante te genu flexit? Nunquid pedes lauit? Nunquid te osculatus est? Cur ergo prodere uis magistrum, á quo tot bona recepisti? Sed hæc omnia non considerans, recepta bucella exiuit continuo. Et bene exiuit, quia uere á deo, & á consortio discipulorum dei exiuit. Et erat, inquit Euang elista nox. Merito nox discipulo proditori data erat, quia cæcitas mẽtem eius caligauerat. Qui discipulus post quam ab eis recessit nocte, mox magister undecim congregauit, & ait, Filioli modicum tempus adhuc uobiscum sum: Ideo mandatum nouum do uobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Nouus enim erat homo, quia quatuor modis generantur homines, aut sine patre ut Eua, aut sine patre & matre vt Adam, aut ex patre & matre vt homines, aut sine patre ex matre tantum ut Christus. Bene ergo nouus, erat quia deus & homo erat. Nouum etiam regnum promittebat quod nemo unquam promittere ausus erat: ideo nouum mandatum dedit. In lege autem veteri dictum erat. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Sed Christus nouum mandatum dedit, quia vt amicos inimicos diligere mandat. Cæteræ nanque uirtutes, fides, spes, oratio, eleemosyna, uirginitas, & cæteræ uirtutes corporis & fidelibus & infidelibus communes esse possunt, sed inimicum diligere tantum Christianorum uirtus est: & ideo magister ueritatis dixit, In hoc cognoscẽt homines quod mei estis discipuli si dilectionem adinuicem habueritis. Scitote tamẽ fratres, quod talis ordo in diligendo seruandus est. Primo super nos & super omnia deũ diligere debemus, deinde animam nostram quæ nostra proxima est, deinde corpus quia factura dei est: ideo Apostolus dicebat, Nemo carnẽ suam odio habeat. Ideo nutrire debemus corpus, nec ipsum occidere sed sustentare debemus cibo & potu, quantum valetudo permittit. Sic enim uult deus, sic uult Apostolus, sic & uobis fratres mei præcepi. Ió fratres hortor uos & moneo atque fieri præcipio, vt tantum carnem dometis, quantum natura portare potest. Nam cum uideam inter uos quosdam sexagenarios, quosdam septuagenarios, quosdam centenarios, videns eos dei amore feruentes, corpora eorum crucifigentes, vinum etiam non bibentes, timeo ne potius deum offendant quam placent: Talibus in Christi nomine præcipio, vt saltem diebus dominicis & solennibus vinum uel ceruisiam bibant. Iuuenes autem qui fortes sunt, & iam triumphare de inimico cœperunt, in Christi nomine pœnitentiam agant ne deuincantur ab hoste. Sic enim uolo, sic sæpe præcipi seruari. Sic non occidemus corpora nostra, sed seruiant creatori suo. Deinde diligere debemus proximum sicut fratrem nostrum, amicum nostrum uel inimicum: ideo attende ꝙ si inimicum uideris esurire, ciba illum, da illi potum, cooperias eum & carnem tuam ne despexeris. Dilectio enim spiritalis bonorum est, quia omnis habens eam bonus est. Nũquid etiam cum odio aliquando paradisum quis intrauit? Ad infernum ire odium habentem sæpe me legisse memoror, sed ad cœlum nunquam uolare concedam. Cupimus ergo fratres esse ciues cœlestis ciuitatis, seruemus nouum mandatum, nouæ ciuitatis. Illi inquam ciuitas, habet pacem, præcipit pacem, & diligit diligentes pacem. Sequamur ergo pacem, sine qua deum nemo uidere potest. Quæramus

Psal. 80
Ioan. 16

Quatuor modis generantur homines.

Leui. 19
Matth. 5.

Ioan. 13.

Dilectionis ordo.

Ephe. 5

Corpora eorum.

Ceruisia
Aphrica

Matth. 22.

Rom. 12.

Esa. 58.

Hebr. 13.

pacem, & postea sequamur pacem. In ipsa deus habitat, in ipsa quiescit, & pausat, qã factus est in pace locus eius. Non ergo habeamus cor intinctũ odio, ne filii Iudę, pditoris ſumus, ne cum eo suspendamur, & a diabolo pariter cum eo trahamur ad tartara. Qui odium in corde portat secundus diabolus est, & qui pacẽ impedit Antichristus est, & qui pacem ordinat inter fratres, reuera filius dei est. Attendite fratres Mariam, quoniam multum dilexit, dimissa sunt ei peccata multa. Quid etiam Petro dixit dominus, nisi Petre amas me? Et quia amauit, meruit & amari, meruit audire, Pasce oues meas, pasce agnos meos. Quin etiam discipulo ait qui diligebat Christus, & quem Christum diligebat? Dilecte mi veni ad me, quia tempus est vt epuleris. Pacẽ ergo habeamus fratres, si pacem cum Christo habere volumus. Si vis amari a Christo, ama inimicum propter Christum, Si vis ergo amari, ama. Hanc amplectimini, hãc diligite, hanc pacem & concordiam vsq; ad mortem seruate, si vultis cum deo pacẽ habere. Pax enim omnium custodia & cura virtutum est. Hãc pacẽ annũciari in suo ortu angelis præcepit, Pacem annunciauit sæpe apostolis, pacem prædicare præcepit hominibus, pacem pro testamento Apostolis reliquit, pacem in cruce pendens postulauit, pacem in sacrificio toties in populo pronunciari voluit. Nulla denique dabitur venia, nisi pacifico viro. Pellite ergo a vobis hoc odii mortiferum venenum, & pacem inter vos habete, quia estis fratres, qui in hac vasta solitudine simul in vnum estis congregati. Vno enim pane, vno indumento, vno nigro colore, vna aqua omnes simul participamus. Reducamus igitur fratres ad nostram memoriam, ꝙ dominus ab inimico osculatus est, & tamen amicum vocat illum proditorem, Amice, inquit, ad quid venisti? Date igitur reconciliationis pacem, sed non osculum proditionis. Qui enim ficte inimicum osculatur, vel verbo blanditur, Iudæ proditoris fratrẽ & socium & similẽm sibi esse quis dubitare poterit? Sed qui amore Christi, verus filius est, Nos enim fratres quorum vita lux mundi est, licet mundus vos non videat, tamen mundi lucem vos appello & sal terræ. Ideo quia lux estis, luceant opera vestra bona. Nos qui videmur gerere in corporis nostri habitu figuram crucis, & nomẽ religionis sanctæ habemus, nigram etiam uestem humilitatis portamus, zonis etiam pelliceis præcincti apparemus, caueamus ne simus sepulchra dealbata, quę foris pulchra & speciosa apparent, sed intus plena sunt ossibus mortuorum occultis, prouideamus ne nobis dicatur, Væ vobis qui clauditis cœlorum regnum ante homines. Timeo enim satis ne paradisum intremus, nec alios intrare permittamus. Hoc autẽ quare dico fratres? non quia credam vos malos esse, sed quia doleo de fratre non perdito Simplicio, qui ad hunc locum & ad hanc sanctam congregationem cũ tanto feruore peruenit, & audito patrem interfectum esse, a nobis recesſit & mundum intrauit, vt patris vindictam uindicare posset. Qui ergo se existimat stare, uigilanter attendat & uideat ne cadat, & sic homines uidentes illos qui columnæ sanctitatis esse uidebantur tam nequiter cadere, non solum ipsis regnum cœlorũ claudunt, sed & in seculo demorantibus. Nobis denique fratres qui nomen & habitum sanctæ religionis portamus uita mala periculosior ostenditur, quam in seculo demorantibus. Ploremus ergo fratres peccata nostra, & fratris nostri amissi diligamus & nosinuicẽ quia charitas ex deo est. Non erubescat alter alteri ueniam postulare, quia non erubuit Christus inimicos ad pacem in cruce reuocare. Non erubescat facere seruus ꝙ primum fecit & dominus. Dominus autem qui habitare facit nos unius moris in domo, qui est uera pax qui fecit utraque unum, nos in uera pace perseuerare faciat.

Matt. 5.
2. Cor. 10
1. Ioan. 4.
Luc. 23.
Psal. 77
Ephes. 2.

Luc. 7.
Ioan. 21.
Mat. 23
Mat. 26.

De lingua dolosa. Sermo XXIX.

CVpio uos scire fratres charissimi quæ sit lingua dolosa, a qua eximius Prophetarum Dauid postulabat a domino liberari, dum dicebat, Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa. Et ideo scitote fratres ꝙ non solũ est lingua dolosa illa quæ seminat inter fratres discordias, quæ suscitat lites, quæ incitat

Psal. 119
Lingua dolosa qua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

furores,quæ etiam conuentus conturbat,sed etiam illam dolosam linguā dicimus, quæ te laudare adulando procurat,dicens in facie te esse quod non es. A talibus aūt deum de precari debemus,vt nos liberet & liberemur. Quare ab his liberari debemus petere? Quare eos vt mortem fugere debemus, nisi quia adulatores sunt, quia mendacia diligunt & faciunt,quia fallitatis sunt inuentores,quia diaboli frēs,quia veritatis destructores, quia puritatis deuiatores,quia odiorum inuentores,quia diaboli iaculatores,quia Satanæ mediatores,quia dei persecutores,quia animarum inuectores,& omnium malorum inuentores,mel in ore portantes,& venenum aspidū insanabile in corda hominum conspuentes, Ecce ꝓpter quod a domino liberari postulare debemus. O iniqua lingua & dolosa,o iniqua ꝓditio, o pessima diaboli astutia,o grandis malitia,non solum per amara verba,sed etiam per dulcia homines illaqueare,ꝓcurat,vt secum eos perducat ad tartara. Nam si homo ab homine læditur, opprobria,contumelias & iniurias patitur,inimicus reputatur ab eo,credo ꝙ me nō diligit, omnino oportet me custodire ab eo dicet homo, sed si deo placere volo,me oportet alteram maxillarum sibi præbere,& totum portare in patientia,vel malum pro malo non reddere. Ecce quomodo ad talia remedium est. Sed si homo beatū me prædicet,& verba adulationis non cognouero, quod remedium habere potero? Ideo fratres non solum lingua dolosa est illa, quæ mala inter frēs committit,sed & illa quæ adulatur. Si quis verbo tamen non offendit,hic perfectus est vir. Sed qa nemo perfectus in via,idęo necesse est,vt alter alterius onera portemus. Nemo tamē alterius onera portare potest nisi qui habet charitatem. Sed qui charitatem non habet,non solum onera proximi portare non valet, sed nec etiam sua. Quid enim facere debet qui charitatem non habet? Ecce statim de festuca trabem facit,verbum pro facto reputans factum fuisse putat: Et sic dolet,clamat,tristatur, minatur vitam proximo dilacerare,& sic cōsumitur ille qui charitatem non habet, & onera alterius portare nescit,mori etiam frequenter desiderans, sed mori non potest. Nos vero frēs non sic,sed si verberamini a lingua dolosa,non turbato animo,non corde inflato,sed humili & tranquillo dicite, Domine libera animam meam a labiis iniquis & a lingua dolosa. Sic in homine charitatem habente excitatur frequentius amor charitatis. Inflammatur etenim cor & ardet,reuiuiscunt uiscera pietatis, & sic clamare non cessant qui tanguntur a lingua dolosa, Deficit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Mat.5.
Iacobi.3 Gala.6
Mat.7.
psal.119.
Psal.130.

De confessione peccatorum. Sermo XXX.

DIcere solent homines fratres charissimi, Deus cuncta nouit, apud eum nec præteritum nec futurum est, oia videt,& oia ponderat oia nuda & apta sunt oi. Quare igitur uult vt cōfiteamur hominibus peccata nostra quæ nequiter gessimus? Nunquid non melius est cuncta mala tacere, quām ea prędicare in tectis? Ecce enim quis dicet, peccaui super omnes homines? Sed si cuncta hominibus prædicauero omnibus hominibus peior reputabor á cunctis, exemploq; meo multi multa mala committent. Quomodo ergo confiteri debet homo alterutrum peccata sua? O homo ignoras quod omnes peccatores sumus. Et si dixerimus quod peccatum non habemus, nosipsos seducimus,& veritas in nobis non est. Omnes peccamus, omnes cum peccato nascimur, omnes in peccatis demerginur, etiam infans cuius est vnius diei uita super terram: Cur ergo timemus peccata confiteri? Tamen oportet confiteri deo, quoniam bonus est,& in æternum misericordia eius. Vult enim deus quod confiteamur, non quod ignoret peccata nostra sed vt diabolus audiat quoniam confitemur & pœnitet nos peccasse, & peccatis confessis cum dolore & lacrymis, non habeat amplius unde nos incusęt. Ecce.n. fratres diabolus vult vt taceamus, deus vult ut confiteamur, & cui magis obediendum sit, certe constat quod deo qui salutaria precepit. Non enim sufficit cessare á malo, nisi peccata quæ fecimus confiteamur cū dolore. Nec soli deo sufficit confiteri, sed alterutrum peccata nostra confiteri debemus. Non igitur tardes confiteri deo. Non tardes conuerti ad deum, nec differas de die in diem. Subito enim veniet ira dei, & tempore vindictæ destruet te. O fratres mei

1.Ioan.1
Iob.25

mei qui vsq; nunc dormistis, conuertimini ad deum in toto corde vestro, in ieiunio, in planctu & fletu. Ecce enim quia dicit, in toto corde, nos docet Propheta, ꝙ in corde est fons pœnitentiæ, fletus vero ad oculum, planctus autem ad os, sed ieiunium ad totum corpus refertur. O homo ne tardes conuerti ad deum, discute mentem tuā, prospice singula secreta cordis, considera antequam ad cōfessionem accedas, ꝙ cor peccauit male appetendo, oculus vanitatem videndo, os falsitatē dicendo, auris mendacia audiendo, manus verbera & homicidia perpetrando, & si non opere saltem voluntate. Quis se excusare poterit, pedes etiam veloces ad malū? Igitur o fratres mei sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & inquitati ad iniquitatem, illa & nunc exhibite mēbra vestra seruite deo in sanctificatione. Primo enim cor qđ mala cogitauit & concupiuit, pœniteat & doleat, & oculus fleat, os sine intermissione oret, aures audiant verbum dei, manus eleemosynam porrigant, peregrinos suscipiant, infirmos foueant, nudos induant, pedes veniant ad ecclesiā, genua flectantur & laborent, quia sicut nullum fuit membrum quod peccando deo non displicuerit, ita nullum sit membrum ꝙ pœnam non patiatur condignam. Dedit enim nobis deus membra, vt sibi seruiamus non mundo. Sed heu fratres, cœlorum ciues & domestici dei facti sunt amatores mundi, fortius diligentes terrena quā cœlestia, transitoria plus quam ęterna, res suas plus quam seipsos. Non sic fratres mei, nō sic, quia ecce iam tempus prope est, ecce iam nobis minatur. Surgite ergo qui panem doloris comeditis, & ad ecclesiam pergere festinemus, & flentes peccata nostra cū dolore confiteamur. Sed primo talis ordo tenendus est, vt peccata præmeditentur, vt proferendo taliter modum & circunstantiam peccatorum deo & sacerdotibus confiteamur, vt a pedibus suis non onerati sed alleuiati discedere valeamus. Et nolite fratres mei differre confiteri peccata vestra nam qui vsque ad vltimum diem quadragesimæ vel vitæ suæ distulerit confiteri, dat signum ꝙ hoc libenter non facit: Non gratiose, non puro corde, sed coactus hoc facere uidetur: sed coacta seruitia quantum deo vel hominibus placeant considerate. Non ergo de die in diem differamus pandere cordis nostri secreta. Promisit enim deus veniam pœnitenti, sed non promisit vsq; in crastinum differenti. Igitur non differamus, sed cum ad confessionem accesseris tu homo vel fœmina, caue ne rideas, vel ornate incedas, ne fabulas primo proferas, sed cū humiliato capite, & dorso cinere & cilicio infuso, confiteamini alterutrum peccata uestra Sed deprecor te o homo vt confiteri non paueas. Frequenter enim diabolus cor tuum astringit, ne cōfitearis, dicens Quomodo confitebor hæc & illa? O homo quandocun que huc persenseris, diaboli tentationem esse non dubites, qui cupit te astrigere nequiter ut in peccatis positus sine magna tentatione semper agas quæ placita sunt ei. Nolite ergo timere peccata confiteri o fratres, nam illud quod per confessionem scio, minus scio quam illud quod nescio. Cur confiteri times peccata? Peccator est qui audit peccata sicut & tu forsitan maior. Homo est nihil differt a me, nihil alienum habet a me. Cur ergo times o homo peccator homini peccatori confiteri? Elige quod vis, si non confessus lates, inconfessus damnaberis. Ad hoc enim deus exigit confessionem, vt liberet humilem. Ad hoc damnat non confitentem, vt superbum puniat in æternum, Confitemini o fratres mei, & nolite differre, ad sarcam messem confessionis accedere festinate. Hæc est enim salus animarum, dissipatrix uitiorum, restaurtratrix uirtutum, oppugnatrix dæmonū, pauor inferni, obstaculum diaboli, angelorum tunica, ecclesiarum fiducia, salus, dux, baculus, lumen & spes omnium fidelium. O sancta atq; admirabilis cōfessio, tu obstruis os inferni & aperis paradisi portas. O confessio sine te iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputabitur. O confessio uita iustorum, peccatorum gloria, tu sola necessaria es peccatori, & nihilominus iustus si quis reputabitur, te astringere & frequentare debet. Nihil dēnique remanebit in iudicio quod fuerit per confessionē purgatum. O confessio illibata, tanto pondere appensum est, tantumq; ualuit apud deum, quod homo nouit appendere latroni qui in cruce confessus est dominum crucifixum, quantum si fuisset pro domino crucifixus. Ecce quantum profuit breuis confessio peccatoris. Sed nos qui sacerdotes sumus, & vtinam boni simus, caute nobis uigilare necesse est & solicite, quatenus sic delinquentium cordibus tanto moderamine uerbum timo-

Iacobi.5
Luc.23.

ris & contritionis infigamus, vt eos nequaquam a verbo confessionis exterreamus, vt sic corda aperiant ꝙ ora non obstruamus. Sed nec absoluere debemus etiam compunctum, nisi viderimus confessum. Quoniam quidem corde creditur adiustitiam, 293
ore autem fit confesio ad salutem. Qui ergo verbum confessionis in ore habet & in A
corde non habet, aut dolosus est aut vanus. Qui vero in corde & non in ore, aut superbus est aut timidus. Decet igitur sacerdotes esse tales, vt cognoscāt & sciant quā qualem & quantam infirmantibus exhibere debeant medicinam: Adiuuante domino deo nostro, qui viuit & regnat in secula seculorum, Amen.

De fallacia mundi & eius detestationē propter tria præcipue mala quæ in eo sunt. Sermo XXXI.

Ioan. 2

SCriptum est fratres charissimi, ꝙ mundum non diligamus, quoniām mundus transit & concupiscentia eius. O munde immunde qui homines illaqueare nō desinis, quiescere nō permittis, rapere omnes appetis, occidere omnes quæris. Væ qui 293
tibi credit, beatus qui tibi resistit, sed beatior qui a te illesus recedit. O munde prodi B
tor, cuncta bona promittis, sed cuncta mala perfers: promittis vitam sed donas mortem: promittis gaudium, sed largiris mœrorem, promittis quietem, sed ecce turbatio: promittis florem, sed cito vanescit: promittis stare, sed cito recedis. Non ergo es diligendus, quoniam omnino transis, & concupiscentia tua velut fumus euanescit, Alloquantur omnes amatores tui o munde immunde, quibus aliquando florem serenissimæ iuuentutis præstare voluisti, vitam diuturnam, diuitiarum copiam, familiarium abundantiam, pacis amœnitatem, dicant omnes, loquātur cuncti surgat venerabilis pater Adam cum omnibus filiis suis, & vno ore loquantur, vtrum in hac vita gaudium habuerint sine dolore, pacem sine discordia, quietem sine metu, sanitatem sine infirmitate, lumen sine tenebris, panem sine dolore, risum sine fletu. Nolite igitur fratres mundum diligere, quoniam transit & concupiscentia eius. O munde immunde, fallax & proditor. Nunquid non periculosior es blandus quam molestus? Nunquid non magis timendus es dum allicis, quam dum spernis? Nunquid nō magis odiendus dum diligere dissimulas, quam dum odire te ostendis? O munde immunde in te habitare & non dolere impossibile est. In te sperare & non timere vanū est. In te tua amare & non periclitari impossibile est. O fratres mei nolite ergo eum 293
diligere quoniam transit & concupiscentia eius. Sed ecce mundus transit & nos tur- C
bat & amatur, fallit & fidelis reputatur, occidit & velut vita desideratur, flectit & amplectitur. O munde immunde, & si florēres quid facerent amatores tui? Sed vere nō res, & stabilitatem, nullam habes, sed mella tua & dulcedo tua asperitatem habent, iocunditatem falsam, certum dolorem, incertam lætitiam, durum laborem, timidā
Ibidem. quietem, rem plenam miseriæ, & spem beatitudinis inanem. Nolite ergo diligere mundum, quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ. Agamus fratres si possumus hodierna die de singulis. Voluptas enim carnis dicitur quam per modum illicitum misera caro appetit vt gulositas, ebrietas, luxuria, nimia dormitio, & vanus risus. Et quia caro vicinior
Gene.3 est, per vitia eius primum nos aggreditur. Mundus enim quanto familiarior est, tan-
Gene.19. to periculosior est, & multi per vitia eius corruerūt. Ecce Adam per gulam, Loth per
3.Reg.11. ebrietatem, Salomon per luxuriam. Ideo fratres gulositati per abstinentiam occur-
Gene.3 rere festinanter debemus, Considerate ꝙ non propter potum, sed propter pomum
Gene.25. homo primitus mortem inuenit. Esau non propter gallinam, sed propter lenticulā
Gene. 9. primatum suum perdit. Scio enim Noe omne genus carnis quod cibo esset uisum,
1.Reg.17. manducare concessum esse: Heliam cibo carnis refectum legimus. Ioannis mirabile
Matth.23. abstinentiam prędicamus. Sic nos facere debemus, sed non sicut Esau lenticulæ con- 293
Gene.25 cupiscentia deceptus, non sicut Dauid propter aquæ desiderium reprehensus: sed si D
cut rex noster qui non de carne, sed de pane tentatus, tentatorem superauit tetetri-

mum. O magna & admirabilis abstinentiæ virtus, per quam homines filii dei excel- 2.Re.23.
si efficiuntur, per quam vitia expelluntur & dæmones, per quam non solum anima- Mat.4.
295 rum salus agitur, sed etiam corporum sanitas possidetur. Ecce enim fratres, concupi
E scentia carnis qualis & quanta est. Ipsa enim fomentum & mater aliarum voluptatum est, quia qui bene comedit, libidines carnis frequenter sentit, dormire quærit, inde verbositas & rixæ quæ sunt opera carnis, inde consumptio pecuniæ. Nolite ergo fratres diligere mundum, quia in eo summa concupiscentia est carnis. Sed quid aliud nisi concupiscentia oculorum? O fratres mei, fecit enim nobis deus oculos videntes, qui fecit magnalia, vt toto corde eum laudemus, plorantes si qua mala fecimus. Ecce in miseria sumus, & in miseriis non ridere, sed flere debemus. Cum enim nascitur puer non rider, sed plorat. Quare plorat, nisi quia voce testatur & cōfitetur plorando se ad miseriam deuenisse? Nascuntur enim filii Adam ad laborem & dolorem, quia iugum graue positum est super filios Adam a die exitus de ventre matris Eccl.40.
eorum vsq; in diem sepulturæ eorum. Non igitur ridere sed flere debemus, attendentes & scientes ꝙ dominum nunquam risisse sed fleuisse legimus. Sed quomodo fleamus peccata, quomodo eleuemus oculos ad montem vnde veniat auxilium, audiamus Ioannem, Quid enim dicit, nisi quod omne quod est in mūdo est concupiscen Psal.120.
tia oculorum? Cōcupiscentia oculorum dicitur, quia per oculos desideria auri & ar- 1.Ioan.2
genti, possessionum & cunctorum terrenorum intrinsecus animę intimantur. Ideo summe custodiendus est oculus, quia ianua cordis est & nuncius. Nam claude oculum, & voluntas habendi non erit: cesset voluntas, & ecce infernus clauditur. Ecce
295 F enim fratres quod mala per oculos fiunt, tot bona per eosdem possunt adipisci. Si enim Dauid oculos clausisset, fœminam non vidisset, adulterium non commisisset. 2.Re.11.
Si Iudas pecuniam non uidisset, magistrum minime tradidisset. Et si Sodomitæ oculos clausissent, iuuenes non vidissent nec perissent, Claudamus igitur oculos ne vi- Mat.16.
deant vanitatem, custodiamus ianuam cordis nostri ne latro qui quotidie procurat Genes.19.
intrare, veniat & cuncta bona valeat deprædari. Claude enim oculum & amittis vitium, claude ianuam & latronem occides, claude oculum & voluntas non erit habendi, claude oculum & infernum clauseris in ęternū. Licet tamen multi cæci mali sint, sed peiores eos fore non dubitamus si hæc quæ mundi sunt viderent. Ipsa enim visio causa cupiditatis est & principium appetitus. Claudamus ergo ianuam, ne mors Hiere.9
intrare posit per fenestras nostras. Quid enim aliud in mundo esse legimus, nisi superbiam vitæ? O superbia cunctarum uirtutum nouerca, quis te creauit, quis te ad nos misit, quis te ad conuentum diuitum & pauperum tam mirabiliter introduxit? Scio ꝙ deus te non fecit, nec te ad nos misit, nec ad conuentum monachorum
295 G pauperum vel diuitum introduxit, nec te dum carnem assumpsit assumere voluit, sed tua inimica humilitate dignatus est habitare inter bouem & asinum, & subditus esse voluit Marię & Ioseph. Quid ergo agis inter nos? Nam te natura non osten- Luc.2
dit qua vno modo generantur, vno modo uiuunt & moriuntur omnes. Quid ergo agis inter seruos dei? Quid ostendis eis? Cur eos inflas? Cur inflare eos demōstras? Nosti quōd eis æternam uitam præstare non poteris. Quid eis demonstras propter quod eleuentur super astra cœlorum, cupientes esse sicut deus, & super eum ascendere vellent si possent? O superbia nouerca uirtutum, mater uitiorum, porta inferni, magistra erroris, caput diaboli, vitiorum principium quid inter homines facis, Esa.14.
quid eis promittis quod te tantum diligere demonstrant? Ecce amatores tui tam cito de altitudine cadunt. Ecce enim Nabuchodunosor quem tantum diligere videba Dani.4
ris, & tantum te diligebat, tam fortiter te astrinxit, vt credere ei faceres quia nullus eo maior esset in orbe, & ecce mox deflectitur & cadit, & demergitur in profundum, & quasi bos fœnum comedit. Ecce quid accidit te diligentibus? Sed te non amantes de stercore penitus eleuantur, & collocantur cum principibus populi domini, solū glorię honoris & dignitatis tenentes in scientia. Eia ergo fratres discite humilitatē habere, discite superbiam conculcare, discite & eam deuitare, velut mortem eam con-
295 H culcare, o quā difficile diuitibus, o quā pœnosum, o quā meritorū. Estote ergo pauperes si vere humiles esse cupitis. Nam destructis diuitiis & con[illegible]catis, faciliter sancta perfectaque humilitas acquiritur, cum quibus uere pot[illegible]nt habitare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

O diuitiæ dulcissimæ & suauissimæ hominibus insipiẽtibus apparetis, sed omni ve
neno mortaliores estis omnino. Venenum enim quis sumere poterit, nisi fuerit 295
aliqua dulcedine copulatum? Sed commixtum dulcedine facilitèr sumitur: sic H
enim qui recipit moritur. Sic qui diuitias amat, dulcedinem videtur gustare.
Sed ecce mors inter diuitias latens, hominem superbum & elatum, diuitem, inflatũ
aggreditur, & aggressus occiditur, & occisus ad infernum perducitur. Ecce quantum
prosunt nobis diuitiæ mundi huius per quas occidimur, per quas mutamur quoti-
die, per quas insidiamur frequẽter, per quas eleuamur in vanitatem, per quas vene-
ramur mendaciter, per quas animam superbam ad infernum drabolus semper expe
ctat conducere. Tollite ergo fratres mei diuitias vt facilius tollatis superbiam, tolli-
Luc.11 te diuitias & infernus non erit, Date eleemosynam & omnia mundabuntur vobis.
O fratres mei an ignoratis q̃ pauperibus non dare, tulisse est? Et merito quando
quis potest esurientibus subuenire si non pascit, merito vitam extinguit & eos mori
permittit. Pudeat & erubescat Christianus tollere pauperibus quibus iubemur
semper offerre. Vltra omnem iniquitatem est diuitem velle fieri de exiguitate pau-
perum vel viduarum. Itaque fratres amanda sunt honesta lucra, sed horreãtur dan-
nosa compendia. Nullus audeat inde tollere, vbi debeat collecta dispergere. Adden- 293
do perdit qui retinendo collegerit, paupertatem potius ad se trahit qui paupertatem I
Mat.25. se exigentium pecunia non repellit. O fratres mei veniet dies illa, veniet & non tar-
dabit, quando nobis dicetur. Esurijt & non dedistis mihi manducare: & vltimo dice
tur illis, Ite maledicti in ignem æternum. O fratres si in ignem mittentur illi qui nõ
sunt elargiti, nec quæ cum labore lucrati sunt pauperibus donauerunt, quid dice-
tur illis qui aliena rapere non timuerunt? Cum diabolo ardent qui nudum non in-
duerunt: vbi putamus arsuros qui viduas & orphanos spoliauerunt? Non ergo spo
liare debemus pauperes, vt denudati abundemus in superbia vitæ, sed eleemosynas
dare vt pauperes & humiles simus, non differamus. Sed hæc non solum facere nobis
sufficit, sed & proximum etiam ad hæc inducere festinemus, dicentes potestatem ha
bentibus & terrarum rectoribus q̃ non solum eleemosynam porrigant, sed & q̃ re-
gna sua in pace custodiant, scientes q̃ remota iustitia, regna latrocinia efficiuntur.
Dictũ So- Multi enim sunt rectores, sed pauci iustitiæ amatores inueniuntur, Nam cum quæsi
cratícum. tum fuisset a Socrate ridente, cur sic fortiter rideret, respondit, Video magnos latro-
nes ad suspendium duci facere paruos: & alta voce clamasse refertur, O quã dignio-
res estis suspendi qui in cathedris & domibus habitatis latrocinia maiora commit- 293
tentes, quam qui in syluis cum tremore quotidie demorari videntur. Quapropter
Psal 61 fratres nolite rapere, nolite fœnerari vt abundetis in superbia uitæ. Sed diuitiæ si K
Mat.25. affluant nolite cor apponere, sed dispergite eas vt humiles sitis, & imitari valeatis il-
lum qui sequentibus se dicet, venite benedicti patris mei possidete regnum quod
vobis paratum est ab origine mundi. Amen.

Ad leprosos vt patientiam teneant: Sermo. XXXII.

FRatres mei dilectissimi scio q̃ percussit uos deus, & leprosi facti estis vsque ad
diem mortis vestræ: Ideo obsecro vos in domino nostro Iesu Christo cuius
Ephes.3. sunt pro gloria vestra, scientes q̃ per carnis afflictionem, mentis infirmitatem occidi
mus. Spiritus enim deficit, dum misera caro gaudendo quiescit. Ergo si paupertas
vrgeat, si luctus mœstificat, si stomachus doleat, si pectus vel venter infletur, si to- 293
tius corporis dolor vos inquietat, si calamitas vos vndique vexat, semper vos læti- L
ficet in omnibus laboribus & periculis vitæ huius amor vester in deum & pia pa-
tiẽtia & certa spes supernorũ. Despiciamus ergo diuitias corde, & erimus locupletes
Despiciamus mimicorũ supplicia, & erimus semper victoriosi. Despiciamus corpo-
ris sanitatem, & æternã quietẽ & sanitatẽ recipiemus. Igitur vobis infirmantibus &
languẽtibus pa~ẽtia summe necessaria est, Nullus. n. beat⁹ ẽe poterit, nullus cœlorũ
ciuis efficitur, nisi qui lus amicus dei cõstituitur, q̃ inter mala patiẽs nõ inuentus fuerit.

O patientia tu omnia uincis aduersa, non colluctando sed sufferendo, non murmu-
rando sed omnibus gratias agendo. Ipsa enim patientia quæ est quę fæcem totius uo
luptatis abstergit ipsa quæ limpidas animas deo reddit, ipsa nauis quæ ad portum cũ
ctos suo amatores perducit. Ipsa est per quam infernus clauditur, & paradisus aperi-
194 tur suis amatoribus. Ipsa est per quam omnis & sine qua nullus iustificabitur. O si
M graue uobis est quia leprosi estis, patientiam in cunctis habere, Eleuate capita ue- Matt.27.
stra, & corde aspicite vulnera saluatoris nostri in ligno pendentis, pœnas morientis,
pretium redimentis, cicatrices resurgentis, quid aliud videre poterimus nisi caput in
clinatum ad uocandum & parcendum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa
ad amplexandum, totũm corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogi-
tate vos qui doletis, hæc in statera uestri cordis appendite, vt totus vobis figatur in
corde, qui pro vobis totus fixus fuit in cruce. Et quid plura saluator noster pro no-
bis sustinuit, quid plura patienter porrauit? Tota. n. vita sua plena fuit dolore, & tã
dem ad crucem perueniens per passionem ludibriis exponitur, qui est vere palma vi
ctoriæ Spinis coronator, qui spinas peccatorum venit constringere. Ligatur qui si-
ne labore & pœna soluit compeditos. Ligno suspenditur, qui erigit elisos. Aceto pota
tur fons æternæ vitæ, disciplina cæditur, vulneratur salus, vita moritur. Occidit ad
tps vitã mors, vt in perpetuũ ad vitam occideretur mors. Ecce fratres xpi patientia,
ecce xpi bonitas & clemẽtia. Et si placet ẽt plura audire, possumus & adhuc plura de
xpo p̃dicare. Non igitur tædeat vos audire. Nã & si fatigaremini, vobis non amplius
p̃dicarem. Cupio. n. consolari uos & non tristari. Nã si tædium est dicite, si uero gau
195 dium audite. Ecce enim venit saluator regens sydera, & sugere uoluit ubera. Ipse
A qui panis est, esurire uoluit, ipse fons sitire, ipse lux dormire, ipse quies fatigari ipse
veritas occultari, ipse iudex viuorum & mortuorum á n. ortali iudice condennari,
ipse iustitia ab iniustis iudicari, ipse unitas mutari. Nihil enim tam salutiferum no-
bis est, quam quotidie cogitare quanta pro nobis pertulit deus & homo. Ecce. n. sal-
uator passus est, leprosus in cruce factus est, patiens factus est nobis relinquens exẽ
plum ut sequamini uestigia eius. Quod si feceritis, non solum infirmitatem non mo
leste portabitis, sed cum Propheta clamare voce & opere nõ desistetis, Deficiat in do 1.Petr.2
lore uita mea, & annimei in gemitibus: sed dicetis, O quam graue, o quam inhuma-
num, o quam forte est inter homines habitare non posse. Ecce enim separati sumus Psal.30.
ab vrbibus, gentes nos spernunt, parentes nos odiunt, consanguinei fugiunt, amici
nos deserunt, separati sumus à castris ac si ex hominibus nati nõ essemus. O fratres
mei attendite patienter & nolite turbari, nam uerum est quod dicitis, sed nolo uos
ignorare quod legitis: ait enim dominus Moysi, Habitabit in domo mea plenus le-
195 pra: Cur ergo turbamini si inter homines habitare non potestis? Nunquid mundi
B ciues hoc præstare nobis potuerunt; Nunquid domum dei uobis aperire potuerunt? Iob.2.
Nunquid per eorum conuersationem efficiemini meliores. An ignoratis quid dictũ
fuerit sancto uiro Antonio, Si cupis saluari fuge homines, fuge mundum & pompas
eius: Cur ergo turbamini si inter homines conuersari non potestis? Ecce. n. sanctus Num.12.
Iob iustus, sapiens, diues rectus & timens deum, & tamen leprosus efficitur, tamen
non conqueritur, extra castra proiicitur, ab hominibus despicitur & deseritur. Ab
uxore blasphematur, tamen non conqueritur, nec labiis suis contra deum mortali-
ter locutus est, considerans aliam vitam cito esse uenturam. Non ergo turbemini,
sed considerate quia propter peccata uestra percussit uos deus, vel vt examinet uos.
Ecce enim Maria quia murmurauit in fratrem suum Moysen, leprosa est facta. Aza-
rias rex quia præsumpsit, leprosus factus est, & Giezi quia Simoniã comisit, & Naa-
man quia se glorificauit. Vos etiam quocunque modo percussi estis, patieutes esto- 1.Reg.15.
te, & gratulanti animo suscipite illam, ne pariter hic & in futuro æterna tormenta 4.Reg.5.
patiamini. Confortamini ergo & nolite timere. Ego uobiscum esse credidi tertia die
165 paschæ, sed quia Valentinus noster migrauit á seculo, propter vobiscum esse non
C tui. Bed nuoc fractis ardenteis vãsis de bonis Ecclesiæ Hipponensis, uobis in necessi
tatibus & pro captiuis prouidere uolui Consoletur autem nos deus qui suos conso
latur in omni tribulatione, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De deteſtatione ebrietatis, cum terribilis caſus enarratione.
Sermo. XXXIIII.

194 D

NOn miremini fratres charisſimi ſi hodie ter ſermonem deo auxiliante perfecero accidit hodie terribilis caſus, vt omnes audiſtis, propter quem non ſolum ad Eccleſiam Hipponenſem omnes antiquiores habere uolui, ſed etiam omnes fœminas & infantes in unum congregari præcepi, Quibus congregatis cum dolore & anxietate uobis enarrare intendo, antequam pateat in plebe, quid accidit præclariſſimo ciui noſtro Hipponenſi Cyrillo, Ecce enim, vt ſcitis, potens erat inter nos opere & ſermone, & fere dilectus ab omnibus. Filium, ut ſcitis, habebat, & eum unicū poſſidebat: & quia unicus erat, eum ſuperflue diligebat & ſupra deum. Ideo ſuper fluo amore inebriatus, filium corrigere negligebat, dans etiam poteſtatem faciendi omnia quæ placita eſſent illi. O doloſa libertas, o grandis filiorum perditio, o paternus amor mortiferus. Ecce filios ſe dicunt diligere, quos iugulari procurant. Dicunt eos amare, quibus iam ſuſpendia parant. Dicunt patres filios ſe nutrire, ſed ecce iam
Mat. 15. pater & filius ambo in foueam cadunt. Quare pater cum filio cadit in foueam, niſi quia pater cęcus eſt, quia malus, & quia ſalutem ſuam & filiorum ſuorum videtur negligere? Quo & quomodo pater hæc neglexerit, niſi quando filio libertatem donauit, quandu eum corrigere neglexit, quando uirgæ pepercit, quando ei ſemper ſerenam faciem demonſtrauit? Cupitis audire nunc quomodo pater & filius in foueam
Prou. 13 194 E cadunt? Licet enim ſciatis, tamen quia neceſſe eſt, vt nos quandiu uiuitis timeatis, ideo quæ hodie facta tunc iterum dicere non erubeſco. Ecce enim Cyrillus ueſter filium habebat, vt ſcitis quem corrigere negligebat, & luxurioſe viuendo conſumpſit parem bonorum ſuorum, ſed ecce hodie ebrietatem perpeſſus matrem prę gnantem nequiter oppreſſit, ſororem violare voluit, patrem occidit, & duas ſorores vulnerauit ad mortem. O magna diaboli dominatio, patrem quem poſt deum reuereri debebat occidit, matrem à qua portabatur prægnantem oppreſſit, ſorores quas tenerrime diligere debebat uoluit violare, & duas uulnerauit ad mortem. O doloroſa ebrietas omnium malorum mater omnis luxurię ſoror, omnis ſuperbiæ pater. O ebrietas tu mentem cęcas, iudicio recto cares, conſilium nullum habes, blandus dæmon es, venenum dulce es, peccatum ſuaue es. O ebrietas uunquid non per te inflatur ſtomachus? Nunquid non per te putreſcit anhelitius? Nunquid non oculos cæcas? Nunquid non cuncta membra debilitas? Nunquid non mortem acceleras? Nunquid non burſam euacuas. Nunquid non dominum recipis ab homine? Nunquid beſtialem & irrationabilem te diligentem tecum ducis? O ebrietas, diſcant te diligentes agnoſcere, diſcant te deuitare, iterum diſcant te uelut mortem effugere, quoniã
194 F qui te dilexerit, regnum dei non conſequetur. Ergo o fideles abſtinete & nolite ine-
Epheſ. 5. briari uino Non enim ſufficit abſtinere, ſed abſtinentes alios abſtinere doceatis. Do-
Gene. 19. centes quomodo Loth inebriatus cum filiabus iacuit. Sampſon etiam vino repletus
Iudic. 16. per meretricem inimicis traditur: audite fideles, audite Eſaiam dicentem, Vę qui cõ
Eſa. 5. ſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam & potandum uſque ad veſperam vt in uino æſtuetis. In veteri etiam lege præceptum erat, quod ſacerdotes cum ingrederentur
Leui. 10. templum miniſtrare domino, omnino non vinum biberent. Si ergo hoc erat dum templum tantum ingrederentur, & quid nos miſeri facere debemus? O quam plures quam animam, prius dæmonem ſequuntur quam deum. O fideles non fideles, quid uobis cum uino. Nunquid uinum factũ eſt vt deficiatis maledicentes nomẽ dñi? Ab
Gene. 3. ſtinete ergo á ſuperfluo potu ne rebelles efficiamini. Quandiu enim Adam abſti-
3. Reg. 17. nuit, tamdiu obediens fuit, tamdiu bonus, ſanctus & iuſtus permanſit. Sic & Helias tamdiu miracula fecit, quandiu pane & aqua refectus eſt ſed poſtquam carnes come-
3. Reg. 17. dit, & vinum bibit in ſaturitate, miracula non legitur feciſſe. Eia ergo fideles, caſum ſuperius aſſignatum inter cætera conſiderantes deum timete, & timentes eum fer- 194 G uenter rogate vt ab his & ab omnibus malis liberet nos ſemper, Amen.

qt

De duobus generibus hominum mundum derelinquentium, qui in ſancto Loth & uxore ſua deſignatur.
Sermo. XXXIIII.

194 H

AVdiſtis fratres charisſimi, quod Loth nepos Abrahæ inter peſſimos Sodomitas & Gomorreos ſancte & iuſte moratus eſt. Quas ciuitates uolens ſubuertere dominus, ad ſeruum ſuum Loth Angelos miſit vt cum malis non periret. Qui cum exiret. Dixerunt ei Angeli, Salua animam tuam. Vxor vero Loth quia retro reſpexit, mox mutata eſt in ſtatuam ſalis. Igitur fratres mei quæcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut inde fructum aliquem capiamus. In Loth enim & uxore ſua duo genera hominum deſignantur ſcilicet mundum derelinquentium, quorum unum perfecte deſerit, aliud quoque tepide, & reſpiciendo retro uenit ad mortem. Sodoma quoque quæ cæcitas uel muta uel aſperitas interpretatur, mundus eſt in quo ſunt homines muti & cæci, ad quos mittuntur ſancti Angeli, ſancti prædicatores, ut dicant, Salua animam tuam, & in monte ęe ſaluum fac. Fugere enim Sodomam quid aliud eſt quam incendium libidinis, luxuriæ, ſuperbiæ, & auaritiæ fugere. Quibus & præcepimur non retro reſpicere, quia victor mundi & montem ſanctæ religionis ingeſſus, non debet retro reſpicere. Quare. Quia melius eſſet uiam ueritatis non agnoſcere, quam poſt agnitam retro abire. Quid eſt dicere, niſi quod melius eſſet quod in uita ſeculari & laicali manſiſſet, quam poſtmodum ſolitariam uitam deſereret. Apoſtatare enim nequam eſt, mortale eſt, cum damnatione ſemper ſuuere eſt. Tales enim fœminæ & uxori Loth comparantur, quia morientes retro aſpicientes, conuertuntur in ſtatuam ſalis. Loth præcipitur vt inmontem te ſaluum faciat, per quem contemplatiua uita deſignatur. Tu uero homo aſcende in montem pœnitentiæ, aſcende in montem diuinæ contemplationis. In hunc montem te ſaluum fac, in
264 1 hunc montem volando tranſmigra ſicut paſſer, & ibidem ſalua animam tuam curis & ſeculi dignitate denudatus. Sic enim fecit glorioſus ille adoleſcens Nathanael, de quo legitur, ait enim Magiſter quid faciam vt habeam uitam æternam?

Gene 19. Fugere Sodomã qd. 2.Pet.2. pſal.10. Nathanael Matth.19.

Cui dominus, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata: cui adoleſcens, Quę ſunt mandata? Cui dominus, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, non homicidium facies, non adulterabis, non facies furtum, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum & marrem tuam, & proximum tuum ſicut teipſum. Hæc omnia ad tuam uitam pertinent: cui dixit adoleſcens, Domine hæc omnia cuſtodiui a iuuentute mea, quid mihi deeſt? Cui dominus, Si uis perfectus eſſe uende omnia quæ habes & da pauperibus, & ſequere me, Et ſecutus eſt Ieſum adoleſcens ille, & nunquam retro poſtmodum reſpiciens, reliquit patrem & matrem & uxorẽm, filios & ſorores & animam ſuam. Tunc prudens adoleſcens montem dei aſcendit, Sodoman & Gomorram reliquit, incendium libidinis fugit, curam ſeculi ſuffocauit, & montem ſummæ contemplationis aſcendens, emit in agro theſaurum abſconditum, charum eum tenens in uita ſua. Similiter hoc idem fecit Petrus, quando uoluntarie omnia deſeruit, omnia relinquens & ſecutus eſt Ieſum. Sic & Maria illa Lazari ſoror cum Lazaro fratre ſuo & Maria uirgine prudentiſſima, quando omnia uendiderunt & pretium ante pedes Apoſtolorum poſuerunt. Sic & Helię facere placuit, & Ioanni Zachariæ filio, quando eremum intrauerunt. Sic & Paulus cum Antonio, quando annis multis eremum coluerunt. Sic & fratres mei qui ſanctorum patrum uitam & exempla imitari & ſequi voluerunt. Nunquid nos etiam hoc idem optamus? Etenim in ſeculo ſumus, ſemper tamen ut incepimus vobiſcum in ſolitudine eſſe deſideramus, & oſtendamus opere quando epiſcopali eccleſia grati non fuimus. Eia ergo fratres pro deo iugo dei ſubmiſſi eſtis, ſublata licentia peccandi catena obedientię in propoſito bono retinere poſſitis. Sed attendite fratres mei & lætitia cordis mei, quod nihil proficit bene operari ex coactione niſi ex uoluntate libera faciatis. Qui n. bene faciunt coacte, deo non ſunt accepta quę faciunt, & Simoni Cyrenæo, quẽ Iudęi angariuerũt vt crucẽ

Matth. 13. Matth. 16. Acto. Matth. 27.

Christi portaret,optime comparantur,Ecce enim Simon crucem portat cum dolore,quia non libenter portat,angariatur,sed non moratur in ea,ideo non perseuerando fugit,& sine fructu a cruce recedit,quia nihil boni dicitur, nisi vsq; ad mortem in bono perseueretur. Sic & nos crucifigamus corpora nostra verberibus,vigiliis,abstinentia escę & potus. Sed timeo ne coacti hoc agamus,& corpora macerantes mundo saltem voluntatem viuamus. Ideo fratres in hunc montem obedientiæ ascendamus,& quod deo promisimus attendamus. Nihil est enim maius obedientia,nihil peius inobedientia. Adam periit quia inobediens fuit, Christus resurrexit quia patri obediuit. Ionas inobediens a pisce absorptus est. Saul inobediens a dæmone correptus est. A qua correptione liberet nos ipse Christus,vt digne ad montem contemplationis volare possimus.

Gene.3. Philip.2 Ionæ 2 3.Reg.18

294 L

Ad iudices vt caueant ne odio,amore,pretio,precibus vel timore corrumpantur cæteraq; vitia declinent & iustitiam seruent. Sermo. XXXV.

ROgatus a uobis o iudices,licet cum Fortunato Manichæorum præsbytero longa disputatione grauatus,sermonem vestra dilectione deuictus facere deo auxiliante non distulimus. Ecce enim nunc congregati estis in domo Episcopi. Conuenistis omnes in vnum,non vt sophismata audiatis, non ut poetarum curiositatem intelligatis,non vt beatos vos esse prædicem,sed solum vt quid pro vestra salute necessarium fuerit audiatis,& audientes operibus adimpleatis. Vos enim reputati estis ab hominibus duces populi,iudices terræ,orphanorum patres, viduarum mariti,iustitiæ zelatores,reipublicę amatores. Cauete ergo ne corrumpani odio,amore,præmio,precibus vel timore. Decet igitur iudices non solum quæ diximus adimplere,sed cum dei adiutorio calcare superbiam,abominari luxuriam,abhorrere falsitatem, despicere auaritiam,quæ nouerca dicitur esse & summa inimica iustitiæ. Ipsa enim est quę patrem nescit,matrem ignorat,amicos perdit, & seipsam reliquit. Decet igitur iudices non auaritiæ sed largitatem sectari,& amare paruulos,pusillis & orphanis faciem serenam non solum verbo sed opere demonstrare. Non enim auertere faciem debent a paupere,nec priores dedignentur conseruare fideles, nec ceruicem erigere debent quosdam despiciendo,scientes ꝙ moritur pariter doctus & indoctus. Decet igitur iudices gratiam quam diuinitus receperunt solicita mente custodire, fidem ostendere,zelum rectitudinis conseruare. Decet etiam iudices clementiæ esse cultores,detestatores sæuitiæ,cunctos benignos,ad iram tardos, ad misericordiam festinos,in aduersis firmos,in prosperis humiles cautos,& quibuscunq; dignitatibus sublimatos seipsos agnoscant,& caueant ne suos inferiores despiciant. Decet etiam iudices sapientes esse,& in lege doctissimos,ne dicere valeant tãquam legem sanctam ignorantes bonũ malũ & malũ bonũ. Decet etiam iudices plus deum timere quam alii homines,plus de salute animarum curare quam corporis, plus honorem dei quã marsupia plena diligere. Sed vę vobis o iudices,ve vobis in æternum, & vltra, quia non est in uobis veritas,non misericordia,non pietas,non iustitia, nec scientia dei in vobis potest inueniri. Quid enim inter vos regnat? Auaritia,mendacium,clamor, apparentia,peruersio sacrę legis,dicentes malum bonum,bonum malum. Ecce acceptio personarum. Non est enim veritas in uobis. Diminutæ sunt a uobis veritates. O patres pauperum,o vere non patres sed prędones Quare non patres? Quia vbiq; per vos opprimuntur,nec est qui misereatur pupillis dei,sed si diues locutus fuerit mox tacuistis,causas suas vsq; ad nubes perduxistis. O iudices scientiam & iustitiam mundi amantes,attendite quid agitis. Nam scientia mundi pleni estis, & in ipsa moriemini. Quæ est enim scientia mundi,nisi thesaurum congregare, lucrum terrenũ acquirere,decipere proximum,mẽtiri,iurare, iustitiam caute peruertere, & similia in cunctis agere? Ista enim est sapientia huius mundi. In istis fere quasi tota vestra vita consistit,& ideo attendite qui iudicatis terram,ꝙ sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Sed dicitis. O episcope hanc scientiam non amamus,furtum non cõmittimus,proximũ non decipimus nec offendimus. Quare? Quia nihil aliud recipimus,nisi quod nobis donare voluerit. Ego autẽ dico vobis,ꝙ tm̃ feciſtis quantum facere potuistis. Non plus vobis fuit datum,ideo non plus recepistis. Quantum potuistis fecistis, Leues causas magnas fecistis. Nam & si ui non rapuistis, & proximum in via non deprædati fuistis,latrones tamẽ esse potestis. Latro enim timet malum,& vbi non potest non facit,& tamen latro est. Deus enim cor interrogat & non magnum. Lupus enim frequenter venit ad ouile & quærit rapere oues, quærit lacere,quærit & deuorare. Vigilant tamen pastores, latrant canes, & sic lupus timendo fugit. Nunquid non tamen lupum non esse dicimus? Absit. Sic & vos facitis quantũ potestis,si plura possetis plura faceretis. Eia igitur o iudices attendite nec cum falsis iudicibus Susannæ confundamini. Suscitabit enim dominus spiritum Daniel, & ponet spiritum eius & sapientiam pueri sui Danielis in mentem alicuius iuuenis, & sicut fecit in Susannę iudicibus confundet omnes falsos testes cum iudicibus,& tunc scient quid profuerit sibi sua scientia, Considerate ergo o iudices terræ quid per Oseam seruum suum deus loquatur. Ait enim. Visitabo populum meum,iudices & vias eorum,& cogitationes eorum reddam eis. O quam horrendum est incidere in manus domini. O quanta vltio,o quanta miseria malis erit in die nouissimo. Expellentur enim mali mercatores,falsi iudices de domo domini, exulabunt a domo dei, expellentur a paradiso,& ibunt in locum vbi semper erit fletus & stridor dentium. Ideo attendite ad consilium meum,aperire cordis portas. Surgite qui dormistis, legite Esaiam Prophetam,sequimini eam,non cras,sed hodie,non tamen hodie sed & nunc. Ait enim Propheta, Derelinquat impius viam suam,& vir iniquus cogitationes suas,& reuertatur ad dominum,& miserebitur eius quia misericors est. Currites iudices ne iudicemini ad patrem misericordiæ,quęrite veniam,reddite quod recipistis illicite. Quærite venaim,quoniam propp est omnibus inuocantibus eum in veritate. ipse est qui sanat contritos corde & humiles spiritu,& corde tribulatos saluabit. Ambulate dum lucem habetis,dum dies est. Ecce o iudices venier iam nox,quia venit iam mors in qua nõ erit licitum ambulare. Cogitate quid estis,quo ituri estis. Parentrs enim vestri prædicant mortui,sepultura clamat,infernus,vlulat,dæmones expectant,sacerdotes prædicant,quid superbis terra & cinis? O iudex qui deum non agnouisti,dum iuxta tumulos patrum tuorum transis,scias ꝙ mortui clamant, Terra es,& in terram ibis. Homines enim fuerunt sicut & vos diuitias possidendo, Vbi modo ipsi sunt,sic & nos erimus. Vbi superbia eorum,vbi scientia,ubi cathedra magistralis,vbi honor discipulorum,vbi indumenta serico & pelle decorata? O cinis & puluis,O iudex quid es & quid eris considera. Non ergo tatdes conuerti ad deum,& ne differas de die in diem. Subito enim uenit ira eius,quia iuxta est dies perditionis & adesse quidem necesse est & festinant tempora. Nemo ex uobis tamen desperet,ne mo diffidat de dei misericordia. Sed attendite quia nulla culpa tam magna est quæ non habet ueniam. Et ne aliquis desperet,Mariam illam peccatricem, dominam luxuriæ,uanę gloriæ matrem,sororem Marthæ & Lazari in exemplum assumite, quæ glorię matrem,sororem Marthæ & Lazari in exemplum assumite, quæ postmodum Apostolorum apostola meruit nuncupari. Adiuuet autem nos ipse deus & homo qui pro nobis nasci & mori dignatus est. Amen.

Eſa.5 Pſal.11. Mũdi ſcia quid. Sapien 1 2. Cor.5. Eccle.2

294 M 295 D 295 C 295 A 295 B 295 E 295 F

Ad præsbyteros suos malam uitam eorum reprehendens. Sermo. XXXVI.

FRatres charissimi ut nouit charitas uestra,oportet manum mundam esse quæ polluti uasis maculas debet purgare, ne polluta deterius possit coinquinare cum sordida sordidum tractat. Propterea sacerdotes altissimi dei uobis dicitur,Mundani qui fertis uasa domini. Vos enim estis qui uasa domini ferre debetis, quibus datum est nosse mysteria regni dei, Vos estis sal terræ,lux mundi,lucerna accensa,ciuitas in monte posita,columnæ templi,lignum scientiæ in medio paradisi positum,patroni & rectores terræ angelorũ,& paradisi ciues,prophetarum filii, patriarcharum cognati, Apostolorum successores. Mundamini ergo vt digne cum patribus ferre possitis uasa domini. Vasa enim non solum aurea & argentea, sed etiam illa pro quibus redimendis dominus mori dignatus est. Propterea attendat charitas uestra quales esse debetis,ut digne uasa domini portare possitis. Ait.n. Apostolus,

Eſa.52. Mat.19 Mat.5. Gene.2 Eccl.10. Geneſ.3 Eccl.5 Deut.32 Luc.7

Oportet Episcopum sine crimine esse, tanquam dei disqensatorem, non proterum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem. 295 G
Hæc autem non solum ego Episcopus seruare debeo, sed & vos vna mecum deo auxiliante seruare debetis. Per omnia sine crimine sicut Episcopum, ita iubet esse præsbyterum idest irreprehensibilem, vt non quęrat vxores, non diuitias, non honores nō secularis dicatur. Non enim debet qui animarum curam gerit transire de domo in domum, non frequentare forum cum rusticis, nun mercātias acquirere, non cōmatres procurare, non ligonizare, non tabernas intrare, non discurrere, nisi necessitate compulsus. Sic enim facientes irreprehēsibiles sunt apud homines. Sic enim vasa domini digne portare poterunt. Sed si contrarium fuerit, quod dominus auertat, quomodo poterit auferre malum de medio ouium, si in dilecto similiter simili corruerit vel maiori? Non enim talis dispensator dicitur, sed potius dissipator. Aliud est enim dispensator, & aliud dominus. Dispensator enim seruus est. Non enim licet dispensatori percutere seruos, non occidere, non iracundiā portare, quia dominus eius humilis, benignus & misericors est. Non ergo licet dispensatori furiosum esse. Nihil enim fœtidius, nihil damnosius, nihil leuius, nihil turpius in pastore furiositate. Attendat igitur pastor, attendat & dispensator, quid legitur, Seruum dei non oportet
2. Tim. 2 rixari, sed humilem ad omnem esse, patientem, doctorem, in mansuetudine erudientem eos qui contra moueant. Discant ergo pastores si offenduntur, patientes esse, Et ut ego patientiam merear, oportet præsbyteros etiam non solum abstinere a rixis sed ab ebrietate cauere. Non enim licet clerico extra horam bibere, vel aliquid manducare, vel de domo in domum transire, & prandium vel cœnam ordinare. Attendite præsbyteri mei, attendite, & si veritatem dico nolite turbari. Nam valde despicitus clericus qui sepe uocatus ad prandium non recusat, etiam necessitate aliqua cōpulsus, Sæpe enim cœna vel prandio vbi magna existit multitudo, rixæ & æbrietates nascuntur, & ea quæ sunt opa carnis. Ideo summe cauere dēt clericus ne extra domū suā uel ēpi prādere audeat vel in eadē ēt audeat secularib⁹ ꝓparare. Quid enim aliud hīe debemus nisi q⁹ turpis lucri appetitores nō simus? Omne enim lucrū remotū a presbyteris esse debet, Nam non seculi sed eorum quæ dei sunt negociatores sumus, seculares ad nos uenire non possunt, nūquid vel intelligere? Absit. Sermonem nostrum audire voluistis, & dimisso dentium dolore uolui habere uos, non ut bonos uos esse audiatis, sed ut ueritatem loquendo uestram miseriam intelligatis. Quid enim estis? Dicetis, Pastores sumus. Ego autem dico quod pastores estis, & verum est quod dicitis. Sed qui pastores vel quales dicēre non audeo, quia simul vobiscum mēdax. Omnes peccatores sumus, omnes in peccatis nati, & concepti sumus, omnes in peccatis
Ioan. 10. viuimus. Expedit tamen vt verum dicam, quia episcopus sum, quia pastor sum, quia pro vobis animam ponere paratus sum. Tacere igitur non debeo, quia licet peccator sim, animam tamen pro vestra salute ponere iam decreui, iam me paraui, uerum etiam dicam, & omne quod uerum est a quocunq; dictum, a deo est, a patre & filio spiritu sancto est, dicere expedit non occultare. Nam si uerum tacerem, essem uobis
Roma. 8 similis in cunctis, quod nolo. Si ergo deus mecum quis contra me? Nunquid Fortunatus vel Arrius cum suis insidiis? Nā quia uerū eis dixi, ideo in eremo insidias mihi posuerunt, volentes me comprehendere & occidere, & tamen deus me liberauit. Libenter tamen suscepissem martyrium, & etiam pro veritate mori semper paratus sum. Audite ergo rebelles, audite lupi rapaces, audite uos derisores. Veniat etiam ille sanctus Ezechiel qui portā clausam uiderat in domo domini, surgat & vobis aperiat uisionem quā vidit & palpauit. Dic dico sanctæ Ezechiel, dic presbyteris meis.
Ezec. 34 Ait sibi dominus, Fili hominis propheta de pastoribus Israel, dicq; ad eos, Væ pastoribus qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis & lanis operiabamini, qđ crassum erat occidebatis, gregē aūt meū nō pascebatis. Qđ infirmū erat nō consolidastis, & qđ ægrotum erat no sanastis. Qđ cōfractū est nō alligastis, & qđ abiectū est non reduxistis, & quod perierat nō quæsistis, 295
sed cū austeritate imperabitis eis & cū potentia. Et dispersę sunt oues meę. Sed ego super pastores, requiram gregem meum de manu eorum. Ecce quomodo de uobis quęritur dominus, quia nō estis pastores sed lupi rapaces, quia omne quasi quę faci

tis propter lucrum facitis. Non solum quę Ecclesiarū sunt quæritis, sed & quæ mundanorum. Ecce enim discutiamus mentem, perquiramus veritatem. Nunquid missam cantare, nunquid baptizare, nunquid mortuum sepelire sine pretio vel promissione dignamini? Nunquid non citius mortem diuitum, quām corporis salutem desiderati videre? Ecce quomodo lupi estis, ecce quomodo omni simonia infecti estis. O sacerdotes quid agimus, quid sumus, cur tantum dormimus? Ecce latro semel furatur, semel fœnus proximi tollit vel rapit, sed si capitur blasphematur, verberatur, furtum imponitur, & tanquam latro iudicatur ad mortem. O sacerdotes mei, si fœnus in laico crimen iudicatur, si propter hoc mori debet & condemnatur ad mortem, quid de vobis erit in die nouissimo? Quid de nobis faceret mundus, si super nos potestatem haberet Quapropter tenete iustitiam, nolite lucrum facere, sed ha- 1. Tim. 6.
bentes victum & vestitum contenti per omnia esse debetis, Sed qui celebrat vel prædicat vel baptizat, vt inde lucrum acquirat, bonis cœlestibus de facto se priuat. Ecce enim Romani principes quantum necesse eis fuerat de diuitiis suis tantum recipiebant, aliud quoque pauperibus erogabant, iustitiam mirabilem conseruabant in cunctis, propter quæ & alia bona quæ faciebant & obseruari volebant, meruerūt magnifico imperio sublimari, & timeri a cunctis in orbe. Ecce enim Pagani erant, stultissimum putabant pro deo colere crucifixum, & tamen deum suum timebant. Et nos qui nomen Christi in fronte portamus, quid aliud quām simoniam & latro-
295 M cinia quotidie procuramus? Ego etiam infidelis eram, & non solum a Carthaginensibus sed a Romanis acutissimus reputabar a cunctis. Copiosa turba circundabāt frequenter, & me transire videntes & audientes manum ori suo ponebant, ciuem Romanum tribunorum caput me fecerant, & vxorem Potiani filiā mihi æqualem parauerant. Audeo enim dicere, audeo hoc asserere in nullo me mutatum fuisse, omnia contemnens, cunctæ quę promiserant spernens, diuitias abhorrens, ciuitatem caute relinquens, fugiens Mediolanum, vxorem non quærens, cogitans nihil pelius habere quām consortium mulierum & societatem. Hęc omnia seruus inquitatum mearum facere nolebam, qui tamen nunc seruus Christi ea quæ diximus & maiora tentor habere frequenter. Nos autem fratres qui in pugna semper sumus, licet tentemur ad mundum redire, vxorari, negociari, delicate viuere, cathedram etiam ascendere, caueamus ne cum mundo damnemur. Vos enim estis di Psal. 81
excelsi, in quorum synagoga deus deorum stare desiderat. Vos estis eius uicarii, quia vicem eius geritis. Vus estis filii excelsi omnes, quibus datur potestas ligandi Mat. 18.
atque soluendi, aperiendi etiam cœlum & infernum claudendi. Eia ergo sacerdotes
296 A dei excelsi, aperite aures cordis vestri. Quiescite iam agere peruerse, discite benefacere, pascite oues verbo & exemplo, nolite eis cœlum claudere. Claudetis dum Esai. 1.
non corrigitis, clauditis dum male viuere ostenditis. Oculus sitis cæco, & pes claudo. Tunc enim oculus estis cæco, cum eis tenebras effugatis ignorantiæ. Et pes estis claudo, quando viam veritatis demonstratis, vel quando fidem eorum roboratis. Sed si fidem vestram pro vobis roborare nescitis, quomodo aliorum fidem roborare poteritis? Et ideo attendite nec turbemini si veritatem dico vobis. Scio
Ioan. 8. enim & bene scio quòd vobis amara est veritas. Quare nisi quia si veritatem dico non creditis mihi & in melius etiam non mutamini? Amara ergo est veritas, & qui eam amant vel prædicant, sæpe replentur amaritudine & dolore. Tacere tamen nō audeo, nec vobis placere intendo, quia si hominibus malis placerem, seruus dei Galat. 1
non essem. Vultis vt placeam, desideratis vt diligam, tamen non vultis vt corrigam. Obsecro tamen vos vt vitam emendetis, conculcantes auaritiam, despicientes luxuriam, vitantes superbiam. Simoniam odientes, pauperes amantes, pompas, huius seculi renuentes, & pro nobis intercedentes, sine intermissione orantes, ut & ego vna vobiscum vasa domini digne per gratiam merear portare. Et si quis de me murmurauerit, sciat quod de patre episcopo murmurauerit, parcatur illi &
299 B oretur pro eo.

Quòd sacerdotes se debeant exhibere sicut dei ministros, & cauere nè dona sancti spiritus vendere procurent. Patientiam quoque & castitatem seruare, ac de fornicationis detestatione:

Sermo XXXVII.

FRatres charissimi, sicut actuum Apostolorum narrat historia, apostatante Iuda a consortio Apostolorum, diuina prouidentia adstructuram Ecclesiæ prouidens fundamenta quę secundum Ioannem sunt duodecim nomina Apostolorum, beatum Matthiam vocauit ad apostolatum. Et sicut suscepit Matthias principatum & surrexit loco Iudæ: sic etiam nos suscepimus pricipatum in Ecclesia dei, & per gratiam suam suos ministros facere voluit, & in palatio suo nos constituit, & elegit vt essemus gens sancta, populus dei, sal terræ, lux mundi, & angelici homines absque peccato. Ministri enim dei sumus & serui. Serui enim dicuntur non qui ad oculum seruiunt, sed qui voluntati domini in omnibus fideliter obediunt, & tunc in tantam familiaritatem domini mouentur ꝙ non amplius serui sed amici vocantur. Ideo tota mente nos exhibeamus in multa tribulatione, in scientia, in charitate non ficta, in vigiliis, in carceribus & plagis, in verbo veritatis. Et sic nihil habentes, omnia Christum possidendo simus possidentes. Hæc est enim beatorum vita, hæc est sacerdotum salus. Hęc est seruorum dei requies. Hæc est amicorum eius voluntas. Hæc est enim sanctificatio nostra, vt in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia, in tribulatione, in necessitate, in castitate, in abstinentia, in scientia, in suauitate, in charitate non ficta, in verbo veritatis, nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum, Christi enim serui sumus. Tunc Christianorum ministerium vituperatur, seruitus nostra despicitur, quando ea quæ Christi sunt despicimus, & opere adimplere negligimus. Sed væ nobis fratres mei væ nobis, quia falsum nomen Christi portamus, falsum nomen dei gerimus, quia opere non adimplemus quod adimplere debemus. Discutiamus sacerdotes mentem nostram, & sciamus si serui Christi simus. Sciamus enim quid facere debeamus ne serui inutiles simus. Quid enim? Certe nihil aliud nisi ꝙ exhibeamus nosmetipsos sicut dei ministros in multa patientia. Sed væ nobis quia nullam patiẽtiam habere videmur. Nam pauperes esse debemus, quia membra Christi sumus & ministri dei, Sed si paupertas aggreditur, vel aliqua corporis necessitate turbamur & affligimur, dona sanctiꝰ spiritus vendere procuramus. O sacerdotes mei nolite hoc malum facere, sed mementote quod gratis accepistis, & ideo gratis reddite, ne cum Simone mago damnemini, cui dixit Petrus, Pecunia tua tecum sit in perditionem. Qui etiam pretium recit de sacramentis, Giezita est & plenus lepra. Nam cum Heliszæus mundasset Naaman principem Siriæ in Iordane a lepra, rediens Naaman obtulit Prophetæ multa munera, sed ille noluit recipere. Qui cum recessisset, locutus est ei Giezi discipulus Prophetę, petens a principe Syriæ munera. Quibus acceptis propheta omnia per spiritum nouit, & videns eum redarguit percutiens eum lepra. Sic etiam percutiuntur omnes qui pro sacramentis pecuniam petunt. Sed dicetis, Nunquid non scriptura dicit, Qui altari seruit de altari viuat? O sacerdotes hoc quod dicitis omnino negare non audeo, sed sciatis ꝙ deus intuetur corda hominum. Nam si sacramentum dare distuleris, etiam si fueris omni paupertate vallatus nõ pastor es, non minister Christi es, sed mercator. Non igitur petas, non etiam tantum ꝓ baptismo recipias si cum Simone perire non velis. Nam facto pacto, sacramentum vendidisti, & saluatorem tuum prodidisti cum Iuda. Spontanea & syncera voluntate porrige sacramenta, nihil petendo, nihil expectando, nihil de promisso desiderando, sed si tibi datur iuste recipis, iuste possidere potes. Memento tamen quòd pauperem vitam sacerdos gerere debet, & ideo si superbiam habet, si magno beneficio gaudet prꝫter victum & vestitum, quod supereſt pauperibus dare non differat, quia omnia pauperum sunt. Verbum autem illud quod negare non debet fidelis, Qui altari seruit de altari viuat, verum omnino est, quia non licet sacerdotibus manibus operacri, ligonizare, ferrum fabricare, & similia. Hoc autem propter reuerentiam & tanti sacramenti dignitatem. Illud autem magis ad seculares ꝙ ad sacerdotes pertinet, ne ipsi sacerdotes dei fame pereant vel nuditate, ideo dignum est vt qui altari seruit de altari viuat. Similiter fratres qui sacramentum emit, vel Ecclesiam vel pbendas, vel Ecclesiarum introitus, vel seculari potentia hoc pro se procurauit, sciat ꝙ cum Giezi & Iuda iam damnatus est, iam leprosus factus est, iam de templo domini expellendus est. Quare sic? Quia qui non intrat per ostium in ouile sed ascendit aliunde, fur est & latro. Ideo reprehendendus est, quia ementes & vendentes dominus eiicit de templo: repellendus est, quia leprosi eiici iubentur. Non intrat per ostium ad Ecclesiam, qui per laicalem portã intrat. Non enim laicis spiritalia dona tradita sunt sed domini vicariis. Vicarii domini sunt, qui vicem Apostolorum tenẽnt. Castella autẽ & villas suas laici dispensent, bona autem Hipponensis Ecclesiæ vigilanter attendant ne tangant. Diuites enim raro vel nunquam pauperibus sacerdotibus præbendas procurant, & si procurant non dei amore procurant, sed vt cum vxore & familia de bonis Ecclesiæ gaudere valeant. Et ideo sciat sacerdos qui timore vel amore defraudari a diuite se permittit, ꝙ impunitus non remanebit, & si non in præsenti saltem in futuro igne æterno non carebit. Redeamus igitur ad propositum fratres, & sciamus quomodo poterimus nos exhibere sicut dei ministros. Cupitis enim scire. Ecce si persecutiones veniunt, non deficiamus, sed patientiam habeamus. Si necessitas paupertatis contingat, non desperemus sed in domino confidamus. Si blasphemamur, non respondeamus sed parcamus. Si colaphis vel alapis cædimur, aliam paratem parare non differamus. Si verbo vel murmure percutitur, taceamus. Si occidimur, gaudenter ad mortem pergamus. Qua? Quia nõ est seruus maior domino suo. Si enim me persecuti sunt, & vos persequentur, ait dominus. Ita enim patientia ornari debemus, si ministri Christi esse optamus. Sed quid aliud, nisi ꝙ in castitate nosmetipsos exhibere debemus? Hęc est illa virtus sine qua quis est factus omnium reus. Hæc est illa virtus quæ nos deo commendat, quæ nos angelos facit, quæ nos super æthera volando conducit. Hęc est illa virtus sine qua vala domini ferre non possumus. Hæc est illa sancta virtus, quam astringere non docet Apostolus, Fornicatio & omnis immunditia non nominetur in vobis, ne mens vestra colloquiis malis posit corrumpi, Ideo fratres attendite, quòd non solum a vobis remouenda est fornicatio, sed etiam omnis suspicio falsa. Non decet clericum cum mulieribus sedere vel fabulari vel domum eius frequentare, ne suspicio mala inde progrediatur. O q̃ vilis, o quam miser & pusillanimis reputatur clericus, qui frequenter cum mulieribus conuersatur. Insipiens ualde est & inexpertus, qui amicitias mulierum procurat. Et ideo vos qui estis lux mundi & ciuitas in monte situata, sic famam vestram custodire debetis, vt non erubescant de detractoribus laudatores. Attendite etiam fratres, attendite quod dicit Apostolus, Fornicatio & immunditia. Fornicatio enim est naturalis mulierum concubitus, sed illicitus. Fornicatio est cum meretrice agere. Mulier siue adultera siue concubina meretrix vocatur. Fornicatio enim ideo cleris interdicitur, quia cum simus ministri domini, membra meretricis non efficiamur. O quàm turpe est clericum a meretrice duci captiuum. Qui enim adhæret meretrici, vnum corpus efficitur. Et ideo scire debemus quòd malum est fornicari. Nam si coniugium sacerdotibus prohibetur, quantomagis crimen fornicationis in nobis æstimabitur. Ecce enim fratres, laicis coniugatis ad tempus abstinere præcipitur vt vacent orationi, & sacerdotes quos corpus domini consecrare omni die oportet, concubinas in domo tenere non erubescunt? Ecce quomodo vasa vestra possidere in sanctificatione sciatis. Scitis enim fratres ꝙ die quadã Dauid venit ad Achimelech sacerdotem, & ait Dauid esuriens, Da mihi aliquid cibi. Et respondit, Non habeo panes laicales ad manus, sed tantum panem sanctum, & ideo dic mihi o Dauid, sunt mundi pueri tui a mulieribus, & ait, Sũt ab heri & nudiustertius. Et sic dedit sacerdos eis sanctificatum panem. Si ergo interrogauit sacerdos, vtrum serui Dauid mundi essent propter panes propositionis accipiendos, quid facere nos debemus miseri sacerdotes propter corpus domini accipiẽdum? O fratres mei, sic & sacerdos Paganorum dum offerre debent diis suis incẽsa, ab omni malo vt possunt abstinẽt. Ego ego iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Aethopiam perrexi ut eis sanctum Christi Euangelium prædicarẽ, & uidimus ibi multos homines ac mulieres capita nõ habentes, sed oculos grossos fixos in pecto-

Actor. 1.
Ephes. 3.
Ioan. 15.
2. Cor. 6.
Luc. 17.
Mat. 10.
Actor. 8
4. Reg. 5.
1. Cor. 9.
Actor. 8.
Matth. 26.
Ioan. 10.
Matth. 21.
Num. 5.
2. Cor. 5.
Matth. 15.
Ioan. 15.
Iacobi. 2
Ephes. 5
Mat. 5.
Ephes. 5
1. Cor. 6.
1. Thes. 4
Exo. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rē,cætera membra æqualia nobis habentes: inter quos sacerdotes eorum vidimus
vxoratos,tantæ tamen abstinentię erant,quod licet vxores sacerdotes omnes habe-
rent,nunquam tamen nisi semel in anno eas tangere volebant, qua die ab omni sa- 296
crificio abstinebant. Vidimus & in inferioribus partibus Aethiopię homines vnum D
oculum tantum in fronte habentes, quorum sacerdotes a conuersationibus homi-
num fugiebant,ab omni libidine carnis se abstinebant, & in septimana in qua diis
suis offerre debebant, ab omni labe carnis abstinebant se, nihil sumebant nisi me-
tretam aquę per diem,& sic contenti manentes digne sacrificium diis suis offerebāt,
O grandis Christianorum miseria. Ecce Pagani doctores fidelium facti sunt,& pec
catores & meretrices præcesserunt fideles in regno dei. Non ergo sic fratres,non sic,
dominum non tantum diligamus ore,sed opere & veritate. Tunc veri eius ministri
erimus,si sobrię,& iuste,si caste vixerimus,Qui est benedictus in secula, Amen.

De sacræ scripturæ ingentibus præconiis cum exhortatione ad diligentem ipsius lectionem. Sermo XXXVIII.

1.Reg. 21. SCriptum est fratres charissimi ꝙ Moyses posuit in tabernaculo labrum æneum
in quo lauarentur Aaron & filii eius cum ingrederentur sancta sanctorum. Ideo 296
Rom. 15 attendire quia quicquid sub lege antiqua in templo dei efficiebatur,aliquid futurū E
præsignabat,quod in Ecclesia nostra sub figura tenebatur,sicut ait Apostolus,Quę
cunq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Non enim sancti patres curas
sent tot & tanta scriptis memoriæ commendare,nisi vt alios legentes,alios per exem
pla ædificarent. Legite ergo fratres mei scripturam sacram, legite eam ne cæci sitis
Matt. 15 & duces cæcorum. Legite sacram scripturam in qua quid tenendum, & quid fugien-
dum sit,plene inuenietis. Legite eam quia omni melle dulcior,omni pane suauior,
omni vino hilarior inuenitur. Apprehendite eam & inuenietis quomodo deus deo-
rum sit longitudo propter æternitatem, quomodo sit latitudo propter charitatem,
quomodo sit sublitas,pter maiestatem,quomodo sit profundum,ppter sapientię im
mensitatem. Quærite scripturam sacram & inuenietis quomodo iste deus deorum
natus de Maria virgine & homo factus nos amat vt charitas,quomodo nouit vt ve-
ritas,quomodo sedet ut æquitas,quomodo dominatur ut maiestas. Legite scriptu-
ram sacram & inuenietis quomodo Nazarenus ille Iesus regit vt principium,quo-
modo tenetur ut salus, quomodo operatur ut uirtus, quomodo reuelatur ut lux,
quomodo assistit ut pietas. Et ideo o fratres mei quandiu in hac infirma & vana vi- 296
Psal. 31 ta fuerimus,hanc sapientiam discere & sapere tota mente curemus. Quid enim ho- F
mo sine literis reputatur? Quid enim est? Nunquid non pecus vel hædus? Nunquid
non bos vel asinus? Nunquid non equus vel mulus,quibus non est intellectus? Eia
igitur fratres mei qui pastores rationalium ouium nuncupamini, festinate rapere
non sophismata paganorum,non carmina poetarum,non fallacias philosophorum,
de quibus doctores & auditores reddituri sunt rationem,sed illam dulcissimam sa-
pientiam sapientiarum,quæ hęreditas dei & filiorum eius chara possessio nuncupa
tur. Hæc est doctrina super omnia diligenda,quam prophetæ prędixerunt,quam pa
triarchæ diuinitus hauserunt,quam dei filius postquam in terris visus & cum homi
Baruch. 3. nibus conuersatus est aperuit & declarauit, & quid tenendum & quid uitandum est
apertissime demonstrauit,& per suos Apostolos nos ipsam docēdo illuminauit. Hæc
est quæ nos docet amare cœlestia & terrena despicere. Hæc est mater fidelium quæ
quotidie docet nos quomodo credamus deum esse omnipotentem,quomodo ipsum
videbimus in sede maiestatis venientē,quomodo bonis bona & malis mala tribuen
tem videbimus. Hæc est lucerna pedum nostrorum & via salutis nostræ,in qua in-
struimur quomodo primo deum super omnia diligamus,quomodo animam nostrā 297
postmodum sicut quid propinquius,quomodo postmodum animam proximi,quo- A
modo postmodum corpus proprium, quomodo postmodum proximi velut nostrū
diligamus. Iste est enim perfectus modus, deum nos & proximum diligendi. Hæc
est illa sacra sapientia quæ ex ore altissimi prodiit,philosophis, sophisticis, astrolo-
gis,curiosis ac dialecticis abscondita, sed grossis & rudibus piscatoribus reuelata.

Nunquid non & hodie etiam solum paruulis rēuelatur? Hæc est omnium sapientia-
rum & doctrinarum magistra & domina, quę etiam nos docet exterius blandos,
& interius fraudulentos cognoscere. Hæc est scientia scientiarum, angelorum
ferculum,archangelorum pulmentum, Apostolorum gloria, patriarcharum fidu-
197 cia,prophetarum spes, martyrum corona, virginum fortitudo, monachorum re-
B fectio,episcoporum uocatio,sacerdotum cellarium,puerorum principium, viduarū
doctrina,coniugatorum pulcritudo,mortuorum resurrectio, iuuentium sempiter-
na protectio. Hæc est per quam fide ornamur, spe confirmamur & charitate robora- Prou. 9.
mur. Hæc est quam qui inuenerit inueniet uitam & hauriet salutem à domino. Hæc Exod. 30.
est labrum vel peluis quam Moyses posuit in tabernaculo,in quo lauarentur Aaron
& filii eius cum ingrederentur sancta sanctorum. Sed dices. Quid per magnum sacer
dotem Aaron intelligere debemus? Dico.n. uobis fratres,ꝙ per Aaron summum sa-
cerdotem intelligere debemus,& per filios eius alios sacerdotes minores: per labrum
æneum legem domini intelligo,in qua omnes tam magni sacerdotes quam parui stu
dere debēt & legendo & docendo & opere adimplendo: per munditiam corporis,com
punctionem intelligamus,qua mundari debemus, vt ad sancta sanctorū. i. ad secre-
ta dei & sanctarum scripturarum penetranda per purificationem digni inueniamur.
Et ideo fratres mei attendite & considerate ꝙ uas paratum habemus in quo oportet
mentis fœditatem abluere,& munditiam mentis in eo præparare. Ecce.n lex sancta
& scriptura imaculata parata est,vt virtutibus decoremus. Sed uæ nobis,quia debe-
mus esse exemplum correctionis,& ecce iam sumus exēplum erroris. Vnde hoc, nisi
197 quia cæci sumus & idiotæ ignorantes legem, & eam legere fastidimur, & tamen ca-
C thedram tenere & animarum curam gerere quotidie procuramus? Quid ergo mirū
si cadit sacerdos? Quid mirū si non subleuat delinquentes? Quid mirum si dux cæ- Matth. 15.
corum est? Ecce legem domini conculcauit,despexit eam ut mortem. Sed quid dile-
xit,quid procurauit,quid toto affectu concupiuit? Vxorem uel concubinam caute te
nere,equos velut miles in stabulo possidere,canes pro uenatione nutrire, accipitres
tēn uelut custodire,&equus & mulus quibus non est intellectus cupit honorari in cœ
nis,& ab omnibus uocari Rabbi. Ecce quō cadit sacerdos,ecce quō uiuit. Sed & si ca- Psal. 31.
dit qui sibi columna uidebatur in tēplo,quantomagis populus pibit. Si deus in ange
lis suis reperit paruitatē,quāto magis in his qui habitāt domos luteas & qui terrenū Matth. 23.
hñt fundamētū? Discite ergo legē sacerdotes,ne surdo maledicatis. Tunc surdo male Iob. 4.
dicitis,qñ consilium pp ignorantiam dare nescitis. Tunc cæco offendiculum ponitis,
qñ,falsa pro ueris ostenditis. Itaque fratres nolite iam pigrescere, sed legite scriptu-
197 rā. Discite eā filioli, sæpe eā legite, quia lenior oleo,sublimior auro,argento purior.
D Hæc est q̄ præcipue in deū prouocat,& deū diligere inuitat,corpa illuminat, linguā
purificat,conscīam probat aiam sanctificat,fidem confortat,diabolum reiicit, pecca
tum spernit,animas frigidas calefacit,lumen scīæ ostendit, tenebras ignorantiæ ex-
pellit,tristitiam seculi extinguit,lætitiam spirituſſancti accendit,sitienti potum tri-
buit. Hæc est scriptura sancta,lex nostra imaculata,q̄ de insipientibus sapiētes facit,
primos de nouissimis ponit,magnos de minimis efficit,nobiles de ignobilibus com
mutat,naturā frænat,prohibet leuitatem,temperat dolorem,confert spem, coronat
senem docet iuuenem, mitigat dedignantes instruit errantes, sanat ægros, roborat
infirmos,brutos facit sensatos, mentis stabilitatē donat excitat somnolentos, otio-
sos increpat,pigros incitat,credētibus gratiam dat, reges humiliat,humiles exaltat,
rectas uias indicat,eleemosynam īperat. Hæc est scientia scīarum quæ sapiam dat,
gloriam exaltat,honorem multiplicat,humilitatem,charitatem,lenitatem,obedien-
tiam & mansuetudinem docet, & intellectus bonus est oībus benefacientibus & dili
gentibus deum. Hæc est quæ abstinentiam,castitatem, largitatem & uoluntariā pau
pertatem cōseruat. Postremo doctrinam omnibus, fœlicitatem,suauitatem, gaudia,
197 stabilitatem cordis,sobrietatem corporis conpunctionem mentis,ueram humilitatē
E donat,charitatem fraternam implet,& timorem domini accendit. Quamobrem fra- Matt. 5.
tres mei qui hanc sapientiam diligenter diligit,& diligenter legem implet,maximus
uocabitur in regno cœlorum,& principatum Ecclesiæ possidebit, & præmia & mu-
nera copiosa recipiet in die nouissimo, Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De vita solitaria & contemplatiua, Sermo XXXIX.

Ephes. 1. 1.Pet.2. PAx vobis fratres & charitas cum fide vobis non deficiat. Pax vobis fratres quoniam electi estis ante mundi constitutionem in hac vasta solitudine, vt sitis cum Elia, Paulo, Hilarione, Antonio & Ioanne sancti & immaculati in conspectu dei. Pax vobis quoniam non estis genus abiectum sed electũ, non venale sed regale sacerdotium, non gens obstinata sed sancta, non populus perditionis sed acquisitionis. Pax vobis qui non conuersationem hominum sed angelorum in syluis & nemoribus adamatis. Pax vobis & vera Apostolorum charitas, tanquàm nihil habentes & omnia possidentes. Pax vobis fratres mei & filii mei dilectissimi, in Christo parturio in visceribus charitatis. Pax vobis, illa, inquam, Christi, quæ exuperat omnem sensum, custodiat vt optamus corda nostra & intelligentias nostras. Pax vobis fratres qui seculum calcastis, mundum despexistis, non laudem mundi vsque nunc adamastis, risum hominum fugistis. vt sanctis agminibus & angelicis colloquiis vacare possitis. Pax vobis quos in filios & fratres elegi, vt consortes & participes vos habeam in tentationibus meis. Ad hanc autem vitam iuxta apostolicam viuere volentes non me elegistis, sed ego elegi vos. Segregaui vos a seculo isto maligno & eduxi vos per singula eremi loca, per speluncas & cellas, vt velut apostoli ipsi modico contenti pabulo demoretis. Stemus ergo hic fratres in bello pugnantes quotidie cum antiquo serpente. Stemus fortes in bello restringentes & precingentes lumbos nostros, tenentesq; lucernas ardentes charitatis, iustitiæ, pacis & tranquillitatis. Ad hæc enim non me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos in vineam pœnitentiæ, quam quicunque dissipare præsumpserit, mordebit eum teterrimus inferni coluber. Hæc est vinea illa fertilis quam plantaui anno ætatis meæ tricesimotertio, velut seruus dei Noe, quam cupimus tota mente deo duce sanctis exẽplis & sanctorum documentis ornare, & ornatam taliter custodire, vt a nemine trãseuntium possit vindemiari, nec aper de sylua possit eam exterminare, nec alieni possint diripere labores eius & fructus. Hæc est illa vinea quam plantaui velut paterfamilias, quam sæpe paupertatis, charitatis, obedientiæ & castitatis, vt a Simpliciano charissimo viro didici, circũdedi, ad quam velut paterfamilias exiens primo mane, vos conduxi in operarios, ut afferatis fructus quinquagesimum, sexagesimũ & centesimum secundum abundantiam gloriæ plenitudinis Christi. Hæc est illa religio immaculata, cuius sanctitas per totum orbem terrarum diuulgatur, quorum conuersatio a cunctis miratur, quorum vita non solum a Christianis, sed a Iudæis & paganis potius angelica quàm humana reputatur. Hæc est illa amœnissima paradisus, quam deus a principio plantauerat, in qua posuit per gratiam & donum meritis matris meę hominem vt operaretur virtutem patientiæ, eruditionem doctrinæ, corporis castitatem, assiduitatem precum, confessionem delictorum, abundantiam lachrymarum. Hæc est illa paradisus de qua exeunt flumina sapientiæ & veritatis, continentiæ & castitatis, in quàm deus delectatur sicut in omnibus diuitiis. Hæc est illa norma apostolica, virga directionis & æquitatis, quæ tempore apostolicæ prædicationis sumpsit exordium, quorum, anima vna & cor vnum erat in domino, nec quicquam eorum quæ possidebant aliquid suum esse dicebant, sed omnia erant communia, & distribuebantur singulis prout cuique opus erat. Nunquid nõ & nos fratres mei sic vsque ad mortem viuere promisimus? Hęc est ergo religio apostolica, & a mundo corde & corpore segregata, quæ percutit duces Moab, interficit satrapas & tyrannos Hierusalem & Aegyptiorum hypocritas vulnerauit ad mortẽ. Hæc est vinea serui dei Noe, in medio paradisi situata, Christi sanguine redempta & irrigata, quam Sarabaitarum princeps, hęreticorum pastores velut aper de sylua tẽdestruere quęsiuerunt, Cuius sepẽ comburere, cuius gyrum lapideum supplantare, cuius fructus vites & flores incidere, cuius planiciem virtutum zizania seminare & replere quæsierunt, sed dei virtute circundata minime potuerunt. Ad hanc autem vineam fratres mei uos conduxi, & operarios uos feci meos, ut laborantes usque ad finem, dignum fructum recipiatis in tempore suo. Ad hanc non me elegistis, ut supradiximus

Mat.20. & 13. Gene.1. Philip.2. Act.2.&4. Ioan. 15. Luc.12. Ioan.15 Eccl.10. Psal.79. Acto.4.

pradiximus fratres, sed ego elegi uos: sed post annum factus sum Episcopus, non tamen uos relinquens. Sed compulsus inter gentes habitare, monasterium presbyterorum & clericorum ordinaui, intra domum Episcopi, ut communiter cum eis uiuerem sicut & vobiscum antea uixeramus. Non igitur me elegistis, sed ego elegi uos. A quo fratres mei maxime hoc dictum sit & scitis, à domino dictum est, & discipulis domini dictum est: ueruntamen non tantum illis, sed etiam nobis dictum est, quos vocauit in partem solicitudinis & glorię eorum. Scut dignatus est uocare per gratiã, & participes nos fecit exhortationis, sic & uos. delicatus est. n. qui uult uti parte, & ad ministrationem partis dissimulat ex rata: merito se priuat honore, qui honorem affectat sine onere. Vobis ergo qui pastores estis tantum animarum vestrarum loquitur pastor bonus, qui tertia die ut audistis animam suam posuit pro ouibus suis dicens, Non me elegistis, sed ego elegi uos, non istam tantũ desertam habitationem deferendo, sed de uirtute in uirtutem procedendo fructum afferentes, ut fructus uester maneat. In his quatuor fratres mei attendere debemus scilicet dignitatem officiũ, cautelam & constantiam. Dignitatem, quia dicit, elegi uos. Officium, ut eatis. Cautelã, ut fructum afferatis. Constantiam, quia fructus uester maneat. Est ergo dignitas in electione, officium in fatigatione, cautela in fructificatione, & cõstantia etiam in fructificatione. Magnum est enim quod elegit qui non fallitur dum elegit. Mains est qd dei est opus ad quod elegit. Sed maximum quod inter electos præelegit. Est enim sensus talis, Non uos me elegistis, sed egistis, sed ego omni modo eligendi elegi uos. Sũt enim tres modi eligendi, electio, sublectio, & præelectio. Electio est quando de multitudine bonorum & malorum eligitur bonum, sicut de torculari oleum separatur. Subelectio est quando de bonis electis eliguntur meliores. Postea quando de melioribus optimi eliguntur, præelectio est. In hunc ordinẽ electus est Aaron & filii eius, vt sacerdotio fungerentur coram domino. Primo enim dominus ex omni natione quæ sub cœlo erat, Israel elegit in populum peculiarem sibi. De his autem subelegit filios leui, qui tanquam ministri spiritales in tabernaculo domini ritu perpetuo deseruirent, De quibus etiam præelegit filios Aaron in sacerdotes, qui precibus & obla-tionibus suis indignationem domini in populum placarent. Ad hunc sane modum elegit nos. Subelegit cum in sortem sanctorum uocauit nos & in ordinẽ clericatus. Sed cum in statum eremitarum promouit nos, cum per aquã baptismatis lauit nos, & in dispensatione familię suæ dispensatores suorum ministeriorum, præelegit nos. Magnum est enim fratres q̃ elegit nos, maius est q̃ subelegit sed maximum q̃ præelegit. Vere ergo elegit nos & præelegit nos dominus in hæreditatem sibi. Nam ad elegendum uocationem manuum nostrarum, regum capita inclinantur, munera offerunt, etiam patres nos profitentur, expectantes nos esse cum Elia & paulo eremita & interfessores apud deum. Væ tamen in eremo habitantibus, si inter malos pisces foras in die nouissimo proiicientur. Væ pastoribus ouium, si inter hędos numerandi sunt. Quid ulterius fratres dicatur audite, posui uos ut eatis. Nam quatuor sunt homnium positiones, accubitus, sessio, statio & ambulatio. Omnis enim hoc sic est in loco positus, quod aut iacet, aut sedet, aut stat, aut ambulat. Hæc autem tantum inter se differunt in hunc modum. Nam cum homo iacet, omnes partes corporis quiescunt, Cum uero sedet, inferiores partes corporis quiescunt, quia sedere uidentur, sed superiores laborant. Cum aũt stat, totus laborat hó erigens se quia gñaliter põdere suo laborat. Cũ uero ambulat, aditur labori grauis ex motu fatigatio. Ad hũc modũ fratres quatuor sunt hoium gradus & status in Ecclesia dei. Fidelũ. n. alii boni, alii mali. Numerũ malorũ fratres non distinguimus, quoniam multiplicatus est super numerũ arenę maris. Boni vero sicut ordinem recipiunt, sic etiam & distinctionem. Sane bonorum aliqui sunt actiui, aliqui cõtemplatiui, aliqui utriusque prælati. Et sic unum malorum genus, & tria bonorum genera. mali autem sunt iacentes qui in mundo quiescunt, tales totam spem & fiduciam ponunt in numero diuitiarum, quorum deuenter est. Tales in lecto iacentes loquuntur animæ suæ & sępe dicunt, O anima mea habes multa bona reposita, epulare, & bibe, opprime pauperes, despice vicinos, renue natos, dilata te, extende alas, ascende super sydera, non sit pratũ quod luxuria tua non pertranseat, dic animæ tuæ, castrum seruat qui seipsum ab omni ma-

Ioan.10 Ioan.15 Tres modi eligendi. Exod.28 Deu.14. Psal.121 Matth.13. Mat.25. Ioan.15. Quatuor homnium põnes. Quatuor hominum gradus iec clesia dei. Psal.39. Philip.3. Lucæ.12.

lo præseruat. O fratres tales prostrati iacent, nocte dormiunt, ebrii sunt, & ecce mox
Sapien. 2 eos iacentes & dormientes aggreditur mors, & sicut fauilla statim deficiunt. Tali-
1. Thess 5. bus autem quotidie clamabat Apostolus dum dicebat, Fratres scientes quia hora est 155
Roma. 13 iam nos de somno surgere. Inter bonos sunt boni coniugati, qui bene vtũtur licitis, M
1. Cor. 7 sed tales diuisi sunt, quia partim seruiunt deo & partim mundo. De quibus ait Apo-
Pro. 3. stolus, Honorant deum de substantia sua operibus misericordię intenti, tamen, soli-
citi sunt ultra modum de vxore, possessionibus, fratribus, filiis & cognatis. Et quia
isti partim delectantur in mundo, ideo sedere dicuntur, quia in superioribus labo-
Philip. 3 rãt & in infimis quiescunt. Sunt & alii contemplatiui, quorum ut diximus supra con
uersatio in cœlis est, de quorum numero uos esse dei gratia credo, & certus sum. Ta
les spẽ omnem in deo ponunt, opprobria, famem, nuditatem, præsuras amore Chri
Philip. 1. sti sustinere semper desideraut, quibus viuere mori est, & mori lucrum, clamantes
Roma. 7. cum Apostolo dicentes, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Tales sunt ve-
lut milites, & cœlorum ciues. Isti laborant super terram & quotidie ab angelis susteñ
tantur. Sunt & alii qui ambulant. Istis ambulare incumbit, non tantum ut & nos de
Psal. 83. virtute in virtutem, sed plus quam nos inter diuersa hominum genera ambulare, di
scurrere & examinare quid agatur. Isti sunt pastores & prælati, quibus incũbit nũc
exhortari, nunc increpare, nunc minari, nunc consolari, nunc docere, nunc prędicare, 198
nunc legere, nunc orare, quibusdam ridere, quibusdam flere, quibusdam applau-
Matth. 4. dere, quosdam fugere, quosdam mente & literis uisitare, quosdam pœnitentia intue- A
Marci. 16. ri. Tales sunt prælati vtique pastores, ambulantes uelut magister Iesus, qui ambu-
lans ixta mare Galilææ, vocauit discipulos & ait illis, Item in orbem vniuersum præ
dicate Euangelium omni creaturę rationali. Tales sunt omnes ecclesiarum Pastores
quibus á Christo dicitur, Ite quia periculosum est tantum stare pastoribus & medi-
cis animarum. Ite ergo quia pernicioſum est sedere, & peremptorium est iacere. Ite
Rom. 13. excitate iacẽtes, & dicite, Iã de somno surgite, quia diu dormistis. Clamate pastores
psal. 18. & pdicatores veritatis, & exaltate vocẽ vestrã, vt in oẽm terrã audiatur sonus uestræ
correctionis, increpationis, charitatis & sanctitatis uestræ. Nunqd non magister qua
Ioan. 11 triduanum mortuum uolens resuscitare, uoce magna clamauit? Vigilate ergo & exci
tate dormientes, & minas cum terroribus eis adhibete. Deinde ad sedentes trãsite, &
Psal. 136. exhortantes eos vt ad meliora proficiant, dicite, Super flumina Babylonis sedete &
flete dum recordamini Sion, porrigite manum pauperi, ne obliuioni detur dextera
uestra Frustra enim manus tendit ad deum, qui posse suo manus ad pauperes non
extendit. Si uero qui sedet, aliquando stare uoluerit, apponite manum & dicite, Sur 198
Psal. 126 gere postquam sederis, qui manducasti panem doloris. Stãtibus autem dicite quod B
Matth. 19. promissum est, Sedebitis uos sup sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel.
Istis autem necessaria est consolatio quia multum laborant. Dicendum ergo eis est,
Matth 5. Beati pauperes spiritu, quoniam uestrum est regnum cœlorum. Beati qui nunc fle-
Luc. 6 gitis, quia ridebitis. Beati qui nũc famescitis, quia saturabimini. Beati qui homines fu
Psal. 30. gitis, quia angelis sociabimini. Beati solitarii, quia cœlorum ciues efficiemini. Virili-
ter ergo agite fratres mei, & confortetur cor uestrum, & & expectare dominum quia
ueniet & non tardabit, Modicum erit & uidebieis remuneratorem militiæ uestræ,
Matth. 11. pro qua penurias & anxietates sustinuistis. Regnum enim cœlorum uim patitur, &
uiolenti multi possidebunt illud. Hic enim labor officii nostri. Iste enim mundus
fratres mei mari sæpe comparatur, per quod multiplex est transitus. Nam quidam
transeunt uado, quidam nauigio, quidam ponte, quidam submersi natant in fluctu-
Isti sunt illi quatuor status quos nominamus. Iacentes enim submerguntur, descen- 198
Exod. 15. dunt in profundum quasi lapis. Coniugati uado mare transeunt; & mediis fluctibus C
isti saluabuntur igne purgati. Contemplatiui aquam maris ponte transeunt, secu-
Exod, 14 riorem uiam eligentes, quibus mundus mortuus est. Isti sunt mundum despicien-
tes., qui sicco pede & uestigio mare magnum, vt experientia didicimus & oculata fi-
de probauimus, transeunt in fame & siti, nuditate & frigore in uigiliis multis & in
2. Cor. 11. laboribus plurimis. Vos autem fratres mei estis qui mecum permansistis in tenta-
Luc. 23. tionibus meis, & mare magnum potestate transimus. Nobis vere incumbit cæteris
subuenire, ne descendant in profundum quasi lapis. Subuenite uos omnes ora-

tionibus uestris, omnes ieiuniate, hoc mare magnum transeuntes, quia omnes in pe
riculo positi sunt, tam nauigãtes quam submergentes, & tam uado mare hoc tran-
seuntes in periculo sunt. Nunquid etiam & nos qui per pontem transimus? Nun-
quid non & pons aliquando cadit? Orandum est omnino fratres ue de potest
300 cadamus. Nam si de ponte caderemus, quod deus auertat, citius moreremur;
D quia de loco sublimiori caderemus. Porrigamus ergo manus de ponte ad sub mer- Psal. 68.
gentes ne moriantur, & laboremus ne etiam puteus inferni aperiatur & claudat su- Ephe. 5
per nos os suum. Nunc uero fratres de cautela audiamus, & audientes aduertatis, Mat. 13.
& videatis quomodo caute ambuletis. Caute autem ambulandum est, vt fructum
afferatis. Tres enim fructus dominus memorat in Euangelio, trigesimum, sexa-
gesimum, & centesimum. Centesimus est uirginum, trigesimus subditorum, se-
xagesimus prelatorum idest fructus duplicatus. Non enim prelato sufficit seipsum
immaculatum seruare, sed expedit vt bonos, quantum in se est, faciat uita & exem
plo relucere. Ad hoc enim significandum data est nobis tunica talaris, ut bene faciẽ- Gene. 37
tes & lucernas bonorum tenentes, perseueremus usque in diem uocationis nostræ, Luc. 12.
ne dicatur nobis, Hic homo cœdit ædificare, & non potuit consummare. Aduerte- Luc. 14.
re nanque debẽt canonici nostri & presbyteri, quod quanto præ aliis maior digni
tas in honore, tanto maior in reddenda ratione difficultas, quia quot graduum cul-
men ascendunt, tot rationum uinculis erunt alligati. Quis enim tot uinculis alliga
tur, quot sacerdos, bos uel asinus, latro uel leo captus? O sacerdos cum teipsum Psal. 38.
induis, primo amictu faucibus circundatis ligaris, albam postmodum ponis, sub-
cinctorio uel cingulo renes astringis, ac si tibi dicatur, astringe fauces ponendo cu-
stodiam ori tuo, astringe funiculum admisti potus, nec cor tuum mala meditetur:
stringe renes, crucifige carnem tuam abstinentia escę & potus quantum ualetudo
permittit. Hæc fratres mei dilectissimi facientes uiuetis, & bene eritis, & bene uo
bis erit. Veruntamen orate illum sine quo nihil potestis facere, vt sicut elegit vos Ioan. 15
300 de mundo & conduxit uos ad hanc singularem apostolicam uitam & societatem, sic
E uos iuuet ut edatis super mensam in regno patris sui. Pensate tamen fratres mei q
quandiu vixerimus, in periculo grandi positi sumus. Ideo de bonis suis nemo cõ
fidat, sed cogitet sicut dicit Apostolus, quod cum quis existimat se stare caueat ne
cadat. Nunquid fratres mei non Lucifer sic decoratus cecidit? Nunquid non etiam 1. Cor, 10.
Petrus? Aut qui inter discipulos Christo familiarior Iudas, & quia de se confiden
do, nec in bonon perseuerando permansit, cecidit & crepuit & mortuus est. Rogate
igitur fratres illum sine cuius uoluntate folium arboris non mouetur, vt vsque in
finem taliter uos in hac solitudine regat, & dirigat, vt eatis & fructum afferatis, & fru
ctus vester maneat, Amen. Non turbemini fratres dilectissimi si compello uos vi- Ioan. 15.
num bibere, & panem tritici cum betis butyro mistis simul comedere. Nam hodier Luc. 15.
na die credimus filium hominis resurrexisse a mortuis, ideo gaudere & epulari opor
tet, quia frater noster, mortuus fuerat & reuixit, & perierat & inuentus est. Ad men
sam ergo accedẽtes cum gaudio epulemini, quoniam ego sum Iacob pater vester.

De obseruantia clericorum. Sermo. XL.

Gene. 22 AVdistis in mensa fratres charissimi, qualiter dominus præcepit seruo suo Abra-
hæ, ut tolleret filium suum, quem super cuncta terrena diligebat Isaac, & offer-
Matth. 27. ret eum super unum montium quẽ monstrauerit sibi dñs, quem dicunt nonnulli illũ
esse montem caluariæ, in quo crucifixus fuit ille deus & hõ. Series historiæ nup sim
300 Hebr. 4 pliciter intellecta, primo ædificat obedientiæ filios, Fidelis. n. sermo uiuus & efficax,
F & penetrabilior oi gladio ancipiti. Sed de mõ & uirtute obediẽtiæ aliqd uobis nũc di Obedien-
cẽdũ est. Nã sicut obediẽdũ est libẽter, sic hilariter, sic & uelociter. Obediẽtia. n. sine tia vero q

Universidad de Deusto
Biblioteca

mora esse debet. Non placet deo morosa & disceptatrix obedientia, quæ quidem cum præcipitur quærit cur, quare, quamobrem præcipiatur. Istius obedientiæ exquisitum nobis hodierna die exemplū proponitur. Abraham pater noster, sic enim dicitur senex fidelis & prima credendi uia. Sanctus igitur pater Abraham & prima obedientiæ norma & forma verę obedientiæ apud omnes esse creditur. Ecce fratres præcepit ei deus filium immolare, Sed quem filium? Audi & obstupesce qui audis, filium dilectum, filium primogenitum, filium magnæ promissionis, filium magnæ
Gene. 22 generationis. Dictum enim fuerat Abraham, In Isaac vocabitur tibi semē tuum, & in ipso erit semē tuum sicut stellæ cœli, & sicut arena maris in extrema tua senectute. Centenarius enim erat Abraham dum genuit Isaac de Sara sterili vxore propria, de Agar ancilla Ismaelem sagittarium mirabiliter promissum susceperat, mirabilius susceptum religiose educauit. Inter hæc tamen non contradixit Abraham, sed nec murmurauit, nec hæsitauit, nec faciem conturbauit, imo tanquam, pater exurgens pia crudelitate in filium se armauit, vt mox obediret. Attendite uos filii obedientiæ, qui votum fecistis & professionē. Vade, o tu frater & fac similiter. Hæc semper adimple cogita, hoc semper facie læta fac, & viues, & erit semē tuum benedictum vltra semē Abrahæ. Verūtamen quid maius nescio murmurat, quid affectuosius susurrat
Galat. 4 uox ista in auribus nostris, licet hęc tempore, tanto ante nos scripta sunt, quæ sunt per allegoriam dicta? Discutiamos ergo folia vineæ, ut fructum inueniamus spiritalis intelligentiæ, tanquam sub cortice nucleum, tanquam sub palea granum, tanquam sub terra thesaurum, Verum ut hodiernæ Christi solennitati satisfaciamus, consideremus vtrum ea quæ dicta sunt de tempore Abraham, inclinare possimus ad me Augustinum patrem uestrum. Tentemus super hoc aliquid dicere ad dei laudē, & ad nostram aliqualem ædificationem, sed secundum Hæbreos Abraham sub tri-
Abraham trinomius bus temporalibus tria sortitus est nomina. Primo dictus est. Illam, quod ibidem sonat quod excelsus, cum adhuc esset in Chaldæa in terra & in cognatione sua in domo patris sui. Ascendens autem in terram Chanaā ad vocationem dei, dictus est Abram, quod interpretatur pater excelsus. Tandem in circumcisionis suæ tempore tunc dictus est Abraham, hoc est, pater multarum gentium. Attendatis fratres & vos in patrem vestrum, Nam primo vocatus sum excelsus philosophus. Eram n.
2. Cor. 8. inter omnes magnos nominatissimus, & liberalium artium sagacissimus indagator, Excelsus inquam eram, celsitudine scientiæ quæ inflat, non charitatis quæ ædificat.
Psal. 36. Nam cedrum odiferum vocabant me Romani principes, foliis abundantem, sed nō habebam fructum. Eccelsus eram & impius super omnes coætaneos meos, elatus &
Psal. 28 superexaltatus super cedros libani. Et ecce accessit ad me mater pietate plena, prędicatio sancti viri episcopi, vita & exempla sanctorum patrum Pauli & Antonii & Simpliciani, & cum his omnibus vox domini confrigentis cedros comminuit cedrū libani, & hostia præparata ad victimam in odorem suauitatis, & sic factus sum pater excelsus. Deinde ad Africam veni, mecum ducens decem, & nouem ex fratribus meis simul viuentes in palatio sancto, & cupientes separari a seculo. Sanctus pater Valerius cupiens esse particeps fructuum & orationum, locum istum secretum, in quo nunc sumus nobis donauit, & multi nostrum uiderunt. Sed loco isto ædificatus sum pater excelsus multorum. Pontifices enim fratres mei, sicut vocantur pasto
res gregis ita & patres plebis pro cura & patria solicitudine, & tunc factus sum sicut oliua fructifera in domo dei. Præsules enim olivæ comparantur propter vim olei triplicem. Nam oleum primo illuminat, pascit, & fessa membra fouet. Sic & præsules
Psal. 51 illuminare debent uerbo, pascere exemplo, & fouere egentes temporali beneficio. Ego enim fratres non dico me hoc facere, studeo tamen sacram scripturam exponere, turrim Dauidicam clypeis fortissimis munire, munitam declarare, & declaratam ordinare. Nam quid per turrim Dauidicam, nisi sanctorum ecclesiam intelligo? Et sic iam ab ortu & occasu, ab aquilone & austro viget nostra doctrina &
Psal. 127 expolitio. Non tamen a me, sed de domo dei procedit, & sic non solum pater gentium dicor, sed etiam uitis abundans in lateribus domus dei. Cuius domus sunt latera legentes, & orantes, & coniugati legentium, & orantium, & coniugantium.

gantium. Nam vobis qui estis legentes & orantes abundanter propinauimus doctrinam, quibus disciplinam Apostolicam tradidit. Coniugatis poculum vitæ etiā propinauimus. Vobis tamen propinaui vinum feruoris, charitatis & equitatis, illis vero pacem & patientiam donauimus. Reuertamur ergo ad historiam prætaxatam, quæ insinuat nobis tria scilicet disciplinam regularem, progressum & exitum. Dicitur. n. nobis a domino, Tolle filium tuum, quasi dicat dominus, Tu qui monachus es, tolle filium tuum Isaac, qui interpretatur risus, hoc est, tuam propriam voluntatem tolle, in cuius executione homo ridet & delectatur. Et hæc est prima oblatio, quam homo debet deo reddere & offerre, super vnum montium quem monstrat nobis deus. Nam multa genera montium demonstrat nobis dominus. Sed de quatuor nobis mediator dei & hominum homo Christus Iesus mons dicitur, qui erit in nouissimis die- Esaię. 2
bus mons domus domini in vertice montium. Et iterum, Mons dei mons pinguis & coagulatus. Porro de hoc monte descendit ros & vnguentum pro barba Aaron. Psal. 67.
Omnes enim de Christi plenitudine vnguentum recipere possumus. Apostoli etiā Psal. 131
fratres dicuntur montes, quia fundamenta eius scilicet Ecclesiæ in montibus sanctis. Angeli nunquid non & ipsi montes dicuntur excelsi? Porro Iesus qui mons dicitur sedens in monte Thabor, sermonem discipulis facit, enumerans septem beatitudines spiritus. O fratres attendite quantum sit impedimentum, quām graue di-
299 B tudines spiritus. O fratres attendite quantum sit impedimentum, quām graue dispendium inferat sanctę religioni superfluitas & abundantia rerum, quod loge magis legimus in libro nostræ conscientiæ quam possumus explicare sermonibus. Nū- Exec. 10
quid non Sodomitarum peccatum fuisse legitur abundantia panis & superbia vitæ? Esaię. 14.
Nunquid non angeli videntes se abundare in pulchritudine & sapientia superbien Gene. 3.
tes ceciderunt? Nunquid non & patres nostri quasi ratione eadem expulsi sunt de paradiso? Nunquid non & mundus submersus fuit, quando abundantes, & in suis Gene. 7
abundantiis deum non cognoscentes perierunt? Nunquid non Aegyptii abundantes iracundia pleni facti sunt & submersi? Nunquid non propter abundantiam ido- Exod. 14
la terræ facta sunt? Nunquid non Amalech quia abundabat, inuidia plenus desiuit in manu Saul? Nunquid non tempore Dauid multa milia interfecti sunt? Nunquid 1. Reg. 15
non Saul abundans superbus efficitur & eiicitur? Nunquid non Herodes Ascalonita iugulatur? Nunquid non Herodes tetrarcha sperans in sua abundantia populo satisfacere, qui credebat Ioannem esse sanctum & iustum, ipsum tamen decollauit? Mat. 14.
Cogitate fratres quid receperit Holofernes, quid Cęsar, quid Nero, quid Valētinus, quid Constantinus, quid Decius, quid Iulianus? Quid ergo valuit Cęsari & Neroni abundantia? Quid Assuero pecunia? Quid Antiocho simulata & palliata pœnitentia? Colamus ergo Christum pauperem in præsenti, ut simus diuites in futuro. Co-
199 C mes enim diuitiarum superbia & luxuria est. Amemus ergo o fratres summam Christi & apostolorum paupertatē ne in nostra sancta religione mūtetur color optimus, & dispergantur lapides sanctuarii nostri. Sane enim fratres mei ex collatione aliarū Thren. 4
paupertatum, commendatio paupertatis voluntariæ plenius inter nos relucet. Sunt Paupertatis quinq; genera.
enim quinq; genera paupertatis, Prima est infœlicitas, secunda est paupertas cupiditatis, tertia paupertas superfluitatis, quarta dolositatis, quinta paupertas volūtatis. Primam habet mendicus, secūdam habet auarus tertiam habet prodigus, quarta est paries dealbatus, quintam habet vir compeditus. Prima est flagellum, secunda est venenum, tertia est ventilabrum, quarta est vmbraculum, quinta ædificium. Prima est misera, quia cruciat: secunda est venenosa, quia necat: tertia est ventosa, quia inflat: quarta dolosa, quia dissimulat: quita gloriosa, quia coronat. Nec mirum si Christianus amator sobrietatis, sobrietatē spiritus commendat, cū Epicurus præceptor voluptatis eam commendauerit dicens, Quām fœlix paupertas est si lęta est. Super hanc propriam voluntatem offert homo deuotus, quod præcipue fit in professione obediendi. Sequitur fratres, Strauit Abraham asinum, duos pueros secum ducens: Gene. 22
Isaac vero ligna cedrina portabat, Abraham autem ignem & gladium, Venientes
199 D autem ad montem ligatur Isaac, super ligna ponitur, & scita a patre dei voluntate, non aperuit os suum. Et extendens manum Abraham, audiuit, Ne extendas manū super puerum, sed pro Isaac tolle arietem vnum de cūctis tuis melioribus, quem inter spinas tibi parauī. Attendamus nunc fratres, nam quid per asinum nisi carnem

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtram intelligo,quæ velut aſinus domanda eſt virgatione,& pabulo,& cinere,& cilicio caro domãda eſt,ne impinguata,incraſſata & dilatata recalcitret velut aſinus qui cum domino velut catellus ludere voluit. Duo nanque pueri ſunt quinque hominis ſenſus,quos tamen duos dicimus, quia ad vſum & ad executionem eorũ duo intra membrorum mancipata ſunt. Nam & ego velut Abraham in vobis & canonicis noſtris,ne caro luxuriet,& ne mors per feneſtras intret,duobus pueris vos ſociaui,paupertati ſcilicet & orationi,quibus mediantibus quinque ſenſus corporis extinguere poteritis. Nam per hæc præterita mala obliuiſcemur, cogitationes malæ non aſcendent in corda veſtra,affectio cognatorum non regnabit in vobis. Hæc.n. ſunt quæ quotidie monachos cribrant, ſicut triticum. Iſtæ ſunt mordaces curæ, quæ ſanctum viri propoſitum eneruauerunt. Inter has vir ſanctus coquitur & cruciatur. Hęc ſunt monachorum muſcę mordaces & morientes quæ perdunt ſuauitatem vnguenti. Hæc ſunt volatilia quæ comedunt frumentum in anima ſeminatum. Vos autem fratres dum hæc in corda veſtra aſcendunt,recurrite ad orationem,vel ad operis occupationes, ne vos ſerpentinæ muſcæ deglutiant. Nunquid nõ ſic fecit ſanctus pater Antonius? Qui cum epiſtolas a charis ſuis in ſeculo morantibus recepiſſet,nullam legere voluit,ſed receptas in ignem proiecit dicens, Chartæ fallaces, ſatis,etiam plenę mendaciis comburo vos, ne comburar a vobis. Sequitur fratres,Ligatur Iſaac. Sicut & vos ligamini in hac ſolitudine tam fortiter, vt conſuetudines vitæ ſecularis ignoretis, & ſuauitatem ſanctæ religionis capiatis. Placeat vobis ſomni ſobrietas, mentis tranquillitas corporis munditia, mortis ſeueritas, & cuncta ſalutis expectatio. Soluitur Iſaac,& iocunde ad matrem reuertitur in Berſabeæ. Sic & vos vertamini ſoluti ad matrem quæ ſurſum eſt Hieruſalem. Cum ergo illuc perueneritis,dabit refrigerii ſedem,quietis beatitudinem,& luminis claritatem.

Esai. 9.

Eccl. 10
Mat. 13

Gene. 12

199 E

De obſeruantia ieiunii quadrageſimalis: Sermo XLI.

Mat. 6.

CVm ieiunaueris vnge caput tuum & faciem tuam laua,ne uid earis hominibus ieiunans. Ieiunantis officium eſt,in cinere & cilicio ſedere, ſordidas uestes tenere, carnem macerare,faciem attenuare, in pallore permanere, non ipſam lauare,non ad menſam opulentam accedere, non conuiuia & feſta viſitare, capite inclinato incedere, ſed eleemoſynas dare, caſtitatem ſeruare,iuſte,ſancte, & pie uiuere,ut Chriſti ſanctam reſurrectionem expectans glorietur. Hæc autem omnia facite,non vt videamini ab hominibus, ſed tantum ab illo qui cuncta videt in abſcondito. Sed ſi contingeret ꝙ fumus ieiuniorum ſpargeretur inter homines, ſtatim faciem tuam laua,ne videaris hominibus ieiunans. Tria enim fratres propo nuntur nobis hodie. Si ieiunare, faciem lauare,& caput vngere. Hæc tria ſunt,in quibus tota vita noſtra conſiſtere debet. Quę ſunt iſta fratres niſi declinare a malo, & facere bonum,& totum quod habes deo contribuere? Ecce quicquid continet noſtra Chriſtiana ſancta religio Quid enim per ieiunare fratres niſi a malo declinare: per faciem lauare bonum facere;per caput vngere,totum deo tribuere? Sed dicet quis, Breuis eſt hæc expoſitio ſed & aquam viuam vt cupimus non propinaſti. Attendite ergo fratres. Nam hoſtis antiquus veſtris primis parentibus, primo in paradiſo ſuaſit vt dominum offenderent,ſecundo vt faciem a deo abſconderent,poſt meridiem, tertio ut de ligno vetito comederent. Nam ibi dicitur vt caput pungeret, ſed hic ut caput vngeret. Ibi abſcondendo faciem latitaret, ſed hic lauaret. Ibi ut comederet, ſed hic vt ieiunaret. Credamus illi qui modo hęc præcepit,ſed non illi qui cõtraria perſuaſit. Ait enim pater,Hic eſt filius meus dilectus,ipſum audite. Nam ait hodie, Cum ieiunatis. Eſt enim fratres quoddam ieiunium commendabile, & quoddam damnabile. Damnabile quod vident homines,quod fit propter homines. Commendabile quod ſolum propter deum fit. Sed aliqui ieiunant vt infirmi,aliqui vt faſtiditi,aliqui ut auari,aliqui vt hypocritæ. Aegrotus ieiunat vt valeat,faſtiditus vt appetat,auarus vt parcat,hypocrita vt appareat. Ieiunium ęgroti eſt ſanitatis, ieiunium faſtiditi eſt galoſitatis, ieiunium auari eſt parcitatis, ieiunium hypocritę eſt ſimultatis. Hęc autem ieiunia etſi non ſunt periculoſa ut ęgroti, tamen ſunt infructuoſa. Ieiunate ergo fratres propter deum,frãgatis nucem vt accipiatis nucleum,proiiciamus folia ut inueniamus fructum: purgemus puteum, vt hauriamus aquas de fontibus ſaluatoris. Ait enim ſaluator, Sitientes uenite ad aquas. Nam triplex eſt aqua ſaluatoris fratres, Aqua lachrymarum,quando fleuit ſuper Lazarum, & ſuper ciuitatem. Aqua quam poſuit ad peluim, quando diſcipulorum pedes lauit. Aqua quæ de latere eius emanauit. Primam oportet nos habere fratres ſi recte ieiunare cupimus. Eſt ergo prima aqua cõtritionis, ſecũda confeſsionis,tertia ſatisfactionis. Prima mentem ſanat,ſecunda refrigerat,tertia fœcundat, Ergo fidelis ſi cupis recte ieiunare,iſtas aquas recipe, & laua te, & mundaberis a lepra. Nã nisi habueris has aquas,ieiunium tuum modicum valebit. Ideo vocati hodie ad nuptias magni regis fratres dilectiſsimi, ornemus nos veſtimentis, tubis, & cymbalis bene ſonantibus. Laudemus ipſum patrem familias,qui ad ſuas nuptias nos vocare dignatus eſt. Quę ſunt nuptiæ hodie præparatæ fratres,niſi iſti dies quos deus cõſecrare dignatus eſt? Iſti enim ſunt dies quos obſeruare debemus, in quibus legem recipere merebimur. Iſti ſunt dies medicinales,qui animæ & corpori conferunt ſanitatem. Iſti ſunt dies nuptiales,in quibus veſtimentis ornati eſſe debemus,cymbala & tubas,organaq; be neſonantia ſonantes. Hæc enim ſunt inſtrumenta quæ in nuptiis quadrageſimalibus ſonare debemus. Nam primo veſtire nos debemus virtutibus ſanctis,expoliatis vitiis. Secundo cymbalum percutiendo pectora per contritionem ſonare debemus. Tertio vt præcones clamare debemus,ſugentes vbera vocando paruulos vt ieiunare diſcant,ſenes vt ieiunare doceant, quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies gratiæ & ſalutis,ecce dies remiſsionis, ecce dies ſatisfactionis. Tu ergo inique qui longo tempore dormiſti,ſurge,memento vnde ecideris,& age pœnitentiam dũ tempus habes,dum ſanus es,dum peccare potes, ut non ex timore,ſed ex amore vi-dearis pœnitere. Omnis enim fratres mei,qui per pœnitetiam deleuerit peccata ſua, iam angelicæ fœlicitatis particeps eſt. Ipſa nanque pœnitentia eſt medicamentum vulneris,ſpes ſalutis,per quam peccatores ſaluantur,per quam deus ad miſericordiã inclinatur. Dum autem pœnitentiam fratres feceritis, fundite pro peccatis lachrymas cordis & corporis. Nunquid non lachrymando fratres mei, Petrus a Chriſto reſpicitur? Nunquid non Maria veniam meretur? Nunquid non Martha lachrymis ſanatur? Nunquid non Chananæa exauditur? Nunquid non Lazarus ad vitam reuocatur? Laua ergo faciem tu qui hodie incipis ieiunare, lachrymis percute pectus, exalta vocem tuam confitendo,& annunciando ſacerdoti peccata tua. Audite fratres quid Dauid per confeſsionem conſecutus eſt. Quid ait,niſi peccaui domino? Et Nathan propheta ait,O Dauid tranſtulit deus peccatum tuum a te. Cauete tamen fratres ne confeſsio ſit Saul,qui redargutus a Samuele ſuperbiendo dixit, Peccaui. Qui ſtatim audire meruit,Tranſtulit deus regnum tuum a te. Sic & dixit Iudas,peccaui,non dolendo,ſed diffidendo. Sic & Cain,Maior eſt iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ergo fratres cum ieiunatis,facies ueſtras lauare lachrymis,caput vngite Chriſtum qui caput cunctorum eſt. Ipſum ergo vngite ſcilicet oleo miſericordiæ,eleemoſynas dando, & verba contritionis clamando, Peccauimus domine,ſed miſerere. Et ſic vncti erimus a Chriſto oleo lætitiæ. Sic vnctum Dauid legimus, ſic vnctum Petrum & Mariam proſpicimus, ſic vnctos volentes ſemper ſpectauimus fratres. Sed quis dicet,quomodo vngendus eſts deus? O peccator uade primo ad Mariam peccatricem. Ipſa enim vnxit pedes,poſtea caput. ſanimam, & poſtea accedere potuit ad caput. Nam ſi primo lachrymis Chriſti pedes non lauiſſet,ad caput Chriſti accedere vngendo auſa non fuiſſet. Ergo neceſſe eſt primo ad pedes lachrymas fundere,& poſtea ad Chriſti caput accedere. Scitote tamen fratres mei,quòd niſi inimicis veſtris corde peperceritis,omnia quæ agitis,ſiue ieiunetis, ſiue eleemoſynam detis,ſiue omnia quæ bona ſunt agatis,omnia vana ſunt, & ſerui inutiles eſtis,niſi proximo peperceritis. Sed dicetis,ego parcere inimico non poſſum,ex quo ergo mihi bona non valent ſine hoc,me affligere ieiunando, bona diſtribuendo non amplius volo. Ego autem dico uobis,Dimittite ut dimittatur uobis. Nullum tamen malum impunitum,nec aliquod bonum irremuneratum remanebit apud deum, qui nouit abſcondita cordis cunctorum.

Esaiæ. 12
Esaiæ. 55
Aqua ſaluatoris triplex.
Ioan. 11.
Ioã. 13. & 19.
Mat. 22.
Luc. 22.
Luc. 7.
Mat. 15.
Ioan. 11.
Mat. 6.
2. Reg. 12.
1. Reg. 15.
Mat. 27.
Gene. 4.
Mat. 6.
Luc. 7.
2. Cor. 6.
Apoc. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thren.4. FRatres charissimi, sanctus ille Hieremias considerans sacerdotum & prelatorum
negligentiam, lamentabiles voces emittens dicebat, Paruuli petierunt panem & 300
non est nec erat qui frangeret eis. Clamabat ergo Hieremias, aspiciens destructionē M
sanctę ciuitatis, plorat & lamētatur crudelitatem matrum, patrum &, pastorum, qui
Ezec. 34. deuorant filios in perditione. Væ uobis pastorib. Israel, qui quod pingue erat come
distis quid confractum erat non consolidastis, quod erroneum erat non reuocastis,
quid infirmum erat non sanastis, quod nudum erat non cooperuistis. O fratres lu-
pi rapaces hodie facti sumus iustitiam postponētes, ueritatem & misericordiam igno
rantes. Cauete ergo ne uobis dominus hodie dicat, Dispensatorem te posui super fa-
Matth.25. miliam meam, & tu panem eis non fregisti. Non ergo dispensator sed dissipator, non
speculator sed spiculator. O ferue nequam mittam te in tenebras exteriores, quoniā
pueri tui petierunt tibi panem nec fuit qui frangeret eis. Itaque fratres distribuen-
dus est panis, & frangendus subditis antequam fame pereant, nam si morientur, de
manibus tuis sanguis eorum exquiretur. Distribuendus itaque est panis omnis
sanctitatis esurientibus. Est n. fratres panis mundus qui distribuendus est & fran-
gendus filiis, Est & alter panis immundus, qui distribuendus est seruis. Sunt etiam
isti panes coniuncti in domo dei, sicut in area paleæ cum granis. Tres tamen pa-
Panes tri- nes legimus in scriptura, panes Pharaonis, oblationis, & propositionis. Primi sunt 300
plices in sa laici, secundi sunt sacerdotes, tertii uero pastores. Panes Pharaonis diuiduntur in A
cra scriptu- tres partes, in concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & superbiam
ra. uitæ Prima est luxuria quæ eneruat, secunda est auaritia quę cruciat, tertia est super
bia quæ uelut uesica inflat. Luxuria est proferens īmunditiam, auaritia est generans
inuidiam, superbia parit iniustitiam. Luxuria est premens hominem intra se per pol
lutionem, auaritia extra se per uacationem, superbia supra se per elationem. Luxu-
ria deprimi hominem intra se, quia cum factus sit ad imaginem dei, uelut porcus in
luto uinere quærit. Auaritia trahit hominem extra se, quia propter terrena dimittit
Psal.72. cœlestia. Superbia extollit supra se, ut ponat in cœlum os suum. Et sic patres & fra-
tres hodie per luxuriam in uanis cupit delectari, per auaritiam in transitoriis conso
lari, per superbiam de impietate gloriari. Isti sunt pastores quos dominus eiecit de
templo uendentes & ementes. Isti sunt quinquagenarii, qui per Eliam comburun-
Matth. 21. tur. Isti sunt illi falsi prophetæ uestiti pellibus caprinis, qui etiam intrinsecus sunt
4.Reg.1 lupi rapaces. Ergo nos qui pastores sumus nominati, luxuriam frangamus per absti
Matth.7. nentiam, auaritiam submergamus, per eleemosynam, superbiam fugiamus per hu- 300
militatem & per patientiam. Nam sicut impossibile est dæmonem in malo obstina- B
tum paradisum intrare, sic impossibile est luxuriosis pastoribus, auaris & superbis
subditos castos & humiles & bonos facere, quia ne cesse est ut talis sit grex, qualis sit
psal.140. & rex. Est & alius panis oblationis, quem quidem non solum frangere, sed & deo of-
ferre debemus. Dauid dicebat, Intret oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo. Iste est panis triplex, quia oratio debet esse ampla, deuota & pura. Ampla ut
pro omnibus etiam rogetis pro calumniantibus & persequentibus uos. Deuota ut
non remisse petatis, sed deuote, & dabitur uobis perseuerātibus? sed dicet quis, Qua
Ioan.9. lis debet esse qui petit, quid petat pro quo petat, & á quo petatur? Si petis qualis esse
petere debeas, dico quod uitam uel meritum uitę, uel apprehendētiā meritorum ui-
tæ. Sed si dicis pro quo petere debeas, dico quod bene & male uiuentibus, ut bonus
De uerbis perseueret, & malus conuertatur, non pro sanctis, non pro dannatis, Nam qui orat 300
apostoli, pro dannatis, nullatenus impetrabit. Potēs tamen est deus ut de lapidibus istis fiāt C
Ser. 17. 4. panes. Sed si uterius adhuc petis á quo, dicitur quod á patre omnia petere in filii no
sen. di. 45. mine debemus, & sic ueri pastores erimus. Est & alius panis scilicet propitiationis.
c. est quidē Et iste est triplex panis angelorum de quo manducat homo in altari, panis filiorum
Matth. 13. id est uerborum sanctæ doctrinæ. Hic est panis qui cum primo pane decœlo descen-
Matth. 15. dit. Hic est panis quē non est bonū sumere & dare canibus hæreticis, qa panis filiorū
est. Hic est panis petitus, amice accōmoda mihi tres panes. scilicet, doctrinæ & exēpli.

Hic est panis datus Petro ut pascat agnos, nā ter ait dominus Petro ut pascat oues,
ut tu pastor intelligas oues pascere doctrina, uita & exemplo, uel Eucharistia doctri
na & uita sancta. Et sicut dns ait Petro ita & cæteris Apostolis suis. Ergo pascamus Luc.11.
oues nostras, paruulis nostri panem frangamus, ne deficiant in uia, pascamus pa- Ioan.21
ne angelico, pascamus uerbo, pascamus exemplo, ne tota gens pereat. Nam capita 300
gentium sumus, cæcorū & ignorantiū duces, claudorum baculus, terrarū principes, D
regū uiatores, angelis superiores. Sed dæmonibus peiores, dū hæc negligenter pro-
spicimus. Fratres pascamus ergo populum ne sint uelut oues absque pastore, ut de
pascuis solitudinis trahat ad pascua societatis Iesus Christus dominus noster.

De modo quærendi Christum in Epiphania. Sermo. XLIII.

AVdistis fratres mei charissimi sanctissimos reges dominum diligenter quæsiuis- Matth 2.
se, & quærendo deum & hominem inuenisse non dubitamus, & sibi prætiosa
munera obtulisse firmiter credimus & prædicamus, Vos ergo fratres quærite christū
querite Naxarenum, quærite floridum, candidum & rubicundum. Quærite Christū
& hunc crucifixum, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis, clamate & uoca
te dilectum, nunciantes, quia amorem languescitis. O uos mundi amatores qui ter Philip.4.
rena sapitis, quorum deus uenter est & uita in confusione, quid agitis sine Christo,
quid concupiscitis, quid sapitis, quid speratis? Nunquid sine Christo uobis pax esse
poterit? Nunquid felicitas uel uictoria, dignitas uel securitas, fides uel charitas, spes
uel fiducia, constantia uel temperantia, prudentia vel scientia, pulcritudo uel forti-
tudo, olfactus uel tactus, usus uel auditus sine Christo uobis esse poterit? O fratres
mei absit Quærite ergo Christum dum inueniri pōt, inuocate eum dum prope est. Esa.55.
In ipso nanque sunt omnes uirtutes, & thesauri sapiæ & sciæ absconditi, Quærite Coloss.2.
Christum, & inuenietis Christum, pulsate ad Christum, & aperiet uobis Christus,
Dirigite uiā Christi, vt dirigat uos Christus. Custodite Christum, vt custodiat uos 300
Christus. Amate Christum, ut amet uos Christus. Quærite Christum pauperem, & E
inuenietis Christum diuitem. Pascite famelicos Christi, ut pascat uos xps. Visitate
infirmos xpi, ut uisitet uos Christus. Pacem habete cum proximo Christi amore, vt
uos pacificet Christus. Hunc ergo Christum quæramus, hunc etiam ueraciter cupia
mus, hunc semper ut possumus agnoscamus, hunc semper queramus, & inuentum
tam fortiter, tam suauiter, tam dulciter teneamus ut eum non amittamus. Quæren-
dus est xps, sed non in platea ubi est magna uanitas. Quærendus est Christus,
sed non in foro, ubi est grandis aduersitas. Querendus est xps, sed nō in taberna vbi
est summa ebrietas. Querendus est xps, sed non in seculari curia, ubi est maxima fal
sitas. Quærendus est xps, sed non in scholis mundanorum philosophorum, ubi est in
finita peruersitas. O uos mundani amatores, qui terrena sapitis, & pro terrenis hono
ribus & pompis discurrere non desistitis transuolantes montes & alpes, inuestigare
uolētes alta cœli, lata terræ, profunda maris, in calore & frigore, fame & nuditate, cur
xpm non queritis, in quo hæc omnia & maiora p fecte repiuntur? Quiescite iam age Esa. 1.
repuerse, discite benefacere. O uos qui cœlorum motus quotidie inuestigare cura-
tis, non tamen ut deum perfectius cognoscatis, sed ut mundo florentes appareatis.
Sapientes igitur & insipientes querite xpm, sed non cum luxuria in qua est lata de-
formitas, non cum superbia in qua iacet eterna calamitas, non cum auaritia in qua
est idolorum seruitus, & eterna infelicitas. Sed heu fratres, quia non est hodie qui fa Coloss.3.
ciat bonum, non est qui xpm adorare ope querat, nec est qui speret in eo, sed miles
in ense, rex in diuitiis, puer in pomo, seruus in domino, uxor in uiro, uir in uxore, ue
tula in pua pecunia, & rusticus in ligone sperat. Ecce fratres, ecce quomodo unus-
quisque recedit à deo salutari suo. Ecce quomodo sperantes in uanitate, derelinquē
tes deum factorem nostrum, & recedentes à deo salutari nostro. Nō sic igitur fratres
mei non sic, etiam si diuitię & honores affluāt nolite cor apponere, sed solum in xpo
cor apponite, in ipso semper sperate, quia ipsi cura est de singulis nobis. Queramus Psal.615
ergo xpm fratres mei & nunquam quiescamus quousque xpm inueniamus. Quæri Esa.5
te eum dum inueniri potest, inuocate eum dū prope est. Sed o fratres quomodo eum

quęrēmus? Ecce enim quęritur hodie xp̄s, quęrunt eum pagani, quęrunt eum Iudęi: O christiane caue ne queras christum cum Iudeis, sed cum paganis regibus perquirere non desistas. Nam pagani quærunt Christum adorare, sed Iudæi quærunt Christum iam supplantare. Pagani hodie ad Christum ueniunt, sed Iudæi xp̄m spernūt. Mat. 2. 300 G Pagani ueniendo ad xp̄m laborant, sed Iudęi quiescendo Christum ignorant. pagani Christo munera offerentes ipsum adorant, sed Iudæi iam Christi mortem procurant, pagani adorando xp̄m & miracula ibidem videndo, ipsum toto corde magnificant, sed Iudæorum synagoga iam xp̄m spinis coronat. pagani per aliam uiam reuertuntur gaudentes, sed Iudęi iam incipiunt esse pauentes, ne forte ueniant Romani & tollant eorum locum & gentem. Erubescite ó perfidi Iudæi erubescite, quia uenit Ioan. 11 Luc. 21. tempus quando lapis super lapidem in te non remanebit, eo ꝙ non cognoueris tempus uisitationis tuæ. Erubescite quia ecce iam alieni hæreditatem uestram agrediūtur, & ad uestrum regem natum per stellam deducuntur. cuius pretiosa natiuitas fuit ante secula prædestinata á prophetis prænunciata, à pastoribus annunciata & sapientibus regibus reuelata. O Iudæi semper dest rebelles, o cæci & obst nati, cur non consideratis mirabilia, quæ deus operatur medio terræ uestræ? Cur xp̄m non quæritis? Cur deum & hominem non agnoscitis? Cur eum vt verum dei filium non adoratis? O fratres mei, non solum Iudæi, sed & mali christiani hodie occidere quęrunt christum. Quando hoc quærunt, nisi quando præcepta sua seruare contemnunt? Nō sic magi fecerunt, sed mox Christo nato credentes, per uiam laborare cœperunt, & sic perseuerantes aliquando eum inuenire meruerunt non in pretiositate pannorū, non in multitudine seruorum, non in thalamo picto, non in lecto eburneo, non in aula regia, sed pro thalamo uoluit reclinari in stabulo, pro lecto habere uoluit fœnū, pro seruitoribus bouem cum asino saluator habere uoluit. Eia ergo fratres mei, quę rite Christum, quęrite Nazarenum, qrite hunc floridum, candidum & rubicundum, ad cuius ortum angeli cantant, sancti exultant, sterilis clamat, uidua prophetizat, Simeon senex expectat, Ioseph cogitat, Maria mater reclinat, bos cognoscit, asinus portat, stella demonstrat, magus adoret. Iste est deus deorum in Sion, qui in cherubin apparet terribilis, qui in seraphin apparet mirabilis, qui in uirtutibus ostenditur incomprehensibilis. Iste est qui nuper de Maria uirgine natus est & homo factvs est, vt nos deos faceret factus est homo. Iste est qui esuriuit ut nos reficeret, qui sitiuit ut nobis uitæ æternæ pocula ministraret. Iste est qui pro nobis tentatur vt nos á tētationibus liberaret, qui pro nobis ligatur ut nos absolueret, qui ꝓ nobis humiliatur vt nos exaltaret, qui pro nobis expoliatur ut nos tegeret, qui ꝓ nobis cōronatur vt nos coronaret, qui felle & aceto potatur ut nobis fontes mellifluos aperiret, qui mortem suscepit. vt nobis uitam ęternam donaret, qui sepultus est, vt sepulturā suorum benediceret, Ascēdit in cœlum, vt nobis cœlorum portam aperiret: sedet ad dexteram dei patris, vt credentium preces & uota exaudiret. Ecce ergo ad quid natus est xp̄s, ecce ergo ad quid uenit xp̄s, ece pp quid ad nos descēdit xp̄s. Quid igitur agitis o uos mundi amatores? Quid uobis cum carne o uenerabiles senes? O iuuenes delicati, quid agere creditis, cum nihil sine xp̄o potestis facere, quibuscunque etiam bonis terrenis ornati sitis? Quærite ergo o iuuenes xp̄m, ut iuuenes maneatis. Quęrite uos senes Christum ut cum omni prosperitate uiuere ualeatis. ſ Quærite Christum & nolite quiescere, illum xp̄m, illum Iesum qui Centurionis seruum sanauit, paralyticum sdlidauit, Laxarum resuscitauit, cęcos iluminauit, meretricem beatificauit, Chananeam exaudiuit, latroni pepercit, & ei paradisum donauit. Hunc Christum quærite fide, spe & charitate. Quærite Christum, & nolite quiescere. Quęrite Christum, & nolite sperare in longitudine uitæ uestræ, quia incertus est exitus. Sed attendite ne decipiamini, quia sub specie boni multa mala fiunt. Non enim desinit hostis antiquus figuram assumere Angelorum lucis, laqueos deceptionis ubique pretendens. Nouit enim ipse malignus naturas hominum, & cui adhibeat cupiditatis calorem gulæ uoracitatem, luxurię fœditatem, inuidiæ calamitatem. Optime nouit quæ mœrore conturbet, quem fallat gaudio, quem metu opprimat, quem admiratione seducat. Cunctorum discutit naturas, uentilare & perscrutari cunctorum affectus, in nullo desistit, & ubi cognouerit quod delectet, ibi suum exercitum ponit. Tu ergo fidelis cum tentationes persenseris, mox Christum quęre, mox Christum inuoca, & mox tibi ipsi auxiliabitur, quia fidelis est, & non permittit nos tentari supra id quod possumus portare. Qui est benedictus in secula, Amē.

2. Cor. 11 300 H 300 K 300 M. 2. Cor. 10.

De pietate, charitate & suffragiis defunctorum. Sermo XLIIII.

Fratres mei charissimi nūquam recordor me legisse mala morte periisse illum qui libenter in hac uita opera charitatis uel pietatis uoluit exercere. Habet n. multos intercessores pius homo, & ille quia opera charitatis exercet hilariter. Qui denim aliud de piis hominibus dicere poterimus, nisi id quod frequenter legimus. Opera enim illorum sequuntur illos? Quare, nisi quia multos habent intercessores? Ideo impossibile est, vt preces multorum non exaudiantur. Considera ergo o homo quis est ille qui tibi in via occurrit, animaduerte ꝙ homo est ad imaginem dei factus, & tamen pauper est, nudus est, miser est, mendicus est, orphanus & pupillus forsitan est. Caue tn ne talem despicias, caue ne eum percutias, ne expellas. Nā licet paup, licet nudus, licet famelicus, licet miser appear, licet doleat, licet erubescat, non tamen expellendus est pauper. Nolite igitur fratres mei eos spernere, nec expellere etiam si importune petierint, nolite de eis aliquando murmurare, quia paupetes & inopes non cessant laudare deum. Considera tu diues, quia uias perambulas & plateas erecto capite & collo, ꝙ tu simul cum paupere natus es de muliere, & breui uiues tempore. Et licet diues sis, sæpe tamen repleris amaritudine & doloribus, In sordibus generatus es, in tenebris consoueris. In doloribus etiam peperit te mater tua, & ante exitum matrem grauiter onerasti, & in exitu matrem dilacerasti turpiter fleuisti simul cum paupere & mendico, quando uallem plorationis ingressus es. Pares ergo geniti sumus, pariter viuimus, pariter moriemur & omnes. Considera ergo o diues, ꝙ pauper & diues pari modo omnes nascuntur & moriuntur. Noli ergo eos despicere, noli manum benedictionis auertere ab eis, sed eos facie serena suscipe, eos verbo & exemplo refice. Misericordia igitur o fratres mei mater nostra sit. Nam qui esurientem pane uerbi reficit, qui sitientem potu sapientiæ refrigerat, qui errantem in domum patris reuocat, qui innocentem protegit, quia infirmum fide & patientia instruit, qui in tribulatione oppresso consolando uel compatiendo subuenit, hic uerus pius est, verus misericors est, verus amicus dei est, nec eum mala morte perituram aliquis dicere audeat. O misericordia salutis præsidium, fidei ornamentū, propitiatio peccatorum, tu iustos probas, tu sanctos roboras, malos ad bonum perducis, & qui sine te cunctis bonis abūdare videtur, vel castitate apparet decoratus, omnino dicere non desistat, Seruus inutilis sum. Sed attendite etiam fratres mei, attendite, quia non solū pauperibus in via misereri debemus, sed & defunctis cum omni diligentia misereri & subuenire studeamus, attendentes & quid Iudas Machabæus fecerit. Dixit enim ꝙ sancta esset cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis soluatur. Sciebat n. ipse Iudas, ꝙ nemo gloriari poterat castum se habere cor, cōsiderās etiam ꝙ astra non erant munda in conspectu dei. Ceciderunt angeli de cœlo, ideo munda astra non fuerant, nec etiam infans, cuius vita est vnius diei super terram, si ne peccato est. Quid ergo de nobis dicemus? Nunquid gloriari poterimus castum habere cor? Absit oino, quia omnes peccatores sumus, & in peccatis concepti sumus & nati, omnes etiam vitam peccabilem ducimus, omnes in peccatis uiuimus, & forsitan in venialibus morimur. Ergo misericordia indigemus, qui de hac uita omnes migrāri sumus. Et licet carnem dure maceremus ieiuniis & abstinentia, licet omnia mala patienter ob Christi amorem sustineamus, non tamen condigne sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ergo misericordia indigemus, quia p nostra merita ęternam uitam acquirere nō ualeamus. Cupis aūt o homo ut tui misereatur deus? Fac vt ꝓximo misereris. Nam tantum tibi miserebitur deus, quantum & tu misereberis proximo. Tantum recipies in alia vita, quantū facies in pāti uita. Ora ergo ꝓ defunctis, vt dū fuerint in ęterna uita ꝓ te orare nō negligāt. Expectāt, n. nos vt inuenitur p nos. Tēpus n opandi iam ꝓfugit ab eis. Clamāt igitur quotidie q iacēt i tormētis, clamāt & pauci sunt q rōdeāt. Vlulāt, & nō est q cōsoletur eos. O ꝙ grādis crudelitas fratres mei, o ꝙ grādis inhumanitas, clamant ad nos quotidie, qui dum vixerunt, multa mala ꝓ bonis sustinere vo-

Apoc. 14. Gene. 2 Iob. 14. Prou. 20 Iob. 5. & 25. 2 Iob. 15 Rom. 8. 2. Mac. 8

fuerunt, nec eis subuenire curamus. O vere magna inhumanitas. Ecce enim infirmus iacet & clamat & a medicis consolatur, clamat porcus, & omnes cum eo clamare non cessant: cadit asinus, & omnes eum subleuare festinant, sed clamat in tormentis fidelis, & non est qui respondeat. Ecce vestra inhumanitas fratres. Eia ergo non sic, sed mementote fratres q̃ sancta & salubris, pia, & fœlix, & suauis deo & angelis est cogitatio pro defunctis exorare, vt a pœnis quas pro pctis patiuntur, soluantur. Sed dicet, quis, Ecce patrem bonum, pium & humilem, misericordem & castum, & omnibus virtutibus plenum & ornatum habeo, tunc si vera sunt quæ lego, eum esse beatum non dubito. Cur ergo orare pro eo volo, cur eleemosynam dare, cur ieiunare, cur sanctorum corpora visitare? No est ergo necesse pro eo orare, quia fidelis fuit, pius, castus, humilis, patiens, & cunctis bonis ornatus, & posit aurum non abiit, nec in pecuniæ thesauris speranit, potuit transgredi, & non est transgressus, & facere malum & non fecit. Quid ergo aliud credere debeo nisi quod lego? Quid enim lego, vel quid prædicare audio, nisi q̃ qui bene operatur, bene remunerabitur. O homo hæc quæ dicis, ego nullo modo tibi negare audeo. Quis enim fidelũ dubitat, quam qui bene fecerit bene recipiet? Consulo tamen vt pro defunctis exorare non desistatis. Dixi enim supra, q̃ nemo sine crimine viuit, nemo gloriari potest castũ vel mundũ se habere cor. Et quid ergo consulo, quid volo, quia vel deprecor, nisi q̃ dimittas in certum, & accipias certum? Quid est quod est incertum, nisi quod nescis vtrum pater tuus crucietur, vel utrum dignus fuerit odio vel amore? Multi enim fuerunt qui reputati fuerunt sancti, & tamen in conspectu dei non boni, sed mali inuenti sunt. Accipe ergo quod est certum, & dimitte quod est incertum. Certum enim est quod peccator fuit, licet bonis operibus ornatus fuerit; ignoramus tamen vtrum æternã gloriam meruit possidere. Lege ergo o homo, & opere implere festina, quòd sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, & eleemosynam dare, & carnem affligere, & opera charitatis exercere, & peregrinationes facere vt a peecatis soluantur. Nã & si sunt beati vel dãnati pro quibus rogas, dummodo nescias, & a deo reuelatum tibi non fuerit, non beatis vel damnatis iniurias facere potes, vel deum offendere, tũc bono tuo non indigent, & si damnati obtinere non valent. Ergo dum certus non sis, quòd nec damnati sint, orare pro eis non differas, quia vt supra diximus, bonis tuis non indigent, qui beati sunt, & mali non obtinent quia damnati sunt. Scias tamen, & indubitanter credas, quòd licet pro defunctis beatis vel damnatis obsecres, bona quę facis pro eis non amittis, Sæpe enim prædicauimus, & sæpe integra fide docuimus quòd nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum erit, apud quem non est acceptio personarum. Oratio enim tua in sinu tuo cõuertetur. Igitur pro defunctis semper orandum est, & si non proficiet eis quia beati vel dãnati sunt, oratio in sinu nostro conuertetur. Sic enim semper boni erimus, sicpii & misericordes, sic mala morte perire non poterimus, quia dominus custodiet nos in tota vita nostra, quam postea deserendo dabit illam quam nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendere potuit. Festinemus ergo o fratres pro defunctis exorare, vt & ipsi festinent nos ad se uocare, Vident enim sanctam trinitatem tã rum esse vnam, quantum tres simul sint, nec plus aliquid sunt duæ quam vna vel tres, & infinitæ sunt, & singula sunt in singulis, & omnia in singulis, & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & vnum omnia sunt. Et si capere non potestis, quomodo sancta trinitas tres & vnum sunt, exemplum accipite, Vnus enim est sol in cœlo currés, calefaciens & fulgens. Vnus est in terra ignis tria similiter habens, motum, lucem & feruorem, nec lucem a motu & feruore diuidere potes. Sic est sancta dei trinitas. Et si eius misterium capere non valeamus, bene operari festinemus, vt sicuti est sanctã trinitatem per gratiam uidere mereamur. Inhumanum est nãq; patriã deserere, patriam despicere, vel in ea nolle habitare. Bene ergo operari non pigeat, ut patriam habitare, & ad eã redire ualeamus. Tanta est enim pulchritudo iustitiæ, tanta iocunditas lucis ęternæ, hoc est, incommutabilis ueritatis & sapientiæ, ut etiam si non liceret in ea amplius manere, quam unius diei hora uel media, propter hoc solum innumerabiles anni huius uitæ pleni delitiis & circũfluentia bonorum temporalium recte meritoq; contenerentur hæc omnia. O regnum dei glorioſum, o patria nostra desidesiderabilis, tantum quantum habeo, tantũ emit de te vidua duobus minutis, quantum Petrus qui reliquit omnia, quantum Zachæus dãdo dimidiam patrimonii partem, quantum Maria soror Lazari, quæ omnia vendidit, & ante pedes apostolorũ posuit. Cur ergo bene operari pigri sumus? Cur pro defunctis exorare negligimus? Intueamur ergo fratres patriam nostram, non solum ex hominibus, sed etiam ex angelis atque archangelis thronis, & dominationibus, principatibus & potestatibus congregatam. Ibi etiam sanctam & indiuiduam trinitatem sicuti est homo videbit, plus tamen vel abundantius, quantum plus in via operando meruerit clarius videbit. Non tamen quibuscunque bonis onerati simus, propter hoc eam emere valemus, ni si per gratiam possidere. Tunc enim omnes contenti erimus, omnes fœlices, omnes iocundantes. Hæc est enim illa optima pars, quam Maria elegit quiescendo & sedendo ad pedes domini. Contemplabatur enim ipsa deum & hominem, ideo optimam partem elegit. Quare optimam partem dicit, nisi quia per contemplationem æterna vita designatur? Optima vita est enim quia secura est, quia eterna est, quia vera est, quia fœlicitas nostra est, deum habere, deum videre, deum contemplari. Ideo optima pars est, quam partem non possumus hic possidere. Quare? Quia quãdiu viuimus peregrinamur a domino, & semper in periculo sumus, & semper in labore in hac vita cum Martha fatigamur. Sumus enim hic cum Martha laborãtes, hospites recipientes, & ministrantes seruis dei quæ necessaria sunt. Hanc partem Martha elegit, & bona fuit, sed non optima, quia non æterna. Bona tamen fuit quia perseuerãdo in operibus charitatis, sedere ad pedes domini in æterna vita cum sorore meruit. Festinemus ergo opera pietatis exercere, & pro defunctis exorare, vt videre possimus & reuerenter salutare prophetas sanctissimos & patriarchas veraces. Isti enim sunt quorum nomina manent in æternũ, quia deo digni sunt, fide præclari, hospitalitate precipui, astuti in sensu, sapientes in opere, rebus secularibus locupletes, reparatores orbis terrarum atq; recreatores, creduli in promissionibus, angelorum susceptores, facie ad faciem deum videntes, prudentes & victorioſi, quorum imperii potestas non cessauit, quoadusq; Christus ex eorum germine per vterum beatæ virginis, quæ est spes omniũ gentium, natus in mundo, coruscando in mũdo apparuit. Isti enim sunt sancti viri, cum quibus locutus est deus, & ostendit eis secreta sua, vt ea quæ vẽtura erant quasi præsentia spiritu sancto illuminati agnoscerẽt. Festinemus ergo fratres seculum exire, ut etiam salutare & videre videamus sanctos Apostolos, quorum oculi beati, qui deum in carne viuentem videre meruerũt, quorum fructus in patria in æte rnum manet. Festinemus etiam fratres mei ingredi sancta sanctorum, vt etiã valeamus videre sanctos dei martyres, qui carnem domuerunt, spiritum roborauerũt, dęmonibus imperauerunt, virtutibus coruscauerunt, præsentia despexerunt, & illã patriam de qua nunc loquimur voce & moribus prædicauerunt. Festinemus igitur fratres etiam ingredi sancta sanctorum, vt videre valeamus sanctos dei confessiores qui licet persecutorum, rabiem non senserint, tamen per vitæ meritũ deo digni præmio martyrii non priuantur, quia martyrium non tantum effusione sanguinis, sed etiam abstinentia peccatorum, & exercitatione diuinorũ præceptorum perficitur. Festinemus etiam fratres mei ingredi sancta sanctorum, vt videre mereamur & salutare reuerenter sanctam dei genitricem, cum sanctis suis virginibus, quæ suis exemplis vtriusq; sexus multitudo eius sequitur vestigia, & relictis nuptiarum copulationibus, dimissaq; liberorum propagine, sponso qui in cœlis est perẽni, mente, actu, habitu & gestu applicari meruerunt. Istæ enim fuerunt virgines sacræ deo deuotæ, quę in vita sua fuerunt orationibus instantes, ieiuniis adhærentes, eleemosynas facientes, pauperes recreantes, in tribulatione gaudentes, in bello potentes, in damnis temporalium rerum deo gratias agentes. Festinemus ergo fratres mei istos imitari sanctos. Discamus ab eis opera charitatis sine intermissione exercere ualenter, vt per gratiam mereamur deum videre facie ad faciem sicuti est, Quod nobis concedat ille qui est sanctorum virtus & salus, Amen.

2. Mac. 12.
Eccl. 31
Prouc 20.
Eccle. 9
2. Mac. 12.
Acto. 10.
Psal. 40.
1. Cor. 2.
Mar. 12.
Mat. 19.
Luc. 19
Acto. 4
2. Cor. 5.
Luc. 10
Matth. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De pœnitentia agenda & detractatione vitanda.
Sermo. XLV.

BEatus homo cui miserebitur deus, Confiteamur fratres, & miserebitur nobis. Grandia sunt peccata nostra, quia tamen magnus dominus. Sed agamus pœnitentiam, quoniam in seculum misericordia eius. Videte fratres quid dicat, In seculū In inferno quis confitebitur tibi: Nemo est enim qui possit in inferno pœniteniam agere, infructuosa est enim talis pœnitentia. Hic miseretur pœnitēti, hic porrigit ma
Proue.24. num cadenti, In cœlo sedet iudex, qui ad conuersionem nos admonet. Beati qui faciunt iustitiam. Iustus septies cadit in die de cogitationibus suis, aut de sermonibus
Ezec.18 suis, & iterum surgit. In quacunque die conuersus fuerit peccator, & egerit pœnitentiam, miserebitur ei deus. Neque iustus debet esse securus, nec peccator desperare. In vtroque timor sit & spes. Fœlix est cui hanc vitam Christum notam fecit, Et pater & mater est. Qui sic agit, se liberat, & alios suo exemplo ad vitam æternam perducit.
Matt, 12. Lex enim est quæ cum euangelio partem habet. Baptizatus homo si peccat & agit veram pœnitentiam, cito ei remittuntur peccata. Impius est qui Christum negat, neq; hic neque in futuro remittetur ei. Diximus de impietate, dicamus de pietate. Primus gradus est humilitas, & in bono opere perseuerare Secundus gradus est ieiunare, & eleemosynas facere. Tertius gradus est charitatem sectari, & patientiam habere, Quartus gradus est omnia derelinquere propter Christi amorem. Quintus gradus est vitā dimittere. Maior virtus est vitia dimittere quam res. Nihil prodest dimittere terrenas substantias, si vitia non dimittimus. Multi diuitias derelinquunt, uitia non relinquunt. Bonū est ieiunare, & eleemosynam facere, Ieiunium sine eleemosyna parum valet, ieiunia vero cum aliis virtutibus proderunt. Quid mihi prodest cum ieiunio si luxuriosus sum, si iracundus sum, si detractor sum? Maiora vulnera sunt linguæ quam gladii. Gladius corpus interficit, animam autem non interficit. Videte fratres quanta mala habet lingua, in bono magna est, in malo mors est. 301 M
Diabolus vnde cecidit? Nunquid furtum fecit? Nunquid homicidium fecit? Nunquid adulterium fecit? Diabolus non propter hoc cecidit, sed propter linguam: quia
Esai. 14. dixit, In cœlum ascendam, super sydera ponam thronum meum, & ero similis altis-
Prou. 18 simo. Quid dicit Salomon? In manibus linguæ mors & uita est. Detractio grande ui-
Esa.6 tium est. Propheta dicit, Væ mihi misero, quia immunda labia habeo. Igitur qui immunda labia habet, non potest prophetare, Væ mihi misero si dimisi patrem, si dimisi fratres, si dimisi sorores, si dimisi res perituras, si reliqui seculū, & hic propter res perituras solicitor, Pacem labiis promittimus, & in corde non tenemus, Christianorū arma pax Christi est: Meipsum occido, si aliis detraho, Salomon interpretatur pa-
1.Cor.2. cificus, sanctę conuersationis opere præclarus, Vxor tua dicitur sapientia, soror & sponsa, Multos habet diabolus laqueos, homicidiū diaboli laqueus est, auaritia diaboli laqueus est, detractio diaboli laqueus est. Quādiu in sanctitate sumus, animæ nostrę in opere dei sunt, Quādiu in peccatis ad peccandum uoluntatem dirigimus, animæ nostræ turbantur. Tbi enim maior pœna, maior victoria est, Sed quod aures carneæ non intelligunt, aures Christi in cœlis intelligunt, Iustus & peccator æqualiter habent carnem, æquale patiuntur naufragium similes exitus, sed diuersa præmia, Iusti ducuntur ad præmia æterna, peccatores ad gehennam sempiternam, Non oportet consentire detrahenti, Tanta enim distantia est inter fornicantem & detrahentem, ut ille qui fornicatur, tantum se occidat, Ille autem qui detrahit, & se & eū
Hie.48 qui audit perdat, Maledictus homo qui facit opus dei negligenter: sicut dicit Prophe-
Psal.33. ta, Filii gehennę, filii perditionis, & filii diaboli, & filii dei, quia unusquisq; cuius opera facit, eius filius appellatur, Et alio in loco dicit, Venite filii audite me, timorē domini docebo uos, Declina a malo & fac bonum, inquire pacem, & sequere eam, Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Præstante domino nostro Iesu 36 A
Christo, Qui uiuit in secula seculorum, Amen.

De angelis & hospitalitate: Sermo XLVI.

902 B QVia a naturis angelicis semper defendimur, ne demergamur fratres dilectissimi, ideo de eis ad eorum honorē facere sermonem ne pigrescamus. Sed quid de angelicis spiritibus loquemur, cum de eis loqui immundi simus? Credimus tamen sane, & indubitata fide tenemus, diuina eos præsentia, & visione beatos sine fine lætari bonis domini, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid ergo miser peccator puluis & cinis vobis loquor, quia nec ego eorum gloriam valeo cogitare, nec vos audire sufficitis? Pro-
Mat.12. fecto si ex abundantia cordis os loquitur, ad dei laudem qui nos dignatur ad amorem suum inflammare, dicamus quod possumus. In supernis spiritibus non tantum admirabilis dignitas est, & dignatio amabilis inuenitur, sed tanta gloria est q̄ lingua vel cor humanum nullatenus dicere valet vel cogitare. Ipsi enim deo semper assistunt, domestici dei sunt, cœli ciues, principes paradisi, scientiæ magistri, doctores sapientiæ, illuminatores animarum, custodes earum, corporum zelatores, &
1.Cor.12 defensores bonorum. Quod bene testator ille doctor doctorum, & veritatis prædicator, quando raptus fuit vsque ad tertium cœlum, & beatę illi curiæ interesse
902 C meruit, & videre deum sicuti est, atque super omnes homines meruit nosse secreta. Tunc enim ait, tunc enim dixit & exclamauit, quod omnes erant administratores spiritus missi in ministerium nostrū ipsi prouinciarum custodes, dignitatesq; nostras tam spirituales quām temporales omni diligentia custodientes: Ipsi sunt contra fomitem impetrantes, ipsi sunt pro nobis contra dęmonem uictoriam obti-
Hebr. 1 nentes: Ipsi sunt per quos ad fletum contritionis pœnitentiæ & orationis inducimur: Ipsi sunt per quos nostra facta vel cogitata ad cœlum hilariter portantur: Ipsi sunt fratres nostri qui ualde nos diligunt, nos ubique instruunt, in cunctis nos protegunt, nostrum aduentum expectantes ad cœlum, & sedes paradisi per nos repleri affectant: Isti sunt sanctissimi spiritus, qui nobis dormientibus adsunt custodes, nobis orantibus assunt tripudiantes. Quis ergo fratres angelorum memoria mente carebit? Quis eos non diliget? Quis non ueneretur eos, qui in conspectu dei semper assistunt? Isti sunt per quos sustentamur, per quos in mari & in terra iuuamur, per quos mente & corpore illuminamur, per quos in tribulationibus & angustiis consolamur, per quos ab infirmitatibus frequenter liberamur, per quos & a quibus in extremis contemplamur, in fide solidamur, & a maligno spiritu defensamur, & obtenta victoria ad paradisum uel ad purgatorium per eosdem deportamur, & dum purgamur ab eis sæpe visitari & consolari non dubitamus, promittentes cœlestem Hierusalem ciuitatem ingressuros. Eia ergo fratres studeamus sanctos angelos imitari, & non solum ipsos, sed etiam angelorum amicos. Circunspiciamus enim integra mente, perlegamus scripturas ut possumus, & inueniamus angelorum amicos, quibus inuentis petamus quid fecerunt, quomodo angelis placuerunt, in quibus eos securi imitati sunt. Veniat sanctus pater Abraham, & qd
Gen.18.& 19. fecit innotescat. Veniat & nepos eius Loth, & dicat propter quid uel quomodo a Sodoma per angelos liberari meruit. Veniat & Tobias ducens secum filium, &
Tobias.5 propter quid per angelum illuminari meruit & filium custodire doceat. Veniāt &
Dan.3. tres pueri, & quomodo actiuis & passiuis approximatis, non sequatur necessario
Acto.12 actio, scribant. Veniat & Petrus, & quomodo per angelum liberari meruit, audiamus, ut & audientes magna magnalia quæ sancti angeli fecerunt, eos sequi & imitari valeamus. Dic nobis sancte pater Abraham quid fecisti, uel quid facere docuisti ut sanctis angelis tam iucunde placeres? Dic ut a te discamus, doce, ut nos a te doceri ualeamus: nam pater es, & quia omnes filii tui sumus, te decet nos docere. O fratres, quid aliud dicere potuit, quid aliud uel docere, nisi quòd hospitalitatem
902 D semper seruare uoluit? O sancta ueraq; hospitalitas quæ non solum angelos, sed etiā ipsum deū aliquando recipere meruisti. Ecce quid Abrahā dei angelis placuit. Ecce ꝓpter qd Loth liberari meruit: Ecce pp quid Tobias illuminatur, & filius illæsus reseruatur. Ecce ꝓpter qd tres pueri & Petrus illæsus reseruatur in carcere. Discite ergo Christiani, discite hospitalitatem exhibere in cunctis, ne forte

Universidad de Deusto
Biblioteca

cui domum clauseritis,cui hospitalitatem negaueritis,ipse sit deus. Obuiam enim iuit Loth angelis tanquam peregrinis,qui ex sua laudabili consuetudine iam Sodomitico uitio liberatus est,& inter pessimos optimus conseruatur, a periculo ciuitatis eripitur,& corporale euadit incendium,& ad æternum conseruatus est præmium.Nunquid & Abraham deum vidit,quando tres vidit ꝙ vnum adorauit? Igitur o fratres recipere peregrinos festinate. Tu enim nescis an Christus dignetur te visitare,licet Christus semper in hospite sit.Pateat enim peregrinis ianua tua,suscipe eos alacriter,ablue pedes,laua eorum capita purga eorum immũdicias,& noli auertere manum tuam ab vllo paupere, Et si cunctis subuenire non vales, saltẽ voluntas sit circa eos.Suscipite ergo fratres peregrinos, quia qualem mercedẽ habemus peregrinando talem habebimus peregrinos suscipiendo. Fiunt enim ambo æquales,& qui propter deum refrigerat,& qui propter deum laborat.O sancta nãq; hospitalitas angelorum amica,charitatis soror,humilitatis corona.Nam qui habet te,habet veram humilitatem:& qui teo humilitas habet,veram hospitalitatem habet.nam sine te hospitalitas nulla est.Discamus ergo fratres non solum a patribus hospitalitatem seruare,sed a Christo humilitatem astringere.Discamus ab eo non mundum fabricare,non cuncta uisibilia & inuisibilia creare,nõ in ipso mundo miracula facere & mortuos resuscitare,non siccis pedibus super aquas ambulare, nõ hæc omnia,sed tantum quia mitis est & humilis corde. Hoc est perfectum hospitalitatis fundamentum.O sancta nãque humilitas hospitalitatis soror & amica suauis,qui te in cunctis magis indigniorem se aliis arbitratur,nunquam desiderat superior apparere,primatus & cathedras omnes fugit,omne dominium abhorret,solam hospitalitatem amplectitur, solam eam possidere desiderat. Eia ergo fratres excelsa est patria,sed humilis est uia.Mensuremus ergo eam,perquiramus eam,ambulemus per eam.Sic enim fecit Abraham & Loth dum peregrinos suscipiebant: Sic Thobias dum mortuos sepelichat, Sic enim & angeli de quibus ait saluator,ꝙ semper vident faciem patris qui est in cœlis,Amen.

Eccl.4.

Matt 11.

Genes.18. & 19. Tobiæ.2 Matth. 18.

De vehementi peccati Sodomitici detestatione. Sermo XLVII.

AVdite non fratres charissimi,sed principes Sodomitarum, percipite auribus legem dei uestri populus Gomorræ. Audite & auditum facite filiis uestris,o gẽs plena peccato,graui iniquitate,semini nequam, filiis sceleratis. Ecce dereliquistis deum,blasphemastis sanctum Israelem, & alienati estis iam retrorsum.A planta enim pedis vsq; ad verticem non est in vobis sanitas, ideo terra vestra deserta,ciuitates vestræ succenduntur igni,regionem uestram coram uobis alieni deuorant,& desolabitur ciuitas sicut in uastitate hostili. Quare hoc patimini,nisi quia similes Sodomitis iam estis? Audite ergo principes Sodomorum, audite Esaiam uobis dicentem,Multitudine victimarum uestrarũ plenus sum,eo ꝙ indigne mihi offertis.Ne offeratis igitur ultra sacrificium,quia sabbata uestra,incensum uestrum,& solennitates uestras odiuit anima mea,& oĩa facta sunt mihi mole sta. Cum extenderitis manus uestras,auertam oculos meos a uobis, & cum multiplicaueritis orationes non exaudiam,pro eo ꝙ turpitudinem operamini. Quæ est illa turpitudo,nisi illa quæ immunditia per Apostolum appellatur? Illa deniq; est turpitudo,illa summa immunditia,illa summa miseria,a qua angeli fugiũt,quam dæmones uidentes oculos claudunt. Illa est enim immunditia & miseria quã masculi in masculos operantur.De quibus ait Apostolis,Nõ solum qui faciunt, sed & qui facientibus consentiunt,digni sunt morte. Hæc est merito immunditia,quia est nimia mentis & corporis spurcitia.Et hæc spurcitia non solum peccatũ est, sed & pœna peccati. Cum.n.deus uidet omnino se contẽnentes,& mandata sua concultantes,uertit eos in reprobũ sensum,ut illam abominationẽ exerceant, & non intelligant,& animaduertant,sicut ait Apostolus, Quia nõ probauerunt deũ habere in notitia,tradidit eos dominus ignominiæ:nam masculi relicto naturali usu fœmineo,exarserunt in desideriis suis,i masculi in masculos turpitudinem operãtes. O quam abominabile uitium,o quam detestabile crimen,o q̃ mortiferũ damnum, o quam pessimum scelus,o quam inaudibile malum. Ecce enim membrũ Christi,

Esa.1.

Ibidem.

Rom.1.

1.Retr.c.8 & 12.

non solum fornicatur,sed etiam meretrix efficitur. Hæc est enim illa immunditia, quam deus odio summe habet,quam detestantur sancti,quam odiunt beati,quam fugiunt illi qui regnum dei consequuntur æternum, quam diligunt illi qui cruciandi & maledicendi sunt cum diabolo & angelis suis. O pessimi Sodomitæ & veri peccatores,o pessimi attestante scriptura.Erant Sodomitę pessimi & peccatores coram domino.Peccator enim dicitur coram domino,cuius peccatum deus non dimittit impunitum,& non differt qui differens est pœnam. Vnde ait,Clamor Sodomorum & Gomorrẽorum multiplicatus est,& peccatum eorum grauatum est nimis. Clamor enim dicitur peccatum, quando non solum cogitatur, sed absque omni timore actum perducitur, & in consuetudine multiplicatur. Et tũc dominus gladium furoris sui extendens, pluit ignem & sulphur de cælo,& combustæ sunt ciuitates & subnouersæ. Merito igitur per sulphur ciuitates illæ submersæ sunt & destructę,qa tã eorũ fœminæ q̃ eorũ masculi fœtẽti luxuria ardebãt,o luxuria pessima uirtutũ destructio, uitiorũ augmentatio, delectationis combustio,charitatis diminutio,bursarum euacuatio: Dulcis es,sed ecce omnis dulcedo in amaritudinẽ grandem mox conuertitur. O luxuria per te pax destructa est, per te homicidium factum est,per te ciuitates combustę sunt,per te regna perdita sunt,per te omnia fere mala facta sunt,per te Dauid exulat a deo,per te Sampson moritur per te Salomon expellitur,per te Loth patitur,relinquens patriam & uxorem amittens. Et ió prævaricatores legis attendite,legite legem. O Gomorræorum sequaces quiescite iam agere peruerse,discite iam bene facere,discite iam deum timere. Fugite Sodomitas ut mortem.Nolite conuersare cum eis,ne forte cum eis depereatis.Veniet.n. tempus & non tardabit,& insurget ille sanctus Ioseph, qui de hoc crimine pessimo suos fratres incusare patri non timuit.Surgat & nunc hoc castitatis exemplum,& interficiat omnes tales operantes iniquitatem. Veniet ille magnus sanctus Paulus, uas electionis, & confundat omnes tales talia diligentes, ut nullus reperiatur in orbe. Veniat ille dilectus dei uirginitatis imago sanctus Ioannes, & sua uirginali prẽsentia tales confundat.Veniat etiam illa lucerna mundi & præcursor dilectus,& sua grandi audacia omnes tales interficiat spiritu oris sui. Veniat & Loth nepos sancti Abrahæ cum nepotibus suis,& omnes tales expellant de terra uiuentium. Veniant omnes sancti angeli, & comburant omnes qui operantur iniquitatẽ Gomorræorum Eia ergo quiescite iam agere peruerse,discite cum Loth & Ioseph benefacere,antequam adimpleantur quę diximus. Mementote frequenter & nolite obliuisci,quid fecerit illa fœmina Romana Tarpeia. Quid enim fecit?Nam luxuria magna regnabat in ea,tamẽ ipsa pagana caste uiuere uolebat. Quid enim fecit? Oculos sibi erui uoluit & prẽcepit, & delitiis cunctis depositis panem tantum cũ aqua sumere uoluit ad mensuram. O fratres mirabilis conditio mulieris,mirabilis bonitas,mirabilis fortitudo,quia per hoc non paradisum expectat, nec per hoc laudari desiderat,nec beata prędicari affectat, nam propter quid hoc fecerit ignoramus,quia paganam eam fuisse prædicamus: Vnum tamen scio quòd si consiliũ ab Augustino petisset,ego tanquam fidelis nihil aliud dicere potuissem, nisi quòd tantum panem & aquam sumpsisset determinato pondere & mensura. Nos ergo fratres scire debemus & nullatenus dubitare, quòd castitas cum abundantia & fertilitate stare non potest. Sed si mihi non creditis, Gomorrensibus credite. Abundabant enim ualde in cunctis bonis, & postquam comederant & biberant, surrexerunt ludere. Sic & uos operantes uideo,nam fertilitatem habetis,pane,vino & cunctis bonis omnibus quibus indigetis, ideo timeo ne pereatis. Quare? Quia non est malum quod in uobis non regnet. Nunquid superbi? nunquid auari? nunquid gulosi? nunqud puerorum concubitores? O miseri membra diaboli,cur non erubescitis? cur non desistitis talia operari? Confundor ego episcopus talia loqui, confundor & talia enarrare, Sed & si tacuero mors mihi est, & si hoc prædicauero, non effugiam linguas uestras.Audacter igitur prædicabo,quia & uos publice operari non erubescitis. Emendate igitur uitam & emendabo ver ba,quiescite agere peruerse,& ego quiescam mala uestra uobis improperare. Sic

Gen.38 Pctor corã dño quis. Gene.18

2.Reg.11 Iudic.16 3.Reg.11. Gene.19 Esaię 1 Gene.37.

Esai.1

Exod.32

ētiam dominus fecit, quia mutata uita mutat ſententiam, bene operantibus promittit gloriam, male uero pœnam æternam. Erudiamus igitur fratres noſmetipſos in ſcientia & caſtitate, ut ſtudentes & intelligentes ſimus, ſuaues, affabiles & mi 303
Charitas uirtutū cō ſummatio. tes in charitate non ficta. Nam ſi luxuriari uoluēritis, nunquam charitatem habe A
Luxuria virtutū deſtructio. re poteritis. Charitas enim eſt uirtus quæ conſummatio & perfectio aliarum uirtutum dicitur, ſic & luxuria deſtructio. Nam nulla uirtus, nulla bonitas, nulla ſapientia cum luxuria ſtare poteſt, nulla iuſtitia, nulla laus, ſed omnis peruerſitas, & perſonarum acceptio in ea regnat. Ideo attendite, quàm neceſſaria eſt ipſa caſtitas. Nam ſi caſte uixerimus, rixæ intus non erunt, non verba mala. Et ſi mihi nō
Gen. 19. creditis, quid Loth acciderit legite. Nam ſancti angeli domum eius intrauerunt, quo facto Sodomitæ domum eius circundederunt, & forſitan non ſolum per oſtiū, ſed per feneſtras intrauerunt. Nunquid & Loth cum nepotibus ſuis uerberauerunt? Omnino ut arbitror non ſolum uerba, ſed uerbera receperunt. Et forſitan fratres, ideo uxor Loth conuerſa fuit in ſtatuam ſalis, quia Sodomitis non procurabat reſiſtere. In ſimili etiam ſcelere, in eodem crimine mulieres etiam erant, & forſitan in maiori, quia principium tanti criminis in illis ciuitatibus mulieres fuerunt, & homines poſtmodum ipſæ peſsimę docuerunt. O mulieres luxuriæ matres, non ſufficiebat primum hominem decepiſſe? Ideo conuertamur ad dominum, 303
ſimus pœnitentes, vnanimes in dilectione dei, & vt membra vnita ſimul laboremus. B
Nam ſicut odium diſsipat eccleſiam, ita uinculum dilectionis ædificat eam. Odium enim generat detractionem & inuidiam, quæ peſtilētia & pernicies eſt eccleſiæ. Per odium amittitur illa ſancta vtilitas & iocunditas, de qua dicitur, Ecce
Pſal. 132 Sapient. 1. quàm bonum, & quàm iocundum, habitare fratres in vnum. Per odium expellitur Chriſtus qui eſt uera ſapientia, quia in maliuolam animam non introibit ſapientia. Et ideo rogo uos ut uitam ueſtram emendetis docentes filios ueſtros & filias quomodo caſte uiuant & mature incedant, abſtineant a cibo & potu, ſit eorum ſermo pudicus, inceſſus honeſtus, uultus inclinatus, lingua affabilis, mens plena dilectione, manus plena operatione, ut ſi ſic feceritis fratres, cum ſancto Loth liberemini de inferno fugientes & uolantes per gratiam ad gloriam, Amen.

De cura animæ. Sermo XLVIII.

ANima humana fratres chariſsimi omnium creaturarum naturam participat, ambit & capit, & tanto amplius quanto glorioſius eſt, dei imagine imaginata. Omne enim ſpiritale ſuum eſt, quia cœlum habet ad manendum,
2. Delib. arbi. c. 4. angelos ad congaudendum, gloriam ad habēndum, & trinitatem ad fruendum. In 303
ipſo denique homine repoſita erat etiam corporalis creatura, & omnium corpora- C
lium naturalium natura in ſe ad ſe & per ſe, & tanto perfectius quanto mirabilius erat omni corporeo. Omnia enim poſsidebat, omnia ſibi obediebant, quia omnia ei ſubiecta erant, aſtra ſcilicet ut lucerent, elementa ut alerent, animalia ut ſubirēt, & cibaria ut nutrirent, oues & boues, leones & aues omnia obediebant homini ſine ulla rebellione. Et quid plura? Etiam hoc quod maius eſt. Quid eſt quod maius
Gene. 1 eſt, niſi quod diuinum eſt? Quid enim in homine diuinum eſt, niſi quod imagine ſanctæ trinitatis ipſe homo decoratus eſt? Faciamus, inquit ſancta trinitas, homi-
nem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Quæ eſt imago dei in nobis, niſi id quod melius reperitur in nobis? Quid eſt quod melius reperitur in nobis niſi ra-
Iob. 14 tio, intellectus memoria & uoluntas? O homo audiuiſti tuam gloriam, audi nunc tuam miſeriam. O homo natus de muliere, breui uiuens tempore, repletus multis miſeriis, qui quaſi flos campi egrederis & contereris, & fugis uelut umbra, nec in eodem ſtatu permanens, nunc diues, nunc pauper, nunc ſanus, nunc languidus, nunc gaudens, nunc triſtis, nunc ſciens, nunc ignarus, nunc uidens, nunc cæcus, nunc ciuis, nunc exul, nunc bonus, nunc malus: ecce quomodo ſtabilis, ecce 303
quomodo permanens. O homo an ignoras quia potuiſſes non mori? Vtraq; enim D
potentia in manu tua erat, poſſe & non poſſe mori: Cōtempſiſti primam & elegiſti ſecundam, cōtempſiſti vitam & elegiſti mortem, contempſiſti dulce, & elegiſti amarum, contempſiſti vitam æternam & mortem æternam eligere voluiſti. Et vnde

hoc homo? Nunquid bonus, rectus, ſanctus & deo dilectus creatus es? Et tamen miſerrime incraſſatus, impinguatus, dilatatus, recalcitraſti contra deum factorē tuū. Deut. 32.
305 Et ecce elatus in ſuperbia, ignarus dei gratia, inſcius dei iuſtitia cecidiſti in lacum
E miſeriæ, in luto fæcis, & in vmbra mortis. Ideo attende quid ſequitur: Putas quòd Pſal. 38.
deus mentiatur, vel vt filius hominis mutetur? Statuit enim ipſe & ſententiam poſuit, ut quotieſcunque comederes ex ligno, mori debuiſſes. Nunquid ludendo hoc edixit, uel ridendo hoc aſſeruit? Omnino hoc tamen mihi non apparet. Quare non apparet, niſi quia experientia didici, & oculata fide probaui? Nunquid experior ℘ poſt peccatum elemēta quæ in ſumma & optima qualitate erant, mox propter peccatum pugnare cœperunt? Eſt enim ratio terræ in carne, ratio humoris in ſanguine, ratio aeris in ſpiritu, ratio ignis in calore: & hæc quatuor mox poſt peccatū ad- De aīæ q̄ſ tate. cap.
inuicem prœliari cœpernnt, & ſic noſtri primi parentes infirmitatis aggrauantur, & dolore capitis, ſtomachi, epatis, omniumq̄ membrorum vexantur, ſicq̄ moriuntur, ſicq̄ ad ſepulcra deducuntur. Sed dicet quis, Quid eſt homo poſt mortem? Certum eſt ℘ non eſt homo, & tamen eſt aliquid quantum ad duas partes. Quę ſunt il 10. De Gene. ad lram
læ partes, niſi anima & corpus, materia & forma? Anima enim nō moritur, nec ſucc. 22
cūbit per mortem cum omnino ſit immortalis, nec corporis materia cum ſit vna numero, quia licet corpus reſoluatur, non tamen deuenit ad tantam reſolutionem
305 ℘ omnino nihil ſit, & quod cedat in non ens. Manet eadem anima ſemper & tāquā
F quid diuinum, deficit tamen homo quantum ad eſſe. Omnes enim animę ſpiritus ſunt, & omnia corpora terra ſunt, & erunt quouſque anima induet ſe ſuo corpore, ut totus homo glorificetur corpore uidelicet & anima. Si ergo petis quid eſt homo mortuus, quid aliud dicere poterimus niſi quòd terra, putredo, cadauer & fœtor eſt? Si petis de ſuo eſſe, uides quòd deficit. Si petis de corpore, interroga terram. Euntes uos, o iuuenes & potentes ad ſepulcra patrum ueſtrorum, conſidera te quid fuerunt & quid ſunt. Monumenta eorum aperiamus & uideamus quis dominus & quis ſeruus, quis pulcher, quis turpis, quis rectus, quis curuus inter eos fuerit. Aperiamus oculos mentis & corporis, & noſtram grandem miſeriam frequenter non pigeat conſiderare. Intremus ſepulcra, & quid inuenlemus diſcamus. Quid fi fratres inuenlemus uel quæ? Nam ſi reſpexerimus inuenlemus mortuorum capita, renes & ventrem. Verum & indubitanter verum, mihi experto credite quòd in capitibus inuenietis bufones ſaltantes generatos ex cerebro. In renibus ſerpentes generatos, in lumbis ambulantes. In uentre vermes ſcaturientes generatos ex uiſceribus. Ecce quid ſumus & quid iam erimus, ecce in quod reſolumur: Quid ergo inflaris, o diues? Cur non attendis quæ audis? Cur turbaris 303
cum proſpicis? Cur non conuerteris enim hoc quotidie experiris? Mementote G
fratres hæc omnia, & agite pœnitentiam in fletu & lamento, antequam veniant dies illi amari pleni miſeriæ & triſtitiæ. Audiſtis iam quid eſt homo mortuus, reſtat nunc dicere quid ſit de anima. O fratres mei quid de hoc dicere poterimus niſi concordauerimus cum uetulis noſtris? Quid enim dicunt niſi quòd uel in paradiſo cum gaudentibus, uel in inferno cum dolentibus: ſed ſi in purgatorio, in uiam eundi ad patriam ſunt, & iſti iam bene ſunt, quia ſecuri ſunt. Orandum tamen pro eis eſt, & eis toto affectu ſubueniendum eſt orationibus, elemoſynis ſacrificiis, ieiuniis & macerationibus. Iſti ſunt denique illi afflicti, qui ad dominum quotidie clamant & ad illum recurrunt, cuius ſcientia ubique allegatur, cuius ſapientia demonſtratur, cuius clementia ubique ponderatur, cuius potentia ubique promulgatur, Iſti quotidie clamant vnuſquiſque per ſe ſuam miſericordiam implorantes, & ſuam miſeriam deplorantes, & dicentes, Domine, ſcias quòd uim patior, ideo ad te recurro, nō cōtēnēdo ſciam tuā, nō auertēdo tuā ſapientiā, ſed interpellēdo tuā clemētiā. Nō. n dñe iniuſte patior, qa non pro alieno delicto, ſed p meo
303 patior, uim tantum domine patior, quia fortiter patior & iuſte patior. Peccaui domi
H ne ſubſtantias & diuitias congregando, nec pauperibus ut iuſſeras ſufficienter tribuendo. Sed multa infœlix congregaui cum dolore & mœrore, neſciens cui ea di- Prouē. 30.
mitterem amico vel proximo. O infelix homo conſidera & diligenter aduerte quod agis, quid cogitas, dum cunctis diebus vitæ tuæ congregare non deſinis.

Coloss.3 O homo auaritia plenus, an ignoras, quòd tria sunt insatiabilia, & quarum nun quam dicit sufficit? Et quid est quòd nunquam dicit sufficit, nisi animus hominis qui nunquam dicit satis est? O homo an ignoras quòd radix omnium malo- 303
rum auaritia est & seruitus idolatriæ, mater vsuræ, genitrix simoniæ, fomes cul- M H
pæ, æterne pœnę via, nutrix gehennæ? O auaritia abyssus insatiabilis, quæ nunquam dicis sufficit, semper famescis, semper doles, semper tristaris in cunctis. Nam si Sol quotidie oritur dolendo dicis, siccitas erit. Si pluuia descendit, omnia periclitari asseris. Si temperiem adesse prospicis, solem vel pluuiam adesse desiderabis. O pestis interminabilis, o famelica rabies, nam omnia suis terminis clauduntur, sola auaritia nullo clauditur fine. Omnia in homine senescunt vitia, sola auaritia inuenescit. O rabies omni fine carens. Nunquid terra suis limi tibus terminatur, aqua suis finibus limitatur, aer suo fine concluditur, cœlum suis terminis arctatur, sola auaritia terminum nescit. O auare si terra tibi cuncta datur, mare quęris. Sed si terra & mare, aerem petis. Sed si terram, mare & aerem possederis, adhuc cœlum ambis & ipsum penetrare affectas. Et si cœlum penetraueris
Esa.14 adhuc non quieueris, donec te deo adæquaueris, vel fueris superior altissimo, O pestis dæmone sæuior, nam dæmon similis altissimo esse voluit, sed auarus super deum si posset ascendere uellet. Merito auaris in die nouissimo loquūtur dominus dicens, O homo sine honore mundum intrasti in pellicula sanguine cruentatus, sine diuitiis natus, sine auaritia genitus, & tu in auaritia vixisti & dilata- 303
Deut.32 tus es in auro & argento, & oblitus es dei creatoris tui. Vbi enim est fructus & I
& lucrum laborum vestrorum? Ite ergo maledicti in ignem æternum, & sicut uoluistis, ita fiat. Ecce sententiam summi regis. Itaque fratres nolite amare plus
Matt.25. corpus quam animam, & plus filios quam vosipsos. Ecce enim in ianua dies mortis est. Tunc enim quilibet a suis excluditur, ab vxore dimittitur, a cognatis separatur, & ab eisdem ad sepulchrum ducitur. O magna crudelitas. O magna admiratio. O admirabilis infidelitas, ecce maritus dilectus ab vxore dilecta relinquitur, filius a matre proiicitur, & pater a filiis, & filii a patre sub ter-
Psal.30. ra reconduntur. Solus ille dimittitur & quilibet ad propria reuertitur, & cito obliuioni traditur, tanquam mortuus a corde. Ecce fratres mundi amicitia quanta uel qualis est. Non enim est aliquis qui tantum amicum vel cognatum diligat, quòd per noctem vnam secum morari cupiat. Vide ergo o homo quales amicos habes, pro quibus animam perdis, pro quibus deum offendis. Omnes dimittent te, omnes se abscondent, omnes cito fugient a te, & in foueam trium brachiorum collocabunt te. Nam cum essemus apud ostia Tyberina ma- 303
tre charitatis sociati, expectantes temporis tranquillitatē, causa remeandi ad Afri- K
cam, & gratia illius cui terra & male obediunt, compulsi a Pontiano præfecto uiro clarissimo qui de Roma ad nos uidendum uenerat, cum eodem iterum reuersi sumus Romam ad intuendum diligentius magnifica ędificia & opera paganorum. Et ductus sum cum cæteris ad videndum cadauer Cæsaris in sepulchro, & vidi ꝙ omnino esset liuido colore ornatum, putredine circundatum, ventrem eius diruptum, & vermium per illum cateruas transeuntes prospexi: Duo quoq; famelici in
Cęsaris ca dauer. foueis oculorum pascebantur, crines eius non adhærebant capiti, dentes eius apparebāt labiis cōsumptis, & reuelatū erat narium fundamentum. Et intuēs matrē christianissimam dixi. Vbi nam est Cęsaris corpus præclarum, vbi magnitudo diuitiarum, ubi apparatus dēlitiarum, vbi multitudo dominorum, ubi caterua baronum, ubi acies militum, ubi canes venatici, ubi equi ueloces, ubi aues cantantes, vbi thalamus pictus, ubi lectus eburneus, ubi torus regalis, ubi thronus impialis, ubi mutatoria uestimentorum, ubi capillorum solares, ubi facies decora, ubi omnia quæ sub cœlo sunt? Te nanq; uerebantur hoies, te timebāt principes, te colebāt urbes, te timebāt oēs. Vbi nā q̄so sunt hęc oia, a quo recessit tāta iactātia? Quo iuit tua magnificentia? Et respondit māter pietate plena, Fili omnia sibi pariter 303
defecerunt quando defecit spiritus eius, & reliquerunt eum captiuatum in sepul- L
chro trium brachiorum plenum fœtorem & putredine. Eia ergo fideles Christi considerate quid sumus, aiaduertite ad quid uenimus, prospicite quid iam sumus,

Agite

Agite ergo pœnitentiam filioli mei, quos iterum parturio donec reformetur in uo
bis Christus. Agite ergo pœnitentiam antequam mors inimica naturæ vos aggre- Galat.4
303 diatur. Statuatis uobis simplicem, humilem, vtilem, secretam, frequentem, prom-
M ptam, amaram, lachrymosam & festinam confessionem, cum etiā horā mortis omnino ignoremus. Nam cum in extrema ægritudine fueritis fratres, o quam sorte, o quam durum, o quam pœnosum, o quam lachrymabile erit vobis pœnitere & dolere de malis commisis & de bonis omisis. Quare hoc erit, nisi quia illic capitur tota intentio mentis, vbi est vis doloris? Multa enim occurrunt impedimenta cordi. Nam corpus dolet, pœna affligit quia mors appropinquat, intrare filios quos patres summè dilexerunt pro quibus etiam se damnatos existimant, tenebroso oculo aspiciunt, vxores iam lachrymantes considerant, mundus adhuc eis fiduciā præstat, diabolus ne de peccatis doleant fidem tribuit, & chirographum infirmātibus præbet, caro non deficere adhuc satis sperat, medici lucrentur ipsum confortant, parentes applaudunt, sacerdotes alliciunt, & sic diuites moriūtur in inferno. O homo audisti quid locutus sum, omnino crede ꝙ hæc omnia cito experieris. Obsecro igitur te vt antequam infirmitate graueris, agas pœnitentiam, disponas domum tuam. Fac quod flendum est, fac testamentum dum sanus es, dum sapiens es, dum tuus es. Nam si expectaueris infirmitatem omnino minis vel blandimentis duce-
ris quo tu non vis. O homo dum iuuenescis dispone domum tuam, age pœniten- 1.Ioan.3
304 tiam, dilige deum non solum verbo sed opere & veritate. Et si proximum offendi-
A sti verbo, placa eum uerbo: si facto, placa eum facto, quia eadem mensura parcetur nobis qua pepercimus aliis. O homo fac pœnitentiam, Memorare nouissima tua Eccli.7
in æternum non pecces: Reuertere ad teipsum memorans ꝙ fuisti sperma liquidū ꝙ modo es vas stercorū, quòd eris cibus vermium. Hęc enim sunt nouissima quæ cogitare debet quotidie q fidelis est. O homo memorare nouissima tua, quia post mortem vermis nascetur tibi de lingua pro peccato linguę, de stomacho pro pecca to gulę, de spermate renū scorpiones pro peccato luxuriæ, de cerebro bufones pro peccato superbiæ. Memorare nouissima tua o iuuenis qui floride ambis & pergis capite eleuato cuncta quæ dei sunt despiciendo. Memorare nouissima tua, quia ter Gene.3
ra es & in terram ibis. Memorare nouissima tua, quia conceptus es in culpa, natus in pœna, viues in miseria, & necessario morieris in angustia. O homo cur te iactas 1.Cor.1.
fortitudine: Ecce nunc post modicum infirmaris, & deficis: Cur inflaris mundi sa- Rom.1.
pientia? Ecce ꝙ stultia est & eam perdes & tuam prudentiam reprobabo, dicit dominus. Cur inflaris scientia? Nunquid philosophis obscuratum est cor, & in cogitationibus suis euanuerunt? Nunquid traditi sunt in reprobum sensum? Cur te iactas
304 generis nobilitate? Nunquid omnium nascendi conditio una est? Nunquid & mo-
B riendi vna conclusio? Quis nobilium vnquā natus est sine sanguine a cruentatione? Nunquid nobis simul cum paupere per eundem dum nascitur meatum tribuit? A regula etiam mortis nūquid parcitur diuiti? Cur diuitiis te iactas? Ipsę enim potius insidiæ tibi sunt quam amicitię. Nam pauper fere nunquam occidi quæritur, diuiti vero semper insidiatur. Memorare o homo nouissima tua qui quotidie epularis quomodo nudus de vtero matris venisti, & nudus reuerteris. Eia ergo fratres domos vestras pauperibus aperite, elemosynas facite, voluptates vestras rationi subiugate, in cunctis memorātes nouissima vestra ut mortaliter non peccetis in æternum. Adiuuet nos deus sine cuius voluntate folium arboris non mouetur, ad perficiendum ea quæ placita sunt ei, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

De miseria carnis & falsitatis præsentis uitæ. Sermo XLIX.

304 O Vita quæ tantos decipis, de propriis tantos seduxisti, tantos excecasti: quæ Aiacis ex-
C dum fugis nihil es, dum videris, umbra es, dum exaltas, fumus es. Dulcis es ordium.
stultis & amara sapientibus. Qui te amat, non te cognoscit, qui te conueniunt, ipsi te intelligunt. Timenda es, & fugienda es. Væ qui tibi credunt, beati qui te con

tẽnunt. Vera non es vita quam te oſtendis. Aliis oſtendis te longam ut perdas in finem, Aliis breuem vt dum pœnitere volũnt, non permittas. Aliis largam vt faciant quid volunt. Aliis anguſtam vt non faciant bonum. Quare, o ſapiens fuge 304 D
quod fugis. Sic enim eſt vita noſtra quaſi homo in domo aliena, neſciens qua hora vel die patronus dicat, Vade foras, quia non eſt tua domus in qua ès. O ſeculum vanum quid oobis tanta promittis, dum decipis? Qui tibi amicus voluerit eſſe, inimicus dei conſtituetur. Amicitia ſeculi, inimicitia dei eſt. Caro eſt quæ animã perdit, caro eſt quæ recipit inimicum cum vitiis. Item ſeminat homicidia, ſeminat fornicationem, ſeminat concupiſcentiam, ſeminat rixas, ſeminat libidinem, ſeminat furtum, ſeminat idolatriam, ſeminat cupiditatem, ſeminat ſuperbiam & inter fratres diſcordiam, ſeminat inuidiam, ſeminat contra deum blaſphemiam, prouocat ſchiſmata, irritat hæreſes, & intra eccleſiam dei infert diuiſiones, inter populos chriſtianos ponit offendicula, & inter gentes pugnas, & inrer conſanguinitatem incantationes, & quod peius eſt in corda ſeruorum dei diuerſa genera cogitationum immittit, & omnia quæ mala ſunt in hoc mundo caduco, peſsimo & nephando, & quaſi orta ſub omni velocitate tranſit. Carnis etiam poteſtatem habet diabolus & non animę, dicente domino ad diabolum de beato Iob, Do tibi illum in poteſtate, ſed non animam eius. Caro miſera grauat animam, caro vaga demergit in infernum. Caro inimica eſt animæ, quæ ſi inimica non eſſet, nõ vtique dilexiſſet iſtius ſeculi vanitatem, & vita vana non fruer etur. O vita atrociſsima, quam humores tumidant, dolores æſtuant, aeres morbidant, eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioci ſoluunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas hebetat, diuitiæ ſuperbiũt paupertas eiicit, iuuentus extollit, ſenectus incuruat, frangit infirmitas, mœror cõſumit, & ſuper his omnibus mors atrociſsima ſuccumbit ui furibunda. O caro cũ deformitate depreſſa, illam debuiſti vitam amplecti quæ in æternitate cõſiſtit, vbi vita eſt ſine morte, vbi iuuentus ſine ſenectute, vbi lux ſine tenebris, vbi gaudium ſine triſtitia, vbi nobilitas & voluntas ſine iniuria, vbi regnum ſine commutatione. Hæc ſunr ſeptem quæ conſequi debueras. O caro miſerabilis quare negaſti dũ viueres? Si perſeueraſſes bona & quibuslibet bonis priuata nõ fuiſſes ſi bene egiſſes. Illic enim permanſiſſes vbi eſt gaudium ſempiternum, vbi immarceſsibilis eſt gloria, vbi incorruptibilis eſt & incomparabilis delectatio, vbi Chriſtus Apoſtolorum & Prophetarum & ſanctorum omnium eſt iocunditas necnon & ſumma lætitia cum ſanctis angelis canentibus laudes deo, vbi delectatio omnium bonorum. Hæc omnia bona delectabilia per huius ſeculi prauitates ſpreuiſti Ecce poſt finem quãuis in limo terræ manciperis, habes inimicitiam ideſt corruptionem, fœtorem 304
& vermẽ, & diſſolutionem fœtorem pateris, vt viuentes de te exemplum accipiãt, F
quid fuiſti, & quid es quia a vermibus cõſumeris, poſtremo vero in finem propter nouiſsima, propter redeuntem animam ideſt vitam in corpore in quo prius fuiſti ſuppliciis ęternis mancipaberis & ſimul cum anima damnaberis. O miſera anima quam caro perſequitur. Caro concupiſcit, corpus operatur. Caro autem cum ſatiatur affluentiſsimis cibis & potibus & delectationibus, hortatur omnia mala facere. Caro prouocat homicidia, caro perpetrat adulteria, caro committit rixas & ſcandala, caro inſerit ebrietatem, caro portat omnem concupiſcentiam huius ſeculi. O caro miſera quid habes, quid agis, quid tantum grauas animam quæ nihil deſiderat niſi deo ſeruire? Tu o caro miſera non ſufficit tibi perditio tua, quòd adhuc animã fœlicem tecum demergere conaris? Væ tibi anima quę tibi carnem contrariam accepiſti. Caro mala quid quæris, quid deſideras? Non enim poterit ſine te anima iudicari in die iudicii. Caro miſera & putribilis & omni ſqualore peccatorum plena, quando uiua eras, pulchra eras vt ſol, ſplendida vt luna, & oculi tui micabant vt ſtellæ, & crines tui longæui & vngebas te præciosis vnguentis, veſtibus vtebaris optimis, & in cibis tuis & potibus condebas aromatum multitudinem. Et ſcito anima dum corpus tenebroſum & fœtidum reficiebas atque foueb as, eſcas uermibus 304
Gene. 3: præparabas. Memorare debuiſti quæ a factore & opifice tuo audieris cum pri- G
Iob. 1 mum peccatum commiſiſti. Terra es, inquit, & in terram reuerteris. Et Iob audi dicentem, Nudus egreſſus ſum de utero matris meæ & nudus reuertar illuc. Audi

Iaco. 4.

Iob. 2

etiam Eſaiam vaticinantem, Vere fœnum eſt populus. Caro miſera & neſanda, audi Paulum apoſtolum prædicatorem egregium dicentem, Nihil intulimus in hunc Eſa. 40.
mundum, nec auferre quid poſſumus. Nihil aliud caro miſera niſi peccatorum farcinam ſecum portat. Non niſi per carnem anima peccat. Anima quomodo po- 304 H 1. Tim. 6.
teſt videat. Anima noſtra carcerem patitur, caro eam tenet incluſam. Anima clamat ad dominum, non caro quæ in malitia perſeuerat. Anima remedium aliud nõ 10. De Ge
habet, niſi tollatur a carne, & caro redigatur in puluerem, tollatur ei vinum, & de- ad literã. c.
tur ei aqua, auferatur ei ſanguis & detur ei humor terrenus. O caro miſera quid 11 & 20.
de te agetur quando a te egrediar, & vita a te recedet? Tu ſola in vtero & ſinu terræ iacebis, & aliud nunquam manciperis, habebis in te hæreditatem peſsimam, i. corruptionem, fœtorẽ & vermes. Ecce quæ acquiſiuiſti dum viua eras, ecce quid poſsides dum in ſepulchro iaces. Non potuiſti te ieiuniis macerare ac ieiuniis in cinere & cilicio humiliare? In perpetuum cum anima ſalua fuiſſes ſi ei credidiſſes, quia non facere potes, niſi aliis benefeceris, hoc eſt, niſi corpus per abſtinentiam affixeris, animam ſaluare non poteris. Audi quid creator noſter dicat ad carnem.
O, inquit, mea creatura, ego te ex limo terræ pulchram & lucidam aſſumpſi, imagi- Gene. 2.
nem meam in te condidi, ſpiramen vitæ tribui, animam inuiſibilem tibi conceſsi, immortalitatis tunica te indui, in paradiſo voluptatis te collocaui, vita angelica perfruebaris, cibos & delectabilia iocunditatis contemplabaris, & omnia quæ creaui in tua dominatione humiliaui, & affluentes diuitias dedi, inſuper & omnia ligna paradiſi tibi ſubdita erant, & pro uno uetito quod ibidem comediſti, ecce vbi cecidiſti ſcilicet de paradiſo in infernũ, de luce ad tenebras, de amœnitatis & iocunditatis loco ad chaos. & omnia obſcuriſsima mala, pro delectabili odore nunc putredini & putori mãciparis, pro eſca angelica in cibo vermibus ſubiacebis, pro immortalitatis veſte corrupto induta es veſtimento. Ecce quam conceſsi vitam abſtuli & ſubtraxi, vt tu miſera & putribilis caro in inferno manciperis, ubi eſt fletus & mugitus atque vlulatus, inſuper & ſtridor dentium & teterrima tormenta, & 304 I
quod peius eſt poſt mortem incorruptionem, poſt uermes & fœtorem & conſumptionem poſtea in puluerem redacta. O caro quæ igni inextinguibili manci- 1. Retr. c. 2.
peris, audi animam dicentem ad corpus, Ego de cœlo veni a deo conceſsa tibi: Nam 4. & 7.
tu de terra es, melius eſt vt mecum aſcendas ad cœlum, quam tu mẽ trahas ad infernum. Dũ viuimus & ſumus in vnum, operemur manibus quod bonum eſt, ideſt eleemoſynas & ieiunia in caſtitate & in hoſpitalitate egenorũ, & in nuditate pauperum, & in omnibus bonis operibus, vt per bonam operationem quam agimus aſcendere ad cœleſtia ualeamus, ubi non iam ſolutione corporis ſed incorruptionis veſte induamur, ubi non iam fœtor, ſed odor ſuauiſsimus: ubi non iam tenebræ, ſed lux perpetua micat, vbi non iam uermium multitudo, ſed caterua angelorum, & innumerabilia milia ſanctorum & Prophetarum omnium chorus cum ſanctis angelis hymnum deo inceſſanter canunt. Cum ipſis nos faciat æterna gaudia percipere Chriſtus, Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat in ſecula ſeculorum, Amen.

De ſalute animæ, Sermo L.

QVantum ad animę deſiderium pertinet fratres charisſimi uoluntatis noſtrę eſt vt ad uos requirendos frequenter veniamus, ſed neceſsitate temporis nunc ueniendi incolumes nos venire meruimus, & ideo quia de cõmuni corporum ſanitate gaudemus, de animarum ſalute quę vera ſalus eſt in quantum dominus dederit, colloquamur. Ideo fratres ad imaginem dei facti ſumus, ut deo donante intelligamus quę ſit deſideranda patria, quę ſit vera beatitudo, quæ vera uita, quæ perfecta ſanitas, quę ſit æterna fœlicitas. Sed intus in corde deo 304 K
inſpirante cognoſcamus. Nemo ſe excuſare poterit, ut dicat, non noui literas, ideo dei pcepta intelligere non poſſum, quia qui literas nõ nouit, quid ſit aut nõ ſit, intelligere debet. Interroget homo cõſcientiam ſuã, & alloquatur ſeipſum, & di-

cat sibi suis uerbis. O homo, quis es aut ubi es, & vnde ueneris? Et respondetibi. Homo sum, & dei creaturam me esse cognosco. Iterum interroga & dic, Quid in te habes, aut ex quibus rebus te factum esse cognoscis? Respondе & dic, Ex anima 304 & carne me constare cognosco. Quid in te ex his duabus rebus melius habes? Re L sponde: Sine dubio animam meliorem habeo quàm carnem. Optime & ordine legitimo respondisti, & dixisti te animam meliorem habere quàm carnem. Dic mihi adhuc, Vbi es, o homo? Respondebis in mundo. Postea vero vbi eris? in cœlo Quandiu ibi eris? In secula seculorum. Iustissime respondisti & verum dixisti, fac modo rationem vitæ tuæ, & esto iudex iustus. Ex omnibus rebus quas dedit tibi deus, serua carni tuę vnde sustentetur in mundo, & repone animę tuæ vnde in perpetuum viuat in cœlo. Attende diligenter conscientiam tuam, & vide si tanta res animæ tuę reposuisti in cœlo, quantas habes corpori tuo in mundo: si tot solidos reposuisti in cœlo, quantos tibi seruasti in mundo. Vide si tot modios tritici, si tot amphoras vini per eleemosynam in paradiso vnde viuat anima tua reposuisti, quantum tibi reseruasti vnde viuere possit caro tua in mundo. Cum errgo ista diligenter attenderis, & considerans sapienter, vides te prope totam libram carni tuæ seruasse in mundo, & vnam vnciam reposuisse in cœlo, erubesce & cito ad pœnitentiæ medicamenta confuge, quia inceptum in teipsum iudicium iudicasti. Aliud verum dixisti, & aliud operibus perfecisti, quia totum carni non solum fide liter, sed etiam infideliter deputasti. Nescio si apud te pericliteturiudicium tuum 304 quando inter animam & carnem tuam iniqua sunt iudicia tua. Et vbi te iustum M inuenire potero, quem in te ipsum iniquum esse cognosco? Et tunc certe nutrimus carnem, ornamus carnem, aliquoties inebriamus nos, & nimium delitiose pascimus carnem quam velimus nolimus post paucos menses aut annos uermes deuoraturi sunt in sepulchro, & contemnimus animam q̃ deo ab angelis presentatur in cœlum. O quàm dura erit animæ peccatrici, & quàm intolerabilis hora illa quando uiderit bonam animam requiem recipere in paradiso, se vero torqueri in æterno supplicio. Ergo considerate fratres charissimi, si maiorem certæ uel æqualem partem animæ faciamus. Non enim foris in corpore, sed intus in interiori homine facti sumus ad imaginem dei. Caro enim nostra de limo terræ formata est. Nunquid iustum est ut limus terræ imagini præponatur? Caro enim debet seruire, & anima imperare. Ista debet exercere imperium, & illa subiecta seruitium. In omnibus christianis bonis anima dominatur, & caro seruire compellitur. In peccatoribus uero & amatoribus huius mundi, inuerso immo peruerso ordine caro erigitur & anima humiliatur. Illa delitiis pascitur, & ista fame torquetur. Illa luxuriatur in uestibus preciosis, & ista uix in ueteribus inuoluitur pannis, & si peccatis fuerit obnoxia, æterno iudici presentatur, & tunc vera eius iguominia apparebit. 305 Nam cum anima in corpore suo caput esse debeat, quicunque carnem de- A litiis aut uoluptatibus nimium erigit, nutrit fouet & palpat, animam vero despicit & contemnit, pedes leuat in alto, & caput imprimit in profundo, Et qualis est in oculis hominum qui inuersis pedibus ambulare uidetur, talis est in oculis angelorum, cui caro propria dominatur. Sicut ergo supra dixi, Fecit nos deus ad imaginem & similitudinem suam: & cum deberet in nobis homo interior dominari, in tantum deum contemnimus ut imaginem dei miserabili limo seruire faciamus, & hoc est iniquum iudicium ut carnem nostram animæ præponamus. Sed hoc omnes homines recto iudicio non faciunt. Multi enim sunt honesti, sobrii & humiles, misericordes, casti, in quibus anima tenet imperium, & caro subiecta seruit. Et ideo rogo uos fratres attendat vnusquisque conscientiam suam: & si dominatur caro, cito erigat dominam & stimulet ancillam, ut non caro uincat animam & ad luxuriam trahat, sed magistra carnem suam regat, & per uias castitatis & iustitiæ ducat. Qui uero in se sentit animam dominari, teneat cum dei adiutorio disciplinę continentiam, & per freta pelagi huius mundi, ita nauigium corporeum 305 ueritate gubernante contendat, nè inter fluctus iustitiæ naufragium incautus in- B currat. Vt enim agnoscatur quòd ex nobis in ueritate anima dominetur de substantia nostra uictum nobis sufficienter & uestitum simplicem reseruemus & q-

quid amplius deus dederit, animæ in æternam beatitudinem per eleemosynam pauperum reponamus, ne forte cum carnem nostram ornamentis componimus, & multis delitiis saginamus, partem cum illo diuite purpurato & non cum Lazaro 305 C habeamus. Scitis enim vt in Euangelio frequenter audistis, quòd diues ille qui Luc.6. epulabatur quotidie splendide, & purpura induebatur & byssо, post de corpore exiit, & sepultus est in inferno, & ibi inter flammas aquæ guttam & locum refrigerii requisiuit & inuenire non meruit. Ecce cuius caro luxuriatur & epulatur in seculo, quales diuitias inueniet in inferno. Lazarus uero qui nec diuitias nec ornamenta habuit in seculo, post mortem in sancti Abrahæ requieuit gremio. Sicut ergo supra dixi fratres charissimi, refrænemus gulam nostram, & uictum ac uestitum simplicem carni nostræ in hoc seculo præparemus, vt remaneat aliquid quod in futuro seculo animæ reponamus. Quod peritura gula cupit, reseruet eleemosynæ: Ornamenta quæ luxuria ac suauitas requirit in mundo, misericordia & veritas reponat in cœlo. Si ornati volumus esse, quęramus ornamenta vnde nemo ornatur indignus. Si delitias concupiscimus, non quæramus carnales ac transitorias ex quibus stercora conficiuntur in mundo, sed magis spiritales & æternas vnde angeli epulantur in cœlo. Et si forte quæris quæ sint illę delitiæ, audi Apostolum dicentem, Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascen- 1. Cor. 2. dit, quæ pręparauit dominus diligentibus se. Adhuc quæris & interrogas, quid 305 D sit hoc? Si vis verum agnoscere, deus est delitiæ tuæ requies tua, sanitas tua, gaudium tuum, fœlicitas tua, refrigerium tuum, amœnitas tua, & quicquid sancte possit desiderare anima tua totum tibi deus erit. Sic beatus Apostolus dicit, Et erit deus omnia in omnibus. Auare audi me: Quid tibi sufficit si deus tibi non suffi- 1. Cor. 15 cit? Si ergo ista omnia desideratis, paradisi requiem quęrite, pro ęterna beatitudine suspirate, vnde non exit amicus, vbi non intrat inimicus, vnde nec bonus potest exire aliquando, nec malus vllo modo introire. Ad istam ergo primam ornati bonis operibus festinemus, ut dum eleemosynam pauperibus dederimus, ad cœlestia regna peruenire possimus. Ad quæ ille nos perducat qui est benedictus in secula seculorum Amen.

Hic sequebatur concio quæ habetur inter Homi. Quinquaginta, II. nisi quòd hic detraxerat initium.

Hoc loco sequebantur acta apud populum de disquisitionè clericorum Augustini, quę habentur inter Epistolas, & stulte mixta sunt Eremiticis, eoq̃ p̃termissimus.

305 E

Hic sequebatur sermo cuius initium, Nihil sic deo placet, qui habetur Tom. nono fol. 205.

De obitu Valentini Episcopi Carthaginensis. Sermo LV.

Liber sapientię fratres charissimi multis modis commendat hominis sapiẽtiam. Primo quia hominem a periculo liberat, secundo quia conseruat liberatum, tertio quia coronat conseruatum. Quomodo autem liberat, exemplum patet de Noe, quem cum aqua deleret terram, liberauit in arca. Quomodo autem conser- Gene. 8 uat, patet de Iacob, quomodo duxit eum dominus per vias rectas, & ostendit illi Gene. 28 dormienti regnum dei. Qui euigilans ait, Vere hic est domus dei & porta cœli. Sapi. 10 De gloria dei uero quæ coronat subditur. Reddet deus mercedem sanctis suis la- Ecclesiæ borum suorum, & deducet eos in uia mirabili. Isti enim sunt tres status Ecclesiæ: tres status Status videlicet pœnitentiæ, iustitiæ & glorię. In primo liberat, in secundo con- 305 seruat, in tertio coronat dominus. In primo afficimur, in secundo reficimur, in ter F tio perficimur. In primo est labor & dolor, in secundo sapor & decor, in tertio gloria & honor. Verùtamen quia de his statibus frequentius fratribus nostris canonicis frequens fuit lectio & exhortatio, & in mensa quotidiana disputatio, fortasse

in corde dicetis,Tædium est tantum de hoc nobis audire, quia etiam obsequiũ oportet,ut nos decet,reuerendo Valentino Episcopo exhibere. Sed non pigeat vos fratres me supportare,quod si tædium uobis esset,ad fratres meos confugiam,qui me audire tota mente & toto affectu desiderant. Nam uerbum notum & antiquũ, nouum,aliquando fieri potest. Cibus etiam diu masticatus citius digeritur. Vt ergo fratres distinctio trium statuum clarius eluceſcat, conatus eis accomodemus in hunc modum. In statu pœnitentiæ cæcum reducit dominus per vias duras, & promittit illi regnum dei patris sui. In statu iustitiæ iustum deducit dominus per vias rectas,& ostendit illi regnum dei. In statu glorię iustum & sanctum educit dominus in uia mirabili,& introducit eum in regnum dei. Ecce fratres quomodo reducitur cęcus de inuio ad uiam,de exilio ad patriam, de mansione ad mansionem, de virtute ad virtutem,de corporis carcere ad ęternam gloriam. Ecce quomodo reducitur cæcus ne sit sine Christo, deducitur iustus vt sit Christus cum eo, educitur sanctus,vt ipse sit cum Christo. O fratres mei, ecce quomodo esse sine Christo miserum est, Christum secum esse tutum est,esse cum Christo beatum est. Non enim existimandum est idem esse,secum esse Christum,& esse cum Christo Apostolus enim habebat secum Christum dum dicebat,Non ego solus sum,sed gratia dei mecum est. Nondum erat cum Christo dum dissolui cupiebat & esse cum Christo. Latro secum habebat Christum,cui promittebat Christus, Hodie mecum eris in paradiso. Reducitur itaque cæcus per vias duras. Sane durum est relinquere consueta,durius aggredi inconsueta,sed durissimum est in fornace decoqui continua, in qua necesse est vt decoquatur taliter vt velut carnes possit amputari, & velut virga ad omnem modum reuolui. Istæ sunt uiæ peccatoribus duræ super omnia dura,amaræ super omnia amara,odiosæ ut mors. Quæ sunt istę uiæ frēs,nisi relinquere quæ mundi? O q̃ durum est,o quàm mortale uidetur, o quam amarum relinquere quæ mundi sunt Sed quia dura,quia amara, quia pœnosa, ideo centuplum accipies,& uitam æternam possidebis. Eia milites surgite,iam quia diu dormistis, armate vos contritione cordis, confessione oris, afflictione carnis, quia ecce venit saluator & nō tardabit. Ecce iam in ianua est,ecce iam te uocat, ecce te uenire compellit. Sed dies o miser: In contritione est dolor, in confessione rubor,in afflictione labor,quid ergo faciam? Eia o miles Christi,ciuis cœlorum iam denunciaris ab illo qui super te est,ipse qui laborem & dolorem considerat: Verūtamen quanto duriora tanto vtiliora tibi erunt. Verūtamen certa valenter dum potes,quoniam reposita est tibi corona iustitiæ, quam reddet tibi dominus in illa die iustus iudex: Postquam autem cæcus factus est uidens, impius iustus,tunc deduxit dominus puras rectas,cantare poterimus fratres Sunt enim fratres, ut scholares nostri uacui non recedant,tres species rectitudinis. Aliud est enim regi, aliud dirigi,aliud corrigi. Nam Prophęta dicebat,Dominus regit me & nihil mihi deerit. Et iterum,Dirige in conspectu tuo uiam meam. Et iterum, In quo corrigit adolescentior uiam suam. Et iterum,Mane,inquit Esaias,erigit mihi aurem. Res enim fratres inanimata proprie dicitur regi,ut currus & nauis. Res sensata præter rationem dirigitur, ut equus & mulus, quibus non est intellectus. Res rationalis corrigitur. s. corde regitur,ut homo. Iustus uero erigitur ut sapiat quæ sursum sunt & quęrat. Sic enim volebat Hieremias dum dicebat, State in uiis uestris & considerate quæ sit uita æterna. Daniel ad maiestatis visionem prostratus audiuit ab angelo, Sta super pedes tuos. Quod tamen si non credis Prophetæ,crede Poetæ scholaris peruerse,cui deus os sublime dedit,cœlumq; videre iussit, a quo dum quæreret tyrannus & diceret,Quare te deus fecit? Respondit ut contempler cœlum & cœlorum numina. Factus est enim homo in terra,non ad terram, sed ad cœlum: & factus est de terra non propter terram,sed propter cœlum. Quis fidelium plus dixisset fratres, aut probabiliori argumento? nescio. Nunquid etiam animal mutum & brutum nouit argumentum ægritudinis suæ? Nunquid leo infirmans animal quod simia dicitur quærit,qua deuorata mox conualescit? Nunquid etiam simia ægrotans quærit sanguinem canis,ursus formicas,leopardus capreas,uitis serpentes ferculum? Homo uero attritus in physica hęc omnia ignorare uidetur. Vnumquodque enim fœlici-

Sapi.10

2. Cor. 15. Philip.1.

Luc.23.

Mat.19

Hebre. 10.

Psal.9 2. Tim.4.

Rectitudinis tres species.

Psal. 22
Psal.5
Psal.118
Isaię.50.
Psal.4
Coloss.6
Hiere.6
Homi. 10
Ouid. Metham. li.1.

tatē affectat sed si homo affectat opere tamen affectare non videtur. Quære ergo o hō cœlum ad quod factus es; Noli quærere philosophiam, quoniā ad philosophiā factus non es,nec expedit tibi scire quę sunt super terram,sed tantum quæ sursum sunt. Sta igitur super pedes tuos,sta in uiis tuis naturalibus,ad quas factus est,& di
305 rige ea si necesse est in dando,& dimittendo. Date & dabitur uobis. Et tunc domi- Lucæ.16.
K nus tibi dicet,Amice ascende superius,itra in gaudium domini tui. Sed dicet quis, Quomodo & qualiter egredietur spiritus de corpore? Nunquid Salomon hoc ignorare videtur,dum,se dixit penitus ignorare viam aquilæ in cœlo? Quomodo ergo deum videt,quomodo angelum,quomodo seipsum,quomodo spiritum alium bonum uel malum? Super hoc hodie ille magnificus philosophus admiratur. Nam in libris de animalibus,quinque sensus corporis communes esse nobis ad vsum cum brutis posuit,non ad oblectamentum. Homo in omnibus delectatur: pecus uero tantum in duobus delectatur scilicet in gusta & tactu, in aliis vero mouetur quandoque & excitatur,sed non delectatur. Vnde ergo est q̃ spiritus egressus à corpore duos quos habet communes cum bestiis penitus amittit. Non n. gustu vel tactu vtitur vel oblectatur,sed alios tres ad vsum retinet & oblectamentum. Mirabile tamē videtur ei. s. q̃ spiritus sine corpore sensibus corporis vtatur. Quod tamen philosophus si forte plane non intellexit, uerum est tamen & omnino uerū & irrefragabile,quia spiritus liber uidet deum,delectatur in deum,ne semper sibi dicatur, O anima vbi est deus tuus? Audiet etiam Angelos cantantes & iubilantes. Videbit et & audiet: Esto sup quinq; ciuitates i. beatitudines,& sic vnicuiq; sedm opera sua. Mat.25.
305 Et si dicetur à nobis, Dñe quid facies,q̃ hæc oia meruimus à te largiri? Porro rñ-
L debit ille magnus paterfamilias velut Alexander militi petenti minus,cui ciuitatē dedisse fertur, Si tu tñ non es dignus tanta recipere, ego tñ sum dignus & potens tanta donare. Angeli fratres mirabuntur non modicum de operibus dei in coniunctione animæ & carnis in homine,in coniunctione hominis & uerbi in Christo, in coniunctione hominis & dei in cœlo. Nam dicturus est dominus,Pater volo vt sint Ioan. 17.
vnum nobiscum,sicut ego & tu unum sumus. De prima admirātur, vbi vnum vni iungitur: de secunda plus vbi vnum duobus iungetur: sed de tertia plurimum,vbi vnum tribus in trinitate iungetur. Hæc autem generaliter exposita, spiritualiter tamen ad commemorationem huius sancti Episcopi Valentini trahi possunt: Qui dum esset catechumenus annorum decem & nouem ad baptismum peruenit, & sic reduxit eum dominus per uias rectas, postmodum deduxit eum Episcopum per uias duras pœnitentiæ, postmodum eduxit eum per uiam admirationis & gloriæ.
Sic ergo post eum curramus fratres, vt comprehendamus brauium æternæ voca- 1. Cor. 9.
305 tionis in die illa cum venerit Iesus filius dei, qui cum patre & spiritu sancto uiuit
M & regnat in secula seculorum, Amen.

De commendatione diuinarum scripturarum cum Exhortatione ut diligenter legantur. Sermo. LVI.

PRopitio Christo fratres charissimi ita lectionem diuinam auido & sitienti corde accipiatis vt uobis spiritale gaudium de vestra fidelissima obedientia faciatis. Sed si uultis vt nobis scripturæ sanctæ dulcescant, & secundum quod oportet diuina nobis ptæcepta proficiant,sub trahite vos aliquibus horis ab occupationibus mundi,in quibus etiam in domibus vestris diuina eloquia relegentes,ad integrum uos dei misericordiæ consecretis,vt in vobis illud fœliciter impleatur,quod de beato uiro scriptum est,Quia in lege domini meditabitur die ac nocte: & illud,
305 Beati qui scrutantur testimonia eius,in toto corde exquirunt eum: & illud,In toto Psal. 1
A corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Sicut. n. vt ipsi audistis,ille qui &. 118.
in corde suo abscondit eloquia dei nō peccat, ita & ille q̃ nō abscondit peccare nō cessat. Si. n. negotiatorib⁹ nō sufficit de vna tm̃ merce lucra conquirere, sed plures merces cōparāt,ex qbus substātias suas augeāt,& agricolę diuersa gña seminū co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nantur ſerere,unde ſufficienter ſibi & ſuis cibum ualeant præparare: quanto magis in ſpiritualibus lucris non vobis debet ſufficere q̃ in Eccleſia lectiones diuinas audiatis.ſed in domibus & conuiuiis veſtris,& quando dies breues ſunt etiam aliquibus horis in noctibus lectioni diuinæ debetis inſiſtere, vt in horreo cordis veſtri ſpiritale poſitis triticum comparare,& in theſauris animarum ueſtrarum ſcri 306 B
pturarum margaritas recondere,vt cum in die iudicii ante tribunal æterni iudicis
2.Cor.5. ueneritis,ſicut dicit Apoſtolus,veſtiti & nõ nudi inueniamini. Et illud fratres charisſimi diligenter attendite, quia ſcripturæ diuinæ quaſi literæ de patria noſtra nobis tranſmiſſæ ſunt.Patria.n.noſtra paradiſus eſt, parentes noſtri ſunt Patriarchę & prophetæ & Apoſtoli & martyres,ciues enim ſunt angeli,rex autem noſter Chriſtus eſt. Quando enim peccauit Adam, tunc in ipſo uelut in exilium huius mundi proiecti ſumus,ſed quia rex noſter plus quam cogitari uel dici poteſt pius & miſericors eſt, ſcripturas diuinas ad nos inuitatorias per Patriarchas & Prophetas dignatus eſt mittere,quibus nos ad æternam patriam inuitaret, Et cum ſcripturas eius rebelli ſpiritu fragilitas humana contemneret,dignatus eſt per ſeipſum deſcẽdere, & nos de tyrannide & de ſuperbia diaboli liberare, & ad ueram humilitatem exemplo nos ſuæ manſuetudinis prouocare', de poteſtate etiam antiqui ſerpentis per paſſionis iniuriam liberare,ad inferna deſcendere,& antiquos ſanctos qui originali peccato obnoxii tenebantur eripere,in altum aſcendere, ſpiritum ſanctum qui nos contra omnes inſidias diaboli confortaret de cœlis mittere,etiam Apoſtolos ſuos qui regnum dei per vniuerſum mundum euangelizarent dirigere.Et licet nos non ſolum ſuperbos ſed etiam impios,non ſolum originalibus ſed etiam in actualibus peccatis obnoxios inueniſſet, totum tamen nemine ſupplicante dimiſit & non ſolum ſicut merebamur multis catenis uel coniqedibus oppreſſos ad exercenda laborioſa opera nos traxit,ſed magis pro ineffabili pietate vt cum illo regnemus clementur ac miſeritorditer inuitauit. Cum hęc ita ſint fratres charisſimi, qd de ſe cogitant ſerui qui ita præſumunt domini ſui præcepta contemnere,vt nec ipſas inuitatorias literas quibus ad regni beatitudinem eos inuitat, dignentur relegere? Quomodo enim ſi aliquis noſtrum ad procuratorem ſuum literas dirigeret, 306 C
& ille non ſolum non impleret quod præcipitur,ſed etiam ipſa iuſſoria relegere dignaretur,non indulgentiam ſed pœnam, non libertatem accidere ſed carcerem mereretur ſuſtinere. Ita ille qui diuinas ſcripturas de patria ęterna tranſmiſſas diſſimulat legere, timere debet ne forte præmia æterna non accipiat, ſed etiam pœnã
Eſaiæ.5. perpetuam non euadat.Nam intantum periculoſum eſt nobis diuina præcepta nõ legere,vt propheta lugubriter clamet, Ideo captiuus ductus eſt populus meus qa non habuit ſciam. Qui autem ignorat ignorabitur. Sine dubio qui deum per diuinam lectionem in hoc ſeculo diſſimulat inquirere,& deus illum in æterna beatitu
Mat.25. dine dedignabitur agnoſcere. Et timor nobis debet eſſe,ne clauſis ianuis cum ſtultis virginibus foris excluſis mereamur audire,Neſcio uos,non noui vos, diſcedite à mẽ operarii iniquitatum. Quid eſt neſcio uos,non noui vos? Quomodo eos neſcit quos in ignem mittit? Ideo vtrunque,quia ſicut iam dictum eſt, qui eum in hoc ſeculo legendo nolunt intelligere,in die iudicii illos deus dedignabitur agnoſcere. Et illud in Salomone quod ſcriptum eſt,non negligenter, ſed cum grandi ſolicitudine ac timore debemus audire, Qui obturat,inquit,aurem ſuam ne audiat
Pro.28. legem,oratio eius erit execrabilis. Debet primus ipſe audire deum qui vult exaudiri á deo.Nam qua fronte vult vt deus eum exaudiat,quem intantum deſpicit,vt eius præcepta legere diſſimulet? Et illud quales eſt fratres mei q̃ nonnulli chriſtiani,& quod peius eſt aliquoties etiam clerici quando iter acturi ſunt panem & uinũ & oleum & diuerſas ſibi impenſas ordinant præparari. Et cum tanta unuſquiſque 306 D
in terreno itinere præparat vnde uiuat caro ſua, quare tantum libellum legere nõ
Vnuſquiſque duos homines habet. curat,vnde hic & in æternum reficiatur anima ſua? Cum ergo duos quiſque homines habeat,vnum interiorem ad imaginem dei factum,& alium exteriorem de limo terræ formatum,cur tanquam ſolicitudinem pro corpore, quod in ſepulcro à uermibus deuorandum eſt habere uidemur,interiorem vero hominem qui ad imaginem dei factus eſt,tanquam vile mancipiũ ſine pabulo verbi dei fame & ſiti cruciare

clare permittimus? Intãtum en im prauus deum negligit, vt in ſe imagin em ipſius deſpiciat & contemnat. Hæc ergo fratres charisſimi ſapienter & vtiliter cogitantes quantum poſſumus,ocioſis fabulis & detractionibus ac ſcurrilitatibus cunctis
306 finem ſtudeamus imponere, & totis viribus de impedimentis mundi iſtius fugiendo, aliquas horas quærere,in quibus pro ſalute animæ noſtræ orationi uel lectioE ni poſimus inſiſtere,vt in nobis impleatur quod ſcriptum eſt, Qui docti fuerint Dani.12
fulgebunt ſicut ſtellæ in perp etuas æternitates. Quod ipſe præſtare dignetur, qui cum patre & ſpirituſſancto viuit & regnat deus in ſecula ſeculorum,Amen.

Sermo de vanitate ſeculi, qui hoc loco ferebatur, habetur in Tomo nono fol.204.

De vanitate mundanę gloriæ, Sermo. LVIII.

APoſtolica lectio fratres charisſimi hunc ſonitum reddidit, Tempus breue eſt, reliquum eſt vt & qui habent vxores tanquam non habentes ſint,& qui vtun 1.Cor.7
tur mundo tanquam non vtantur. Prꝛterit enim figura huius mundi,& ſicut fur dies domini ita veniet. Itaque o anima quæcunque audis & legis, conſilium te iuuet ſanctiſsimi Danielis dicentis, Conſilium meum accipe,& peccata tua eleemoſinis redime. Quod conſilium ſi neglexeris,ad cœlum ſine cauſa pulſas. O anima Dani.4
306 quæ inter carnis parietes fragiles habitas,vigila,inquit,& pulſa, pete & roga, pulF ſanti tibi & petenti aperietur,dicit dominus. Et ſi tranſieris per ignem,tecum ſum, Eſa.34.
& flamma non comburet,quæ orando ſi quæſieris inuenies, cum pulſaueris rogando Chriſtus tibi aperiet ianuas vt poſſeſſor paradiſi introeas. Si adhuc frater de fine mundi putas tibi reſtare aliquid,uel tuum tibi conſidera finem: ſcriptum eſt.n. Nudus exiui de vtero matris meæ, nudus etiam ibo ſub terra. Ergo frater nihil Iob.1.
tecum attuliſti quando ingreſſus es mundum,nihil tecum tollis quando dimiſeris mundum. Audite omnes in populo,& negligentes aliquando cognoſcite, Ite ad ſepulcra mortuorum & videte exempla viuentium. Iacent oſſa & perit caro, & tamen cauſa eius ſeruatur in iudicio Chriſti. Fuit & ipſe nobis ſimilis aliquando in vanitate uiuens in ſeculo ſtudens diuitiis,multiplicauit agros,plantauit vineas,implẽs horrea in thecis multis,& lętatus eſt in in abundãtia ſua,& ecce ſubito ablata ſunt omnia ab oculis eius. Plaudebatur ſibi per ſchemata multa,ſericis veſtibus erat indutus,pompas & luxurias ſibi adhibens, epularum diuitias exercebat,ſaltatio-
306 nes & iocos in ebrietatibus exhibebat, prandia ſua cum cena miſcebat,& lætitiæ G ſuæ vix dabat finem. Et ecce ablata ſunt omnia ab oculis eius. Vbi ergo abierunt illa omnia? Vbi pompa? Vbi ſchemata,vbi exquiſita conuiuia? Vbi nam ſunt illi qui eum in foro longius ab omnibus conſpiciebant? Vbi ornatus domorum & pretioſa luxuria ueſtimentorum? Vbi gemmarum ambitio,& argenti pondus immenſum? Vbi poſtremo ipſa cupiditas quæ cum omnia quotidie quæ vult agit, neſcit quando totum habent amittere? Vbi ſapientia illa & foris excogitata diſertio? Vbi applauſus laudum & adulatio amicorum aſsidua: Vbi ſeruorum ſubditi greges & lampadarum radiantia luminis? Vbi antecedentium turba clientium. Tranſierunt omnia ab oculis eius,& ultra non erit memoria eius. Iacet in ſepulcro redactus in puluerem,defluxerunt carnes eius quas delitiæ nutriebant, Abſceſſerunt nerui à compaginibus ſuis,ſola remanſerunt omnia quę ſeruantur in exempla viuẽtium, vt cognoſcãtur reliquię mortuorum. Putatur requieſcere corpus eius, abiit autem anima eius in infernum & non videbit vlterius lumen. Circundant enim eum tenebræ multę,tremor & afflictio apprehendent eum, & vermes & ignis conſument eum,& fletus non deſinet ab oculis eius,ſtridos dentium frequentat eum,eo quod peſsimi dolores perurgent eum,& non deſinunt pœnæ ab anima eius. pœnitet ſe
306 modo male uixiſſe in ſeculo,& hæc ſimimetipſi reputans dicit ſe pietatem & miſeriH cordiam non feciſſe,& modo quæret eam & non inueniet, multas diuitias ſe poſſediſſe & repoſuiſſe & non eas pauperibus erogaſſe,perdidiſſe ſe tempus pœnitentiæ & non ſe correxiſſe ab omnibus malis,dies ſuos negligendo tranſiſſe in quibus ha-

buit ſpatium bene faciendi vt non incideret in talibus pœnis. Expectat enim eum reſurrectio magna vt tradatur peiori iudicio ſecundum quę geſsit. Ibi enim eum conturbabunt multitudo Angelorum, qui ſuper pœnas ſunt conſtituti, improperā tes ei ꝙ taliter egerit & eleemoſynam non amauerit, ideo miſericordia ei denega- 306
tur. Gehenna ardens eum expectat, quia pauperem & egenum non amauit, uentre I
eius perpetuus penetrat uermis, qui eſurientem pauperem non ſaturauit. O quantum ualet apud dominum miſericordia quæ in vita huius ſeculi exhibetur, quæ dum hic exhibendo delectatur, ad recolligendum inuenitur: ſicut dominus noſter
Mat. 5. Ieſus Chriſtus in Euangelio dicit, Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiā
Ioan. 12 conſequentur. Currite itaque fratres mei dilectiſsimi dum lucem huius vitę habe tis, ne tenebræ mortis uos comprehendant, facite miſericordias in hoc ſeculo quæ deleant peccata vt ſuccurrant vobis in die iudicii, quia quod manducatis perditis, & quod laboratis relinquitis, quod vero pauperibus erogatis, hoc firmiter Poſſide bitis. Eleemoſyna enim emundat peccata & ipſa interpellat pro nobis dominum. Antecedat igitur nos miſericordia noſtra in die iudicii, & ipſa interpellat pro nobis in conſpectu domini vt miſericordes miſericordiam conſequamur: Præſtante domino noſtro Ieſu Chriſto cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Qui hoc loco lequebatur, habetur To. ſo. 203. cuius initium, Audite fratres.

De perſecutione chriſtianorum. Sermo. LX.

Ioan. 5 FRequenter diximus fratres chariſsimi ꝙ ſemper Chriſtiani perſecutionem pa tiuntur. Mundus in maligno poſitus eſt. Aduerſarius noſter diabolus regnat in mundo, & nos putamus quia non patimur perſecutionem. Quæ.n.res non perſe- 306
quitur Chriſtianum? Omnia quæ in mundo ſunt perſequuntur Chriſtianum. Mi K
ramur ſi nos perſequuntur alii, ſi Chriſto ſeruire voluerimus, & parētes noſtri nos perſequuntur. Quicunque diſsimilis noſtri eſt, perſequitur nos & odio nos habet. Miramur ſi alii nos perſequuntur, ipſum corpus noſtrum nos perſequitur. Si come dero paululum & corpuſculum meum fuerit robuſtum ſanitas corporis mei perſe quitus animam meam. Quocunque me uertero, perſecutio mihi eſt. Si videro mulierem, oculus meus perſequitur me: cupit.n. interficere animam meam. Si uidero diuitias, ſi aurum, ſi argentum, ſi poſſeſsionem, ſi delitias corporales, ſi pulcra ueſti menta, quodcunque uidero perſequitur animam meam. Non putemus tantum in effuſione ſanguinis eſſe martyrium, ſemper martyrium eſt chriſtianis & religio- ſis. Adoleſcentulum libido perſequitur, & vult libido effundere ſanguinem. Quando periclitatur anima tua & quaſi in periculo conſtituitur, tunc affat dñs Ieſus à dextris patris & pugnat pro adoleſcentulo ſuo. Si ergo ſunt martyria in pacis tem pore, ſunt & negationes. Nemo ergo dicat non eſſe martyrium negationis. Et mar tyrium eſt & negatio. Ego hodie qui uideor monachus, ſi rupero propoſitum meū, Chriſtum negaui Et ſi in pace Chriſtum nego, in perſecutione quid facerem? Non torqueor neque exuror & denego, ſi torquerer & exurerer quid facerem? Qui in per ſecutione negat, habet veniam plagæ. Pro illo precātur ſancti, Quid.n.dicit? Volui pugnare, caro mea in colluctatione defecit: Non ceſsit animus, ſed ceſsit cor- pus. Aliud mens cogitabat, aliud corpus compellebat, & tamen non habet excuſa- 306
tionē. Nulla.n.eſt plaga quæ debeat ab amore Chriſti ſeparare. Quid.n.tibi dicit? L
Hoc eſt, in incendio eras in eculeo pendebas, pro me torquebaris & dicis, non po- tui ſuſtinere tormenta: & quomodo ſuſtinuit Petrus quomodo paulus, quomodo cæteri martyres ſuſtinuerunt, & habuerunt corpus quale & tu habes. O mona- nache qui ieiunium fugis, putas ignem effugere? Hoc ergo dico, quia omni tempo- re ſunt martyria, ſunt & perſecutiones. Denique Apoſtolus quid loquitur de viduis
1. Tim. 5. quæ ſecundos duxerunt marito? Quid dicit? Habentes damnationem quia primā fidem irritā fecerunt: Viduæ quid dicit? O uidua anteq̄ promitteres ꝙ eſſes uidua-

in tua erat poteſtate vt nuberes. Ex quo tempore mea eſſe cœpiſti, ſi volueris ſe- cundum maritum ducere me, contempſiſti, adultera es, quia mihi iam iuncta eras.
306 Sic & tu monache, antequam promitteres, in tua erat ptate facere qđ volebas. Vox
M tua ligauit te mihi. Nonne liber eras? In poteſtate tua erat promittere, non tibi li- cet ea licentia dimittere quod promiſeras. Promittere fuit tuum, dimittere nō eſt tuum. Si me dimiſeris, non habeo te in eo gradu in quo prius habui. Primo liber eras, & eras quidem de familia mea, ſed non eras ante oculos meos non eras de mi niſtris meis, ſed de familia mea eras, non tamen eras mecum, ſed tamen meus eras. Ex quo mihi militare cœpiſti ſi receſſeris, non habeo te quaſi de familia, ſed quaſi fugitiuum. Hoc totum quare dico? quoniam in noſtra eſt poteſtate promittere ſer uire deo & obedire, non eſt in noſtra poteſtate dimittere. Promiſiſti, præmium ha- bes: neglexiſti, pœnam habes. Non eſt meum, vtrunque eſt tuum, elige quod velis. Habes viam mortis & vitæ, ingredere qua volueris. Hoc totum dico fratres chariſ- ſimi, ne quis de uobis putet ſe habere liberā poteſtatem & dicat, Ergo illi qui vxo- res habent, qui ſunt in ciuitatibus, qui militant, qui negociantur, ergo totus mun- dus in periculo eſt, ſoli monachi ſaluantur. Noſtra & illorum non eſt æqua condi- tio. Illi ſcientes imbecillitatem non promiſerunt facere quod implere non poterāt Illi quidem Chriſtiani ſunt, ſed Chriſtianus quaſi ſecularis, & ſecularis quaſi ne- gociator, & Chriſtianus quaſi miles, & Cornelius Centurio miles fuit, ſed ſaluatus
307 eſt. Ego quidé ſum monachus qui deſiui eſſe ſecularis & factus ſum monachus, aut Hic fingit
A monachus, ſaluor, aut aliter non ſaluor, non eſt aliud medium. Si uoluero dimit Auguſti-
tere vitam monachi & ſequi ſecularem, non habebit me dominus quaſi ſecularem num, mo-
ſed quaſi præuaricatorem. Non ergo licet nobis dimittere quod habemus propoſi nachū quo
tum, dicit aliquis, Quid facio ſi peccaui in iſto propoſito qui factus ſum nec ſecu- noīe ſe nuſ
laris nec monachus? Aliquis peccator peccatum maiori pœnitentia cupit emenda quā appel-
re. Ergo hoc dico, Non nobis licet dimittere quod habuimus propoſitum, licet di- latnecſuos
gnitatem propoſiti perdideris. Si peccaſti in vita monachi conſtitutus, eſto pœni- clericos.
tens quaſi monachus patiens nō quaſi ſecularis: aliquis dicit. Fugi dominum meū ne me cædat, ſemper debeo fugere? Si te pœnitet ꝙ fugiſti, debes reuerti ad domi- num tuum, nemo dicit, Pœnitet me quia fugi, debeo ſemper fugere: Si ſanctus es, beatus es & monachus: ſi peccator es, miſer es, & monachus tamen es. Monachus es licet dignitatem propoſiti perdideris. Siue ſancti ſimus ſiue peccatores ſimus, non nobis licet mutare propoſitum, quia Chriſtus de cœlis a patre miſit ſpiritum
Ioan. 14. ſuum, ſicut ipſe promiſit, Non derelinquam vos orphanos, ſed mittam vobis ſpiri- tum veritatis qui a patre procedit, ipſe docebit uos omnia quæcunq; dixi uobis &
307 commonebit uos, Hæc quidem in commune loquor, mihi quoq; loquor, ne quis ſe
B putet habere poteſtatem mutare propoſitum. Et iam, ut aſſolet, ſi caſu quiſq; inſti- gante diabolo ac ſuadente peccauerit, non ei liceat mutare propoſitum, ſed ad pœ nitentiam quæ eſt medicamen lapſorum tota animi auiditate confugiat. Dominus potens eſt & præterita indulgere, & ad preſens & me & uos ab omnibus inſidiis dia bo li tutos ſaluare, Qui uiuit in ſecula ſeculorum, Amen.

De obedientia, Sermo LXI.

Mat. 11 SI præmia æternę vitę uolumus promereri, pręcepta dei totis uiribus ſatagamus cuſtodire. Præcepta nanq; dei nolentibus gratia, uolētibus ſunt leuia: ſicut ip- ſe ait, Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue: audiamus dominū & ſal- uatorem noſtrum præcipientem nobis & ſuo exemplo admonentē, Tollite, inquit, Iugū dei
iugum meum ſuper uos, & diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Quid eſt tollere qđ?
iugum dei ſuper ſe tollere, niſi ſanctæ obedientię præcepto ſeipſum propter deum Mitis.
ſubiicere? Mitis autem eſt qui omnes iniurias & contumelias quę ſibi illatæ fue- Rom. 12.
rint ęquanimiter tolerat, qui eam Apoſtolicam ſententiam opere tenent, qua dici Ibidem.
tur. Non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, ſed ecōtrario Humilis.
benedicētes, & iterum, Noli uinci a malo, ſed vince in bono malum. Humilis vero Pſal. 83.
307 eſt qui eligit abiectus eſſe in domo dei, & omnes ſtudet ſibi præferre, qui ſe ſemp
C puluerem & cinerem eſſe penſat, & in cunctis quæ agit ſeruum ſe indignum, non ſolū verbo, ſed opere, cogitatione, & oī cōuerſatione ſua ſemp ſe abiicit & cōtēnit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Talis proculdubio ad seruandam disciplinā atque obedientiā est idoneus, nec po-
test perire à uia iustitiæ, neque declinare ad dexteram siue ad sinistram, quia in eo
quod mitis est nulla aduersitate frangitur, in eo autem ꝙ humilis est nulla pros-
peritate uel gloria eleuatur. Quantus autem sit obedientiæ fructus ostenditur, cum
Matth. 11. subinfertur, Et inuenietis requiem animabus uestris. Obedientiæ quidem disci- 307
pli- D
na modo in labore est, sed in futuro fructum habet pacatissimum. Et sciendum ꝙ
quanto modo erimus obedientes patribus nostris, tanto erit deus obediens oratio
nibus nostris, & tanto erit nobis iugum eius suaue & onus eius leue. Scire quo
que oportet, quia superbus & impatiens disciplinæ & obedientiæ regulis sub-
iacere non potest. In eo enim quod elate uiuit, cæteros despicit, & suis magis quam
alterius diffinitionibus obedire appetit: In eo autem quod impatiens est, ipsa par-
ua & leuia dura & intolerabilia esse diiudicat, idꝙ solum rectum esse æstimat quod
obstinato corde conceperit, sensuꝙ proprio pro omnium utitur ratione. Isti tales
fratres unanimes sæpe perturbant, litesꝙ mouent, nec uolunt ad mensuram alio
rum uiuere, nec sunt contenti his quibus contenta debet esse religiosa paupertas.
Et cum negligentius cæteris uiuant, plus aliis uolunt honorari. Huiusmodi rebel-
les & inobedientes animæ. frequenter in passionibus suæ carnis decidunt & usque
ad turpia opera dilabuntur, & ex his plerique à societate fratrum a sancto proposito
2. Pet. 2. miserabiliter & dannabiliter discedunt: de talibus terribiliter clamat Petrus Apo-
stolus, Si inquit, fugientes coinquinationes mundi his rursus impliciti superātur,
facta sunt eorum posteriora peiora prioribus. Melius enim erat eis non cognoscere
uiam iustitiæ, quam post cognitionem retrorsum reuerti ab eo quod illis traditum
Matth. 18. est sancto mandato: huic dominus ait, Væ illi per quem scandalum uenit. Quisquis 307
ergo talem esse recognoscit, dum tempus corrigendi habet ad lacrymas & pœniten- E
tiam cito redeat, superbiam cum humilitate uincat, impatientiam mansuetudine
dannet, uitia in uirtutes cōuertat, ne si in malo perseuerat, ad æterna supplicia per
ueniat. Debemus ergo eam quam professi sumus obedientiam & uirtute & opere
custodire. Quod tunc agimus, cum eum qui nobis præest pro amore dei honora-
mus atque diligimus, & quicquid ab eo nobis præcipitur tanquam ab ipso cœlesti
Luc. 10. domino fuerit imperatum, libenter implere festinamus. Prælatus enim Christi vi-
ces agit in monasterio: unde ipse suis pastoribus ait, Qui uos audit, me audit: & qui
uos spernit, me spernit. Sicut enim gaudere debent & magnum a domino præmiū
expectare qui libenter obediunt: quia quod ipsi maiorum iussu faciunt, hoc ipsi
authori deo impendunt, sic nimirum magnum a deo iudicium timere & expectare
debent qui prælatorum suorum iussa despiciunt: quia cum prælatus contemnitur,
non ipse sed is in cuius loco positus est contemptui habetur. Nec potest deus a no- 307
bis sine magno fructu honorari, nec despici sine magno detrimento. Debet autem F
obedientia esse sine mora, non cum murmure neque cum tristitia animi, sed cum
2. Cor. 9. gaudio & hilaritate. Hilarem enim datorem, diligit deus. Bonum autem quod cum
Philip. 2 tristitia fit, deo non est acceptabile, quia ipse magis est inspector cordis quam cor-
Mat. 11. poris. Debet quoque obedientia esse usquead mortem, quia usque ad mortem pa-
tri suo propter nos obediuit Christus. Ad hoc sanctum præceptum ipse suo exem
plo noster redemptor nos admonet, dicens, Tollite iugum meum super uos & di-
scite a me quia mitis sum & humilis corde.

De timose domini & auaritia uitanda, Sermo. LXII.

Eccl. 1 Timor domini expellit peccatum. Per timorem domini nascuntur multa bona:
Pro. 1. Salomon ait, principium sapiētiæ timor domini: & alibi, Beatus homo qui est
&9. &. 28. pauidus. Per timorem enim domini euadunt animæ de pœnis inferni, & per amorē 307
eius inueniturgaudium sempiternum, quia timor domini & amor proximi chari- G
tas est. Qui autem charitatem habet, deum habet: & qui deum habet secularia fu-
git. Qui Christum diligit, infernum timet, & paradisum desiderat, ubi anhelat per-
uenire, in quo sperat permanere, in quo non est timor de morte, nec trepidatio de
hoste. Qui deum habet in se, diabolū repellit de se. Per dilectionem dei & proximi

uita

uita acquiritur æterna, amor dei in deo permanere facit. Dilectio proximi malum
non operatur. Vnusquisq; quod sibi fieri nō vult, alteri nequaquam faciat, qui sic Rom. 13.
307 agit peccatum non nutrit, Qui terrenis se implicat, cœlestibus se elongat. Gaudet
H qui acquirit, tristatur qui amittit. Multi sunt qui de alienis lachrymis eleemosynas
facere se sperant, unum expoliant, alterum uestiunt, unum inanem faciunt, alium
alienis reficiunt. Eleemosyna cum iniquitate acquisita abominatio est apud deū.
Qui de iniquitate misericordiam facere putat, nihil est apud deum. Quid dicemus Psal. 38.
fratres charissimi de illis diuitibus qui congregant & ignorant cui congregant ea,
acquirunt terrena & perdunt cœlestia, lucrantur pecunias & perdunt animas, at-
tendunt quid acquirunt & non perpendunt quid amittunt. Multi sunt qui in luce
ambulare se putant, & foris claros existere se existimant, cum peccatorum luto ple
ni, intus tenebrosi persistāt. O cæca cupiditas quæ a Christo animas separas, ut ille
Luc. 16. diues qui quotidie epulabatur splendide, ante cuius ianuam Lazarus iacebat men-
dicus, Mortuus autem diues in inferno lapsus. Lazarus vero in sinum Abrahæ legi
tur allatus. Quare miseri diuites nō expauescitis qui terrenas diuitias cōcupiscitis
& cœlestes thesauros perdere non curatis? Qui tale exemplum saluatoris iam di-
ctum non timet, bene cæcus ambulat, Iacobus enim Apostolus dicit, Eia nunc di-
uites plorate & ululate in miseriis uestris quæ ueniunt ad nos. Diuitiæ uestræ pu-
307 trefactæ sunt, uestimenta uestra a tineis corrosa sunt. Aurum & argentum uestrū Iac. 5.
I eruginauit, & erugo eorum uobis in testimonium erit. Væ illis qui tales sunt. Ava-
rus misericordiam nō habet, cupidus similis est in inferno Infernus quantūcunq;
plus deuorat, tanto magis cupit & desiderat: sic & auarus nunquā satiabitur. Cre-
scit uana potentia, crescit & pœna. Potentes potentiora tormenta patientur. Quan Sap. 6
to maior honor datur, tanto maius periculum comparatur. Isti tales sunt elati, su-
perbi, uanitate pleni, luxuriosi, gulosi, & hominibus magis placentes quam deo. Hi
sunt seipsos amantes, gulæ seruientes magis quam spiritalibus intendentes, cor-
pus ornantes, & animam fœdantes, Carnalibus consentientes, spiritalia negligen-
tes. Foris ornati, intus tabefacti. Se sapientes æstimantes, ueros se esse stultos non
considerantes, cum sapientia huius mundi apud deum stultitia est. Colligētes ami 1. Cor. 13.
citias seculares perdentes æternales: dicit nanq; Apostolus, Quicunque uoluerit Iaco. 4
esse amicus huius seculi, inimicus constituitur dei, Superbus deum negligit, diabo
lo seruit, uerba diuina despicit, uana & inutilia diligit, fallas suggestiones amat, in
structiones diuinas recusat. Dum terrena sequitur, fugiunt ab eo cœlestia. Dum
transitoria concupiscit, æterna amittit. Vanitates concupiscens diabolicas, perpe-
tuas incurrit pœnas. Væ illis quos in talibus rapuerit infernus, qui dum tēpus ha-
307 bent & in sua sunt potestate & non corrigunt se, nec emendant, cum mors uenerit
K potentia illorum ubi remanebit? Et sola anima misera nonne in infernum ibit? O
fratres charissimi, quid dicemus de illis qui uouerunt & non impleuerunt. Melius Eccl. 5
est non uouere, quam post uota promissa ipsa non tenere. Multo & melius est nō
promittere, quam fidem promissam nō adimplere. Peius insuper fuerit si non red-
dideris quod promisisti, quam si uotum nūquam emisisses, dicit nāq; Propheta. Vo
uere & reddite deo uestro: & in sapientia dicitur, Os qd' mētitur, occidit animā, Per Psal. 75
des omnes qui loquūtur mēdaciū, & alibi, Ex uerbis tuis aut iustificaberis aut nō Sapien. 1.
damnaberis. Multi. n. quod peius est dei promissa dimittūt, diabolica fraude dece- Psal. 5.
pti, aliis se operibus malis implicantes quæ sectantur. Considerate ergo fratres cha Mat. 12.
rissimi uosmetipsos, cogitate ubi sint reges, ubi potentes, ubi amici, ubi parentes.
Ecce quō de tanta potentia uel lætitia tanta prouenit miseria & angustia, de tantis
diuitiis tot inopię, de tantis satietatibus tanta fames, de tam breui delectatione tam
longa mors, de tam exigua sanitate tam lōga infirmitas, de tam breui luce tam lon
gę tenebræ, de tam parua suauitate odoris uel luxuriæ tantos recipientes dolores
& fœtores dominationis perpetuæ, & de uestimētorū nostrorū abūdantia, ex qua
307 largiri debuimus eleemosynam pauperibus tantam nuditatem habentibus. Rogo
L uos fratres charissimi dum uobis dominus dat intellectum spiritalem, ut non ame
tis omne moriturum & transitorium plus quam oportet, ne uos confundentes in
futurum profundatis. Date parum, accipientes multum. Qui enim reliquerit oīa

quæ possidet propter Christum, centuplum accipiet & uitam æternam possidebit. Et quia licet pauci sint heu hanc salutis uiam arridere volentes, eo ꝙ multi sint vocati, pauci uero electi: melius est tamen cum paucis ingredi ad vitam æternam, quàm cum multis perduci ad gehennam. Exinde est melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas: Auxiliante domino nostro Iesu Christo, cui est honor & imperium in secula seculorum, Amen.

Mat.20
Psal.36

De die iudicii & pœnis inferni. Ser. LXIII.

O Fratres charissimi quàm metuenda est illa dies in qua dominus noster Iesus Christus cum flamma ignis aduenire proposuit, qui in circuitu inimicos suos inflammabit, & omnes qui operantur iniquitatem. In illa die plangent se omnes tribus terræ, & videbunt filium dei venientem in nubibus cœli virtute magna & maiestate excelsa. Commouebitur ante eum terra & peccatores peribunt. Cœlum plicabitur & siccabitur mare & montes sicut cæra ardebunt & terra vsq; ad inferos. Sol conuertetur in tenebras, & luna non dabit lumen suum: stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur. Tunc apparebit signum filii hominis in cœlo, quod est crux Christi. In cuius lumine omnium manifestabuntur abscondita cordium. Tunc sancti obuiã venient Christo in aera, & semper cum domino erũt, peccatores autem peribunt & confundentur. Et tunc fiet iudicium & veniet dominus Iesus Christus, & mittet angelos suos ad quatuor angulos terræ, & congregabunt electos eius à summo cœli vsque ad summum eius, separabitq; dominus sanctos suos de peccatoribus, & mittet eos in caminum ignis ardentis qui paratus est diabolo & angelis eius. Ibi erit fletus & stridor dentium. Væ illis qui ibidem suam habebunt mansionem: Hic fumus tormentorum ascendet in secula seculorum: Ibi vermis eorum non morietur & ignis non extinguetur: ibi nulla vox nisi gemitus: nulla requies, sed ardor continuus: ibi nullum in flamma refrigerium, sed ignis perpetui continuum incendium. Ibi lux nunquam videbitur, ibi tenebris nunquam carebitur, ibi nulla est in bono eorum memoria, sed obliuio dei ipsorum æterna. Quorum cibus eorum cruciatus, quorum mansio non Abrahæ sed satanæ sinus. Ibi nulla amicorum vel parentum visitatio sed incessabilis peccatorum tormentatio. Pensa igitur ò humana natura quæ regnum dei possidere desideras cur tanta mala commisisti & tot bona omisisti. Emenda dum potes, ad deum clamadum tempus habes, dum spatium datur luge, dum licentia tribuitur, pœniterenon protrahe. Festina dum potes, fac bonum quod uales dum anima tua versatur in corpore, dum adhuc viuis futurum tibi acquire remediũ. Priusquã dies mortis te preueniat, ipsum operibus bonis præuenire non tarda. Et priusquã te profundus absorbeat pelagus, priusquam te malignus rapiat infernus, vnde nulla datur indulgentia, vbi nullus amplius regreditur ad veniam, lacrymis pœnitentiæ eruere te accelera, vt sic æternam euadas pœnam: De qua & nos pius ac misericors deus eripere dignetur: Qui cum patre & spiritusancto viuit ac regnat in secula seculorum.

Mat.24
317 M
Ioel.2.
1.Thes.4
Mat.24
Esa.66

De exhortatione ad sacerdotes vt doceant quid populum Christianum scire & obseruare oporteat. Ser. LXIIII.

308 B

AVdite filioli mei & intelligite quomodo scriptura sancta admonet nos & inuitat ad regna cœlorum, & ostendit viam quomodo mala istius mundi euadere possimus, & ad vitam peruenire æternam Christo adiuuante. Clamat enim dominus per Propheram ad sacerdotes qui populo præ sunt, vt doceant eum & admoneant, & viam veritatis sibi annunciẽt: dicit.n. Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam & annuncia populo meo scelera eorum: & iterum, Quòd si non annunciaueris iniquo iniquitatem suam, sanguinẽ eius de manu tua requiram. In his igitur grandis necessitas est omnibus sacerdotibus vt viã salutis populo demõstrent, per quam vita æternã acquirere possint. In primis ipsis explicãdo quod ois xpianus scire & in corde suo firmiter tenere dẽt; ꝙ primũ est mandatũ dño dicẽte,

Esai.58
Ezec.3

308 A

Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua, & ex tota mente tua: deinde proximum sicut teipsum. Si ista, id est, amorẽ dei & timorem, ac proximi dilectionem in corde tuo posueris, & hæc præcepta cũ summa reuerentia suscipere volueris, tunc ad aliam voluntatem bonam, deo largiente, facilius poteris peruenire. Promisit enim his qui diligunt eum, resurrectionem post mortem, paradisi delitias, angelorum consortium & vitam sempiternam. Vnde post hæc nec aduersa te molestant, nec infirmitas grauat, nec senectus occupat, nec mors occurrit, sed pax & securitas perpetua, sanitas animarum & corporũ gratissima, iuuentus venustissima & regni cœlestis vita æterna. Et hæc promissa sunt bona facientibus & de malis se continentibus. Cogitet ergo vnusquisq; qualiter ad illam bonitatem peruenire possit. Sit beniuolus, pius, benignus, misericors sobrius, castus, ad omne opus bonum promptus, ad mala tardus. Otia virtutum fugiat, & omni virtutum exercitio deo placere studeat. Non sit detractor, non fornicator, non rapax vel auarus, non ebrius, non gulosus, vel in scurrilitate quæ ad rẽ non pertinet constitutus, sed & illa & in ipsis positos quasi serpentem fugiat, ne uitiis & malis huiusmodi animam suam inquinet. Diligat iustitiam, pacem inquirat, amet parentes, dilectionem habeat ad proximum. Cum gaudio peregrinos suscipiat, infirmos uisitet. Et inquantum valet, deo adiuuante, ac sibi copiam bonorum temporalium ministrante vt habeat vnde cum summa lætitia pauperibus tribuat & cum summo gaudio necessitati eorum subueniat, credat sibi retributorem esse deum qui uidet & considerat vniuersa, pro quo dxit, Quicquid feceritis vni de minoribus istis mihi fecistis. Et filioli mei semper cum gaudio & læto animo pauperibus manum porrigite inquantum prœualetis, Et si aliquis est laborator qui terram colat, de fructibus suis & ex eis omnibus quæ dominus ei donat in decima Ecclesiam non defraudet, & de particula sua pauperibus dare non negligat. Si negociator est & in hoc laborat, & ipse deo non seruit de suo labore, vel decimam reddere noluerit & de sua particula pauperibus ministrare non curauerit, ad nihilum ipse vna cum pecunia sua redigetur. Ex quacũq; arte dominus alicui personæ ingeniũ lucrandi donauerit, vnde se & suos nutrire ac vestire potuerit, & cum hoc superlucrari aliqua post decimam, ex ipsa sua particula quæ sibi remanet, pro redemptione animæ suæ ac suorum pauperibus hilariter donet. In his autem omnibus caste sobrie & pie viuendum est, vt opus bonum quod facitis deo acceptabile fiat. Seculares ad ecclesiam libenter conuenite, confessiones vestras humili & puro corde sacerdotibus facite, & illos rogate ꝙ pro peccatis vestris deum ut uobis indulgeat orare dignentur. Oblationes per dies dominicos pro uobis & vestris secundum status vestri possibilitatem deo offerentes. Dignum nanque & acceptabile sacrificiũ deo est, vt Christiani quod negligenter egerint per sacras oblationes & eleemosynarũ largitionem placare festinent, & per veram, ut præmittitur confessionem, cordis contritionem, ac omnimodam satisfactionem, per orationem puram, per ieiunium & abstinentiam peccata sua abluere velint. Et uos similiter agentes in omnibus uosmetipsos cõsiderate propter quid in hac ualle miseriæ ideò in hoc mundo nati estis. Et cur nisi vt nuduli primorum parentum peccatò exigente, de paradiso in præsens exilium relegati, benefaciendo ad patriam reuertamur. Si igitur p ignorantiam vel alias contra deũ quicquã peccando egistis, per opera vestra bona id emendare non tardetis. Hoc uobis ad memoriam solicite reducendo, vt siquis legitimatus sit in domo sua tranquille & pacifice vt bonum decet xpianum viuat, parentibus honorem impendat, vxorem diligat, filios, catholicam fidem & dei legem cum summa disciplina instruat, ut deum diligere, timere & honorare sciãt. Hoc.n. beneplacitum est apud deum. Super omnia turpiloquia abstinẽtes charissimi, proximis uestris detrahere nolite, sed si alicui aliquid in aliquo displicet, illã Euangelicam sectãtes doctrinã, arguite & monete in charitate, & si illũ lucrati fueritis, uosmetipsos saluabitis. In oibus ebrietatẽ cauete. Hæc.n. subuersio magna est aiæ Sicut.n. ignis facile incẽdit stipulas & leuiter siccas exurit paleas, sic ebrietas corpus corrumpit & animã simul & corpus in graue pctõrum incẽdiũ deiicit, & pcipue in iuuenibus. Vinum enim & iuuentus, duplex incendium. Propterea qui ab ebrie-

Mat.22
308 C
Ephe.5
Mat.25
308 D
308 E
308 F

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatē non cauet,peccatum non euadet. Ad eccleſiam quando venitis, cum ſumma reuerentia & timore maximo intrare debetis, conſiderantes quia ad dominum & dominatorem uniuerſæ creaturæ vaditis,eidem ibidem pro negligentiis ueſtris ueniam deprecaturi. Dum etiam in Eccleſia ſtamus orationes domino pro peccatis noſtris fundentes, prius tamen operibus fidei inquantum poſsibile eſt iuſtificati oculos mentis ad deum leuemus,ſemper intendentes qualiter de ſupernis a deo cō
Pſal.33. ſolatio nobis præbetur. Oculi enim domini ſuper iuſtos,& aures eius in præces eorum. Iſta ſi frequenter feceris, & præ oculis deum habueris, inimicus fugietur a te. Angelus enim domini bonus adiutor tibi erit ſi mentem tuam firmam in his exiſtere perſpexerit. Conſidera quia pius & miſericors eſt deus, & puro corde ſe deprecantes miſericorditer recipit,promiſsiones ſuas non elongat & alleuat ac ſanat eos qui contriti ſunt corde. Hoc etiam chariſsimi latere uos non debet, verbis Chriſti per ſcripturam ſacram nobis nunciantibus,ꝙ iſtius mundi finis appropinquat,& per quotidiana ſigna quæ per euangelium prædicta ſunt & quotidie fiunt,ſpero in
Matth.15. proximo eius eſſe aduentum vt per ignem omnem iudicet mundum. Ecce enim dominus veniet & omnes angeli eius cum eo,& virtutes cœlorum mouebuntur. Tūc ſedebit redemptor noſter rex omnium in ſede maieſtatis ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis. Qui boni ſunt ſtatuet eos ad dexteram ſuam, malos vero ad ſiniſtram. Et his qui à dextris eius erunt, dicet, Venite benedicti patris mei,percipite regnum quod uobis paratum eſt ab origine mundi. Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Sitiui & dediſtis mihi bibere. Nudus eram,& operuiſtis me. Infirmus eram & in carcere,& viſitaſtis me & cætera. Tunc reſpondebunt iuſti,dicentes, Domine quando
308 te vidimus eſurientem & ſitientem & nudum & infirmum vel in carcere, & miniſtrauimus tibi? Tunc reſpondit illis,dicens,Quandiu vni de minimis meis feciſtis, H
mihi feciſtis, His vero qui à ſiniſtris eius erunt, dicet, diſcedite a me maledicti in ignem æternum,qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Eſuriui enim & non dediſtis mihi manducare,& ſic de ſingulis. Et ibunt hi in ſupplicium æternum,iuſti autem in vitam æternam. Conſiderate igitur filioli magnam dei pietatem, quali nos in peccatis noſtris ſuffert patientia. Penſemus iudicium illud futurum vt peccata noſtra nobis non improperet. Propterea chariſsimi hoc nobis in omnibus cō ſiderandū eſt vnuſquiſque poteſt,dum tempus habet,dum precium in manibus tenet, & inquantum præualet redimat ſe vnuſquiſque ne debitor peccati ac in ſeruitute diaboli perſiſtat. Et exinde vos ſeculares poſt pœnitentiam & reconciliationem actam, ſecundum ſacerdotis conſilium communicare temporibus præcipue 308
ad hæc ab Eccleſia ordinatis. Prius tamen ante plures dies a propriis etiam uxoribus abſtinete,vt mundo corde & caſto corpore ſanctum ſacrificium accipere poſ I
ſitis. Sacerdotibus ueſtris honorem impendite, & eis propter deum obedite: ipſe
Luc.10. nanque dñs ad ipſos dicit, Qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit me ſpernit.
Roma.12. Filii honorent parentes,ſimiliter & omnes Chriſtiani inuicem vos honorate: ſcriptum nanque eſt,Honore inuicem præuenientes. Eſurientes paſcite,ſitientibus potum porrigite, hoſpites & peregrinos Pręcipue pauperes ſuſcipite, humanitatem quam poteſtis illis impedite, pedes illorum lauate, veſtite nudos, in tribulatione poſitis ſubuenite: conſolamini dolentes,infirmos viſitate,mortuos ſepelite, in carcere poſitos requirite,& de bonis veſtris quantum facultas uobis a domino conceſſa ſuppetit ſubuenite ac eis miniſtrate, viduas & orphanos in tribulatione poſitos adiuuate, pauperes & oppreſſos à prauis hominibus vel iniquo iudicio, inquantum vobis poſsibile eſt adiuuate ſeu adiutorium præſtate, iudicium rectum ac iuſtitiam ſeruate, miſericordiam in omnibus facite, pacem in vobiſmetipſis habete,& eos qui diſcordes ſunt ad uiam concordiæ reuocate. Symbolum & orationem dominicam tenete, & filios & filias veſtras docete vt & ipſi teneant. Filios quos in
308 baptiſmo recepiſtis in fide erudite,& ſcitote vos pro eis apud deum fideiuſſores ext K
Ad Tit.2. ſtere. Et ideo ſemper docete,indeſinenter caſtigate & corripite illos. Omnes vero ſubiectos veſtros vt tenemini admonete vt ſobrie caſte pie & iuſte uiuant in hoc ſeculo. Veritatem corde & ore dicite, caſtitatem & continentiam ſeruate, ſobrietatem

tatem & parcitatem cibi & potus habete, ieiunium ſeruate, ſeniores honorate,iuniores in Chriſti amore diligite,patientes eſtote ad omnes, benefacite his qui oderunt uos. Charitas & gaudium,patientia,benignitas,bonitas,ſpes, fides, modeſtia, manſuetudo,continentia caſtitas & dilectio ſint in corde veſtro iugiter. Et hæc in
309 cogitationibus ſanctis & eloquiis ac operibus piis conſeruate. Humilitatem ante
L omnia cuſtodite & tenete. Spem veſtram totam in domino ponite. Bonum cum ali quod in uobis inueneritis,non vobis ad laudem veſtram inanē, ſed deo ad ſui gloriam,qui hoc vobis dedit, aſcribite. Malum vero quod in vobis videritis,non dei cauſa ſed veſtra culpa & negligentiis veſtris hoc factum foreſciatis. Diem iudcii timete,gehennam expaueſcite,vitam æternam deſiderate, cogitationes & opera ſimul & verba die noctuq; in bonum cuſtodite. Tranſitum veſtrum de hoc mundo qui ſemper appropinquat omni die ſperate. Præcepta dei adimplete, & in eius miſe
ricordia nunquam deſperate. Quod ſibi quis fieri non vult,alii non faciat. Et ꝓut Tobiæ. 4.
vultis vt faciant vobis homines bona,& vos facite illis ſimiliter. Charitatē autem, Lucæ.6.
quæ eſt dilectio dei & proximi,in omnibus & ante omnia ſeruate. Nemo ſe circumueniat fratres,quia omnis homo qui poſt baptiſmum mortalia crimina commiſit, ſeu homicidium,adulterium,fornicationem,furtum, falſum teſtimonium, periurium,& his ſimilia peccata mortalia: perpetratus fuerit,ſi pœnitentiam ueram non egerit,eleemoſynam iuſtam non fecerit,& in bonis operibus non permanſerit,nūquam in regnum cœlorum intrabit nec poſsidebit gloriam æternam, ſed cum lu-
ctu in infernum deſcendet. Nam quia talia agunt,regnum dei non poſsidebunt: Galat.5
proinde ſcriptum eſt,Nequaquam deus delinquentibus parcet, quoniam peccator Iob.9.
aut flagellum temporale habebit,aut purgationem in hoc ſeculo faciet,aut punien
dus relinquitur ęterno iudicio,aut quod male admiſerit puniendum,punit in hoc ſeculo: ac proinde eſt ꝙ delinquentibus non parcet deus: & alibi ſcriptum eſt,Nulla peccata deus permittet inulta,hoc eſt,ſine uindicta: quia certe aut nos hic uindicabimus peccata noſtra per pœnitentiam,aut illa vindicabit deus per ſeueritatem iudicii & iuſtitiā. Et illud ſcitote certiſsime & firmiter credite,ꝙ omnis homo quāuis ſeu quantumcunque criminoſus fuerit,ſeu peccator extiterit, ſi veram pœnitentiam egerit,ac iuſtas eleemoſynas fecerit,& in bona deuotione cum operibus iuſtis permanſerit,mortem æternam non guſtabit,nec vnquam in infernum deſcendet, ſed ab angelis ſanctis poſt vitam præſentem in cœlum leuabitur & gloriam
309 poſsidebit ęternam: vnde deus dixit,Non iudicabitur homo bis in idipſum: & Apo Naum.1.
M ſtolus ait,Si hic iudicaremus nos,nequaquam à domino iudicaremur. Hoc eſt ꝙ illi qui in hac vita præſenti per ueram pœnitentiam iudicant,in iudicio extremo de Sermo.7.
his non iudicabuntur,quia ſic eorum iudicium in hac uita terminatur, Vnde & alibi ſcriptum eſt,ꝙ ſi nos perfecte pœnitentiam egerimus non ſolum deus culpas noſtras remittit,ſed poſt culpas etiam præmia promittit. Ideoque fratres chariſsimi vitam noſtram in vita præſenti emendare feſtinemus,& quicquid mali contra præcepta dei fecimus defleamus,& vlterius peccare ceſſemus,ac in uoluntare bona,cogitatione recta,& verbis ac operibus ſanctis nos conſeruemus,auxiliante & gubernante dño noſtro Ieſu Chriſto,qui viuit & regnat deus in ſecula ſeculorū, Amen. 1.Cor.11.

De exhortatione ad generalem hominum inſtructionem pro deſiderio vitæ cœleſtis,& contemptu præſentis: Sermo. LXV.

FRatres chariſsimi, vnuſquiſque peccata ſua emendare debet inquantum præ-
130 ualet deo auxiliante. Omnis enim homo Chriſtianus deſiderare debet patrem
A cœleſtem & deum patrem omnipotentem qui in cœlis habitat,vt dicere mereatur, Pater noſter qui es in cœlis. Ibi videlicet vbi eſt pater de cœlis, vbi eſt patria noſtra cœleſtis,illuc deſiderare debemus vt perveniamus: ibi peruenire ſperemus vt Matth.6.
& illic permaneamus. Iſta nanque uita non cœleſtis ſed terrena,non patria ſed exilium nec perpetua ſed tranſitoria,quia quotidie ad finem prona. Illa uero patria cœleſtis in qua deus cum ſanctis angelis & electis ſuis habitat, finem non habet. Vere igitur ſtultus eſt qui ad talem patrem talemque patriam ac talem cœleſtium ciuium ſocietatem peruenire nō deſiderat. Quis eſt ille qui in captiuitatem ductus

ultra ad patriã redire nollet? Quis in carcere tenebroso positus amplius exire nollet & lucem videre. Quis vsque ad mortem famem sustinens, si ei manducandi possibilitas affuerit, non manducaret? Quis sitim patiens si facultas bibendi extiterit non potaret? Nobis charissimi mundus iste vere non patria sed captiuitas Babylonica est, quia multipliciter diuersorum inicorum nostrorum laqueis irretiti, mundi videlicet carnis & generis humani inimici, vita etiam præsens non libertas sed carcer peccatorum nobis est. De hac igitur captiuitate, de hoc tenebrarum carcere eripi laboremus, & non vt serui hũc cibum & potum vanitatis præsentis anxiuti & laborioſum appetamus, sed vt filii liberi cœlestem desideremus cibum & potum hunc videlicet qui plena satietas est ciuium supernorum. Pro hoc cibo, pro hac cœlesti vita creatorem & gubernatorem nostrum rogare debemus & orare, vt in hac vallæ miseriæ seu exilio præsenti nos custodire & gubernare dignetur, vt opitulante illo, ad portum salutis peruenire valeamus. Mundus enim iste similitudinẽ maris habet. Mare fœtet, similiter & mundus. Ex hoc fœtore, auxiliante deo, extrahere nos debemus. Oportet nanq; cum humilitate maxima orare deum creatorẽ nostrum sanctosq; suos precari, vt ex valle lacrymarũ nos eruẽs, ipsorum ciuium supernorum consortes nos efficiat. Illic enim summo studio properare debemus, vbi sine interruptione manere speramus, vbi nullus timor de morte, nulla dubitatio de hoste. Ibi vita sine fine, iuuentus sine senectute, lux sine tenebris gaudium sine tristitia, voluntas sine molestia, requies sine labore, claritas sine nube. Hæc aũ tvita horrenda est & laborioſa, fragilis & fastidioſa, caduca ac misera, deceptrix atque doloſa, & ærumnis ac scandalis plena. In luctu nascimur, in labore viuimus & in dolore morimur. Et quod peius est & super omnia magis dolendum, quidam peccatis suis exigentibus non confessi nec contriti, de hac vita migrantes, non solum temporali morte plectuntur, sed & in infernum deducti morte moriuntur perpetua. Vitam etenim suam sine omni pietate duxerunt, & ob hoc multa tormenta passuri nunquam vitam consequentur ęternam. Dum enim tempus habuerunt vitam suam emendare noluerunt? Plus gulam amantes quam abstinentiam sectantes, plus luxuriam quam castitatem, magis terrestria quam cœlestia, plus creaturã quam creatorem diligentes. Abstinentia ducit ad castitatem, castitas perducit ad gloriam, & fornicatio demergit ad pœnam. Castitas ãd cœlum subleuat, & luxuria in infernum profundat. Castitas sanctis angelis vnit, fornicatio autem dæmonibus iungit. Sobrietas cogitationes sanctas instituit, ebrietas vero etiam si audit verba sancta, in corde non suscipit. Oportet ergo vnumquemque verum animæ amatorem non solum corpus nutriendo nutrire. Videmus naturaliter q̃ si corpus esurit cibum quęrit: si sitit, potum appetit: si nudum est, vestimentum desiderat: Requiem petit cum labore, somnium quęrit dum dormire infestat, & sic de cæteris corporis necessitatibus. Anima autem omnibus his indiget. Præceptum domini panis eius est oratio sancta potus, vestis eius veritas & iustitia, requies, humilitas & obedientia. In hoc etiam conuiuio æternæ societati multi sunt vocati, pauci vero electi. Alii accipiunt fructum tricesimum, alii sexagesimum, alii vero centesimum. O quam beata est illa anima cui dominus deus dignatus est concedere mansionem in ętèrna requie. Et qui hanc mansionem, regnum videlicet cœleste ingredi voluerit, non superbus neque auarus, non inuidus nec iracundus, non gulosus nec ebrioſus, non cupidus nec luxurioſus, non periurus, non homicidia, non falsator neque adulter, & sic de singulis. Quamuis autem infinita mala perpetrauerit, de dei tamen misericordia desperare non debet, sed spem habere debet de dei misericordia & fiduciam recuperandi salutem, per uitæ suæ emendationem & bonorum operum exercitationem. Verba dei libenter audire, ad Ecclesiam diligenter cõuenire, sacerdotibus sæpissime confiteri, omnibus hominibus charitatem firmam tenere. Qui.n charitatem non habuerit, in vitam æternam introire non ualebit. Paruo tempore homo viuit in hoc seculo. Dum igitur tempus habemus operemur bonum ad omnes, & uias domini præparemus bonas. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: Salus hominum Christus est. Si parentes nostros & amicos diligere debemus, puantomagis istum diligere tenemur, qui & nos & nostros fecit & creauit parentes. Hunc amemus qui vniuersæ dominatur creaturæ scilicet deum. Diligamus proximum sicut & nos, quia de terra sicut & nos proximi nostri sunt formati, vt per hoc uitam mereamur ęternam, ipso adiuuante qui uiuit & regnat &c.

309 D

309 E

Mat. 20.
Matt. 13.

Gala. 6.
2. Cor. 6.

309 F

De agenda pœnitentia. Sermo. LXVI.

Pius & misericors deus fratres charissimi ad compunctionem & pœnitentiã nos hortatur, dicens, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu, quia nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, & iterum. Noli tardare, inquit propheta, conuerti ad dominum. Conuertimini ad me in toto corde uestro, id est, ad dominum deum uestrum. Et ne differatis de die in diem? & iterum, Cum conuersus ingemueris, saluus eris. Conuertimini igitur charissimi ad dominum deum nostrum, tanquam boni serui ad fidelem dominum. Humiliemus nos in conspectu dei, & ploremus ante deum qui fecit nos. Non dedignemur in hoc seculo agere pœnitentiam & peccatorum nostrorum precari veniam, vt infernalem euadere possimus pœnam & ad æternam peruenire lætitiam. Emẽdemus ergo nos in ieiuniis, & vigiliis & cæteris operibus piis, scientes quod cor contritum & humiliatum deus non spernit: sic ait Apostolus, castigo corpus meum & in seruitutem redigo, Si pro carne nostra laboramus, laboremus etiam pro anima nostra quæ dignior est. Si curam habemus pro satietate miseræ carnis nostræ quam paucos annos uermes deuorabunt in sepulcro, quantomagis despicere non debemus aiam quæ deo & angelis eius presentatur in cœlo. Cogitate fratres charissimi quia abundantiam pabuli luxuriam administrat, cum caro in tam copiosis delitiis satiatur, & mens tantis mulcetur diuitiis, in pinguedine carnium prouidetur esca vermium. Iterum rogo vos fratres, quoties iuxta sepulturam diuitis transitis vt diligenter inspiciatis vbi sint eorum diuitiæ uel ornamenta, ubi gloria, vbi vanitas, ubi luxuriæ, ubi voluptas, uel ubi eorum sunt spectacula. Considerate diligenter & uidete & agnoscite, qui nihil aliud in eis est nisi cinis & fœtor & uermis. O homo uide sepulcra mortuorum, & dic tibi tuipse, & loquens tecum dicere potes, Ecce nunc ex illo misero qui hic depositus fuit, nihil aliud nisi ossa & puluis euenit. Et vere homo si ipsa arida audire volueris, tibi prædicare poterunt & dicere, O miser quantum pro cupiditate huius seculi discurris, aut quid superbiæ vel luxurię infœlicia colla submittis, vt quid te applicasti ad seruiendum crudelissimis dominis, vitiis videlicet & criminibus. Attende ad me & intellige, considera me & vel sic tibi horreat luxuria tua vel auaritia tua. Hoc quod tu es ego fui, & quod ego sum modo tu eris postea. Si in me permansit vanitas, te non consumat iniquitas: si me luxuria polluit, te exornet castitas, vide puluerem meum & relinque desiderium tuum malum &c. Ideo quantum possumus, auxiliante deo, laboremus vt aliorum vulnera nobis conferant medicamenta, & aliorum mors ad vitam nobis proficiat, & hoc optime fieri potest si plus erimus soliciti pro anima quam pro corpore, vt cum caro nostra fuerit in sepulcro posita, anima nostra bonis operibus in cœlos eleuetur ornata, O anima si nos deceperit aut pulcritudo alienæ mulieris, aut concupiscentia carnis, quæ est ruina animæ, scito q̃ corpus simul cum anima pœnas habebunt, Nam cum caro nostra putruerit in sepulcro, anima nostra torquenda mergetur in inferni baratro. Ecce quales prædicationes ossa & cineres mortuorum quotidie proclamant ad dominum. Vere dico fratres charissimi quicunque luxurioſus vel negligens ea quæ dico cum magno timore susciperе voluerit, & cito ad medicamẽta pœnitentiæ confugerit & in pœnitentia ex hac vita migrauerit, paradisi gaudia possidebit. Quam si non egerit & mors repentina eum præuenerit, sine ullo remedio æternæ pœnæ cruciatus habebit. Nos igitur dilectissimi fratres quantum possumus cum dei adiutorio contra carnales concupiscentias uiriliter pugnemus, vt deuictis huius seculi voluptatibus æternum præmium consequi mereamur, per infinita secula seculorum, Amen.

Ioel. 2.
Ezec. 33.
Eccli. 5.
Psal. 94.
Psal. 50.
1. Cor. 9.

309 G

309 H

309 I

De fuga vanitatis & virtutum adeptione. Sermo LXVII.

309 Dilectiſsimi fratres oportet humilitatem nos habere, precepta dei cuſtodire, charitatem tenere, veritatem ſequi & fugere vanitatem. Veritas enim mundat, vanitas coinquinat. Veritas Chriſtus eſt ſicut ipſe dicit, Ego ſum via veritas & vita. Via recta, lux vera vita perpetua. Veraces filii dei ſunt, mendaces vero filii diaboli. Vnuſquiſque enim cuius opera agit, eius filius appellatur. Qui ſequũtur deũ ſemper in luce ſunt: qui autem imitantur diabolum, in tenebris ambulant & lucẽ nunquam habebũt. O dilectiſsimi filii quam & quam peruerſum eſt dimittere lucem & ſequi tenebras, fugere vitam & appropinquare morti, dimittere veritatem & ſequi mendacium, delectari in vana gloria & ſpernere ſempiterna, iocundari in preſenti dolore & pœna, & amittere lætitiam & quietem ſempiternam. Scriptura enim dicit, Non quæras gloriam & non funderis cum glorioſus fueris. Beati illi qui oculos habent ſpiritales & contemplantur cœleſtia & reſpuũt terrẽna. Ex hac enim fragili misera & breui vita feſtinant ad illam beatam requiem ſanctorũ quæ nunquam finietur, illuc feſtinant vbi ſemper permanere ſperant, vbi nõ eſt timor de morte nec pauor de hoſte. Ibi eſt vita ſine morte, iuuentus ſine ſenectutis expectatione, lux ſine tenebris, gaudium abſque triſtitia, voluntas abſq; iniuria, regnũ ſine commutatione, requies ſine labore, ſatietas ſine faſtidio, & claritas ſine nube. Ibi eſt vita angelica ſemper læta. Lætitia huius ſeculi licet ſæpe gaudium eſſe videatur, ſæpiſsime tamen in triſtitiam vertitur. Regnum dei non habet finem, vita huius ſeculi horrenda eſt. Illa vero amanda atque deſideranda. Hæc enim præſens vita miſera & caduca eſt, immo incerta, deceptrix & inſatiabilis. In pœna & luctu naſcimur, in miſeria & anguſtia nutrimur, in labore viuimus, in dolore morimur, & in fine quod magis dolendum eſt, ſi impœnitentes diſcedimus perpetua tormenta patiemur. Nam veniam poſtmodum non conſequentur qui dum tempus hic habuerint & pœnitentiam condignam non egerint. Nam qui præcepta Chriſti non habent, vel etiam habentes non ſeruant, & promiſſa cœleſtia deſpiciunt, qui plus amant gulam quam abſtinentiam, magis luxuriam quam caſtitatẽ ſectãtur, abſq; dubio regnum dei non poſsidebunt, Fornicatio vrget animam ad pœnam, caſtitas leuat mortalem ad gloriam. Caſtitas erigit inter ad cœlum, luxuria facit ruere in in'infernum. Caſtitas iungit hominem moribundum ſanctis & angelis perpetualibus, fornicatio ſociat ſatanæ & dæmonib. Porcus craſſus ſe voluit in volutabro, & ſi porco margaritas ante ipſum poſueris, non aduertens conculcabit in luto. Sic & homo ebrioſus, vino repletus ac crapuloſus, ferculis ſatiatus, diuerſis in luxuriis ſe proruit, & in ſtercore vitiorum ſe volutas, verba ſanctæ ſcripturæ nec profert, nec corde ſuſcipit. Dulce illi eſt fornicari, & continentiam ſeruare amarum. Ille miſer ambulat elatus & ſuperbus & cupit eſſe melior quam cęteri in hoc ſeculo, cum tamen apud deum deterior ſit. Altiorem ſe cæteris exiſtimat etiam ſi omnium inferior exiſtat. Et ſic duc melius & firmius ſe ſtare putat in præcipitiũ cadit & in æternum baratrum uadit. Ex quo omnipotens deus nos eripiat qui ſine fine uiuit & regnat: Amen.

Quomodo per virtutes obuiandum ſit uitiis. Et de miſeria infernali. Sermo. LXVIII.

Fratres ſatis timere nos oportet propter tres cauſas, hoc eſt, gulam, cupiditatem, & ſuperbiam, quia diabolus iſtis tribus circũuenit patrẽ noſtrum Adã dicens, In quacunque die comederetis ex hoc fructu, aperientur oculi veſtri & eritis ſicut dii. Nos autem teneamus mente & timeamus iſtas tres cauſas peſſimas, ne vt Adam nuduii expellamur de paradiſo. Contra gulam & ingluuiem ventris abſtinentiam, contra cupiditatem & auaritiam, paupertatẽ ſpiritus & eleemoſynarum largitionem, contra ſuperbiam & elationem, veram humilitatem & omnimodam ſubiectionem exercentes. Hæc ſcientes quia angelos dei cuſtodes habemus, ſicut ipſe ſaluator ait, Amen dico vobis quia angeli eorum ſemper vident faciem patris mei qui in cœlis eſt, Quapropter certe credere poſſumus quia omnia opera noſtra quę operamur die ac nocte ſiue bona ſiue mala, ab ipſis in conſpectu dei nunciata erunt. Nam angelus bonus hortatur nos conſilio boni, quia cum aliquid boni agimus, ipſum a dextris noſtris eſſe credamus. Cum vero malum aliquid cogitamus aut facimus ſiue paruum ſiue magnum, hoc nulli dubium quin malignum angelum hortatorem habeamus, qui ſuper hoc nos gaudens irridet, cũ angelus ſanctus triſtatur & dolet. Et ideo cũ uerba ocioſa dicimus, aut quicquam mali facimus, diabolicum conſilium eſt. Cum autem ingemiſcimus & pro peccatis noſtris ſuſpiramus, aut opera virtutum facimus, tunc angelum dei ſanctum adminiſtratorem & conſiliatorem habemus. Nam de illis tribus cauſis quas ſuperius diximus & quas diabolus in Adam ſubminiſtrauit per inſtinctionem mali conſilii, ſolerti cuſtodia nos caueamus. Iſtæ enim tres, gula videlicet, cupiditas & ſuperbia, multa & infinita generant mala. Occaſionantur nanque hæ malæ & principales vitiorum radices, ſacrilegium, homicidium, fornicationem, furtum, auaritiam, luxuriam, falſum teſtimonium, iram, diſcordiam, periurium, & his ſimilia. Nos igitur fratres chariſsimi ponamus contra ſuperbiam & elationem veram humilitatem, contra gulam abſtinentiam, contra cupiditatem eleemoſynam, contra ſacrilegium perfectam pœnitentiam, contra homicidium dei & proximi dilectionem, contra furtum benignitatem, contra auaritiam charitatem, contra luxuriam caſtitatem, contra falſum teſtimonium veritatem cordis & oris, contra iram pacẽ, contra diſcordiam veram concordiam & vinculum pacis firmum, contra periuriũ timorem domini. Et ſuper omnibus ſpem firmam, fidem rectam, charitatem perfectam. Taliter per virtutes uitiis obuiando, & contraria contrariis curando, coram deo & hominibus cum iuſtitia & æquitate viuamus. Iſta enim ſunt arma angelica, lorica & arcus virtutum, ſcutum fidei firmiſsimum, & galea ſalutis, Qui hæc arma in fide non hæſitans ſecum portauerit, nullus ei diabolus nocere poterit. O fratres chariſsimi contra peſsimum hoſtem ideſt immitiſsimum generis humani inimicum tantum nos armare debemus, vt ipſum viriliter ſuperare valeamus, qui ſemper paratus eſt velut latro ad furandum opera noſtra bona, conſilia mala ſubminiſtrando. Certe multi audacia diabolica decipiuntur, & ſecuritate propria, quam ſibi fingunt, decipiuntur. Dicunt enim iuuenis ſum, dum eſt mihi tempus & interim q̃ floret in me iuuentus fruar mundo, cum ad ſenectutem venero & amplius quæ volo exercere nequiuero, tunc pœnitentiam agens abſtinebo. Et nõ cogitat ille miſer q̃ non habet certum vnius horæ vel momenti ſpatium, ſeu etiã poteſtatem de uita ſua. Eia chariſsimi fratres non uos decipiat aut ſeducat iſta peſſima ſecuritas, quæ non ſecuritas ſed potius periculum dici poteſt. Proinde diem mortis ſemper in memoria habeamus, ſemper in timore domini ſtantes, pœnitentiam agamus, quia tranſitus noſter, vita videlicet huius ſeculi breuis eſt & caduca ac fragilis iſta miſeria præſentis mundi temporalis potentia. Dic ubi Imperatores & reges, ubi duces, principes aut barones, tibi aurum & argentum ac ornamenta eorum? Scriptum eſt, Potentes potenter tormenta patientur. Væ tam obſcuræ manſioni, vę tã languidę foue, væ tã tenebroſæ, væ tã profundæ & opacæ carinę. Pẽſemus chariſsimi qũo de tã parua conſolatione, tã lõga calamitas, de tã breui lætitia, tam longa triſtitia: de ta modica luce, tã magnę tenebrę, de tã exiguo lucro, tã graue dãnũ, de tam uana ſecuritate, tã forte periculũ, de tã parua potentia huius temporis, tam longa tormenta ſine fine manſura, de tam breui iocunditate, tam longę, & tam amaræ lachrymæ, de tam inani huius mundi pompa, dira gehennalis prouenit pœna, de qua non liberabit pater filium, nec pro patre filius fide iubebit, vbi non reperitur amicus qui redimat, nec frater qui ſuccurrat. Vbi qui ibi ſunt mori quærunt, ſed mortem impetrare nequeunt, ubi amara pœnitentia tardę agitur, nec ob hoc ſic pœnitens adiuuatur. Ibi nulla uita ſed manſio dura & mors ęterna, ibi tenebroſus ignis & locus horribilis, ibi flamma gehennalis & inex

Ephe. 6

Sapien. 6

tinguibilis,ibi immẽsa tormenta & suspiria ualida,ibi luctuosi gemitus & languor longus,ibi miseri cum miseris, superbi cum superbis, homicidæ cum homicidis, adulteri cum adulteris,auari cum auaris, fures cum iniquis, falsi prælati cum falsis subditis,dissoluti religiosi cum dissolutis socius & sociabus lasciuis,& sic de singulis. Qui omnes simul inenarabiliter cruciabuntur & in infernali carcere sine fine torquentur. De quo nos vitiis emendatos omnipotens deus eripere dignetur, qui viuit & regnat in secula seculorum. Amen. 310 E

De exhortatione ad orandum,cum exemplo cuiusdam defuncti in Aegypto. Et de miseria animæ. Sermo. LXIX.

FRatres dilectissimi quando orare vultis aut peccata vestra plangere, claudite ostium super uos & orate dominum deum vestrum in toto corde. Tunc respiciens dominus super uos propitius ac pius uobis erit, quasi pia mater filio suo dũ eum dolentem & plorantem reperit. Hęc charissimi in cordibus vestris scribite & intelligite. Et qui non intelligunt, eos qui rationabiliter sapiunt, interrogent. Acquirite vobis dilectissimi thesaurum cœlestem mundi huius postpositis vanitatibus,attendentes & valde timentes quoddam exemplum horribile, quod quidã homo sanctus in excessu mentis positus vidit,& audiuit de quadam anima de Aegypto exeunte & contra corpus suum contendente. Erat enim homo iste de cuius anima fit ad prẹsens mentio,corpore fœcundus valde,& temporalium stipatus plurimum, & in tali corporis & rerum prosperitate positus nihil aliud cogitabat nisi cuncta quæ poterat perficere mala,nec quicquam de animę suæ salutę tractans, totus uixit in peccatis. Accidit vt infirmitatẽ laborans morti appropinquaret. Et ecce spiritus illius ad ostium corporis pulsans terrore ac mœrore permaxime concussus admodum exire tardabat, quia diabolos ante se præparatos videbat, ac inter se musitare dicentes, Quomodo tardatur? Cur fit hoc? Quare facit tot moras? Festinemus,forsitan Michael cum sociis suis oppriment nos, ac animam illam nobis tollent quam per multos annos vinculis nostris constrinximus. Tunc vnus ex diabolis respondens dixit, Nolite timere,nostra est. Ego opera eius scio. Ego semper cum illo diebus ac noctibus fui. Hæc illa anima misera audiens dixit, Heu mihi quare unquam nata fui aut creata. Vę mihi quare vnquam in hoc corpus intraui. Væ mihi quod vnquam in isto pessimo carcere carnis extiti. Væ tibi corpus miserum, quare alienas rapuisti pecunias. Tu facultates pauperum & substantias eorum in domum tuam congregasti. Tu cibariis delicatis te nutriebas & ego salutem nostram esuriebam. Tu uinum bibebas saporosum, & ego fontem virę sitiebam. Tu te prætiosis decorasti vestibus me nuda existente uirtutibus. Tu quidem fœcundum eras,& ego macra. Tu rubicundum, & ego pallida. Tu hilare,& ego mœsta. Tu ridebas,& ego flebam. Tu gaudebas,& ego dolebam. Tu semper mihi contraria egisti,modo es esca vermium & putredo ac puluis. Requiesces per modicum tempus in terra,& postea mecũ in infernum deduceris tormenta sicut & ego passurum æterna. His dictis corpus sudare cœpit ac spiritum reddere. Tunc ille diabolus angelus satanæ,qui nõ bono sed in malo custos & institutor eius perstitit eã apprehẽdens dixit,Nolite morã facere, sed tridẽtes acutissimos apprehendite,& cum dolore in oculos eius figite. Quicquid enim uidit siue pulchrũ siue turpe, totum concupiuit. Pungite os eius quia omnia quæ desiderauit siue in comedendo siue bibendo uel etiam loquendo iustis uel iniustis nunquam pepercit. Pungite & cor eius dolorosum & falsum in quo nec pietas nec misericordia nec charitas nec bonitas fuit. Pungite etiam manus eius rapaces,quæ ad furtũ latrociniũ & rapinã promptæ & ad opera pietatis tardæ fuerũt. Insup & pedes eius quæ ad omnem viam malam veloces extiterunt. Tunc illam miseram animam de Mat.6 310 F 310 G

corpore eiectam sic membratim punientes,leuauerunt super alas suas nigras tenebrosas & vespertilioneas,ad infernum ipsam deducentes. Et dum sic in itinere eẽt, vidit anima illa claritatem magnam & dixit,vbi vel quid est ista claritas? Respondent dæmones dicentes,non agnoscis patriam vnde exiuisti quando in hanc peregrinationem venisti? Tu quondam renunciasti pompis nostris & per baptismum ac signum crucis nos expulisti. Audisti Prophetas & Apostolos, audisti etiam sacerdotes & curatos tuos,qui non cessabant tibi viam vitę prædicare & nomen saluatoris tui laudare. Cor autem tuum a doctrina eorum longe erat. Modo transis iuxta patriam illam vnde prima venisti,non tamen ibi diuertes nec venies. Choros angelorum audies,non ad tuam consolationem, sed ad tuam perpetuam desolationem. Claritatem sanctorum videbis,nec tamen ibi habitabis, quemadmodum & nos non sacimus qui de paradiso electi sumus,& sicut fuimus ac sumus in perditione,sic & tu nobiscum. Vsque modo fuisti in peregrinatione,nunc moraberis nobiscum in damnatione in qua multos habemus socios. Tunc cępit illa misera anima cum dolore & fletu ac gemitu ingenti dicere,Heu me miseram ꝙ vnquam creata fui ac nata,seu in hoc corpus maculatum posita. Heu mihi ꝙ in ista damnatione posita claritatem æternam perdidi ex qua olim sine macula exiui. Modo video spatiosam viam quę ducit ad patriam non tamen perambulabo eam. Tunc perduxerunt eam inimici sic flentem & gementem ad perditionis portas, vbi diabolus ad recipiendum eam præparatus erat in similitudine draconis, & aperiens fauces suas fœtidissimas ac glutiens eam reuomuit in' calidissimum locum igneum, vbi sui consimiles expectant iudicium Hoc exemplo dilectissimi edocti ac admoniti ut aliorum sera vulnera nobis sint medicamenta certa, uitam nostram hic dũ valemus in melius emendemus,carnalia abdicantes,spiritalia sectantes,vt sic lætẽ tur ex hoc corpusculo egredientes dicere possimus, Adhęsit anima mea post te, qa caro mea castigata pro te deus meus, Ob hoc mi domine me susciptat dextera tua. Quod nobis concedere dignetur qui saluat omnes sperantes in se, ac viuit & regnat deus in secula seculorum, Amen. 310 H 310 I Psal.162

De commendatione humilitatis, ac de compunctione cordis. Sermo LXX.

QVanta sit veræ humilitatis virtus fratres facile ex verbis domini cognoscitur, qui ut superbiam Pharisæorum damnaret dixit, Omnis qui se exaltat humiliabitur,& qui se humiliat exaltabitur. Humilitatis passibus ad cœli culmina conscenditur,quia deus excelsus non superbia sed humilitate attingitur. De quo dictum est, Deus superbis resistit,humilibus autem dat gratiam, Vnde in psalmo dicitur, Excelsus dominus & humilia respicit & alta a longe cognoscit. Alta posuit pro superbia. Humilia uero respicit vt attollat: alta.i. superba cognoscit ut deiiciat. Discamus humilitatem per quam deo propinquare poterimus, sicut ipse in Euangelio ait,Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Per superbiam mirabilis angelorum creatura cecidit de cœlo: per humilitatem dei fragilitas humanæ naturæ ascendit in cœlum. Honesta est enim inter homines humilitatis consuetudo, Sicut Salomon ait, Vbi fuerit superbia,ibi erit & contumelia: Vbi autem humilitas, ibi sapientia. Item alius sapiens. Quanto magnus es humilia te in omnibus,& coram deo inuenies gratiam. Item dominus per Prophetam, Ad quem respiciam nisi ad humilem & quietum & trementem uerba mea? Quicunque humilis & quietus nõ fuerit non potest in eo habitare gratia spiritussancti, Deus humilis factus est nostrę salutis causa Erubescat ergo homo superbus esse. Quanta humilitate inclinatur cor ad ima,tantum proficit in excelso. Qui humilis fuerit exaltabitur in gloria, Primus humilitatis gradus est ueritatis sermonẽ audire humiliter, memoriter retinere,volũtarie pficere,eã qppe quã nõ inuenit humilẽ ueritas fugit mẽtẽ ꝙto quis humilior fuerit de se ipso,tanto maior erit in cõspectu dñi. Supb' vero ꝙto gloriosior apparet inter hoĩes,tanto deiectior erit ante deum. Qui sine humilitate bona- 310 K 310 L Luc.14. Iacobi.4 Esaię.137. Matth.11. Prouę.11. Eccl.3 Esai.6 Eccl.10

Universidad de Deusto
Biblioteca

opera agit,in vento puluerem portat. Quid ſuperbit terra & cinis,dum vento ſuperbia diſpergitur,quod ieiuniis vel eleemoſynis congregare videtur? Noli o homo in virtutibus gloriari tuis, Quia iterum habiturus es iudicem non teipſum, in cuius conſpectu teipſum in corde tuo humiliare debes, quatenus ipſe te exaltet in tempore retributionis. Deſcende vt aſcendas,humiliare vt exalteris, ne exaltatus humilieris. Qui enim ſibi vilis eſt, ante deum pulcher eſt: & qui ſibi diſplicent, deo placent. Eſto ergo paruus in oculis tuis vt ſis magnus in oculis dei. Tanto enim eris apud deum pretioſior,quanto fueris ante oculos tuos deſpectior. In ſummo honore ſumma ſit tibi humilitas, honoris laus eſt humilitatis virtus. Compunctio cordis ex humilitatis virtute naſcitur,de compunctione confeſsio peccatorum,de confeſsione pœnitentia,de pœnitentia vera proueniet delictorum indulgentia. Compunctio cordis eſt humilitas mentis cum lachrymis & recordatione peccatorum & timore iudicii. Ex gemino fonte compunctionis ſolent profluere lachrymæ,vna dum mens operum ſuorum mala conſiderat, altera dum deſiderio æternę vitæ ſuſpirat. Vnde Propheta ait,Sitiuit anima mea ad deum viuum,quādo veniam & apparebo ante eum. Item,Concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. Quatuor ſunt qualitates affectionum, quibus cogitatio iuſti tædio ſalubri compungitur,hoc eſt,memoria præteritorum facinorum, recordatio futurarū pœnarum, conſideratio peregrinationis ſuæ in huius vitæ miſeria, & deſiderium ſupernæ patrię,quatenus ad eam quantocius valeat peruenire. Quando ergo iſta in corde hominis fiunt,ſignum eſt tunc eſſe deum per gratiam præſentem. Vnde in pſalmo dicitur, Deus vitam meam nunciaui tibi, poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo,ſicut in promiſsione tua. Promiſsio indulgentiæ quam habemus a deo,lachrymas pœnitentiæ excitat in corde noſtro, theſaurum deſiderabilem in corde hominis compunctionis dulcedo. Anima hominis quæ in oratione compūgitur,valde illi proficit ad ſalutem, cum per orationem compunctio effunditur, ſpiritusſancti præſentia cordibus noſtris illuſtratur.

Pſal.41 & 33.

Pſal.55

310 M

311 A

De non tardando conuerti ad dominum, Sermo LXXI.

Eccl.5 Hęc videntur imitata ex quibuſdā Auguſtini locis, & quæ ſequuntur.

LEgitur in literis diuinitus inſpiratis dictum, Fili ne tardes conuerti ad dominum,quia neſcis quid futura pariat dies. Qui tardat conuerti,periculum facit anime ſuæ,quia mors non tardat,quæ ſi tardantem conuerti inueniet,ad tormenta deducit eum. Diſſoluta & paralytica cogitatio eſt de craſtina cogitare conuerſione & hodiernam negligere. Quid tu peccator conuerti diſsimulas, & non metuis ne mors repentina ſubripiat diem conuerſionis? Nonne homines ſubito moriuntur? Si bonum eſt peccata dimittere & ad deum ſe conuertere,cito fiat. Deus tibi promittit remiſsionem conuertendo a peccatis, ſecuritatem tibi non promiſit diu viuendi. Ideo conuertat ſe vnuſquiſque citius ad dominum, & derelinquat impius viam ſuam. Si ſubito intrat dies extremus, perit dilatio & reſtat damnatio. Perire non uis,redi ad deum & viues. Noli de venia peccatorum nec de vita longiore confidere. Conuertere ergo & pœnitentiam age. Cras inquis,me conuertā. Quare non hodie? Quid male dicam,ſi cras dicam? Quid male,ſi hodie? Forte dicis,Longa erit vita mea. Dico, Si longa erit bona ſit,ſi breuis & ipſa bona ſit. Prandium & ſi longum non tamen vis habere malum, & vitam longam vis habere malam? Villam emis,bonam deſideras,vxorem vis ducere bonam quæris, filios tibi naſci bonos optas. Et vt etiam de rebus viliſsimus loquar,caligas emis & non vis malas. Quid ergo uitam amas malam: ſi viam vis malam,inter omnia bona tua eris malus. Ne tardes conuerti ad dominum,& ne differas de die in diem. Verba domini ſunt non mea,non a me hæc audiſti,ſed ego tecum audio a domino. Forte reſpondes cras cras. O vox coruina,coruus non rediit ad arcam, columba rediit. Si tunc vis pœnitentiam agere quando peccare non potes, peccata te dimiſerunt non tu illa. Satis alienus eſt a fide qui ad agendam pœnitentiam tempus ſenectutis expectat. Metuendum eſt ne dum ſperat miſericordiam, incidat in iudicium. Non enim tunc ueniam inueniet qui modo aptum veniæ tempus perdidit. Ibi a deo

Eccl.5

Gene.8

311 B

311 C

deo non poteſt mereri quod petit,qui hic noluit audire quod iuſsit. Qui tempus pœnitentiæ datum negligit,fruſtra ante tribunal Chriſti preces effundit. Feſtinare debet ad deum conuertendo dum poteſt vnuſquiſque, ne ſi dum poteſt noluerit,omnino cum voluerit non poſsit.

311 D

De morte, Sermo LXXII.

MOrs autem vera quam timent homines,eſt ſeparatio mūdi animæ a deo. Et plerunque cum timent homines mortem iſtam quæ ſeparat animam a corpore,incidunt in illam ubi anima ſeparatur a deo. Hæc eſt mors de qua dicitur,Et mors depaſcet eos. Cuius paſtor diabolus. Habemus autem multis locis in ſcriptura,quia vita eſt Chriſtus,mors autem diabolus,non quia ipſe mors eſt,ſed quia per ipſum mors introiuit in hunc mundum. Siue enim illa in qua lapſus eſt Adā ipſius perſuaſione homini propinata eſt,ſiue iſta vbi anima ſeparatur a corpore, ipſum habet authorem qui primum per ſuperbiam cadens inuidit ſtanti, & morte inuiſibili deiecit ſtantem. Nos ergo qui de futura immortalitate cogitamus,non ſine cauſa in fronte ſignum crucis portamus, & non habebimus paſtorem niſi uitā. Fidelium enim paſtor uita eſt,infidelium autem paſtor mors eſt. Si ergo in inferno ſunt oues quibus paſtor mors eſt,& in cœlo ſunt oues,quibus paſtor uia eſt, quid igitur dicam? Iam in cœlo ſumus? In cœlo ſecundum fidem. Si enim non in cœlo,ubi ſurſum corda? Si non in cœlo, vnde Apoſtolus Paulus dicit, Noſtra enim conuerſatio in cœlis eſt? Corpore ambulemus in terra,corde habitemus in cœlo. Habitamus ibi,ſi illuc aliquid mittamus quod ibi nos teneat. Nemo enim habitat corde niſi unde cogitat. Inde autem cogitat ubi theſaurizat. Theſaurizauit in terra,cor ipſius a terra non recedit. Theſaurizauit in cœlo, cor ipſius de cœlo nō deſcendit,domino aperte dicente, Vbi eſt theſaurus tuus,ibi eſt & cor tuum. Ipſi ergo quibus mors paſtor eſt, uidentur ad tempus florere, & iuſti laborare. Sed quare? Quia nox eſt adhuc. Quid eſt,nox eſt? Num apparent merita iuſtorum, & quaſi nominatur fœlicitas impiorum. Tamdiu uidetur herba lætior, quamdiu hyems eſt. Herba enim per hyemem uiget, arbor autem per hyemem quaſi arida eſt,cum ſol exierit feruentior ęſtatis tempore, arbor quæ per hyemem arida uidetur,expletur foliis,profert fructus,herbe autem areſcit, videbis honorem arboribus,herba autem arida eſt. Sic & modo iuſti laborant antequam veniat æſtas,uita in radice eſt,nondum apparuit in ramis. Radix autem noſtra charitas eſt. Et quid ait Apoſtolus, vt ſurſum habeamus cor & vitam in radice, vt paſtor noſter ſit Chriſtus,quia habitatio noſtra non debet recedere de cœlo,& in hac terra debemus ſicut mortui ambulare,ut ſub vmbra viuentes infra mortui ſimus,non vt ſupra mortui infra viuamus. Quia ergo non debet recedere vita noſtra & cor noſtrum deſuper: quid ait Apoſtolus? Mortui enim eſtis & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in deo. Ecce vbi eſt radix noſtra. Appareat honor noſter tanquam in foliis & fructibus,ſequitur & dicit, Cum Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Et erit mane. Nam modo non mane. Tumeant modo ſuperbi aut diuites huius ſeculi. Impii bonis inſultent, infideles fidelibus,& dicant,quid vobis prodeſt quia creditis? Reſpondeant fideles & dicant, ſi vere fideles ſunt, Nox eſt,nondum uidetur quod tenemus, non quieſcant manus bonis operibus laborare. Vnde alibi dicitur, In die tribulationis meę deum quæſiui manibus meis,nocte coram eo & non ſum deceptus. Apparebit labor noſter mane,& erit fructus mane,vt illi qui modo laborant,poſtea dominentur,& illi qui modo ſe iactant,& ſuperbi ſunt, poſtea ſubiiciantur. Quid enim ſequitur, Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors paſtor eſt eis, & dominabuntur eis recti mane. Puto iam planum eſſe illud uerbum,quia prelocuti ſumus. Dominabuntur eis recti mane. Expecta mane,deſidera mane, ne putes quia nox habet uitam & mane non habet uitam? Ergo qui dormit uiuit,& qui ſurgit non uiuit? Nonne qui dormit,morte mortuus eſt? Et qui ſunt qui dormiunt? Quos excitat Apoſtolus Paulus,ſi tamen uelint euigilare. Quibuſdam enim dicit, Surge qui dormis &

311 E

311 F

311 G

Pſa.7

Coloſſ.3

Epheſ.5

exurgẽ a mortuis, & illuminabit te Christus. Qui ergo illuminantur a Christo iam uigilant, sed nondum apparet fructus uigiliarum. Mane apparebit. i. cum seculi huius incerta transierint. Ipsa est enim nox, non titubet, uidetur enim quasi te nebræ. Facit aliquis male, uiuit, floret, terret, honoratur: facit autem aliquis bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur, laborat, terretur, quasi tenebræ sunt. In radice autem uigor, fructus, opulentia uita nondum est in ramis. Sed radix non aruit, similis est quidem arescenti, sed tempus venit, uestitur honore suo, fœcunda tur fructibus suis. Tunc illi de quibus dictum est ut non eos zelus, quid enim addet illis psalmus? Quoniam sicut fœnum cito arescent, & sicut olera prati cito ca dent, cum uiderint ad dexteram maiestatis iustos, quibus laborantibus insultabãt stare, & dicent inter se pœnitentiam agentes, Hi sunt quos aliquando in risum habuimus & in similitudinem improperii. Sed tunc iam pœnitentiam infructuosam agunt: dicentes enim nos insensati uitam illorum æstimabamus insaniam. Quia cum cœperit quis deo uiuere, mundum contemnere, iniurias nolle ulcisci, nolle hic diuitias, non hic quærere fœlicitatem terrenam, omnia contemnere, deũ solum cogitare uiam Christi non deserere, non solum ei a Paganis dicitur, insanit, sed quod magis dolendum est, quia & intus multi dormiunt & euigilare uolũt, a suis Christianis audiunt, Quid patimini fratres mei? Nomine inuentus secundum uiam Christi, qui dicit, quid pateris: putemus quod dicit, Horremus Iudæos qui dixerunt domino Iesu Christo, Dæmonium habes. Et quando audimus recitari Euangelium, tundimus pectora dicentes, sceleratam rem dixerunt Iudæi Christo, Dæmonium habes. Age tu Christiane quando uideris de corde hominis expulsum diabolum & inhabitare in eo Christum ne dicas quid pateris. Dictum est quidẽ & de ipso domino ꝙ insaniret, quando loquebatur uerba quæ illi non capiebant. Et tamen aliqui euigilabant a somno dicentes, Non sunt ista uerba dæmonium habentis. Sic & modo fratres mei quandiu ista uerba audiunt & gentes & qui habitant orbem & terrigenæ filii hominum diues pauper. i. qui pertinet ad Adam & qui pertinet ad Christum. Alii dicunt, Dæmonium habes. Alii dicunt, Non sunt ista verba dæmonium habentis. Alii enim uiam seculi & ista ad tempus audiunt. Alii frustra audiunt, sed faciunt quod dictum est, Auribus percipite qui habitatis orbem. Et cum agunt ista incertus est fructus. Sed qui male agunt & uiam seculi eligunt, mors pastor est eis. Qui autem eligunt uiam domini, uita pastor est eis. Veniet ipsa uita iudicatura & damnatura cum pastore suo eos quibus dicitur, Ite in ignem eternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Illis autẽ quibus insultatum est & qui irrisi sunt quia credebant, audient ab ipsa uita quem habent pastorem, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Dominabuntur eis recti mane. Nemo dicat quia sum Christianus, quare non imperem iniquis. Noli festinate, dominaberis, sed mane quia auxilium illorum ueterascet in inferno a gloria eorum, auxilium de pecunia, auxilium de amicis, auxilium de uirtute sua. Sed cum mortuus homo fuerit, in illa die peribunt omnes cogitationes eius. Quantam uisus est gloriam habere inter homines cum uiueret, tantam uetustatem & corruptionem suppliciorum habebit in inferno.

Sapi. 5

Ioan. 7.

Ioan. 10.

Mat. 25.

311 G

311 I

De illo qui iram diu in pectore retinet & non vult humiliari. Sermo LXXIII.

Omnis homo qui vult de inimico suo uindicari prouocat in se uindictam dei. Sed hoc facite fratres quod dicit Apostolus, Nulli malum pro malo reddentes. Hoc est enim uinci de bono malum. Quando enim uindicari uis, sine dubio uincere uis: uide ne dum uis hominem uincere, ab ira uincaris. Quia læsit, uis & tu lædere: quia nocuit, uis & tu nocere: & ut tu uincas amplius magis quam ille nocuit, quomodo uincis malum in malo? Non hoc dixit Apostolus non hoc audistis, Ego nolo uinci a malo audistis? Et forsitan respondebis, Hoc ego uolo. Sed nemo me uincit. Dixit enim Apostolus, Vince in bono malum. Hoc

Rom. 12.

311 K

est. n. vt qui te læsit sua iracundia, tu illum uice tu patientia. Qui te læsit sua auaritia, uince illum tua misericordia. Ecce qui te sua auaritia expoliauit, ecce eget, ecce esurit, ecce sitit, ecce mendicat, inimicus tuus est. Sed si esurit ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Si hoc faciens carbones ignis congeres super caput eius. Si hoc cogitas quasi ad malitiam nos hortatus est, tanquam dixerit vt plus ei noceas vt carbones congeras super caput eius. Si hoc cogitas, in malo uis uincere malum, & ipsam eleemosynam vt facias, amore vindictæ vis facere, Sed dico quid est carbones ignis congeres super caput eius. Si hoc cogitas, in malo vis uincere malum, & ipsam eleemosynã vt facias, amore vindictæ vis facere, Sed dico quid est carbones ignis congeres super caput eius. Carbones ignis sunt in quibus vritur vt pœniteat illum contra te inimicitias habuisse. Homo es, homo est, lædere uoluit, lædere vis. Ecce duo mali estis. Quomodo ergo dicis & ego odio malum qui ages numerum malorum? Vis uincere inimicum tuum, attende intrinsecus tuos ne ibi habeas quod uincere debeas. Et dum ista consideraueris dicis tibi, Homo est qui me læsit, Rogem pro illo dominum ut pœniteat eum, & si læsit ex malo factus fuerit bonus. Nec defendi ante dominum ſerui inuerecunda festinatione properemus, vt cum dies illæ vindictæ aduenerit non cum impiis & peccatoribur puniamus, sed cum iustis & deum timentibus honoremur in secula seculorum, Amen.

312 L

De futura vita diligenter cogitanda. Sermo. LXXIIII.

FRatres charissimi, quod audiuimus dici vt sursum cor habeamus, spe fit vt de illa futura vita cogitemus. Hic sic agamus vt illic, semper viuamus. Ecce enim quanta dignatio domini nostri qui fecit nos, ipse descendit ad nos. Si ergo descendit ad nos, leuauit nos, iam in corpore suo leuauit nos. Caput nostrum ibi est, sequatur & membra. Ille est in cœlo, nos in terram quasi longe sit à nobis: Si interroges longe, charitatem interroga & nobiscum est. Si enim ille non esset nobiscum, non clamaret de cœlo Saulo persequenti non ipsum sed se uos eius eius, & vt familiarius dicam, membra eius, Saule, Saule quid me persequeris? Ecce ego hic sum in cœlo, & in terra persequeris me. Quare dixit, me, quia quasi de membris suis dicebat. Nonne si aliquis calcet plantam tuam, non clamat lingua tua? Ille ergo per quem factum est cœlum & terra propter eum quem fecit de terra descẽdit in terram, & in cœlo leuauit terram, id est, carnem quam propter nos dignatus est assumere. Deus factus est homo, ut homo possit esse quod deus est, nã quæ promisit dabit nobis. Securi enim sumus quia cautionem nobis fecit, quam cautionem Euangelium scripsit, & ideo reddidit nobis, Quid putatis fratres non eum nobis redditurum vitam suam qui pro nobis dedit mortem, suam humilitatem, iniurias, contumelias, passionem in terra susceptt pro nobis? Ergo regnum, fœlicitatem, æternitatem non dabit nobis propter nos mala pertulit? Ergo bona sua nobis negabit? Ad hanc spem fratres quia promissor uerax est securi ambulemus. Sed sic viuamus vt semper viuamus, vt cum ante ipsum venerimus, bona fronte dicamus, Redde quod promisisti, quia fecimus quod iussisti, & viuere cum illo ualeamus in secula seculorum, Amen.

Acto. 9.

312 M

De diuite, Sermo. LXXV.

312 A

AVdite itaq; qui estis in populo, & stulti aliquando sapite, accedite ad sepulturã mortuorum & uidete exempla uiuentium. Iacent ossa & perit caro, & tñ causa eius seruitur in iudicio xpi. Fuit & ipse similis nobis viuẽs in vanitate, repletus diuitiis multis, multiplicauit agros, plãtauit vineas, implens horrea in thecis multis, lætatus est in abũdantia sua, & ecce subito ablata sunt ab oculis eius. Plaudebatur sibi pschemata multa p̃ciosis uestiti erat indut, põpas & luxurias sibi adhibẽs, epularum diuitias exercebat, saltationes & iocos in ebrietatibus exhibebat, prandia sua cum cœna miscebat, & lætitię sue uix dabat finem, & ecce ablata sunt oia ab oculis eius Vbi ergo abierunt illa omnia? Vbi põpa, vbi schemata, vbi exquisita con

† Hic sermo habetur supra num. 58.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uiuia? Vbi nam sunt illi qui eum in foro longius ab omnibus conspiciebant? Vbi ornatus domorum & vestis preciosæ luxuria? Vbi gemmarum ambitio & argenti pondus immensum? Vbi postremum ipsa cupiditas, quę cum omnia quotidie quæ 311
agit nescit quando totum possit amittere? Vbi sapientia illa & foris excogitata di- B
sertio? Vbi applausus laudum & adulatio amicorum assidua? Vbi seruorum sub diti greges & lampadarum radiantia luminis? Vbi antecedentium turba clientum? Transierunt omnia ab oculis eius, & ultra non erit memoria eius. Iacet in sepulchro redactus in puluerem, defluerunt carnes eius quas delitiæ nutriebant, separati sunt nerui a compaginibus suis, sola remanserunt ossa quę seruantur in exempla uiuentium, vt cognoscantur reliquiæ mortuorum. Putatur requiescere corpus, abiit autem anima eius in infernum & non uidebit lumen. Circundant enim eum tenebræ multę, mœror & afflictio apprehendent eum, vermis & ignis consument eum, & fletus non desinit ab oculis eius, stridor dentium frequentat ei eo ꝙ pessimi dolores purgent eum, & non desinunt pœnæ ab anima eius. Tunc se pœnitet male vixisse in seculo, & hæc sibimetipsi reputans dicit se pietatem & misericordiam non fecisse ut quærat eam & non inueniat, multas diuitias se possedisse & non eas pauperibus erogasse, perdidisse se tempus pœnitentiæ & non se correxisse ab omnibus malis, dies ius negligendo transisse in quibus habuit spatium bene 311
faciendi ut non incideret in talibus pœnis. Expectat enim eum resurrectio magna C
ut tradatur peiori iudicio secundum quæ ut gesit, Ibi enim eum conturbant multitudo angelorum, qui super pœnas sunt constituti, & quod taliter egerit & eleemosynam non amauerit, ideo misericordia ei denegatur. Gehenna ardens eum expectat, quia pauperem & egenum non amauit, uentrem eius perpetuus penetrat vermis qui esurientem pauperem non saturauit. O quantum ualet apud dominum misericordia quæ in hoc seculo exhibetur. Sicut dominus noster Iesus Christus in Euangelio dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Fratres mei dilectissi exhibete misericordiam dum lucem huius vitæ habetis ne teoebrę mortis uos comprehendant. Eleemosyna enim emundat peccata & ipsa interpellat pro nobis dominum, quia quod habemus relinquimus, & quod pauperibus dedimus ipsum integre possidemus. Dies enim domini festinus aduenier, & misericordes misericordiam consequentur a domino nostro Iesu Christo, qui est benedictus in secula seculorum, Amen.

Mat. 5.

Ioan. 12.

De cogitationibus. Sermo LXXVI.

PRimum quidem cogitationibus malis repugnandum est, vt cum aliquid carnale aut sordidum susurrauerit aduersarius, priusquam sauciet mentem sagitta deleatur & excutiatur. Solet enim tristitiam afferre & dubitationes de 311
propositio & desperationem bonorum adspirare, & uarias cupiditates ingerere, & D
omnes omnino sagittas acuere, ut sicut in decimo Psalmo scriptum est, Vt sagittent in obscuro rectos corde. Tu ergo mox cum senseris ista, molire geminato suspirio ad dominum mente conuersa ne permittas accedere consilium quod sensum possit inquirere. Sicut enim uestimentum candidum si fuerit sanguine aspersum, si mox fuerit lotum candorem suum recipit, si autem insederit & incoxerit macula uix lauatur: sic & mens humana, si surgentem cogitationem mox deleuerit, poterit suum retinere candorem: si autem diutius residere permiserit, uix cum magno labore purgatur. Hæc est autem prima uictoria secreti certaminis nostri quod dominus expectat & angelus, cum cogitationibus malignis mens humana fideliter occurrit, & bonis operibus malos superat cogitatus. Hinc laus nascitur, hinc crescit gloria, sicut Apostolus, ait, Cum uenerit, inquit, dominus & illuminabit occulta tenebrarum, & manifestabit consilia cordis, tunc laus erit vnicuique a deo. Manifestum est enim apud fideliores, quia non solum de factis, sed etiam de cogitatis 312
aut laus aut uituperatio a deo iudice tribuatur. Item quod multi patimur cogita- E
tiones frequenter non nos lateat fratres, ꝙ maligni frequenter cogitationes sustinemus, quando autem contingit, de Apostolo dicamus, Non quod uolo hoc ago,

Psal. 10

2. Cor. 4.

sed

sed quod odi illud facio, & video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Et reuera vnum propriumq; studiu est satanæ, humanam mentem prauis grauare consiliis. Siquidem hanc iniuriam ab eo exordio sortiti sumus vt nos serpetis caput obseruemus, ille autem nostrum
312 calcaneum, vtique non nostrorum pedum calcaneum, sed mentis finem obbser-
F uat, ut si quo modo possit currentem ad cœlestia animam morsu suo ad terrestria retinere. Aduersus has ergo obscuritates malorum ut synceris mentibus viuere possimus, cordis oculi bene cãurdi sunt. Et vt vincamus, arma nobis sunt ualde necessaria. Arma inquit, militiæ nostrę non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum, malorum consilia destruentes, Amen.

2. Cor. 10.

Sermonum ad fratres in eremo.

DE VITA, CONVERSATIONE AC morte sanctæ Monicæ matris beati Augustini, Naratio. I.

MOnica marer sancti Augustini, cuius historia trahitur ex sententia sancti Augu. ex XI confessionum, & ex duabus epistolis quas Augustinus scripsit suæ sorori Perpetuæ virgini, Hortor te, inquit, Augu. dilecta sponsa Christi, vt deo studeas in omnibus placere, sicut & charam matrem nouisti perfecisse. Nam dum esset puella, ad Ecclesiam fugiebat diu in angulo permanens, & uirginales orationes ad Christum fundebat. Dum autem domum rarede rediret ab auia sua uerberabatur, eo ꝙ extra domum sine pedissequa recessisset, & totum ipsa puella patienter portabat. In tota autem pueritia sua nunquam puellis ludentibus se miscuit, sed frequenter in nocte adhuc in pueritia de lecto surge-
312 bat, & genibus flexis orationes quas a matre nomine Facundia didicerat, domino
G offerebat. Ab infantia autem cum ea creuit miseratio, & naturali affectione pauperes diligebat. Sæpe panem de mensa in sinu collocabat, & de paterna domo fugiens pauperibus, hospites & infirmos visitabat, vicinas litigantes reprehendebat, pedes infirmorum sæpe lauabat, & eis vt puella poterat seruiebat. Cum autem parentes eius more secularium vestibus delicatis eam ornare uoluissent, ipsa contristata respuebat. Et cum esset annorum tredecim, eam nobili patricio Carthaginensi tradiderunt. Quanto autem timore & honestate, quanta etiam lumnia pulcritudine dominus eam dotauerit, quanta etiam pudicitia eam dominus magnificauerit, certe in breui dici nullatenus posset. Matrimonium tamen optime conseruauit, filios in omni timore domini sufficienter erudiuit, torum immaculatum custodiuit, & maritum ferocissimum cum magno labore in fine lucrata est. Cum autem vixisset cũ uiro suo fere annis duodecim, respexit dominus humilitatem ancillæ suæ, & exaudiuit lacrymas eius, nam inspirauit dominus maritum vt deinceps vxorem pudicam & castam seruaret. O mira res, quia cum esset ferocissimus, quanto affectu carnali ab ea diuisus est, tantomagis matrimonio spiritali & per dilectionẽ coniũctus est. Cum enim vir eius esset annorum septuagintaduorum, obiit in pace. Quantis autem salutaribus monitis & ieiunis quantisque lacrymis & orationibus illam viduam sanctam, castam, sobriam & piam dominus dotauit, mirum est. Omnia tamẽ post mortem uiri contempsit, omne regnum mundi & omnem ornatum eius respuit propter deum, intantum vt non solum mater pauperum uocaretur, sed ancil-
312 la. Et quia dum uir eius viuebat, potestatẽ proprii corporis non habebat, ideo elee-
H mosynas non ita largiter tribuebat. Sed postea ita vixit, vt non solum eleemosynas largiter tribueret, sed etiam cicatrices pauperum leniret. Propter quod ei dominus centuplum reddidit, dum crucem eius in corde eius infixit & passionem. Dum au-

Hoc opere nihil ineptius nihil uanius.

cem quadam die præuenta & visitata á te domine, beneficia tua quæ tu in carne humano generi clemens exhibuisti, ancilla tua consideraret, tantam gratiam tantáq; lacrymarum copiam torculari tuæ crucis expressam in passione tua adinuenit, ꝙ 311
vestigia eius per Ecclesiã lacrymę desuper pauimentũ defluentes ostendebant. Et I
quanto plus ab effluentia lacrymarũ hortabatur desistere tanto plus fluuius lacrymarũ oriebatur. Tanta aũt gratia ancilla xpi ieiunando alios pręcellebat ꝙ diebus quibus d cœnã vocabatur, tãq; ad amarã medicinã accedebat: Erat aũt ei timor castus in corde tanq; fascia pectoralis, qua cogitationes cõstringeret, in ore tãq; frenũ quo linguã reprimeret in opere tanq; stimulus, ue pigricia torperet, in cunctis tãq; regula ne modum excederet. Timor autem iste tanq; scopa purgabat cor viduæ ab omni duplicitate, os á falsitate, opera ab omni vanitate. Nunquam verbum seculare ab ore eius recordor me audiuisse, sed in omnibus verbis suis & factis semper Christum primo nominabat. Tantum timor domini mentem eius occupauerat, ꝙ non solum ab omni specie mali sibi cauebat, sed spiritu pietatis ad omne bonum prona erat. Satagebat mirabiliter opera pietatis pro posse cordialiter implere super omnia infirmis seruire, sepulturam mortuis præbere, orphanos custodire vt filios, viduas, & maritatas consolari, quapropter multa de arcanis cœlestibus domino reuelante percepit. Vnde tanta ebrietate spiritussancti sępe rapebatur quod in ea fere per totum diem quiescens, dum esset rex in accubitu sui cordis, neque uox, neque sensus in ea audiebatur. Neque mirum quia illa pax quæ exuperat 311
omnem sensum, sepeliebat viduæ sensus corporales intantum vt vix matronæ nostræ & etiam vicinæ eam pungentes excitare ualerent. In die autem beati Cypriani dum hæc Christi ancilla mereretur accipere sacramenta, dum esset in domo, fere a terra per cubitum eleuata fuit, clamando quam quietissima esse consueuerat dicens, Volemus ad cœlum, volemus ad cœlum fideles. Quam cum post interrogaremus quid sibi acciderat, non respondebat, sed tanto gaudio replebatur quod omnes ad festum producebant cantantes cum Propheta, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Dum etiam in die pẽtecostes esset refecta refectione illius panis qui de cœlo descendit, post sumptionem sacramenti tanta satietate repleta fuit, quod per diem & noctem absque corporali cibo perseuerauit. Cum apud ostia Tyberina infirmaretur & sacramentum a nobis fideliter peteret, nec dolore stomachi uexata valeret retinere, visibiliter infantulus nocte media ad lectum dei famulæ venit, eamque in pectore amplectens, anima illa sancta ad cœlum uolauit. Ergo die nona ægritudinis suæ quinquagesimosexto anno ætatis, tricesimoter tio anno ætatis meæ, anima illa pia & religiosa carne soluta est die quarta Mai. Flebam & effundebam tibi domine preces pro illa famula tua, vt non intrares cum ea 312
iu iudicium. Gratulabar tamen testimonio eius, quia appellabat me pium, & com- L
memorabat grandem deuotionis affectum, commemorans nunquam se audisse ex ore meo verbum durum aut contumeliosum sermonem. Illa famula tua domine continue satagebat virum suum lucrari tibi quem amabilem & reuerentem faciebat sibi. Expectabat enim ipsa misericordiam tuam super eum, vt in te credens castigaretur. Erat enim iracundus, sed illa famula tua non tantum facto, sed nec uerbo viro tribulato respondebat, sed quieto rationem facti reddebat, quem tibi domine in extrema vita corporali lucrata est. Erat enim serua seruorum domine, & omnes qui eam videbant laudabant te domine, scientes & credentes præsentiam tuam esse in corde eius. Fuerat enim vnius viri vxor, & filios totiès parturiebat, quoties a te domine deuiare cernebat, Imminente autem die quo ex hac vita erat exitura, nobis ignorantibus domine, ipsa & ego soli stabamus incumbentes ad quandam fenestram, & terrena obliuiscentes, loquebamur soli ualde dulciter qualis esset sanctorum vita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, & inhiabamus ore cordis pariter in superna fluenta fontis vitæ, uilescebatque mundus iste inter verba cum delectationibus suis. Tunc ait illa, Fili vnum esset propter quod in hac uita aliquantulum morari cupiebam, vt te catholicum Christianum vide- 312
rem priusquam morerer, & ecce cumulatius mihi deus præstitit, vt te contempta M
etiam fœlicitate terrena videam dei seruum. Quid iam ammodo hic faciam ne-

scio. Quid sibi tunc responderim, non satis recolo, sed post dies quinque decubuit febribus, & subtracta a prę sentibus, cucurrimus, & post modicum reddita est sensui, & intuens nos ait, Ponetis hic matrem uestram. Ego flebam, sed fletum finiebam, frater autem meus lętus, quod non peregre commori, sed in patria cum viro sepeliri debeat. Quo audito, vultu turbato reuerberans cum oculis quod talia 313
dixisset, ait, Ponite hic corpus meum, nihilque cura eius vos contubet. Rogo ta- A
men vos, vt ad altare domini memineritis mei ubi fueritis. Dominus autem illud resuscitabit vbicunque sepultum fuerit in nouissimo die.

Relatio Calixti de conuersione, perseuerantia & quibusdam dictis sancti Augustini: I I.

MAgnus ille doctor & egregius Augustinus, qui uere fuit norma & speculum in natura, dum esset annorum XXX. maternis orationibes & Ambro purgatus est, & apud Liguriam Italiæ aduenientibus diebus paschalibus baptizatus est. Et tunc exultat Lgurienfis Ecclesia, pia eius mater gaudet, Ambrosius deũ laudat, Augustinus iam confitetur, & fideles, omnes sibi tanquam ciui fidelissimo de Babylonica seruitute redempto, vna voce omnes applaudunt. Protinus in fide catholica confirmatus, spem omnem quam habebat in seculo dereliquit, & Romanorum & Ligurienfium scholas, & cum Euodio & Alipio socius, viro præclarissimo solitario simpliciano se commiserunt, ibique cum prædicto famosissimo uiro Apostolicam uitam tenere cœperunt, & simul cum multis erãt habitantes in placito sancto. In diebus autem illis dum fama Augustini crebresceret apud omnes cõgregatis fratribus ait, dum in hac valle miserię sumus constituti, vtrum boni siue 313
mali simus de nobis præsumendum non est, etiam quibuscunque virtutibus co- B
gnoscamus dei gratia nos esse ornatos. Nam siquis nostrum bene operatur, beatus tamen dicendus nec prædicandus est, cum similes simus nauibus omnibus bonis oneratis, de quibus tamen incertum est utrum ad portum salutis perueniant. Nunquid iudas in Apostolatu optime incepit, & pessime finiuit? Nunquid etiam Paulus male incepit, & tamen uas electionis digne uocatus est? Nolite obsecro laudare me, sed orate vt ualeamus usque ad mortem perseuerare, quoniam finem nostum deus attendit.

Ex Sigeberto in Epistola ad Macedonium de ortu, conuersione & uita sancti Augustini. I I I.

TEmpore Theodosii senioris, Augustinus uir acutissimus nobilibus Carthagineusibus ortus natalibus, venit Romam, ibique scholas liberalium artium annis fere sex glorioſæ rexit. Denique Mediolanum venit, & dum esset annorum triginta, filiusque eius annorum octo, aduenientibus diebus paschalibus, meritis & prædicatione Ambrosii, mater eius regenerauit Augustinum cum filio Deodato & multis aliis fere XLII. Qui baptizatus Augustinus mox ad virum Simplicianum prexit, cuius nomen celeberrimum apud fideles erat, qui etiam habebat mansеolum semotum & a gentibus separatum. Cum quo Augusti- 313
num fere per annum cum dimidio permansisse vidi & occulta fide probaui, Et quo C
niam erant in libertate quasi viuentes, licet probatissimi viri essent atque perfecti, tandem ex pręcepto tanti patris Simpliciani, Augustinus post inter eos instituit, vt uitam apostolicam oẽs pariter tenerent, & nihil inter eos proprio diceretur. Cõpleto uero anno, matre Aug instigante ad propria reuertitur, & moritur mater Aug.

apud ostia Tyberiana,filius autem apud Carthaginem anno ætatis suæ XXIX. Cum autem esset Augustinus cum amicis in Aphrica, meditabatur in lege domini die ac nocte, scribens libros, & docebat indoctos. Hoc autem Valerius Hipponensis audiens præ gaudio lachrymabatur,& statim eum ad se accersiri fecit,& hortum secretum & remotum a ciuitate Augustino donauit. Ibiq; pius pater Augustinus cum cæteris amicis & fratribus in despecto habitu,& cum incredibili humilitate annis tribus mansit. Deinde cum inquietudinem venientium ferre non posset,duobus fere miliaribus a prædicto loco secessit,& ad montē quēdam altissimum abiit, ad quem per uiam valde aridam & pœnosam adiri potest. Ibiq; Augustinus habitationem ex lapidibus cunctis construi fecit, & sic homines fugiens habitabat. Ibiq; composuit libros de medicina animę,& de vita monastica, de innocentia Ioannis Baptistæ & Eliæ. Multi quidem ex fratribus infra saxa & fissuras montium receptacula sibi fecerant, & ibi prope patrem Augustinum per iactum balistæ in omni sanctitate habitabant. Erant autem fere CXXII. qui sub obedientia Augustini concorditer viuebant,omnia reputātes esse communia. Vinum nemo nouerat,nisi quando infirmitas cogeret, aut Valerius episcopus sanctus ad eos uisitandos uenisset,cum autem appropinquaret festum Pentecostes, sanctus Episcopus Valerius misit pro Augustino & inuitum presbyterum ordinauit. Factus presbyter monasterium clericorum instituit in domo Episcopi,& infra annum ibidem uiuere cœpit secundum regulam apostolicam, ut hactenus fecerat. Hoc autem Valerius episcopus fecit,quia ipse Græcus erat & in doctus,maxime in respondendo hęreticis in eorum erroribus. Ideo Augustino episcopo potestatem plenam dedit prędicandi quoties necessarium fuisset. Nam multi iam hęretici surrexerant,contra quos dominus Augustinum instituit,& ordinauit.

313 D

313 E

De obitu atque commendatione sancti Augustini: IIII.

ANno domini CCCCXXXVII. Sixtus sedit annis octo & diebus XXX. Eo tempore Valla rex Gothorum Vandalos odio insectans etiam in Aphrica eos persequi disposuit,sed morte præuentus obiit,eriq; in regnum Theodoricus successit. Vandali Aphricæ nauibus irruentes prouinciā vniuersam deuastant rapinis, cæde,incendiis,nulli sexui parcentes,ętati uel ordini. Sub hoc turbine tribulationis beatissimus Augustinus amarissimam & lugubrem præ cęteris diebus suæ senectutis iam pene extremam duxit uitam,uidens tantam sæuitiam vbique grassari,uidens alios hostili nece extinctos, alios effugatos, Ecclesias sacerdotibus uiduatas,ciuitates cum accolis dissipatas. Accreuit denique causa mœroris eius q̄ sub ipsius tempore.Hipponensem urbem,cui pontifex præerat Barbari obsedērūt. Sed ecce tertio obsidionis mense febribus incubuit, sibiq; septem pœnitentiales psal. scribit iussit,ipsos quoque quaterniones iacens in lecto circa parietem positos diebus infirmitatis suæ intuebatur ac legebat,& uberrime ac iugiter flebat. Et ne a quoquam impediretur eius intentio,ante ferme decem dies, migrationis suæ petiit ad se nullum ingredi, nisi his tantum horum quibus medici ad inspiciendum ingrediebantur uel eius refectio offerebatur. Obsidionis denique mense xiii. coram positis fratribus migrauit ad dominum,annis ætatis suę lxxxvj. episcopatus uero sui xl. Hispaniæ lumen præfulgidum, propugnaculum ueritatis, errorum excidium, fidei tutamentum. Omnes Ecclesię doctores tam ingenio quām scientia uicit insuperabiliter,florēs tam exemplis uirtutum quam affluentia doctrinarum. Etenim tanta scripsit, ut non solum ab aliquo toto uitæ suæ tempore scribi,sed nec quidem possint lectione percurri. Obiit autem anno domini. Quadringentesimo quadragesimo sexto. Præmissa habentur ex Chronica Bedæ.

313 F

313 G

De transla-

De translatione corporis sancti Augustini de Sardinia ad Papiam. V.

313 H

ANno Leonis quarto,Limbrandus Longobardorum rex audiens q̄ Saraceni depopulata Sardinia,illa etiam loca fœdassent, ubi ossa beati Augustini ob vastationem Barbarorum olim ab Hippona translata & recondita fuerant, legatos suos illuc direxerit,qui dato magno auro,pretiosas illas reliquias secū detulerunt, & ad urbem Ianuensem regressi sunt,ubi prefatus rex occurrens cum gaudio corpus almificum deuote adorauit & reuerenter accepit. Sane rex & sui inde progressi cum pretiosissimo illo thesauro veniunt ad quandam uillam in Terdonensi episcopatu sitam,& cum ibi corpus sanctissimum tollere voluissent,ita stetit immobile vt nulla vis humana posset illud mouere. Quod uidēs rex uouit q̄ si beatus cōfessor ex loco illo se tolli permitteret & traduci papiam,villā cum omnibus appenditiis suis concederet sibi seruientibus perpetuo possidendam. Voto facto atque firmato,corpus sanctissimum inæstimabili facilitate sustollitur,& Ticinum usque transuectum,clero & pariter populo concurrente honorifice ac gaudenter suscipitur, & in basilica beati Petri in qua prefatus rex construens cœlum aureum dignissime collocatur. Facta est autem ista translatio anno domini DCCXXI. annis ab eiusdem confessoris transitu iam decursis. CCLXXV. Quod autem in prædicta ecclesia corporis eius pretiosus thesaurus sit reconditus, stupendo & euidenti miraculo eluescit. Siquidem in supradicta ecclesia in qua iacet,puteus est qui aliquot annis in die festi eius superabundans, totam septam pereffluxit, in signum quia sicut aqua illa sordes diluit,sic sordes hæreticorum ab ecclesia effluēs eius doctrina absterst.

313 I

Ex Antonio archiepiscopo Florentino de habitu & conuersatione sancti Augustini. VI.

NOtandum etiam quòd beatus Augustinus habitu religioso in triplici suo statu indutus est. Nam primo post conuersionem suam & baptismum,dicit Ambrosius in sermone de baptismo & conuersione Augustini, Hūc.s. Augustinum in Christo genui,& postquam baptizaui eum,indui cucullam nigram, & ipse ad differentiam monachorum se supercinxit zona pellicea pergens ad Simplicianum qui ei bonus apparebat seruus dei, & uere sic erat, ut scilicet de modo uiuendi cū eo conferret. Et ipse Augustinus in quodam suo sermone sic ait, Duodecim fuimus fratres qui induimus cucullam nigram,calciamenta & zonam nigram desuper cinctam ad differentiam monachorum. Nomina autem istorum duodecim sunt, Augustinus ipse primus, secundus Nebridius,tertius Euodius,quartus Alipius,quintus Pontianus,sextus Adeodatus,septimus Simplicianus, octauus Faustinus Græcus,nonus Cordulius, decimus Valerius, vndecimus Iustus,duodecimus Paulus. Remeans igitur ad Africam post mortem matris in ostiis Tyberinis,relictis propriis bonis & pauperibus erogando, monasterium in nemore apud Hipponem ciuitatem primum construxit, ubi cum amicis ieiuniis & orationibus uacans scribebat libros & docebat indoctos: & alios per nemora eremi quęsiuit religiosos siue eremitas, & eos secum in ipso monasterio collocauit. Et cum esset in itinere,reuertens ad Africam,uisitauit eremitas qui erant in monte Pisano, in aliquibus diebus cum eis moram trahens, & alios eremitas qui erant Centumcellis prope Romam.

313 K

313 L

Oratio de passione domini nostri Iesu Christi quam sanctus Augustinus fertur ædidisse,pro qua diligentius dicenda,Bonifacius octauus spirituales indulgentias de disse narratur. VII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DEus qui pro redemptione mundi uoluisti nasci,circuncidi, a Iudeis improbari,a Iuda traditore osculo tradi,uinculis alligari,& sicut agnus innocens ad uictimam duci,atque ad conspectus,Annæ, Caiphæ, Pilati & Herodis indecenter offerri,a falsis testibus accusari, flagellis & opprobriis uexari, sputis conspui,spinis coronari, colaphis cædi, arundine percuti, facie velari vestibus spoliari,cruci clauis affigi,in cruce leuari,inter latrones deputari, felle,& aceto potari, & lancea vulnerari. Tu domine per has sacratissimas pœnas tuas quas ego indignus recolo & per sanctam crucem ac mortem tuam libera me a pœnis inferni & perducere me digneris quo perduxisti latronem tecum crucifixum, Qui cum patre & spiritu sancto uiuis & regnas deus per omnia secula seculorum,Amen. 313 M

†Sequentes duos sermones Erasmus loco suo mouerat eo quòd inter epistolas Augustini haberentur,quos quia diligenter quæsitos inter epistolas non inuenimus, uisum est eos qualescunque sunt iterum inserere, sunt enim digni qui uel omnibus eremiticis præferantur.

Ad fratres in eremo, de uita clericorum. Sermo LII.

PRopter quod volui & rogaui hesterna die vt hodie frequentius conueniretis: hoc est quod dicturus sum. Vobiscum hic viuimus: & propter vos viuimus? & intentio votumq; nostrum est vt apud Christum vobiscum sine fine viuamus. Credo autem ante oculos vestros esse conuersationem nostram: vt & nos dicere fortasis audeamus: quamuis multum illi impares qui dixit. Imitatores mei estote sicut & ego Christi. Et ideo nolo vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. Prouidemus enim bona,ut ait idem Apostolus,non solum coram deo,sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra non polluit,sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi atque distinguite. Duæ sunt res conscientia & fama. Conscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famā suam,crudelis est: maxime in loco isto positus,de quo dicit Apostolus scribens ad discipulum suum. Circa omnes teipsum bonorum operum præbe exemplum. Vt ergo vos non diu teneam,præsertim quia ego sedens loquor,vos stando laboratis: nostis omnes aut pene omnes sic nos viuere in ea domo quæ dicitur domus episcopi,ut quantum possumus imitemur eos sanctos, de quibus loquitur liber Actuum Apostolorum, Nemo dicebat aliquod proprium sed erant illis omnia communia. Quia forte aliqui vestrum sunt non tam diligentes uitæ nostræ scrutatores: ut hic nouerint quomodo volo uos nosse: dico quod frequenter dixi. Ego quem deo propitio uidetis episcopum vestrum,iuuenis veni ad istam ciuitatem vt multi vestrum nouerunt,& quærebam vbi construerem monasterium & viuerem cum fratribus meis. Spem quippe omnem seculi reliqueram,& quod esse potui,esse nolui: nec tamen quæsiui esse quod sum. Elegi in domo dei mei abiectus eē magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Ab eis qui diligunt seculum segregaui me: sed eis qui præsunt populis non me coæquaui: nec in conuiuio domini mei superiorem locum elegi,sed inferiorem & abiectum, & placuit illi dicere mihi, Ascēde sursum. Vsque adeo autem timebam episcopatum ut quoniam cœperat esse alicuius iam momenti inter dei seruos fama mea,in quo loco sciebam non esse episcopum,non illo accederem. Cauebam hoc & agebam quantum poteram: ut in loco humili saluarer, non in alto periclitarer. Sed vt dixi,domino seruus contradicere non debet. Veni ad istam ciuitatem propter uidendum amicum quem putabam me lucrari posse deo,vt vobiscum esset in monasterio. Quasi secus peruenirem,quia locus habebat episcopum. Apprehensus & præsbyter factus, per hunc gradum perueni ad episcopatum, Non attuli aliquid, nec veni ad hanc ecclesiam nisi cum his indumentis quibus illo tempore uestiebar. Et quia hic disponebam esse in monasterio cum fratribus: cognito instituto & uoluntate mea beate memoriæ senex Valerius dedit mihi hortum illum in quo nunc est monasterium. Cœpi boni proposiri fratres colligere compares meos nihil habentes, sicut nihil habebam,& imitantes me: ut quomodo ego tenuem paupertatem meam vendidi & pauperibus erogaui, sic facerent & illi qui mecum esse uoluissent, ut de communi viueremus. Commune autem nobis erat magnum & vberrimum prædium ipse deus. Perueni ad episcopatum, & vidi necesse habere episcopum exhibere humanitatem assiduam quibusque venientibus siue transeuntibus. Quod si non fecissem,episcopus inhumanus dicerer. Si autem consuetudo ista in monasterio permissa esset,indecens esset. Et ideo nolui habere in ista domo episcopi mecum monasterium clericorum. Ecce quomodo uiuimus. Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium,sed si forte aliquid habent, nulli licet;& qui habuerint, faciunt quod non licet. Bene autem sentio de fratribus meis, & semper bene credens ab hac inquisitione dissimulaui: quia & ista quærere quasi male sentire mihi videbatur. Noueram enim & noui omnes,qui mecum viuerent,nosse propositum nostrum, nosse legem vitæ nostræ. Venit etiam ad nos præsbyter Ianuarius, qui uidebatur sua honeste erogando quasi consumpsisse,sed non consumpsit. Remansit illi quædam pars pæcuniæ i.argentum,quod diceret esse filiæ suæ. Filia ipsius, deo propitio in monasterio fœminarum & bonæ spei est. Gubernet illam dominus vt impleat quæ de ea iam speramus,in illius misericordia non eius meritis. Et quia infra annos erat,& de sua pecunia nihil facere poterat: quamuis ei fideremus fulgorem professionis,tamen lubricum timebamus ætatis: factum est ut ipsum argentum quasi puellæ seruaretur: ut cum ad legitimos annos veniret,& faceret inde quod uirginem Christi deceret,quando optime iam facere posset. Dum hæc expectantur, cœpit ille morti propinquare, qui diu tanquam de suo,iurans quia ipsius erat non filiæ,testamentum fecit. Testamentum,inquam,fecit præsbyter,socius noster,nobiscum manens, de ecclesia uiuens, communem uitam profitens,testamentum fecit,hæredes instituit. O dolor illius societatis: o fructus natus non de arbore quam plantauit dominus: sed ecclesiam scripsit hęredem. Nolo numerare ista: non amo amaritudinis fructum. Ego illum deo quærebam, deo societatem professus erat, hanc teneret,hanc exhiberet,nihil haberet, testamentum non faceret: habeat aliquid,non se nostrum socium quasi dei pauperem fingeret. Magnus inde mihi dolor est fratres. Dico charitati vestræ propter hunc dolorem statui hæreditatem ipsam in ecclesia non suscipere. Filiorum ipsius sit quod reliquit ipsi inde faciant quod uoluerint. Videtur enim mihi quia si eam suscepero, in isto facto quod mihi displicet,& quo doleo,eius particeps ero. Hoc uolui non latere charitatem vestram. Filia ipsius in monasterio fœminarum est: filius ipsius in monasterio uirorum est. Ambos exhæredauit: illam cum laude, istū cum elogio i. cum uituperatione. Commendaui autem ecclesiæ ut non accipiant ipsas partiunculas quæ pertinent ad exhæredatos, nisi cum ad legitimam ætatem peruenerint. Hoc eis reseruat ecclesia. Deinde litem dimit inter filios suos, in qua laboro. Puella dicit,meum est,nostis quia hoc dicebat semper pater meus. Puer dicit,credatur patri meo,quia moriens mentiri non potuit. Et ista contentio quale malum est? Sed si pueri isti serui dei sunt: litem hanc inter illos cito finimus. Audio illos ut pater, & forte melius quàm pater ipsorum. Videbo quid sit iure,sicut deus uoluerit,cum paucis fratribus fidelibus honoratis, deo propitio de numero uestro .i. de plebe ista. Audio inter illos causam: & sicut dominus donauit finio. Tamen rogo uos,nemo me reprehendat quia eius hæreditatem nolo quòd suscipiat ecclesia. Primo quia factum illius detestor, deinde quia institutum meum multi laudant quod dicturus sum, sed & aliqui reprehendunt, utriusque satisfacere valde difficile est. Audistis modo cū euangelium legeretur, Cecinimus uobis,& nō saltauistis.

2. Cor.4. 12.q 1. Nolo. Roma. 12. 314 A

Ad Tit.2

Act.2.& 4. Sup.ser.46 & 5.

Psal.84 314 B

314 C

12.qō. 1. Nolo.

314 D

314 E

Mat.11.

taſtis: lamentauimus & non planxiſtis. Venit Ioannes non manducans neque bibens. & dicunt dęmonium habet: Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax, potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Quid ergo facio inter illos qui parant me reprehendere & dentes in me ducere, ſi ſuſcepero hereditates eorum qui filios ſuos iratı exhęredant? Iterum quid ſum facturus eis quibus canto & non volunt ſaltare: qui dicũt, Ecce quare nemo donat Eccleſiæ Hipponenſi aliquid, ecce quare non eam faciunt qui moriuntur hæredem quia epiſcopus Auguſtinus de bonitate ſua (laudando.n. mordent, labiis mulcent, dentem figunt) donat totum, non ſuſcipit. Plane ſuſcipio, profiteor me ſuſcipere oblationes ſanctas. Siquis autem iraſcitur filio ſuo & moriens exhęredat eum: ſi uiueret non eum placarem? non ei filium ſuum reconciare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo uolo vt habeat pacem, cuius appeto hæreditatem? Sed plane, ſi faciat quod ſæpe hortatus ſum: vnum filium habet, putet Chriſtum tertium: decem habet Chriſtum vndecimum faciat & ſuſcipio. Quia ergo feci hoc in quibuſdam rebus: iã uoluntbonitatem meam vel commendationem famæ meę in aliud vertere: vt in alio modo me reprehendant, quia oblationes deuotorum hominum nolo ſuſcipere. Cõſiderent quam multa ſuſceperim quid opus eſt ea numerare? Ecce vnum dico, Filii, Iuniani hæreditatem ſuſcepi. Quare? Quia ſine filiis defunctus eſt. Bonifacii hæreditatem ſuſcipere nolui, non miſericordia, ſed timore. Nauiculam nolui eſſe Eccleſiam Chriſti. Multi ſunt quidem qui etiam de nauibus acquirunt: tamen vna tenta tio ſi eſſet, iret nauis, & naufragaret. Homines ad tormenta daturi eramus, & de ſubmerſione nauis ſecundum conſuetudinem quæreretur: & torquerentur a iudice qui eſſent de fluctibus liberati, ſed non eos daremus. Nullo enim pacto hoc facere deceret eccleſiam. Onus ergo fiſcale perſolueret. Sed vnde perſolueret? Entecham nobis habere non licet. Non.n. eſt Epiſcopi ſeruare aurum, & reuocare a ſe mendicantis manum. Quotidie iam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi nos ino pes interpellant, vt plures triſtes relinquamus, quia quid poſſimus dare omnibus non habemus. Non habemus ergo Enthecam, propter naufragium ergo hoc uitando feci, non donando. Nemo ibi me laudet, ſed nemo etiam vituperet. Plane quando donaui filio, quia iratus pater moriens abſtulit, bene feci. Laudent qui uolunt, peccant qui laudare nolunt. Quid plura fratres mei? Quicunque vult exhæredato filio, hæredem facere eccleſiam, quærat alterum qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, imo deo propitio nullum inuenıet. Quam laudabile factum ſancti & uenerandi epiſcopi Aurelii Carthaginenſis, quomodo implevit eos omnes, qui ſciunt, laudib⁹ dei. Quidam enim cum filios non haberet, neque ſperaret, res ſuas omnes retento ſibi uſufructu donauit Eccleſiæ. Nati ſunt filii ſibi poſtea, & reddidit epiſcopus, nec etiam opinanti illi quæ donauerat. In poteſtate habebat epiſcopus nõ reddere, ſed iure fori, non iure poſi. Sane etiam hoc nouerit charitas veſtra dixiſſe me fratribus meis, qui mecum manent, vt quicunque habet aliquid, aut vendat & eroget, aut donet & commune illud faciat: Eccleſiam habet, per quam deus non paſcit. Ego dedi dilationem vſque ad Epiphaniam, propter eos qui vel cum fratribus ſuis non diuiſerunt, & dimiſerunt quod nunc apud fratres ſuos, vel nõdum de re ſua aliquid fecerunt, quia expectabatur ætas legitima. Faciant inde quod uolunt, dum tamen ſint pauperes mecum ſimul expectantes miſericordiam dei. Si autem nolunt, qui forte nolunt: certe ego ſum qui ſtatueram ſicut noſtis nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: aut ſi uellet diſcedere a propoſito, recte illi tollerem clericatum, quia deſereret ſanctę ſocietatis promiſſum cœptumq; conſortium. Ecce in conſpectu dei & veſtro, muto conſilium. Qui uolunt habere aliquid proprium, quibus nõ ſufficit deus & eccleſia ſua, maneant, vbi uolũt & ubi poſſunt, non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. Malum enim eſſe quis neſciat: Malum eſt cadere a propoſito, ſed peius eſt ſimulare propoſitum. Ecce dico audite: Qui ſocietatem communis vitæ iam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum, deſerit, a voto ſuo cadit, & a profeſſione ſancta cadit. Obſeruet iudicẽ ſcilicet deum, non me: Ego ei non aufero clericatum. Quantum ſit periculum, ante oculos eius poſui, faciat quod vult. Non enim quod ſi aliquem hoc facientem degradare uo-

13. qõ. 2. Si quis ira ſcitur.

12 qõ. 1. Quicunq;

Ac. 2. & 4.

12. qõ. 2. Certe.

luero, nõ ei deerunt patroni, non ei deerunt ſuffragatores: & hic & apud epiſcopos qui dicant. Quid enim mali fecit? Non poteſt tecum tolerare iſtam uitam. Extra epiſcopatum vult manere, & de proprio uiuero, ideo non debet perdere clericatũ. Ego ſcio quantum mali ſit profiteri ſanctum aliquid nec implere. Vouete, inquit, & reddite domino deo veſtro. Et melius eſt non vouere quam vouere & non reddere. Virgo & ſi nunquam fuit in monaſterio & virgo ſacrata eſt, illi nubere non licet, quis eſſe in monaſterio non compellitur. Si autem cœpit eſſe in monaſterio & deſeruit, & tamen uirgo eſt, dimidia ruit. Sic & clericus duas res profeſſus eſt, & ſanctitatem & clericatum. Interius ſanctitatem nam clericatum propter populum ſuum deus impoſuit ceruicibus ipſius, cui magis onus eſt quam honor. Sed quis ſapiens intelliget hæc? Ergo profeſſus eſt ſanctitatem, profeſſus eſt cõmuniter viuendi ſocietatẽ: & profeſſus eſt quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in vnum. Si ab hoc propoſito cecidit, & extra manens clericus fuerit, dimidius & ipſe cecidit. Quid ad me, non eum iudico. Si foras ſeruat, ſanctitatem, dimidius cecidit. Si vero intus habuerit ſimulationem, totus cecidit. Nolo quod habeat neceſsitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum, nemini eum tollo nolẽti mecum communiter viuere, ſed habet deum qui mecum manere vult. Si paratus eſt paſci a deo per eccleſiam ipſius, non habere debet aliquid proprium, ſed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere mecum. Qui hoc non uult, habeat libertatem, & uideat vtrum habere poſsit fœlicitatis æternitatem. Sufficiant hęc interim charitati veſtræ. Quod egero cum fratribus meis, annunciabo uobis, Spero enim bona. Omnes mihi libenter obediunt, nec inuenturus ſum aliquos habere aliquid, niſi aliqua neceſsitate religionis, non cupiditatis occaſione. Quid ergo egero poſt ppiphaniam, charitati veſtræ in domini voluntate, & quomodo litem finiero inter duos fratres, filios presbyteri Ianuarii, non vobis tacebo. Multa locutus ſum, Date ueniã loquaci ſenectuti, ſed timidę infirmitati. Ego ſicut videtis per ætatem iam ſenui, & per infirmitatem corporis olim ſenex fui. Tamen ſi deo placet quod dixi, modo, ipſe det vires, non vos deſero. Orate pro me, vt quantum ineſt anima in hoc corpore, & qualeſcunque vires ſupetunt, in verbo dei ſeruiam uobis, Amen.

Pſal. 75. Eccle. 5.

Deut. 32 pſal. 123.

12, qõ. 1. Certe.

Ad fratres in Eremo, De communi vita clericorum. Sermo. LIII.

CHaritati ueſtræ hodie de nobiſipſis ſermo reddẽdus eſt: Quia. n. ut ait Apoſtolus, ſpectaculũ facti ſumus mũdo & angelis, & hoĩs q nos amãt, q̃runt q̃ laudẽt in nobis: qui aũt nos oderunt, detrahunt nobis. Nos aũt in utroq; medio cõſtituti adiuuãte dño deo noſtro, & uitam & famã noſtrã ſic cuſtodire debemus, ut nõ erubeſcant de detractoribus laudatores. Quomodo autem uiuere uelimus, quomodo deo propitio iam uiuamus, quanuis de ſcriptura ſancta multa noueritis, tamen ad commemorandos uos, ipſa de libro Actium Apoſtolorum uobis lectio recitabitur, ut uideatis ubi deſcripta ſit forma quam deſideramus implere. Dum ergo recitatur, uos intentiſsimos eſſe uolo, ut poſt eius recitationem, quod inſtitui loquar domino donante intẽtioni ueſtrę. Et lazarus diaconus legit: Cum oraſſent motus eſt locus in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & loquebantur uerbum dei cum fiducia omni uolenti credere, Multitudinis autem credẽtium erat anima una & cor unum, nec quiſquam eorum, quæ poſsidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Et virtute magna reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim egens quiſquam erat inter illos. Quotquot enim poſſeſſores prædiorum uel domorum erant, uendentes afferebant pretia eorum quæ uendebant & ponebant ante pedes apoſtolorum. Diuidebatur autem ſingulis, prout cuique opus erat. Cumq; Lazarus diaconus recitaſſet, & epiſcopo codicem tradidiſſet: Auguſtinus epiſcopus dixit, Etiam ego legere uolo. Plus enim me delectat huius uerbi eſſe lectorem, quàm uerbi mei diſputatorem. Cum oraſſent motus eſt locus in quo erant congregati, & repleti ſunt omnes ſpiritu ſancto, & loquebantur

1. Cor. 5.

Acto. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& loquebantur verbum dei cum fiducia omni volenti credere. Multitudinis autem credentium erat anima una, & cor unum, nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Et uirtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi domini nostri, & gratia magna erat in omnibus illis. Neque enim egens quisquam erat inter illos. Quotquot 315 B enim possessores prædiorum nel domorum erant, uendentes afferebant pretia eorũ quæ vendebant & ponebant ante pedes apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout unicuique opus erat. Cumq; episcopus legisset, dixit, Audistis quæ iam uelimus, orate ut possimus. Contigit autem quædam necessitas, vt hæc diligentius agerem, quoniam, sicut nostis, iam presbyter in nostra societate constitutus, quali societati perhibet testimonium lectio quam modo cum recitaremus audistis, moriens testm fecit, quia habuit vnde faceret. Erat quod diceret suum cum in ea societate viueret, vbi nemini licebat suum aliquid dicere, sed essent illis omnia communia. Siquis dilector & laudator noster apud detractorem nostrum prædicaret istã societatem, & diceret, cum episcopo Augustino sic viuunt, omnes cohabitatores eius quomodo scriptum est in actibus Apostolorum: continuo ille detractor caput mouens, dentem promouens, diceret, Ita uere sic ibi viuitur, qnomodo tu dicis. Quare mentiris? Quare falsa laude honoras indignos? Nonne ibi modo in eorum societate positus præbyter testamentum fecit, & quod habuit quomodo voluit disposuit, & reliquit? Ceret omnia ibi sunt cõmunia, certe nemo dicit aliquid suum. Sub his verbis quid ageret laudator meus? Nonne os eius quasi plumbo opilaret ille detractor? Nonne ille laudasse pœniteret? Nonne reuerentia perfusus, & illius sermone confusus uel nobis vel testatori illi malediceret? Hæc fuit necessitas, ut ad 315 istam diligentiam ueniremus. Nuncio ergo vobis vnde gaudeatis, quia omnes fra- C tres & clericos meos qui mecum habitant, presbyteros, diaconos, subdiaconos, & Patritium nepotem meum, tales inueni quales desideraui. Sed sunt qui de sua qualicunque paupertate, quod statuerant, nondum fecerunt, Hi duo sunt Valens diaconus, & paulo antedictus nepos meus subdiaconus, & matris vita impediebat quę inde uiuebat. Expectabatur in illo etiam legitimæ ætatis accessus, vt quod faceret firmissime faceret: nondum autem fecit, quia ipsos agellos habet cum suo fratre communes, & sub indiuiso possident. Si autem diuisi fuerint, eos cupit Ecclesiæ cõferre, vt inde alantur qui sunt in proposito sanctitatis quousquë in hac uita degũt.

1. Tim. 5. Scriptum est enim & hoc Apostolus loquitur, Qui autem suis & maxime domesticis non prouidet, fidem denegat, & est infideli deterior. Hæc autem mancipia sunt ei similiter cum fratre cõia, & nondum diuisa. Disponit ea manumittere, sed non 315 potest antequam diuidantur. Quid enim ad se pertinet, adhuc ignorat. Ad ipsum sa D ne, quia maior est, pertinet diuisio, & ad fratrem eius electio. Et ipse frater eius deo seruit, & subdiaconus est sub santo fratre meo, & coepiscopo Seuero in Ecclesia Mileuitana. Hoc agitur, hoc sine dilatione peragendum est vt illi seruuli diuidantur & manumittantur, & sic det Ecclesiæ vt eorum excipiat alimentum. Nepos aũt meꝰ ex quo conuersus est, & mecum esse cœpit, impediebatur & ipse aliquid de agellulis suis agere in uita vsufructuaria matre sua, quæ hoc anno defuncta est. Inter ipsum & sororem eius sunt quędam causæ in Christi adiutorio cito finiendæ, vt & ipse faciat quod dei seruum decet, & quod ista professio, & ista exigit lectio. Diaconus Faustinus, sicut pene omnes nostis, hic de militia seculi ad monasterium conuersus est hic baptizatus inde Diaconus ordinatus. Sed quia exiguum est quod videtur possidere, sicut iurisperiti loquuntur, iure non corpore relinquerat illud, & ab eius fratribus tenebatur Nunquam inde, cogitauit ex quo conuersus est, nec ipse aliquid quæsiuit à fratribus suis, nec ab illo est aliquid quæsitum. Modo quia uentum est ad hunc articulum temporis, cum consilio meo diuisit ipsam rem, & dimidiam donauit fratribus suis, & dimidiam Ecclesiæ pauperi in loco eodẽ ỏcstitutæ. 315 Diaconus Seuerus subqua dei disciplina & flagello sit, nostis, lumen tamen non pE didit mentis. Vnam domum hic emerat pp matrem & sororem suam, quas de sua patria huc desiderabat adducere: Emerat autem non de sua pecunia, quam non habebat, sed ex collatione religiosorum virorum, quorum et mihi quęrenti nomina

indicauit. De ipsa non possum dicere quid fecerit, aut quid disponet, nisi quia ipse totum in mea posuit voluntate, vt quicquid ipse vellem, hoc inde fieret. Sed habet quasdam causas cum matre sua, quarum me iudicem posuit, vt cum illę fuerint terminatæ, fiat de ipsa domo quod ego voluero. Quid autem velle potero deo regente nisi quod iustitia iubet, & pietas postulat? Habet etiam in patria sua aliquos agel- 315 los quos disponit sic distribuere, vt etiam illic in ipso loco positæ pauperi largiatur F Ecclesiæ. Diaconus Hipponensis homo pauper est, quod alicui conferat, non habet tamen de laboribus suis antequam esset clericus emerat aliquos seruulos, hodie illos in cospectu nostro manumissurus est episcopalibus gestis. Diaconus Eraclius Cõtra maante vestros oculos versatur, & opera eius lucent coram oculis vestris. De opere ximum. eius & expensa pecunia memoriam sancti martyris habemus. De pecunia sua emit cap. 1. etiam possessionem ex consilio meo: nam ipsam pecuniam voluit per manus meas erogare, sicuti mihi placeret. Ego si pecuniæ auidus essem, aut necessitates ipsas meas quas pro pauperibus habeo, in hac causa curare, pecuniam acciperem. Quare dicit aliquis: Possessio illa quę ab illo empta & Ecclesiæ donata est, adhuc nihil præstat Ecclesiæ. Minus habebat ad pretium, & quia mutuatus fuerat, hodie eius fructibus redditur. Homo sum senex quantus mihi de illa possessione potest fructus accedere? Nunquid promitto mihi tot annos esse victurum, donec suum pretium illa persoluat. Quod ergo uix diu partibus reddit, de proximo haberem totum, si accipere voluissem. Non feci, aliud attendi. Fateor enim uobis & ipsi, suspecta mihi 315 adhuc eius ætas fuit, & uerebar ne forte ut sunt homines matri eius hoc displiceG ret, & diceret inductum a me fuisse adolescentem, ut bona eius paterna consumerem, & eum egentem relinquerem. Ideo uolui eius pecuniam in illa possessione seruari: ut si aliquid, quod deus auertat, aliter quàm uolumus euenisset, redderetur uilla, ne culparetur Episcopi fama. Scio. n. quantum uobis sit necessaria fama mea, nam mihi sufficit conscientia mea. Emit etiam spatium ab ista postea Ecclesia notum uobis, & sua pecunia ædificauit domum. Et hoc nostis. Ante paucos dies priusquam sermonem de hac re haberem uobiscum, eam donauit Ecclesiæ. Expectauit enim ut eam perficeret, & perfectam donaret. Fabricandi autem domum necessitas illi nulla erat, nisi quia cogitauit matrem suam huc esse uenturam. Si autem uenisset, in re filii sui habitaret: modo si uenerit, in opere filii sui habitabit. Testimonium ei perhibeo, pauper remansit, sed in charitatis possessione permansit. Alii qui seruuli eius reliqui fuerant, iam quidem in monasterio uiuentes, quos tamen gestis ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat, diues est: nemo existimet, nemo male loquatur, nemo seipsum & animam suam suis dentibus laniet. 315 Pecuniam nullam habet seruatam, vtinam quam debet restituat. Cæteri, id est, sub H diacones pauperes sunt deo propitio, & misericordiam dei expectãt. Vnde ipsi faciant, non habent, & nullas habentes facultates finierunt mundi cupiditates. Viuunt nobiscum in societate cõmuni, & nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerunt. Charitatis vnitas præponenda est terrenæ commodo hæreditatis. Restant præsbyteri. Sic enim ad eos gradatim ascendere uolui. Cito dixerim, pauperes dei sunt. Nihil ad domum societatis nostrę attulerunt, nisi ipsam, qua nihil charius est, charitatem. Veruntamen quoniam scio natos fuisse rumores de diuitiis ipsorum, non a me ad aliquid compellendi, sed vobiscum meo sermone purgandi sunt. Vobis dico qui forte nescitis: nam vestrum plurimi sciunt presbyterum Leporium, quanuis seculi natalibus clarum & apud suos honestissimo loco natum, tamen iam deo seruientem, cunctis quæ habebat relictis, inopem suscepi. Non quia nihil habuit, sed quia iam fecerat quod lectio ista persuadet. Hic non fecit, sed nos scimus vbi fecit. Vnitas Christi & Ecclesiæ, vna est. Vbicunque fecit bonum opus, & pertinet ad nos ut sibi congaudeamus. Hortus est vnus ubi nostis, ibi monasterium suis constituit, quia & ipsi deo seruiunt. Ille hortus ad Ecclesiam non pertinet, nec ad ipsum. 315 Et ad quem dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed uerum est, qđ I usque ad hoc tempus curam pro illis ita gerebat, vt tumpticulos quibus sustentantur apud se haberet, & eis ipse vt videbatur impẽderet. Sed ne pp hoc daretur locus hoibus, suspitiones suas rodẽtibus & uentrẽ non implẽtibus, hoc placuit & mihi &

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsi,vt sic se illi transigant,quasi iste iam de seculo exierit. Nunquid enim cũ obierit ipse,illis dispensaturus est aliquid? Melius est vt videat illos ibi bene conuersantes, & regente deo in disciplina Christi sic viuentes, vt de illis tantummodo gaudeat.non eorum necessitatibus occupetur. Pecuniam non habet quam suam dicere possit. Habebat xenodochium ædificandum,quod modo videtis ædificatũ. Ego illi iniunxi,ego iussi. Obtemperauit mihi libẽtissime, & sicut videtis operatus est: quomodo etiam meo iussu basilicam ad octo martyres fabricauit, de his quæ per vos deus donauit. Cepit enim de pecunia quæ data erat Ecclesiæ propter xenodochium, & cum cœpisset ædificare, vt sunt religiosi desiderantes opera sua in cœlo scribi,adiuuerunt prout quisque voluit & fabricauit. Opus ante oculos habemus. Omnis homo quid factum sit videt de pecunia,quia non habebat,mihi credant,dẽtem compescant, non frangant Emerat de ipsa pecunia xenodochij quandam domum in Cararia, quam sibi existimabat propter lapides profuturam, sed lapides eius domus,fabricæ necessarii non fuerunt,quoniam aliunde prouisi sunt. Domus ergo ipsa sic remansit,pensionem præstat, sed ecclesiæ non presbytero. Nemo amplius dicat: In domum presbyteri,ante domum presbyteri, ad domum presbyteri: Ecce vbi est domus Presbyteri, vbi est domus mea, ibi est domus presbyteri, alibi non habet domum,nisi vbicunq; habet deum. Quid amplius quęritis,nisi quia me 315
illud memini etiam promisisse,vt ad vos perferrem quid egissem inter duos,fratrẽ L
videlicet & sororem, filios Ianuarii presbyteri, quia orta inter illos fuerat controuersia pecuniaria. Sed tamen quia sicut inter fratres saluandos propitia charitate promiseram audire, vt inter illos quicquid esset iudicandum finirem. parauerã me iudicem: sed antequam iudicarẹm,ipsi ꝙ iudicaturus eram finierunt. Non inueni vnde iudicarem, sed unde lætarer. Acquieuerunt omnino concorditer voluntati meæ & consilio meo, ut pares essent in pecunia quam reliquit pater eorum Ecclesia renunciante. Post sermonem meum locuturi sunt homines, sed & quodlibet homines loquantur,qualicunque aura flante,perducetur inde aliquid ad aures meas. Et si fuerit tale vt sit iterum necesse vos purgare,respondebo detractoribus,respõdebo maledicis,respondebo incredulis,non uobis credentibus presbyteris suis: respondebo vt potero quod dominus dederit, interim mõ non est necesse, quia nihil forte dicturi sunt. Qui nos amant,libere gaudebunt: qui nos oderunt, tacite dolebunt. Tamen linguas exercuerint, audient deo propitio vobiscum responsionem meam,non litem meam. Non enim hominem nominaturus sum & dicturus, Ille hoc dixit, iste sic detraxit: cum fortasse etiam ad me falsa, quia & hoc potest fieri, perferantur. Veruntamen quæcunque perlata fuerint,si opportune videbitur, loquar inde charitati vestræ. Ante oculos vestros volo sit vita vestra. Scio,quia quę- 315
rentes licentiam malefaciendi,quærunt sibi exempla male viuentium & multos in M
famant,vt socios inuenisse videantur. Ideo quod nostrum est,fecimus: plus quid faciamus, non habemus. Ante oculos vestros sumus: Nullius aliquid desideramus, nisi bona opera vestra. Et vos exhortor fratres mei, si aliquid vultis clericis dare,
Ac.2.&.4 sciatis quia non debetis quasi vitia eorum fouere contra me. Omnes offerte quod vultis, offerte de voluntate vestra. Quod commune erit,distribuetur vnicuiq; sicut cuique opus erit. Gazophylacium attendite, & omnes bene habebimus, ualde me delectat,si ipsum fuerit præsepe nostrum,vt nos simus iumenta dei,vos agricolæ dei. Nemo det byrrum vel lineam tunicam seu aliquid nisi in commune, de communi accipiam mihiipsi, cum sciam commune me habere velle quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra, quibus quasi ego solus decentius vtar. Offeratur mihi: verbi gratia,byrrum pretium forte decet episcopum, quanuis non deceat Augustinum.i.hominem pauperem, de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines,quia inueni pretiosas vestes,quas non potuissem habere vel in domo patris mei vel in illa seculari professione mea. Non decet. Talem debeo habere qualẽ possum,si non habuerit fratri meo dare. Qualem potest habere presbyter,qualem po- 316
test habere decenter diaconus & subdiaconus: talem volo accipere,quia in commu A
ne accipio. Si quis meliorem dederit,uendo,quod & facere soleo: ut quando non po
test vestis esse communis,pretium uestis sit commune. Vẽdo,& erogo pauperibus.

Si hoc

Si hoc eum delectat, ut ego habeam talem, det unde non erubescam. Fateor enim vobis de pretiosa veste erubesco,quia non decet hanc professionem,hanc admonitionem, hæc membra, hos canos. Etiam illud dico: Si forte in nostra societate æger est aliquis uel post ægritudinem vt necesse sit eum ante horam prandii reficere, non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod eis uidetur vt mittant.
Prandium tamẽ & cœnam extra nemo habebit. Ecce dico,audistis: Qui habere vo- 12.qõ.1.
316 luerit proprium & de proprio viuere,& contra ista præcepta nostra facere: parum Nolo.
B est,ut dicam,non mecum manebit,sed nec clericus erit. Dixeram.n & scio me dixisse,ꝙ si nollem suscipere socialem uitam mecum, non illis tollerem clericatum, sed seorsum manerent & seorsum viuerent, quo nossent deo viuerent. Et tñ ante oculos posui, quantum mali sit a proposito cadere. Malui.n.habere cæcos vel claudos, q̃ plangere mortuos. Qui.n hypocrita est,mortuus est. Quo ergo quicunq; voluisset extra manere & de suo viuere,nõ tollerem ei clericatum: ita modo,quia placuit illis deo propitio socialis hæc vita,quisquis cum hypocrisi vixerit,quisquis inuentus fuerit habens proprium,non illi permitto ut inde faciat testm̃, sed delebo eum de tabula clericorum. Interpellet contra me mille consilia, nauiget contra me quo uoluerit: sit certe ubi potuerit, adiuuabit me deus,ut ubi ego episcopus sum, illic clericus esse non possit. Audistis, audierunt. Sed spero in deum nostrum & misericordiam eius, quia sicut dispositionem meam istam hilariter acceperunt, sic eã pure ꝙ fideliter seruabunt. Dixi aliquid suum non habere presbyteros cohabitatores meos,inter quos est & presbyter Barnabas. Sed de illo audiui quædam fuisse iactata ante oĩa ꝙ emit uillam a dilecto & honorabili filio meo Eleusino. Hoc falsum est: Monasterio donauit ille,non uendidit. Ego sum testis. Quid amplius quęratis ignoro. Ego sum testis,donauit ille,non uendidit, Sed dum non creditur donare potuisse,creditus est uendidisse. Beatus hõ qui tam bonum opus fecit ut non crederetur.
316 Tamen uel modo credite,& detractores audire libenter desinite. Iam dixi,ego sum
C testis. Dictum est de illo ꝙ anno præposituræ suæ per industriam debita fecerit, ut dum ego uolo reddi debita,darem illi licentiam poscendi fundum. Victorianẽsem: tanquam dixisset mihi,ut reddam debita mea,da mihi in decem annos fundum Victorianensem. Et hoc falsum est. Si fuit rumor unde nasceretur,fecit debita reddenda, A nobis reddita sunt partim unde potuerunt. Remansit aliquid quod non debebatur,etiam monasterio illi quod per ipsum deus instituit. Cum ergo remansisset,cœpimus quærere unde debitum redderemus. Ad conductionem ipsius fundi nullus accessit,nisi quadraginta solidos offerens pensionem. Sed uidimus fundum amplius posse dare,ut celerius debitum redderetur,& commisi fidei eius, ut de ipsa conductione lucra non requirerent fratres: sed quicquid daret fundus, de ipsis fructibus imputarent ad debitum. Fide agitur. Paratus est presbyter ut alium constituam,qui de fructibus fratribus reddat. Ex numero uestro sit aliquis,cui hęc committam: ex numero ipsorum, qui ad nos talia pertulerunt. Sunt n.in uobis homines religiosi, qui eum rumorem falso reprehensum esse doluerunt, & tamen crediderunt factum. Ex ipsis ergo aliquis ueniat ad nos, suscipiat possessionem, omnes fructus pretii suis fideliter uendat,ut reddi possit facilius quod debetur,& hodie recedat inde cura presbyteri. Locus etiam ipse ubi monasterium constitutũ est a memorato filio meo honorabili Eleusino, ipsi presbytero Barnabæ donatus est antequam ordinaretur presbyter, in ipso loco monasterium instituit. Sed tamen quia
316 noĩe ipsius donatus erat locus, mutauit instrumenta ut noĩe monasterii uideatur.
D De fundo Victorianensi,ego rogo,ego hortor,ego peto,ut si quis religiosus est, fideagat,& exhibeat ecclesiæ istam operam,ut cito debitum reddam, Quod si nemo de laicis fuerit inuentus, ego propono alium, iste illuc non accedet. Quid uultis amplius? Nemo laceret seruos dei, quia non expedit lacerantibus. Seruis dei quidem merces falsis detractionibus crescit,sed crescit pœna etiam detrahentibus. Nõ sine Mat.5
causa dictum est, Gaudete & exultate quando detrahunt de uobis, dicentes falsa, quia merces uestra magna est in cœlis. Nolumus cum detrimento uestro magnam habere mercedem. Minus ibi habeamus, & tamen uobiscum ibi regnemus, Amẽ.

†Decem & septem sermones sequentes,nunquam ante hac impresso, dedit nobis Carthusia ad muros Parisienses,uetusto exemplari ,quos Augustini esse,hoc nobis persuasit,q̄ inter alios qui sine controuersia Augustini sunt,descripti essent, & non parum phrasim eius redoleant. 316 E

IN EPIPHANIA SERMO

Augustini, in quo docet stellam biennio apparuisse, & de multiplici interpretatione biennii.

SICVT dies hodiernus anniuersario reditu commonet nos q̄ dominum nostrum Iesum adorauerunt magi , tanquam primitiæ gentium : ita huic solennitati de isto tanto mysterio noster etiam sermo debetur. Vnde uestram commoneo charitatem, recentem diem pristinum recolite,quo dominus natus est.Et huic 316
hodiernum adiungite, quo a Magis adoratus est,nec eis stella lo F
qui potuit cuius esset,uel cuius excellētiam præsignaret. Nouū tamen & singulare sydus effulsit,atque illos etiam qui solent sydera diligenter intueri nouo miraculo exterruit. Nunquam enim tali stella quisquā est significatus, quia nunquam talis est natus,Veruntamen quis esset,ubi esset , quorum rex esset, sydus illud,& si tacebat lucebat. Sed quærentia deus & pulsantia corda non fraudans,alio modo sine dubio petentibus reuelauit,q̄ stella iudicare non potuit. Quē modum quidem scriptura non dicit,sed intelligendum prudentibus dereliquit, atque in ipsa narratione,vnde hoc intelligere possimus,ostendit. Cum enim Bethleē ciuitas secundum scripturas a Iudæis commemorata esset,ubi Christū nasci oportet,quia domus latebat ubi dei uerbum infans iacebat,eadem stella magos perduxit ad domum,sub cuius tecto erat qui fecerat mundum : & quem nunciauerat cœlum,hucusque patuit præcedentis syderis fulgor.Sed ut illi ad Herodem regem Iudæorum non reuerterentur,qui se uelle dixerat adorare quem cupiebat occidere,per somnim leguntur admoniti. Ita quod eloqui stella non potuit , alia deus reuelatione monstrauit . Sic intelligendum est,non per solam stellam , quamuis oculis suis insolita & inexperta luce fulgentem , magos in Oriente potuisse 318
cognoscere quisnam esset significatione tanti syderis dignus, cuius testis ille fulgor existeret,quem clarum tanta claritas nunciaret,ubi quęreretur,quo eundum esset ut inuentus adoraretur. Sed alia nimirum reuelatione indicatum est diuinitus,quod luce syderis tacite signabatur.Et cum magna admiratione quęrentibus quid sibi uellet,& quo pertineret quod nouum apparebat in cœlo, non utique loquente ipso sydere,sed aliter intimatum est quis descendisset de cœlo, & diuinitate presidens cœlo, iaceret in carne sub cœlo. Tunc quippe intelligitur indicatum cuius esset stella quę iādiu uidebatur, quando natus est qui per illam significabatur . Nam ferme biennio uisa est mirantibus quid esset. Sed posteaquam Christo nato reuelatum est Magis iam non sydus esse mirandum , sed eum qui sydere prænunciatus fuerat adorandum,regemq̄ esse Iudæorum,ab Oriente uenerunt,& hodierno die adorauerūt,quem ante paucos dies natum esse,atque illam stellam,quæ sibi per biennium apparuerat,eius fuisse didicerunt.Hic dicit aliquis illam stellam
Mat.2. biennio apparuisse, vnde monstratur? Euangelii uerba recolamus. Herodes nempe rex Iudæorum cum a Magis fuisset illusus, quod in somnis moniti ad eum redire noluerunt , ne indicaretur ubi Christus fuisset inuentus , a bimatu & infra occidit infantes. Hoc autem qua causa fecerit, Hoc est,quare a bimatu & infra oc 316
cidi paruulos iusserit, Euangelista non tacens , secundum tempus , inquit , quod H
exquisierat a magis . Ecce vnde ostenditur non tunc primum apparuisse stellam quando natus est Christus,hoc est,aū paucissimos dies,sed biēnii tpe p̄nunciatio-

ne fulsisse syderea , quæ tunc est cognita cuius esset , quando missi sunt adorare in terra quem in cœlo iam viderant præsignatum. Siquis autem quærit , quare biennium prænuncians Christum stella claruerit, possunt videri duobus annis duo si-
316 gnificata præcepta: Vnum dilectionis dei,Alterum proximi: in quibus duobus pre
I ceptis tota lex pendet & prophetæ. Sic enim quod infinite videbatur per multa mā data diffusum,ista est breuitate conclusum . Vt hinc intelligatur dixisse Propheta, Verbum enim consummans & breuians faciet dominus super terram , Ipse igitur duobus præceptis consummauit verbum,cuius duobus annis stella pronunciauit aduentum.Possunt in his duobus annis etiam duo intelligi testamenta: Vetus & nouum. Non enim alius author est legis qua terremur, & alius gratiæ qua iuuamur : cum ipse dixerit,si credideretis Moysi,crederetis & mihi: de me.n ille scripsit . Et ipse sit sapientia dei, de qua dictum est, Legem autem & misericordiam in lingua portat. Sed quoniam per duos annos duo tempora significata potius accipi possunt, et duos Christi possumus intelligere aduentus. Vnum humilitatis alterum claritatis: Et duas nostras geneses. Quia ille per quem facta sunt omnia,vtiq; author ambarū est,Vnam qua in carne nascimur,aliam qua in fide renascimur. Exultemus ergo,& iocundemur in eo quem panni inuoluerunt & angeli nunciabant;qui in presepi iacebat,& inter astra fulgebat.Quem regem sempiternum,gentibus adorandum,nō diadematis gemma,sed cœli stella monstrabat.Qui vbera fugebat, & lactentes mar
316 tyres faciebat.Agnoscamus lapidem angularem, in quo duo parietes de diuerso ve
K nientes,vnus ex circūcisione Iudæorum, alter ex præputio nationum fideli osculo copulantur.Ipse est enim pax nostra qui fecit vtraq; vnum.Ipse veniens sicut audistis Apostolum,Euangelizauit pacem his qui longe,& pacem his qui propè. Propè erant pastores, longe erant magi . Vtriq;agnouerunt ,vtiq; venerunt & secundum Esaiam prophetam , vtriq; in presepi cibaria sua tanquam bos & asinus inuenerūt. Esai.1.
Hos enim populos,ex Iudæis & gētibus, Christus glorificatus assumpsit . Quorum primitias natus accepit. Ad nos ergo maxime huius dei pertinet gratulatio, qui ex gentibus venimus . Protulerunt magi quando xp̄m adorauerunt, aurum, thus, & myrrham. Aurum,quia regem viderunt: thus,quia deum intellexerunt. Cognoue- Mat.22.
runt & carnem passuram,nam & myrrham protulerunt ad sepulturam. Hæc illi secundum considerationem suam. A nobis autem aurum accipit, si eleemosynas faciamus: thus,si orationes fundamus: myrrham,si pro illo moriamur. Proinde quia Epiphania manifestationem verbo Græco indicat (Latens quippe . Magis domini infantia cupientibus adorare, manifestatur indice stella)nos viam fulgentis Euangelii sequamur,& sancte adoremus cui manifesti sumus, vt quando deus manifeste veniet,nec infans erit,quia non silebit,in dextera eius apparere mereamur.
316

Dominica infra octauas Epiphanię,De Christi parentibus: in quo exemplo virginis Marię ad humilicatem fœminas monet,& pueros ad parentum obsequium. Sermo II.

CVm esset duodecim annorum dominus Iesus Christus secundum hominē, quia secundum deum est ante tempora & sine tempore, remansit a parentibus in templo , & disputabat cum senioribus & admirabantur super doctrina eius. Illi autem redeuntes de Hierosolymis , quæsierunt illum in comitatu suo, inter eos scilicet qui secum ambulabant.Et non inuenientes eum,turbati redierūt Hierosolymam eumq̄ disputantem in templo cum senioribus inuenerunt,cū esset vt dixi annorum duodecim . Sed quid mirum ? Verbum dei nunquam tacet, sed non semper auditur. Inuenitur ergo in templo. Et dicit ei mater eius. Quid Lucę 2.
nobis feciſti sic ? Pater tuus & ego dolentes quærebamus te . Et ille. Non sciebatis quia oportet me in his esse quæ patris mei sunt ? Hoc propterea dixit, quia
316 filius dei erat in templo dei . Templum enim illud non erat Ioseph , sed dei .
M Ecce , inquit aliquis , Non se concesit esse filium Ioseph . Attendite aliquanto patientius fratres propter angustias temporis, vt sermone sufficiant. Cum

dixisset Maria, pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Ille respondit, Non
sciebatis quia in his oportet me esse quæ patris mei sunt. Non enim sic se volebat 316
esse filium illorũ, vt non intelligeretur filius dei. Filius enim dei semper filius dei, M
creans illos ipsos. Filius autem hominis ex tempore natus de virgine, sine semine
maritali, parentem tamen habebat utrunq; Vnde hoc probamus? Iam dixit, Ma-
ria, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Primo non est prætermittend. fra-
tres, maxime propter disciplinam fœminarum sororum nostrarum, tam sancta mo
destia virginis Mariæ: xp̃m pepererat, angelus ad eam venerat, & dixerat ei, Ecce
Luc.1. concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: Hic erit magnus,
& filius altissimi vocabitur. Meruerat parere filium altissimi, & erat humilima, Nec
se marito, nec in ordine nominis præferebat: ut diceret, Ego & pater tuus. Sed pa-
ter tuus, inquit, & ego. Non attendit sui uteri dignitatem, sed attendit ordinem cõ-
iugalem. Non enim humilis Christus matrem suam superbire docuisset, Pater tuus
& ego dolẽtes quærebamus te. Pater tuus, & inquit, & ego: quia caput mulieris vir.
Quanto minus debent superbire cæterę fœminę? Nam & ipsa Maria mulier dicta
est, non corrupta virginitate, sed appellatione propria gentis suæ. Dixit n. de domi
Galat.4. no Iesu Christo & Apostolus, Factum ex muliere. Non tamen interrupit ordinem
& textum fidei nostræ, qua confitemur natum de spiritu sancto & Maria virgine.
Illa enim virgo concepit, uirgo peperit, uirgo permansit, Sed mulieres omnes fœmi 317
nas illi appellauerunt proprietate linguę Hebreæ. Audi euidentissimum exemplũ, A
Prima fœmina, quam fecit deus sumptam de latere viri, antequam cum viro incum
beret, quod posteaquam de paradiso exierunt scribitur factum: tamen mulier iam
Gene.2 vocabatur dicente scriptura, Formauit eam in mulierem. Quid ergo respondit do-
minus Iesus Christus? Oportebat me esse in his quæ patris mei sunt. Nõ sic indicat
patrem deum, vt neget patrem Ioseph. Vnde hoc probamus? Secũdum scripturam
quæ sic ait, & dixit ad illos, Non sciebatis quia in his quæ patris mei sunt, oportet
me esse? Illi autem non intellexerunt quid illis locutus est. Et cum descẽdisset cum
illis, venit Nazaret, & erat subditus illis. Nõ dixit, erat subditus matri: aut, erat sub-
ditus ei: sed erat, inquit, subditus eis. Quibus subditus erat? Nonne parẽtibus? Am-
bo parentes erant, quibus ille subditus erat, ea dignatione qua filius hominis erat.
Iandudum præcepta fœminæ accipiebant, nunc pueri accipiant, ut obsequantur
parentibus, eisq; sint subditi. Christo mundus subditus: Christus parentibus subdi
tus. Videtis ergo fratres qood non ita dixerit, oportet me in his quæ sunt patris mei
esse: ut intelligeremus quasi dictum, Vos non estis parentes mei. Sed parentes illi
temporaliter, pater ille sempiterne. Parentes illi filii hominis. Pater ille verbi & sa-
Sapi.8. pientiæ suæ, pater virtutis suæ, per quam cuncta formauit. Si per illam formantur 317
vniuersa, quę attingit a fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, per B
filium dei & illi formati sunt, quibus idem ipse postea filius hominis subderetur.

Mat.8. In illud Matthæi, Ascendente Iesu in nauiculam &c. Dominica tertia post octa-
uam Epiphaniæ.

De diuersis animæ tentationibus, Et quomodo sint vin-
cendæ. Sermo III.

DE lectione recentissima sancti euangelii donante domino, alloquor vos, & in
illo exhortor, vt contra tempestates & fluctus seculi huius non dormiat fides
in cordibus vestris. Non enim re vera dominus Christus mortem habuit in pote-
state, somnum non habuit in potestate. Et forte omnipotentem naurgantem som-
nus presit inuitum. Hoc si crediderit is, dormit in vobis: si autem in vobis vigila
Ephe.3. Christus, vigilat fides vestra, Apostolus dicit, Habitare Christum per fidem in cor- 317
dibus vestris. Ergo & somnus Christi signum est sacramenti. Nauigantes sunt an- C
mę in ligno seculum transeuntes, etiam nauis illa ecclesiam figurabat, & singuli

317 quique templa sunt dei, & vnusquisque in corde suo nauigat, nec facit naufragiũ
D si bona cogitat. Audisti conuitium, uentus est, iratus es, fluctus est. Vento igitur
flante, fluctu surgente, periclitatur nauis, periclitatur cor tuum, fluctuat cor tuum.
Audito conuitio uindicari desideras. Et ecce uindicatus es, & malo alieno cedens
fecisti naufragium. Et quare hoc? Quia dormit in te Christus. Quid est, dormit in
te Christus? Oblitus es Christum. Excita ergo Christum, recordare Christum. Eui
gilet in te Christus. Considera illũ. Quid uolebas? Vindicari. Excidit tibi, quia ipse
quum crucifigeretur, dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Qui dor Luc.23.
miebat in corde tuo, noluit vindicari. Excita illum, recole illum: Memoria ipsius,
verbum ipsius: Memoria ipsius, iussio ipsius. Et dices apud te, si vigilat in te Chri-
stus. Qualis ego homo qui volo vindicari? Qui sum ego qui in hominum exero
comminationes? Morior forte antequam vindicer. Et quum anhelans ira inflam-
matus & sitiens vindictam exiero de corpore, non me suscipit ille qui noluit vindi Luc.6
cari. Non me suscipit ille qui dixit: Date, & dabitur uobis: dimittite, & dimittetur
vobis. Ergo compescam me ab iracundia mea, & redibo ad quietem cordis mei. Im
perauit Christus mari, facta est tranquillitas. Quod autem dixi ad iracundiam, hoc
tenete regulariter in omnibus tentationibus uestris. Nata est tentatio, ventus est
317 turbatus es: fluctus est: excita Christum, loquatur tecum. Quis est hic quando &
E uenti & mare obediunt ei? Quis est hic cui obaudit mare? Ipsius est mare, & ipse
fecit illud. Omnia per ipsum facta sunt. Magis imitare ventos & mare. Obtempe- Psal.94
ra creatori, sub iussione Christi mare audit, & tu surdus es? Mare audit, & uentus Ioan.1
cessat, & tu susflas? Quid? Dico, facio, fingo, quid est aliud nisi susflare & sub verbo
Christi nolle cessare? Nõ vos vincat fluctus in perturbatione cordis uestri: Sed tamẽ
quia homines sumus, si ventus impulerit, si affectum animæ nostræ mouerit, non
desperemus, Christum excitemus, ut in tranquillo nauigemus, & ad patriam ue-
niamus.

In illud Lucæ, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum &
dixit eis, Pax uobis: &c. tẽpore paschali. Ser. IIII.

APparuit dominus post resurrectionem discipulis suis, sicut audistis, & salu
tauit eos dicens, Pax uobis. Hæc est pax salutatio salutis. Nam & ipsa salu- Luc.24
tatio a salute nomẽ accepit. Sed quid melius quam ut ipsa salutet hominẽ?
Salus. n. nra, Christus est. Ipse est. n. salus nostra, q vulneratus est pro nobis, & cõfi-
317 xus est clauis in ligno. Et depositus de ligno, positus in sepulchro. De sepulcrho au
F tem surrexit sanatis vulneribus, seruatis cicatricibus: Hoc enim discipulis suis ex-
pedire iudicauit, vt cicatrices eius seruarentur, vnde cordis vulnera sanarentur.
Quæ vulnera? Vulnera infidelitatis. Apparuit enim oculis eorum veram exhibens
carnem, & putauerunt se spiritum videre, Non leue vulnus hoc cordis est. Denique
hæresim malignã fecerunt, qui in isto vulnere remanserunt. Sed non putamus
vulneratos fuisse discipulos, quia cito sanati sunt? Cogitet charitas uestra, si in isto
vulnere remansissent, ut putarent corpus sepultum non resurrexisse, sed spiritum
imagine corporis humanos oculos illusisse: si in ista side, immo in ista perfidia re-
mansissent, non eorum vulnera, sed mors plangi deberet. Sed quid ait dominus Ie-
sus? Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in cor uestrum? Si ascen-
dunt in cor uestrum cogitationes, de terra ueniunt cogitationes. Bonum est homi-
ni non ut cogitatio ascendat in cor eius, sed, ut sursum ascendat ipsum
cor eius, ubi uolebat Apostolus ponere corda credentium, quibus dicebat, Si
consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt sapite, ubi Christus est ad dex- Colos.3
317 teram dei sedens. Quæ sursum sunt quæritę, non quę super terram. Mortui enim
G estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quum Christus apparue-
rit uita uestra, tunc & uos cum illo apparebitis in gloria. In qua gloria? Resurrectio
nis. In qua gloria? Audi Apostolũ dicentem de hoc corpore, Seminatur in igno- Cor.15
minia, resurget in gloria. Istam gloriam Apostoli magistro suo, Christo suo, domi
no suo dare nolebant, resuscitare eum potuisse corpus suum de sepulchro nõ cre-

debant,Spiritum eum putabant,& carnem uidebant,nec ipsis oculis suis fidem ha
bebant,& credimus eis uos annunciantibus,& non ostendentibus. Ecce ipsi Chri-
sto se ipsam ostendenti,non credebant.Malum vulnus.Prodeant medicamenta ci- 317
catricum. Quid turbati estis,& cogitationes ascendunt in cor uestrum? Videte ma H
nus meas & pedes meos,vbi clauis confixus fui.Palpate & uidete.Sed uidetis & nō
uidetis. Palpate & videte Quid? Quia spiritus ossa & carnem non habet,sicut me
uidetis habere.Hæc dicens,sic recitatum est,ostendit eis manus & pedes. Et adhuc
trepidantibus & mirantibus prę gaudio: Iam gaudiū erat, & adhuc trepidatio per-
manebat.Res enim incredibilis erat facta,sed tamen facta. Nunquid nunc incre-
dibile est quia resurrexit caro domini de sepulchro? Totus hoc credidit mundus.
Qui non credidit,remansit immundus. Tunc tamen incredibile erat,& persuade-
batur non solum oculis,sed & manibus, ut per sensum corporis fides in cor desce-
deret. Et in cor fides descendens posset prædicari per mundum non uidentibus
Luc. 24 aut tangentibus,& tamen sine dubitatione credentibus. Habetis hic,inquit,aliqd
quod manducetur?Quanta addit ad ædificium fidei instructor bonus: Non esu-
riebat,& manducare querebat. Et manducauit potestate,non necessitate. Agno-
scant ergo discipuli uerum corpus,quod agnouit ipsis prædicantibus mundus. Si
forte aliqui hæretici sunt, qui adhuc habent in corde ꝙ exhibuerit se oculis Chri 317
stus,& uera caro non erat Christi,iam ponant illud,persuadebat illis euangelium, I
Non eos reprehendimus,quia hoc sapiunt: damnabit ille, si hoc sapere perseuerāt.
Tu quis es qui non credis corpus in sepulchro positum resurgere potuisse? Si Ma-
nichæus es,qui nec crucifixum credis,quia nec natum credis,omnia eum falsa ostē
disse prædicas. Ille falsa ostendit, & tu verum dicis. Tu non mentiris ore,sed ille
mentitus est corpore.Ecce arbitraris apparuisse oculis quod non erat,spiritum fuis
se non carnem. Audi illum,Amat te,ne damnet te,Audi illum dicentem,Ecce tibi
dicit,infœlix,tibi loquitur.Quid turbatus es,& cogitationes ascendūt in cor tuū?
Videte,inquit,manus meas & pedes meos. Palpate & uidete, quia spiritus ossa &
carnem non habet,sicut me uidetis habere.Hæc dicebat veritas, & fallebat? Cor-
pus erat,caro erat,quod sepultum fuerat apparebat. Pereat dubitatio,sequatur di-
gna laudatio. Ostendit ergo discipulis se. Quid est se? Caput ecclesiæ suæ.Eccle-
sia futura per mundum ab ipso præuidebatur,a discipulis nondum uidebatur.Ca
put ostendebat,corpus promittebat.Quid enim sequutus adiunxit?Hæc sunt ver-
ba quæ loquutus sum ad uos,dum adhuc essem vobiscū. Quid est hoc, dum adhuc
essem uobiscum?Nunquid non tunc cum illis erat,cum illis loquebatur? Quid est,
quum adhuc essem uobiscum? Vobiscum eram,quando moriturus eram. Quid est 317
uobiscum? Cum morituris moriturus.Modo iam non uobiscum, quia cum mori- K
turis,nunquam ulterius moriturus. Hoc ergo dicebam uobis: Quid? Quia opor-
tebat impleri omnia quę scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Dixi vo
bis quia oportebat omnia impleri. Tunc aperuit illis sensum. Veni ergo domine,
Luc. 24 fac claues,aperi ut intelligamus Ecce omnia dicis,& non crederis.Putaris spiritus,
tangeris, pulsaris, & adhuc trepidant qui te tangunt. De scripturis admones,&
adhuc non intelligunt. Clausa sunt corda,aperi,& intra. Fecit, Tunc aperuit illis
sensum. Aperi domine,& dubitanti de Christo aperi cor. Aperi ei sensum qui phā
tasma fuisse credit Christum. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas,
& dixit eis Quid? Quoniam sic oportebat,quoniam sic scriptum est, & sic oporte-
bat. Quid? Christum pati,& resurgere a mortuis tertio die. Viderunt hoc uiderūt
patientem,viderunt pendentem,uidebant post resurrectionem prę sentem viuen-
tem. Quid ergo non uidebant? Corpus,ideſt,ecclesiam. Illum uidebant, illam non
uidebant. Sponsum uidebant,sponsa adhuc latebat. Promittat & ipsam, Sic scri-
ptum est,Et sic oportebat Christum pati,& resurgere a mortuis tertio die Hoc spō
sus est. Quid de sponsa? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem 317
peccatorum,per omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem. Hoc nondum uide- L
bant discipuli ecclesiam per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem nondum
uidebant. Caput uidebant & de corpore capiti credebant. Per hoc quod uidebant,
quod non videbant credebant. Similis illis sumus & nos, Videmus aliquid quod

ipsi videbant. Quid nos videmus quod ipsi non videbant? Ecclesiam per omnes
gentes. Quid non videmus quod ipsi videbant? Christum in carne constitutum.
Quomodo illi illum videbant,& de corpore credebant: sic nos corpus videmus,de
capite credamus. Inuicem nos adiuuent visa nostra. Adiuuit eos visus Christus
ut futuram ecclesiam crederent,adiuuat nos uisa ecclesia ut Christum resurrexis-
se credamus. Impleta est fides illorum,impletur & nostra. Impleta est illorum de
capite,impletur nostra de corpore. Totus Christus & illis innotuit,& nobis inno-
tuit. Sed totus ab eis non est visus, nec a nobis totus est visus. Ab eis caput est
uisum, corpus creditum. A nobis corpus uisum, caput creditum. Nulli tamen
deest Christus,In omnibus plenus est,& adhuc ei restat corpus. Crediderunt ip-
si,crediderunt per illos Hierosolymitani multi: Credidit Iudæa, credit Samaria:
317 Accedant membra,accedat ędificium fundamenti. Fundamentum enim nemo po-
M test ponere,ait Apostolus,nisi quod est positum,quod est Christus Iesus,Insaniant
Iudęi, impleantur zelo. Lapidetur Stephanus. Seruet lapidantium uestimenta 1. Cor. 3.
Paulus,Saulus futurus Paulus apostolus. Occidatur Stephanus, perturbetur ec- Acto. 7
clesia Hierosolymitana: discedant inde ligna ardentia, accedant & incendant. Li-
gna enim quodammodo in ecclesia Hierosolymitana ardebant spiritu sancto quā-
do erat illis in deum anima vna & cor vnum. Lapidato Stephano passa est illa con Acto. 3
geries persecutionem,sparsa sunt ligna,& accensus est mundus. Denique hæc se- Acto. 8.
cutus furens Saulus ille accepit epistolas a principibus sacerdotum, & cœpit ire
sæuiens,anhelans cædem,sitiens sanguinem vndecūque posset quos posset uinctos
trahere,ad,supplicium rapere,se diffuso sanguine satiare. Sed ubi deus, Vbi Chri
stus,ubi Stephani coronator? Vbi nisi in cœlo? Videat & Saulum, irrideat sæuien
tem clamet de cœlo: Saule Saule,quid me persequeris? Ego in cœlo sum, tu in ter-
ra,& tamen persequeris me. Caput non tangis,sed membra mea calcas. Sed quid Acto. 9.
facis,quid proficis? Durum tibi est contra stimulum calcitrare. Quantumcunque
calces mittas te uexas. Pone ergo furorem, cape sanitatem. Pone malum consi-
318 lium,appete bonum auxilium. Voce illa prostratus est. Quid est prostratus? Per-
A secutor; Ecce uictus est vna voce. Quid ibas, quid sæuiebas? quos quærebas,mo-
do sequeris: quos persequebaris,modo pro illis persecutionem pateris. Surgit prę
dicator qui prostratus est persecutor. Audiuit domini uocem, Excæcatus est, sed
in corpore,ut illuminaretur in corde. Perductus ad Ananiam de pluribus catechi
zatus baptizatus processit Apostolus. Dic, prædica, Prædica Christum,dissemi-
na o bone aries, iandudum lupus. Vide illum,attende illum qui sęuiebat. Mihi Galat. 6.
autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi, per quem mihi mun-
dus crucifixus est,& ego mundo: funde euangelium, Quod corde concepisti, ore
dissemina. Audiant gentes,credant gentes,Pullulent gentes,nascatur de sanguine
martyrum sponsa domino purpurata. Et ex illa quam multi accesserunt, quam
multa membra capiti cohæserunt & cohærent nunc & credunt. Et baptizati sunt
isti,& baptizabuntur alii. Et post nos uenient alteri, Tunc,inquam, in fine seculi
accedent lapides fundamenti,lapides viui,lapides sancti, ut in fine ædificetur totū
ædificium ab illa ecclesia,immo ab ipsa ecclesia quę modo cantat canticum nouū,
dum domus ædificatur. Sic enim habet ipse psalmus. Quando domus ædificaba
tur post captiuitatem. Et quid? Cantate domino canticum nouum, cantate do- Psal. 95
318 mino omnis terra. Quam magna domus, Sed quando cantat canticum nouum?
B quum ædificatur. Quando dedicatur: in fine seculi. Fundamentum ipsius iam
dedicatum est,quia ascendit in cœlum, & non moritur: quando & nos surrexeri-
mus,ut nunquam moriamur: tunc dedicabimur.

In die Ascensionis,Homilia in illud Marci,Recumbentibus vndecim di-scipulis,apparuit illis Iesus,& exprobrauit incredulitatem il-lorum,& duritiam cordis &c. Sermo. V.

AVdistis quid dixerit dominus discipulis suis post resurrectionem, Misit eos
ad euangelium prædicandum,& factum est. Prædicatum est euangelium,

Psal.18. peruenit ad nos, Et ecce in omnem terram exiuit sonus eorum,& in fines orbis terræ verba eorum . Ambulando, & ambulando euangelium peruenit ad nos, & ad fines terræ. Breuiter constituit nobis, loquēs discipulis suis, quid faciamus, quid

Mar.16 speremus , Ait enim sicut audistis quando loquebatur , Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Exigitur a nobis fides, offertur salus, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Precios um est quod promittitur nobis: gratis sit quod iubetur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod enim? Qui hæc audiebant, salui non erant ? Nonne multi salui fiunt & antequam credant ? Salui

Psal.59 planè, sed vana salus hominum . Qualis est ista salus quæ tibi cum iumento tuo communis est? Veruntamen etiam ipsa vnde nisi ab illo de quo scriptum est, Homines & iumenta saluos facies domine.

Psal.35 Et addidit, Secundum multitudinem misericordiæ tuæ deus. Tanta est enim multitudo misericordiæ tuæ, vt veniat a te salus in istam carnem mortalem hominum, veniat & ad carnem pecorum. Hæc est multitudo misericordiæ tuæ, filiis tuis quid ? Ecce homines & iumenta saluos facies domine. Nihil nobis amplius ? Quod hominibus quibuscunque, quod pecoribus, hoc præstatur & nobis? Non planè hoc. Sed quid? Audi, Filii autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt ? Inebriabuntur ad ubertate domus tuę, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ. Habebamus salutem cum iumentis quousque veniret ad nos fons vitæ: fons vitæ venit ad nos, & fons vitæ mortuus est propter nos. Negabit vitam suam, qui nobis 318
erogauit mortem suam? Ipsa est salus quæ non est uana. Quare? Quia non transit. D Bene animaduertenda ista distinctio, homines & iumenta saluos facies domine. Homines, pertinentes ad hominem: filii autem hominum, pertinentes ad filium hominis, sub tegmine alarum tuarum sperabunt . Constituite vobis ante oculos duos homines. Erigite fidem, euigilet cor vestrum, recordamini hominem in quo decepti sumus, recordamini hominem a quo redempti sumus. Ille homo nunquid filius hominis ? Adam homo erat, filius hominis non erat . Ideo dominus Christus assidue se dicit filium hominis, vt faciat nos recordari hominem qui non fuit filius hominis. Vt recordemur in illo mortem, in isto vitam. In illo pec-

Filius hominis qua re Xps. catum, in isto remissionem peccatorum . In illo vinculum, in isto libertatem. In illo damnationem, in isto absolutionem . Duo ergo isti homines significati sunt & in his verbis, homines & iumenta &c. Homines pertinentes ad hominem, & iumenta simul cum iumentis eos saluos facies. Homo enim in honore positus non

Psal.48 intellexit, sicut scriptum est, Homo in honore positus non intellexit, comparatus est iumentis insensatis & similis factus est eis. Propterea homines & iumenta, quibus similes facti sunt homines, quia non intellexerunt. Et eis quibus dominari creati sunt, comparati sunt, saluos facies . Nunquid ipsa est salus de qua dictum est, 318

Mar.ult. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit? Alia est illa salus: longe alia. Angeli hanc habent, nolite eam quærere in terra . Magna est, sed non est hic. Non est ista res de ista regione, non est hic talis salus . Sursum cor . Quid hic quæris in terra salutem hanc ? Ipsa salus huc uenit, & mortem nostram hic inuenit . Nunquid dominus noster Iesus Christus quando uenit ad nos in carne, inuenit hic salutem istam in regione nostra . Magnum quid huc attulit mercator iste de regione sua ueniens, inuenit in regione nostra quòd hic abundat. Quid hic abundat ? Nasci & mori . Plena est terra his mercibus: natus est, & mortuus est . Sed qua uia natus est ? Ad istam regionem uenit, sed non ea uia qua & nos . De cœlo enim uenit a patre, & tamen natus est mortalis . Natus est de spiritu sancto ex Maria uirgine . Nunquid nos sic de Adam & Eua ? Nos per concupiscentiam carnis, ille autem non per ipsam : Maria enim uirgo sine uirili amplexu, sine concupiscentiæ æstu, quoniam ne pateretur hunc æstum ei dictum est, Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit te. Virgo ergo Maria non concubuit & concepit, sed credidit & concepit. Natus est n. mor-

Luc.1. talis mortalibus, Quare mortalis? Quia in similitudine carnis peccati, nō in carne 318
peccati, sed i similitudine carnis peccati. Quid habet caro pcti? Mortē & pcm. Quid F
habuit similitudo carnis pcti? Mortem sine pcō. Si haberet pcm, caro esset peccati,

Si mortem non haberet, non esset similitudo carnis peccati. Talis venit, saluator venit, mortuus est, sed mortem occidit, finiuit in se quem timebamus, suscepit illam,
318 & occidit illam. Quomodo summus venator leonē cepit & necauit, Vbi est mors?
G Quare in Christo, iam non est, sed fuit & mortua est ibi. O vita mors mortis, Bono animo estote, morietur & in nobis. Quod præcesit in capite, reddetur in membris: morietur & in nobis mors. Sed quādo? In fine seculi, in resurrectione mortuorum, quam credimus, & de qua non dubitamus. Qui n crediderit & baptizatus fuerit, ipse saluus erit. Sequere quod timeas, Qui autem non crediderit condemnabitur. Ergo mors morietur in nobis, victura est in damnatis. Vbi mors nesciet mortē sempiterna mors erit, quia æterna tormenta erunt, In nobis morietur & non erit. Vultis nosse? Dico vobis pauca verba triumphantium, vt habeatis quod meditemini, quod corde cantetis, quod toto animo speretis, quod fide & bono opere requiratis. Audite verba triumphantium quando non erit mors, quando & in nobis sicut & in capite nostro morietur mors , Paulus Apostolus dicit , Oportet corruptibile 1.Cor.15.
hoc induere in corruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria, Dixi vobis qa morietur mors in vobis, Absorta est mors in victoria, Ista est mors mortis, Absorbebitur vt nō appareat. Quid est vt non appareat? Vt non sit nec intus nec foris. Absorpta est mors
318 in victoria. Gaudeant triumphantes, gaudeant, dicant quod sequitur, Vbi est mors
H victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Vbi est? Cepisti, possi disti, vicisti & tibi addixisti, percussisti & occidisti. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? Nonne confregit illum dominus meus? O mors quando domino meo hæsisti, tunc & mihi periisti. Ista salute saluus erit qui crediderit & baptizatus fuerit. Qui aūt nō crediderit, condemnabitur. Fugite condēnationem, amate & sperate salutē ęternā.

Dominica post ascensionem domini.
Sermo VI.

SOlennitate diei huius admonemus scientes, instruimus negligentes. Ascensum domini in cœlum hodie solenniter celebramus. Dominus. n. saluator noster posito corpore, & recepto corpore, posteaquam resurrexit à mortuis, exhibuit se discipulis viuentem, quem desperauerant morientem. Posteaquam se reddidit oculis intuendum, manibus contrectandum, ædificans fidem, exhibendo veritatem: quoniam parum fuit humanæ fragilitati & infirmæ trepidationi magnum miraculum
318 uno die exhibere & inde subtrahere. Conuersatus est cum eis in terra, sicut audiui-
I mus quum liber Actuum Apostolorum legeretur. Conuersatus est cum eis in ter- Acto.1.
ra quadraginta diebus intrans & exiens, manducans & bibens: vt exhiberet veritatem, non ꝙ haberet necessitatem. Ipso ergo xl die, quem hodie celebramus, eis videntibus, & videndo deducentibus, ascendit in cœlum. Tunc ergo posteaquam id quod videbant ascendere mirabantur: sursum tamen ire gaudebant, Capitis. n. præcessio spes membrorū est. Audierunt & angelicam vocem, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Hic Iesus sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Quid est sic veniet? In ea forma veniet, vt impleatur quod scriptum est, Videbunt in quem pupugerunt , Sic veniet, ad homines veniet, homo veniet, sed Apoc.1.
deus homo veniet, veniet verus homo & deus, vt faciat homines deos. Ascendit iudex cœli, sonuit præco cœli. Bonam causam habeamus in futurum iudicium non timeamus. Ascendit. n viderunt qui nobis nunciauerunt. Qui non viderunt crediderunt, alii credentes irriserunt. Non enim omnium est fides. Et quia non omnium 1.Thes.3.
est fides, & nouit dominus qui sunt eius, quid disceptamus quod ascendit in cœlū deus? Miremur potius quia descendit in infernum deus, Mortem Christi miremur,
318 resurrectionem vero laudemus potius quàm miremur. Perditio nostra, peccatum
K nostrum, sanguis Christi pretium nostrum, resurrectio Christi spes nostra, aduentus Christi res nostra. Ille ergo qui est ad dexteram patris, expectandus est donec veniat. Dicat anima nostra sitiens illi, quando veniet? Et sitiuit anima mea ad deū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.41 &.62.

uum,quando veniet? veniet Sed quando veniet? Optas vt veniat,vtinam paratũ te inueniat. Veruntamen ne putemus nos solos habere hoc desiderium de domino nostro,vt dicamus quando veniet? Habuerunt hoc desiderium & discipuli eius. Si possem vobis dicere inhiantibus,& expectantibus,suspensis, nosse cupientibus qñ veniat dominus deus noster,si possem vobis dicere: qualis vobis viderer? Sed hoc ex me nõ vos speratis audire posse: Qui si speratis desipitis,ipsum certe dominum 318
Iesum Christum in corpore præsentem,viuentem,loquentẽ,si ante oculos vestros, L
& ante manus vestras haberetis, scio quia præ isto desiderio interrogaretis & diceretis ei,Domine quando venturus es? Discipuli ipsi dominum Iesum Christum prę sentem interrogauerunt. Non potestis interrogare quod interrogauerunt, audite quod audierunt.Etenim illi tunc erant,nos nondum eramus. Quibus tamen si credamus,& nobis interrogauerunt, & nobis audierunt. Ergo discipuli Christi deducturi aspectu ascẽsurum Christum interrogauerunt & dixerunt ei,Domine si hoc tempore præsentaberis? Cui dicebant? Quem præsentem videbant. Si hoc tempore præsentaberis? Et quid est illud? Nonne prę sentem videbant,nonne præsentem audiebant,nonne præsentem etiam tangebant? Quid est hoc si hoc tempore præsentaberis,nisi quia nouerant prę sentia Christi futurum iudicium,vt videretur a suis & ab alienis? Nam quando resurrexit non est visus,nisi a suis. Hoc ergo sciebant & fide retinebant,futurum esse tempus quando iudicatus iudicaret,quando reprobatus probaret & reprobaret,quando conspicuus vtrique hominum generi alios po-
neret ad dexteram, alios ad sinistram, dicturus quod vtrique audirent, oblaturus 318
quod non vtriq; acciperent,comminaturus quod non vtrique pertimescerent. Scie M
bant futurum,sed quando quærebant, si hoc tempore præsentaberis? Non vtique nobis. Nam & modo videmus te, sed præsentaberis etiam his qui non crediderunt in te,si hoc tempore præsentaberis dic nobis,& quando regnum Israel: hoc quæsierunt,si hoc tempore præsentaberis,& quando regnum Israel. Quod regnũ? De quo dicimus, Adueniat regnum tuum Quod regnum? De quo audituri sunt ad dexterã positi, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratum est ab origine mundi. Quando dicturus est etiam sinistris, Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Terribilis vox,tremenda vox. Sed in memoria æterna erit iustus,& ab auditu malo non timebit. Istis hoc,illis illud, in vtroque verax, quia in vtroq; iustus. Sed quod quærebant si audierunt,audiamus: si non audierunt,quod audierunt teneamus,& quod venturum est non timeamus. Domine si hoc tempore prę sentaberis? Et nos æstimantes nos præsentem videre dominum in corpore constitutum, dicamus illi, Domine si hoc tempore præsentaberis,& quando regnum Israel? Quando regnum tuorum,quando regnum humilium,quandiu typhus su- 319
perborum? Certe hoc est quod quærebatis,hoc est quod audire desiderabatis. Vi- A
deamus quid responderit,Non dedignẽtur audire agni quod audierunt arietes,audiamus quid dicit ipse dominus. Quibus Petro, Ioanni, Andreæ, Iacobo, cæteris tantis & talibus,tam dignis Sed quos inuenit indignos, fecit dignos, Quid eis respondit dicentibus, si hoc tempore prę sentaberis, & quando regnum Israel? Non est vestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate. Quid est hoc? Dicitur Petro,non est uestrum: & dicis tu,meum est? Nõ est vestrum scire tempora,quę pater posuit in sua potestate Quod creditis,bene creditis: quia venturum est. Quã do venturum sit quid ad te? Quando venerit,præparate. Non est vestrum scire tempora,quæ pater posuit in sua potestate Curiositas abscedat,pietas succedat Quid ad te quando veniet? Sic viue quasi hodie venturum sit,& non timebis quum venerit. Videte autem ordinem & disciplinam magistri boni,magistri singularis, magistri solius. Non dixit quod interrogauerunt, & dixit quod non interrogauerunt. Sciebat.n. quod interrogauerunt non eis expedire vt nossent, quod autem sciebat eis expedire,etiam non eis interrogantibus dixit,Non est vestrum scire, inquit,tẽpora. Quo tibi tempora? Hoc agitur vt euadas tempora, & quæris tempora, Nõ est 319
vestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate. Et quasi diceretur ei, Et B
quid est nostrum,modo audiamus quid ad nos maxime pertineat,modo audiamus. Quæsitum est quod non oporteat dici, Sed dictum est quod oporteat audiri: Nõ

Mat.6. Mat.25

Psal.11.

Acto.1.

est vestrum scire tempora,quæ pater posuit in sua potestate. Sed quid est vestrum scire? Sed accipietis virtutem spiritussancti superuenientem in vos, & eritis mihi
319 testes. Vbi? In Hierusalem. Consequens erat vt hoc audiremus, his enim verbis
C ecclesia prædicatur,Ecclesia commendatur,vnitas annunciatur, diuisio accusatur. Apostolis dictum est, Et eritis mihi testes: fidelibus dicitur, Vasis dei dicitur, uasis misericordiæ dicitur. Eritis mihi testes? Vbi, in Hierusalem vbi occisus sum. Et in tota Iudæa & Samaria, & usque in fines terræ, Ecce quod audite,ecce quod tenète. Sponsa estote & sponsum securi expectate. Sponsa ecclesia est. Vbi futura prædicata est, quam illi testes annunciarent ubi futura prædicata est?

Multi enim dicturi sunt, Ecce hic est. Audirem si non & alius diceret, Ecce hic est. Quid tu dicis? Ecce hic est. Iam ibam, sed reuocat alius simili uoce, Ecce hic est. Vu ex parte una, Ecce hic est: alius ex parte alia, Ecce hic est. Dominum interrogemus, dominum interpellemus. Sileant partes,totum audiamus. Dicit vnus ex angulo uno, Ecce hic est: alius ex alio angulo, Non,sed ecce hic est.

Tu domine dic,tu affere quam redemisti,ostende quam dilexisti. Ad nuptias tuas inuitati sumus,ostende sponsam tuam,ne uota tua litigando turbemus. Dicit plane ostendit plane,non deserit inquirentes, non amat litigantes. Dicit discipulis
319 suis, & non quærentibus dicit, quia contendentibus contradicit. Et ideo fortasse
D hoc ab Apostolis nondum quærebatur,quia grex Christi nondum a latronibus diuidebatur. Nos experti dolores diuisionis, studiose coagulum quærimus unitatis. Apostoli quærunt tempus iudicii,& dominus respondet locum ecclesiæ. Non respondit quod quæsierunt, sed nostros præuidebat dolores. Eritis, inquit,mi- ubi supra
hi testes in Hierusalem. Parum est, non pro hoc tantum precium dedisti, ut hoc solum emeres in Hierusalem. Dic adhuc, Et usque in fines terræ. Venisti ad fines. Quare contentiones non finis? Nemo mihi dicat iam, Ecce hic est, Non sed ecce hic est. Sileat humana prę sumptio, Audiatur diuina prædicatio, Teneatur uera promissio, in Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria & vsque in fines terræ. His dictis nubes suscepit eum: tam non opus erat vt aliquid adderetur ne aliunde cogitaretur. Fratres pro magno audiri solent uerba nouissima parentis
319 homines partes sibi conantes facere de possessione aliena. Quare enim non diui-
E dant quod non emerunt? Quare non concidant quo pretium non dederunt? Sed ille tunicam desuper textam nusquam consutilem diuidi noluit, sorte prouenit in illa ueste charitas prædicata est. Ipsa est desuper texta,de terra est cupiditas, desuper charitas. Agite fratres testamentum scripsit dominus,nouissima uerba posuit. Videte obsecro uos & moueat uos quomodo & uos mouet,si fieri potest. Duæ sunt glorificationes secundum susceptí hominis formam. Vna, qua surrexit a mortuis Glorificationes christi duæ secundũ hominem.
tertia die. Alia qua ascendit in cœlum ante oculos discipulorum suorum. Duæ sunt istæ quæ commendantur glorificationes eius iam factæ. Restat una & ipsa in conspectu hominum quum se iudicio præsentabit. De spiritu sancto hoc erat dictum per Ioannem euangelistam, Spiritus autem nondum fuerat datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Spiritus autem nondum fuerat datus. Quare nondum fuerat datus? Quia Iesus nondum erat glorificatus. Expectabatur ergo ut glorificato Iesu daretur spiritus. Meritoq; bis glorificatus,resurgendo & ascendendo bis dedit spiritum. Vnum dedit,& unus dedit,unitati dedit, & tamen bis dedit. Ioan.20.
Primo posteaquam resurrexit dixit discipulis suis, Accipite spiritum sanctum. Et Luc.24
insufflauit in facie eorum: habes semel. Deinde promittit adhuc se missurum spiri- Acto.1
tum sanctum, & dicit, Accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos. Et alio loco. In ciuitate sedete. Ego.n. impleam promissionem patris quam audistis,
319 inquit, ex ore meo. Posteaquam ascendit, decem diebus ibi factis misit spiri-
F tum sanctum, ipse est solennis futurus Pentecostes. Videte ergo fratres mei. Quærat a me aliquis quare bis dedit spiritum sanctum. Multi multa dixerunt & sicut homines quæsierunt. Et aliqui dixerunt quòd non est contra fidem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alius hoc, alius illud. Vtrunque quod non excederet regulam ueritatis. Si dicam me scire quare bis dederit, mentiar uobis. Nescio: qui se dicit scire quod nescit, temerarius est. Qui se negat scire quod scit, ingratus est. Ergo fateor uobis, quare bis dederit dominus spiritum sanctum adhuc quæro, ad aliquid certius peruenire cupio, Adiuuet me dominus orantibus uobis, vt quod donare dignatur, & vobis non taceatur Ergo nescio. Quid tamen existimem nondum sciens, nondum pro certo tenens, sicut certissimum teneo dedisse, quid ergo existimem, non tacebo. Si hoc est confirmet dominus: si aliud est quod uerius appareat, donet dominus. Ergo arbitror, sed arbitror ideo bis datum esse spiritum sanctum, ut cõmendarentur duo præcepta charitatis. Duo sunt enim præcepta, & vna est charitas. Diliges dominũ
Deut 6. deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et diliges proximum tuum 319
Mat. 22 tanquam teipsum, in his duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Vna cha- G
ritas & duo præcepta. Vnus spiritus & duo data Non enim alius datus est prius, & alius datus est postea. Quia non alia charitas diligit proximum quàm illa quæ diligit deum. Non ergo alia charitas est. Qua charitate proximum ipsa charitate diligimus & deum. Sed quia aliud est deus, aliud proximus, vna charitate diliguntur, non sunt tamen vnum qui diliguntur. Quia ergo magna est primitus commendãda dilectio dei, secunda dilectio proximi. A secunda autem incipitur ut ad primam perueniatur. Si enim fratrem quem uides non diligis, deum quem non uides quo
1 Ioan. 4 modo diligere poteris? Ideo forte informans nos ad dilectionem proximi, dedit in terra conspicuus & proximis proximus spiritum sanctum insufflando in faciem eorum. Et ab hac maxime charitate, quæ in cœlis est, de cœlo misit spiritum sanctum. Spiritum sanctum accipe in terra & diligis fratrem. Accipe de cœlo & diligis deum, quia & in terra quod accepisti de cœlo est, in terra Christus dedit, sed de cœlo est qui dedit. Ille enim dedit qui de cœlo descendit. Hic inuenit cui daret, sed inde attulit quod daret. Quid est ergo fratres? An forte commemoro & hoc quomodo cha
Rom. 5. ritas ad spiritum sanctum pertineat? Paulum audite. Non solũ autem, inquit, sed & gloriamur in tribulationibus scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem. Spes autem non confundit, quia chari- 319
tas dei diffusa est in cordibus nostris. Vnde charitas dei diffusa est in cordibus no H
1. Cor. 4 stris? Vnde? Quid tibi dabas? Quid quasi de tuo præsumebas? Quid enim habes qd̃ non accepisti? Ergo vnde nisi quod sequitur, Per spiritum sanctum qui datus est nobis? Charitas ista non tenetur nisi in vnitate ecclesiæ. Non illam habent diuisores sicut dicit Apostolus Iudas, Hi sunt qui seipsos segregant animales spiritum non habentes. Qui seipsos segregant. Quare segregant? Qui animales spiritum non habentes, ideo defluunt, quia coagulum non habent charitatis. Ipsa charitate plena est gallina illa propter pullos infirmata, cum pullis humilians uocem suam, extendens alas suas Quoties, inquit, volui colligere filios tuos? Colligere, non diuidere.
Mat. 23. Ioan 10. Quia habeo inquit, alias oues quæ non sunt ex hoc ouili. Oportet me & ipsas adducere vt sit vnus grex & vnus pastor. Merito non audiuit fratrem contra fratrem
Luc 12. interpellantem & dicentem, Domine, dic fratri meo diuidat mecum hereditatem. Domine, inquit, dic fratri meo Quid? Diuidat mecum hereditatem. Et dominus:
1 Cor 1. Dic homo. Quare enim vis diuidere nisi quia homo? Quum enim dicit alius, Ego sum Pauli, alius autem ego Apollo, nonne homines estis? Dic homo. Quis constituit me diuisorem hereditatis inter uos? Colligere ueni non diuidere. Ideo, inquit, 319
Luc. 12. dico vobis cauete ab omni cupiditate. Cupiditas enim cupit diuidere sicut cha- I
ritas colligere. Quid est autem, cauete ab omni cupiditate, nisi impleamini charitate? Nos charitatem pro captu nostro habentes interpellamus dominum contra fratrem, sicut & ille contra fratrem, sed non hac voce, non hac postulatione. Ille enim dixit, Domine, dic fratri meo diuidat mecum hæreditatem. Nos dicimus, Domine, dic fratri meo teneat mecum hæreditatem. Videte ergo fratres, quid maxime diligatis, quid fortiter teneatis. Glorificatus dominus resurgendo commendat ecclesiam, glorificandus ascendendo commendat ecclesiam. Spiritum sanctũ mittens de cœlis commendat ecclesiam. Resurgens enim quid dicit discipulis suis? Hæc dicebam uobis, quum essem apud uos quia oportebat impleri omnia quæ

scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Et tunc aperuit illis sensum ut Luc. 24.
intelligerent scripturas, & dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertio die. Vbi est ecclesiæ commendatio? Et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum? Et hoc vbi? Per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem hoc resurrectionem glorificatus. Quid ascensione glorificandus? Quod audistis, Eritis mihi testes in Hierusalem, Acto. 1
& in tota Iudæa & Samaria, & vsque in fines terræ. Quid ipso aduentu spiritus sancti? Venit spiritus sanctus, Quos primum impleuit, linguis omnium gentium loquebantur, Vnusquisque homo loquens omnibus linguis, quid aliud significauit quàm vnitatem omnibus linguis? hoc tenentes, in hoc firmati, in hoc roborati, in hoc incõcussa charitate defixi, laudemus pueri dominum & dicamus Halleluia,
319 Sed in vna parte? Et vnde & quousque? A solis ortu vsque ad occasum laudate Psal. 112
K nomen domini.

Dominica duodecima post trinitatem,
Sermo VII.

In illud Marci Exiens Iesus de finibus Tiri venit per Sidonem ad mare Galilææ. Mar. 7
Et adducunt ei surdum & mutum &c.

MOdo aures corporis surdæ non aperiuntur. Sed quàm multi habent clausas cordis aures quæ tamen verbo dei penetrante patescunt vt credant qui non credebant & bene viuant qui male viuebant, & obediant qui non obediebant. Et dicimus ille credit ac miramur quum audiuimus de his quos aliquando duros noueramus. Cur ergo nunc miraris credentem, innocentem, deo seruientem, nisi quia conspicis videntem quem noueras cæcum: conspicis viuentem quem nouerás mortuum cõspicis audientem quem noueras surdum? Nam videte taliter mor-
319 tuos de quibus dicebat dominus cuidam, ideo tardanti ne dominum sequeretur, Luc. 9
L quia patrem sepelire volebat. Sine, inquit, mortuos sepelire mortuos suos, Certe mortui sepultores non sunt corpore mortui, quia si hoc essent mortua corpora sepelire non possent. Tamen dominus mortuos eos vocat, vbi nisi intus & in anima, Sicut enim in domo etiam plerunque visibiliter integra & salua dominus eiusdem domus mortuus iacet, sic in corpore integro multi habent animam intus mortuam. Et hos sic excitat Apostolus, Surge qui dormis & exurge a mortuis & Ephes. 5.
illuminabit te Christus. Ipse illuminat excæcatum qui excitat mortuum, Voce enim eius clamatur per Apostolum ad mortuum, Surge qui dormis, Cæcus luce illuminabitur quum resurrexerit. Surdos autem quàm multos ante oculos suos dominus intuebatur quum diceret, Qui habet aures audiendi audiat, Quis enim Luc. 8.
ante illum sine corporibus auribus stabat? Quas ergo alias aures nisi interioris hominis requirebat? Hoc dico fratres ne forte simus strepentes vocibus & muti moribus, A malis corde semper disiungimini ad tempus caute corpore copulamini. Nec tamen negligentes sitis in corrigendis vestris ad curam scilicet vestram quoquomodo pertinentibus monendo, docendo, hortando, terrendo. Quibuscũ-
319 que modis potestis agite ne quum inuenitis in scripturis & exemplis sanctorum,
M siue qui ante siue qui post aduentum domini fuerunt in hac vita & mali bonos in vnitate non maculant, efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis nõ te maculat malus, Si non consentias, Et si redarguas: hoc est non communicare, non consentire, Communicatur quippe quando facto eius consortium voluntatis, vel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonens Apostolus ait, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum. Et quia parum erat non con Ephes. 5.
sentire, si sequeretur negligentia disciplinæ, magis autem, inquit, & redarguite. Videte quemadmodum vtrunque complexus est, Nolite communicare, magis autem & redarguite. Quid est nolite communicare? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est magis autem & redarguite? Reprehendite, corri-

pite,coercetè. Deinde in ipſa coertione vel correptione aliorum peccatorum ca-
uendum eſt, ne ſe extollat qui alterum corripit, & apoſtolica illa ſententia cogi-
1. Cor. 10. tanda eſt, Quapropter qui putat ſe ſtare, videat ne cadat: foris terribiliter perſonet 320 A
increpatio, intus lenitatis teneatur dilectio.

In natali beati Vincentii: Sermo VIII.

MAgnum ſpectaculum ſpectauimus oculis fidei, martyrem ſanctum Vincen
tium vbique vincentem. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confeſ
ſione, vicit in tribulatione, vicit exuſtus in ignibus, vicit ſubmerſus in flu
ctibus. Poſtremo uicit tortus, vicit mortuus. Quando caro eius in qua erat tro-
phæum Chriſti victoris de nauicula mittebatur in mare, tacite dicebat. Deiicimur
ſed non perimus. Quis iſtam patientiam militi ſuo donauit niſi qui pro illo prior
Pſal. 70. ſanguinem fudit? Cui dicitur in pſalmo. Quoniam tu es patientia mea domi-
ne ſpes mea a iuuentute mea. Magnum certamen magnam comparat gloriam, nó
humanam nec temporalem, ſed diuinam & ſempiternam. fides pugnat & quando
fides pugnat carnẽ nullus expugnat. Quia etſi laniatur, & ſi laceratur qñ perit qui 320
ſanguine Chriſti redẽptus eſt? Potens homo non poteſt perdere qd̃ emit auro ſuo, B
& Chriſtus perdit quod emit ſanguine ſuo. Sed hoc totum non ad hominis, ſed
ad dei gloriam referatur. Ab ipſo vere eſt patientia, vera patientia ſancta, patien-
tia religioſa, patientia recta, patientia Chriſtiana. Patientia donum dei eſt. Nam
& multi latrones patientiſsime torquentur & non cedentes & tortorem vincentes
poſtea ęterno igne puniuntur. Merces diſcernit martyrem a patientia, immo a
duritia ſceleratorum. Par eſt pœna, ſed diſpar eſt cauſa. Martyrum uoce canta-
Pſal. 42 uimus. Dixerat enim iſta Vincentius in orationibus ſuis, Iudica me deus & di-
ſcerne cauſam meam a gente non ſancta. Diſcreta eſt cauſa eius, quia pro ueritа-
te, pro iuſtitia, pro deo, pro Chriſto, pro fide pro eccleſiæ vnitate, pro individua cha
ritate certauit. Quis ei donauit iſtam patientiam? Quis? Indicet nobis Pſalmus
Pſal. 61 ibi enim legitur, ibi cantatur: Nonne deo ſubiecta erit anima mea? Ab illo enim
patientia mea Quiſquis putat ſanctum Vincentium uiribus ſuis iſta potuiſſe, ni-
mis errat. Quiſquis enim viribus ſuis, hoc ſe poſſe præſumpſerit, etſi videtur
vincere patientia, vincitur a ſuperbia. Bene vincere, hoc eſt vniuerſas machinas
vincere: illecebras dum miniſtrat, vincitur per continentiam. Pœnas & tormen- 320
ta infligit, uincitur per patientiam: errores ſuggerit, vincitur per ſapientiam. Ad C
extremum quum omnia hæc victima fuerit, ſuggeſſerit animæ. Euge euge quan
tum potuiſti, quantum certaſti. Quis tibi comparatur? Quam bene viciſti? Re-
Pſal. 33 ſpondea illi anima ſancta, Confundantur & reuereantur, qui dicunt mihi euge
euge. Quando ergo vincit, niſi cum dicit, In domino laudabitur anima mea, au-
diant mites & iocundentur? Mites enim ſciunt quod ideo, quia in illis habitat
verbum, in illis habitat exemplum. Nam qui non eſt mitis, neſcit quid ſapiat: qđ
dictum eſt, In domino laudabitur anima mea. Omnis enim non mitis, ſuperbus,
aſper, elatus, in ſe vult laudari, non in domino. Qui autem dicit, In domino lau
dabitur anima mea: non dicit, audiant gentes & iocundentur, Audiant homines
& iocundentur: ſed, audiant mites & iocundentur. Audiant quibus ſapit. Mitis
enim erat Chriſtus, ſicut ouis ad immolandum ductus eſt. Propterea mitis, quia
ſicut ouis ad immolandum ductus eſt, Audiant mites & iocundentur: quia ſa-
Pſal 33 piunt quod dictum eſt, Guſtate, & uidete quam ſuauis eſt dominus, beatus uir
qui ſperat in eum. Longam lectionem audiuimus, breuis eſt dies longo ſermone
etiam nos tenere ueſtram patientiam non debemus. Nouimus quia patienter au 320
diſtis, & diu ſtando & audiendo tanquam martyri compaſsi eſtis: Quid audit uos, D
amet uos, & coronet uos, Amen.

De eodem, Sermo IX.

MAgnum & multum mirandum ſpectaculum noſter animus cœpit, nec ina
niſsimam & perniciosiſsimam, ſicut ſolet in theatris quaruncunque nu-
310 garum, ſed plane utiliſsimam & fructuoſiſsimam voluptatem oculis in-
E terioribus hauſimus, quum beati Vincentii glorioſe paſsio legeretur. Erat videre
inuictam martyris animam contra inſidias antiqui hoſtis, contra ſæuitiam impii
iudicis, contra dolores mortalis carnis, accerrima conflictatione certantem, & in
adiutorio domini cuncta ſuperantem. Ita plane charisſimi, ita prorſus fuit, in domi
no laudemus hanc animam, ut audiant mites & iocundentur. Quas voces audie- vbi ſupra.
rit, quas reddiderit, quæ tormenta deuicerit, decurſa lectio declarauit, & nobis tãq̃
in conſpectu quæ geſta ſunt poſuit. Tanta pœna erat in membris, tanta ſecuritas
iu verbis, tãquam alius torqueretur, alius loqueretur. Et uere alius. Prædixit enim
hoc dominus, & promiſit martyribus ſuis di[illegible]. Non uos eſtis qui loquimini ſed Matth. 10.
ſpiritus patris veſtri qui loquitur in uobis. In domino ergo laudatur hæc anima. Pſal 8
Nam quid eſt homo, niſi quod memor eſt eius? Aut quę vires pulueris, niſi illo ad-
iuuante qui nos fecit ex puluere, ut qui gloriatur, in domino glorietur. Si enim dia 1. Cor. 1.
bolicus & ſeductor ſpiritus plerunque implet, vel fallaces uates, vel falſos marty-
res ſuos, vt tormenta corporis, uel ipſi ſibi ingerant, uel ingeſta contemnant, quid
magnum eſt domino deo noſtro ad confirmandam prædicationem nominis ſui ip-
ſorum prædicatorum, carnem quidem in manus perſequentium tradere: mentem
310 vero in arcem libertatis aſſumere, vt etiam dum illa patitur iniquitatem, hæc aſſe-
F rat ueritatem, ſcilicet ut victores non tolerantia faciat, ſed iuſtitia, quoniam marty
res diſcernit cauſa, non pœna? Multi enim dolores tolerauerunt pertinacia, non co
ſtantia, uitio non virtute, prauo errore non recta ratione, diabolo poſſidente non
perſequente. In noſtro autem uincente Vincentio, ille quidem uincebat qui poſſi-
debat, ſed ille poſſidebat qui principem huius mundi miſerat foras, vt etiam pu-
gnans extrinſecus ſuperaretur qui iam fuerat ſuperatus, ne intus dominaretur. Il- Ioan. 12
le quippe qui miſſus eſt foras, non ceſſans tanquam leo rugiens circuit requirendo 2. Pet. 5.
quem deuoret. Sed eum expugnat ille pro nobis, qui eo excluſo regnat in nobis.
Denique magis diabolus non victo Vincentio, quam Vincentius perſequente dia-
bolo torquebatur. Quanto enim erant illa truculentiora & exquiſitiora tormenta,
tanto magis tortus de torquente triumphabat, & ex illa carne tãquam ex terra ſuo
ſanguine irrigata, de qua plus dolebat inimicus, palma creſcebat. Sed quia illa la-
tenter ſeuit, & latenter victus affligitur, manifeſte apparet in præſide hoie quid in
20 occulto diabolus pateretur. Et ille inuiſibilis aduerſarius per ſui uaſculi quod im-
G pleuerat, crepantis rimulas prodebatur. Voces n. huius hois, oculi, uultus & turbu
lentus totius corporis motus indicabant quam grauiora tormẽta ſentiret interius
q̃ erant quæ martyri infligebantur exterius. Si conſideremus perturbationem tor-
quentis, & tranquillitatem tormenta patientis, videre facilimum eſt quis erat ſub
pœnis, quis ſupra pœnas. Quæ gaudia erunt in uirtute regnantium, quando tanta
ſunt pro ueritate morientium? Quid erit cum corporis incorruptione fons vitæ,
quando ros eius inter tormenta tam dulcis eſt? Et quid faciet impiis æterna flãma,
quos ita vaſtat irati cordis inſania? Quid paſſuri ſunt cum iudicabuntur, qui iam
cum iudicant cruciantur? Iudicia futura ſanctorum quid habitura ſunt poteſtatis,
quum in hac vita tribunal iudicis cataſta torſerit martyris? Magnum autem domi
nus teſtimonium præbet teſtibus ſuis, quum ille qui rexit corda certãtium, nec cor
pora deſerit mortuorum, velut de huius ipſius beati Vincentii corpore præclariſsi-
mum miraculum exhibuit, ut id quod inimicus omnino non apparere cupierat, ſa
tegerat, fecerat, tam pñti nutu diuino proderetur, & religioſius humandũ veneran
320 dum demonſtraretur, vt victricis pietatis & deictæ impietatis præclara in eo me Pſal. 114.
H moria perduraret. Vere precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius, quãdo nec
terra carnis vita deſerente contemnitur, Et inuiſibili anima de domo inuiſibili di-
ſcẽdente habitaculũ ſerui cura dñi cuſtoditur, & in gloriam dñi a conſeruis fideli-
bus honoratur. Quid. n. agit deus mira opera faciendo circa ſanctorum corpora
defunctorum, niſi teſtimonium perhibet ſibi non perire q̃ moritur, & ut hinc in-

telligatur in quali honore secum habeat animas occisorum,quando caro exanimis tanto affectu diuinitatis coronatur. Sicut enim de membris ecclesiæ loquens
2. Cor. 12. Apostolus, similitudinem adhibuit de membris corporis nostri, quoniam quæ inhonesta sunt nostra, his abundantiorem honorem circumponimus: Ita pro uidentia creatoris cadaueribus martyrum tam preclara miraculorum testimonia 320 I
præstando, abundantiorem honorem exanguibus reliquiis hominum circumponit. Et quod uita emigrante tanquam deforme iam remanet, ibi euidentibus præsens vitæ dator apparet.

In decolatione beati Ioannis Baptistæ. Sermo. X.

QVum sanctum Euangelium legeretur, crudele spectaculum ante oculos nostros constitutum est. Caput sancti Ioannis in disco ferialis missus e udelitatis propter odium veritatis,puella saltat,& sæuit mater, & inter lasciuias & delitias
Ioan. 3. conuiuantium temere iuratur,& impie quod iuratur,impletur. Factum est Ioanni quod ipse prædixerat. De domino enim Iesu Christo dixerat,Illum oportet crescere,me autem minui Iste minutus est in capite, ille creuit in cruce. Odium peperit veritas,Non potuit æquo animo tolerari quod homo dei sanctus monebat,qui vtique salutem eorum querebat,quos sic monebat: Responderunt illi mala pro bo-
Marci. 6. nis. Quid enim ille diceret,nisi quo plenus erat? Et quid illi responderent,nisi quo pleni erant? Ille triticum seminauit,sed spinas inuenit. Dicebat regi,Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Vincebat enim regem libido, tenebat apud se prohibitã vxorem fratris sui. Sed eum tamen sic libebat,vt non sæuiret. Honorabat eum a 320 K
quo verum audiebat, sed mulier detestabilis odium concipiebat, quod aliquando dato tempore pareret. Quando parturiebat,peperit filiam,filiam saltantem. Et rex ille qui sanctum uirum habebat Ioannem,qui eum propter dominum timebat,etsi ei non obediebat,posteaquam ab illo petitum est caput Ioannis indisco, contristatus est. Sed propter iurationem & propter conrecumbentes misit speculatorem &
Iuratio falsa. impleuit quod iurauit. Admonet nos locus iste carissimi, vt propter vitam & mores vestros aliquid uobis de iuramento tractemus. Falsa iuratio,non est leue peccatum,immo tam magnum peccatum est falsum iurare, vt propter reatum falsæ iura-
Matth. 5. tionis dominus prohibuerit omnem iurationem. Ait enim: Dictum est, Non periurabis. Reddes autem domino iusiurandum tuum, Ego autem dico vobis non iurare omnino,neque per cœlum,quia thronus dei est,neque per terram,quia scabellũ pedum eius est,neque aliud quodcunque iuramentum, neque per caput tuum iu- 320
raueris,quia non potes facere capillum album aut nigrum. Sit autem in ore vestro L
est est,non non. Si quid amplius est,a malo est. Inuenimus aut in sanctis scripturis
Gene. 22. dominum iurasse,quando ei usque ad immolationem dilecti filii obediuit Abrahã. Locutus est ei angelus de cœlo,Per memetipsum iuro dicit dominus, quia obaudisti uocem meam,& non pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicens benedicam te,& implebo semen tuum sicut stellas cœli,& sicut arenam maris. Et benedi-
Psal. 106. centur in semine tuo omnes gentes. Quod videtis totum orbem terrarum christianos implere,exhibet verax iuratio dei. Item in psalmis de domino Iesu Christo prophetatum est, Iurauit dominus,& non pœnitebit eum,tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Qui nouerunt scripturas sciunt quid protulerit Melchisedech sacerdos dei excelsi quando benedixit Abraham. Non oportet vt hoc memoremus propter catechumenos. Fideles tamen agnoscunt quemadmodũ ante prophetatum sit quod modo videmus impleri. Et vnde hoc? Quia iurauit dominus. Et iurauit dominus & non pœnitebit eum non quomodo Herodem pœnituit quia iurauerat Quum ergo dominus iurauerit quare dominus Christus suos iurare prohibuit? Dico quare. Non est peccatum uerum iurare. Sed quia grãde pec- 320
catum est falsum iurare,longe est à peccato falsum iurandi qui omnino non iurat. M
Propinquat falsæ iurationi qui uel verum iurat. Dominus ergo,qui prohibuit iurare,supra ripam te noluit ambulare ne pes tuus in angusto labatur & cadas. Sed dominus iurauit,inquit,Securus iurat qui mentiri nescit,Non te moueat quia dominus

minus iurauit quia forte non debet iurare nisi dominus. Tunc enim quando iuras quid facis? Testem deum adhibes. Tu ipsum,ipse seipsum. Sed homo, quia in multis falleris,plerunque adhibes testem veritatem ad tuam falsitatem. Aliquando & nolens homo iurat,quum verum putat esse quod iurat. Non est quidem tantum
321 peccatum quantum eius qui scit esse falsum & tamen iurat. Quanto melior & a pec
A cato isto graui omnino longe fit qui audit dominum Christum & non iurat. Scio graue esse consuetudini vestræ. Sed & graue fuit consuetudini nostræ. Timendo deum abstulimus iurationem de ore nostro. Ecce vobiscum viuimus. Quis nos audiuit aliquando iurantes? Nunquid non consueueram quotidie iurare? At vbi legi & timui,luctatus sum contra consuetudinem meam, in ipsa luctatione inuocaui dominum adiutorem. Præstitit mihi dominus adiutorium non iurandi Nihil mihi facilius est quam nõ iurare. Hoc ideo admonui charitatem vestram ne dicatis,quis potest? O si deus timeatur,o si periuri expauescant,lingua frænatur, veritas tenetur,iuratio tollitur.

In eodem festo. Sermo XI.

PRopter hunc locum quem hodie audiuimus quum Euangelium reciraretur di co charitati uestræ,Videtis miserum istum Herodem, Ioannem sanctum uirũ & dei hominem dilexisse. Sed quoniam temere iurauit, ebrius lætitia & delectatione saltãtis,daturum se promisit quicquid illa puella,quę saltando placuerat, popo sciisset. At ubi po scit rem crudelem & nefariam,contristatus est quidem. Videbat enim tantum scelus fieri, sed positus inter iurationem suam & puellæ petitionem, vbi uidebat cruentum facinus,ibi rursus timebat reatum periorii. Ne deum offenderet periurando, deum offendit sæuiendo. Dicit mihi aliquis. Quid ergo debuit facere Herodes? Si dixero non debuit iurare. Quis non uideat hoc eum non facere debuisse? Sed non consolor de homine utrum iurare debeat,sed quid facere debeat qui iurauit: ipsa est magna deliberatio, Temere iurauit. Quis nescIat? Tamen lapsus est,iurauit. Ecce puella petiuit caput sancti Ioannis. Quid facere debuit Herodes? Demus illi consilium. Si dixerimus,Parce Ioanni nec facias scelus, periurium:
321 suademus. Si dixerimus,noli periurare: ad scelus implendum prouocamus. Mala
B conditio antequam ueniatis ergo ad istum bicipitem laqueum,tollite de ore uestro temerarias iurationes: antequam ueniatis ad istam consuetudinem malam,moneo fratres meos,moneo filios meos. Quid opus est ut ueniatis ad hunc articulum vbi non possumus inuenire consilium? Tamen scripturis diligentius perscrutatis occurrit mihi unum exemplum vbi uideo pium hominem & sanctum in temerariam urationem cecidisse,& maluisse non facere quod iurauerit quam iurationem suam ifuso hominis sanguine implere. Commemoro ergo charitati uestræ, quando Saul sanctum Dauid persequebatur ingratus,ille cum suis ibat quocunque poterat, ne inueniretur a Saule & occideretur. Et quodam die ab homine diuite qui uocabatur Nabal,& tondebat oues suas,petiuit sustentaculum victus sibi,& eis qui cum illo erant: immisericors dare noluit,& quid est grauius,contumeliose respondit,Iu- 1. Reg. 13
rauit sanctus Dauid eum occisurum se esse. Erat enim armatus. Et quod facile fuerat,& iuste se facere ira persuadente uidebatur,incautus iurationem fudit,& cœpit ire ut faceret quod iurauerat. Occurrit Abigail uxor Nabal,& tulit ei necessaria quę poposcerat. Suppliciter eum rogauit,flexit,& a mariti sanguine reuocauit: iurauit temere,sed non impleuit iurationem maiore pietate. Proinde charissimi iterum redeo ad monendos uos: Ecce sanctus Dauid,non quidem iratus, sanguinem hominis fudit,sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus,sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per seipsum appensum,magnum malum est falsa iuratio. prius ergo laborare debeti,& confligere ad-
321 uersus consuetudinem uestram malam, & ualde malam, & tollere iurationem
C de oribus vestris. Si quis autem prouocauerit te ad iurationem, vt forte sic sibi æstimet satisfieri posse: si iurauĕris de illa re quam putat te commisisse aut fecisse,& forsitan non fecisti,ne remaneat in illo mala suspicio: si iuraueris tu, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

sic peccat quomodo ille qui te prouocauit: quia dixit dominus Iesus, Sit in ore vestro est, non non. Si quid amplius est, a malo est. Loquebatur autem de iuratione, vbi nos intelligere voluit ipsam iurationem a malo esse. Si ab alio prouocatus fueris, ab ipsius malo erit quod iuras, non a tuo. Et hoc est prope a malo communi generis humani, quoniam corda nostra videre non possumus. Nam si corda nostra videremus, cui iuraremus? Quando a nobis exigeretur iuratio? Quando videretur oculis proximi ipsa cogitatio? Scribite in cordibus vestris quod dico, Ille autē qui hominem prouocauit ad iurationem, & scit eum falsum esse iuraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, & eius quem iurare prouocauit, & suam. Scis verū esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit, & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit, tu quid inuenisti? Immo quia & tu periisti, qui de illius more te satiare voluisti. Aliquid dicam quod nunquam dixi charitati vestræ in hoc populo, quod contigit in hac Ecclesia. Fuit hic homo quidam simplex, innocens, bene fidelis, a multis vestris, id est, Hipponensibus, immo ab omnibus cognitus, Tutumlymeni vocatus: Tutumlymeni quis vestrum non nouit qui estis ciues? Ab illo audiui quod dico, Nescio quis negauit ei, vel quod ei debebatur, & hominis fidei se commisit. Commotus prouocauit eum ad iusiurandum, iurauit ille, iste perdidit, sed isto perdente ille penitus periit. Dicebat ergo iste Tutuslymeni homo grauis & fidelis, ipsa nocte se exhibitum fuisse ad iudicem, & cum magno impetu atq; terrore se peruenisse ad præsidē tem excelsum quendam & admirabilē virū, cui parebat officiū similiter excelsorū, iussum fuisse turbatū retro reuocari, & interrogatū fuisse his verbis. Quare prouocasti hoiem ad iurationē quem sciebas falsum esse iuraturum? Respondit ille, Negauit mihi rē meam. Responsum est illi, Et nonne melius erat vt rem tuam quam exigebas perderes q̄ animā hominis istius falsa iuratione perimeres? Prostratus est, iussus est cædi. Cęsus tam grauiter, vt in dorso eius gilantis vestigia plagarum apparerent. Sed dictum est illi: posteaquam emendatus est, Parcitur innocentię tuę, decętero caue ne facias. Fecit quidē ille magnū peccatū, & emendatus est, Sed multo grauius meam admonitionem, & exhortationem tale aliquid fecerit. Cauete a falsa iuratione, cauete a temeraria iuratione. Ab his duobus malis securissimi cauebitis, si consuetudinem iurandi a vobis abstuleritis.

Matt. 5.

321 E

321 F

321 G

In natali beati Cypriani. Sermo XII.

SErmonem a nobis debitum auribus & cordibus vestris exigit tam grata & religiosa solennitas qua passionem beati martyris celebramus: Tristis proculdubio tunc Ecclesia fuit, non damno cadentis, sed desiderio recedentis semper cupiēs videre præsentem tam bonum rectorem atq; doctorem: Sed quos afflixerat solicitudo certaminis, consolata est corona victoris. Et nunc non solum sine vlla tristitia, verumetiam cum ingenti lætitia cuncta quæ tunc gesta sunt, legendo recolimus, dieq; isto gaudere nobis concessum est non timere. Neque enim formidamus terribiliter venientem, sed expectamus hilariter redeuntem. Placet itaq; vniuersam illā fidelissimi, & fortissimi, & gloriosissimi martyris passionē cū exultatione recordari præteritam, quam tunc fratres cum solicitudine sustinuere futuram. Primo igitur q̄ pro fide confessionis Christi in exilium Curubin missus est, non sancto Cypriano aliquid nocitum, sed multum illi præstitum ciuitati. Quo enim ipse mitteretur, vbi ille non esset propter cuius testimonium mittebatur. Christus ergo qui ait, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi, in omni loco membrum suum excipiebat, quocunq; furor inimici pellebat. O stulta infidelitas persequentis, si quæris exilium quo Christianus iubeatur ire, prius si potes inueni vnde Christus cogatur exire. De patria sua in alienam te arbitraris excludere hominem dei, in Christo nusquam exulem in carne vbiq; peregrinum. Sed iam cōsiderare & commemorare delectat post illud quod Cyprianus non senserat, sed inimicus putabat exilium quid ex ordine passionis ipsius consecutum sit. Cū enim Cyprianus sanctus martyr electus a deo de ciuitate Curubitana, in quam exilio præcepto Aspasii Paterni proconsulis missus fuerat, regressus esset, in hortis suis manebat. Et inde quotidie sperabat venire ad se, sicut ostensum erat illi.

321 H

Quid iam fremeret persecutoris impetus aduersus cor semper paratum, accedente etiam domini reuelatione firmatum? quando enim desereret patientem quem non est passus præoccupari nescientem? Iam ergo quod ad eum pasioni exhibendum duo misi sunt, qui eum etiam secum in curriculum leuauerunt, in medioque posuerunt, & hoc diuinæ admonitionis fuit, vt gaudens recoleret ad eius se corpus pertinere, qui inter iniquos deputatus est. Christus nanque inter duos latrones ligno suspensus, ad exemplum patientiæ præbebatur. Cyprianus autem inter duos apparitores, ad pasionem curru portatus Christi vestigia sequebatur. Quid illud quod quum in alium diem dilatus apud custodes esset, atq; illuc se multitudo fratrum ac sororum congregans, pro foribus pernoctaret, custodiri puellas præcepit. Quanta intentione considerandum: quanta laude prædicandum? quanto prœconio commendandum est? Vicina corporis morte non moriebatur in animo pastoris vigilantia pastoralis, & cura tuendi dominici gregis usq ad extremum vitæ huius diem mente sobria tenebatur, Nec excutiebat ab animo diligentia fidelissimi dispē satoris manus tam proxima cruēti carnificis. Ita se martyrem cogitabat futurum, ut esse non obliui sceretur episcopum, magis curans quam rationem pastorū principi de commisis sibi ouibus redderet, quam quid infideli pro consuli de fide propria responderet. Amabat quippe eum, qui Petro dixerat, Amas me? Pasce oues meas. Et pascebat oues eius pro quibus sanguinem fundere illum imitans præparabat. Custodiri puellas præcepit sciens non solum se habere simplicem dominum sed etiam uersipellem aduersarium. Itaque aduersus leonem aperte frementem in confessione uirile pectus armabat, aduersus lupum insidiantem gregi sexum fœmineum muniebat. Ita uere sibi consulit qui deum iudicem cogitat apud quem causam gestæ huius vitæ atque ab illo sibi muneris iniuncti quisque dicturus est, vbi omnis homo recipit sicut testatur Apostolus quæ per corpus gesit siue in bonum siue in malum: ita sibi consulit qui ex fide viuens & satagens ne ab extremo præoccupetur die, extremum computat omnem diem & sic deo placitos mores, perducit usque ad extremum diem. Ita sibi beatus Cyprianus Episcopus misericordissimus & martyr fidelissimus consulebat, non sicut eum lingua subdola diaboli per os possessi a se impii iudicis monere videbatur dicens. Consule tibi: quum. n. eius immobilem mentem uideret quando ei dixit, Iusserunt te principes cæremoniari. Respondit que ille: non facio, adiecit & ait, Consule tibi. Ipsa est lingua subdola diaboli: & si non huius qui nesciebat quid loqueretur, illius tamen qui per eum loquebatur. Loquebatur. n. proconsul non tā scdm principes homines quorum iussa sibimet iniuncta iactabat, q̄ scdm principem ptātis aeris de quo Apostolus dicit, qui operatur in filiis diffidentię quę p huius quoque linguam operari Cyprianus nouerat, q̄ ipse non nouerat. Nouerat, inquā, Cyprianus quum á proconsule audiret, consule tibi, q̄ caro & sanguis diceret stolide hoc diabolum dicere subdole: atq; intuebatur in uno opere duos istum oculis, illum fide: nolebat eū iste mori, nolebat ille coronari, proinde circa istum placidus, circa illum cautus. Huic aperte rīdebat, illum occulte uincebat, Fac, inquit, quod tibi præceptum est. In re tam iusta nulla est consultatio. Dixerat quippe ille, consule tibi. Ad hoc responsum est, In re tā iusta nulla est consultatio Consulit. n. qui consilium uel impertit uel q̄rit, sed procōsul nō a Cypriano consiliū accipere uolebat, sed eum potius vt à se acciperet monebat: at ille, in re, inquit, tā iusta nulla est cōsultatio. Nō adhuc consulo, quia non adhuc dubito, abstulit. n. mihi dubōnem ipsa iustitia. Iustus aūt ut securus moriatur in carne, certus uiuit in fide. Præcesserant Cyprianum multi martyres quos flagrantissimis exhortationibus suis ad vincendū diabolū accēderat, & erat vtiq; iustum ut quos ueridicus loquēdo p̄miserat, patiēdo intrepidus sequeretur, ergo in re tam iusta nulla est consultatio quid ad hęc dicamus? quid ad hęc exultemus tanta cōceptione gaudiorū, in qd erūpat cor nostrū & os nostrū nisi in ipsam venerabilis martyris vltimā vocē? quū. n. Galerius Maximus decretum ex libello recitasset, tacitū Cyprianū gladio animaduerti placet. Rīndit ille, Deo gratias. Habētes igitur de re tanta memoriā præsentis loci, festiuitatē solēnissimi diei, propōnem saluberrimi exempli omnibus medullis nostris dicamus & nos, Deo gratias.

Ephe. 2.

Ioan. 21.

2. Cor. 5.

321 I

321 K

321 L

Universidad de Deusto
Biblioteca

In natali beati Mauricii ac sociorum eius: Ser. XIII.

ADmonēt nos eloquia diuina quæ lecta sunt timendo non timere, & non timendo timere. Aduertistis quum sanctum Euangelium legeretur dominū nostrum antequam pro nobis moreretur firmos nos esse uoluisse, sed ad
Matt.10. monendo ne timeremus, & admonendo ut timeremus. Ait enim Nolite timere eos qui corpus occidunt: animam autem non possunt occidere. Ecce ubi monuit ne timeremus, uidete ubi monuerit ut timeremus. Sed eum, inquit, timete qui potestatem habet corpus & animam occidere in gehennam, ergo timeamus ut non timeamus. Timor uidetur ad ignauiam pertinere. Timor infirmorum uidetur esse non
Prou.14. fortium. Sed videte quid ait scriptura, Timor domini spes fortitudinis. Timeamus ne timeamus: hoc est, prudenter timeamus ne inaniter timeamus, martyres sancti propter quorum solennitatem hoc ex Euangelio recitatum est timendo non timuerunt, quia deum timendo homines contempserunt. Quid enim ab hominibus homini metuendum est? Et quid est unde alterum terreat homo hominem? Terret & dicit: occido te, & nō timet ne quum minatur prius moriatur. Occido, inquit, Quis dicit? Cui dicit? Duos audio, unum terrentem, alterum metuentem: quorum duorum vnus est potens, alter infirmus, sed ambo mortales. Qui se ergo extendit in honore inflatior potestas, in carne æqualis infirmitas; Securus minetur morte qui non timet mortem, si uero vnde terret, timet, attendat se & ei cui minatur comparet se, inueniat in eo cui minatur parem conditionem, & a domino simul cum illo petat miserationem. Homo est enim & homini minatur creatura creaturę sed una inflata sub creatore, altera fugiens ad creatorem. Dicat ergo fortissimus martyr stans homo ante hominem, non timeo quia timeo, tu quod miraris si ille nolit non facis. Quod autem ille minatur, vt faciat a nullo impeditur, deinde tu quod minaris & si permitteris quid facis? Vsque ad carnem sæuis, anima tuta est. Non occides: quod non vides, visibilis visibilem terres. Habemus ambo inuisibilem creatorem quem simul timere debeamus, qui hominem ipsum ex visibili creauit: uisibilem de terra fecit, inuisibilem flato suo animauit. Substantia ergo inuisibilis, hoc est, ani- 322
ma quæ incentem terram erexit de terra, non timet quum percutis terram: potes A
ferire habitaculum, nunquid habitatorem? Fugit percusso vinculo colligatus, &
Matt.10. erit in occulto coronatus. Quid ergo minaris qui animæ nihil facere potes? Per meritum eius cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes: per meritum. n. animæ resurget & caro & habitatori reddetur iam non ruitura, sed mansura: ecce uerba martyris dico, ecce propter ipsam carnem meam timeo comminantem, caro mea subiacet potestati, sed etiam capilli capitis mei numerati sunt creatori. Quid timeo ne carnem perdam qui nec capillum perdo? Quomodo non attendit carnem meam cui sic nota sunt uilia mea? Ipsum corpus quod percuti & occidi potest, ad tempus cinis erit, mortale erit Sed cui hoc? Cui reddetur corpus ad uitam æternam etiam occisum, peremptum, dissipatum, cui reddetur? Et qui non timuit ponere animam suam quum non timet ne occidatur caro sua. Etenim fratres anima immortalis perhibetur, & est immortalis secundum quendam modum suum, quia est quędam vita quæ potest præsentia sua carnem uiuificare. per animam quippe caro uiuit, hæc uita mori non potest & ideo anima immortalis est. Quare ergo dixi, secundum suum modum? Quoniam est quædam immortalitas uera, immortali
1.Tim. 6 tas quę est omnimoda incommutabilitas, de qua dicit Apostolus loquens de deo. qui solus habet immortalitatem & lucem habitat inaccessibilem, quam nemo hominum vidit, sed nec uidere potest, cui est honor & gloria in secula seculorum: Amen: Si ergo deus solus habet immortalitatem, certe anima mortalis est: Ecce quare dixi immortalitatem esse animam secundum modum suum: Nam potest & moriri intelligat charitas uestra & nulla quęstio remanebit. Audeo dicere, aīa potest mori, potest occidi, certe immortalis est, Ecce audeo dicere, & immortalitas est, 322
& occidi potest: & ideo dixi, quoniam est quędam immortalitas, hoc est, omnimo- B
da incommutabilitas, quam solus deus habet, de quo dictum est, qui solus habet immortalitatem: Nam si anima non potest occidi, quomodo dixit ipse dominus, quum terreret nos, eum timete qui potestatem habet & corpus & animam occidere in gehennam?

in gehennam? Adhuc confirmaui non solui quæstionem. probaui quia potest aīa occidi. Contradici Euangelio non potest, nisi ab anima impia. Ecce mihi occurrit Matth.5
322 & hic & venit in mentem quod dicam. Contradici nō pōt vitæ nisi ab aīa mortua.
D Euangelium vita est, impietas & infidelitas mors animæ est. Ecce pōt mori & immortalis est. Quō ergo immortalis est? Quia semper aliqua vita est quæ in illa nunquam extinguit ur. Quō moritur? Non vt non sit vita sed amittendo vitam. Et n. aīa & vita est alicui rei, & habet ēt ipsa vitā suā. Ordinem attende creaturarū. Vita corpis aīa est. Vita aīæ deus est. Sicut adest vita corpori. aīa ne moriatur corpus: sic debēt adesse vita animæ, hoc est deus ne moriatur aīa. Corpus quō moritur? Aīa deserente. Aīa, inquā, deserente moritur corpus, & iacet cadauer paulo ante appetibile, modo aspernabile. Insunt mēbra, oculi, aures: sed hæ fenestrę sunt domus, habitator abscesit. Qui plangit mortuum ad fenestras habitaculi, frustra clamat. Nō est intus qui audiat. Quanta dicit plangentis affectus, quanta enumerat, quanta cō memorat, & quanta, vt ita dixerim, doloris insania quasi cum sentiente loquitur, quum loquatur cum absente Enumerat mores, enumerat indicia beneuolentiæ circa se. Tu es qui mihi illud dedisti. Illud & illud præstitisti, tu es qui sic & sic me dilexisti. Si attendas, si intelligas, si insaniam doloris præmas, qui te dilexit abscesit: frustra te domus pātitur pulsatorem, in q̄ non potes inuenire mansorē. Redeamus ad causam quam paulo ante dicebam. Mortuum est corpus. Quare? Quia discesit
322 vita eius, hoc est aīa. Viuit corpus, & impius est. Infidelis est, ad credendum durus,
E ad corrigendos mores ferreus. Viuente corpore mortua est aīa, p quā corpus viuit. Tanta. n. res est aīa vt idonea sit vitā præstare corpi ēt mortua. Tanta, inquā, res est aīa, tā excellens creatura, vt idonea sit etiā mortua carnē viuificare. Nā ipsa aīa impii, aīa infidelis, aīa peruersi, duri, mortua est: & tn per ipsam mortuā viuit corpus. Ideo ibi est. Mouet ad operandū manus, ad ambulādū pedes, ad vidēdū intēdit obtutū, ad audiendū auribus inclinatur, sapores diiudicat, dolores refugit, appetit voluptates. Oia hæc corporis viuētis indicia, sed ex aīæ pñtia. Interrogo, Corpus an viuat. Rndet mihi: Vides ambulātē, vides operantē, audis loquentē, cernis appetentem & fugientē, & nō intelligis corpus viuere? Per hæc opera aīæ intus cōstitutæ intelligo corpus viuere. Et interrogo ipsam aīam, an viuat. Hēt & ipsa opera sua, per quæ oñdat vitam suā. Pedes ambulant, intelligo corpus viuere, sed aīæ pñtia. Quęro vtrū viuat aīa. Pedes isti ambulāt. Ecce de vno motu. De vita interrogo corpus & aīam. Ambulant pedes, intelligo corpus viuere. Sed quo ambulāt? Ad adulteriū, inquit, Ergo mortua est aīa. Sic n veracissima scriptura dixit, Mortua est vidua q 1.Tim.5
in delitiis viuit. Quum multum interſit inter delitias & adulterium, qūo pōt aīa,
322 in delitiis mortua dicitur, in adulterio uiuere? Mortua est. Sed nec sic quidem agens
F mortua est. Loquentem audio. Viuit corpus. Non. n lingua in ore moueretur, & percuteret qbusq; locis articulares sonos, nisi intus habitator esset, & quasi ad hoc organum musicus q lingua illa uteretur Prorsus intelligo. Hoc mō corpus loquitur: corpus uiuit. Sed interrogo utr̄. & aīa uiuat. Ecce loquitur corpus, uiuit. Quid loqtur? Qūo dicebā de pedibus, ambulāt, Ecce uiuit corpus, Quo ambulāt? Et quęrebā ut intelligerē utrū & aīa uiueret. Sic ēt quū audio loquētē, intelligo quia corpus uiuit. Quæro quid loquatur, vtr̄. & aīa uiuat? Mendaciū loqtur, Si mendaciū loqtur, ergo mortua est. Vnde hoc probamus. Ipsam ueritatē interrogemus, quæ ait, Os qd mentitur occidit aīam. Quæro, quare mortua est aīa? Quod paulo ante dicebā, quæro quare mortuum est corpus. Quia discesit uita eius aīa. Quare mortua est aīa? Sapien.1
Quia deseruit eā uita eius, de. Breuiter ergo his cognitis scitote certūq; tenete corpus mortuū esse sine aīa: Aīam mortuā esse sine deo. Oīs hō sine deo mortuā habet aīam. Plāgis mortuū, magis plange impiū, plange infidelē, Scriptū est, Luctus mortui septē dies, fatui āt & impii oēs dies uitę illor̄. An uero nō in te sunt uiscera xp̄ia Eccl.23
næ miserationis ut plāgat corpus a quo discesit aīa. Et non plangas aīam a qua recesit deus? Hoc tenens martyr respondeat cōminatori. Quid me cogis? Vt negem
322 xp̄m. Ergo ut negem ueritatem. Si noluero, quid facis? Percutis corpus meum ut
G recedat inde anima mea. Sed ipsa aīa mea habet ad se corpus. Non est imprudens, non est insipiens. Tu uis ferire corpus meum, uis ut quum timeo ne ferias corpus

meum & recedat inde anima mea, ego feriam animam meam & recedat inde deus meus? Non ergo timeas martyr gladium percussoris, linguam tuam time, ne tu per-
cutias & occidas non carnem sed animam. Animam time ne moriatur in gehenna 321
Mat. 10 ignis. Inde ergo dominus. Qui habet potestatē & corpus & aiam occidere in gehen- H
nā ignis. Quō, qñ mittetur in gehēnā impius ardebit? Ibi corpus. Ibi aīa. Mors cor-
Aīæ mors. poris sempiterna pœna. Mors animæ, dei absentia. Vis nosse quę sit mors animæ? In-
Eccl. 3 tellige prophetam dicentem, Tollatur impius vt non videat claritatem domini, Ti-
meat ergo anima mortem suam, & non timeat mortem corporis sui. Quia si timue-
rit mortem suam, & vixerit in deo suo, non eum offendendo & a se repellendo, me-
rebitur in fine recipere corpus suum, non ad pœnam æternam sicut impii, sed ad vi-
tam æternam sicut iusti. Illam mortem timentes, & illam vitam martyres diligētes,
promissa dei expectantes, minas persecutorum contemnentes, & ipsi apud deū co-
ronari meruerunt, & nobis celebranda ista solennia reliquerunt.

In festo omnium sanctorum Homilia in illud Matthæi, Beati pauperes spirtu: & cætera. XIIII.

Matth. 5

SOlennitate sanctæ virginis quæ testimonium dixit de Christo, & testimonium 322
meruit a Christo, palam occisæ, occulte coronatæ, admonemur chariti vestrę de I
illa exhortattione loqui quam modo dominus ex Euangelio proferebat, dicēs mul-
tas causas beatæ vitæ quam nemo est qui non velit. Nemo quippe inueniri potest
qui beatus esse non velit. Sed ō si hoies qūo desiderant mercedem, sic opus merce-
dis non recusarent. Quis non alacriter currat, quum ei dicitur, beatus eris? Liben-
ter audiat & quum dicitur, si hoc feceris. Non recusetur certamen, si diligitur præ-
mium, & accendatur animus ad alacritatem operis commendatione mercedis. Qđ
volumus, quod desideramus, quod petimus, post erit. Quod autem iubemur ut fa-
ciamus, propter illud quod post erit, modo sit. Ecce incipe diuina dicta recolere &
Matth. 5 ipsa Euangelica præcepta vel munera: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum
est regnum cœlorum. Postea erit tuum regnum cœlorum, modo esto pauper spiritu
Vis vt postea regnum cœlorum tuum sit? Vide modo tuipse cuius sis. Esto pauper
Pauper spi ritu quis. spiritu, Quæris a me fortasse quid sit esse pauperem spiritu. Omnis inflatus nō est
Luc. 14 & 18. pauper spiritu. Ergo humilis pauper est spiritu. Altum est regnum cœlorū, sed qui
se humiliat exaltabitur. Attende quod sequitur, Beati, inquit, mites: quoniam ipsi
Matth. 5 hæreditate possidebunt terram. Iam vis possidere terram: vide ne possideris a ter-
ra. Possidebis mitis, possideberis immitis, nec cum audis præmium propositum vt 322
posideas terram, extendas auaritiæ sinum, qua vis possidere modo terram, excluso K
Mitis qs. etiam vtcunq; vicino tuo: non te ista fallat opinio, Tunc vere possidebis terram,
quādo inhæseris ei qui fecit cœlum & terram: hoc est. n. esse mitē, non resistere deo
tuo: vt in eo quod bene facis, ipse tibi placeat, non tu tibi: in eo quod male, iuste pa-
teris: ipse tibi non displiceat, sed tu tibi. Neq; n. parum est quia placebis ei displices
Matth. 5 tibi, displicebis autem ei placens tibi. Attende tertium. Beati lugentes quoniam ipsi
consolabuntur. In luctu opus est, in consolatione merces est. Nam qui lugent car-
Lugentes. naliter, quas consolationes habent? Molestias metuendas: ibi cōsolatur lugens, vbi
timet rursus ne lugeat: verbi gratia: Contristat filius elatus, lætificat natus: illum
extulit, hūc suscepit in illo tristitia, in isto timor: in nullo ergo consolatio. Ergo il-
la erit vera cōsolatio qua dabitur qđ nō amittatur, vt illi se postea gaudeāt cōsola-
ri, q mō se lugēt pegrinari. Accedat ad quartū & opus & munus, Beati q esuriūt &
Esuriētes sitientes. sitiūt iustitiā, qm ipsi saturabūtur. Saturari vis. Vnde? Si caro saturitatē cōcupiscit,
Ioan. 4. digesta saturitate famē iteꝝ patieris. Et q biberit, inqt, ex aqua hac, sitiet iteꝝ: medi
camētū qđ ad vulnus ponitur, si sanauerit iā non dolet. Quod aūt ponitur cōtra fa-
mē, hoc est, esca, ita ponitur vt ad modicum releuet. Transacta. n. saturitate redit fa- 322
mes. Accedit quidē quotidie remedium saturitatis, sed non ad sanatum vulnus in- L
firmitatis. Esuriamus ergo, sitiamusq; iustitiam, vt ipsa iustitia saturemur quam
nunc esurimus, & sitimus: inde enim saturabimur quod esurimus & sitimus, in-
terior homo noster esuriat & sitiat, habet enim cibum suum, habet potum suum.

Ego sum, inqeit, panis qui de cœlo descendi. Habes panem esurientis, desidera & po-
tum sitientis, quoniam apud te est fons vitæ. Attende quod sequitur, Beati miseri- Ioan. 6.
cordes: quoniam ipsorum miserebitur deus. Fac & fiet. Fac cum altero ut fiat tecū Psal. 35.
quia abundas temporalibus, eges æternis: mendicum hominem audis, mendicus ip- Misericor-
se dei es: petitur a te, & petis. Quod egeris cum petitore tua, hoc aget deus cum suo. des.
322 Et plenus & inanis es. Imple inanem de plenitudine tua, vt de dei plenitudine im-
L pleatur inanitas tua. Attende quod sequitur, Beati mundicordes: hoc est, qui mun-
di corde sunt, quoniam ipsi deum videbunt. Hic est finis amoris nostri, finis quo p- Mundicor
ficiamur non quo consumamur. Finitur cibus, finitur uestis. Cibus quia consumi des.
tur edendo. Vestis quia perficitur texendo? & illud finitur & illud. Sed finis iste per-
tinet ad consumptiunem, ille ad perfectionem. Quicquid agimus, quicquid bene a-
gimus, quicquid nitimur, quicquid laudabiliter ęstuamus, quicquid inculpabiliter
desideramus, ad dei visionem quum uenerit plus non requiremus. Quid n. quærat
cui adest deus, aut quid sufficiat ei cui non sufficit deus? Videre deum uolumus, ui-
dere deum quærimus, videre deum inardescimus. Quis non? Sed vide quid dictū
est, Beati mundicordes, quoniam ipsi deum videbunt. Hoc para vnde videas, vt. n.
scd'm carnem loquar, quid desideras ortum solis cum oculis lippis? Sani sint oculi,
& erit illa lux gaudium. Non sint oculi sani, erit illa lux tormentum. Non. n. corde
non mundo videre permitteris quod non videtur nisi corde mundo: repelleris, au-
fereris, non uidebis. Beati enim mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt. Quo- Matt 5.
322 ties beatos iam numerauit, unas beatitudinis causas, quæ opera, quæ munera, quæ
M merita, quę præmia? Nusquam dictum est, ipsi deum videbunt. Beati pauperes spi-
ritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, ipsi hæreditate possidebunt terram. Beati lugētes, ipsi consolabuntur. Beati esurientes & sitiētes iustitiā, ipsi saturabuntur. Beati misericordes, ipsi misericordia cōsequntur. Nusq dictū est, Ephes. 1.
ipsi deū uidebunt. Ventū est ad mundicordes ibi uisio dei, pmissa est. Nōne sine cā, nisi quia ibi sunt oculi unde videtur deus. De his oculis Pau. Apostolus loquēs ait, 2. Cor. 5.
illuminatos oculos cordis vestri. Modo ergo isti oculi p fua ifirmitate illuminātur
C fide: postea p fua firmitate illuminabūtur specie. Quādiu. n. sumus in corpore pere-
grinamur à domino Per fidem. n. ambulamus non per speciem. Quādiu aūt in hac 2. Cor. 13
fide sumus quid de nobis dicitur; Videmus nunc per speciem in ęnigmate: tunc au-
tem facie ad faciem. Non hic corporea facies cogitetur: nam si accensus desiderio
323 videndi deum faciem tuam præparaueris corporalem ad uidendum deum, talem fa-
A ciem desiderabis & dei. Si autem iam saltem de deo spiritaliter sapis, vt deum non
cogites esse corporeum, Vnde diutius heri egimus, si tamen aliquid peregimus, si
In corde nostro tanquam in templo dei formæ humanę fregimus simulacrum, si tā
nobis bene uenit in mentem & viscera nostra interiora possedit, ubi detestatur A- Rom. 1.
postolus eos qui dicentes se esse sapientes stulti facti sunt & immutauerunt gloriā
incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Si iam tale
malum detestamini, si auersamini, si creatori mundatis templum suum. Si vultis Sapien. 1.
ut ueniat & mansionem apud vos faciat, sentite de domino in bonitate, & in sim-
plicitate cordis quęrite illum. Videte cui dicatis, Si tamen dicitis, si uere dicitis,
Tibi dixit cor meum quæram faciem tuam. Dicat & cor tuum, & adde, Vultū tuū Psal. 26.
domine requiram. Bene enim requiris, quia corde requiris. Dicitur dei vultus, dici
tur dei brachium, dicitur dei manus, dicuntur dei pedes, dicitur dei sedes, dicitur
scabellum pedum eius, sed noli membra humana cogitare, si uis esse templum ueri
tatis, frange idolum falsitatis. Manus dei potentia dei, Facies dei notitia dei, pe-
des dei potentia dei. Sedes dei, si uis, tu es. An forte negare audebis deum esse
xpm? Non inquis, Concedis & hoc, Christum dei virtutem & sapientiam dei? 1. Cor. 1.
Concedo, inquis. Audi, Anima iusti sedes est sapientiæ. Vbi enim sedem habet Sapien. 7
323 deus, nisi vbi habitat? Vbi autem habitat, nisi in templo suo? Templum enim dei 2. Cor. 9
B sanctū est, q estis uos. Videergo quo excipias deum. Spiritus est deus, in spū & ue- Ioan. 4
ritate oportet adorare deum: iā in cor tuū si placet, intret arca testamēti, & ruat Da-
gon: Audi ergo nunc & disce deū desiderare, disce unde deū uidere possis pparare:
Beati enim mundicordes, qm ipsi deum uidebunt. Quid præparas oculos corporis?

Si sic videbitur, in loco erit quod videbitur, non est in loco qui vbique totus est. Munda unde uideatur, audi & intellige si ipso iuuante potero explicare. Adiuuet nos ad intelligendum omnia supradicta opera & munera quemadmodum cōgrua congruentibus apposita sint Vbi enim dictum est de præmio q̄ non congrueret operi & consonaret? Quia humiles quasi à regno videntur alieni, Beati, inquit, pauperes spiritu, quia ipsorum est regnum cœlorum Quia mites homines facile excluduntur de terra sua. Beati, inquit, mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Iam cętera aperta sunt, clara sua sponte cognoscuntur, disputatore non egent commemoratore opus habent. Beati qui lugent. Quis lugens non consolationem, desiderat? Ipsi, inquit, consolabuntur: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Quis esuriens & sitiens non satietatem requirit? & ipsi, inquit, saturabuntur: Beati misericordes. Quis misericors nisi qui optat ex ipso opere reddi sibi a deo vicem, vt circa se fiat quod circa pauperem facit? Beati, inquit, misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus. Quomodo per ipsa singula singulis propria apposita sunt, & nihil adhibitum est in præmio quod non congrueret præcepto. Præceptum est, n. ut sis pauper spiritu: prēmium est, ut habeas regnum cœlorum. Præceptum est, ut sis mitis: præmium est, vt possideas terram. Præceptum est, vt sis lugens: præmium, vt consoleris: præceptum est, ut esurias & sitias iustitiam: præmium, vt satureris. prēceptum est, vt sis misēricors: præmium, ut misericordiam consequaris. Sic prēceptum est, vt mundes cor: præmium, vr videas deum: non ergo ita sapias in his præceptis & prēmiis vt cum audis, Beati misericordes, quoniam ipsi deum videbunt, pueres pauperes spiritu non uisuros, aut non uisuros mites, non visuros esurientes & sitientes iustitiam, non visuros misericordes. Non arbitreris eos tm̄ quasi uisuros qui mūdo sunt corde, illis à visione separatis. Omnia enim hæc idem ipsi sunt. Ipsi videbunt, sed non ideo videbunt quia pauperes spiritu sunt, quia mites sunt, quia lugentes, quia esurientes & sitientes iustitiam, quia misericordes, sed quia mundi sunt corde. Quemadmodum si corporalia opera mēbris corporalibus coaptaret ac diceret, uerbi gratia quisquam, Beati qui pedes habent quia ipsi ambulabunt, beati qui manus hñt, quia ipsi opabuntur: beati qui uocē hñt, qm̄ ipsi clamabunt: beati qui os & linguā hñt, qm̄ ipsi loqntur: beati qui oculos hñt, ipsi. n. uidebūt: Sic tanq̄ spiritualia membra componens docuit quid ad quid pertinet. Apta est humilitas ad habendum regnum cœlorum, apta est mansuetudo ad possidendam terram, aptus luctus ad consolationem, apta fames & sitis iustitiæ ad saturitatem, apta misericordia ad impetrandam misericordiam, aptum mundum cor ad uidēdum deum. Si ergo desideramus uidere deum, oculus iste unde mundabitur? Quis enim non currat, quis non quęrat vnde mundet quo videre possit quem toto affectu desiderat? Expressit hoc diuina testatio, Fide. inquit, mundans corda eorum. Mundat cor fides dei, mundum cor uidet deum. Sed quia ipsa fides aliquando ab hominibus, qui seipsos fallunt, talis determinatur, quasi sufficiat tantummodo credere. Promittunt enim sibi quidam etiam conspectum dei regnumque cœlorum credentes & male uiuentes. Contra hos succensus & spiritali charitate quodammodo stomachans Iacobus Apostolus in Epistola sua dicit, Tu credis quoniam vnus est deus. Plaudis tibi de fide, attendis enim multos impios æstimare multos esse deos, & tu tibi gaudes credendo quod unus est deus. Bene facis, & dęmones credunt & contremiscunt. Nunquid & ii deum videbunt? Videbunt qui mundo corde sunt. Quis autem mundi cordes dicat spiritus immundos? & tamen credunt & contremiscunt. Discernenda est fides nostra a fide dęmonum. Fides. n. nostra mūdat cor fides aūt illorum reos facit. Male quippe operantur & ideo dño dicūt, Quid nobis & tibi est? Cum audis hoc dæmones dicere putas eos nō agnoscere? Scimus, inquiunt, qui sis: Tu es filius dei. Dicit hoc petrus & laudatur, dicit hoc dęmon & dannatur. Vnde hoc nisi quia uox par & cor impar? Discernamus ergo fidem nostram, nec credere sufficiat. Non est talis fides quæ mundat cor, inquit, mundans corda eorum. Sed qua fide, quali fide nisi quam definit Apostolus paulus vbi ait, Fides quæ per dilectionem operatur? Ista fides discernit a fide dæmonum, discernit ab hominum flagitiosis ac perditis moribus. Fides, inquit. Quæ

323 G
323 A
323 B
323 C
323 D

Acto. 15.
Iacobi. 2
Fides xp̄iānorum discernitura fide dęmonum.
Luc. 4.
Matth. 16.
Acto. 15
Gala. 5.
Fides

fides? Quæ p dilectionem operatur, sperat q̄ deus pollicetur. Nihil ista definitione propensius, nihil perfectius. Ergo tria sunt illa. Necesse est vt in quo est fides, q̄ per dilectionem operatur, speret quod deus pollicetur. Comes est ergo fidei spes? necessaria quippe spes est, quandiu non videmus quod credimus: ne forte non videndo & desperando deficiamus. Contristat nos, quia non uidemus, sed consolatur nos, quia uisuros nos speramus. Adest ergo spes, & fit comes fidei. Deinde & charitas, qua desideremus, qua pertingere, conamur qua inardescimus, qua esurimus & sitimus. Adhibetur ergo & hæc: & erit fides, spes charitas. Quomodo enim non erit ibi charitas, cum nihil sit aliud charitas quam dilectio? Ipsa aute fides definita est, quæ per dilectionem operatur. Tolle fidem, perit quod credis. Tolle charitatem, perit quod agis. Fidei. n. pertinet vt credas: charitati ut agas. Si. n credis & non amas, non te moues ad bonum opus. Et si moues, vt seruus moues non vt filius, timendo pœnam non amando iustitiam. Illa ergo Fides, inquam mundat cor quę per dilectionem operatur. Et modo ipsa fides quid agit tantis testimonis scripturarum, tā multiplici lectione, tam uaria copiosaq̄ exhortatione quid agit nisi uideamus per speculum in ænigmate, postea facie ad faciē: Sed non iterum tu redeas ad istā faciem tuam. Faciem cordis cogita: coge cor tuum cogitare diuina, compelle, vrge. Quicqd simile corporis cogitanti occurrerit, abiice. Nodum potes dicere, hoc est, saltem dic non est hoc. Q̄ñ. indices, hoc est deus? Nec cum videbis quia ineffabile est quod videbis. Raptum se dicit Apostolus in tertium cœlum, & audisse ineffabilia uerba. Si sunt ineffabilia uerba, quid est cuius sunt uerba. Cogitanti ergo tibi de deo, occurrit aliqua fortasse in humana specie mira & amplissima magnitudo, constituisti eā conspectu cogitationis tuæ, tanq̄ magnum aliquid amplius, grande, ingentissima mole diffusum, finisti alicubi. Si finisti, deus non est. Si non finisti, facies ubi est? Cogitas molem, & ut membra distinguas definis molē. Aliter. n. membra distinguere non potes, nisi moli dederis finem. Quid agis stulta carnalis cogitatio? Grandē molem fecisti, & tanto grandiorem quanto te putasti deum amplius honorare. Addit alius vnum cubitum & facit maiorem. Sed legi, inquis, quid legisti, qui nihil intellexisti? Et tamen dic quid legisti; Non repeliamus paruulum corde ludentem. Dic quid legisti, Cœlum mihi thronus est, terra, autem scabellum pedum meorum. Aio, Legi & ego, sed tu forte potiorem te putas quia legisti & credidisti. Credo & ego quod dixisti Simul credamus. Quid dico? simul quęramus. Ecce tene q̄ legisti, & credidisti. Cœlum mihi thronus. i. sedes: thronus n. Grēce, Latine sedes est, terra aūt scabellum pedum meorum. Non legisti & aliud qui palmo mensus est cœlū? Puto te legisse, cognoscis, & te credere confiteris. Ibi. n. vtrunque legimus: utrunq; credimus, modo iam cogita & doce me, adhibeo te doctorem, me paruulū facio, Doce obsecro te. Quis est qui sedet in palmo suo? Ecce figuras, Liniamenta membrorum dei a corpore humano duxisti. Sed forte surrepit tibi vt scdm corpus putares nos factos ad imaginē dei Interim accipio considerandum, discutiendum, requirēdum, disputando excutiendum. Si placet audi me, quia in eo quod ribi placuit, audiui te. Sedet deus in cœlo, & palmo metitur cœlum. Idem cœlum sit latum cum sedet, & angustum cū metitur, an ipse deus tantus est in sedendo quantus in palmo? Si hoc ita est, non ad similitudinem suam nos fecit. Nos enim palmum angustiorē ualde habēmus quam partem corporis qua sedemus. Ille aūt si tam latus est in palmo suo q̄ latus in sessione sua, disparia mēbra nobis fecit: non est ista similitudo. Erubescat ergo talem idolum in corde xp̄iano: proinde cœlum accipe p̄ oībus sanctis: quiā & terra dicitur p̄ oībus qui sunt in terra. Ois terra adoret te. Si bene dicimus secundum eos qui habitant in terra, Ois terra adoret te: bene dicimus et secūdum eos qui habitant in cœlo, Omne cœlum portet te. Nam & sancti ipsi qui in terra habitant, carne terram calcant, corde in cœlo habitant. Non. n frustra admonentur sursum habere cor, & cum admoniti fuerint ita esse rñdent: aut frustra dicitur, Si consurrexistis cum xp̄o, quę sursum sunt quęrite, ubi xp̄s est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Inquantum ergo ibi conuersantur, & ipsi deum portant, & cœlum sunt: quia dei sedes sunt, Et cum annunciant uerbā dei, Cœli enarrant gloriam dei. Redi ergo mecum ad faciem cordis:

323 H
323 I
323 K

Ioan. 3. Corin. 12.
Esa. 66
Esaiæ. 40.
Gene. 1
Psal. 65.
Colos. 3
Psal. 18.

ipſam præpara,intus eſt cui loquitur deus:aures,oculi,cætera membra viſibilia,interioris cuiuſdam vel habitaculum vel organum ſunt.Interior eſt homo vbi habitat Chriſtus interim per fidem, ibi habitaturus præſentia diuinitatis ſuæ cum cognouerimus quæ ſit latitudo longitudo, altitudo, profundum, cognouerimus etiã ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti, vt impleamur in omnem plenitudinem dei. Nunc ergo ſi tibi intellectus,hic non diſplicet, aduoca te comprehendere 323
Ephe 3 latitudinem,longitudinem,altitudinem,profundum. Non diſcurras imaginatione L
cogitationis per ſpatia mundana,& modis huius tam magnę incomprehenſibilem granditatem. In te attende quod dico,Latitudo eſt in bonis operibus, longitudo in longanimitate & perſeuerantia bonorum operum, altitudo in ſupernorum expectationem præmiorum. Propter quam altitudinem tibi dicitur vt ſurſum cor habeas. Bene operare, & in bonis operibus perſeuera propter beneficia dei. Terrena pro nihilo æſtimes, ne cum tibi aliquo ſapientis illius flagello terra iſta fuerit perturbata, dicas te ſine cauſa deum coluiſſe, ſine cauſa bona opera feciſſe, ſine cauſa in bonis operibus perſeueraſſe. Faciendo enim bona opera,quaſi habuiſti latitudinem.Perſeuerando in eis,quaſi habuiſti longitudinem.Sed terrena conquirẽdo nõ habuiſti altitudinem. Attende profundum, Gratia dei eſt in occulto voluntatis
Rom.11. eius.Qui enim cognouit ſenſum dñi?Aut quis cõſiliarius eius fuit? Et iudicia tua
Pſal.35 ſicut multa abyſſus Hanc conuerſationem bene operandi,in ea perſeuerandi,ſuper
ne expectandi,gratiam dei occulte dandi,ſapia non ſtultitia, nec reprehendẽdi qua
2.Par.19 re alius ſic,alius autẽ ſic:non n.eſt iniquitas apud deum.Hanc ergo conuerſationẽ, 323
Rom.9. ſi placet,coapta etiam cruci domini tui. Non n.fruſtra talem mortẽ elegit, in cuius M
ptãte erat vel mori vel non mori,Si in ptãte erat mori & non mori,quare non in poteſtate ſic vel ſic mori?Non fruſtra ergo crucem elegit,vbi te huic mundo crucifigeret Nam latitudo eſt in cruce tranſuerſum lignũ,vbi figuntur manus,pp bonorum operum ſignificationem.Longitudo eſt in ea parte ligni, quæ ab ipſo tranſuerſo ad terram tendit.Ibi.n corpus crucifigitur & quodammodo ſtat: & ipſa ſtatio perſeuerantiam ſignificat.Altitudo aũt in illo ligno eſt,ꝙ ab eodẽ tranſuerſo ſurſum verſus ad caput eminet,& ea ſignãtur ſupnorũ expectatio. Vbi profundũ,niſi in ea pPſal.110 te quæ terræ defixa eſt?Occulta eſt.n.gratia:& in abdito latet.Nõ videtur,ſed inde eminet quod videtur.Poſt hæc ſi cõprehenderis hæc oĩa,non ſolũ intelligendo verumetiã agendo,intellectus.n.bonus oĩbus qui faciunt eũ,tunciã extende te ſi potes ad cognoſcendã agnitionẽ charitatis xp̃i ſupereminentem ſcię.Cũ peruueneris, impleberis in oẽm plenitudinẽ dei Tunc erit illud facie ad faciẽ.Impleberis aũt in oẽm plenitudinem dei,non vt tu ſis plenus deus, ſed vt ſis plenus deo. Quære ibi, ſi potes,faciem corporalẽ.Iã tollantur nugæ a mentis aſpectu. Abiiciat paruulus 324
Galat.6 ludicra,diſcat tractare maiora.Et nos in multis paruuli ſumus, & cũ plus q̃ ſumus A
eſſemus,a maioribus tolerati ſumus Pacem ſectamini cum oĩbus, & ſanctificationẽ ſine qua nemo poterit videre deum.Hac.n.& cor mundatur,qa ibi eſt fides quæ per dilectionem operatur.[Hinc beati mundi corde,quoniam ipſi deum videbunt.

In feſto ſanctæ crucis: In illud Apoſtoli,Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti.

Sermo XV.

HAec eſt xp̃iana doctrina,humilitatis præceptum,humilitatis commendatio,vt non gloriemur, niſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti ſapiẽtia gloriari, magnum eſt in cruce gloriari.Vnde tibi inſultat impius, gloriatur pius inde. Vnde exultat
Veteris teſtamẽti ſignum. Nouĩ teſtamẽti ſignum. superbus,inde gloriatur Chriſtianus.Noli erubeſcere de cruce Chriſti.Ideo in frõte,tanquã in ſede pudoris,ſignũ accepiſti. Recole frontem tuã, ne linguã expaueſcas alienam. Signum veteris teſtamenti circũciſio in latenti carne, ſignũ noui teſtamenti crux in libera fronte. Ibi occultatio eſt,hic reuelatio. Illud eſt ſub velami- 324
1.Cor.3 ne,hoc in facie. Quandiu.n legitur Moyſes velamen ſup cor eorũ poſitũ eſt. Quare?Quia non tranſierunt ad Chriſtum:cum enim tranſieris ad Chriſtum, auferetur velamen, vt qui habebas in occulto circunciſionem, in fronte portes crucem.

Nos enim reuelata facie gloriam domini ſpeculantes in eandem imaginem,inquit, transformamur de gloria in gloriam tanquam a domini ſpiritu Ne tibi tribuas,ne 2.Cor.3
324 hoc tuum putes, ne ignorans dei iuſtitiam, & tuam volens conſtituere iuſtitiæ dei
C non ſis ſubiectus. Tranſi ergo ad Chriſtum,o qui gloriaris de circunciſione. Inde Rom.10
enim vis gloriam habere,quod verecundaris oſtendere. Signum eſt,verũ eſt. Adeo præceptum eſt,ſed occultationis ſignum eſt. Nouum.n.teſtamentum in veteri velabatur.Vetus teſtamentum in nouo reuelatur.Ideo ſignum ab occulto tranſeat in manifeſtum, & incipit eſſe in fronte quod latebat ſub veſte. Nam in eo ſigno Xp̃m eſſe prænunciatum quis ambigat? Inde cultelli petrini:petra autem erat xp̃s. Ideo octauus dies circunciſionis,& dominicus reſurrectionis.Ideo Apoſtolus inde tran 1.Cor.10
ſiens,inde veniens:tranſiens.ſad dominum vt auferatur velamen, nouit vnde glo alaGt.6
rietur.Mihi autem abſit gloriari,niſi in cruce domini noſtri Ieſu xp̃i. Quid.n.prius dixerat?Neq;.n.qui circunciſi ſunt legem cuſtodiunt,ſed volunt vos circuncidi,vt in carne veſtra gloriẽtur.Tu quid Apoſtole transferens ſignum? Mihi autem abſit gloriari in cruce domini noſtri Ieſu xp̃i.Hinc,habeo,inquit,quod ignorabam, Venit teſtamentum nouum,reuelatum eſt quod occultabatur. Qui ſedebant in vm- Eſa.9
324 bra mortis,lumẽ ortum eſt eis.Reuelatum eſt eis quod occultabatur, quod latebat
D in aperto eſt. Venit ipſa petra, oẽs nos ſpiritu circũcidit & ſuæ humilitatis ſignum in redemptorum fronte defigit, iam gloriatio in cruce ſit xp̃i. Non nos pudeat hu- Philip.3
militatis excelſi. Quandiu diſcretio ciborum,& carnis circunciſio,quorum deus vẽter eſt,& gloria in pudendis eorum? Illis futura prænunciabantur, iam facta credantur.Non ſimus ingrati ei qui venit,ſi expectauimus vt veniret.Sed vnde Iudęi ab hac gratia extorres,alieni,fugitiui? Quia zelum dei habent, ſed non ſecundum Rom.10.
ſcientiam.Quam ſcientiam? Ignorantes,inquit,dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere:non tenentes deum niſi in præceptis,& ſuis viribus ſe arbitrantes implere poſſe præcepta adiutorium deuitarunt.Finis enim legis xp̃s, perfectio legis xp̃s ad iuſtitiam omni credenti.Et quid facit xp̃s? Iuſtificat impium. Credendo quippe in eum qui iuſtificat impium, non pium, ſed impium, faciens pium quem reperit impium,Credenti ergo in eum qui iuſtificat impium,deputatur fides eius ad iuſti Rom.4
tiam.Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt,tanquam ipſe fecerit,tanquam ſibi hoc ipſe præſtiterit, habet gloriam ſed non apud deum. Qui autem gloriatur,in domino glorietur,& ſecurus dicat in tua iuſtitia erue me & exime me. Eruit
324 enim & eximit in ſe ſperantes, non ſuis viribus,quod acceperant, tribuentes. Et 1.Cor.1
E hoc ipſum enim eſt ſapientiæ ſcire cuius eſt donum. Quis hoc dixit? Qui rogauit Pſal.30.
deum vt daret illi continentiam. Quæ iuſtitia, quæ particula iuſtitiæ impleri poteſt ſine aliqua continentia? Delectat enim peccare: nam ſi non delectaret, non fieret. Minus autem delectat iuſtitia, aut non delectat, aut minus quàm dignum eſt delectat. Vnde hoc niſi de languoribus animæ? Panis in faſtidio eſt, & delectat venenum. Vnde iſte languor ſanabitur obſecro vos? Ita ne a nobiſmetipſis & per noſmetipſos,qui omnes idonei fuimus vulnerare nos? Quis noſtrum eſt idoneus curare quod fecit? Sic & in ipſis delictis quis non quum voluerit vulnerat ſe? Sed non quis quum voluerit ſanat ſe. Sit ergo animus pius,ſit fideliter xp̃ianus, ſit gratiæ non ingratus.Agnoſcatur medicus.Nunquam ſe ſanat ægrotus.

In dedicatione eccleſiæ. Sermo XVI.

BOna opera fidelium de ſua temporali terrenaq; ſubſtantia, quum in theſauris cœleſtibus reconduntur, fides hoc videt, quæ pietatis oculum habet in corde. Vnde & iſta ædificia, quæ congregandis religioſis cœtibus extruuntur, quum oculo carnis inſpexerit, laudat interius quod cernit exterius, & viſibili accipit lumine ad quod gaudeat inuiſibili veritate. Neque enim occupata eſt
324 fides inſpicere quam pulchra ſunt membra huius habitationis, ſed de quanta in-
F terioris hominis pulchritudine procedant hæc opera dilectionis. Retribuet ergo dominus fidelibus ſuis tam pie tam hilariter tam deuote iſta operantibus, vt eos quoque ipſos in ſuæ fabricæ conſtructione componat, quo currunt lapi-

des uiui, fidē formati, spe solidati, charitate compacti. Vbi sapiens ille archi-
2.Cor.3 tectus Apostolus scilicet fundamentum posuit Christum Iesum, summum ipsum
1.Pet.2. lapidem angularem, sicut & Petrus de prophetica scriptura commemorat, ab ho- 324
minibus quidem reprobatū, a deo aūt electū & honorificatū. Huic adhęrendo paca F
mur, huic incūbendo firmamur. Simul.n.est & fundamētū, quia ipse nos regit. Et
angularis, quia ipse coniungit. Ipse est petra, super quam uir sapiens, ędificans do-
mū suā, contra oēs huius seculi tentationes tutissimus perseuerat. Nec pluuia ir-
ruente illabitur, nec flumine inundante subuertitur, nec ventis flantibus cōmo-
uetur. Ipse est & pax nostra, qui fecit vtraque vnum: in ipso.n. neq; circūcisio qd-
Mat.7 piā valet, neq; p̄putiū, sed noua creatura. Hi.n. duo tanq̄ parietes ex diuerso venie-
Ephes.1. tes, longe ab inuicē fuerant, donec ad illū tanq̄ ad angulū ducti ēt in illum sibimet
Galat.6 copulati sunt. Itaq; sicut hoc ædificiū visibile factū est nobis corporaliter congre-
gandis, ita illud ædificiū, quod nos ipsi sumus, deo spiritaliter hābitaturo construi-
1. Cor.3 tur. Tēplū.n. sanctū est, inquit, Apostolus, qd estis uos, si hoc non terrenis molib⁹
erigamus. Hoc.n. nunc uisitantibus nobis, illud in fine seculi dño ueniente dedica
bitur, qñ corruptibile hoc nostrū induet incorruptionē, & mortale hoc nostrū in-
1.Cor.15. duet imortalitatē. Quia corpus humilitatis nostrę cōformabit corpori gloriæ suę.
Philip.2 Videte n. quid dicat in psalmo dedicationis: Conuertisti luctū meū in gaudiū mi-
Psal.29 hi, conscidisti saccum meum & accinxisti me lætitia, ut cantet tibi gloria mea & nō 324
cōpungar. Quū.n. ædificamur, gemit ei humilitas nostra. Quū aūt dedicabimur, cā G
tabit ei gloria nostra Quia in ædificatione labor est, in dedicatione lætitia Dū cæ-
duntur de montibus lapides, & ligna de syluis, dum formantur, dolantur, coaptan
tur, labor & cura est. Quū aūt perfecti ędificii dedicatio celebratur, gaudiū & secu-
ritas laboribus curisq; succedunt. Sic ēt ædificatio spiritalis, cuius habitator deus
non ad tps sed in æternū erit. Dū ex infideli uita hoies sēgregantur ad fidē, Dum
quicquid non bonū atq; peruersum est amputatur & cæditur, dū fiūt aptæ, pacifi-
cæ piæq; iunctūræ, quantæ tentationes timentur, quantę tribulationes sustinētur?
Mat.25 Quū uero aduenerit dies dedicationis domus æternæ, quū dicetur nobis, venite
benedicti patris mei, percipite regnū quod uobis paratū est ab initio mundi: quę il
Ephes.5 la exultatio quæ securitas erit? Cantabit claritas, nec cōpungetur infirmitas. Quū
ostendet seipsum nobis qui nos dilexit, & tradidit semetipsum pro nobis. Quum
apparuerit hoibus quod est factus in mātre, apparebit eis deus factor quod erat in
patre. Quū ingredietur perfectā, & ornatā, vnitate stabilitā imortalitate vestitam
1.Cor.15 ęternus ipse habitator domū suā, implebit oia, fulgebit in oibus, ut sit deus oia in
Psal.4 oibus. Hāc vnā visionē petiuit a dño quidā. Et ipse quidā, si uolumus, nos sumus. 324
Psal.41 Huius desiderio laborauit in gemitu suo, hic lauit per singulas noctes lectū suum H
Psal.16 & lachrymis stratū suū rigauit. Propter hanc.n. fuerūt ei lachrymæ suæ panes die
ac nocte dū diceretur ei per singulos dies ubi est deus tuus? Ipse quippe ait, Vnam
petii a dño hanc requirā, ut inhabitē in domo dñi per oēs dies uitæ meę, ut cōtem-
pler delectationē dñi, & p̄tegar in tēplo suo. Ipse habitator, ipse habitatio. Qui.n.
habitant in domo dei, ipsi sunt ēt domus dei, quæ contēplatur delectationē eius &
p̄tegitur in tēplo eius, & absconditur in abscondito uultus eius. Hanc spē tenem⁹,
rē nodū uidemus: si aūt quod nō uidemus speramus, per patientiā expectamus &
per patiētiā ædificamur. Ēia ergo frēs si resurrexistis cū xp̄o quæ sursum sunt q̄ri-
Coloss.3 te, ubi xp̄s est in dextera dei sedens. Quæ sursum sunt sapite non quæ super terrā.
Ideo.n. & xp̄s fundamētū nostrū ibi positus est, ut sursum uersus ædificemur. Si-
cut.n. terrenis molibus construendis, quarū grauia corpora non utique nisi ad ima
demergunt, in imo ponitur fundamētū: sic nobis econtrario sursum est positus la
pis ille fundamētū tale ut sursum nos rapiat ēt pondere charitatis. Alacriter ergo
cū timore & tremore uestrā ipsor⁹ salutē operamini. Deus.n. est qui operatur in vo
bis uolentibus operari per bonam volūtatē. Oia facite sine murmuratione, & tanq̄ 324
lapides uiui coædificamini in tēplū dei, & tanquā ligna imputribilia de uobis ipsis I
facite domū dei. Conquadramini, dolamini: in laboribus, in necessitatibus, in ui-
giliis, in negotiis, ad oē opus bonū paramini, ut in æterna uita uelut cōpage in so-
cietate angelorū requiescere mereamini. Iste.n. locus tpaliter ædificatus, pp quo-

rundam

rundam necessitatem, per opera misericordiæ factus est nec durabit in ęternum, si
cut & ipsa nostra corpora non sunt utique sempiterna sed temporalia atque morta 2.Cor.5
lia. Habitationem autem habemus ex deo domum non manufactam, ęternā in cœ
324 lis ubi & ipsa nostra corpora conuersione resurrectionis cœlestia & sempiterna fu 2.Cor.5
K tura sunt. Et nunc quamuis nondum per speciem, sicut erit facie ad faciem tamen
per fidem habitat in nobis deus, & ei sic habitanti habitaculum per boua opera ef-
ficimur, quæ opera æterna non sunt, sed ad æternam uitam perducunt. Ex quibus
est & hoc opus quo ista basilica fabricata est. Non tales fabricas ibi operabimur.
Nullus ibi locus ruiturus ędificatur, quo nullus habitator moriturus ædificatur,
quo nullus habitator moriturus ingreditur, Non tamē ut bonum temporale opus
vestrum, ut ęterna sit merces uestra. Nunc inquam, fidei & spei domum spiritali di-
lectione construite in omni opere bono, quod tunc non erit, quia indulgentia nul
la erit. Fundamenta ergo in cordibus vestris Apostolica & prophetica monita iacie-
te: humilitatem uestram sicut hauimentum sine offensione prosternite, salutarem
in corde vestro doctrinam orationibus & sermonibus tanquam firmis parietibus
communite, diuinis eos testimoniis tāquam luminaribus illustrate, infirmos sicut
columnę sufferte, inopes sicut tecta protegite, ut dominus deus noster, p̄ tempora
libus bonis ęterna restituat, & uos in æternum perfectos dedicatosque possideat.

324 In eodem festo: Sermo XVII.
L

QVando bona opera, etiam quæ propter deum fiunt, hominibus ostenduntur,
quum ea faciunt boni & religiosi, non laudes humanę appetuntur, sed imi-
tanda proponunturi Duplex est enim misericordia quę fit in bono opere, Corpo-
ralis est & spiritalis. Esurientibus, sitientibus, nudis, peregrinis corporali miseri-
cordia subuenitur. Eadem tamen ista quum ostendunduntur, & ad imitationem cę
teros prouocant, etiam spiritus mentesque pascuntur. Alius pascitur opere bono,
alius exemplo bono, ambo enim esuriunt: Ille uult accipere unde alatur, iste uult
uidere qud imitetur, Monet nos de hac veritate etiam sancti euangelii lectio, Chri
stianis.n. dicitur in deum credentibus, bene operantibus, spem uitæ ęternæ pro
bonis operibus expectantibus. Vos estis lux mundi: & uniuersę ubique ecclesię dif Matth,5.
fuse dicitur, Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta. Erit, iinquit, in Esa.2.
nouissimis temporibus manifestus mons domus domini paratus in cacumine mō
tium, Ipse est mons qui ex paruo lapide creuit, & totum orbem crescēdo impleuit.
In illo ædificatur ecclesia quæ absondi non potest, neque accendunt lucernam & Daniel.2.
324 ponunt eam sub modio, sed super cādelabrū vt luceat omnibus qui in domo sunt.
M Bene occurrit lectio quando candelabra dedicantur, vt sit qui optatur lucerna po Luc.11.
sita in candelabro. Lucerna est enim homo qui bene operatur. Quod autem cande
labrum? Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu xp̄i. Qui ergo scdm Gal.6.
xp̄m facit, & pp xp̄m facit, vt non glorietur nisi in xp̄o, candelabrum est. Luceat o-
nibus, uideant quod imitentur, non sint pigri, non auari, prosit quod uident. Non
sint oculis uidentes & cordibus cęci: sed ne forte occurrat alicui quod dominus bo
na opera velut iubet abscondi, ubi dicit, Cauete facere iustitiam uestram coram Matt.6.
hominibus ut uideamini ab eis alioquin mercedem nō habebitis apud patrem ve
strum qui in cœlis est. Debet quæstio ista dissolui ut nouerimus quemadmodum
domino obtemperemus, ne obtemperare illi non posimus cum eum contra iube-
te audimus. Hac dicit, Luceant opera uestra coram hoibus, vt uideant bona facta Matth.5.
vestra. Hæc dicit, cauete facere iustitiam uestram coram hoibus, ut uideamini ab Matt.6.
eis. Vultis nosse quam sit ista quęstio dissoluenda? Et nisi dissoluatur, moleste erit
si remaneat insoluta. Quidam homines faciunt bene & timent uideri, & omni stu-
dio quantum possunt, cooperiunt bona opera sua. Captant quando nemi-
nem uideant. Tunc aliquid porrigunt, timentes ne offendant in illud pręceptum
325 ubi dictum est, cauete facere iustitiam uestram coram hominibus ut uideamini ab
A eis. Non aūt deus iusit bona opera abscondi, sed in bonis operibus laudem huma-
nam non cogitare. Deniq; cum dixit, cauete facere iustitiā uestrā corā hoibus: ubi
finiuit: vt uideamini ab eis. Vt ideo faciant ut uideātur ab hoibus, hunc fructum
boni operis quęrant, hunc ferant, nihil aliud expectent, nihil superioris & cœlestis

Lu.8 &11 cõmodi cõcupiscãt. Si iõ solũ faciat vt laudetur hoc ,phibuit deus, Cauete facerẽ. Quo? vt videamini ab eis. Cauete hũc facere fructũ. i. visionẽ hoium, Iubet ãt videri opa nra,& dicit, Nemo accẽdit lucernã & ponit eã sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Et sic luceant opera vestra coram hominibus vt videant, inquit, bona facta vestra. Et non ibi remansit, sed glorificent, subiunxit, patrem vestrum qui in cœlis est. Aliud ẽst in bono opere quẽrere laudẽ de. Quando quæris laudem dei, æternam gloriam acquisisti. Sic ergo faciamus ut non videamur ab hominibus: hoc est, sic faciamus vt visionem hominum pro mercede non quæramus, sed sic faciamus vt videntibus & imitantibus gloriam dei cognoscamus. Quod si nos tales non faceret, nihil essemus.

Sermo de eo quod apparuit dominus in rubo, ex vetusto exemplari: Habetur aliis verbis Tomus sextus fol. 189.

CVM sanctæ lectiones legerentur, in ea quæ scripta sunt in prima lectionẽ quæ nobis recitata est, animo intendimus,& ea quæ dominus suggerit breuiter cũ vestra sanctitate participarẽ curamus, ne carnaliter accipientes diuina mysteria, non solũ nõ ꝓficiatis sed deficiatis. Occurrit. n. primo aspectibus nostris ex illa lectione diuina, ꝙ deus apparuit Moysi. Apparere aũt per substãtiã suã, 325 C
Exod.3 sicut est, non nisi mundis corporibus dignatur. Sic enim scriptum est in Euange-
Mat.5 lio, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Oculis autem corporalibus sanctorum si quando deus voluit apparere, non per seipsum, sed per creaturam visibilem atque sensibilem, quantum ista carne sentiri potest, apparuit: vel per vocẽ sonantem auribus, vel per ignem oculis, vel per angelum in aliqua uisibili specie apparentem, sed personam dei gestantem: sic intelligimus fratres apparuisse Moysi deum. Non enim maiestas illa, quæ fecit cœlum & terram & quæ regit vniuersum mundum, cui semper inhærent angeli contemplando eius pulcritudinem puris ocu
Ioan.1 lis mortalibus hominibus potuit apparere, nisi assumpte visibili & sensibili creatura, quæ ad istos oculos visibiles corporis pertinet: quandoquidem & ipsa sapientia dei, per quem facta sunt omnia, humanis oculis non appareret, nisi humanam carnem assumeret. Quomodo ergo verbum dei, id est, filius dei, vt appareret oculis,
Acto.7. carnem assumpsit, sic semper deus vt appareret oculis hominum, in aliqua creatura visibili apparere dignatus est. Nam apertissime habes in actibus Apostolorum quia angelus apparuit Moysi in rubo, Nunquid ista scriptura uera, & illa falsa est? Aut illa vera,& ista falsa est? Sed quid si christiani sumus, si bene credimus, ambæ 325 D
sunt ueræ. Si ergo ambæ sunt veræ, quomodo ibi angelus dicitur apparuisse, nisi quia illa specie Qui in actibus Apostolorũ dixit apparuisse angelũ, exposuit hanc lectionẽ quo apparuit deus. Illa declaratio expositio est obscuritatis huius, ne intelligens deũ per seipsum apparuisse, illic, tibi expositũ est quẽadmodum apparuerit deus per creaturã angelũ. Sic quid miraris quia dicitur cũ apparet angelus, dixit deus. Et uocauit Moysen,& accesit ad locũ,& dixit dñs ad Moysen, quia non attẽditur templum angelus, sed inhabitator angeli. Ipse n. angelus tẽplũ dei erat. Si. n. dignatur in hoie habitare & loqui, vt qñ Propheta loquitur, dicatur. Dixit deus:
Esai.45 quanto magis per angelũ. Et cũ dicitur dixit deus per Esaiã, quid erat Esaias? Nonne hõ portans carnẽ, natus de patre & matre ficuti oẽs nos? Et tamen loquitur,& quid dicimus in eloquiis ipsius? Hæc dicit dominus: qũo ergo si Esaias nisi quia deus per Esaiam: sic & hic loquente angelo dicitur deus loqui. Quare nisi quia per angelũ deus? Aduertite itaq; soluta qone ẽt istud in cuius rei signũ videtur factũ quod in rubo apparuit & rubus non cõburebatur, non incẽdebatur. Et apparebat tanquã ignis & non incendebat rubũ. Putamus rubũ bonũ aliquid significare cũ
Rubus. sint spinæ? Si. n. consumpsisset ignis spinas, significaret quia uerbum domini quod 325 E
dictum est Iudæis, consumpsisset peccata illorũ,& lex illa finiret iniquitates ipsorũ. Si. n sic ignis in rubo qũo lex In Iudæis, sic sunt spinæ rubi qũo peccata Iudæorũ. Sic. n. non cremauit spinas, qũo lex non cremauit peccata. Loquitur aũt dominus ad Moysen: Iã illa nostis, & non diutius uos tenere debemus ,pter angustias

temporis: Ego sum qui sum. Misit me qui est. Cum enim quæreret nomẽ dei, huic Exod.3
dictum est, Ego sum qui sum. Hęc dices filiis Israel, Qui est misit me ad uos. Quid
325 est hoc? O deus, o domine noster quid vocaris. Est vocor dixit. Quid, est vocor? Quia
F maneo in æternũ, quia mutari non possum. Ea. n. quæ mutantur non sunt, quia nõ permanent. Qđ. n. est manet. Quod aũt mutatur fuit aliquid,& aliquid erit,& non tamen est quia mutabile est. Ergo incõmutabilitas dei isto vocabulo se dignata est intimare, Ego sum qui sum. Quid est ergo ꝙ postea iterũ aliud nomen sibi dixit cũ diceretur, Et dixit deus ad Moysen, Ego sum deus Abrahã, deus Isaac,& deus Iacob: hoc mihi nomen est in sempiternum. Qũo illa? vocor hic quia sum. Et ecce hac aliud nomen, Ego sum deus Abrahã,& deus Isaac,& deus Iacob. Quia qũo est deus incommutabilis, fecit oĩa per misericordiam,& dignatus est ipse filius dei mutabilem carnem suscipiendo, manens id quod verbum dei est, uenire & subuenire nobis Induit ergo se carne mortali ille qui est, ut dici posset, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac,& deus Iacob. Signa iam attendite, quæ signa dedit Moysi, cum dice-
ret, si mihi dixerit populus, non te misit deus: quibus signis ostendam, quia misisti
me? Dictum est, Proiice virgam quam habes in manu tua. Proiecitq; virgã,& factus Exod.4
est serpens & exhorruit Moyses. Ait itẽrum dominus, Apprehende caudã eius. Apprehendit,& facta est uirga sicut erat. Dedit & aliud signum, Mitte manũ in sinum,
325 & misit eam: produc eam,& produxit: & facta est sicut nix alba, id est, leprosa. Co-
G lor. n. albus in cute humana uitiosus est. Mitte illã in sinũ, iterũ misit,& recepit colorem suum. Dedit ei tertium signum. Tolle aquã de flumine & funde in æqualem locum, Tulit & fudit,& conuersa est in sanguinem. In his signis audiet populus te: si in primo non exaudierit, in secundo aũt & in tertio audiet. Nos ea quę significãt, quantum deus adiuuat, attendamus. Virga regnũ significat serpens mortalitatem. Virga Ser-
A serpẽte enim hominis mors propinata est. Ipsam mortem dominus dignatus est pens.
assumẽre. Virga ergo ueniẽs in terram, serpentis speciem habuit: quia regnum dei, quod est Christus Iesus, uenit ad terram. Mortalitate indutus est, quam infixit in cruce. Nouit autem sanctitas vestra quia quando populus ille in eremo ceruicatus & superbus murmurasset aduersus deũ, cœpit morderi a serpentibus,& ipsis morsi Numẽ. 21
bus cadere. Mia sua dedit deus remedium, quod præsentem quidem sanitatem affe
rebat, sed futuram sapientiam prædicabat. Ait Moysi, suspende serpentem æneum
in media eremo in ligno,& dic populo, Quicunq; fuerit percussus, serpentem istũ
intueatur. Et percusi homines intuebantur serpentem,& sanabantur. Et attestatur dominus in euangelio tali signo. Nichodemo loqueretur, ait, Sicut Moyses exal Ioan.3
tauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit
325 non pereat, sed habeat vitam æternam. Sed hoc est quicunq; percussus fuerit a ser-
H pentibus peccatorum, christum intueatur,& habebit sanitatem in remissionẽ peccatorũ. Ergo frẽs ipsa est mortalitas quę susceptа est a domino, quã necesse est habere corpus eius cuius est caput homo in cœlo, ita ecclesia mortalitatem habet qđ vulnus inflictũ est persuasionem serpentis. Debemus. n. mortem peccato primi hominis, sed per eã ad uitã peruenieмus ęternã, per Iesum Christũ dominũ nostrũ, sed quando uenit ad uitã & redit ad regnũ in fine seculi. Nã ideo caudã tenuit, vbi finis est ut ad pristinũ reuocaret. Quid illa manus? certũ est quia & illa manus po- Manus.
pulũ ipsum significat. Sinus hominis quid est? Sinus Moysi secretum dei. Cũ esset Sinus.
homo in secreto dei, incolumis erat,& bono colore exiit a secreto dei, progressus est
Adam de paradiso offenso deo & factus uitiosus. Facta est ergo manus illa alba, sed Aqua.
rediit ad sinũ, per sinũ domini nostri Iesui Christi,& recepit colorem. Quid autem Ioan.4
illa aqua? Aqua illa significat sapientiam. Sæpe. n. posita est aqua in similitudinem sapientiæ. Et dictum est, Fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æteenam: Sed aqua illa sapientia, quæ in terra sanguis effecta est, non nobis ostendit uerbũ carnem factum & habitantem in nobis. Vtique ostendit, omnia ergo futuri seculi signa sunt
325 & mysteria de domino nostro Iesu Christo. Et si qua alia sunt in ueteribus libris
I sacramenta, illa siue intelligamus siue non intelligamus, quærentem desiderãt non reprehendentem. Petamus ergo quæramus & pulsemus, ut aperiatur nobis. Illis futura prędicta fiunt sacramenta, nos præsentia uidemus in Ecclesia.

† Hic sermo habetur aliis verbis astrictor, hoc eodem to. De verbis domini, Pacem meam do uobis. nume. 57. & de tempore. 167.

Ioan. 14

Pax quid.

DOmini ista uox est, Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto uobis. De pace dicturi, prius quæ sunt pacis cũmoda audiamus. Est enim pax, serenitas 317
mentis, tranquillitas animi, cordis simplicitas amoris vinculum, consortium chari K
tatis. Hæc est enim quæ simultates tollit, bella cõpescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordias sedat, inimicos concordat. Placita est cunctis, non quærit alienum, nihil deputat suum. Docet amare, non quia odisse non nouit. Nescit extolli, nescit inflari, Humilis omnibus, omnibus mitis est. In ipsa requies, in ipsa tranquillitas. Pax est quæ exercetur in christiano, consummatur in christo.

Ioan. 14

Hãc qui amauerit, dei hæres est: qui contẽpserit, christi rebellis est. Dominus enim christus ad patrem remeans, hęreditarium bonum, id est, pacem suam suis cultoribus dereliquit dicens, Pacem meam do uobis, pacem meam dimitto vobis. Hãc pacem qui acceperit teneat, qui perdiderit repetat, qui amiserit exquirat: quoniã qui in eadem pace inuentus non fuerit, abdicatus a patre, exhæredatus a testatore, ut exutus & nudus inuenietur ab eodem domino alienus. Respuet munus oblatum, qui datæ legis contempserit bonum, nec poterit ad hęreditatem peruenire, qui testamento noluit inseruire. Pacem quam christus dimilit christiane amplectere, ut

Mat.

dei hæreditati cultor possit adhęrere. Voluntatem domini in te transfugam ostende. Beati, inquit, pacifici, quoniam filii dei uocabuntur. Scriptum est discordibus, scriptum est inimicis. Filius esse, nisi pacificus non potest. Inimicos abdicauit, qui 317
pacificos filios fecit. Aut enim datam pacem christiane conserua, aut gloriam tibi L
salutis ablatam, si non amaueris pacem cognosce. Non potest promissa dei recipere, qui cum fratre noluerit concordare. Non potest concordiam habere cum christo, qui discorsiuoluerit esse cum christo. Si de nobis a christo uicaria passio petetur, & filii dei sanguis, qui pro nobis effusus est, ad pensandum nostro sanguine quæreretur, quanta instantia uel officio fuerat festinandum, ut & iussa tantę maiestatis expleres, & uicariam passionem deprehendere gauderes, & pro morte uitam acquirere & passione reciproca compensare? Et nunc quomodo poteris pro christo animam ponere qui pacem ab eo delegatam nolueris conseruare? Contumacię crimen est, quod iubetur contemnere, quod præcipitur nolle, quod imperatum est declinare. Pax enim christi est bonum, discordia diaboli malum: authori respõdet, qui de utroque alterutrum eligit. Quid tibi cum discordia christiane, quę principẽ suum diabolum interemit? Quid amas simultatem, quæ placere authori nõ potuit? Quid exerces inimicitias, quas euadere nõ potuit nec ille qui eas primus inuenit? Inimicitias in protoplasto dum serpens exercet, interficitur: dum homini inuidet, ipse prosternitur: dum Adam decipit, iugulatur. Et contra christus tantum homini charitate adhæsit, tãtum eum unica benignitate amauit, ut eum commendaret

Sapi. 2

patri, sociaret sibi, dum carnem propter ipsum descendens induit. Scriptũ est, In- 317
uidia diaboli, mors introiuit in orbem terrarum: imitantur autem illum qui sunt M
ex parte illius; non quod tam cadat in christianum, quàm cadet in diabolum, quia christianum condecet conseruare, quòd constat a domino didicisse. Quare christi charitatẽ amplecti debemus, ut cum filio in æterna beatitudine uiuere possimus.

TOMI DECIMI

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

19. [illegible]

